This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

C. CRISPI
SALLUSTII

Quae extant; cum Notis

GLAREANI, RIVII, CIACCONII, GRUTERI,	Integris	CARRIONIS, MANUTII, PUTSCHII, DOUSAE.
CASTILIONEI, C. et A. POPMAE, PALMERII,	Selectis	URSINI, J. FR. GRONOVII, VICTORII, &c.

Accedunt

JULIUS EXSUPERANTIUS, PORCIUS LATRO;

ET

FRAGMENTA HISTORICORUM VETT.

Cum Notis *A. POPMAE.*

Recenſuit, Notas perpetuas, & Indices adjecit

JOSEPHUS WASSE,

Coll. Regin. apud Cantab. Socius; & Nobiliſſ. Marchioni de Kent a Sacris Domeſticis.

Praemittitur SALLUSTII VITA, Auctore, V. Cl.

JOANNE CLERICO.

CANTABRIGIAE,

Typis Academicis,

Apud Cornelium Crownfield, Celeberrimae Academiae Typographum. MDCCX.

Digitized by Google

Digitized by Google

Nobiliſſimo, Potentiſſimoque PRINCIPI

HENRICO

MARCHIONI & COMITI

DE KENT,

COMITI DE HARROLD, VICE-COMITI GODERICH, DOMINO RUTHIN, BARONI LUCAS DE CRUDWELL; REGIAE DOMUS CUBICULARIO, HEREFORDIENSI COMITATUI PRAEFECTO;

ET

REGIAE MAJESTATI A SANCTIORIBUS CONSILIIS,

S. P. D.

JOSEPHUS WASSE.

QUANQUAM, Celſiſſime Princeps, haud neceſſe habeo deprecari Orationis culpam, cujus Ipſe, permiſſu tuo, gratiam feciſti; ne tamen a more publico diſſidere videar, edendum qua animi fiducia id gratiae apponi mihi poſtularim.

 Nempe

Digitized by Google

Nempe ergo haec ſcripta eo colore ad Te accedunt; quo Gens aliqua generis primordia, Coloniae ſuas adeunt Origines. Indigna quidem illa noſtra, quae ex ſe mereantur aditum; in hoc uno facilioris veniae, quod, ut hae ſtirpis Auctoribus, ita & iſta Atavorum tuorum munificentiae accepta referri debeant. Ipſae Aedes, ubi haec adornavimus, ex duabus illis, quibus non immerito ſuperbiunt, Reginis, Alteram Veſtri nominis, ſibi Fundatricem vindicant; in maximis ſuis laudibus habentes, quod eodem Columine, quo Domus Veſtra, nitantur. Fave modo donis tuorum, & avito beneficio favoris tui recentior accedat cumulus. Patere *Eliſam* illam utriuſque noſtrum, in Te hoc pacto colam; neque enim alia re magis honori ejus conſulturum me exiſtimo, quam ſi litterarum earum ſpecimina, quas heic Illa florere juſſit, Auctorem quem verba noſtra conari docuiſſe dicitur, altera ab Illa ELISABETHA PRINCEPS, ipſe Tibi nuncupem. Tibi potiſſimum, & ante omnes, quem neceſſitudo ſanguinis, & in me voluntas, duplici jam nomine, benignitatis Illius aeque ac virtutis haeredem conſtituunt. Et ſane ſi deſideraretur, qua praecellis, Innocentia morum, reliquae artes Gentilitiae litterarium hoc & inane munuſculum adverſum Te gratum fore parum confirmarent. Petere nimirum, ut ſub tutela corruptiſſimi Nobilis in lucem exiret Auctor Ampliſſimo Ordini infenſus; in quo Magnatum flagitia, peculatus, &

foe-

foedae poteſtatum nundinationes utramque faciunt paginam, quid eſt, ſi non hoc eſt, contumelia? Ecquid aliud putet quiſpiam his moribus, quam ore alieno callide ſibi ſummiſſum accuſatorem: maliſque ſuis lubidinibus vicaria Scriptoris opera vim factam? Verum quae recte olim in Patres jaciebantur, *in* Te, niſi Calumniae nomine, venire nequeunt: tantumque aberit ut tacita ſint actionum tuarum exprobratio: ut illae contra vel ipſi C. MARIO *ſatis* intemperanter in Vos debacchanti verecundiam incutiant. Quod ergo tuum unius patrocinium hodie SALLUSTIUS ambit, id tua Proſapia, tua praeſtat benevolentia: quod fidenter id nec abſurde facit, vita moreſque tui fecere. Non eſt, quod vereatur indignatione libera perſequi patrimoniorum decoctores, graveque illorum aes alienum exagitare; coram Te praeſertim in re familiari adminiſtranda prudentiſſimo; & cujus Fides haud paullo minoris, quam Publica ducitur. Non jam vinoſa Senatorum ingenia, quibus nulla peſtis nocentior in vitam invaſit, & inſanas aevi veteris perpotationes maledictis vexare deſinat; audiente Te, qui totus ad ſobrietatem compoſitus, illius verba exempli tui auctoritate comprobaſti. Damnetur tuto Principum virorum inertia, nimis inhoneſta labes, nulla offenſione Tua; cujus mens, vel luxu Aulico circumflua, rigorem ſuum intactum ſervare novit: qui numquam ita illecebris ejus, in malum otium evictus es, quin

acer

acer intentuſque omnia, quaſi nullo impoſito, per Te Ipſe adire, atque agere ſoleas: unus aliorum munia ſuſtinere. Eant Illi felices, qui ad Exercitus cum imperio ſunt, quibuſque bene velle, eſt favere ac cupere Reipublicae. Eant, volente bono Eventu, cum gloria redituri. Eant, omnibus fauſta atque laeta precantibus, praeter eos, qui nihil optatius habent, quam terrarum orbem Galliam fieri. Pergant Iô invicti, ſecum publica fata ducentes: Galliam, furta belli parantem, nominis ſui tumultu miſceant. Te togata manent decora; &, triumphatis ſaeculi moribus, haudquaquam aſpernanda Tropaea; Civilia quidem illa, & de hoſte domeſtico, de dolo malo, de ſcelere, & injuria parta. Quantum enim Heroes Illi, ne bello inferiores ſint incumbunt, tantum Ipſe, ne in officio vincaris. In hoc invigilant Curae tuae, ut, Pacem, quam brevi horum arma parient, Pacis artibus ornes. Ut quid deceat in factis teneas; ut quicquid abſonum, & indecorum; quicquid agreſtis neglegentiae eſt, id omne quod abhorret, e vita procul amoveatur. Hae dotes animi non Te magis utilem Reip. quam in Aula acceptum reddunt. Et quis Regium latus, omnis illud virtutis & fidei ſacrarium, adſtare magis idoneus, quam nullius probri compertus? Quis ad juvanda conſilia Principis accommodatior, quam qui bene rem procurat ſuam? Ad belli arbitria tractanda, quam Ille, qui in tanto poſitus iterati ſaepius honoris faſtigio (quaſi ad privatum dumtaxat

taxat illis gradibus exſurgatur) optume pacem pati novit? Quis *Cleri Anglicani* vices aptius diſponat, quam qui graviſſumis eorundem monitis, vivendo adſtipulatur. Sed hanc Imperii molem, qua Tu fide adminiſtraveris, & quanta cum Illuſtr. virorum concordia, qui apud nos Capita rerum ſunt: quale horum paratis atque decretis momentum attuleris, quia privati modus non capit, omitto dicere, ne ſortem meam excedam; eoque lubentius, quod ſupervacaneum eſſet, poſt Honorum grande praeconium, poſt judicium SERENISSIMAE ANNAE, laudes tuas vulgari orationis genere moliri. Quod apte dicam privatus, quodque ad SALLUSTIUM attinet; cauſſentur poſthac in eo qui volent incondita locorum nomina; ſint, per me licet, quibus *Faeſulae*, agerque *Picenus*, aeque ac ultima *Scythiae* vulnerent aures; quibus vel ipſa Roma barbara videatur. Cum vero a Te peto Italiae terrae alumno, ut Hiſtoriam rerum in ea geſtarum lectione digneris; idem eſt ac ſi poſtulem, itinerum tuorum libros commentarios evolvas: & quae oculis perluſtraſti loca, ea denuo legendo reviſas. Praeſertim cum Is ipſe ſis, cui rara indulgentia Fortunae intra pomoeria aeternae Urbis adoleſcere contigerit. Qui non contentus amoenitate atque elegantia ejus raptim & in tranſcurſu frui, etiam in Villam tuam Hortoſque illam tranſtuleris; utque ipſa adeo *Campania* domi ſit, imitando feceris. Hortos, non dico *Sal-*

luſtianos,

Digitized by Google

luſtianos, jam nomen & fabulam, ſed univerſos *P. Rom. Quiritium*, opere aut impenſa viſendos, parum erat vidiſſe, niſi ſuperaſſes. Hinc eſt, quod uti ſuos quiſque Penates, ita Tu Italiam alteram paene Tibi patriam noveris: unuſque ſis ex multis, qui dum res Latiales recognoſcas, minime interim peregrineris. Eſt ergo mihi, quo invidiam Editionis hujus ampliore animo ſubeam; quo in jus judiciumque Lectorum concedam ſcribendi reus: cui, ut ut virum Patricium minus ex more Romano tractaſſe acciderit, Errata ſaltem qualiacunque Romanae indolis Patrono redimere ſit datum: atque ea, quae ab impari ingenio majori luce ſuffundi nequibant, ſplendore Tanti Nominis illuſtrare. At tu VIR NOBILISSIME, parva haec in quibus Critica noſtra proluſit, veris mox armis & juſto certamine decretura, doni conſulas; meque majora indies, & magis arbua meditantem, non indignum putes, qui otia Tibi debeam. CANTABRIGIAE, Idibus *Martiis*, Anno MDCCX.

ELEG.

LECTORI
S. D.
J. WASSE.

NIHIL *aeque a legentibus ignorari conſuevit, atque Recenſitoris officium; aliis hominem ad regendas dumtaxat Operas impoſitum putantibus, ad cavendum, ne quid detrimenti capiat Reſp. Alphabetaria; aliis, ut Auctorem pro Themate habeat, in quod aliqua moribus formandis idonea commentetur. Quo itaque in praeſenti aequiora poſtules, oſtendemus, quae tandem ipſi, cum aliis, tum praecipue nobis incumbere putarimus; quouſque interim & quatinus propoſitum aſſecuti fuerimus, tuo Lector arbitratu feras ſententiam. Typographos in edendis omne genus Scriptoribus, unius alteriuſve codicis fidem ſecutos accepimus; unde factum, ut primae Editiones etſi derivatae a probatioribus membranis, interpretationibus ubique ſcateant; neque temere poſſit inveniri ullum elegantius Dictum, aut ab uſu communi remotior Conſtructio, quin aut ſomniantium Monachorum, aut perverſe medentium manus experta fuerit. Et quantam cladem & calamitatem bonis litteris attuliſſe cenſes data opera Depravantes, quorum medicina tot tantaeque dicendi veneres extinctae ſunt? Quin ut quiſque eruditior, ita Auctorem ſuum foedius accepit, eidemque vulnera graviora inflixit. Non enim difficile eſt indoctorum lupinos ab aere genuino internoſcere: ſed aſſumenta aptiora ſubodorari, ejus unius eſt, qui praeter acrimoniam ingenii, ſtylum cujuſque aetatis probe perſpectum habet. Adhoc, ſi collatione Exemplarium aliquando pro ſplendore priſtino eniteſcat, deerit fortaſſe qui Ipſius errores in locorum nominibus, temporum computo, rerum geſtarum enumeratione, adhibitis a Re Nummaria Lapidariave teſtibus idoneis, perſequatur; ſal-*

tem qui Leges, Mores, Locutiones etiam paullo inſolentiores ornate atque copioſe expediat. Veram jam vides Editoris provinciam, & cui ſufficienter ornandae, vix ullius acumen ſatis ſubtile, nulla plane Lectio quantumvis immenſa, ſatis ampla eſſe videtur. Proinde carptim onus aggreſſi ſunt Interpretes, quod integrum ſuſtinere nequibant. Hic excuſſa barbarie ſtyli naſum condere: ille idem docentes inter ſe invicem committere: Politicam, Geographicam excutere: ſcribendi modum artemque ad amuſſim Ariſtotelicam perpendere. Quod ad Salluſtium attinet, nollem quidem tam munifici eſſe voluiſſent in eum librarii; quorum gloſſae linearum ferme numerum exaequant. Neque enim a Sciolorum calamis inquinatiorem alium poſt natam eloquentiam extitiſſe affirmaverim. Et profecto, praeterquam quod omnium manibus aſſidue tereretur, nemo magis huic peſti obnoxius atque opportunus eſſe poterat. Amputatae ejus periodi, ſubiti ictus ſententiarum, dictio ex inopinato praeciſa, & ignara verba, Interpretem poſtulare videbantur. Ea orationis pernicitas, ut ni Litteratoris alicujus ſaburra inhiberetur, periculum erat, ne oſcitantes animos tranſvolaret, atque a tergo relinqueret. Hinc totiens inculcatum infelix iſtud coepit, *aliaque verba adſcititia, & Ellipſium ſupplendarum. Nec tamen his ſordibus contentus* Pomponius Laetus, *caſtiores Salluſtii editiones & ipſe talis vir, ex* Sanſeverina *familia,* Vallae *Diſcipulus, ulterius contaminaſſe fertur. Et ab illius temporibus ad noſtram uſque aetatem plures enarrare, notaſque Reales in eum conſcribere quam purgare malebant. In hoc vulgo eminent Omnibonus, Zanchus, Bononienſis, Philologus; inter eos qui Hiſtorice & Politice rem agunt, Caſtilioneus, Rupertus, Graſwinckelius, Loccenius; & qui artem, ſenſuſque ad regulam ſcribendi exigit* Paulus Benius; *quorum labores hac in parte nos illaetabili atque ingrato onere ſublevarunt. Eorum vero qui in oratione Salluſtii emendanda poſt* Aldum & Aleandrum *exſudarunt, agmen ducit*

Hen.

Digitized by Google

Hen. Loritus Glareanus *ex pago* Glarona *Helvetius, poetices & muſices cultor. Hic* Eraſmi, *cujus conſuetudine utebatur, aemulus, ingentis induſtriae fuit, & duodecim L. Lat. Auctores commentariis mixti generis illuſtravit. Haud ergo mirandum, ſi ingenium illud, quod in tot ac tam diverſa ſcriptorum genera ſe diffuderat, minus integris viribus ad Hiſtoricum noſtrum acceſſerit. Praeſertim cum neque ſubſidia pro ingenii opibus nactus fuerit, neque, praeter Enarratores, quos diximus, exceptis* Aldi *&* Julii Gothi *codicibus, quicquam in rei diſcrimen adduxerit. Accedit, quod in hac provincia parum diu moratus, cum ſua religione ſe Lectoremque fruſtra torquet, falſis nodis inveniendis, quam veris ſolvendis vir melior. Neminem fere pro ſua ſententia citat; ſed ex orationis junctura atque ſerie, aut locis inter ſe comparatis acute, nec ſemper vere, argumentatur. Lectiones quandoque genuinas ob non bene perceptam L. Linguae indolem Auctori abjudicat. Prodiit editio ejus, in qua praeter* Jug. *&* Catil. *habentur etiam Orationes adverſariae*, Baſil. *apud* Cratand. CIƆIƆ XXXVIII. *Eodem tempore melioribus auſpiciis ad idem opus paratus ac meditatus acceſſit* Joan. Rivius *Atthendori natus, qui* Miſenae Hermundurorum *ludo litterario praefuit. Eum ex his, quae acute juxta atque eleganter in Salluſtium, abſoluto* Terentio, *elucubravit, virum fuiſſe graviſſimum facile comperior. Primus ille Interpretum* ὦτα πεπαιδευμένα *habuit, neque animi ſecus quam aurium judicium in ſcriptis oſtendit. Teſtantur hoc ſententiae antea male tornatae, & ſine arte fluentes, quas novato verborum ordine, inciſis, membriſque permutatis, priſtinis numerorum legibus obedire coegit. In Orationibus potiſſimum omnes amputavit ille verborum moras, & concitatae facundiae ſcriptorem ſua volubilitate redonavit. Ex codicibus, quos e* Monaſterio Benedictinorum *nactus eſt, unum eumque bonae notae, ex vicinae civitatis nomine* Merſeburgenſem *vocat: alterum vero potiorem, &*

 cujus

cujus plerumque fidem ſequitur, in acquirentis gratiam, nominat volumen Fabricianum; *caetéros, niſi per Satyram, non memorat. Quinetiam correctiſſima quaeque ex impreſſis contulit, Beroaldinum, Aldinum, Badianum, Argentoratenſe, ubi* Orationes *ex libris deperditis, &* Ep. *de* Rep. Ordin. *Exemplaria Gymnici, Baſileenſe, Hervagii, Venetum, quod excudit* Pincius, Pomponius *caſtigavit. Interea* Gram. *vett. aut ſuperioris aevi Doctorum citationes minime negligit; adeo ut quodcumque huic ad perfectiſſimum Commentarium defuerit, aut aetati qua floruit, aut humani ingenii imbecillitati adſcribi mereatur. Verum, ut quod res eſt dicam, Scripturam veterem non ubique diſtincte ſatis exponit, ſollemni Antiquorum vitio ſatis habens dixiſſe,* ita vetuſti. *Dictionem non ſemel genuinam, ut a* Cicerone *diverſam, improbat; nonnulla, in vocum terminatione praecipue, extra Codices audet; multa probat adulterina & mali coloris, a corruptis Auctorum quos citat exemplaribus deceptus. Lectio ejus ut exacta, ſic exilis, nec ſatis diffuſa, vix Latinorum partem tertiam complectitur, Graecorum haud quenquam tetigit. Poſtrema, plurima in quibus ſtat obtinetque, in hac tanta Litterarum luce, tum clarius, tum firmius aliquanto dici, aut etiam pro ſupervacaneis haberi poterunt.*

Hunc deinde ſex annorum intervallo excepit Petrus Ciacconius, Toleti *in* Carpetanis *natus; doctus, acer, acutus; ſed in Moribus, quam Sermone, & Loquentia veteris aevi magis verſatus. Notae ejus, quae cum ipſo Auctore brevitate contendant, parcimonii Salluſtiani exemplum luculentum, loca fere continent parallela, aut exempla, quibus hodierna Scriptura fulciatur; quae quidem ille recens a Catone, Tacito, Apulejo (nam Graecos ſubminiſtraverat* Victorius) *apposite hanc in rem allegat. Quod ſi heic ſtetiſſet, in ſuſpicionibus ſuis parcior, neque conjecturis inanibus ſine more modeſtiaque indulſiſſet, etſi in teſtimoniis quae adducit multa inſint communia, trita, inventu facilia,*

longe

longe majorem a Doctis, & magis veram laudem reportaſſet. Nunc vero, quamquam in aliquibus οἰωνὸς ἄριστος, *quaedam ſatis expergite comminiſcatur, nemo omnium eſt a quo ſaepius diſſentire cogar. Codices, tam ille, quo cum* Jug. *&* Cat. *conferebat, inter bonum malumque medius, quam illi duo litteris Longobardicis exarati, quorum ope nonnulla in* Orat. *&* Epiſt. *emendabat,* Romae *adhuc* B. Jacobi *aede, cui inſtructiſſimam ſuam Bibliothecam legaverat, adſervantur. Prodiit ex ejus recenſione* Criſpus, CIↃIↃ XLIV.

Nondum vero Critici cum Gloſſatoribus debellatum exiſtimarunt: novus ergo ex Manutiorum *familia vindex aſſurgit,* Aldus *Pauli filius; qui MSS. tribus tantum uſus,* A. Caſarii Caeſenatis, P. Hyantaphii Sabini, *&* F. Urſini; *loca quamplurima indicando, in quibus Graecos Noſter adumbratus eſt, laudem prope ſingularem ſibi quaeſivit. Emiſſa denique Editione Anno* CIↃIↃ LXIII. Cypriano *a* Popma *Nobili Friſio lampada tradidit. Sex illi viro Codices ſcripti, ex* Bib. D. Martini *primus, dehinc* Lovanienſis, Genepeus, Martinianus, *quem* Coloniae *viderat, liber* Guil. Canteri, *illique quibus antea uſus* Vincentius Caſtilioneus, *niſi forte ex ejus notis citaſſe cenſendus ſit. Caeteros, tametſi de iis magnifice loquatur, verbiſque quam poſſit ampliſſimis eorum virtutem extollat, eos pervetuſtos, integerrimos eſſe; nulla tamen nota, nulla ſignificatione dignatus eſt. Caeterum, in notis pauca ſaltem praeſtitit, ipſomet fatente* Grutero, *qui in illum & libros ejus haud paullo iniquior videtur. Verba nempe* Grammaticorum *ad membranas expendit; de Legibus, Antiquitatibus, & Inſcriptionibus vetuſtis non pauca ſcitu digniſſima in medium adducit. In eo peccat, quod, cum Salluſtio nimis ex formula* Catonis *agens, &* Siſennae; *multa paſſim ad horridam iſtius ſaeculi indolem deformare aggrediatur. Cenſuram egit* CIↃIↃ LXXII. *Hunc ſequitur* Petrus Victorius *Graecis Latiniſque litteris praeclare doctus, operique peridoneus. Verum exemplar* τοῦ πονηροῦ κειμήλιος, *quod*

ci

ei ſuppeditaverat optimis utcunque auctoribus frequens Bib. Medicaea, *magni viri genium deſtituit. Salluſtium tamen pro copiis dedit*, Florent. CIↃIↃ LXXVI. Ludovicus *inde* Carrio *J. C. patre Hiſpano, matre* Belgica *natus, vir praeſtantis ingenii, & in Latinis* Scholiaſt. *Vett.* Grammaticis *antiquis verſatiſſimus, Fragmenta primus juxta ſeriem annorum diſpoſuit, anno, ut ipſe ait in Epiſt. ad* Guidonem Laurinum, CIↃIↃ LXIV. *poſt paullo, una cum reliquo opere, a ſe ex libris antiquis emendato edidit* Antwerp. CIↃIↃ LXXIX. Criticum, *ubi ratio emendationum reddenda eſſet, non addidit, abſentiam librorum & cladem Lovanienſem cauſſatus. Unde merito accidit, ut haec Editio non ſit in omnibus admodum probatae fidei, quod nempe Conjectorem inter, & Codices diſtinguere haud liceat. Quin immo vocum Terminationes caeterumque ſermonis filum ad antiquorum exempla tacentibus* MSS. *diduxiſſe ſuſpicor. Ut res aliquando palam fiat, optimorum Codicum nomina, quae quidem memoriae prodidit, ex Libris* Emendationum *ejus* I, 5. *&* Comm. Antiq. III, 20, *&c. recenſebo. Sex itaque omnino ſunt; in primis ex* Collegio Buſlidiano *per excellentiam opinor dictus* Buſlidianus, *dein* Gemblacenſis *vetuſtiſſimus liber, item alius, qui olim fuerat* D. Benigni Divionenſis. *In notis ad Fragmenta unum adhibet* Nicolai Fabri, *Cardinalis* Briconeti *alterum, tertium* Vaticanum, *quos omnes* Cl. Puteani *opera nactus eſt. Codices etiam* Grammat. *Antiqq. eidem, aut* Melch. Hittorpio *Colonienſis Bib. Cuſtodi, aut denique Bib. Elnonenſi deberi teſtatur. His ille praeclaris ſubſidiis fretus, conjecturis renunciavit; loca qua ſcriptura, qua ab interpunctione mendoſa egregie reſtituit. Hiſtoriam raro, Graecos, praeter* Plutarchum, *&* Demoſthenem, *eoſque ſemel adductos, ne attigit quidem. Auctores Salluſtianae dictionis aemulos ubique negligit, intentus libris ſuis, quorum venuſtates numquam non aſſequitur. Huic ejus labori* CIↃIↃ LXXX. *ſucceſſit*

Janus

Digitized by Google

Janus Douza, *tum admodum juvenis. Multa & ille loco non ſuo poſita, alia perquam obſcura, ſoliſque juvanda conjecturis in integrum reſtituit. Quaedam, ratione temporis accurate habita, aptius digeſſit, & additione aliquot Fragmentorum Hiſtoriae Romanae fines prolatavit.* Epiſtolas *Caeſari ſcriptas, de quarum Auctore cum pleriſque dubitarat* Carrio, *Salluſtio aſſeruit. In notis apparate factis, acutus; ob inopiam librorum hariolatur, lenocinante conjectura quandoque in pravum abſtractus; non tamen in omnibus fruſtra eſt. In explicando felix, ſed diffuſior; nonnulla ex Graecis adducit, verbis autem ſuis, unde Salluſtiani naufragii tabulae multum illuſtrantur. Eodem tempore* Janus Mellerus Palmerius, *ex Noſtro quaedam carptim ſelecta, in* Spicilegio *ſuo (ſi ita librum nominemus, cujus Auctor tam ſaepe falcem in meſſem alienam immiſerit) emendanda ſuſcepit. Cum codices, quos ſequi poterat, habuerit,* Tholoſanum, Bertinienſem, Sigeburgenſem; *adhoc* Modii, Brunnii, Stanaei, & Fragmentum Colonienſe: *indomito & ferocienti ingenio permittere omnia maluit. Ter, vel ad ſummum quater, de Auctore bene meritus eſt; in caeteris, ſed acerrime, ſed Latiniſſime, nugatur.*

Proximus autem, cui Correctura Salluſtiana, Doctis quaſi per manus tradita, obtigit, Fulvius *erat* Urſinus, *patria Romanus, & ex Alex. Farneſii Cardinalis Domeſticis. Sed ille, quamvis in hoc litterarum genere egregius homo foret, in Antiqq. quam Locutione antiqua plus viderat; uno interim codice* Romano, *eoque non inſignite optimo nixus (ut Ciacconiana quae ſuis interſpargit, ne memorem) ex Gemmis, Numiſmatibus, & Inſcriptionibus haud contemnenda protulit. Paucis denique reſtitutis, in caeteris aliter ſentire mihi videtur.* Salluſtium *dedit* CIϽIϽ XCV. *Haud ita multo poſt,* Chriſt. Colerus, *in Franconia natus, quaedam eo ſpectantia molitus; quae qualia ſunt, dicant illi qui viderint; mihi interim fama atque auditione compertum*

Digitized by Google

pertum eſt, illum omnia fere ſua minima maxima (more quorundam aetatis noſtrae racematorum, inter Bibliopolas, quam Criticos habendorum) ſublegiſſe. Conſarcinatoris Notae lucem, qua vix dignae erant, adſpexere Norimb. CIƆIƆ XCIX. *Pauculas earum & Nos,* Gruterum *ſecuti, retinuimus: alias citat, corrigitque* Helias Putſchius, *qui & ipſe, ante auſpicatum* Gramm. Antiqq. *ingens Opus, in hoc ſtadio cucurrit.* MDCI. *Scriptis niti ſe profeſſus eſt,* Ritterſhuſii, Ciacconii, Cujacii; *quibus adjunge* Vaticanum, Bongarſii Schedas, Auguſtanos, *poſtremo Librum, olim ſuum, nunc vero* Bib. Lugdunenſis. *Omnia exſpectari poterant a tanta indole; ſed, cum vix annum ingreſſus eſſet viceſimum quintum, erudito orbi quaſi* oſtenſus tantum, *immature obiit. Quaedam, id aetatis, ſat commode obſervavit, allatis Scholiaſtarum a ſe emendatorum teſtimoniis, quibus e Graecis perpauca admiſcuit. Circa haec tempora neſcio quid in* Salluſtium *annotarat eloquentiſſimus* M. A. Muretus; *nam praeter illa quae in* Libro Var. Lect. *inveniuntur, aut notis ad Ciceronis Catilinarias obiter tangit, nihil ejus vidiſſe memini. Prodiiſſe tamen Ingolſt.* MDCIV. *docet* ὁ πολυμαθέςατος, *& magni Voſſii in opere maximo ſuccedaneus* J. Alb. Fabricius. *Verum enim vero, ut omnibus numeris perfecta atque elaborata incederet Oratio Salluſtiana, tot jam, tantorumque limas cenſorias experta, reſtabat exoletas, & probatiſſimae fidei membranas adire de novo; ut unius cujuſque ſcriptura, diſtincte memorata, inter manus principem & correctricem ubique fieret diſtinctio. Hoc in ſe recepit* Janus Gruterus *Bib. Palatinae Praefectus, magnae vir lectionis, acerrimi judicii, diligentiae plane ſtupendae, & quaſi in poſterorum ignominiam natae; Tantae praeterea in codicibus tractandis religionis, ut a ſuperſtitioſo parum abfuerit. Uberrimam illi librorum copiam Electorales loculi ſuppeditarunt; inter impreſſos quidem Ed.* Vicentinam, CIↃ CCCCLXXV. Mediolanenſem, CIↃ CCCCLXXII. *quas omnium primas eſſe non*

non recte opinatur, & a quarum caſtitate defecit illa, quam etiam citat, Tacuini, *cui praefuit* Laetus. *His* Aldinam CIƆIƆ XXI. *Antwerpienſem Carrionis, omneſque deinceps adnumerat. MSS.* XIV. *excuſſit, interque illos* Commelinianum, *ipſa exeſum vetuſtate, Palatinum* Nazarium, *qui uſque ad Jugurthae Caput* CXX. *pertinet. Caeteri pro ſua quiſque bonitate numeris Arithmeticis ſignificantur. Recentiſſimum ex iis Pal.* XII. *ſcriptum narrat* CIƆ CCCCLVII. *Pal.* IX. *litteris fuiſſe evanidis, &, quod* Nazario *etiam contigit, ab alia manu, non ubique ſervatis ſcripturae priſcae veſtigiis, ſuperpictis. Pal.* II. *inter aniles ponit membranas; Pal.* III. *interdum bene monere,* IV. *largiter a Gloſſographis acceptum ait. Simul his recenſet* Vaticanum, *in quo tantum Jugurthae & Catilinae Orationes inerant, illoſque, quos contulerat* Bongarſius. *Horum auctoritate, verborum ordinem in melius reformavit; multa ab inſulſis litteratoribus intruſa, ſuſtulit; quaedam etiam ſummo MSS. & vetuſte editorum conſenſu in Orationis contextum, uti vocant, intulit. Vocum complurium terminationes a Gramm. regulis potius quam Codicum ſuffragio comprobatas immutavit. Non eſt quod in illo temere culpes, niſi quod libris ſuis addictior, in paucis rectum ingenium corrumpat: non quod deſideres, niſi quod Lectiones quas probat, ad alia feſtinus, haud ſatis ubique tueatur. An vero in emendando Salluſtio palmam reportet, ex eo conjicias, quod neque* Auſonius Popma, *qui appoſitis ad Fragmenta Auctorum locis unde deſumta erant, Noſtrum ad fratris ſui exemplaria exegerat* Franek. CIƆIƆC XIX. *neque* Cl. Gronovius, *qui, peracta* CIƆIƆC LXV. *cenſura, idem vas incruſtaverat, ſatis dignum operae pretium feciſſe viſi ſunt. Hactenus Salluſtianae dictionis Conditores ſtylo perſecuti ſumus, non quidem ea gratia ut inter illos nomen profiterer meum, ſed ut exinde liqueret, eſſe pauca, quae Patrum induſtria nobis in eadem palaeſtra certantibus reliqua fecerit; ne a me for-*

 taſſe

Digitized by Google

taſſe qui tantum ab illis doctrina, & ope libraria, quantum aetatis intervallo ſim inferior, majora quam par eſſet exſpectarentur. Quae vero in Salluſtio *recudendo apud animum meum propoſui, ea hujuſmodi ſunt. Primo nimirum, ut ejus contextus quam emendatiſſime ad iſtius Editionis fidem repraeſentarem, in qua, adhibitis optimis exemplaribus, Cenſor quam minimum ingenio ſuo permiſiſſet; eoque nomine mihi ante omnes* Gruteriana *ſe probavit. Ad eam ergo ſcripturarum diverſitates expendimus. Non quod illam ubique purum putum* Salluſtium *exhibere duxerim, ſed ne* Popmae *aut* Rutgeri *editionem, ejuſve traducem* Pariſienſem, *cujus praeter indicem nihil umquam Doctus laudavit, ne denique* Hackianam, *indignam* Gronoviano *nomine ſequendo, meras hominum Opiniones pro MSS. auctoritate incauto Lectori propinarem. Sciebam aliquos nimis intemperanter ingenio ſuo uſos in corrigendo, aliorum e contra mentes tantam ſuperſtitionem occupaſſe, ut multo patientius librariorum quam Editoris judicia ferant; neque aliter in Conjectantes exardeſcere, quam ſi arma adverſum Deos Penates, & nomen Latinum ſumſiſſent. Ne illorum tempeſtatem ſubirem, pauca in* Notis, *in* Textu *quam pauciſſima mihi permiſi. Proxima erat cura, ut, loco Notarum, quas nullo judicio ex* Bocharto, *Geographiae, & Antiquitatum Scriptoribus plena manu conjecerat Servus* Hackianus, *aut* ἀπροσδιονύσως *ſcripſerat;* Gruteri, *aliorumque, maxume ſi* Varia Lectione, *aut* Conjectura *commendarentur, ſuo quaeque ordine comparerent. Hae, quo praecipuarum mutationum Hiſtoriam contineant, omniumque* Editionum *quaſi* Epitoma *ſint, fere integrae, & Auctorum verbis habentur; excepto, ubi nos idem fuſius tractamus, illoſve errantes, quod non raro accidit, in viam revocamus. Poſt* Julium Exſuperantium, *&* Latronem Porcium, *de quibus, quod opera noſtra non multum emendatiores prodeant, nihil attinet dicere; ſequuntur* Fragmenta

Digitized by Google

ta Hiſtoricorum vett. *quae poſt* Riccobonum, *&* Anton. Auguſtinum *collegerat* A. Popma, *multo maxume quam antehac emendatius excuſa. Notas* Auſonii (*quibus noſtrae paſſim interſparſae*) *cuilibet paginae ſubjectas habes*; *quae a Graecis depromta ſunt, ea jam Graece damus*; Catonis *omnia, ex hoc, alioque* Popmae *libro huc adducuntur, propterea quod Illum ex omnibus unum maximi facit* Salluſtius. *Sunt qui conſilium noſtrum hac in parte reprehendunt, neque cui inſerviant uſui haec, & hujuſmodi ramenta ſatis ſe intelligere profitentur. At ipſe item neſcio, quem in finem iſti animum ad legendum appellunt? ſi ut Latine ſcribant; ut Hujus indolem intimis percipiant ſenſibus; Eorum quos ſtylo expreſſerit reliquias ne ſtatim pro nihilo habeant; neu quos* Critici *veteres ob Hiſtoriam quandam reconditam, ob Ritum aliquem remotiorem, Conſtructionem inſolitam cum laude citaverint, eorum collecta Monumenta criminentur. Quin potius crebro ſecum ipſi revolvant, quantum* Virgilio *lucis, vel unius* Ennii λείψανα *infundant; quantae verborum amoenitates in hoc tanto Scriptorum diſpendio nos fugerent, ni ſupereſſet* Lucretius. *Verum, ut poſtrema ingenia,* (*& quorum nemo non omnes* Scaligeros, Caſaubonos, Lambinos, Salmaſios, *unico* S. Delphini *Litteratore facile mutaverit*) *aliquo modo demereamur, Indices damus; unum Auctorum, quos obiter emendare aggreſſi ſumus, alterum vero Gloſſarum, & Formularum; quem a nobis, officium ſervile dedignantibus, ſumma extorſit animi pertinacia. Praemiſſa eſt, nunc primum, toti Operi* Salluſtii *Vita, quam luculentiſſimo dicendi genere, & doctrina abundanti conſcripſit, mihique peramice dono dedit V. Cl.* Joannes Clericus. *Caetera mea ſubſidia ut paucis exſequar; Codices typis excuſos* Venetiis, *hunc* CIↃ CCCCLXX. *omnibus* Gruterianis *annis duobus priorem, illum* CIↃ CCCCLXXVIII. *mecum communicavit* Rev. Pater, Joannes Morus, Elienſis Epiſcopus, *bonis Artibus promovendis natus. Qui, dum*

 alii

alii Theſauros litterarios fere cum blattis & tineis dividunt, opes ſuas ultro recludit; ita nempe in illos jus privatim exercens, ut interea publici juris eſſe videantur. Tres deinde impreſſos in Bib. R. Societatis inſpexi, primum per Rubeum excuſum Venetiis CIↃ CCCCXC. forma majori; ex reliquis, primore pagina defectis, alterum Lugduni editum CIↃ CCCCXCVI. ſuadent characteres Gothici. Vidi praeterea, Badianum Pariſ. CIↃ IↃIV. Baſileenſem CIↃ IↃLXIV. Carrionis etiam Antwerp. CIↃ IↃLXXIX, Gruteri Francof. MDCVII. Denique, A. Popmae Editionem Franek. MDCXIX. manu ſubinde notatum J. Pricaei mihi permiſit Vir. Doct. & de Studioſis omnibus praeclare meritus J. Laughton B. Pub. Cantabr. Praefectus. De Mſſ. ne deſponderem animum primus effecit Rev. Joannes Poſtlethwayt Gymnaſii Paulini Rector digniſſimus, qui Salluſtium in membrana pulchre, ſed recenter exaratum, permiſſu Reverendiſſ. P. Thomae Archiepiſcopi Cantuarienſis, ex Bibliotheca D. Martini apud Londinenſes inopinato obtulit. Alium haud paullo vetuſtiorem, litteris exaratum minuſculis, & mala manu interpolatum, ſuppeditavit Bib. Publica. Tertii, & quidem optimae notae, olim Monachorum Burienſium, copiam fecerunt Eruditi Pembrochienſes. Duos poſtea, pares illi bonitate, a V. Cl. Hen. Hadriano a Marck, in gratiam meam impetravit Hadrianus Relandus, in Academia Trajectenſi Lingg. Orientalium Profeſſor celeberrimus. Neque hoc tam inſigni beneficio devinxiſſe contentus, nobiliſſ. Kohlium perpulit, ut libros ſuos cum pluribus Mſſ. Romae & alibi commiſſos, noſtrae fidei concrederet. Haud alias umquam plus mihi ſperare licuit. Ecce autem ex improviſo mors ipſius Kohlii: ictu ſanguinis extinctus eſt, & una fortunarum ejus obitus, eas forenſe funus merſerat, omnia intercipiunt: & nubibus irrita donant. Putavi me defunctum infortunio; ſed non adeo felix eſſe potui, ut ſimplici vulnere affectus, cum fortuna deciderem. Nam, ex ſeptem Codicibus Guelferbytanis

tanis, *quorum guſtum dederat* Cl. Leibnitius, *ne uno quidem eorum frui licuit. Damnum tamen, quod in hiſce factum eſt, ſi non reſarciant, magnopere ſublevabunt ſex Mſſ.* Oxonienſium *ſcripturae variantes, quibus haud ita pridem ad oram* Pariſienſis *adpictis, Editionem noſtram auctam eſſe voluit* J. Hudſonus *S.T.P. Bibliothecae* Bodlejanae Proto-Bibliothecarius; *cujus ingenium atque eruditionem plurima* Graecae Linguae *monumenta ab illo nitidiſſime, & fideliter edita teſtantur. Ad hoc* Arondelianus, *quem in Bib.* Soc. Regiae *excuſſimus. Liber iſte optimis quibuſque proximus, olim* Bilibaldi Pirkheymeri *fuit, Senatoris* Norimbergenſis, *&* Eraſmi *familiaris. Poſtremo, Regius* Arondeliano *praeſtantior, cujus uſuram benigne praebuit Vir in omni litterarum genere maximus, &,* cujus ſe pectore cuncta vetuſtas Condidit, & major collectis viribus exit, R. Bentlejus C. Trin. *apud nos* Magiſter, *&* Bibliothecarius Regius. *De caeteris interim codicibus, quos paſſim in notis adhibemus, propter numerum (octoginta fere ſunt,) ſilere melius, quam parum dicere; & ne nimis jam loquaces Catalogos pertexamus, inſtituti ratio, librique immodice creſcentis moles prohibent. Quod ad Notas attinet; in iis ſcripturam* Gruterianam, *a* Popma, Benio, Rutgero, *aliiſque improbatam, ex Mſſ. Patribus, & omne genus Auctoribus* Salluſtianae *dictionis aemulis non raro vindicavimus. Ejus rei exempla ab locis infra memoratis, ſi forte non vacat plura legere, petenda ſunt.* [a] *Si in auctoritatibus quandoque nimii videamur, ſcias Lector, & ipſas alibi ſollicitatas a librariis, quorum a petitionibus optime* defendit numerus; *tum ejuſmodi fere eſſe quae in Lexicis fruſtra quaeras. Ubi compertum eſt, Auctorem aevi ſequioris evidenter Noſtrum* παρῳδεῖν, *ibi lectiones variantes non ſine fructu appoſuimus.* [b] *Neque antiquiores*, Grae-

(a) P. 11, not. 3. pag. 137, not. 1. p. 64, not. 10. p. 507, 4. Addend. 11, 18. &, 1, 8. 1. 10. (b) Pag. 7. not. 1. p. 170, not. 2. p. 174, not. 2. p. 243, not. 1. p. 345. not. 5. p. 348, not. 4.

cos

Digitized by Google

cos *potiſſimum, a quorum fonte multa derivaſſe* Salluſtium *in propatulo eſt, negleximus. Neque id fruſtra; nam illi, uno & altero excepto, contra ac Noſter, ſcatere verbis, & quaſi diffluere ſermonis copia ſolent; unde ſaepe numero fit, ut ſenſa ejus, preſſiora licet, aperias, ſententiaſque confragoſas, & ante expectatum cadentes aliquanto rectius componas.* [c] *Quod de integris ſententiis dixi, idem etiam de loquendi Formulis, verbiſque ſolitariis dictum velim; quae ſaepe allatis* Graecis *multo clarius elucent.* [d] *Nonnulla eo propoſito adduximus, ut inde conſtaret, quomodo antiqui locum aliquem ſubdifficilem interpungendum cenſuerint.* [e] *Alia tantum ornatus gratia, atque ut haberet quibuſcum in ſimili materia commiſſus emineret* Salluſtius, *animoſque juvenum, ad imitandum accenderet.* [f] *In* Moralibus *etiam ad quae, velut manu ducit, homo* ignava opera & philoſopha ſententia, *quaedam nobis, contra morem, permiſimus; tum ut recte dicta primis Auctoribus reſtituerentur, tum ut harum rerum ſtudioſis eſſent, unde otium oblectarent.* [g] Variantium Lectionum *ſylvam, non interpoſito judicio exhibere, quid aliud eſt, quam corrigendi onus Lectoris cervicibus imponere; rogare Illum, cui prodeſſe debueras. Atque, ut* Judex *ille dici nequit, qui de* Controverſiis *cognoſcit, neque ſtatuit, ſic neque* Criticus *eſt vocandus, qui enumeratis anxie ſcripturae diverſitatibus, eligendi facultatem, qua minus poteſt polletque, Lectoris arbitrio permittit. Habes ergo Cenſoris partes a nobis ubique ſtudioſe peractas, una cum rationibus quibus ſe noſtra ſententia tuetur. Non ita tamen ut exſpectes argumenta magno verborum ambitu concepta, & quaſi manu facta, id quod lectionis inopia fere fit. Noſtra, pro Auctoris genio plerumque brevia, ſubſtricta, verbis aliorum quam noſtris, tecte innuere, quam ambitioſe concludere maluerunt. Sae-*

(c) Pag. 12. not. 2. p. 233, not. 4. p. 326, not. 1. p. 350, not. 1. p. 397. not. 3. (d) p. 79. N. 3. Addend. I, 8, 10, 20. II, 8. III, 15. VI, 5, 10, 16. p. 189, 4. 290, 5. (e) p. 6. not. 1. p. 512, not. 4. (f) p. 190. not. 1. p. 217. not. 2. (g) p. 225, not. 1. p. 226, not. 3. p. 450, not. 2. p. 463, not. 2. Addend. I, 12.

pius

Digitized by Google

pius itaque uno alterove teſtimonio ſcrupulum exemtum, [h]*Doctum erroris convictum,* [i]*Noſtrum contra Codices firmatum,* [l]*verba quae propritim adhibet, atque* ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων *illuſtrata reperies, quae alioqui frigidis nempe ratiunculis, aut ventoſi ingenii viribus fruſtra explicaturum quemquam ſperaveris.* [m]*Interea non eo uſque Geographiae*[n]*, Antiquitatum,*[o] *Hiſtoriae*[p]*, obliti, quin & hiſce rebus noſmet immiſceamus. Unum eſt, in quo a propoſita ſeveritate aliquantiſper ceſſi; partim in tuam gratiam, quo te facilius exorari patiare; deinde ut hujus Academiae Mſſ. a Peregrinantibus fere praetermiſſos, Orbi literato, quantum in me erat, oſtentarem. Nolui ſcilicet Auctorem ullum a me in* Salluſtii *medelam adductum, ipſum interea male ſanum emittere. Hinc extra provinciam non ſemel egreſſi ſumus*[q]*, quod nobis ſine fraude licere, praeſertim cum ea re praebuerimus latiſſimam culpandi aream, nulli dubitamus. Reliquum eſt, ut ſi qua turbata nec ſuo loco poſita invenias, abſentiae noſtrae imputare velis, & illis Crucibus, qui me tua cauſſa nimis diu exercitum habuerunt.* VALE.

(h) Pag. 69, 3. 128, 3. 201, 5. 325. 4. (i) Jug. cap. xxx. p. 236, 3. 267, 1. (l) P. 192, not. 2. 273. 2. 325, 4. 370, 2. 377. 3. (m) p. 476, 1. 501, 2. (n) p. 196, 1. 258. 2. 280, 1. 290, 3. (o) p. 60, 2. p. 209, 3. 252. 4. Addend. 1, 15. 1v, 8. 11, 43. (p) Addend. 11, 7. 111, 13. (q) 16, 5. 48, 2. 77, 2. 133, 2. 294, 3. 431, 1. 447, 5. 483, 4.

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII
V I T A.

BONORUM Virorum timiditati, inconſtantiae, aut imprudentiae vix ignoſcere poſſumus, ſi quid aliquando moribus ſuis indignum, & ante actae Vitae minus conſentaneum protulerint. Sed multo magis iram noſtram movent improborum honeſti ſermones; quibus, ut nequitiam ſuam occultent, certiuſque noceant, uti ſolent; nihil enim ſceleratius, quam armis Virtutis uti, ut Vitium tuearis. Non puto autem quemquam pravae hujus ſimulationis labe magis infectum vixiſſe, quam celeberrimum Hiſtoricum C. CRISPUM SALLUSTIUM, ut liquebit ex ejus vita; quam ex Veteribus colligere ſtatui, ut quicumque eam legent, hoc exemplo intelligant non eſſe propterea exiſtimandum bonum quemquam fuiſſe, quod Virtutem calamo defenderit, niſi conſtet mores cum ſermonibus conſenſiſſe. Nemo certe elegantius & acrius in ſuae aetatis vitia, quam SALLUSTIUS, invectus eſt; nec quiſquam vitae minus ſeverae fuit.

Natus erat [1] Amiterni, in Sabinis, apud quos extant etiamnum antiquae ſeveritatis reliquiae, anno ab Urbe condita [2] DCLXIX. *L. Cornelio Cinna* III. & *Cn. Papirio Carbone Coſſ.* Hi Sullae infenſi bellum civile concitarunt, quod non deſiit, niſi poſtquam Sulla, triennio poſt, rerum potitus eſt. His annis, omnis generis flagitia in Italia commiſſa, plebeiaeque & nobiles familiae graviſſimas calamitates paſſae ſunt; unde intelligere licet miſerrimo ac flagitioſiſſimo aevo natum eſſe *Salluſtium*, & quo multo plura, quae vitaret, quam quae ſequeretur, videbat. Parentes tamen ejus inculpatae vitae fuiſſe credibile fit, quod priſcus Declamator, qui nomine *Ciceronis* in *Salluſtium* invectus eſt, omniaque conquiſivit, quae in eum dici poſſent, nihil in fama, rumoribuſque ſubſequentis aetatis invenerit, quod iis exprobraret. Patrem certe *Salluſtii* ſe *praeterire* ait; *qui ſi*, inquit, *numquam in vita ſua peccaſſet, tamen majorem injuriam Reipublicae facere non*

1 *Vide* Euſebium *in Chron. ad An.* MDCCCCXXXI. 2 A.C. LXXXV.

potuiſ-

Digitized by Google

potuiſſet, quam quod eum talem filium genuerat. Subjicit, ſe *non exſequi ſi qua in pueritia peccaſſet Salluſtius, ne parentem ejus accuſare videretur, qui eo tempore ſummam ejus poteſtatem habuit.* Quae verba ſatis oſtendunt, probra nulla in Hiſtorici noſtri parentes tunc temporis jacta; neque enim iis vehemens Declamator pepercisſet, ut *Salluſtii* nequitiam credibiliorem redderet.

Plebeiam ejus familiam, non patriciam, ut nonnulli volunt, fuiſſe liquet, ex eo quod Tribunus Plebis fuerit; ac ſane ubique in nobiles invehitur, ac praeſertim in Hiſtoria Belli Jugurthini, & poſteriore Epiſtola ad C. Caeſarem *de Republica Ordinanda.*

A teneris annis excultam eloquentiam, & operam diligentem litteris a *Salluſtio* datam, ſatis oſtendunt ejus ſcripta; neque enim ita ſcribunt, qui ſerius ſe ſe ad litterarum ſtudia contulerunt. Ideo fidem ei minime detraxerim dicenti Epiſt. II. ad Caeſarem *poſtquam ſibi aetas, ingeniumque adoleviſſet, ſe haud ferme armis atque equis corpus exercuiſſe, ſed animum in litteris agitaſſe; &, quod natura firmius erat, ingenium in laboribus habuiſſe.* Sed & hoc diſerte teſtatur [1] *Suetonius*; Praeceptorem enim ejus fuiſſe docet Atteium Praetextatum, nobilem Grammaticum Latinum, qui ſe *Philologum* vocavit, & qui *Salluſtium* familiariſſime coluit. Vix tamen videtur, more aliorum, cauſas actitaſſe, ut gratiam ac famam ſibi actionibus forenſibus compararet. Nulla certe memoria ejus rei, apud Veteres; nec *Cicero,* qui tot aequalium ſuorum, qui operam ſuam venditarunt in foro, meminit, *C. Criſpi Salluſtii* mentionem ullam uſquam fecit. Si quis ſilentii cauſam fuiſſe inimicitiam, quae inter eos fuit, ſuſpicetur; doceat cur *Cicero* ejus ſaltem obiter non meminerit, ut vituperaret. Ac ſane genus eloquentiae Salluſtianae minus aptum foro fuit; aptiſſimum Hiſtoriae, quae ab otioſis legitur. Quare [2] *Quintilianus*, vitari oportere judicat in cauſis agendis illam Salluſtianam (quamquam in ipſo virtutis locum obtinet) brevitatem, & abruptum ſermonis genus, quod otioſum fortaſſe lectorem minus fallit, audientem tranſvolat.

Declamator, [3] quem dixi, turpiſſimam adoleſcentiam *Salluſtio* exprobrat, nefandarumque voluptatum amorem objicit; quae criminationes, ut falſae eſſe poſſunt, non omnino incredibiles ob ſequuta flagitia videntur. *Domum paternam*, ſi accuſatori credimus, *vivo patre, turpiſſime venalem habuit, ac vendidit*; morique coegit ex moerore patrem, quo nondum mortuo, jam pro herede

1 *In Lib. de Illuſtribus Grammaticis* c. 10. 2 *Lib.* IV. *Cap.* 2. 3 *Cap.* 5.

Digitized by Google

omnia gerebat. Nec aetatis tirocinio lapſus, poſtea ſe correxit, ſed abiit in ſodalitium Sacrilegi neſcio cujus Nigidiani; bis accuſatus eſt, apud Judices, bis abſolutus; verum ita ut non innocens eſſe, ſed Judices pejeraſſe viderentur.

Cum ad capeſſendos Reipublicae honores contenderet, [1] Quaeſturam eſt conſequutus, quam ſi petiit legitimo anno, hoc eſt, vigeſimo quinto, Quaeſtor fuit A. U. C. [2] DCXCIV. Quinto Caecilio Metello Celere & L. Afranio Coſſ. Alioſne honores ambiverit, an difficultatibus deterritus ad privatam vitam, iis miſſis, conceſſerit, non ſatis liquet. Ab hoc certe tempore nullos honores, ad Tribunatum uſque Plebis, geſſit. In ipſo adoleſcentiae ardore, videtur ea admiſiſſe, quae aeternam nomini ejus infamiam inuſſerunt. [3] *M. Varro* Scriptor graviſſimus, in libro quem inſcripſerat *Pius*, aut *de Pace, C. Salluſtium* in adulterio deprehenſum cum Fauſta, Sullae filia, a Milone ejus viro loris bene caeſum, &, cum pecuniam dediſſet, dimiſſum fuiſſe prodidit.

Attamen A. U. C. DCCII. [4] Tribunatum Plebis adeptus eſt, tempore quo uſque adeo turbata erat Reſpublica, ut eo deventum ſit, ut Cn. Pompejus Magnus Conſul, ſine collega, crearetur. Cum autem paullo ante T. Annius Milo P. Clodium occidiſſet, Pompejuſque legem de vi tuliſſet, qua inſtituebatur quaeſtio de ea caede; ulciſcendi occaſionem nactus *Salluſtius*, ſibi non defuit. Cum duobus aliis Tribunis Plebis inimiciſſimas conciones, ut ſcribit *Aſconius Pedianus* in *Ciceronis* Milonianam, de Milone habuit, invidioſas etiam de Cicerone, quod Milonem ſummo ſtudio defenderet; eratque maxima pars multitudinis infenſa non ſolum Miloni, ſed ipſi etiam, propter inviſum patrocinium, Ciceroni. Poſtea tamen cum de accuſandi ſtudio multum remiſiſſet *Salluſtius*, in ſuſpicione fuit in gratiam rediiſſe cum Milone & Cicerone.

Crediderim, hiſce temporibus, ſcriptam fuiſſe hiſtoriam Catilinariae Conjurationis; cum *Salluſtius*, exacto Tribunatus tempore, privatus ageret, nec Ciceroni eſſet infenſus; rem enim ita narrat, ut ea lecta hiſtoria, nemo non acta Ciceronis ſit probaturus. Forte & bellum Jugurthinum, & Civilia, quae id inſequuta ſunt, aliaque cum iis connexa, eodem illo tempore conſcripſit, aut aliquanto poſterius. Certe non ſunt ea ſcripta hominis adoleſcentis, teſtaturque ipſe, initio conjurationis Catilinariae, ſe tum de-

1 *Ibidem.* 2 A. C. LX. 3 *Apud Aul. Gellium* Lib. XVII. c. 18. *Vide & veterem Scholiaſten* Horatii *ad Sat.* II. *Lib.* I. 4 A. C. N. LII.

mum

mum Hiſtoriam aggreſſum ſcribere, [1] *ubi animus ex multis miſeriis atque periculis requievit, & ſibi reliquam aetatem a Republica procul habendam decrevit*; quod vix ante Tribunatum, quem anno aetatis XLI. geſſit, fieri potuit. Tum vero ſtatuit *res geſtas Populi Romani carptim* (ſic ipſe loquitur) *ut quaeque memoria digna viderentur perſcribere; eo magis quod ei a ſpe, metu, partibus Reipublicae animus liber erat.* Haec ſunt verba hominis honores nullos amplius ſperantis, aut certe ambitionem egregie diſſimulantis. At nec ante diſſimularat honorum cupiditatem; nec poſtea, *rerum* potiente Caeſare, eorum contemtum prae ſe tulit.

Itaque ante omnia Catilinariam conjurationem, quae contigerat anno ejus vitae XXX, ac proinde cujus teſtis fuerat, ſcribere undecim circiter poſt annis aggreſſus eſt, ſi calculos recte ponimus. Tum Jugurthinum bellum, quod diu ante quam naſceretur, & Civile, quod eo puero geſtum eſt, conſcripſit. Periit poſtremum Opus, ſi fragmenta quaedam excipias, quae tamen ſat ampla ad nos pervenerunt, ut ex iis intelligere poſſimus, non minus accurate ac cetera perſcriptum fuiſſe. [2] Sed mihi videor ex loco *Auſonii* poſſe colligere tempora, quorum Hiſtoriam ſcripſerat *Salluſtius*, in iis libris qui perierunt. *Auſonius* in Idyllio XXXII, ad Nepotem, docet puerum, quos libros legere eum oporteat, & quos ipſe, in gratiam ejus in manum iterum ſumere ſit paratus. Itaque memorato *Terentio*, ſic loquitur de *Salluſtii* libris:

Jam facinus, Catilina, *tuum*; Lepidique tumultum, *Ab* Lepido, *&* Catulo; *jam res & tempora Romae Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos. Jam lege civili miſſum Mavorte duellum, Movit quod ſocio* Sertorius *exſul Ibero.* Haec ſunt omnia opera *Salluſtii*, excepto bello Jugurthino, quod cur omiſerit *Auſonius*, non intelligo. Forte aliquot verſus vetuſtate interciderunt. I. Occurrit bellum Catilinarium, de quo nihil neceſſe eſt dicere. II. Hiſtoria tumultus excitati a *Marco Aemilio Lepido*, anno Urbis Conditae DCLXXXVII poſtquam anno ſuperiori Conſul fuiſſet: Is tumultus a Pompejo & Catulo oppreſſus eſt, eodem anno. III. Inde *Salluſtius* ſcripſerat hiſtoriam rerum in Republica Romana per duodecim annos geſtarum, ante Lepidi tumultum; quorum duodecim annorum initium fecerim circiter ab anno U.C. DCLXIII, quo bellum Marſicum inchoatum, ab eo enim tempore, uſque ad extremam Dictaturam Sullae, duodecim circiter anni fluxerunt. Multa autem inveniuntur fragmenta *Salluſtii*, ex quibus liquet eum res a Sulla geſtas ſcripſiſſe; quae ea temporis intercapedine continen-

1 Cap. 3. 2 *Suetonius de Ill. Gramm.* cap. x.

Digitized by Google

tur. IV. Bellum ſcripſerat Sertorianum, quod coeperat ſub finem vitae Sullae, proximeque duodecim annos memoratos conſequebatur; Metellus enim in Hiſpaniam contra Sertorium miſſus eſt anno U. C. DCLXXIV. qui duodecim illorum annorum ultimus fuit. Si ea Hiſtoria ad receptas uſque Hiſpanias pertexta eſt, quod credibile videtur, pertinuit ad annum DCLXXXI. nam eo demum anno, occiſis Sertorio & Perperna, pacatae ſunt Hiſpaniae.

Hinc videmus quamvis *Salluſtius* carptim ſcripſiſſet Hiſtoriam Romanam, nec continua temporum ſerie lucubrationes ſuas edidiſſet, ex tribus poſtremo memoratis operibus potuiſſe contexi circiter octodecim annorum Hiſtoriam; quae utinam ſane exſtaret! Fragmenta enim ejus ſitim noſtram excitant, non reſtinguunt. Hi autem libri, quamvis ab auctore eo ordine, quem memorat *Auſonius*, editi, identur poſtea a Grammaticis in ordinem quemdam redacti, ut ex tribus operibus una conflaretur Hiſtoria, Librique ejus perpetuo ordine a primo ad ultimum decurrerent, commodiuſque ad teſtimonium citarentur. *Aſinius Pollio*, in libro quo *Salluſtii* ſcripta reprehenderat, ut nimia priſcorum verborum adfectatione oblita, tradebat, *In eam rem adjutorium ei feciſſe maxime quemdam Atteium Praetextatum, nobilem Grammaticum Latinum, declamantium deinde adjutorem atque praeceptorem.* Ab hoc ajebat *Salluſtium, Hiſtoriam ſcribere aggreſſum, breviario rerum omnium Romanarum, ex quibus quas vellet eligeret, inſtructum fuiſſe, antiquaque ei verba & figuras ſolitum eum eſſe colligere.* Videtur Grammaticus non ignobilis ea in re ingenio ac voluntati *Salluſtii* gratificatus eſſe, potius quam ſuum ipſius judicium ſequutus; nam in praeceptis Rhetoricis ad Aſinium Pollionem, ei *nihil aliud ſuadebat*, ut prodidit Suetonius, *quam ut noto, civilique & proprio Sermone uteretur, vitaretque maxime obſcuritatem & audaciam in tranſlationibus.* Credibile eſt *Salluſtium* ea re gravitatem ſtyli captaſſe, & priſcorum illorum Romanorum ſermonem imitatum, quorum moribus erat diſſimillimus, ut flagitioſae vitae maculas elueret, perſuaderetque iis, quibus ſatis notus non erat, falſa eſſe omnia, quae de illo minus honeſta jactabantur.

Verum hae artes belle homini non ceſſerunt, nam anno [1] U. C. DCCIV. Coſſ. L. Aemilio Paulo & C. Claudio Marcello, Appius Claudius Pulcher Cenſor, non repugnante Collega L. Calpurnio Piſone, omnes libertinos, ut docet *Dio* Lib. XL. multos etiam nobilium, atque inter eos *Criſpum Salluſtium*, qui hiſtoriam conſcripſit, Senatu ejecit. Quod factum, ſi veteribus

[1] *A. Chr. N. L.*

² Gram-

[1] Grammaticis credimus, propter adulteria; dicitur enim ab iis *Salluſtius tanto ardore inſanivisse in libertinas, quanto moechus in matronas, quod cum illi in Senatu a Cenſoribus objectum eſſet, reſpondit ſe non matronarum, ſed libertinarum ſectatorem eſſe. Quare ex Senatu,* inquiunt, *ejectus eſt.* Hoc quoque ei exprobrat perſonatus ille [2] *Cicero*, qui Declamatione in ejus mores invectus eſt. Idem nos docet, poſtquam Cenſores Senatum, more majorum legiſſent, nuſquam conſpectum eſſe *Salluſtium* Romae, ſuſpicaturque tum ſe *conjeciſſe in ea caſtra, quo omnis ſentina Reipublicae confluxerat*; hoc eſt, in Galliam ad Caeſarem ſe contuliſſe. Non minoribus [3] conviciis eum exagitavit *Lenaeus*, Pompeji Magni libertus, ex amore erga patroni memoriam, quem *Salluſtius* ſcripſerat *oris probi, animo inverecundo fuiſſe.* Ideo Lenaeus poſtea Hiſtoricum noſtrum *acerbiſſima Satira*, ut docet Suetonius, *laceravit, laſtaurum* & lurconem & nebulonem popinonemque *appellans, &* vita ſcriptiſque monſtroſum, *praeterea* priſcorum, Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem. Qua ex occaſione, ſic de Pompejo ſcripſiſſet *Salluſtius*, poſt interitum ejus Hiſtoriae, conjicere non poſſumus; at conſtat Caeſarianis partibus e Senatu expulſum fuiſſe.

Certe poſteaquam Reſpublica armis oppreſſa eſt, anno ſequente, [5] U. C. DCCV. C. Claudio Marcello & L. Cornelio Lentulo Coſſ. a Caeſare [4] eſt in Senatum reductus; Quaeſtura iterum accepta, ut honeſtius in ampliſſimum ordinem reciperetur. Eum autem *honorem*, ſi adverſae famae credimus, *ita geſſit, ut nihil in eo non venale habuerit, cujus aliquis emtor fuit. Nihil non aequum ac verum duxit, quod ipſi facere collibuiſſet.* Propter iteratam Quaeſturam, priſcus Declamator, cujus verba protulimus, *bis Senatorem, bis Quaeſtorem factum* ait. At *Dio* Lib. XLII. vult, ut recuperaret dignitatem Senatoriam, Praetorem creatum. Malim, Quaeſtura in eum collata, factum hoc eſſe; eo enim Magiſtratu capto, Romana Juventus ingrediebatur Senatum.

Hoc tempore, viris doctis videtur ſcripſiſſe ad Caeſarem duas illas Litteras, quae perperam Orationes inſcribuntur, *de Republica ordinanda.* Sed poſteriores quidem, hoc tempore, ſcripſiſſe potuit; at priores non niſi propemodum confecto bello ſcripſit. Malim ergo haſce differre in annum DCCVII, aut certe ad finem anni antecedentis cum victus eſſet Cn. Pompejus.

1 *Schol. in* Sat. II. *Lib.* 1. Horatii. 2 *Cap.* 5. & 6. 3 Suetonius *de illuſtr. Gramm.* cap. 15. 4 *Cicer. in Salluſt.* cap. 6. 5. *A. C. N.* XLIX. Id. *c.* VII.

Igitur

Igitur ſub finem anni DCCVI. cum in Aſia eſſet Caeſar, ab iis [2] qui Roma ad eum venerant cognovit, litteriſque urbanis animadvertit multa Romae male & inutiliter adminiſtrari, neque ullam partem Reipublicae ſatis commode geri; quod & contentionibus tribunitiis perniciosae ſeditiones orirentur, & ambitione atque indulgentia Tribunorum Militum, & qui legionibus praeerant, multa contra morem, conſuetudinemque militarem fierent, quae diſſolvendae diſciplinae, ſeveritatiſque eſſent. Hanc crediderim occaſionem fuiſſe, ſcribendi iterum ad Caeſarem de ordinanda Republica; qua de re, cogitare ſerio non potuit, niſi poſt victum Pompejum. Antea quidem *Salluſtius*, Caeſare nondum in Macedoniam profecto, vigenteque bello, multa monuerat, ea de re, in Epiſtola, quae II. Oratio perperam dicitur, ubi de *M. Bibulo* & *L. Domitio*, quaſi viventibus loquitur, cum Bibulus mortuus ſit ante pugnam Pharſalicam, & Domitius ex ea fugiens interfectus. Sed in altera Epiſtola, in qua de bello, quaſi confecto, loquitur, rem eamdem iterum aggreditur. Itaque, quae prior eſt, eam oporteret eſſe poſteriorem, quod etiam ipſum ejus, quae poſterior eſt, prooemium ſatis oſtendit.

Antequam autem Caeſar contra Scipionem, Pompeji ſocerum, in Africam iret, anno U.C. DCCVII, quo Caeſar iterum Dictator fuit, M. Antonius Magiſter Equitum, Praetor factus eſt *Salluſtius*; qui honor videtur non tam monitorum de Republica ordinanda, quam turpium adulationum iis admiſſarum praemium fuiſſe. At *Salluſtio* propemodum fatalis fuit; [3] cum enim eſſet in Campania, apud Caeſarianos milites, mox in Africam tranſmittendos, motaque ab iis eſſet ſeditio, quam fruſtra compeſcere tentavit, ab iis ferme eſt interfectus. Quin etiam cum Romam ad Caeſarem contenderet, ut hac de re certiorem faceret, inſequuti eum complures militum, obvios quoſque occiderunt; ipſum, ſi adipiſci potuiſſent, e medio ſublaturi.

Caeſar vero, placatis militibus, ſub brumam in Africam, cum parte exercitus, trajecit, ſecumque *Salluſtium* duxit, quem, paucis diebus poſtquam adpuliſſet, cum penuria annonae premeretur, [4] ad Cercinam inſulam, quam adverſarii tenebant, cum parte navium, ire juſſit, quod ibi magnum numerum frumenti eſſe audiebat. [5] Ejus adventu C. Decimius Quaeſtorius, qui ibi cum grandi familiae ſuae praeſidio praeerat commeatui, parvulum navigium

1 A. C. N. XLVII. 2 Hirtius *de Bel. Alexand.* cap. LXV. 3 *Ex Dione* Lib. XLII. 4 Hirtius *de Bello Afric.* cap. VIII. 5 *Ibid.* cap. XXXIV.

nactus

Digitized by Google

nactus conſcendit, ac ſe fugae commendavit. *Salluſtius* interim a Cercinatibus receptus, magno numero frumenti invento, naves onerarias, quarum ibi ſatis magna copia fuit, complevit atque in caſtra ad Caeſarem miſit. Quid aliud in eo bello geſſerit *Salluſtius*, nemo prodidit, ſed fidelem ac ſtrenuam operam Caeſari navaſſe, ex praemio intelligere eſt. [1] Anno enim U. C. DCCVII, confecto Africano bello, [2] Caeſar eum in Numidia recepta, verbo quidem adminiſtrandae provinciae cauſa, reipſa autem expilandae, pro Praetore, reliquit. Itaque dona multa *Salluſtius* accepit, multa rapuit, Romamque deinde reverſus, cum a Numidis accuſaretur, maximam infamiam retulit; quod cum libros ſcripſiſſet, in quibus copioſa & acerba oratione invectus erat in eos qui ex provinciis quaeſtum feciſſent, rebus ipſis quod ſcripſerat non expreſſiſſet. Ne [3] tamen cauſſam diceret, [4] ſeſtertio duodecies cum Caeſare pactus eſt, ſi credimus perſonato *Ciceroni*. Graviſſimus certe Hiſtoricus *Dio*, prodidit eum, licet a Caeſare dimiſſum, ſuis ipſius ſcriptis perennem infamiam ſibi creaſſe, quod vita ab iis prorſus diſſentiret.

Ea praeda, [5] qui modo ne paternam quidem domum redimere poterat, repente tamquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, qui [6] *Salluſtiani*, ab ejus nomine, dicti ſunt, villam Tiburtinam, & alias poſſeſſiones ſibi comparavit.

Qua ratione, vitam poſtea traduxerit *Salluſtius*, Veteribus tacentibus, nobis non liquet. Credibile eſt ornandae domui, exſtruendis villis, deliciiſque undequaque ſibi parandis occupatum fuiſſe; ita ut ſaluberrimis praeceptis, quae in Hiſtoriis tradiderat, exemplo ſuo, vim ponduſque detrahere pergeret. De ejus oratione in *Ciceronem*, & *Ciceronis* in *Salluſtium*, nihil addam; quia, licet antiquae ſint, nec infra aevum Tiberianum, animi cauſa, a Rhetore quopiam confictas nemo amplius dubitat.

Septuageſimo aetatis anno, fato functus eſt, quadriennio [7] ante bellum Actiacum, hoc eſt, anno [8] U. C. DCCXIX. S. Pompejo & S. Carnificio Coſſ. Vir ſane fuit memorabilis, ſi Hiſtorias ejus ſpectes; quae, ſi nimium antiquioris ſtyli ſtudium excipias, nullis aliis poſtponendae ſunt, principemque locum, inter Romanos Hiſtoricos, etiam judicio Veterum, ei pepererunt. Nec brevitatem ac efficaciam ſingularem dictionis dumtaxat laudant,

1 A. C. N. XLVI. 2 *Dion.* Lib. XLIII. 3 *Cicer. in Salluſt.* cap. 8. 4 *Nonageſies mille ſſ. eoque amplius.* 5 *Id. Ibid.* 6 *De iis vide* Fam. Nardinum *Vet. Romae* lib. IV. cap. 7. 7 *Vide Euſeb. in Chron.* 8 A. C. N. XXXV.

ſed

ſed etiam veritatis ſtudium; quod ita intelligendum, ut de aliis loquenti fides habeatur, de ſe ipſi nihil credatur niſi quod re ipſa comprobatum eſt. Facile credo, cum ſe Reipublicae longum valedixiſſe putaret, [1] *Conſilium ei non fuiſſe*, ut ipſe dicit, *ſocordia atque deſidia bonum otium conterere, neque vero, agrum colendo ac venando, ſervilibus officiis intentum, aetatem egiſſe*, ſed honeſtioribus ſtudiis & ſcriptionibus operam dediſſe. At nec oblitum deliciarum ac voluptatum opinor; quibus & puer & adoleſcens & ſenex, quaſi Sirenibus quibuſdam adhaeſit; nec, ut puto, dum Hiſtorias, florente aetate ſcriptitaret, nuncium remiſit.

Idem fecit, quod [2] plerique Philoſophorum, *diſertorum in convicium ſuum, quos ſi audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, indicium profeſſos putes, adeo redundant ad ipſos maledicta in publicum miſſa!* Interea ejus Hiſtoria, ut ceteris omnibus, utamur oportet, quippe quae non minus gravia ac utilia praecepta, exemplaque continet, quam ſi ſcriptor ſanctitate morum priſcos omnes Romanos ſuperaſſet.

1 *Conjur. Catil.* cap. IV. 2 Seneca *apud Lactant.* Lib. III. cap. 15.

C. CRIS-

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII
BELLUM CATILINARIUM,
SIVE DE
CONJURATIONE CATILINAE.

I. OMNIS [2] homines, qui ſeſe ſtudent praeſtare caeteris [3] animalibus, ſumma ope niti decet, ne vi-

1. BELLUM CATILINARIUM.] Ita *Nonius* triginta amplius locis indigetat: quanquam plerique libri veteres & nonnulli etiam MSS. titulum ita concipiunt: *de Conjuratione Catilinae & ejus ſociis.* Utrumque defendi poteſt: nam & *conjuratio* aliquo modo *bellum* dici poteſt, praeſertim haec, ubi infeſtis ſignis in aperto campo praelium quoque fuit commiſſum. Alioqui militem a conjuratis recte ſejunxit Livius lib. 45. Nam *milites* ſunt, qui ſacramento dixerunt ſinguli; *conjurati* qui una ſimul jurarunt. *Colerus.* Meurſius ad Catonem p. 226. putat *Salluſtium* gemino titulo libros inſcripſiſſe. Codd. autem noſtri & Schol. *ineditus* ad Juvenal. x, 287. cum editis faciunt. *J. W.*

2 *Omneis homines, qui ſtudent ſeſe praeſtare ceteris animantibus.*] In manuſcriptis aliiſque vetuſtis eſt ordo verborum immutatus, *qui ſeſe ſtudent praeſtare.* pro, *qui dant operam, uti praeſtent ipſi & antecellant.* (uti & in omnibus noſtris. *W.*) Id lenius & aſperum minus eſſe videtur, nec aliter a veteribus citatur, velut *Priſciano* lib. VII. quo loco de accuſativo tertiae declinationis agit. ubi & *Omnis* hic legendum eſſe docet, pro *omnes.* Terentianus diphthongo *ei* ſcribi vult in plurali tam hoc, tum ſimilia nomina, quomodo fere & in vetuſtis inſcriptionibus reperitur. Jam quod ad loquendi rationem attinet, norit lector & *Ciceronem* eodem modo locutum. Nam II. Officior. *Gratum ſe videri ſtudet,* inquit, & in Eunuchi prologo Terent. *Qui placere ſe ſtudeant bonis quam plurimis.* Ubi interim miror, quid ſibi quidam velint, qui & omiſſo accuſativo *ſe,* verſum conſtare arbitrentur, id quod ſecus habet, & ab imitatore quopiam pronomen adſcriptum putent, quod hoc modo *Salluſtius* Catilinae hiſtoriam ordiatur. Quaſi vero non eodem modo ſit, ita uti oſtendimus, & *Cicero* ipſe locutus. Sed & alias *Terentius* haud diſſimili modo loquitur, velut in Eunucho, *Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt.* Eodem modo II. Tuſcul. Cicero, *Eſt enim quoddam genus eorum qui ſe philoſophos appellari volunt.* pro, *qui appellari philoſophi volunt.* Nam ſic uſitatius dicitur. Terent. in Andria, *Uxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie.* Et, *Quae ſeſe inhoneſte optavit parare hic divitias potius, quam in patria honeſte pauper vivere.* Ubi etiam pronomine *ſeſe* omiſſo, tamen ſenſus conſtat. Quomodo & in illo *Livii* II. Decadis tertiae, *Qui ſe bene mori, quam turpiter vivere maluit.* Rivius. vid. Schoppium ad Priapeia. p. 33.

3 *Animalibus*] Digladientur alii, per me licet, genuinumne magis *animalibus* an *animantibus,* dum norint utrumque videri, tamquam e gloſſa irreptitium. Meis certe auribus, meo animo hac voce retenta, odioſe mox ſequitur, *ne vitam ſil. tr. u. pecora.* Gruterus. Sex MSS. Codd. Popmae *animalibus* uti Manutiani

tam[1] ſilentio tranſeant,[2] veluti pecora; quae Natura prona,

omnes, neque aliter *Chariſius* in voce *omnes*. Diomedes pag. 294. *Enarrator Statii* p. 171. ipſe etiam *Ovidius*, Pronaque *otiis ſpectent* animalia *caetera terram*, & ex illo *D. Cyprianus* ad Demetrianum p. 192. Quo in loco, pro, *quid te in lapſum mortis cum ſerpente quem colis, ſternis*, Jonas Aurelianenſis legit, *cum inſenſata imagine quem c. f.* Cui favent verba *Cypriani* interius poſita: *Nos inſenſati* &c. Idem Jonas habet *animalia*: *Rectum te Deus fecit*; *& cum caetera animalia prona & ad terram ſitu vergente depreſſa ſint* &c. Firmicus Praefat. ad Lib. VIII. Aſtron. *animantes* legiſſe videtur. Sic enim loquitur: *Caeteros etiam* animantes *ita natura compoſuit, ut ad terram demerſi, & caduca quadam mundi hujus humilitate projecti, & animo & corpore terrenis ſemper converſationibus inhaerent*. Unde mira praeſtabat Orpheus, qui cantus dulcedine fecit uti naturae immemores eſſent. Caſſiodor. Var. II. 40. mutis animalibus *efficaciter imperavit, vagoſque greges contemtis paſcuis ad* audiendi epulas *potius invitavit*. Nonius aperte *animantes* exhibet voce *praeſtare*. Lucretius & alii utroque modo locuti ſunt, ſed Codices quos ego vidi omnes, *animalibus*, unus eſt L 3. qui *animantibus*. Neque prorſus odioſa eſt, aut ulla, ut verius dicam, repetitio in ſequentibus. Nam vox *animalibus* & homines & bruta in ſua notione complectitur. at *pecora* non item ad humanum genus extenditur. Caeterum *ſtudent*, hoc in loco *velle* & *cupere vehementer* denotat. inepte, ut alias, *Fayus*, obſecro te &c. Vide *Plautum* Bacchid. v, 2. *me, te, ſe*, ſaepe παρέλκόντως apud veteres. *J. W.*

1 *Silentio tranſeant*] Digb. *tranſigant* & ſic primitus Markii γ. MS. Rivii & Codex Beroaldinus, caeteri recte *tranſeant*. Hoc eſt *ne ſine fama, inhonorus inertia & otio traducant*, quo pacto Tacitus Agric. III. *Senes prope ad ipſos exactae aetatis terminos* per *ſilentium venimus*, & XXXIX. *Studia fori & Civilium artium decus in ſilentium acta*. Silius III. *Et qui ſim neſciat omnis Gens hominum, lethique metu decorata relinquam? Quantum etenim diſtant a* morte ſilentia vitae. Horat. *Sepultae inertiae*. Seneca Thyeſte vſ. 397. *Nullis nota Quiritibus Aetas* per tacitum *fluat*. Quae Manutio notata. Lectionem firmat *Seneca*, & illi qui hunc ſenſum poſtea tractarunt & vocibus vel iiſdem vel idem valentibus uſi ſunt v. gr. *praetervehi, emetiri, tranſitu, praenavigare tranſmittere*. Epiſt. XCIII. *Hoc a me exige ne velut* per tenebras *aevum ignobile* emetiar, *ut agam vitam, non ut* praetervehar. Idem de Provid. clare; *Semper vero eſſe felicem & ſine morſu velle* tranſire vitam, *ignorare eſt rerum naturae alteram partem*. Epiſt. II. *Nihil tam utile eſt, ut in* tranſitu *proſit, ita nec* vita. Iterum Ep. LXX. praenavigare *vitam*, quod Plutarcho ἀεὶ παιδων. Ζῶν ὁ παρέξων ἀναιρεῖ. *Zenodotus* apud *Stobaeum*, Κρυόσπτ' ἀεὶ ἡ ἀρετή· Καλὸς δ' ἀνὴρ Σιγηλὸν ἔχει ζῶν τε καὶ θανεῖν βίον. Noſter, *quorum vitam mortemque juxta aeſtimo*. *Tranſire* ergo, *intactum relinquere*. aut, *percurrere aliquid leviter*. Cicero pro Roſcio Amer. § 55. *Sed in animo eſt* leviter tranſire *ac tantummodo* perſtringere *unamquamque rem*. Et, *ſilentio tranſire* Ciceroniano ſenſu eſt, *rem ſilere*. Ad Attic. III, 4. *Equidem malueram quod erat ſuſceptum ab illis* ſilentio tranſire. Atque ita *Quintilianus* II, 12. Agnoſcit etiam hanc loquendi formam Tacitus Agric. VI. *Mox inter Quaeſturam & Tribunatum plebis, atque etiam ipſum Tribunatus annum*, quiete & otio tranſit, *gnarus ſub Nerone temporum, quibus* inertia *pro ſapientia fuit*. *Idem praeturae tenor &* ſilentium. Idem An. I. 13. *Silentio* tramiſit, atque ita *Sidonius* Epiſt. II, 14. Et alicubi Statius: *viduos ut* tranſmittare *per annos*. Quod idem valet. At vix umquam invenies *ſilentio tranſigere* apud idoneum auctorem, nam *Spartianum* & ejuſmodi nihil moror, apud quem in A-

atque

atque ventri obedientia finxit. [1] Sed noſtra omnis vis in

drian. cap. XXI. memini legere: *bella e-tiam* ſilentio *pene* tranſacta, vel Fulgentium qui, *defaecatam* ſilentio vitam agere. *tranſigere* fere eſt, *diem vel aetatem, aliquo negotio occupatus, agere.* tranſire vero eſt *tranſmittere* aliquid, *ſinere praeterlabi* more ſomnos captantium. Unus obſtat *Plinius* in Paneg. Cap. XLVIII. *Magnam partem dierum, inter tot imperii curas, quaſi* per otium tranſigis. *Tranſire* denique idem quod Phaedro *vitam decurrere*, quod *Agellio* & *Ciceroni* tranſire *librum*, quod *Senecae* de Brevit. vitae. XVI. *tranſilire* medios dies. *Lucano* VII, 460. *conſumere. Ut* rapido curſu *fati ſuprema morantem* Conſumſere *locum.* Sed & illa Salluſtiana Cap. 2. vitam *ſicuti peregrinantes* tranſigere, idem ſonat atque, non immorari vitae communis officiis, at aevum tranſmittere ſive conſumere, eo plane modo quo oppida ſolet intermedia tranſcurrere viator domum feſtinans. Apuleius I. Florid. *parva haec quippe, & quanquam paucis percontantibus adorata, tamen* ignorantibus tranſcurſa. *vitam* hoc eſt, vitae munia quae ventri & ſomno dediti minime obeunt. Vox *tranſigant* hoc loco mera eſt interpretatio τοῦ *tranſeant* quod elegantius & ab uſu vulgi remotius. *J. W.*

2 *Veluti pecora*] Ariſtophanes Plut. IV, 3. Ἀλλὰ πτωχῶν βίον λέγεις. Εἰ μὴ φανείη, διατελεῖ τις τῷ βίῳ. Si haec verba ob oculos habuerat noſter, tum *ſilentio tranſire* idem erit ac *ſine negotio*, quod infra innuere videtur: *memoriam noſtri quam maxume longam efficere. W.* Infra, *quae natura prona.* Salluſtii breviloquentia non conſiſtit in eis quae vulgus hodie putat, quippe paucioribus verbis dixiſſet, *natura p. atque v. ob.* Gruter. *prona*, hoc eſt, *declivi vultu* ut loquitur Boetius, vel ſecundum Apuleium, *veſtigio & pabulo proxima.* Locum fere vertit D. Baſilius in Hexaem. Homil. XI. p. 53. ἐγλυψέθη τὸ ἀσθενὲς ἤπειγε, κάτω ἔχει τὴν κεφαλὴν πινεύουσαν τῇ γαστρὶ ἐφορᾷν. Iſidorus Lib. de different. Spirital. p. 295. pro *velut* habet *ſicut*, bis propterea nobis corrigendus. *Ut oculi*, inquit, *munitiores eſſent ab injuria, eos opifex ſummus* illarum *tegminibus occuluit.* Ita Ed. Le Breul. at pro *illarum* voce nihili, ſcribe meo periculo *ciliorum*, nomen e re natum teſte *Varrone.* Eleganter in hunc ſenſum Corn. Severus 224. *Non oculis ſolum pecudum miranda videre More; nec effuſis in humum grave paſcere corpus.* Infra, *ventri obedientia*, quidam e noſtris *ob. ventri* poſitura inverſa, & ſic Guelf. 6. 2. *Servius* autem nihil movet. *A. Victor* de Claudio, ventri *foede* obediens, *vecors juxta atque immemor.* Et Epitom. p. 46. *Apuleius Metam.* IV. p. 64. *Tunc* ventri *tam profundo* ſerviens, & Apolog. I. *Serva corpora.* Hinc Lucianus de homine ſervilia officia colente, Somn. p. 9. Κάτω νενευκὼς εἰς τὸ ἔργον, χαμαιπετὴς, καὶ χαμαίζηλος. *J. W.*

1 *Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt.*] Exemplaria manuſc. *Sed noſtra omnis vis.* Quomodo & *Servius* in Georgica Virgilii citat. Quae quin & mollior & ſuavior, atque adeo verior ſinceriorque lectio ſit, dubitari minime debet. Conſule aurium judicium, ac ſtatim ſenties, quam & duriter & aſpere concurrant, *mnis, no*, in illo *omnis noſtra.* Quanto vero numeroſius eſt, quanto aptius ſonat, ſi verborum ordinem immutes *noſtra omnis vis.* Velut in Merſeburgenſi quodam eſt, *noſtra vis omnis.* Nam ſic ibi reperi. Ac ne hoc, tanquam leve quid nec ullius momenti contemnas, non dubitat Cicero inverſione interdum paene poëtica uti ad effugiendum aſperiorem concurſum literarum. Velut cum ait, *Q. Mucius augur Scaevola.* Nam illud alterum, *Q. Mucius Scaevola augur*, cum propter ſibilum, quem literam efficere ſentimus S, in altera voce extremam, in altera primam, tum ob vaſtum & inamoenum hiatum vocalium concurrentium paullo durius ei atque inſuavius videbatur ita ut erat. Ergo ſi naturalem ordinem *Cicero* propter euphoniam & ju-

Digitized by Google

animo & corpore ſita eſt[1]: animi imperio, corporis ſervitio magis utimur. Alterum nobis cum dis,[2] alterum cum bel-

cundioris ſonitus gratia invertere non dubitavit, apparet nimirum, quanti referat qua quis in ordine arbitrario verborum collocatione ſerieque utatur. Quod eo dico, ne quis hanc rem, ceu paene frivolam ac nullius ponderis, contemnendam eſſe ducat. Quamquam, ne quid diſſimulem, in exemplari quodam manuſcripto non eſt additum hoc loco *Scaevola*. Rivius. Lactant. *omnis noſtra* v. III. 12. at ed. noſtra poſituram ſervat. Fulgent. in Virgil. Contin. p. 147. & L. 2. Reg. Pemb. *noſtra* v. o. Arondel. *natura* om. Pemb. *J. W.* Vis *δύναμις* Virgil. XII. Aeneid. vſ. 396. Ibi Servius: *Poteſtates, vim, poſſibilitatem. Nam in herbarum natura vis eſt, quae δύναμις dicitur, cujus nulla ratio eſt, unde etiam ait mutas artes Muſicae comparatione.* Locus iſte Servii vulgo corruptiſſime circumfertur. *Putſchius.*

1 *Animi imperio*] Ariſtoteles de Repub. II. ed. Par. 1654. Ἄρχον δὲ φύσει καὶ ἀρχόμενον, διὰ τὴν σωτηρίαν. Τὸ μὲν γὰρ δυνάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾷν, ἄρχον φύσει, καὶ δεσπόζον φύσει. Τὸ δὲ δυνάμενον τῷ σώματι ταῦτα ποιεῖν, ἀρχόμενον καὶ φύσει δοῦλον. διὸ δεσπότῃ καὶ δούλῳ ταυτὸ συμφέρει. Et cap. V. Ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τοῦ σώματος ἄρχει δεσποτικὴν ἀρχήν, ὁ δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως, πολιτικὴν καὶ βασιλικήν. Confer eundem Polit. cap. XII. item *Senecam* Epiſt. 114. *Ciceronem* III. de Repub. *Hieroclem* in Carm. Pythag. p. 77. *J. W.*

2 *Cum belluis commune*] Τὸ *commune* ſuo libro recte abeſſe putat *Palmerius*, uti Jug. XLVII. alia omnia *ſibi cum collega ratus*; ubi in vulgatis omnibus, inquit, inculcatur *communia*. Hujus ſententiam mire firmat *Mamertus* de ſtatu animae p. 721. *ſecundum illam vitam* quae nobis cum pecudibus *eſt*. Et infra, *illam quae* cum angelis erit. in quibus locis haud dubie *Salluſtium* reſpexit. Verum ne quid mutem faciunt in primis omnes omnino Codd. quos aut ipſe aut alii tractarunt. Quibus addatur *Lupus Abbas* de tribus quaeſtionibus, p. 209. etiam *Ennodius* lib. VI. epiſt. III. *Lactantius* III. 8. &, niſi fallor, *Fauſtus Reicenſis* ep. VI. ad Ruricium Lemovicenſem. Servat etiam *Apuleius* de Dogm. Plat. finem verſus, *Et ſenſus quidem ipſi nobis* communes *ſunt cum caeteris animantibus.* Ubi, ut id obiter moneam, ex Florent. & Codice Cajenſi quem cum edd. contulimus, legendum *biris*, uti & lib. VIII. Metam. *fortiſſimum ruſticanum in luſtria laterum atque* imis ventris *bene praeparatum, comitem ſcenae ſecum adducunt.* ſic edd. Colvii & Elmenh & Codex Pricaei, male omnes, notum illud: *biris latrantibus.* De qua voce adeas *Feſtum, Varronem, Gellium.* Accedit ipſe *Salluſtius* ſui ipſius interpres Jug. LXXXI. & LXXXVIII. ubi vox *communis* non ſecus ac in hoc loco abundare videtur, nec tamen variant Codices. *Varro* Caprino praelio: *Nam virtutem propriam mortalibus fecit, caetera promiſcue voluit* communia habere. Sulpic. Severus epiſt. 1. omnia *haec ſanctis hominibus, atque omnibus ad perpetiendum quidem eſſe* communia. Ibi Codex A. Trin. diſtinguit poſt vocem *Caſus.* Amicus meus J. Daviſius legit *Caſibus.* Idem Dialog. 1. ubi ad Salluſtium alludit cap. XIII. *Verum hoc ſancto illi* labor *cum* pecore communis. Paullo infra: *Tanta vis ſolis eſt, ut quibuſlibet* coquis *etiam ad Gallorum pulmenta ſufficiat.* Codex Aulae Trin. habet in textu *cocuis*, a manu ſecunda *coctis*, quod verius eſt. Noſter addit *cibum* in Jug. *Ne quis* cibum coctum *venderet.* Caeterum Codex Bib. Publ. habet *vita iſta &*, *oportet efficere* a mala manu omnia. Cum vulgg. facit *M. Victorinus* in I Rhetor. Ciceronis, infra, *clara hab. aeternaque* Pemb. Si quis ultra Salluſtium philoſophari cupiat, conferat *Arrianum* in Epictetum II. 9. & *Boetium* de Conſol. qui contra hanc ſententiam diſputat lib. II, Proſ. 7. atque ideo *mortem* illis *ſecundam inſtare* ait, quod ipſa *me-*
luis

luis commune eſt. [1] Quo mihi rectius eſſe videtur, ingenii, quam virium opibus gloriam quaerere, & quoniam vita ipſa, qua fruimur, brevis eſt, memoriam noſtri quam maxume longam efficere. Nam divitiarum & formae gloria, [2] fluxa atque fragilis eſt: virtus, clara aeternaque habetur. Sed diu magnum inter mortalis certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. Nam & [3] prius quam incipias, conſul-

moria (quod noſter paſſive accipit) tandem extinguetur. Mors *etiam ſaxis nominibusque venit*. Quo ſenſu capias Sulpitium. *Infelix* gemino *cecidit prope Pergamon* igni, *Et pene eſt* alio *Troja cremata* rogo. *J. W.*

1 *Quo mihi rectius.*] Abeſt ab excuſo *eſſe*, 2 MS. uno *rectius*, utrumque delendum monuit Palmerius. *Putſchius.* At ego maluerim excludi, *eſſe videtur*, item *mihi*; ut ſubintelligeretur *eſt*; magiſque juberet auctor, quem decerneret. *Gruterus.* BP. & Arond. τὸ *eſſe* abeſt a Regio, retinet N. 2. & Martin. *videtur eſſe* Mark. γ. noſter infra omittit. *arduum videtur res geſtas ſcribere.* at C. 15. *videtur cauſa fuiſſe* om. etiam 55. *aliena a Rep. noſtra videtur* & J. 4. *quibus maxuma induſtria videtur ſalutare* p. 71. *improbus inteſtabiliſque videtur.* 181. *non indignum videtur egregium &c. memorare.* 87. *ſed mihi contra videtur. Nam.* 100. *videtur locutus* VI. 43. *Non peius videtur diſſerere.* Et paulo infra. Denique nullibi apud *Salluſtium* invenias *videtur eſſe*. Proinde hoc loco inducendum puto, Gruterus mera eſt abſumedo, ſi illi auſcultaveris, nihil reliqui facies. Palmerio de hac re aſſentio. *J. W.*

2 *Fluxa atque fragilis eſt.*] In Fabriciano volumine τὸ *eſt* non reperitur. Quod niſi injuria eſt librarii omiſſum, tunc *habetur* eſt ad priora quoque referendum. *Rivius.* Vetus Codex, *gratia*, habet, non *gloria*, ut & infra, *ſalutare plebem*, & *conviviis gratiam quaerere*; cum in aliis ibi quoque legatur *gloria*. Et *Apuleius*, qui Salluſtium pluribus locis ſolet imitari, Apolog. 2. *Si haec reputans formae, aut divitiarum gratia.* Quamvis, *gratia*, ibi pro *cauſſa* poſita ſit. *Pacuvius Duloreſte* ex Nonio, *Hiccine eſt quem famae gratia ante omnes, nobilitat viros*: ubi fortaſſe legendum, *formae gratia*. Ciacconius, ſic & Urſinus. Id eſt, nemini eſt perpetuum gloriari in divitiis, in forma. Itaque minime admittenda ſcriptura codicis Romani, *gratia*. Quamvis ei videatur ſua venus, non eſt ſane, ſi excutiatur. *Gruterus. Virtus divitias & opes ideo contemnit quia* fragiles *ſunt*. Lactant III, 12. Iſocrat. ad Dem. p. 6. Haec leviter immutavit *Aethicus* p. 25. Vide Iſocratem ad Dem. p. 1. *J. W.*

3 *Prius quam incipias.*] A Graecis multa Salluſtius mutuatur, quod & Quinctil. lib. IX. c. III. affirmat. *Demoſthenes* quidem oratione I. in Philippum ſic: Δεῖ μὲν βουλεύεσθαι ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς. Et in Orat. de Pace: Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι, ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα. Et Iſocrates ad Demonic. Βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Et Ariſtoteles Moralium Eudaemiorum, V. & Nicomachiorum VI. καὶ φασὶ, πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ δόξαντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως. Diogenes quoque Laërtius in Biante: Βραδέως ἐγχείρει τοῖς πραττομένοις, ὃ δ' ἂν ἕλῃ βεβαίως τηρῶν διάμενε. Quo reſpexiſſe puto Aemilium Probum cum diceret in Datami vita: *Neque acutius ullius Imperatoris cogitatum, neque celerius factum uſquam legimus.* Manutius. Sic & Ciacconius.

to

to: & ubi conſulueris, [1] mature facto opus eſt. Ita

1 *Mature facto*] Placeret magis, ſi diſtinctionis nota poneretur ad verbum *mature*. Nam infra eſt, *facto, non conſulto, in tali periculo opus eſſe*, Urſinus. Matt. L. 1. 3. *mature opus eſt facto*. caeteri ut in Textu. Poſt *Urſinum* ſi erraverit Editor Pariſ. ſolens, ſuo more fecerit. *Mature facto* idem valet ac apud *Catonem* in Thermum, *mature transſigit*. *Qui unum quid* mature tranſigit, *is properat*. *Siſenna* iv. Conſilia celeriter tranſigi *decet*. Laudat etiam in *Pompeio* conſilii celeritatem *Cicero* pro Lege *Manil.* §. 30. Multa in hunc ſententiam apud veteres invenire eſt, *Heſiodus* ἔργ. β'. Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει. *Pindarus* Olymp. δ'. ait manum & cor aequari. ταχυτᾶτι χεῖρες δ' ἐ ἦτορ ἴσον. Confer *Herodotum* III. 71. & *Thalia* LXXXI. Antiphontem Orat. XIV. p. 135. *Polybium* III. *Thucydides* α. §. δ. Οἱ μὲν γε νεωτεροποιοὶ, καὶ ἐπινοῆσαι ὀξεῖς, ἐ ἐπιτελέσαι ἔργῳ, ὃ ἂν γνῶσιν. infra appoſite: Μόνοι γὰρ ἔχουσί τε ἐ ὁμοίως ἐλπίζουσι ἃ ἂν ἐπινοήσωσι διὰ τὸ ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖσθαι ὧν ἂν γνῶσι. *Demoſthenes* Exord. XXII. Δεῖ δὲ βουλεύσασθαι μὲν ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς. *Iſocr.* in Orat. Περὶ Εἰρήνης. p. 236. Χρὴ δὲ τοὺς νοῦν ἔχοντας περὶ μὲν ὧν ἴσασι, μὴ βουλεύεσθαι (περίεργον γάρ) ἀλλὰ πράττειν ὡς ἐγνώκασι. Hinc abunde patet, quem ſenſum vult exprimere, quoſque Noſter auctores habet. Videamus jam an ſecus acceperint ejus verba ſequentis aevi ſcriptores. *Themiſtius* Orat. III, p. 82. Πρὸς ἑκάστην χρείαν ὁ φίλος τὸ πρόσωπον οἰκεῖον μεταλαμβάνειν, ὡς δίκαιος δὲ συνηγόρει, συμβούλου δὲ ἀπαιτοῦντος, ἐ συνεργοῦ ἐπὶ τῇ γνώμῃ. *Herodianus* de Severo II, 33. Γεγονὼς ἦμμα ἐ θυμοειδὴς, νοῆσαι τε ὀξύς, ἐ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχύς. *Zozimus* Pindarum ſequitur at idem eſt ſenſus. lib. 1. p. 49. Οὐδὲν ἦν ἔργου καὶ λόγου τὸ μέσον, ἀλλὰ συνῆπτον ἐφ' ὅπερ ἐδόκει. *Emmanuel Palaeologus* cap. XXX. *Paraenet.* Καὶ πρὸς μὲν τὰς ἀποφάσεις σχολῇ βουλεύειν, βεβουλευμένον δὲ καλῶς, δυοῖν ποσὶ τρέχειν. Et hinc laus *Conſtantini* apud *Eutropium*: Vir ingens, & omnia *efficere nitens* quae *animo praeparaſſet*. Cujus mentem parum aſſecutus *Metaphraſtes*. vide x. 4. *Ammianus Marcellinus* XVII, 9. *Atque ut* conſilium prudens celeritas *faceret tutum*. *Lupus* Abbas Ferrarienſis epiſt. XXXIII, *Antequam aliquid* incipiamus, prudenter *quid agendum ſit, debeamus inquirere, & cum invenerimus*, matura feſtinatione perficere. Et epiſt. XCIII. *Antequam incipias* &c. *Sic enim*, inquit, *& praecipitatio vitabitur, & nocitura* dilatio. Ergo vox *Mature* minime copulandum cum v. *conſulueris*, ſed eo ſenſu accipiendum quo apud *Virgilium* Aen. 1. Maturate *fugam*. Atque ita accipit *Cicero* II. Catilin. *reliquis autem de rebus conſtituendis*, maturandis, *agendis*. Plautus Aulul. IV, 2, 4. *In herum* matura, *in ſe* ſera *condecet capeſſere*. Philoxenus: *maturate* σπεῦσατε, & pro *celeriter* apud *Cyprianum* epiſt. XIV. & *Nonium* in voce. *Gellium* X, 11. *Macrobium* p. 198. *Horat.* II, 17. Hinc, *maturrime* pro *celeriter* Caeſar B. Gall. cap. XXXIII. Confer *Livium* III, 96. *Terentium* Heautont. III, 1. *Frontinum* I, 6. *Suetonium* Jul. cap. II, ubi textum fruſtra ſollicitat magnus *Caſaubonus*. Addo unum *Ovidium* Metam. XIII, 300. *Si mora pro culpa eſt, ego ſum* maturior *illo*. Alio ſenſu uſus hac voce *Valerius* III, 27. *Quis dubitaret, quin & Galli & victores, illam admirationem mox in riſum, & in omne contumeliae genus converſuri eſſent? Non expectavit igitur hanc injuriae* maturitatem. Codices B. Publ. & Petrenſis, *tangi hac injuria ſuam maturitatem* meo animo prorſus inepte & barbare. Receptam lectionem firmat *Cicero* I. Catilin. *omnium ſcelerum ac veteris furoris & audaciae* maturitas *in noſtri conſulatus tempus erupit*. In utroque loco neceſſe eſt, accipiamus *maturitatem* pro *conſummatione* &, *complemento*, ut iſte ſit Valerii ſenſus, *Non expectavit donec injuria ad ſummum culmen evaderet*. Priſcianus 1171. &

utrunque

Digitized by Google

¹utrumque per ſe indigens, alterum alterius auxilio ² veget.

II. Igitur initio reges ³ (nam in terris nomen Imperii id primum fuit) diverſi, pars ingenium, alii corpus exercebant: etiam tum vita hominum ſine cupiditate agitabatur, ſua cuique ſatis placebant. Poſtea vero quam in Aſia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii, & Athenienſes, coepere urbes atque nationes ſubigere, libidinem dominandi cauſam belli habere, maxumam gloriam in maxumo imperio putare: tum demum periculo atque negociis compertum eſt, ⁴ in bello plurimum ingenium

Donatus ad Heautont. I, 1. *priusquam* junctim legunt. *J. W.*

1 *Utrumque per ſe indigens*] Thucyd. VI, 18. Καὶ νομίσατε, νεότητα μὲν καὶ γῆρας ἄνευ ἀλλήλων μηδὲν δύνασθαι. *Themiſtius* Orat. XVII. p. 435. Δύο ὁδοὺς εἶναι φιλοσοφίας, τὴν μὲν ἀνθρωπίνην, τὴν δὲ θειοτέραν. δεῖσθαι δὲ ὁμοίως ἀλλήλων, καὶ οὔτε τὴν ἀνθρωπίνην ἐξεῖναι βαδίζειν ἄνευ τῆς θείας, οὔτε τὴν θείαν ἄνευ τοῦ προσαγαγεῖν τὴν ἀνθρωπίνην. Infra, *veget* Badius, Omnibon. Valla. Zanchius, & e noſtris, Venet. 1470. 1478. L. 1. 2. Regius, Pemb. Arondel. B. Pub. Martin. Oxonienſes univerſi & Guelferbyt. uno ore *eget*. Mallem illud alterum, & ſane apud L. 3. habetur, *eget* pro *viget*, quod non eſt de nihilo. *Carrio* primus auctoritate *Palmerii* vocem *viget* in textum recepit, cujus rationes adeas. Miror *Gruterum* alias anxie ſcrupuloſum nihil de hac re dicere, ſed *Carrionem* nimis implicite ſequi. Utcunque locus habet, *Acro* ad illud Horatii, *alterius ſic Altera poſcit opem res*. praefert, *auxilii eget*. Nec aliter legiſſe videtur *Auctor Praefat.* de Juſtinianeo Codice confirmando: *Iſtorum etenim alterum* alterius auxilio ſemper eguit. Solus, quod ſciam, *Auctor* adverſus *Marcionem* alteram lectionem ſubobſcure innuit. *Omnia ſic* conjuncta vigent *veteriſque noviqne Foederis*. ubi reponendum *vegent*, eſt enim antiquitatis affectator. Neſcio item an Lactantius Inſtitut. III, 12. *Scientia id praeſtat, ut quomodo, & quo perveniendum ſit, noverimus; virtus ut perveniamus*: Alterum ſine altero *nihil* valet. Markii γ. *per ſe utrumque*. Vide *Stewechium* ad Apuleium, p. 417.

2 *Veget.*] Id eſt, ſtat, vegetum eſt, floret. Sic Varro: *Nec natus eſt, morietur, viget, veget utpote quam plurimum.* Aliter *vegere* active eſt *vegetare*. Ennius, *aequora ſalſa veges ingentibus ventis.* Vide & collectanea Giphanii in Lucretium. *J. W.*

3 *Nam in terris.*] V. c. non habet illud *nam*; ut fortaſſe legendum ſit: *Nam terris, nomen imperii id primum fuit.* Quod autem ſequitur, *Sua cuique ſatis placebant*; ſimile eſt illis, quae habentur infra in Bello Jugurthae, ubi eſt: *Debere illi res ſuas ſatis placere.* &c. Urſinus. Sic & Ciacconius. L. 1. 3. Badian. *cum jam in terris*. *Corpus alii* Bad. & Reg. pro *ſubigere* n. 1. *ſubire*. Caeterum ad eas *Ariſtotelem* Repub. I, 2. infra; *neque mutari atque* Arond. *Sulpicius* H. Sac. II, 51. *turbari* aut miſceri omnia cerneretur. *J. W.*

4 *In bello plurimum ingenium*] Polybium praeeuntem habuit lib. 1. cap. 84. Τότε γὰρ ἦν, ὡς ἔοικε, συνιδεῖν ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας, πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικὴ καὶ στρατηγικὴ δύναμις, ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς. Nonius, *Tunc vero*. Auguſtinus de Civ. D. III. 10. *Tum demum*, uti & Codices manu exarati. & ipſe auctor in fine hujus libri, *Tum vero cernere.* J. W.

Digitized by Google

nium poſſe. Quod ſi regum atque imperatorum animi virtus [1] in pace ita, ut in bello, valeret, [2] aequabilius atque conſtantius ſeſe res humanae haberent; neque aliud alio ferri, neque mutari ac miſceri omnia cerneres. [3] Nam

1 *In pace ita, ut in bello valeret.*] Legendum, *ita uti bello valeret.* Id cum ſuavius eſt, tum Salluſtianum magis. Etenim fere ſemper apud hunc auctorem invenias *ſicuti* potius, quam *ſicut*, *uti* quam *ut*, *veluti*, quam *velut*. Ipſe quidem certe haud temere umquam ſecus in vetuſtis codicibus reperi, licet excuſi typis varient. Sic apud illos antiquiſſimos, quos libenter *Salluſtius* facit, ut imitetur, fere ſemper *uti* reperias. velut apud *Catonem de re Ruſtica*, atque alios, quorum fragmenta quaedam ſuperſunt, unde id conjicere licet. *Rivius.*

2 *Aequabilius*] Ita MSS. numero tredecim & omnes fere edd. ut operam ludant, qui nobis obtrudunt, *aequalius*. Neque enim ſequitur, quia eo uſus *Tacitus* (An. xv, 20. Hiſt. II, 27.) uſum item *Salluſtium* & uſum quidem iſto loco. *Gruterus. aequalius* a manu prima Markii γ. caeteri *aequabilius*. Qui alterum obtrudunt illi *Tacito* praecipue nituntur. Sic enim ille Annal. III, 26. *At poſtquam exui* aequalitas *& pro modeſtia ac pudore ambitio & vis incedebat; provenere dominationes.* Item Annal. I. 14. *Igitur verſo civitatis ſtatu, nihil uſquam priſci aut integri moris: omnis exuta* aequalitate *juſſa principis aſpectare.* Verum in primo loco agit de hominibus ante civile imperium & proinde vox *aequalitas* ibi non tam *aequitatem* ſignificat quam *ἰσονομίαν* vel poteſtatis identitatem; in altero; iſtam paritatem ſed legibus quaeſitam intelligit. Quod ſi *aequalitatem* pro *juſtitia*, & *aequitate* poſuerit, tum neceſſe eſt accipiamus *juſſa principis* pro *injuſta* eorundem *voluntate* quod abſurdum eſt. Nec ipſe lubens conceſſerim vocem *aequalitatem* pro *aequitate* umquam legi temporibus Salluſtianis. Fortaſſe numquam ante Trajanum. Primus, quod ſciam, qui hoc modo uſurpat eſt *Trebellius Pollio* in Gallieni vita cap. xxv. *Neque tamen poſtea Iſauri, timore ne in eos Gallienus ſaeviret ad* aequalitatem *perduci quavis principum humanitate potuerunt.* Deinde, *aequabilius* in hoc capite accipi non debet pro eo cui, modeſtus ad dominationem animus, qui de rigore juris remittit, nec inter legem & licentiam medius incedit, ſed pro eo qui ſemper ſui ſimilis, per omnem aetatem pari tenore imperat, quo ſenſu uti amant optimi quique. Quomodo apud Ammianum *Cicero*. xv, 5. ad Quintum Fr. I. & alibi ſaepe. *Varro* de Re Ruſt. VI, 4. *Seneca* de vita beata II. Sueton. Galba IX. Hoc ſenſu noſter infra, aequabilem *manere humum* dixit. & de Metello: *fama* aequabili. Cui plane geminus ille *Ciceronis* locus Offic. I. *praeclaraque eſt* aequabilitas in omni vita, *& idem ſemper vultus eademque frons.* Poſtremo *aequabilitas* & *conſtantia* apud eundem uti heic apud *Salluſtium*, junctim leguntur, ad Brutum XVI, 18. Porro *aequabilitatem* etiam pro *aequalitate* habes apud ipſum *Tacitum* Hiſt. IV, 5. *Catonem* de R. Ruſt. cap. 103. uti & *inaequabilis* pro *inaequalis* apud *Cenſorinum* cap. XIX. & aequabiliter pro *juſte, concorditer*, apud *Mamertinum* in Paneg. c. VI. *Caſſiodor.* Var. I, 3. 9. II, 17, 24. III, 41. VI, 3. *Apuleium* p. 360. *Caelium Aurelianum Siccenſem* I, 1. pro *aequitate & juſtitia*, uſus eſt inter alios & inſtar omnium *Cicero* pro Murena §. 41. *J. W.*

3 *Nam imperium facile*] Victorius hunc locum ex Polybio ſumtum putat, 24. cap. 12. Verba ſunt Polybii in excerptis lib. x. c. 33. Ἄλλως μὲν οὖν ὑπέλαβεν δεῖν κτᾶσθαι τὰς ἀρχάς, ἄλλως δὲ τηρεῖν, ἐκ ἔμαθον δὲ ὅτι κάλλιστα φυλάττουσι τὰς ὑπεροχὰς οἱ κάλλιστα διαμείναντες ἐπὶ τῶν αὐτῶν προαιρέσεων ἐξ ἀρχῆς κατεστήσαντο τὰς δυναστείας. *Ciacconius.*

Ibid.] Omittit lib. 2. *mutatur* Vincentius Beluacenſis. *J. W.*

imperium

Digitized by Google

imperium facile iis artibus retinetur, quibus initio partum eſt. Verum ubi pro labore deſidia, pro continentia & aequitate libido atque ſuperbia invaſere; fortuna ſimul cum moribus immutatur. [1] Ita imperium ſemper ad optumum quemque a minus bono transfertur. [2] Quae homines arant, navigant, aedificant, virtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti ventri atque ſomno, indocti, incultique, [3] vitam ſicuti peregrinantes tranſi-

1 *Ita imperium ſemper ad optumum*] *In manuſcriptis* omnibus eſt, *ad optumum quemque ab minus bono transfertur.* Qromodo & ſenſus ipſe expoſcere mihi videtur. Nam fortunam dicit ſimul cum moribus immutari. Oſtendens videlicet, imperia alio transferri propter vitia regnantium. Nec ſecus interpres, quiſquis is fuit, legiſſe atque intellexiſſe hunc locum videtur. *Rivius.* Ita antiquitus cuſi, ita membranae uno ſuffragio omnes, adeo ut laudem nullam mereatur facinus *Pomponii Laeti*, a quo nobis primitus obvenit *imperium ſemper ab optimo quoque ad minus bonum transfertur.* Quod plurium deinde editiones invaſit tanquam auctoris legitimum, nimirum quicquid ineptiarum ſaeculo ſuperiori *Salluſtio* invectum id imputandum illi Laeto diſcedenti a caſlioribus ditionibus. Vicentina quidem anni cIↃcccc LXX. Mediol. vero cIↃcccc LXXXII. *Grut quemque* abeſt *Guelf.* XVII. XXI. II. *J. W.*

2 *Quae bomines arant*] Notat *Turnebus* lib. VI. cap. 20. hac dicendi figura ſignificari terras, maria, urbes, omnia virtuti parere, & in ejus ditione eſſe. Sic infra, de pop. Rom. *cuncta maria terraeque parebant.* Plautus Amph. *Virtus* omnia *in ſe habet*, omnia *aſſunt bona, quem penes eſt virtus.* Ciacconius. Eadem ſententia uſus eſt infra, cum dixit: Cui *cum ad occaſum ab ortu* omnia *domita armis paterent.* Item: *Cuncta maria, terraque patebant.* Niſi forte, *parebant*, ibi ex his locis legendum ſit. *Thucydides* tamen in Epitaphio Periclis dixit: ἀλλὰ πᾶσαν μὲν θάλασσαν καὶ γῆν ἐσβατὸν τῇ ἡμετέρᾳ τόλμῃ καταναγκάζοντες γενέσθαι. *Urſinus.* Rutilius vſ. 745. *Aeternum tibi Rhenus* aret, *tibi Nilus inundet.* & ſimili genere locutionis *Prudent.* contra Symmachum: Quicquid *humus*, quicquid *pelagus mirabile gignunt*, Id *duxere deos.* VI. 297. & Hamartigenia 761. ——*nec maenia reſpicit alto In cinerem ronlapſa rogo, populumque peruſtum: Et mores populi, tabularia; jura forumque, Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra, Et Circum cum plebe ſua, madidaſque popinas: Quicquid agunt homines Sodomorum incendia juſtis Ignibus involvunt.* Illud Satyrici reſpexit *Quicquid agunt homines votum, timor, ira,* &c. Lucan. X. 155. *Infudere epulas auro,* *quod* terra *quod* aër *Quod Pelagus Niluſque dedit.* Noſter Plautina illa exprimere videtur. *Virtus omnibus rebus anteit profecto, Libertas, ſalus, vita, res, parentes, patria & prognati tutantur: ſervantur, virtus omnia in ſe habet.* Amphitr. II, 2. *Non quod incedimus, quod ſpiramus & vivimus, ab eo ad nos venit?* Arnob. I, p. 16. *Horat.* II, Sat. 3. 648. haec omnia divitiis tribuit. —*omnis enim res, virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris* Divitiis parent. *J. W.*

3 *Vitam ſicuti peregrinantes tranſegere*] Ita quidem Gymnicus. Sed alii *tranſiere*, quomodo & exemplaria duo manuſcripta habent, & *Non. Marcellus* citat. Licet aliter in *Terentium Donatus*, ſi modo ibi non ſunt mendoſi codices. aliter item duo ex MSS. *Rivius.* Editio Carrionis *tranſiere*, contra MSS. meliores, in quibus, *tranſigere*, quod etiam non diſ-

B

Digitized by Google

gere: quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. [1] Eorum ego vitam mortemque juxta [2] aeſtumo, quoniam de utraque ſiletur. [3] Verum enimvero is demum mihi vivere, atque frui anima videtur, qui [4] aliquo negocio intentus, praeclari facinoris aut [5] artis bonae famam quaerit. Sed in magna copia rerum, [6] aliud alii natura iter oſtendit.

III. Pulchrum eſt bene facere Reipublicae: etiam bene dicere haud [7] abſurdum eſt. Vel pace, vel bello cla-

plicet. Amat enim uti infinitivis hic noſter ſcriptor. *Gruterus.* Firmant Lectionem *Guelf:* fere omnes, Pemb. Pub. Mart. & plerique *Oxon.* Sed & *Tacitus* locum expreſſit. Cap. xv. de moribus Germ. *Quotiens bella non ineunt; non multum venatibus; plus per otium tanſigunt dediti ſomno ciboque.* Neque aliter legit *Servius* ad Georg. I. vſ. 10. Solus *Priſcianus tranſiere,* de Praexercit. Rhet. p. 325. qui etiam omittit *indocti incultique* tam ibi quam alibi 1334. quod & *Nonius* facit p. 419. nec tamen audiendi quia bis retinet *Servius* p. 1272. & ad Georg. 1. & noſtri omnes. Arondel. *& inculti.* Badian. *indocti inculti,* ſed male, noſter infra: *aſperi incultique,* &, J. 80. *inculti vaſtique,* caeterum vox *inculti* animum reſpicit, non *cultum* & *munditiam* corporis, ut in exemplo ſupra allato & *Omnibono* viſum neque ejus *exercitium* ut *Vallae* placuit. *A. Victor.* qui noſtrum haud gravate ſequitur. Caeſ. VIII. *Caeſarum gens adeo literis culti atque eloquentia fuere, ut* &c. Cic. Tuſc. 177. *adoleſcentia* cultum *& ſemper auctum revocavi.* Inferius, pro *eorum ego* Priſcian. *horum enim.* Ejuſdem Codex MS. Bib. Pub. *horum ego.* Confer *Prudentium* Hamartigen. 378. *Popmae* Codd. omnes retinent *horum.* J. Waſſe.

2 *Aeſtumo*] Pembrochienſis *exiſtumo* L 1. & L 2. exiſtimo, & ſic Markii λ. & Veneta 1470. Hujus lectionis veſtigia ſervat *Martin.* apud quem habetur *extimo.*

Sed utrumque eodem ſenſu uſurpant optimae notae auctores. *J. Waſſe.*

3 *Verum enimvero*] Quanto rectius in vetuſtis, *is demum mihi vivere,* quomodo & *Priſcianus* ſemel atque iterum citat. Sic in Adelphis *Terentius*: *Verumenim vero id demum juvat, ſi quem, &c.* Rivius.

4 *Aliquo*] *Intentus* exigit dandi caſum. An ergo ſcripſit Salluſtius *aliquei* pro *alicui?* an caſus auferendi pendet ex praepoſ. in voce *intentus,* ut Hiſt. IV. *genua patrum advolvuntur.* Terent. Phorm. *Tanta te* impendent *mala,* & ſimilia notata mihi II, 5. de uſu antiquae locutionis. *A. Popma.*

5 *Artis bonae famam*] Seneca epiſt. 115. ait ſcripſiſſe Salluſtium; *inter bella civilia, aequi boni famas petit,* ut forte *famas* hic etiam ſcripſerit. *Ciaccon.* & ſic *Urſinus.* At *Priſcian.* 1032. & *Nonius Marcellus* 3 9. nihil movent. *J. W.*

6 *Aliud alii*] Hoc modo ſaepius noſter, v. g. C. 54, 63. J. 12. Auctor incertus apud *Nonium* in v. *inauditum.* *Quaedam animalium* aliud alio *carent.* J. W.

7 *Abſurdum*] Et *pulchrum* heic opponuntur. *Valla* exponit *haud inconveniens.* Omnibon *incongruum,* Badius *Non indignum quod audiatur* Ammian. XXII. 10, *liceat hoc unum ponere, nec abhorrens a propoſito nec* abſurdum. &, XV, 11. *Silere ſuper Rhodanum incongruum eſt &* abſurdum. *Gloſſae* abſurdum ἀνάρμοστον. Infra, *haud* abſurdum *ingenio.* Livius XXXV, 50. *Nec* abſurde (urbane)

rum

rum fieri licet. Et qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere, [1] multi laudantur. Ac mihi quidem, [2] tametſi haudquaquam par gloria ſequatur [3] ſcriptorem & aucto-

adverſus utroſque reſpondiſſe viſus eſt. v. Tacit. XIII. Imo conjungi debent *facere & dicere*: alterum enim alterius auxilio veget. Praeclare *Themiſtius* Orat. x. p. 127. ed. Petav. Ὅσῳ δὲ ἡ φιλόσοφος γεγόνασι πλέον ἢ φιλοπόλεμοι, καὶ τὸ δοκεῖν ὑπὲρ αὐτῶν ἀξιοῦσθαι σπουδῆς μείζονος τοῦ πεπρᾶχθαι περιφανέστερον. Οὐ γὰρ οἷόν τι ἢ ΛΟΓΟΥΣ ἐνδείξασθαι, μὴ τῶν ΕΡΓΩΝ αὐτοὺς βεβαιούντων, ἢ τὰ ΕΡΓΑ εἰς τὸν χρόνον διαβῆναι τὸν ἐφεξῆς, μὴ ΛΟΓΟΥ τὴν μνήμην αὐτῶν παραπέμποντος. *J. Waſſe.*

1 *Multi laudabantur*] Legendum e manuſcriptis & aliis vetuſtis *laudantur*, tempore praeſenti. *Rivius.*

2 *Tametſi*] In Markii γ. diviſim *tam & ſi* fortaſſe pro, *tamen etſi*. J. W.

3 *Scriptorem & auctorem rerum*] Codex Fabricianus *actorem rerum* habet, quamvis autem *actor* pro eo interdum ponitur qui *res geſſit*, velut de Orat. *Ut cum efficeret oratorem verborum*, actoremque *rerum*. Idem pro Seſtio: *Cato dux &* auctor, *& actor rerum illarum fuit*; tamen prior lectio, ſicuti mihi quidem videtur, eſt multo verior, ac ſic quoque *Gellius* citat IV. 15. *Rivius.* V. *Turneb.* I. 25. & *Manut.* ad Cic. Famil. ep. I. J. W. Turnebus *auctorem rerum*, geſtorem & adminiſtratorem intelligit, contra quam *Tacitus* qui *auctorem rerum* & ſcriptorem eſſe ait in his verbis: *Matrem Antoniam non apud* auctores *rerum, nec diurna actorum ſcriptu reperio ullo inſigni officio functam.* Et iterum: *C. Salluſtius rerum Romanarum florentiſſimus auctor.* Sed *Plinius* eodem fere modo loquitur lib. VII. cap. 30. *Thucydidem Imperatorem Athenienſes in exſilium egere*, rerum conditorem *revocavere.* Eſt ergo apud Salluſtium, *ſcriptor & auctor rerum* idem. *Cicconius.* Videtur Salluſtius *ſcriptorem*, & *auctorem rerum*, eundem putaſſe eſſe, cum tamen *auctor rerum*, pro, *actor*, ab aliis ponatur. Unde in aliquibus codicibus, *actorem*, pro, *auctorem* apud *Salluſtium* irrepſit. Unde in aereo numiſmate inſcribitur *Salluſtius Auctor*, non tamen ſatis recta orthographia. *Urſinus.* Pemb. B. Pub. Bodl. Markii γ. λ. *Martin.* quemadmodum & *Chariſius*, habent *actorem* L. I. omittit vocem *rerum*, antiquitus cuſi cum editis faciunt. Editor autem Pariſ. *actorem* mordicus tenet, quaſi docti non ſatis probaſſent idem utrumque valere. En ergo teſtimonia, non modio, ut *Ille*, neque trimodio, verum ipſo horreo. *Velleius Paterculus* II, 10. *praeclari* facinoris auctor *fuit Caldus Caelius, qui complexus catenarum quibus* vinctus erat, *ſeriem; ita illas inliſit capiti ſuo ut protinus exſpiraret.* & II, 78. *Domitius Calvinus graviſſimi* exempli auctor *fuit; quippe primipili Centurionem ob turpem ex acie fugam fuſti percuſſit.* Confer *Valerium* V, 33. V, 7, 1. Vita *Virgilii* a *Phoca* literis conſignata: *Itur ad* auctorem rerum *quid Martius horror Egerit, oſtendunt, quid tunc miſeranda tuliſſet. Caeſaris hic placido nutu, repetuntur agelli.* ibi vocat Auguſtum *auctorem rerum.* Et ſane, *auctor rerum* tam is qui manu, hortatu, conſiliove agit, quam qui acta ſcribit. *Salluſtium* reſpexit *Mamertinus* in Paneg. cap. VIII. *Neque enim minorem* laudem *magnarum* rerum *aemuli quam ipſi merentur* auctores. Non immerito ſuſpicatur ad *Auſonium* Tollius locum haud multo diſſimilem in Attici vita corruptum eſſe, is ſic habet. *Hunc enim in omni procuratione Reip.* actorem auctoremque *habebant.* Et ſane poſitura variat in MS. *Schotti*, & eorum altero quibus ipſe uſus ſum. Nec *Arnobium* ſincerum praeſtiterim lib. II, p. 47. *Eſtne operis in vita negotioſum aliquod atque actuoſum genus, quod non fide praeeunte ſuſcipiant, ſumant atque aggrediantur* actores. Per *auctores rerum illarum* Tacitus iſtorum

 rem

rem rerum; tamen in primis [1] arduum videtur res geſtas ſcribere: [2] primum, quod facta dictis ſunt [3] exae-

temporum conditores, ſatis Latine effert: ut futile ſit *Popmae* judicium. *Tacitum* ſequitur eruditiſſimus *Apuleius* Metam. lib. IX. circa principium. *Nec immerito priſcae poeticae divinus auctor apud Grajos.* & in Apologia vocatur idem ille; *Omnis vetuſtatis certiſſimus* auctor. Et hoc ſenſu *Vomanus Scholaſticus* de Cicerone, *Doctrinae antiſtes* rerum *mirabilis* auctor. *Oroſius* lib. I. cap. I. *anni duo millia* XV. *in quibus ſe inter* auctores ſcriptoreſque *omnium otia negotiaque triverunt.* *Lautii* Codex *actores*, quod fruſtra obtrudere conatur auctore *Salluſtio*, reclamantibus interim edd. vett. & membranis CCC. Idem verbum *Caſſiodoro* obtrudunt *Var.* III, 14. & alibi. Vide L. 2. *Sancimus* C. de *poenis*, lib. XXI. *Crimen paternum.* Et corrige obiter *Aldhelmum* de Laudibus Virginitatis cap. II. ubi *actorem* habet. V. *Curtium* III, 3, 7. & VI, 6, 34. VII, 66. IV. 8, 10. & *Suetonium.* *J. Waſſe.*

1 *Arduum videtur*] Notat *Gellius* IV, 15, *Arduum hoc loco* χαλεπὸν καὶ δυσχερὲς, hoc eſt, tum difficile, tum moleſtum quoque & incommodum, ac intractabile: contra *Salluſtii* obtrectatores, qui id verbum calumniabantur. *Ciacconius.*

2 *Primum quod factis dicta exaequanda ſunt*] Legendum, *quod facta dictis.* quomodo codices habent in pergamenis deſcripti, nam *aequare* hic pro *aſſequi* ponitur. Oſtendit autem ad rationem & conditionem rerum ſic accomodandam eſſe orationem, uti magnitudinem rerum oratio ipſa conſequatur, hoc eſt, ut ſit rebus ipſis par atque aequalis oratio. Contra *Livius* II. belli Punici II. *Neque aggrediar narrare*, inquit, *quae differendo minora vero facio.* Pro quae non exaequo dictis. Eſt in quibuſdam, *exſequenda ſint*, ſed perperam, niſi fallor, affinitas vocum anſam errori praebuit. Jam lectionem, quae in manuſcriptis eſt, veriorem eſſe, colligi e *T. Livio* poteſt, is enim 6. ab V. C. cap. 20. *Cum ea quoque*, inquit, *quae bello geſta eſſent, pro faſtigio rerum oratione etiam magnifica, facta dictis aequando memoraſſet*, & quae ſequuntur. *Rivius.* *Facta dictis* Guelf. omnes, L. I. 3. Reg. & *Gruteri* ed. *Martin.* Verum quod alii Codices clare *factis dicta* exhibent id opinor factum ex eo quod Auctor infra habet, *ubi Metelli* dicta *cum* factis *compoſuit*, quo ſenſu *Thucydides* I, 39. Καὶ φασὶ δὴ δίκῃ πρότερον ἐθελῆσαι κρίνεσθαι, ἥν γε οὐ τὸν προύχοντα καὶ ἀπὸ τοῦ ἀσφαλοῦς προκαλούμενον λέγειν τι δοκεῖν δεῖ [τηρεῖν,] ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τὰ ΕΡΓΑ ὁμοίως καὶ τοὺς ΛΟΓΟΥΣ, πρὶν διαγωνίζεσθαι, καθιστάντα. Infra, Καὶ ἴσως ἐρῶντες ἡμῶν ἤδη τήν τι παρεσχόμην. κἂν τοὺς λόγους αὐτῷ ὅμοια ὑποσημαίνοντας, μᾶλλον ἂν εἴκοιεν. &, II, 72. ἣν ποιῆτε ὅμοια τοῖς λόγοις. Hoc eſt quod alibi dicit, ὥσπερ ἰσόῤῥοπος ὁ λόγος τῶν ἔργων φανείη. Noſtri Codd. *exaequanda* recte. Ita enim *Plinius* qui huc forte ſpectat, epiſt. VIII, 4. *Una ſed maxima difficultas quod haec* aequare dicendo *arduum, immenſum, etiam tuo ingenio, quamquam altiſſime adſurgat.* Livius VIII. 4. per, *accommodare rebus verba*, extulit. *Seneca* de Tranquil. I. *Ambitioſus in verba eſt, altiuſque ut ſpirare, ita eloqui geſtit, & ad* dignitatem rerum exit oratio. Cic. pro *Licinio* 29. Commemorationem *nominis noſtri cum omni poſteritate* adaequandam. *Polybius* III, p. 116. de L. Aemilio. Βουλόμενος δὲ τοῖς κατὰ τὴν παράκλησιν λόγοις ἀκολούθως ἐπ᾽ αὐτῶν γενέσθαι τῶν ἔργων. *Virgilius* Aen. II, 361. *quis funera* fando Explicet, *aut poſſit lachrimis* aequare labores, & *Georg.* III, 289. hunc ſenſum aliter tractat: *Nec ſum animi dubius*, verbis *ea* vincere, *magnum Quam ſit, & anguſtis hunc addere rebus honorem.* Hoc eſt, canendo aſſequi. *Statius* Theb. IV, 145. *Quis numerum ferri genteſque & robora* dicto Aequarit *mortale ſonans.* Codices Arondel & B. Pub, exhibent *dictu.* Confer

quanda:

Digitized by Google

quanda: dehinc, quia [1] plerique, quae delicta reprehenderis, [2] malevolentia & invidia dicta putant: ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quae ſibi quiſque facilia factu putat, aequo animo accipit:

Sulp. Severum in V. M. cap. XXVI. Ariſtides περὶ ὁμονοίας. Σφαγαῖς οὐδ' ἂν εἷς λόγων ἐφίκετο. Quod loquendi genus ex *Demoſthene* hauſerit, at non occurrit locus. *Tibullus* ad Meſſalam IV. 1. *Incipiam tamen: ac meritis ſi carmina* laudes *Deficiant, humilis tantus ſum conditor actis: Nec tua, te praeter, chartis intexere quiſquam Facta queat,* dictis *ut non* majora ſuperſit. Recte ille, teſte enim *Iſocrate* in Paneg. Aeque difficile eſt eos laudare qui aliorum virtutes ſuperarunt, ac illos qui nihil praeclari geſſere. Τοῖς μὲν γὰρ οὐχ ὕπεισι πράξεις, πρὸς δὲ τὰς ἐνούσας ΑΡΜΟΤΤΟΝΤΕΣ ΛΟΓΟΙ. Idem in *Helenae* laud. p. 306. Οὐ γὰρ τῆς αὐτῆς γνώμης ἐστὶν, ἀξίως εἰπεῖν περὶ ἑκατέρων αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν μικρὰ ῥᾴδιον τοῖς λόγοις ὑπερβαλέσθαι: τῶν δὲ χαλεπὸν τοῦ μεγέθους ἐφικέσθαι. & clarius in Panath. ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι τὰ μὲν μικρὰ τῶν πραγμάτων ῥᾴδιον τοῖς ΛΟΓΟΙΣ ΑΥΞΗΣΑΙ. τοῖς δ' ὑπερβάλλουσι τῶν ἔργων, καὶ τῷ μεγέθει, καὶ τῷ κάλλει, χαλεπὸν ΕΞΙΣΩΣΑΙ τοὺς ἐπαίνους. & in *Plataico*, p. 436. χαλεπὸν μὲν οὖν μηδὲν καταδεέστερον εἰπεῖν, ὧν πεπόνθαμεν. ποῖος γὰρ ἂν λόγος ΕΞΙΣΩΘΕΙΗ ταῖς ἡμετέραις δυσπραξίαις. Demoſthenes Orat. Amator. p. 160. Περὶ ὧν ὀκνῶ μὲν ἄρξασθαι λέγειν, μὴ ΛΕΙΦΘΩ ΤΩ ΛΟΓΩ τῶν τότε γεγενημένων. Aeſchines in Timarchum p. 189. Ὥστε τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ἐκείνων ἔργα καταδεεστέρους δοκεῖν εἶναι τοῖς ἐγκωμίοις τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. Sed noſter *Plauti* verba leviter inflectit. *Stich.* II, 1. *Propterea Dinacium, pedes hortare: honeſta* dicta factis. Lectionis veſtigia ſervat *Ammianus* XXXI, 12. *Iiſdemque diebus exagitatus ratione gemina Valens, quod Lentienſes compererat ſuperatos, quodque Sebaſtianus ſubinde ſcribens,* facta dictis *exaggerabat.* Quo pacto *adaequare virtute,* Hegeſip. I, 27. *Ut Phaſelus juniorem natu quem* adaequaret *mentis benignitate* &c. nullo ſenſu. Supple ex membranis Bibliothecae Pub. *quem* adaequare virtute *non poterat* adaequaret mentis benignitate, *J. W.*

1 *Plerique, quae delicta reprehenderis*] Thucydides ſic lib. II. §. 35. ἐν τῷ ἐπιταφίῳ λόγῳ τοῦ Περικλέους· ὅ, τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους ἀκροατὴς, τάχ' ἄν τι ἐνδεεστέρως πρὸς ἃ βούλεταί τε καὶ ἐπίσταται νομίσειε δηλοῦσθαι, ὅ, τε ἄπειρος ἔστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι, διὰ φθόνον, εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι: μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοι εἰσὶ περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι, ὧν ἤκουσε· τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι, αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν. Hunc autem *Salluſtii* locum *Gellius* recitat lib. IV. cap. XV. in quo quaedam diverſa leguntur a lectione hic impreſſa. *Manutius.* & *Caſtil.* L. 2. *bonorum* Reg. *memores.* In hunc fere ſenſum *Demoſthenes* Orat. Amator. p. 161. Πολλὰ δ' ἔχων ἔτι περὶ σοῦ διελθεῖν, αὐτοῦ καταλύσειν μοι δοκῶ τὸν ἔπαινον· δεδιὼς μὴ καθ' ὑπερβολὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὑπὲρ σοῦ διαλέγεσθαι δόξω. Τοσοῦτο γὰρ ὡς ἔοικεν, ἡ τῶν λόγων δύναμις, ἐλαττον ἔχει τῆς ὄψεως· ὥστε τοῖς μὲν ὁρατοῖς οὐδεὶς ἀπιστεῖν ἀξιοῖ, τοὺς δὲ τούτων ἐπαίνους, οὐδ' ἂν ἐλλείπωσιν, ἀληθεῖς εἶναι νομίζουσι. *Gellius* deinde quod, Codex ejus MS, *denique quia, J. W.* Ignoro, quo jure nonulli intrudant ſuum *plerique.* non omne quod licet Critico, ſtatim etiam libuit Scriptori. *Gruterus.*

2 *Malevolentia & invidia dicta*] Imo quis non idem de noſtro judicium feret quod de *Alcaeo* & *Archilocho* tulerit Imp. *Julianus* in Miſop. μοχθεῖν γὰρ ἄλλοτε ἄλλως ἀναγκαζόμενοι τῇ Μούσῃ πρὸς τοῦτο ἐχρῶντο, κουφότερα ποιοῦντες αὐτοῖς ὅσα ὁ δαίμων ἐδίδου, τῇ εἰς τοὺς ἀδικοῦντας λοιδορίᾳ. Qui benigniores ſunt, adeant invectivam ejus in *Ciceronem*, quae cujuſcumque ſit auctoris, anſam certe praebuit Sophiſtis haec atque alia fingendi importuna *Salluſtii* indoles

ſupra

[1] ſupra ea, veluti ficta pro falſis ducit. Sed ego adoleſcentulus initio, ſicuti plerique, [2] ſtudio ad Rempublicam latus ſum, [3] ubique mihi adverſa multa fuere. Nam pro pudore, pro abſtinentia, pro virtute; audacia, [4] largitio, avaritia vigebant. Quae tametſi animus a-

& ingenium rixis & contentionibus natum. *J. Waſſe.*

1 *Supra ea veluti ficta. pro falſis ducit.*] In *Gelliana* citatione pronomen *ea* eſt omiſſum, id quod convenire videtur brevitati *Salluſtianae:* ſed nec in manuſcripto meo additur, licet in aliis ſit; irrepſit ex gloſſa inſulſi & inepti litteratoris. Sic infra in oratione Caeſaris *ultra* ſine caſu expreſſo poſuit, *Eam cuncta mortalium mala diſſolvere, ultra neque curae, neque gaudio locum eſſe.* Rivius. Ita libri ſcripti omnes. *Carrio* pronomen excluſerat. *Gruterus* Vet. ed. *Gellii* retinet & *Martin.* Reg. Pemb. Et ſic *contra ea* noſter, *Jug.* LXI. *Nepos* XV, 5. *Ille cum universa Graecia vix decem annis unam cepit urbem ego* contra ea, *ex una urbe noſtra* &c. ibi Codex Trin. vocem *ea* minus recte omittit, ſenſum loci his verbis incluſit *Seneca* Conſt. XV. *Ex imbecillitate veſtra conjecturam capitis ingentis animi: & cum cogitaſtis, quantum putetis vos pati poſſe, ſapientis patientiae paullo ulteriorem terminum ponitis.* Sulpicius in V. M. 27. *Et vere nonnullos experti ſumus* invidos virtutibus *vitaeque ejus, qui in illo* oderant, quod in ſe non videbant, *& quod* imitari non valebant. Paulo ſupra poſt *incumberet* adde ex MS. *aut inſiſteret lectioni quanquam etiam inter legendum, aut ſi quid aliud forte agebat.* & Dialog. I. *quae ipſi facere non poſſunt, facta ab illo erubeſcunt: & malunt illius* negare *virtutes quam ſuam inertiam confiteri.* J. Waſſe.

2 *A ſtudio ad rempub. latus ſum.*] Sic alibi, *ſed a quo incepto ſtudio me ambitio mala detinuerat:* tamen ex orat. de repub. ordinanda, videtur legendum: *Sed ego adoleſcentulus initio, ſicuti plerique ſtudio ad rempublicam.* Nam ſic ſcribit: *ſed mihi ſtudium adoleſcentulo rempublicam capeſſere.* Ciacconius. Sic & *Urſinus.* Hactenus vulgati *a ſtudio* quod exſtat quidem in pleriſque MSS. ſed non etiam aut in Commeliano meo aut Palatino Nazariano, ut nec in Pal. ſec. ſexto nono. Et hercle ineptum eſt, imo ne Latinum quidem, quidquid alii argutentur. *ſtudium* opponit *judicio* ut & lib. III. Hiſtoriarum: *Equidem fateor me ad hoc bellum majore ſtudio quam conſilio profectum. Grut.* a ſtudio literali L. 2. N. 2. *Literarum* Valla. Regius *ſtudio ad. Delatus ſum* L. 2. *Ubique mihi* L. L. 3. *mihi* omittit B. Pub. (pro *virtute & aequitate audacia* L. 2.) Guelf. 12. 10. *a ſt. ad R. delatus.* 17. 21. 2. *a ſt. literarum a R. d. ſum. in* 6. 2. *literarum* eraſum. 10. 4. 68. 16. *ſtudio ad Remp. latus.* J. W.

3 *Ubique mihi*] L. 3. omittit *mihi* non male, ſed reliqui conſtanter retinent. *J. W.*

4 *Largitio, avaritia*] *Largitio* recte opponitur *abſtinentiae*, itaque conjungit *Cicero* IV. Catilin. 10. *largitorem* & *prodigum.* L. 2. *pro virt. & aequitate,* vox *aequitas* inſeritur ideo forte ut *avaritiae* reſpondeat, quemadmodum apud *Eutropium* IV, 4. *Ut appareret Pop. Romanum pro* aequitate *magis quam pro* avaritia *dimicare.* quo in loco pro, *infinitorum pop.* Codex B. Pub. habet *finitimorum* uti & *Fuld.* Metaphraſtes, ἐν κοινῷ τῶν πανταχόθεν ἀσεβῶν. Quaeritur autem cur *Salluſtius* proprietatis retinentiſſimus, *avaritiam virtuti* oppoſuit? An forte quod avarus nullam virtutem conſequitur? ut *Valla*, vel quod *caeteras bonas artes ſubvertit?* ut ipſe infra, an quia *virtus* pro *largitate* ponitur? ut *Omnibonus*, aut pro animi fortitudine qua pecuniam deſpicimus &, *invictum animum advorſum divitias gerimus?* Nihil horum. Neque enim ſemper neceſſe eſt, ſingula ſingulis ad amuſſim reſpondeant, ut a-

ſpernabatur

Digitized by Google

ſpernabatur, [1] inſolens malarum artium; [2] tamen inter tanta vitia, imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur:

pud *Cic.* in Verrem Lib. IV. §. 112. 115. *Id* nimis putidum & bonis auctoribus alienum. Quandoque plura verba habentur in praecedente quam in ſequente membro; aliquando vox una in inferiore pluribus in ſuperiore confertur, & vice verſa. Saepe etiam uni ex multis reſpondetur. *Mucianus*, apud *Tacitum* in Hiſt. II, 77. *Veſpaſianum* in os laudans, ait: *Nec mihi major in tua vigilantia, parcimonia, ſapientia, fiducia eſt, quam in Vitellii torpore, inſcitia, ſaevitia.* At quae tandem oppoſitio inter *parcimoniam* &, *ſaevitiam*, niſi forte *parcimoniam* accipere velis pro *averſione crudelitatis*, quod ſane Latinum eſſe vix puto, ſaltem ſi abſolute & per ſe ponatur. Itaque *Seneca* I. de Clementia, huic verbo gignendi caſum addit: *Civitatis mores magis corrigit* parcitas animadverſionum. Habes etiam apud ipſum *Tacitum* Hiſt. III, 75. parcimonia *temporis.* & cum *idem* vocat Sabinum *parcum*, addit, *ſanguinis civium. Sanguinis* ergo *parcimonia* dici haud abnuo, verum *parcimonia* ſimpliciter pro, *ſanguinis parcimonia* poſitum apud idoneum auctorem id vero pernego. Nam *Ammianum* haud moror, qui lib. XV. *ſine* parcimonia [hoſtes] *confligebant.* Praeterea, *Tacitus* An. III, 54 *parcimoniam* ponit, ἀντὶ τῆς pro *frugalitate*, quae quidem virtus *Veſpaſiani* erat paene propria; *Cur ergo inquit, olim* parcimonia *pollebat.* Hoc eſt, *vetus frugalitas*, & eodem ſenſu An. XII. 53. *antiquae* parcimoniae *laudibus.* Quomodo etiam *luxuriae* ab ipſo *Cicerone* opponitur *Verrin.* VII, 4. pro *Sexto Roſcio* §. 75. ſed & *Xiphilinus* ita locum Taciti accipit, apud quem Mucianus: Κἀγὼ γὰρ ἡγεμονίας τι [illegible] ἀεὶ μοι εἶναι δέχεται. Fateor verum haec alibi apud *Tacitum* inveniri, ſed inde patet *Mucianum* frugalitatis nomine laudaſſe *Veſpaſianum.* Et ſane quid ſpei haberet ille in miti & minime ſanguinante Imperatoris animo contra *Vitellium*, quem ſupra dixerat *iram, odia, ultionis cupiditate accendi ad virtutem* ſ? Optime itaque *parcus ille* opponitur *nepotali illi* & prodigo, etſi verbis non expreſſerit. *Thucydides* lib. III. ἀμαθία τε μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον ἢ δεξιότης μετὰ ἀκολασίας. ubi fruſtra laborat Scholiaſtes ut oſtendat vocem σωφροσύνη eſſe τῆς ἀκολασίας ἀντίθετον quod *Salmerio* obſervatum. *Cic.* IV. in Verrem § 116. *Conferte hanc pacem cum illo bello: hujus Praetoris* adventum, *cum illius Imp.* victoria. & 121. *ut leges cum viſorum & juriſdictionem cum ferro & armis*, adventum & comitatum *cum exercitu* & victoria *conferatis.* Idem pro *Murena*, §. 30. *Cedat* forum Caſtris, otium militiae, *ſtilus gladio.* Pro Domo ſua. 17. ut, *quemadmodum diſceſſu meo frugum inopia, fames*, vaſtitas, caedes, incendia, *rapinae, ſcelerum impunitas, fuga, formido, diſcordia fuiſſet: ſic reditu meo ubertas agrorum*, ſpes otii, *tranquillitas animorum, judicia, leges, concordia populi, ſenatus auctoritas, mecum ſimul reducta videantur.* Iſocrates ad Dem. p. VI. δι' ἐκεῖνο μὲν γὰρ αὐθάδη, ἀλλὰ δὲ τοῦτο φρόνιμον εἶναι δόξεις. Haec ſi conſideraſſet Lipſius *acrimoniam* non repoſuiſſet, ſat ſcio. Hujus rei ignorantia ut aliis, ita multa etiam intruſit *Salluſtio* cap. XIII. *pene, alea, bona*, quorum nec vola nec veſtigium in caſtioribus libris. Confer XLVIII. LX. & *Jug.* XXXIV. & LVII. *pro* metu *repente* gaudium *exortum*, at cur non dixerat, *ſpes*, ſi ut verbum verbo ex adverſo plane reſponderet quicquam penſi habuiſſet? adeo verum illud Quintiliani: *Nec ſemper quod adverſum eſt contra ponitur.* ubi etiam exempla habes. Confer item *Hermogenem* III, 2. & notas ad cap. V. *J. W.*

1 *Inſolens malarum artium*] Sic infra *inſolens vera accipiendi.* Tacit. lib. XV. *audiendi quae faceret inſolens erat.* & I. Hiſt. *bellorum inſolens*, & lib. II. Hiſt-

ac

[1] ac me, cum ab reliquorum malis moribus diſſentirem, nihilominus honoris cupido eadem, quae caeteros, [2] fama, atque invidia vexabat.

IV. Igitur ubi animus [3] ex multis miſeriis atque periculis requievit, & mihi reliquam aetatem [4] a Republica procul habendam decrevi; non fuit conſilium ſecordia atque deſidia bonum ocium conterere: neque vero agrum colendo, aut venando, [5] ſervilibus officiis intentum, ae-

inſolens contumeliae. Ciacconius.

1 *Ac me, cum ab reliquis malis moribus diſſentirem*] Eſt in MSS. *ab reliquorum malis moribus*, quam lectionem ſequentia illa non ſane reſpuunt: *nihilo minus honoris cupido eadem, quae ceteros, fama atque invidia vexabat.* Mecum facit codex *Badianus*, quamvis aliter *Aldinus*. Merſeburgenſis quidem *ab reliliquis malis moribus*, verum in ſpatio quod verſus dirimit, erat, *reliquorum*. Rivius. Sic & *Gruterus*. Sic M. & Pemb. L. 2. & a prima manu Markii G. At Guelferbytani 17. 212. *reliquis* 8. 6. 68. 16. *reliquorum*. J. W.

2 *Fama atque invidia*] Difficilem hunc locum ſenſere docti viri. *Muretus* conjecit, *famaeque avidia*. Palmerius: *fames atque invidia necabat*. Ciacconius interpretatur, propter famam quaerendam & invidiam vitandam. *Gruterus* iſtas emendationes ait non eſſe ad plauſum, niſi parum exercitatorum rebus politicis. Equidem non tam res politicas, quam Latini ſermonis peritiam requiri puto, ut ſenſus auctoris perveſtigetur. Quum alios, inquit, urbis & publica tractantium morbos & pravitates facile vitarem, tamen quod honores petebam, perinde ac mali, (nemo enim fere tunc neque petebat neque gerebat, niſi malus & factioſus) infeſtis rumoribus differebar & maligna judicia experiebar. Quum vitium nullum eſſet in me, ob quod male audirem, male audiebam, proque malo differebar, quod rempublicam gerere cupiebam inter malos. *Fama atque invidia*, ἓν διὰ δυοῖν, pro invidioſa & maligna fama. Sic Trogus lib. VIII. 3. *ad abolendam invidiae famam, qua inſignis praeter caeteros tunc temporis habebatur.* Sive malis, *invidiam famae.* Eadem enim res eſt. Idemque lib. XII. 6. *Reputabat deinde, quantum in exercitu ſuo, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidiae fecerit.* Prorſus, ut *Salluſtius*; quantum malignorum ſermonum & rumorum. Fama & invidia, ſeu odio publico & diſcerpitur ſermonibus hominum. Cogitavi aliquando *eadem, qua caeteros, fama atque invidia vexabat*: eſſetque ſic paullo planius. Elegans eſt, *diſſentirem a malis moribus*, vitarem vitia, non illis corriperer. Placet etiam magis *reliquis*, quam *reliquorum*, quod praeferunt Rivius & Gruterus. *Gronovius*.

3 *Ex multis*] L. 1. *&*, abeſſet elegantius. Digb. *Ergo ubi.* J. W.

4 *A repub. procul habendam decrevi*] Sic quidem in Jugurt. *Ubi adoleſcentiam habuere, ibi ſenectutem agant.* Cato tamen, quem plurimum ſequitur Salluſt. *ego jam a principio in parſimonia atque in duritia, atque induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui.* &, *ſecus aetatem agerem, quam illi egiſſent.* Hic tamen legendum credo, *a repub. procul agendam decrevi*, ut Jugurth. *Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul a repub. aetatem agere*; ut etiam paulo infra. *Ciacc.* Sic & *Urſinus*.

5 *Servilibus officiis*] Ideo a Symmacho lib. V. epiſt. 66. tam atrociter fuit reprehenſus *Salluſtius*. Sed immerito. Quamvis enim & agriculturam & venationem

tatem

honeſtiſſima fuiſſe officia apud Romanos conſtet, quid tamen cauſae eſt, cur non Salluſtio *ſervilia* dici mereantur, cum totus adhuc ſit in diſſertatione praeſtantiae animi & vilitate corporis? Venationes autem & agricultura nonne corporis auxilio parantur? Poſſem & oſtendere hanc opinionem *Salluſtio* communem cum non ignobilibus Philoſophis fuiſſe. Denique iſtud tempus *Salluſtii* mihi conſidera, quo venationes non tam voluptati erant lautioribus & patriciis, quam ſervis oneri. Et quid mirum inter tot bella, tot honorum urbanorum certamina? *Colerus.* Libri noſtri cum editis exemplaribus concordant, ſolus Arond. *intentam.* Quidam tamen & ſcripti & impreſſi, teſte *C. Popma,* habent *ſervilibuſve.* Verum a librario quodam ſemipagano nata eſt copula, qui artes ſuas tam male audire non ſuſtinuit. Aſt illi in mentem venire poterat, alia aliis ſervilia habita fuiſſe: pro loco, tempore atque ſcribentis perſona unam eandemque rem modo honeſtam, modo turpem evaſiſſe. Romuleis temporibus, narrante *Halicarnaſſenſi Dionyſio* Antiq. 11, 8. omnia officia, praeter ea quae a *Salluſtio* ſumma cum ignominia memorantur; inter ſervilia locum habuere. Ἐπιδιφρίους μὲν καὶ βαναύσους καὶ προσαγωγοὺς ἐπιθυμιῶν αἰσχρῶν τέχνας δούλοις καὶ ξένοις ἐπέδωκε μεθοδεύειν. Καὶ ΔΙΕΜΕΙΝΕΝ ἕως πολλοῦ χρόνου δι' αἰσχύνης ὄντα Ῥωμαίοις τὰ τοιαῦτα ἔργα καὶ ὑπ' οὐδενὸς τῶν αὐθιγενῶν ἐπιτηδευόμενα· δύο δὲ μόνα τοῖς ἐλευθέροις ἐπιτηδεύματα καταλείπεται, τὰ κατὰ γεωργίαν, καὶ τὰ κατὰ πολέμους. Immo Medicinam, Rhetoricam, caeteraſque artes animi quae liberales nuncupantur, quarum in laude multus ubique noſter, ab urbe condita ſua uſque tempora ſervi, inquilini, adſcititii fere profitebantur, & a diſcipulorum aetate Paedagogorum nomen traxerunt. Pari ergo jure in officiorum ſervilium numerum venire potuiſſent. Hinc, *prima literarum elementa* vocantur ab ipſo *An. Seneca* lib. de Tranq. animi *ſerviles literae. Sicut pleriſque, ignaris etiam ſervilium literarum, libri non ſtudiorum inſtrumenta ſed coenationum ornamenta ſunt.* Apud *Ciceronem* illa etiam munia quae ad res bellicas ſpectant, inter *ſervilia* recenſentur, quae nempe ſolent obire mancipia & negotiorum adminiſtratores, ſi cum auctoribus & dominis eorum conferantur. pro *Sulla* §. 55. *ſed tamen* munere ſervili *obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda*: praefuit *vero numquam, eaque res per Balbum Fauſti libertum, omni tempore, adminiſtrata eſt.* Ars etiam fabrilis (quae tamen in apparatu bellico primas obtinet) inter *extremas artes* rejicitur a *Cornelio Severo* in Aetna vſ. 32. *non eſt tam* ſordida *Divis* Cura, *neque* extremas *jus eſt demittere in* artes *Sidera*; *ſeducto regnant ſublimia coelo, Illa nec* artificum *curant tractare* laborem. Denique pro perſona quam ſuſtinet auctor variat officii pretium & quiſque laudat artem quam factitat. Si togatum audiamus tum, *Cedant arma togae.* &, *Tu vires ſine* mente *geris*: *mihi cura futuri eſt. Tu pugnare potes*: *pugnandi* tempora *mecum Eligit Atrides, tu tantum corpore prodes Nos* animo. *quantoque ratem qui temperat, anteit Remigis officium, quanto dux milite major*; *Tanto ego te ſupero.* Prodeat venator & actutum: redeo. *Τοὶ γὰρ ἐγὼν ἔρρωμαι, θήρης κλύτα δῆνε' ἀείσομαι.* Hoc *ingens meritum eſt, haec ultima* palma tropaei *Hagnon* magne *tibi* Divum *conceſſa* favore, *Ergo* ſemper eris, *dum carmina, dumque manebunt. Sylvarum dotes atque arma Diania terris.* Jurares hominem Liberi patris Cererisque laudes decantare. *quorum munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta, Poculaque inventis Acheloïa miſcuit uvis.* Quid, quod de canum morbis agens, quam Tragicum ſpirat *Gratius!* Certe non minus graviter aut minore cura proſequitur quam famoſam illam Athenienſium peſtem *Thucydides.* Verſum unum adducam ut ei medicina adhibeatur. *At ſi* deformi *lacerum* dulcedine *corpus Proſequitur ſcabies.* ita Codices, & ibi V. Cl. *Quid ſibi vult haec* dulcedo? *num morbidus humor eſt dulcis? at nihil minus? num voluptatem*

tatem agere: [1] ſed a quo incepto ſtudioque me [2] ambitio mala detinuerat, eodem regreſſus, ſtatui res geſtas Pop. Rom. [3] carptim, ut quaeque memoria digna videbantur,

ſcabendo natam intelligit? non credo. ſcribe itaque ſalſedine. Quam nollem haec illi excidiſſe, quam loco *dulcedini* ſupponeret, apud auctorem idoneum ante *Palladium* aut *Caſſiodorum* Var. 11, 39. vix invenies; deinde edita lectio non erat ſollicitanda. *Dulcedo* enim haec idem valet atque apud *Serenum Sammonicum* acerba libido cap. VII inde apud *Curtium* VI, 2. habes: *inſana* dulcedo *perpotandi.* Et, *praedarum* apud *Tacitum.* Hiſt. II, 7. Rem extra omnem dubitandi aleam ponit *Plinius* Nat. Hiſt. VIII, 37. *Fauces quoque ad hanc* ſcabendi dulcedinem *quam maxime hiantes.* & XI. § 77. *Apuleius* in Apol. p. 306. *de hac re agens, Primorem cutim* vitiligine inſignit *& omnibus maculationibus convariat,* dein; *ſi* pernicioſa *illa* dulcedo *intus cobibita* &c. *Cael. Aurelianus Siccenſis* lib. V. cap. 2. *item gravedo &* vacandi dulcedo. At quare tandem *deformi dulcedine,* haec non capio, nec ad palatum meum faciunt. Scribe ergo *deformis,* quidni enim hoc loco *deformis ſcabies.* uti apud Ovidium *deformis ſcabies.* Lector tuam veniam! Nunc ad inceptum redeo. Si Philoſophum hanc cauſſam perorantem audire vacat en tibi *Senec.* de Conſt. Sap. 11, quam ille contemtim, quamque frigide! *Cato cum feris manus non contulit, quas conſectari* venatoris agreſtiſque *eſt.* Quid ergo mirum ſi noſter cum barba & pallio incedens. ut ſolent Philoſophi. loquatur. *Ariſtoteles* de Rep. II, 11. Εἰσὶ δὲ ΤΕΧΝΙΚΩΤΑΤΑΙ μὲ τῶν ἐργασιῶν, ὅπου ἐλάχιστον τύχης· ΒΑΝΑΥΣΟΤΑΤΑΙ δὲ, ἐν αἷς τὰ σώματα λωβῶνται μάλιστα· ΔΟΥΛΙΚΩΤΑΤΑΙ δὲ, ὅπου τοῦ σώματος πλεῖσται χρήσεις ΑΓΕΝΕΣΤΑΤΑΙ δὲ ὅπου ἐλάχιστον προσδεῖ ἀρετῆς. Venatoria & piſcatoria paſſim inter artes ſerviles numerantur in *Hiſtoria Auguſta,* de qua re *Valeſius* ad *Ammianum* XXVIII, 4. Cujus ſcrinia, per me, illaeſa & illibata ſint. Confer etiam *Capitolinum* in Macrino.

Maximum Tyrium Diſſert. VI. p. 65. *J. Waſſ.*

1 *Sed a quo incepto ſtudioque me ambitio*] Ita fere libri electiores. Nam poſteriori aevo ſcriptis omiſſa eſt copula *que*, ut quis dubitare poſſet, utramque vocem, *incepto ſtudioque* commentum eſſe gloſſarii. *Gruterus.* Copula *que* abeſt L 2. L 3. Venet. 1470. 1478. at *Guelf.* 51. 12. 68. 16. uti & noſtri agnoſcunt. 6. 2. a manu correctrice habet. infra, Codex perantiqu. *C. Popmae, Catilinae conjurationem.* In *Jug.* noſter: *de iis haud facile compertum narraverim,* caetera *quam* pauciſſumis abſolvam. *J. W.*

2 *Ambitio mala detinuerat*] Plus id eſt quam ſi *revocaverat* dixiſſet: ſic *Jug. quibus a malo publico detineatur.* Ciacconius.

3 *Carptim*] Nonius *ſtrictim* legit, *carptim atque ut* ex fide vetuſti codicis *C. Popmae* Arondel. *alii partim.* Markii λ. *capti i. e. ſingillatim.* Martin. *carptim perſcribere ut quaeque.* Vocem *carptim* agnoſcunt Enarratores noſtrique & aliorum Codd. tam manu exarati quam vulgati, adeo ut *Nonium* memoria, heic ut alibi, lapſum non dubitem. Nam nec illud alterum huic loco convenit. Dicit enim auctor ſe non ipſam rerum ſeriem ſequendo hiſtoriam ſcripturum breviter, ſed ſubſultim, & habito hinc inde materiae delectu, plene perſecuturum quod illi maxume dignum memoria viſum fuerit. Praeterea *Sulpicius Severus* importuna *Salluſtii* imitatione hoc verbo improprie utitur pro, *breviter.* Nam tametſi Gloſſae reddant *Carptim* ἐξ ἐπιτομῆς δρομαϊκῶς, lege διαιρετικῶς, & ἐν ἐπιτομῇ, tamen hoc ſenſu apud idoneum auctorem ante Trajani tempora haud invenies. Sic ergo ille: *Res a mundi exordio* &c. breviter conſtringere *& uſque ad noſtram memoriam* carptim dicere *aggreſſus ſum.* At ille hiſtoriam ſuam ſcripſit non *carp-*

per-

Digitized by Google

perſcribere: eo magis, quod mihi a ſpe, metu, partibus Reipubl. animus liber erat. Igitur de Catilinae conjuratione,[1] quam veriſſime potero, paucis abſolvam. Nam [2] id facinus in primis ego memorabile exiſtimo, ſceleris atque periculi novitate. [3] De cujus hominis moribus pauca prius explananda ſunt, quam [4] initium narrandi faciam.

V. [5] Lucius Catilina nobili genere natus, fuit magna

tim ſed ſtrictim, perpetuo tenore & κεφαλαιωδῶς, ut res ipſa docet & ipſemet infra teſtatur. Sed & *Ammianus* XIV, 4. *ſuper quorum moribus licet* &c. *aliquoties memorem retuliſſe, tamen nunc quoque pauca de iiſdem expediam* carptim. XXV, 4. iiſdem fere verbis. &, lib. XVI. 7. XX, ult. *Itaque* carptim *ejus praecipua, quae ſunt comperta memorabo.* Lib. XXIII, 6. *Nunc locorum ſitum quantum ratio ſinit*, carptim breviterque *abſolvam.* Hoc eſt, & *carptim* & *ſtrictim*, quomodo locutus etiam *Plinius* in Paneg. cap. XXV. Denique ipſa fere *Salluſtii* verba repetit lib. XXVII. cap. I. Carptim, *ut quaeque memoria digna ſunt, explanabo.* Vopiſcus p. 458. Carptim *vagantes occidit.* Aldhelmus de laud. Virgin. cap. XI. *Quibus haec paucula, quae ad memoriam venerant*, carptim *&* curſim *congeſſimus.* Quid autem per κεφαλαιωδῶς &, ἐπὶ κεφαλαίων ψαύοντες intelligat *Polybius*, ex ipſo optime diſcas, lib. I. p. 17. *J. W.*

1 *Quam veriſſime potero*] Fabius Victorinus in I. lib. *Cicer.* de Invent. Rhetor. legit, *quam breviſſime.* [Imo veriſſime pag. 130. ed. Pithoei.] Sed hunc locum & eum qui pag. ſeq. 12. legitur, *ſupra repetere, ac paucis inſtituta majorum*, ſic eſt aemulatus *Tacitus* Hiſt. 1. *Ea de caede quam veriſſime expediam, ſi pauca ſupra petivero.* Videndum ergo an non, *potero*, abundet. *Ciacconius* ſic & *Urſinus.*

2 *Id facinus in primis ego*] Fortius, mea ſententia, loquutus fuiſſet, omiſſo pronomine *ego*, & verbo *exiſtumo.* Gruterus.

3 *De cujus moribus*] Legendum, *de cujus hominis moribus.* Rivius.

4 *Initium narrandi faciam.*] Veriſimile eſt *Salluſtium* ſcripſiſſe *facio*, ut Jugurth. *Sed prius quam hujuſmodi rei initium expedio, pauca ſupra repetam.* & *Cicero* in ſomnio Scipionis, *Grates tibi ago ſumme ſol, quod priuſquam ex hac vita migro.* Virg. *Ante pudor quam te violo, aut tua jura reſolvo.* Apul. Apolog. II. *prius quam peroro.* Cicer. Philip. I. *antequam de repub. dicere incipio.* Ciacconius. Sic & Urſinus.

5 *Catilina nobili*] Ex *Sergiorum* familia Confer Virg. V. *domus a quo* Sergia &. *Servium* ad locum. *Putſch.* Caeterum illud *natus* quod tantopere Grutero diſplicet omittunt, L. I. 3. ejuſque loco reponit *ortus* Codex Reg. *Nonius* autem qui *natus* agnoſcit, uti & *Badianus* notam diſtinctionis apponit voci *fuit.* Valla interpunctionem vulgatam ſervat rectius. Noſter enim ab hoc verbo ſententiam auſpicatur, fuerit *mihi pretium eguiſſe aliquando tuae amicitiae.* Jug. 110. quomodo & *Dictys* V, 2. Aſt alteram formam retinet V, Fr. XI. *Magna gloria Trib. militum in Hiſpania &c. magno uſu B. Marſico, paratu militum & armorum* fuit. Habes etiam *fuit* ubi minime flagitat ſenſus. *Jug.* XXVI. Ibi Libri omnes *natus fuit.* Atque hoc pacto ſaepe locuti veteres. *Plautus* in primis, Moſtell. V, 2. 20. *Nunquid aliud fecit, niſi quod faciunt* ſummis nati

vi & animi & corporis, ſed [1] ingenio malo, pravoque. Huic ab adoleſcentia bella inteſtina, caedes, rapinae,

generibus. *Ciſtell.* VI, 27. *Ubi iſtas videas* ſummo genere natas, *ſummates matronas.* Poenul. V, 4. 68. *ingenuas, liberas.* ſummoque genere natas. & *Capteiv.* II. 2. 27. & hunc in modum ter locutus *Cicero* in L. de Legibus, pro Roſcio, pro Caecinna. *Varro* de re Ruſt. III, 1. *Merula conſulari* familia ortus. *Velleius* II, 2. natus equeſtri loco. *hirtus atque horridus.* Nepos caſtiſſimus ſcriptor lib. X. *Dion Hipparini filius,* nobili genere natus. Sic etiam *Lactantius* Inſtit. III, 18. *Porcius Latro* in Declam. bis uſus eſt *natus, genitus.* Capitolinus in Macrino, ubi *Salluſtii* verba de Pompeio exſcribit Fr. VI, 1, humili natus loco, *& animi atque oris inverecundi.* Noſter *Catil.* XXIV, *ſed in ea conjuratione* fuit *Q. Curius,* natus *haud* obſcuro loco. *Ammianus* XXIX, 1. de Theodoro: *Namque antiquitus* claro genere *in Galliis* natus. *Hegeſippus* V, 22. *Ananias ſacerdos* claro genere ortus. & cap. XX. *Antiochus non ignobili genere ortus.* *Martyrologium Romanum* Febr. X. ex eodem Ambroſio: *quae* nobili genere nata. &, *Martyrol. H. Rhabani,* menſe Januar. de Aldegunda. *Temporibus Dagoberti* ex nobili genere progenita. E contra, *Gellius* haud indiligens lector, utroque modo loquitur. XVII, 9. *Hiſtiaeus nomine* fuit loco natus *in terra Aſia non* ignobili. At lib. XIV. *Eum dicentem fuiſſe* genere *&* loco humili. *Eutropius* lib. IV, 1. genere claro *ſed non admodum vetere.* & ſic Codex B. Pub. quem cum optima, Oxonienſi nempe, editione contulimus, verum aliud quid innuit Metaphraſtes, ἐκ γένους τὸ κατ᾽ αὐτὸν λαμπροῦ. Sic alibi: *Vitellius familia* honorata *magis quam* nobili. Metaphraſtes de ſuo addit γεγονικός. Idem IX, 2. *Poſtea tres ſimul Auguſti fuerunt, P. B. G. duo ſuperiores* obſcuriſſimo genere, G. nobilis. Recte illi omnes & bono exemplo: *Cicero* pro Murena §. 16 *Pater* fuit equeſtri loco. *Tacitus* An. IV, 61. *Agrippa* claris majoribus *quam vetuſtis.* Sed quod me maxime movet *Aurelius Victor* Salluſtianae dictionis aemulus, vocem *natus fuit* in ſuo exemplari non inveniſſe videtur. Ita ille cap. LXXIX. de V. Ill. *Mithridates rex Ponti oriundus a Perſis,* magni vi & animi & corporis Nihil autem temere movendum ob graviſſimas quas ſupra adduximus auctoritates. Caeterum ſi quis deleverit *genitus* Fr. IV, 4. ubi nonnihil turbat, me adſentientem habebit. *Cum filius Nyſae, quam Reginam appellaverant* [genitus] *haud dubie eſſet.* Denique *vis animi* quid ſit docebunt *Thucydides* I. §. 138. & *Nepos* in vita *Themiſtoclis.* Idem fere de Simone quodam *Joſephus* B. Judaic. III, 19. δι᾽ ἀλκὴν σώματος ϗ ψυχῆς διάσημος. J. W.

1 *Ingenio malo*] Confer *Ciceronem* I. Catilin. *Tacitus* de Vinnio: *Mox Galbae amicitia in abruptum tractus; audax, callidus, promtus, & prout animum intendiſſet, pravus aut induſtrius eadem vi.* Vide eundem de *Lucio Marciano,* & *Sejano.* Quam grata illi erant bella inteſtina, caedes, diſcordia, memorabile documentum extat *Senecae* de Tranquil. III, 18. De diſcrimine, inter *malum, pravumque,* viderint alii; ſufficiat in praeſenti probaſſe utrumque ab Auctore profectum eſſe. Et ejus rei fidem faciunt Codd. univerſi. Quibus accedit *Sulpicius* Hiſt. Sacr. III, 45. *Arelatenſium Epiſcopus, vir ſane peſſimus,* & ingenio malo pravoque. Sed & ante Sulpicium, *Plinius* Epiſt. IX, 3. malus pravuſque. & apud *Ciceronem* de Fin. conjuncta ſunt, male prave, *nequiter turpiter,* ibi etiam voci male opponitur *bene;* & *prave* τὸ *recte.* potes hoc loco per *pravum* intelligere animum in malum obſtinatum & praefractum. quo ſenſu utitur *Seneca* I. de Ira. *Cn. Piſo vir fuit memoria noſtra integer: ſed pravus, & cui placebat pro conſtantia rigor.* Eutropius alterum tantum retinet VI, 12. *ſed* ingenii praviſſimi. Metaphraſtes, φαυλότητι τρόπων χείριστος.

discordia

diſcordia civilis, grata fuere: ibique[1] juventutem ſuam exercuit. Corpus[2] patiens inediae, vigiliae, algoris,[3] ſupra quam cuique credibile eſt. Animus audax, ſubdolus, varius,[4] cujus rei libet ſimulator ac[5] diſſimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus:[6] ſatis

alterum *Apuleius*. p. 274. Vide *Julium Scalig.* ad *Ariſtot.* Hiſt. Animal. 1, 73. *J. W.*

1 *Juventutem ſuam*] Τὸ ſuam non apparet multis praelo excuſis inquit *C. Popma*] uti nec in L 2. caeteri & *Nonius* 433. rectius agnoſcunt. Nec aliter loqui amat *Salluſtius*. J. Waſſe.

2 *Patiens inediae*] De *Catilina* hoc idem refert *Cicer.* Catil. 1. §. 9. Phraſi utitur aliquoties Tacitus. *Ciacconius*. Hic verborum ordo eſt in manuſcriptis, & impreſſis vetuſtioribus. *Rivius*.

3 *Supra quam cuiquam credibile eſt*] Sic Jugurth. *ſupra quam ego ſum, petere.* Ciacconius. V. *Cic.* in Catilin. & Capitolinum in Clodio C. 13. *Herodian*, 111, 19. de *Severo*, Κρύψαι τε ἀπιστεῖν ὁμοίως κατ᾽ ἐπιτροπήν. interpres, *Salluſtii* verbis reddit minus proprie, & ſic phraſi utitur Capitolini §. 17. ὑποψίαις ἐνδούς *indulgens ſuſpicionibus* memor ſupra quam cuiquam credibile eſt. v. Themiſt. Orat. XIV. 346. *Victor* 1. 14. *J. W.* Dictio *eſt*, abeſſe poterat. At illud *cuique* exſtabat in Pall, quatuor antiquioribus, item in MSS. quos excuſſerat *Bongarſius*. Antea erat, ſine ulla euphonia, *ſupra quam cuiquam*. Gruterus. *M. ſupra cuiquam*. J. W.

4 *Cujus rei libet ſimulator*] Nonius in *ſimulare* *Cujus rei libet ſimulator*, habet. Quomodo etiam ſcriptum a *Salluſt.* eſt in oratione de Rep. ordinanda, *& cujus rei libet periculum facere.* Ciacc. Sic & Urſinus. *Cujus libet* Serv. ad Aen. 1. 493. *Var. ed.* omittit *cujuslibet.* Is ordo verborum in *Pal. Nazariano*, tertiuſque ſolum ſervabat *cujus libet ſimulator.* Gruterus.

5 *Diſſimulator*] Capitolinus de *Vero.* 1, *Erat enim* morum ſimplicium, *& qui adumbrare nihil poſſet.* Zozimus de Magnentio 11, 134. Τὴν οὖσαν αὐτῷ φύσει κακοήθειαν ΚΡΥΨΑΙ δεινός, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι τὸν αὐτοῦ τρόπον εὐήθης εἶναι καὶ χρηστὸς νομιζόμενος. Et, ſimulare ſe neſcire, eſt apud *Iſaeum* Orat 111, p. 408 diſſimulare ſe ſcire. Καὶ οἶδε μὲν οὐδὲ προσποιεῖται ἐκείνου ὀνόματος, οὔτε γιγνώσκειν, οὔτε προσέχειν αὐτοῖς. Supra, pro *alieni*, Arond. *aliena appetens*. B. Pub. *alieni enim appetens*. Et Martin. *ſuis profuſus* male. a vulgatis ſtant Codices, *Tacitus* Hiſt. 1, 49. *Priſcianus* pag. 1123, *Sidonius Apollinaris*, pro *ſubdolus, varius*, Arond. *ſtructus, dolo varius*. J. W.

6 *Satis loquentiae, ſapientiae parum*] Quamvis in quibuſdam, ut in omnibus manuſcriptis, *eloquentiae* ſit, nec aut ſecus legerit interpres, aut a *Priſciano*, p. 1020. ſi quid vetuſtiſſimis exemplaribus credendum, aliter citetur, tamen vulgatam hodie lectionem ſequor. *Aul. Gellius* lib. 1. teſtatur, Valerium Probum, id quod ipſe ex familiari ejus docto viro compererit, ſic a *Salluſtio* relictum affirmaſſe *ſatis loquentiae, ſapientiae parum*: quod *loquentia* novatori verborum *Salluſtio* maximo congrueret: *eloquentia* cum inſipientia minime conveniret. Sed & *Plinius* in Epiſtolis huc reſpexiſſe videri poteſt, *Itaque Julius Candidus*, inquit, *non invenuſte ſolet dicere. aliud eſſe* eloquentiam, *aliud* loquentiam: *nam* eloquentia *vix uni aut alteri; imo ſi M. Antonio credimus, nemini: haec vero* quam *Candidus* loquentiam *appellat, multis, atque etiam impudentiſſimo cuique maxime contingit.* Rivius. Sic & Ciacconius. Omnes *C. Popmae*, excepto Lovanienſi quem ex Bib. Sti *Marti-*

loquentiae,

loquentiae, ſapientiae parum. Vaſtus animus, immoderata, incredibilia,[1] nimis alta ſemper cupiebat. Hunc poſt[2] dominationem L. Sullae, [3] libido maxima invaſerat[4] Reip. capiundae: neque id quibus modis adſequere-

ni habuit eloquentiae. At Cicero *eloquentia* in bonam partem uſus eſt: *loquentia* in malam, ante *Salluſtium* Novius in Gallinaria hoc verbo uſus eſt. O *Peſtifera, Pontica, fera trux tolutim loquentia.* C. Popma. Secutus ſum conſenſum Grammaticorum, nam MSS. uno ore reductum volebant *eloquentiae* quod & editioni ſuae redonavit *Carrion. Gruterus. Sidonius* lib. IX. Ep. 9. ſatis eloquentiae parum ſapientiae. *Marcellinus* Comes in Chronic. Indict. XI. *Neſtorius Antiochiae natus,* vir ſatis *quidem* eloquentiae, ſapientiae *vero* parum *habens.* Nepos in Cimone, *habebat enim* ſatis eloquentiae. nec aliter *Petrus Arvernus* venerabilis v. 35. aut MSS. *Savaronis* in locum & omnes Sidoniani, ſed potius audiendi ſunt Grammatici. *J. W.*

1 *Nimis alta*] Scripſiſſem potius *cupere*, ſed & minus placet illud *nimis alte.* Gruterus. Satis apte tamen ille, quiſquis eſt, *nimis alte,* ad auctorem accommodavit qui *Jug.* LXXXIV. nimis *molliter. Catil.* XI. nimis *luxurioſe*, nimiſque *liberaliter.* VI, 36. nimis *bona voluntate in victos.* Verum de his vocibus ampliandum puto, quia *Tacitus* XX. neſcio quomodo adſtruere videtur: altior *inde Veſpaſiano* Cupido *adeundi ſacram ſedem.* Curtius etiam qui clare huc reſpexit lib. X, 5. vis *incredibilis* animi, *laboris patientia propemodum* nimia. *Livius* II, 49. *ſequebatur Fabios turba propria, alia cognatorum ſodaliumque;* nihil medium, *nec ſpem, nec curam, ſed* immenſa omnia *volventium animo.* Seneca Epiſt. 39. *magni animi eſt,* magna *contemnere, ac* mediocria *malle quam* nimia. Idem de Ira I, 14. *omnes quos vecors animus ſupra cogitationes extollit humanas,* altum *quiddam & ſublime ſpirare ſe credunt.* Suetonius Julio XXVI. *Quod ut adeptus eſt,* altiora *jam meditans & ſpei plenus.* Tacitus An. XV. 42 *Nero tamen ut erat* incredibilium cupitor. *effodere proxima Averno juga connixus eſt.* Tamen, ut verum dicam, illud *nimis alta* facit ut vis ſententiae langueſcat, utque minus dixiſſe videatur in fine quam in principio. Nam vox *immoderatum* ſenſu *Lucretiano* valet *immenſum,* quod illud alterum in ſe includit, & propterea admodum frigide excipitur a *nimis alta.* Plutarchus in *Cicerone* tantum vocat *Catilinam* ἄνδρα τολμητὴν καὶ μεγαλοπράγμονα, καὶ ποικίλον τὸ ἦθος, auditque ſolummodo apud *Appianum,* ἔμπληκτος ἀνήρ. Auctor denique ſub nomine *A. Pollionis,* qui etiam in illius moribus depingendis multus eſt, haec verba non agnoſcit. Legerem ergo, *incredibilia nimis cupiebat.* J. W.

2 *Dominationem L. Sullae*] Hic fuit L. Sylla, qui poſtea Sylla Felix eſt appellatus, & demum pediculari morbo conſumptus. *Vall.*

3 *Libido maxima invaſerat reipub. capiundae*] *Capeſſere Rempubl.* frequentiſſimum eſt apud *Salluſtium*, non, *capere,* quare hic potius legerem *Reipub. occupandae*: ſequitur enim, *neque id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnum pararet, quidquam penſi habebat.* Sic in orat. De republica ordinanda: *Per idem tempus maledictis iniquorum occupandae Reipub. in ſpem adducti homines, quibus omnia probro ac luxuria polluta erant.* Et Jugurth. *At qui ſunt hi, qui rempubl. occupavere? homines ſceleratiſſimi.* Et de eodem Catil. *opprimendae reipubl. conſilium cepit.* Ciacconius. Sic & Urſinus. Reformatur a nonnullis vox poſtrema ego mallem obelo confixam. *Gruterus.* Ita Codd. at ex conjectura *Palmerius* rapiundae, quia capitur legibus & honeſte. Et ſic ſane *Suetonius* in Julio XXX. *penſitatis ſuis &*

retur,

retur, dum ſibi [1] regnum pararet, quidquam penſi habebat. Agitabatur magis magiſque in dies animus ferox inopia rei familiaris, & [2] conſcientia ſcelerum: quae utraque his artibus auxerat, quas ſupra [3] memoravi: incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos peſſuma ac diverſa inter ſe mala, [4] luxuria atque avaritia vexabant.

amicorum viribus, uſum occaſione rapiendae dominationis, *quam in aetate prima concupiſſet.* Sed vim *&* *rapere* quam ſomniat ille eſt plane vis conſili expers, atque adeo huic loco minus convenit. Nam quid aliud eſt, *libido invaſerat R. rapiundae*, quam, *libido invaſerat invadendi Remp*: emphaſi prorſus importuna. Rapere eſt *vi capere*, hoc eſt *invadere*. Praeterea eſt quidem & ſua vis τοῦ *capere* in his apud *Lucanum* & *Apuleium*: *inde ruendi in ferrum mens prona viris animaeque* capaces *Mortis*. Et, *Tu per aetatem & pulchritudinem* capax *ejus es*. Sed quoniam tam meritis quam ambitione mala capi ſolet Reſp. ideo addit Auctor, *Catilinam* nihil penſi habuiſſe utro modo adſequeretur, dummodo pararet, quod eodem redit. Hoc ſenſu, niſi fallor, *occupare* apud *Tacitum* invenitur, licet alias fere vim externam denotet. Annal. VI, cap. IX: *Ne foeminae quidem exſortes periculi, quae* occupandae Reip. *argui non poterant, ob lachrimas incuſabantur.* Compoſito, ut ſaepe, pro ſimplici. *Cicero* de Am. §. 38. *Gracchus* regnum occupare *conatus eſt.* Velleius II, 4. *Hic, eum interrogante Tribuno quid de T. Gracchi caede ſentiret? reſpondit: ſi is* occupandae Reip. *animum habuiſſet, jure caeſum.* Seneca de Benef. V, 16. *parum eſt illi* (Catilinae) capere patriam *niſi verterit.* Ad *Helvid.* XIII. *ut nihil aeque magnam apud nos admirationem* occupet, *quam homo fortiter miſer.* Cicero conjungit Tuſcul. V, 40. Occupavi *te, inquit, fortuna atque cepi.* *Appianus* p. 710. ὡς τῆσδε παρῳδόντα ἐς Τοργνίδα. Valerius Flaccus II, 521. Occupat *Alcides* arcum, *totaque pharetrae Nube premit.* Noſter de Repub. Ordin. *neque receptam, ſed* captam, *a te* Remp. *J. W.*

1 *Regnum pararet*] Varro de vita P. Rom *Tanta porro invaſit cupiditas pleriſque, ut vel coelum ruere, modo magiſtratum adipiſcantur, exoptent.* J. W.

2 *Conſcientia ſcelerum*] Id eſt, memoria & ſimplex ſcientia rei, ſeu notitia, quae nobis cum aliis communis eſt. *Tacit.* lib. I. Hiſtor. cap. 25. *In conſcientia facinoris pauci adſciti ſuſpenſos caeterorum animos, diverſis artibus ſtimulant.* Cic. in Orat. in Catil. cap. I. *conſtrictam jam omnium horum conſcientia teneri conjurationem non vides?* Idem lib. VI. epiſt. 10. ad Famil. *quamque te vehementer conſolaretur conſcientia factorum & conſiliorum tuorum.* Sic *Juſtinus* de Candaule lib. I. cap. 7. *hic uxorem, quam propter formae pulchritudinem deperibat, praedicare omnibus ſolebat, non contentus voluptatum ſuarum tacita conſcientia, niſi etiam matrimonii reticenda publicaret.* Et lib. VIII. cap. 2. *Phaed.* in prol. lib. III. huc alludit *M. Felix*, pag. 88. *hac foederantur hoſtia, hac* conſcientia ſceleris *ad ſilentium mutuum pignerantur.* J. W.

3 *Memoravi*] Sic Dictys. II, 5. *quos ſupra memoravimus.* Hegeſip. I, 13. & III, 14. *Salluſtius* cap XXVII: & *Jug.* 44. e. *Victor.* p. x. *Sulpic. Severus* H. Sac. I, 23. 32. & I, 46. II, 5, 8, 12, 15, 19, 22, 23, 26, 29, 41, 4. Thucyd. I. 118. Μετὰ ἢ ταῦτα ἢ ἤδη γίνεται οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον τὰ προειρημένα. *Ammianus* lib. XXVIII. I. & XVI, 8. *Hegeſippus* II, 15. *Aeſchin.* in Cteſ. p. 278. *J. W.*

4. *Luxuria atque avaritia*] Haec eſt poſitura Codd. MSS. *Vincentii Belluacenſis*, L. 2. *avaritia atque luxuria.* J. W.

xabant

Digitized by Google

abant. [1] Res ipſa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit; ſupra repetere, ac paucis inſtituta majorum, domi militiaeque, [2] quomodo Rempub. habuerint, quantamque reliquerint: ut paulatim [3] immutata, [4] ex pulcerruma & optima peſſuma ac flagitioſiſſuma facta ſit, diſſerere.

VI. Urbem Romam, [5] ſicuti ego accepi, condidere

1 *Res ipſa hortari videtur*] Tacitus Hiſt. 4. *Res poſcere videtur, quia iterum in mentionem incidimus viri ſaepius memorandi, ut vitam ſtudiumque ejus paucis repetam:* ubi & illum alium locum de Sylla in *Jugurtha* eſt etiam aemulatus, *Sed quoniam nos tanti viri, &c.* Ciacconius.

2 *Quomodo rempub. habuerint*] Sic quidem *Tacitus* maximus *Salluſtii* aemulator, Annal. VI. *Congruens crediderim, recenſere ceteras reipub. partes, quibus modis ad eam diem habitae ſint.* Neſcio tamen an ille ſcripſerit, *auxerint remp.* infra enim, *Regium imperium quod initio conſervandae libertatis & augendae reip. fuerat.* Et, *Ubi labore atque juſtitia reſpub. crevit.* Ciacconius. Sic & Urſinus.

3 *Immutata*] Markii Codex γ. bonae notae *imminuta*, at in ſpatio interlineari & recentiore manu *vel immutata.* quae ſane lectio ferri poteſt ſi de moribus civitatis accipiatur eo nempe ſenſu quo *imminuere pudicitiam* apud *Plautum* in Ciſtell. & *Auſonium* in Eidyll. 13. voces conjunxit *Cicero* pro lege Agrar. *Hic quod populi proprium ſemper fuit, nemo* imminuit *nemo* immutavit. imminuere apud *Tacitum* An. XXIV. 57. pro *evertere aliquem.* & alibi pro, *in ordinem cogere*, &, *imminutiones*, judice *Salmaſio*, apud *Lampridium* in Commodo cap. XIV. valet *immunitates.* Locus ſic habet. *Vendidit etiam ſuppliciorum diverſitates & ſepulturas &* immunitates [Pal. & Codices Caſaubon. *imminutiones*] *malorum, & alios pro aliis occidit.* Ibi ut MSS. ſcripturam defendat *Salmaſius*, neceſſe habet vocem *malorum* inducere quaſi a mala manu. Ipſe potius legerem *impunitates.* Sueton. in Galba cap. XV. *Nihil non per libertos pretio adipiſci, aut donari gratia paſſus eſt, vectigalia, immunitates, poenas innocentium* impunitates *noxiorum.* Nam qui impunitates noxiorum pretio adipiſci patitur, idem & illas vendit. Vendere ſepulturam *interfectorum* habes apud *Juſtinum* IX. 4. ſed hæc obiter. Quod ad locum *Salluſtii* attinet, nihil mutandum cenſeo, nam & ipſe *Salluſtius* infra, *Civitas* immutata, *imperium ex juſtiſſimo & optimo, crudele intolerandumque factum* qui locus huic plane geminus eſt. *J. Waſſe.*

4 *Ex pulcerrima & optima, peſſima ac flagitioſiſſima facta ſit*] Tò *optima* cum illa copula *&*, non eſt in ullo manuſcripto, quodquidem ipſe viderim, nec *Beroaldinum* ea volumen habet. *Rivius.* Adde ex ſcriptis; *ex pulcerrima atque optima, peſſima ac flagitioſiſſima facta ſit.* ut *pulcerrima flagitioſiſſimae, optima peſſimae* reſpondeat. Paulo poſt iiſdem fere verbis: *Imperium ex juſtiſſimo atque optimo, crudele intolerandumque factum.* Putſch. Ejeci illa *& optima* quod in nullis reperirentur Pall. ſcriptis pretii melioris, idemque teſtarentur alii de ſuis. *Grut.* Noſtri etiam Pembr. Regius Bib. Pub. Norvicenſis omittunt: ſic plerique *Guelf.* *& optima* Margini adſcripta ſunt, in 17. 21. 2. 86. Venet. 1478. & γ. λ. *peſſima & flagitioſa.* Verum Auguſtinus Civ. de 11. 21. *& optima* agnoſcere videtur. & totidem verbis citat II, 18. *J. W.*

5 *Sicuti ego*] Tacitus qui locum aemulatus eſt initio *Annalium* tres haſce voces omittit. Sed retinent Codd. uni-

atque

atque habuere initio Trojani, qui, Aenea duce, profugi, ¹ ſedibus incertis vagabantur; ² cumque his Aborigines,

verſi, item *Nonius* pag. 249. *Servius* ad Aeneid. VII, 48. *Auguſtinus* lib. de Civ. D. III, 7. qui &, *in initio* quemadmodum Li. 3. *Iſidorus Hiſpalenſis* & Codex antiquus *C. Popmae*, B. Pub. *atque tribuere initium*, pro, *cumque his* Iſidorus *cum iis*. B. Pub. omittit *his*, & Pemb. tantum agnoſcit a ſecunda manu. pro *habuere* idem *Iſidorus* Orig. XV, 1. *habitavere* peſſime. E tribus ejus auctoris *MSS.* quos cum editis contulimus, ſolus B. Pub. in hac re veram lectionem ſervavit, Quomodo & legiſſe *Iſidorum* puto, quia *Servius*, quem in hoc loco tranſcripſit, ad Aeneid. VII. ſic citat. Haec vox etiam reſtituenda *Solino* eſt cap. XVIII. *Nec longe Oeonas ſeparari*, *quas qui habitent vivant ovis avium marinarum.* Codex Petrenſis *habent*, quod miror in ſuis non inveniſſe immenſum *Salmaſium* At optimi librarii quandoque dormitant, exemplo erit noſter, nam pag. 87. ubi editi, *quas Aſcitae* habent *Arabes*, ibi ille turpiter, *habitant*. *Sulpicio* item *Severo* vocem hunc redonemus. Ita ille Dialog. II, 11. *ſecum potius vellet* habitare (conjugem) lege *habere*, ex fide optimi Codicis Aulae Trin. ita enim loquitur in Hiſt. Sacr. I, 4. & *Mela* I, 4. *Blemmyes ſine tectis paſſim ac ſedibus vagi*, habent *potius terras quam* habitant. Et ſane Oeones aeque ferae ac incerti laris, quibus proinde bene conveniat τὸ *habere*. Virgilius Aen. VII, 140. *Quae loca*, *quive habeant homines.* Tacitus Hiſt. XII, 54. *Plautus* Prolog. in Aulular. vſ. v. & alibi. *Varro* de lingua Latina p. XVI. *Collis mutialis quinticepſos ubi aeditumus* habere *ſolet*. A Graecis accepit *Salluſtius*, quis neſcit ἀλόγιστα? ... J. W.

1 *Sedibus incertis vagabantur*] Manuſcripta *ſedibus incertis*. ut adjectivum ſequatur, quomodo & *Rodolphus Agricola* citat. *Rivius*. Et ſic Regius. ſed Arondel. L. L. 3. *Auguſtin.* III, 7. *incertis ſedibus*. J. W.

2 *Cumque his Aborigines*] Aborigines fuerunt priſci illi Latini, quorum reges aliquot recenſentur a *Livio* & *Halicarnaſſaeo*. Communis veterum opinio, Trojanos advenas cum hoc antiquo Latii populo mixtos ſimul coaluiſſe: licet alii aliter dicant. Quod ut optime intelligebat Criſpus, ita, ut in re dubia, prudenter addit, *Sicuti ego accepi.* Facit idem in re ſimili divinus *Maro*, notante *Honorato*; *accepi* autem, puta a *Catone*, cujus ut nimius verborum imitator notiſſimo verſu inceſſitur, *& verba antiqui multum furate Catonis*, *Criſpe Jugurthinae*, *conditor Hiſtoriae*. Ita nunc quoque ſententiam ejus ſequitur, qui in originibus ſuis ſcriptum reliquit: *Primo Italiam tenuiſſe quoſdam*, *qui Aborigines appellabantur*, *ſed poſtea adveniente Aenea*, *Phrygibus junctos Latinos uno nomine nuncupatos.* Caſcos vocat *Ennius* ob vetuſtatem; *Quamprimum Caſci populi tenuere Latini.* *Sanfeius* apud *Servium* Virgilii interpretem, *Latium dictum ait quod ibi latuerint incolae*, *qui quoniam in cavis vel occultis montium*, *caventes ſibi a feris beluis*, *vel a valentioribus*, *vel a tempeſtatibus habitaverint*, Caſci *vocati ſunt*; *quos poſtea* Aborigines *nominaverunt*, *quoniam a Diis ortos recognoſcebant.* Maro arboribus natos memorat: *Haec nemora indigenae Fauni*, *Nymphaeque tenebant*, *Genſque virum truncis*, *& duro robore nata.* Juvenal. Saturnal. VI. *Quippe aliter tunc orbe novo*, *coeloque recenti*. *Vivebant homines*, *qui rupto robore nati*, *Compoſitive luto*, *nullos habuere parentes.* Sed *Servius* fabulam hanc explicat: *Hoc figmentum ortum eſt ex antiqua hominum habitatione*, *qui ante factas domos aut in cavis arboribus aut in ſpeluncis manebant*; *qui cum exinde egrediuntur*, *aut ſuam educerent ſobolem*, *dicti ſunt inde procreati.* Verſum *Ennii* innuit *Cic.* Tuſc.

genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio, [1] liberum atque ſolutum. Hi poſtquam [2] in una moenia convenere, diſpari genere, diſſimili lingua, [3] alii alio more viventes, incredibile memoratu, quam facile coaluerint. [4] ſed poſtquam res eorum civibus, moribus,

prima: *Itaque unum illud erat inſitum priſcis illis, quos Caſcos appellat Ennius.* Maro l. Aen. VI.—*Vultuque, & veſte nitebant.* *Romani populi patres ſine ſemine facti.* Atque haec de Aboriginibus aliis omiſſa vel potius neglecta. *Putſchius.*

1 *Liberum atque ſolutum*] Palatinus nonus habet, *ſine legibus, imperio liberum atque ſolutum.* Is autem liber literas omnes adeo habuit evanidas, ut denuo eas aliquis depinxerit, ſed qui non etiam ſemper inſtiterit veſtigiis ſcripturae prioris. Nam ubi mox habemus, *aucta ſatis proſpera, ſatiſque pollens videbatur,* apparent adhuc veteres liturae vocis *proſpera*, at renovator ſolum expreſſit, *aucta, ſatiſque pollens videbatur*; omiſſo illo, *ſatis proſpera.* Gruterus. Bodl. *abſolutum*, Codex B. Pub. *inſolutum*, ſecunda ſyllaba atramento recentiore. Quod ſi accederet alius, non dubitarem in textum recipere. Haec enim praepoſitio in compoſitione aliquando auget & intendit vim ſimplicis. Sic apud *Columellam* VIII, 2. *incanus* valde canus, quo item ſignificatu poſuit *Maro*. Sic apud eundem Aeneid. I, 784. *infracta Juno,* quem ſequitur *Hegeſippus* II. 6. quo loco repone auctoribus libris, *retractando.* & in Georg. incurvum *aratrum.* & apud *Pomponium* Tit. de *Liberis & poſthum.* L. Gallus Aquilius. ingravi *valetudine affectus.* Nec non apud *Ulpianum* Tit. pro Socio L. cum duobus, *imprudentes* pro prudentiſſimi. Sed & alibi apud III. *caſus* indiſſicilis. *Apuleius* Apolog. 323. *Quis non diſciplinam matris agnovit; cum in puella videret* immedicatum *os, & purpuriſſatas genas, & illices oculos?* Sic enim ibi legendum monet *Iſ. Caſaubonus*, quem etiam ad *Suetonium* & *Perſium* de hujuſmodi vocibus adeas. Idem. M. VII. *auro monetali zonis refertis* incincta, & *Florid.* pag. 362. *propius acceſſit, ut etiam* incognoſceret. & alibi, *inconcupiſcere, inhiare* Metamorph. VIII, p. 209. *canes jubilationibus ſolitis & cujuſcemodi, vocibus nobis* inhortantur. Paulinus, *qui ſuperbos deprimit Humiles* inaltat. ſic apud *Vegetium* in mulomedicina, & Tertullianum, *incoquere.* Noſter autem *Jug.* XLV. *milites* ſoluto *imperio corrupserat,* nec ibi quidem muſſat B. Pub: *Aurelius Victor* de Orig. Gentis Rom. cum editis facit. *J. W.*

2 *In una moenia*] *Convenere* L. 1. caeteri, *Priſcian.* 1354. & *Servius* pag. 1709. cum edd. conſentiunt. *J. W.*

3 *Alii alio more viventes*] Manuſcripti codices habent *alius alio more viventes*; quemadmodum poſtea, *Alius alii tanti facinoris conſcii.* Et in Oratione Catonis, *Alius alium exſpectantes cunctamini.* Nec ſecus in Oratione Lepidi, *Ne alius alium principem exſpectantes ante capiamini.* Et ad Caeſarem de rep. ordinanda, *Alius alium quaſi prudentiorem ſecuti.* Sic & Curtius V. *Alius alium levantes conabantur adſcendere.* Idem, *Niſi mutuo eſſemus miſeri, olim alius alii potuiſſemus eſſe faſtidio.* & VII. *Aliuſque alium adhortati in hoſtem ſalutis immemores ruere coeperunt.* Sed & IX. *Alius alii occurſantes invicem ſuſpecti & ſolliciti ferebantur.* Rivius. Norvic. *Mari.* Pemb. & *Guelf* 68. 16. *alius.* at Arond. B. Pub. L. 2. 3. *alii.* Extat in pleriſque membranaceis, *alii alio &c.* ſed non ſunt illi e vetuſtioribus. *J. Waſſe.*

4 *Sed poſtquam res eorum civibus, moribus, agris, aucta*] Haec lectio in

agris

agris aucta, ſatis proſpera, ſatiſque pollens videbatur, ſicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex ¹ opulentia orta eſt. Igitur reges, populique finitimi bello ten-

omnibus codicibus, quotquot ipſe viderim, reperitur. Verum *Aurel. Auguſtinus* in III. de civitate Dei ſic citat, *poſtquam res eorum legibus*. Ubi hodie *civibus*, nec male, ut opinor, in *Auguſtino* librarii mendum eſſe ſuſpicor. *Rivius*. Sic membranae Reginenſes. *J. W.* Sumſit e *Catonis* Origin. *eodem hominum complures ex agro acceſſitavere. Eo res eorum auxit*. A. Popma. Nihil heic mutandum nam leges complectitur dictio *mores*, unde noſter infra: *jus bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat*, & aut fallor aut reſpexit auctor noſter ad verſum Ennii. *Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque*. Gruterus. Venetae L. 2. B. Pub. *civibus* quod confinxerunt inepti librarii, ut haberent quod cum voce *moribus* vel forte *legibus* ut apud *Auguſtinum* conjungerent. *Agris* ex recentiore manu exhibet Arondel. caeteri ut in editis. Et ita locutus optimus quiſque. *Plautus* Perſa IV, 3. *Atticam hodie civitatem maximam majorem feci, atque* auxi civi *foemina*. Eumenes Paneg. XXII. *hominibus, & moenibus, & muneribus* augentur. *Sulpicius Severus* Hiſt. I, 13. locum ita aemulatus eſt: incredibile memoratu eſt *quam cito* numero aucti *ſunt*. retinet ille verbum ſubſtantivum de cujus ſalute vehementer ſollicitus eſt *Ciacconius*. Vide *Catil.* VII. *Jug.* XL. *Tacitum* II, & III, Hiſt. *Ammianus* pag. 375. ed. Valeſian. *verum aucti paullatim in amplitudinem gentis ſolidae* [*magi*] Lampridius in Alex. *auxit agris, animalibus, gregibus, ferramentis ruſticis*. Voce *moribus* incluſi etiam leges monet *Gruterus*. *Cicero* fere eidem adjungit *mores, jura, inſtituta, diſciplinam*, uti *Livius* III, 32. & *Gellius* XIII, 2. & *νόμος* apud *Herodotum* ponitur pro *more* aut *conſuetudine* *αἰνέω* [illegible] *νόμον*. At hoc non obſtante ſignificatu diſtant, & ſaepe ſunt oppoſita. Adi *Varronem* apud *Servium* Aeneid. VII, & *Quintilianum* V, 10. *Ulpian.* in Tit. de Leg. & moribus. *Feſtum* in voce. *Cicero* in Epiſt. *Lacedaemonii, qui ſoli jam tot annos, ut nisi moribus & numquam mutatis legibus vivunt*. Horat. Epiſt. II, 3. *res Italas armis tuteris*, moribus *ornes*, Legibus *emendes*. Od. XXIV. III, *Quid leges ſine moribus Vanae, proficiunt?* Noſter *Jug.* XXI. *Hi neque* moribus *neque* lege *aut imperio cujuſquam regebantur*. Opponitur *Mos juri ſcripto* apud *Tacitum*, III, 28. & in Lib. de moribus Germ. *Mos* ſtricte loquendo a *lege* diſtinguitur quatenus illud a ratione, hoc ab uſu proficiſcitur. *Plinius* N. Hiſt. XI, 55. *morientibus operire oculos, rurſuſque in rogo patefacere, Quiritium* ritu *ſacrum eſt*: *ita* more condito, a quo? nempe ab uſu. *Nam* juxta *Ovidium* Met. II, 69. morem *fecerat* uſus. Cui & populi ſuffragium, addit *Cicero* de, Invent. II, *quod in* morem vetuſtas vulgi approbatione *perduxit*. Utcunque *Auguſtini* lectio minime neceſſaria, licet eam tueantur membranae Reginenſes, nam *mores* denotant *legem ſcriptam*, teſte ad Aeneid. I, 264. *Servio*. Ubi Poeta: *Bellum ingens geret Italia populoſque feroces Contundet*; moreſque *viris & moenia ponet*. J. W.

1 *Opulentia*] Hutteri membranae, teſte ad *Arnobium* IV, p. 133. *Stewichio*, habent *pollentia*, quo uſi *Plautus* aliique. Ab altera parte ſtant univerſi Codd. & D. *Auguſtinus* in Lib. de Civ. Dei. *ex opulentia* junctim exhibent Markii γ. & λ. Accedit *Hegeſippus*, qui tametſi non laudet ipſiſſimam vocem de qua omnis controverſia, tamen aliud ejuſdem fere numeri modulique ſubſtituit lib. V, cap. 9. *reliqui quoque reges ad ornatum urbis addidere plurima: Invidia ex* magnificentia *orta*. J. W.

tare. Pauci ex amicis auxilio eſſe: [1] nam caeteri metu perculſi, longe a periculis aberant. At Romani domi militiaeque intenti feſtinare, parare, alius alium hortari; hoſtibus obviam ire; libertatem, patriam, parenteſque [2] armis tegere. Poſt, ubi pericula virtute propulerant, ſociis, atque amicis auxilia portabant: [3] magiſque dandis, quam accipiundis beneficiis amicitias parabant: [4] imperium legitimum, [5] nomen imperii regium habebant: delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, [6] Reipubl. conſultabant. Hi vel aetate, vel curae ſimilitudine, *Patres* appellabantur. [7] Poſt ubi regium imperium, [8] quod initio con-

1 *Nam ceteri, metu perculſi, a periculis aberant*] Auguſtinus, quo dixi loco, habet, *longe a periculis aberant*. Verum diſſentientibus cunctis fere exemplaribus, in quæ ipſe inciderim. *Rivius.* Illud *longe* abeſt ab omnibus, quos inſpexi, codicibus, ſed quod *Grutero* non diſplicuit nos æquo animo feramus. *J. W.*

2 *Armis tegere*] Sic & V. C. meus. cum ante eſſet *protegere*. Simili loco in Jug. *armis libertatem, patriam, parenteſque & alia omnia tegi.* Ciacconius. Rem breviter perſtringit Florus, *mox pro finibus, deinde pro ſociis, tum pro gloria* & imperio. I, 9, 6. *J. W.*

3 *Magiſque dandis quam accipiendis beneficiis amicitias parabant*] Hoc videtur ſumſiſſe a familiari ſuo *Thucydide*; cujus haec ſunt ἐν τῷ ἐπιταφίῳ λόγῳ τοῦ Περικλέους: II, §. 40. Οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες κτώμεθα τοὺς φίλους. Idem infra ſimilem in ſententiam incurrit in Jugurtha: *Beneficia dare, invitus accipere,* Manutius.

4 *Imperium legitimum*] Videtur hoc inferius *annuo imperio* opponere, cum ait, *Immutato more, annua imperia, binos imperatores ſibi fecere.* Ciacconius. i. e. ſecundum leges, vel legibus circumſcriptum notat *Pricaeus* ad oram Cod. *J. W.*

5 *Nomen imperii*] Illud *imperii* non agnoſcunt *Badianus* L1. L3. Martin. *regium imperii.* Nec ſenſus requirit, & orationis impetum tardat. Infra etiam mutat locum in Regio Codice. Scio tamen eleganter dici poſſe *nomen imperii*, ut, *ſanguinis nomen* apud *Ovid* Metam. IX. *Jam Dominum appellat, jam nomina ſanguinis odit.* habes etiam apud *Cic.* IV, Acad. *invidioſum* nomen voluptatis. apud *Quintilian.* VI, 3. urbane dicti nomen. *Cic.* 2. de Legg. *Multa pernicioſe ſciſcuntur in populis quae non magis legis nomen attingunt quam ſi &c.* Caeterum de antiquitate Regii nominis adi *Lucretium* V, 1135. *J. W.*

6 *Reipubl. conſultabant*] Errat vir doctus, qui hic legit *conſulebant*; vulgatam tuetur *Salluſt.* ipſe: *Omnis homines. P. C. qui de reb. dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira atque miſericordia vacuos eſſe decet.* Putſchius.

7 *Poſt, ubi imperium regium*] Hic conjecturam meam ſubjiciam, nullius auctoritate fideve exemplaris fretus. Quid enim, ſi legas *in ſuperbiam dominationemque vertit?* quomodo & alias verbo hoc *Salluſtius* uti ſolet. Eſt autem & aliis in locis *vertit* in *convertit*, aut *convertitur* mutatum. Nam illud *ſe*, codex Merſeburgenſis non habet. Sed & *convertit* interdum abſolute ponitur apud hunc auctorem. Id quod ſuo loco oſtendemus. Adhaec τὸ *cauſſa* non habent manuſcripta quaedam in contextu, ſed in ſpatio tantum quod verſus dirimit.

ſervandae

Digitized by Google

ſervandae libertatis, atque augendae Reip. fuerat, ¹ in ſuperbiam, dominationemque convertit; immutato more annua imperia, binoſque imperatores ſibi fecere. Eo modo minime poſſe ² putabant per licentiam inſoleſcere animum humanum.

ut tale omnino ſit, quale apud *Terent.* in Adelphis, *Ne id aſſentandi magis, quam quod gratum habeam, facere exiſtumes.* Deeſt enim *cauſſa.* Sic autem Romanos loqui interdum conſueviſſe, teſtatur XVIII. *Priſcianus.* Sane *Cor. Tacitus* identidem hac ellipſi utitur, omiſſo ſubſtantivo *cauſſa* vel *gratia*, id quod in *Terentio* diligenter annotavimus. Sed & alias *Salluſtius* ipſe hoc modo loqui conſuevit, ut ſuis locis indicabitur. *Quod initio conſervandae libertatis fuerat.* Pro, *quod ad libertatem conſervandam faciebat.* Rivius. *Cauſa* retinet Cod. *Julii Gothi* & recte inquit *Glarean.* At aliter *Aldin.* quem propterea damnat immerito. 50. 4. 51. 12. 68. 16. *augendaeque Reip. fuerat.* J. W.

8 *Quod initio libertatis atque augendae Reip. fuerat.*] Ita totum ex duodecim MSS. Palat. quintus, ceteris interponitur dictio *cauſa*, ſed falſitatis ipſam ſe arguit, adeo non uno collocatur loco, nam vetuſtiores poſuerunt *juxta libertatis*, recentiores *vel ante fuerat*, vel ante *Reip.* eſt etiam qui habet *poſt*, atque eſt qui *poſt fuerat.* Haec dico ne quis temere accedat Glareano, *Gruterus.*

1 *In ſuperbiam dominationemque ſe convertit.*] Dictionem *ſe* ſuſtuli, tanquam inanem: *nec tamen a me veterem librum diſſentire video*, cum quo facit *idem Salluſtius*, qui hoc loquendi genere alibi quoque uſus eſt: *Nae iſta vobis manſuetudo & miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeriam vertet.* Item: *Bene facere jam ex conſuetudine in naturam vertit.* Denique: *Secundae res in miſerationem ex ira vertunt.* Alibi quoque Cicero: *Sed hoc vitium in bonum ei vertebat.* Tacitus III. *Poſtquam caedibus ſaevitum & magnitudo famae exitio erat, ceteri ad ſapientiora convertere.* Idem alibi: *Clam cum paucis ad pedites convertit.* Caeſar *lib.* III. Bell. civ. *Detrimentum in bonum verteret.* Livius lib. I. *Auſpicia in bonum verterunt.* Et lib. XXXIX. *Haec in perniciem adoleſcenti verterunt.* Virgilius III. Georg. *Et totae ſolidam in glaciem vertere lacunae.* Tacitus: *Aſtuſque hoſtium in perniciem ipſis vertebat.* Idem: *Seu temere lapſa vox in praeſagium vertit.* Livius: *verteratque Scipionum invidia in Praetorem.* Idem lib. IX. Decadis IV. *Mores quidem populi Rom. quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* Pro *mutati ſint.* Et lib. VIII. belli Punici III. *Non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatutis reciprocat.* pro *reciprocatur.* Suetonius: *Quoties terra in urbe moviſſet*; pro *mota eſſet.* Virgilius: *Nox humida coelo praecipitat.* Idem, *Ingeminant Auſtri.* Gellius etiam l. I. c. XIII. *Si res forte melius vertiſſet, Diis quidem grata habenda.* Livius autem libro II. ab urbe condita, ellipſin faciens pronominis, *ſe*, ſic ait: *Secuti, dedita opera paſſim ad illecebras propulſa pecora, praecipitavere in inſidias.* Et Virgilius: *Accingunt omnes operi.* Et: *Tum prora avertit.* Ut facile adducar iis qui Curtii locum lib. VII. mutant, proque *vertitur*, legunt *vertit*. In eo ſic eſt: *Poſteaquam deſierat eſſe quem odiſſent, invidia in miſericordiam vertitur.* Vide quoque Gellium Noct. Att. lib. XVII. cap. XI. *Manutius.* *Dictys* II. 3. *propere ad eum* convertit. *J. W.* Meus liber, *in ſuperbiam dominationem ſe convertit.* Caeſar tamen in Anticatone dixit, *Unius arrogantiae, ſuperbiaeque dominio.* Ciaccon. ſic & Urſin. Etſi MSS. noſtri agnoſcerent pronomen *ſe*, expungendum tamen putavi, auctoritate codicis Romani ac Merſeburgenſis. *Gruterus.*

2 *Putabant*] Summus librorum con-

VII. Sed:

VII. [1] Sed ea tempeſtate coepere ſe quiſque magis extollere, magiſque ingenium in promtu habere. Nam regibus boni quam mali [2] ſuſpectiores ſunt, ſemperque his aliena virtus [3] formidoloſa eſt. Sed civitas, incredibile memoratu eſt, adepta libertate, quantum brevi creverit: tanta cupido gloriae inceſſerat. Jam primum juventus ſimul ac [4] belli patiens erat, in caſtris per laborem

ſenſus, vel potius, conjuratio numquam a meo animo impetrabunt ut ei placeat *τὸ putabant*. Codex B. Pub. *per brevem licentiam*, nihil inamoenius. Vide omnino *Herodotum* III, 80. *Dionyſium* IV, 73. *J. Waſſe.*

1. *Coepere ſe quiſque magis extollere.*] Meus liber, *per ſe quiſque*. Sed in orat. de republica ordinanda, Salluſt. ſcripſit, *Neque aliter quiſquam extollere ſeſe, & divina mortalis attingere poteſt.* Ciacconius. ſic & Urſinus. Ex codice noſtro repoſuimus, *coepere ſe quiſque magis magiſque extollere.* Si cui vulgata magis placet, haud equidem repugnaverim; ea talis eſt, *coepere ſe quiſque magis magiſque extollere, magiſque ingenium.* Rittershuſii cod. prius illud *magis* omittit. *Putſchius.* Particula *Sed* & hoc aliis locis pluribus turbat magis quam ornat, ſed & deleta dictione *coepere* exiret orationis filum lenius, ac vero maxima ſui parte exulare codice *Ciacconii*, ipſemet teſtatur. *Grut.*

2 *Suſpectiores*] Arondel. in textu *ſuſceptiores*, in ſpatio interlineari *ſuſpectiores*. Reg. *ſuſpiciores*, Markii γ. *ſus peciores*. Verae lectionis fulcrum & columen *Hegeſippus*, I. 40. *Regibus metus periculi ſuſpectior.* Noſter *Herodotum* ſequitur. Ita ille III, 80. Φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι περιεοῦσί τε καὶ ζώουσι, χαίρει δὲ τοῖσι κακίστοισι τῶν ἀστῶν. *Ariſtoteles* Polit. V. Στοχάζεται ἡ Τυραννὶς τριῶν· ἑνὸς μὲν τοῦ μικρὰ φρονεῖν τοὺς ἀρχομένους· οὐδενὶ γὰρ ἂν μικρόψυχος ἐπιβουλεύσειεν. *Valer. Flaccus* I. 29. *ſuper ipſius ingens Inſtat fama viri virtuſque haud laeta Tyranno.* Noſter. *de Rep. Ordin. c. 2. Id evenit, quia* *plerique rerum potentes perverſe conſulunt.* De Tiberio *Tacitus* Annal. I, 80. Et eo ſe munitiores *putant quo illi, quibus imperitant,* nequiores fuere. *Ex optimis periculum ſibi, a peſſimis dedecus publicum metuebat.* Unde optimi Trajani praerogativa apud *Plinium* in Paneg. cap. XLIV. *Amas conſtantiam civium, rectoſque ac vividos animos, non, ut alii, contundis ac deprimis, ſed foves & attollis. Prodeſt bonus eſſe, cum ſit ſatis abundeque ſi non nocet.* Mallem ſi per Codices liceret, *erectoſque* &, *ſatis abunde.* Velitis, jubeatis Quirites, de ea re uti referatur? Idem cap. LXVIII. *propterea quod a malo principe tamquam ſucceſſor timeatur quiſquis eſt dignior.* *Sulpicius* Hiſt. II, 28. *quippe ſemper inimica virtutibus vitia ſunt, & optimi quique ab improbis quaſi exprobrantes aſpiciuntur.* Et, Hiſt. I, 34. *Creſcebat in dies in eum regis odium, ſtimulante invidia: quia bonos ſemper mali inſectantur,* infra, *brevi creverit.* Codex B. Pub. omittit *brevi*, verum contra MSS. & impreſſorum fidem contraque *Auguſtinum* Civ. D. V. 12. *J. Waſſ.*

3 *Formidoloſa eſt.*] Verbum *eſt* non habetur in Pal. nono, neque admodum requiritur; non magis quam paulo ante *ſunt*, poſt, *ſuſpectiores*. Gruterus. *Virtus aliena* Pemb. ſemperque his aliena virtus. *R.*

4 *Belli patiens erat*] Pal. quartus habet, *juventus pacis ac belli patiens erat*; ut forte ſcripſerit auctor, *juventus, belli patiens, in caſtris*. Reſectis ceteris. Sed & illud *uſu*, neſcio an heic neceſſarium ſit, aut, ſi; an voces duae *per laborem*. Naz. habet ad marginem, *ſimul labores ac belli*.

uſu

[1] uſu militiam diſcebat: [2] magiſque in decoris armis, & militaribus equis [3] quam in ſcortis atque conviviis libidinem habebat. Igitur talibus viris non labor inſolitus, non locus ullus aſper aut arduus erat, non armatus hoſtis formidoloſus: virtus omnia domuerat: [4] ſed gloriae maxumum certamen inter ipſos erat. [5] Se quiſque

ut alicui venire poſſet in mentem fuiſſe initio; *juventus, laboris patiens, in caſtris uſu militiam diſcebat*. Grut. *Quintilianus* Inſtitut. Praef. p. v. facere enim *optime* quam promittere *maluerunt*. Lactant. de Mort. P. voce *facere* abſolute utitur: *contra Deum confidentius fecerunt*. *Optatus* Milevitanus: *Et hunc occidi, & quicunque contra me fecerit, occidam*. Quin & *Cicero* ad Attic. *Nunc te contra victorem Caeſarem facere ſummae ſtultitiae eſt*. Senſus, opinor, ex *Sophocle Oedip.* Colon. vi. 1204. Sic ille: Οὐ γὰρ ΛΟΓΟΙΣΙ τὸν βίον σπουδάζομεν Λαμπρὸν ποιεῖσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς ΔΡΩΜΕΝΟΙΣ. Et, *Philoctet.* vi. xcviii. Ἐσθλοῦ πατρὸς παῖ, καὐτὸς ὢν νέος ποτὲ ΓΛΩΣΣΑΝ μὲν ἈΡΓΟΝ, ΧΕΙΡΑ δ' εἶχον ἐργάτιν. J. W.

1 *Uſu militiam diſcebat.*] Credo dixiſſe Salluſtium, *uſum militiae diſcebat*: ſic in Jugurth. *militiae magna ſcientia*: & Caeſar lib. 1. *non magnum in re militari uſum habebant*. Ciaccon. ſic & Urſinus.

2 *Magiſque in decoris armis & militaribus equis.*] Sic quidem hic locus legitur apud Nonium, citaturque a Priſciano lib. 4. *Salluſtii locus ex Hiſto. iis: equis & armis decoribus cultis*. Et ibidem: *dedecores, multique per terga ab hoſtibus caedebantur*: neſcio an hic quoque *decoribus armis*, ſit legendum. *Ciacconius*. Nonius tamen profert, ut vulgo habetur, *Urſinus*.

3 *Quam in ſcortis atque in conviviis libidinem habebat.*] Manuſcripta cuncta, *atque conviviis*, omiſſa iteratione praepoſitionis *in*. Atque hoc Salluſtianum magis. Porro *libidinem habere*, hic eſt *delectari aliqua re*; ſeu *delectationem habere*, ut Cicero interdum loquitur. Vides autem *libidinem* anceps eſſe vocabulum καὶ τῶν μέσων, ut quo & bonam & malam in partem uti liceat. *Rivius*. *In conviviis* L 1. *& conviv.* Donat. in Heaut. 2. 1. *lubid. habent*. Non. *inſolitis* Arondel. ſed a ſecunda manu. Verum *Gellius* 9. 12. cum vulgatis incedit. *J. Waſſe.*

4 *Sed maximum gloriae certamen inter ipſos erat*] Eſt quidem diſpunctio haec a me, ſed ſcriptura ſe tuetur majeſtate codicis Nazariani cui praeterea adſtipulatur Pal. ſec. ac meus Commellinianus, & vero aut omnia me fallunt, aut adhuc olim nondum verbulum *erat*, antea vulgati, *inter ipſos erat ſic ſe quiſque* quomodo item MS. aevi poſterioris niſi quod nonnulli *ſicque quiſque*, ut expreſſit editio *Tacuini* Veneta cui praefuit *Laetus*, nam ea priores *erat ſic quiſque* Gruterus. Illud *maximum* mutat locum in L 2. & *Martin.* abeſſet mallem. *J. Waſſe.*

5 *Sic ſe quiſque hoſtem ferire, murum adſcendere.*] Particula *ſic*, non eſt in volumine Fabriciano. In ceteris tamen eſt, ut & Merſeburgenſi. Quid ſi legas, *Seſe quiſque*? Id e manuſcripto quodam ſuſpicor. Licet priorem lectionem non rejiciam. *Rivius*. Duae primae dictiones abſunt a meo libro, neque ſunt neceſſariae. *Ciacconius*. Abſunt & a V. C. *Urſini*. Sic, *hoſtem ferire* 5 MSS. *C. Iopmue.* Duae priores dictiones abſunt a cod. *Ciacconii*, & abeſſe debent, quamvis nec ſic huic loco bene. Divinent alii MS. praefert *facere* pro *faceret*; [Sic Reg.] eliciat aliquis, *Sic ſe quiſque hoſtem ferire, murum aſcendere, conſpiciendum tale facinus facere properabat*. Putſchius. *Si* & ſupra *i*, habet, e Pemb. *ſe* omittit Arond. & L 2. Reg. *ſic quiſque* Pricaeus ad oram libri ſui, forte *pro ſe quiſque*. Sed recte *Gruterus*. Pro-

hoſtem

Digitized by Google

hoſtem ferire, murum aſcendere, [1] conſpici, dum, tale facinus faceret properabat: [2] eas divitias; eam bonam famam [3] magnamque nobilitatem putabant: [4] laudis avidi, pecuniae liberales erant: gloriam ingentem, divitias honeſtas volebant. [5] Memorare poſſem, quibus in locis maxumas hoſtium copias populus Romanus par-

perare L 1. L 3. *Martin.* habet *ſic* in litura. Deinde *ſe* & ſupra, *D. ab aliis conſpici* Mart. & L 2. male. Sicque quiſque L 1. L 3. pro *conſpici* L 1. *circumſpici.* J. Waſſe.

1 *Conſpici dum tale facinus faceret, properabat.*] Si permitteretur meae libidini, quidvis tollendi, ſex iſtas voces ablegarem alio; aut ſane, verbum *faceret,* mutato *properabat,* in *properaret. Nam in aliquot MSS videmus alioquin,* properare; *ut etiam in editionibus primis.* Gruterus. Noſter *facinus fecere.* Cap. 11. Liv. 1. 41. *Qui alienis manibus peſſimum* facinus fecere. *J. W.*

2 *Ea divitias, eamque bonam famam.*] In manuſcriptis reperi, *eas divitias, eam bonam famam.* Neque ſecus in impreſſis emendatioribus, omiſſa videlicet illa conjunctione *que.* Rivius. In orat. de repub. ordinanda, *eam virtutem & magnitudinem animi aeſtiment.* Melius in meo libro *ea divitias, ea bonam famam putabant.* Sic infra cap. 51. *ea populus laetari.* Ciacconius. Sic & Urſinus. Markius γ. ea, & Arondel. L 3. L 1. *Ea.* Codex B. Pub. pro *eam, eſſe.* L 2. *eas divitias eſſe bonam* ea Martin. *Tacitus* de moribus G. c. 13. *Nec ſolum in ſua gente cuique, ſed apud finitimas quoque civitates,* id nomen, ea gloria eſt, *ſi numero ac virtute comitatus emineat.* Livius. III. 19. *Ecetrae Antiates colonos palam concilia facere,* id caput eas vires belli eſſe. Lucretius V. 117. Divitiae grandes *homini ſunt, vivere parce Aequo animo.* Conſule Ampliſſ. *Perizonium* in *Sanctium* p. 840. qui ad *Helleniſmum* refert, Pronom. demonſtrativi *ſenſu* quod praeceſſit reſpicientis, *Conſtructione* id quod ſequitur. Noſter de Repub. Ordin. *Sua atque aliena conſumere, nihil lubidini atque aliis rogantibus denegare, pulcherrumum putent;* eam virtutem & magnitudinem animi; *pudorem atque modeſtiam pro ſocordia aeſtument.* J. W.

3 *Magnamque nobilitatem putabant*] Priores voces duae non parent in MS. Commel. videntur tamen neceſſariae, conſpiciunturque in membranis caeteris. *Gruterus*

4 *Laudis avidi, pecuniae liberales erant*] Parum iſtud differt a proxime ſequenti *gloriam ingentem, divitias honeſtas volebant,* itaque aut tollendum videri poſſet aut detracto erat adglutinandum aliis, hoc modo, *laudis avidi pecuniae liberales; gloriam ingentem, divitias honeſtas volebant.* Gruterus. *Horat.* II. 15. Privatus *illi cenſus erat* brevis *Commune* magnum &c. *Iſaeus.* Orat. VI, p. 497. Οὐδὲν τῶν ἀδελφῶν, ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ φιλοτίμως ἐπειρᾶτο ζῆν εἰς αὐτὸν μὲν τὰ μέτρια ἀναλίσκειν οἰόμενος δεῖν, τὰ δ᾽ ἄλλα τῇ πόλει περιποιεῖν, ἵνα ἐξαρκοίη πρὸς τὰς δαπάνας. J. Waſſe.

5 *Memorare poſſem*] Sic infra: *Sciebam ſaepenumero parva manu cum magnis legionibus hoſtium contendiſſe.* Et in Jugurtha: *Saepe ante a paucis ſtrenuis adverſus multitudinem bene pugnatum.* Manutius. *Poſſum* Servius p. 1715. & in aliis edd. at, p. 615. *poſſem* p. 1715. pro, *maximas* P. Rom. *ingentes.* Sed in priore loco, *maximas.* vide *Veget.* II, 4. *Livius* XXXV, 14. & Epitome, *Maximum Imp.* &c *Alexandrum regem,* quod parva manu innumerabiles *exercitus fudiſſet.* Hegeſip. I, 1. innumeras hoſtium c. p. m. fuderit. *Populi Rom. exercitus, eodem duce, non* maxima manu innumerabiles *Armeniorum copias fudit.* Cic. pro Archia. *J. Waſſe.*

va

va manu fuderit, quas urbes natura munitas [1] pugnando ceperit, [2] ni ea res longius nos ab incoepto traheret.

VIII. Sed profecto [3] Fortuna in omni re dominatur: [4] ea res cunctas, ex lubidine quam ex vero celebrat, obſcuratque. [5] Athenienſium res geſtae, [6] ſicuti ego exiſtumo, ſatis amplae magnificaeque fuere; ve-

1 *Pugnando ceperit.*] Sic in Jugurth. *Urbes aliquot pugnando cepit.* & in Baſi columnae Duilii. quae in foro Romano e ruinis effoſſa fuit, eſt, *pugnando cepet,* antiqua ſcribendi ratione, pro, *cepit.* Et Plautus Mil. glor. *vi pugnandoque hominem capere certa res eſt*: & Hirtius de bello Africo, *caſtello in monte loco munito locato vi expugnando eſt potitus,* ubi legere, *vi, & pugnando,* & paulo ante, *quibus locus,* eſt in meo libro; & vox *longius,* quae ſtatim ſequitur, non legitur in eodem. *Ciacconius.* Sic & Urſinus. *Munitas Nat.* Reg. *J. W.*

2 *Ni ea res longius*] Superfluum videtur, *ea res* praecipue cum ſimilis dictio ſtatim ſequatur. *Gruterus.*

3 *Fortuna in omni re dominatur, ea res cunctas ex lubidine.*] Commel. non agnoſcit, *ea res,* & vero cum praeceſſerit *in omni re,* ingrata eſt repetitio vocis ejuſdem. Forte fuit, *dominatur, cunctaque ex lubidine.* Gruterus. In eam ſententiam in orat. de republic. ordinanda, *quia pleraſque res fortuna ex lubidine ſua agitat.* *Ex vero* autem etiam *Tacitus* dixit Ann. lib. 4. *Neque Philippum potentia, ſed ex vero ſtatuiſſe.* Ipſe *Salluſt.* in Jugurth. aptius, *& omnes,* inquit, *honores non ex merito, ſed quaſi debitos a vobis repetit.* Ciacconius. Sic & Urſinus. Adverbium *magis* non viſitur in Pal. quarto; nec mihi dubium ſit, quin abfuerit autographo ipſius Hiſtorici. Eam enim vocem fere ſubaudiebant antiqui. Nec quidquam *Tacito* frequentius. *Gr. ea,* hic & ſupra agnoſcunt Libb. noſtri, *Auguſt.* & ipſe auctor c. 10. *primo pecuniae, dein imperii cupido crevit, ea quaſi materies* &c. *fuere* &, *idem velle atque idem nolle ea demum* &c. & C. 38. *Urbana plebes, ea vero praeceps ierat,* & C. 68 *in fuga ſalutem ſperare* &c. *ea vero dementia eſt.* Et alibi ſaepe. Hanc de fortuna ſententiam eleganter convellit *Lactantius* III, 28. noſter *Demoſthenem* praeeuntem habuit, Olynth. II. p. 8. Μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ Τυχὴ παρὰ πάντ᾽ ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. & de Pace 22. Ἐν μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι δι᾽ εὐτυχίαν, ἣν συμπάσης ἐγὼ τῆς ἐν ἀνθρώποις οὔσης δεινότητος, καὶ σοφίας, ὁρῶ κρατοῦσαν, de Cherſoneſo. 43. Τὴν τοιαύτην πολιτείαν ἀφαιρεῖται, ἐν ᾗ πλειόνων ἡ Τύχη κυρία γίνεται, ἢ οἱ λογισμοί. Ibi aliquid rationi tribuere videtur. *Quam vero.* Reg. ſed *Lactant.* III. 29. *ex vero,* vocem *magis* agnoſcit *Lactantius* III. 28. *J. Waſſe.*

5. *Athenienſium res geſtae*] Sic in vetuſtis. Nam perperam eſt in recentioribus omiſſum *tamen,* quod ſi non ſenſus ipſe neceſſario, numerus quidem certe expoſcit. Conſule aures, & mecum facies. Anſam errori praebuit illa diviſio conjunctionis *verumtamen,* aliis interpoſitis verbis; id quod & *Cicero* facere amat, Merſeburgenſe habet, *verumtamen aliquanto minores.* Verum cetera rectius. *Rivius.*

6 *Sicuti ego exiſtumo*] Pronomen *ego,* non eſt in Pal. ſexto, ſeptimo, decimo; omnes alii MSS. notae pretioſioris praeferunt, *aeſtumo*; adeo ut id revocandum ſit, niſi auctoritatem eorum vilipendimus. *Gruterus.* Auguſtin. *ſicuti ego.* J. Waſſe.

rum aliquanto [1] minores tamen, quam fama feruntur. Sed [2] quia provenere ibi ſcriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Athenienſium facta pro maxumis celebrantur. Ita eorum qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis ea potuere extollere praeclara ingenia. At populo Romano numquam ea copia fuit: quia prudentiſſumus quiſque negotioſus maxume erat: ingenium nemo ſine corpore exercebat: [3] optumus quiſque facere, quam dicere; ſua ab aliis benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare, malebat.

IX. Igitur domi militiaeque boni mores colebantur. Concordia maxuma, minuma avaritia erat: [4] jus

1 *Minores tamen*] Ita ipſe *Thucydides* I. 12. Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων τεκμηρίων ὅμως τοιαῦτα ἄν τις νομίζων μάλιστα ἃ διῆλθον οὐχ ἁμαρτάνοι· καὶ οὔτε ὡς ΠΟΙΗΤΑΙ ΥΜΝΗΚΑΣΙ περὶ αὐτῶν ΕΠΙ ΤΟ ΜΕΙΖΟΝ ΚΟΣΜΟΥΝΤΕΣ, μᾶλλον πιστεύων, οὔτε ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ ΠΡΟΣΑΓΩΓΟΤΕΡΟΝ τῇ ἀκροάσει, ἢ ΑΛΗΘΕΣΤΕΡΟΝ, ὄντα ἀνεξέλεγκτα· καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ χρόνου αὐτῶν ἀπίστως ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκνενικηκότα. Et, cap. XI. Καὶ αὐτά γε δὴ ταῦτα ὀνομαστότατα τῶν πρὶν γενόμενα δηλοῦται τοῖς ἔργοις ΥΠΟΔΕΕΣΤΕΡΑ ΟΝΤΑ τῆς ΦΗΜΗΣ καὶ τοῦ νῦν περὶ αὐτῶν διὰ τοὺς ποιητὰς λόγου κατεσχηκότος. *Pindarus* Ol. α'. Καί. ιγ'. Ἦ θαυματὰ πολλά, Καί πού τι καὶ βροτῶν φρένας Ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον, Δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις Ἐξαπατῶντι μῦθοι: Χάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς, Ἐπιφέρουσα τιμὰν, καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν Ἔμμεναι τὸ πολλάκις. Supra, *amplae magnificaeque* Martin. ſolus *amplae & m.* Eum redarguunt tum caeteri, tum *Juſtinus* II, 1. *Rerum ab Scythis geſtarum quae* ſatis amplae magnificaeque fuere. *J. W.*

2 *Sed quia provenere ibi ſcriptorum magna ingenia*] Eſt hic quidem verborum ſitus in MSS. melioribus, editiones tamen primae agnoſcunt *magna ſcriptorum ingenia*. Pal. vero undecimus ac duodecimus *quia ibi provenere ſcriptorum magna ingenia*, ac quartus *quia magna ingenia ſcriptorum ibi provenerunt.* Gruterus. *Ingenia Scriptorum* Mat. Reg. Arond. L. 2. Mart. *Auguſtinus* C. D. 11, 18. & in eo loco membranae Reginenſes. Ita etiam *Vopiſcus*, in Probo cap. 1. p. 635. qui ex *Catone*, *Salluſtio*, *Gellio*, citat, vocem *ſcriptorum* omittendo agnoſcere videtur, ita enim ille: *Omnes omnium virtutes tantas eſſe quantas videri eas voluerint eorum ingenia, qui uniuſcujuſque facta deſcripſerint.* Verum ſuſpecta mihi τὸ *ſcriptorum* quia certam ſedem non habet. *Tacitus* certe Annal. 1, 1. abſolute, ut infra noſter, effert: *temporibus que Auguſti dicendis non defuere decora* ingenia. *Plinius* lib. VII. epiſt. 6. *Erat enim cauſſa notiſſima: praeterea utrinque ingenia* clariſſima. *Tacitus* iterum Annal. XV. 41. *ex in monimenta* ingeniorum *antiqua & incorrupta.* Caeterum de Graeca fide veriſſime *Aurelius Victor* in Caligula. *Graecorum dicto quis* augendi omnia *ſtudium eſt*. Et, *Lactantius* Inſtit. 1, 18. *ſed haec* Graecorum *fortaſſe* culpa *ſit*, qui res leviſſimas *pro* maximis *ſemper* habuerunt. *J. Waſſe.*

3 *Optimus quiſque facere, quam dicere*] Illa & copula non eſt in MSS. codicibus, ac majore cum gratia hic abeſſe poterit, *Rivius*. abeſt ab L. 2. & Reg.

4 *Jus bonumque apud eos*] Tacit de

bonum-

Digitized by Google

bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat. Jurgia, [1] diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant: [2] in ſuppliciis deorum magnifici, domi parci, in amicos

Moribus German. *pluſque ibi boni mores valent, quam alibi bonae leges.* Ciacconius. Pemb. Badian. aeque eleganter, *jus bonum* abjecta copula, quam tamen retinent caeteri omnes & *Auguſtinus* 11, 8, Civ. Dei *Plautus* Moſtellar. *Nullum edepol genus eſt hominum tetrius, Nec minus bono cum jure, quam Daniſticum.* Et, *Stich.* Bonum jus *dicis.* Trinum. jus bonum. Bacchid. *ſine* bono jure. Rud. *ſine modo & modeſtia ſum, ſine* bono jure *atque honore* & apud *Cic.* Philip. 11, 34. *aequum bonum: Is igitur a quo vivo nec praeſens nec abſens quicquam* aequi boni *impetravit.* Verum ipſe *Salluſtius* alibi: *a vero boneque impediebant.* Ubi *Pembr.* agnoſcit *que* &, *magis ex aequo bonoque quam jure gentium.* Sententiam ex *Euripide* mutuatus eſt auctor, qui in Helena vſ. 1004. ita loquitur: Ἐγὼ πέφυκά τι εὐσεβεῖν, καὶ βούλομαι. Ἔνι ΙΕΡΟΝ δὲ ΔΙΚΗΣ ἐμοὶ μέγα. Ἐν τῇ ΦΥΣΕΙ. vel ex *Thucydide* potius 1, §. 39. Μὴ μετὰ ΝΟΜΩΝ τὸ πλεῖον ἢ νομίμων ἀνδρείας εὐδοκιμεῖν. Huc ſpectat *Livius* 1, 21. *Ea pietate omnium pectora imbuerat, ut* fides *ac* jusjurandum, proxime legum ac poenarum metum, *civitatem regerent.* Egregie Poeta Aeneid. VII. *Ne fugite hoſpitium: neve ignorate Latinos Saturni gentem,* haud vinclo nec legibus aequam, Sponte ſua, *veteriſque dei ſe more tenentem.* Sic & *Ovid.* Metam. 1. 89. *Aurea prima ſata eſt aetas, quae* vindice nullo, Sponte ſua, ſine lege fidem rectumque colebat. Poena metuſque aberant. *nec verba minacia fixo aere legebantur.* Tacitus An. III, 26. *neque praemiis opus erat, cum honeſta ſuopte ingenio peterentur, & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur.* Videatur *Senecae* epiſt. XC. *Auſonius* in Id. vſ. 34. *Deliquiſſe nihil numquam, laudatum ſe paravi.* Atque bo-

nos mores legibus *antetuli. Juſtinus,* Hiſt. II, 2. *jus bonumque* voce *juſtitia* reddit. *Juſtitia gentis* ingeniis culta, non legibus. Contra vero Antonius apud *Ambroſium* ſub falſo nomine Hegeſippi: *qui poteſtate pro jure utetetur. Formam venalem afferret,* ut pulchritudine illiceretur *novae auctionis commercio.* Codices noſtri rectius: *ut pulchritudinem licitaret.* J. Waſſe.

1 *Diſcordias, iras.*] Poſtrema vox in meo codice non legitur. *Ciacconius.* Editiones natae intra annos triginta, voce amplius, *Jurgia, diſcordias, iras, ſimultates.* Eam ejeci; quod abeſſet antiquitus cuſis omnibus, nec in ullo conſpiceretur manuſcriptorum, niſi Pall. duodecimo, ſcripto CIↃ CCCC XLVII. *Gruterus.*

2 *In ſuppliciis Deorum magnifici.*] Pal. tertius & nonus non expreſſerant vocem *Deorum.* ignorantia, credo, ſignificationis antiquae. *Idem.* Apud Romanos mulctae pecuniariae certus fuit modus praefinitus, quem tranſcendere minime fas erat: quippe de mulctarum aeſtimatione tam a Conſulibus, quam a Trib. pleb. ſaepe Senatuſconſulto, ſaepe populi rogatione cautum fuit: quibus maxima erat mulcta, trium millium & viginti aſſium, quia plus triginta bobus & duabus ovibus quempiam mulctari non decebat: aeſtimabaturque bos centum aſſibus, ovis vero decuſſibus: minima vero, ove taxabatur una. Saepius vero Romani reges homicidii conſcios arietis damno mulctabant, quem in ſacrificiis deorum expendere ſolebant: ſiquidem priſca paupertas ex noxiorum bonis ſacra diis feciſſe fertur, quare *ſupplicia* dicta ſunt. Feſtus vero Pomp. inquit: *Supplicia veteres quaedam ſacrificia, a ſupplicando vocabant.* Zanch. Alex. ab Alex. Agraetius) ſupplicium

fideles

fideles erant. [1] Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, aequitate, ſeque remque publicam curabant. [2] Quarum rerum ego maxuma documenta haec habeo; [3] quod in bello ſaepius vindicatum eſt in

de tormentis, ſupplicatio de precibus divinis. male. *C. Popma.*

1 *Duabus his artibus*] Tres hae voces redolent aliquid ſpurii *Gruter.* At ſcripti libri & impreſſi omnes agnoſcunt, nec tantum defendit numerus. Noſter *Jug.* LXVII. fidem, probitatem, caeteraſque artes *bonas ſubvertit.* & *Jug.* XC. luxuria & ignavia *peſſumae* artes. Caeterum, de ſecunda voce teſtimonium perhibet auctor ipſe Cat. II. *imperium facile* iis artibus *retinetur.* & cap. V. *quae utraque*, his artibus *auxerat, quas ſupra memoravi*, de prima, *Sulpicia* in Ecloga de edicto Domitiani huc reſpectans: duo *ſunt quibus extulit ingens Roma caput*, virtus belli & ſapientia pacis. *Sed virtus agitata domi & ſocialibus armis In freta Sicaniae & Carthaginis exiit arces.* At extat locus fere geminus infra LXII. *ſed memoria mea, ingenti virtute, diverſis moribus fuere* viri duo *M. Cato* & *C. Caeſar.* nec longe abit in Jug. *diverſiſſimas res pariter expectant, ignaviae voluptatem & praemia virtutis.* Infra, *At illa multo optuma Reip. doctus ſum; hoſtis ferire, praeſidia agitare.* Dein, *omnia matura ſunt, victoria, praeda, laus.* fr. IV. 3. *Una & ea vetus cauſſa bellandi eſt, cupido profunda imperii.* Verum ſimul, eodem ſenſu & ordine non alibi inveniuntur apud *Salluſt.* *Nepos* in Miltiade II. *Neque minus in ea re* prudentia *quam* felicitate *adjutus eſt, nam quum* virtute militum *deviciſſet hoſtium exercitus, ſumma* aequitate *res conſtituit.* pro *adjutus* Codex Trin. legit *uſus eſt.* Non male. felicitate adjutus in bello, in pace aequitate, alterum fortunae, alterum prudentiae effectus. *Idem* vita *Attici* XI. liberalitate utens, &, 21. *tantaque* proſperitate uſus *eſſet valetudinis.* Noſter, *honoribus lubidine*, ſuo, *fide uſus.* Hirtius B. Civil. I, 32. *ſe vero ut* operibus anteire *ſtuduerit*, ſic juſtitia & aequitate *velle* ſuperare. *J. Waſſe*

2 *Quarum rerum*] Scripſiſſem potius, *quarum rerum m. d. quod*, omiſſis aliis. *Grut.* L 1. *quorum rerum*, caeteri cum editis, recte *Jug.* XXII. ſic habuere, *alia omnia prona eſſe.* Sic, alibi, *audacia malarum* rerum, *penuria* rerum *neceſſariarum.* vide VI, 53. *Jug.* X. XLV. LXXVI. Baliol. *Hoc habeo.* Supra, *ſeque remque publicam* L 1. *ſeque &.* Arond. *ſeque rempub.* Utroque modo *Tacitus* locutus eſt: Hiſt. IV, 27. An. VI, 24. Agric. XXIV. An. XI, 49. *Livius* 1, 6. *quum ſitum* moeniaque & *frequentem tectis urbem vidiſſent.* & 1, 43. *Plautus* Aſinar. II, 2. *Caeſar* de Bello Afric. XCIII. Civil. II, 4. ubi, pro, *latitantibus atque* edd. vett. *latitantibuſque atque*, nec male. *Seneca* de Conſtant. XII. *Non ideo quicquam inter illos, pueroſque intereſſe quis dixerit, quod illis* talorum nucumque & *aeris minuti avaritia eſt; his auri argentique* & *urbium. Quod illi inter ipſos magiſtratus gerunt*, & praetextam, faſceſque ac tribunal *imitantur; hi eadem in* campo foroque & *in curia ſerio ludunt.* Vide nos ad cap. VI. *Jugurthae.* & *Apuleium Milef.*, v. 96. *J. Waſſe.*

3 *Quod in bello ſaepius.*] Dictiones, *in bello*, abundare exiſtimo. *Ciacconius.* At ſequitur *in pace vero.* Praeceſſit, *audacia in bello.* Ita MSS. tredecim, niſi quod abſit Pal. tert. *in bello*; male, puto. Ceterum verbis iſtis hic eſt ſenſus: ſi numerus ineatur utriuſque criminis, compertum iri, ſaepius impunitate donatos eos qui ſigna reliquerunt, qui loco ceſſerunt; quam qui contra imperium pugnarunt, aut tardius praelio exceſſerunt. Frequenter enim veniam datam prioribus illis; poſtremis, fere nunquam. Falluntur qui aliter interpretantur, ac fruſtra deſcendunt ad conjecturas: quorum

eos,

eos, qui contra imperium in hoſtem pugnaverant, quique tardius revocati, praelio exceſſerant, quam qui ſigna relinquere, aut pulſi, loco [1] cedere auſi erant: [2] in

e numero aliquando & ego; conjectans legendum *ſeverius*. Gruterus. Manlium Torquatum intelligit, de quo ſic idem infra: *Apud majores noſtros* A. Manlius *Torquatus bello Gallico filium ſuum, quod is contra imperium in hoſtem pugnaverat, necari juſſit.* Et *Porcius Latro* decla mat. in Catilinam. *Manutius.* Repetit idem inferius: *Quod is contra imperium in hoſtem pugnaverat.* Et in declamatione *Porcii Latronis* in Catilinam; & *Claudius* in Annal. apud *Gellium* 17. 2. *In Gallos pugnare.* Unde & 17. 21. de hoc ipſo. *Ciacconius.* Diomed. *Vindicatum in eos.* p. 361. at *Hegeſippus* retinet *eſt.* *Nec dubium, quod ſaepius vindicatum ſit in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnaverint, quam in eos, qui ſecundum imperium progreſſi, virtuti ceſſerint.* v. 7. infra, *ſine praecepti auctoritate & viciſſe crimen eſt.* Pro in hoſtem Codex B. Pub. *in mortem.* Nullo ſenſu. Baliol. *hoſtes,* at contra Codd. & *Auguſtin.* C. D. 1. 23. qui huc reſpexit. *Nam ſi eum filium* qui contra imperium in hoſtem pugnaverat, *etiam victorem laudabiliter Torquatus occidit.* &c. J. W.

1 *Cedere auſi*] Ita Libri. Nempe, auſi erant timere: in tantum audebant, ut amplius non auderent. Videtur prima fronte σολοικίζειν, & videtur tantum. hoc vult Auctor: minus apud eos valuit timor hoſtilis, quam metus ex diſciplina & legibus. &, ſaepius vindicatum in nimis audaces quam ignavos. *Tacitus* Annal. 1, 69. *Pervaſerat interim circumventi exercitus fama, & infeſto Germanorum agmine Gallias peti: ac in Agrippina impoſitum Rheno pontem ſolvi prohibuiſſet, erant qui id flagitium* formidine auderent. *Livius* 1, 13. *Victo malis muliebri* pavore. auſae *ſe inter tela volantia inferre* praeſentior metus diſtantiorem pellit: *Idem* XXI, 24. metu *ſervitutis ad bella* conſternati. *Petronius Arbiter* p. 354. *Mox converſus ad me. Quid eſt, inquit, latro? Ne deprehenſus quidem* auſus es mihi verum dicere? Huc etiam facit inſignis locus ex *Ciceronis* Orat. pro Cluentio §. 46. *quare ne in bello* propter hoſtium metum *delinquerent,* amplior *&* mortis & ſupplicii metus *eſt a majoribus conſtitutus, ne aut nimium multi poenam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt.* Oroſius 1, 19. *propoſito ſuis* metu, *ſi quis e proelio cedere moliretur, ferro exciperetur.* Confer *Herodotum* VII, 103, 104. Supra, *pulſi, loco.* Sic diſtinguendum *Tacitus* de Mor. G. VI. Cedere loco, *dummodo rurſus inſtes, conſilii quam formidinis arbitrantur.* Graeci uno verbo eleganter: ὑποχωρεῖν. Frontinus IV, 1, *Quod in ſaltu Tridentino* locum *hoſtibus* ceſſerat. Codex Petrenſis *loco,* quod magis genuinum, inſolentior ſtructura librariis impoſuit. Sed & Valerius: *Tiberius Scaurus qui filium, quod in ſaltu Tridentino,* loco hoſtibus ceſſerat, *in conſpectum ſuum venire vetuit.* Accedit *Cicero* ad Attic. *Se ob eam cauſſam* domo ceſſurum filio. *Seneca* item Conſol. ad Marc. *ad breviſſimum tempus edito* cito ceſſuri loco. Quibus adde *Caeſarem* B. Civil. III, 92. *Agellium* V, 6. Et *Gronovium* patrem ad *Livium* XXIV, 6. *J. Waſſe.*

2 *In pace vero beneficiis magis.*] Manu ſcripta, *quod beneficiis magis.* Rectene an ſecus, aliorum eſto judicium. Opponit autem inter ſe *in bello,* & *in pace,* ut non incommode utrobique addi videatur, *quod.* Sed & Aldinus codex illud habet. *Rivius.* Pro his omnibus reponendam credo tantum dictionem, *&.* *Et quod beneficiis.* Ciacconius. Subinnuit, *aliud bello, aliud pace* Romanos ſpectaſſe. Notatum *Romanos ſemper in pace conſuetudini, in bello utilitati paruiſſe, ſemper ad novas*

pace

pace vero beneficiis [1] magis, quam metu imperium agitabant, &, [2] accepta injuria, ignoſcere, quam perſequi, malebant.

X. Sed ubi labore atque juſtitia Reſpubl. crevit; reges magni bello domiti, nationes ferae, & [3] populi ingentes vi ſubacti; Carthago, aemula imperii Romani, a ſtirpe interiit: [4] cuncta maria terraeque patebant: for-

caſus temporum conſiliorumque rationes accommodaſſe. Gruterus.

1 *Magis quam metu*] Ita *Gruterian.* at *Mavin.* a manu prima, *Pemb.* & Colonienſis teſte Palmerio, omittunt *quam.* Codex B. Pub. *a metu.* *Themiſtius* Orat. v. p. 146. Αἰδοῖ μᾶλλον ἢ φόβῳ δεῖν καὶ εὐνοίᾳ πλέον ἢ φόβῳ κατέχειν τοὺς ὑπηκόους. Confer eundem Orat. IX p. 215. & Orat. XVI. pag. 408. *J. Waſſe.*

2 *Accepta injuria, ignoſcere, quam perſequi malebant*] Sic infra: *Magis quod ſe dignum foret, quam quod in illos jure fieri poſſit, quaerebant.* Sic D. Auguſtinus Epiſt. v. ad Marcellinum de urbe Roma loquens: *Dignum eſſet exſurgere civitatem quae tot gentibus imperitaret.* *Quod accepta injuria ignoſcere quam perſequi malebant.* Cicero Tuſc. v. *Accipere quam facere praeſtat injuriam.* Quam ſententiam videtur ſumſiſſe ex Platone in Gorgia; cujus haec ſunt: Οὐ γάρ μόνον ἐστιν αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ φύσει. *Manutius.* *Auguſtinus* Civ. D. 1, 6. *Ignoſcere magis, quam perſequi.* Nonius vero omittit *magis* quemadmodum & *Donatus* ad Aen. v, vi. 14, *Sulpicius* Dialog. III, 15. *Oogi non potuit, ut eum a presbyterio ſubmoveret, ne ſuam* perſequi *videretur* injuriam. *Hegeſip.* 1, 26. & Noſtrum in Jug. *Cic.* pro Murena §. 44. v. Quid ergo acceptam injuriam perſequi non placet? *Euripides* Medaea vſ. 890. & Rheſo 483. [illegible] Et *Themiſtius* Orat. v. [illegible] *Andocides*

Orat. I. p. 212. Περὶ πλείονος [illegible] τὴν πόλιν, ἢ τὰς ἰδίας τιμωρίας. [illegible] *P. Latro* XXIV pro ſequentiſſimo injurarum f. *perſequentiſſ.* Confer *Cic.* I. Offic. *Thucyd.* III, *Polybium* V. an ſic facere expediat. *J. W.*

3 *Populi ingentes*] Illud *ingentes* in Marg. & a ſecunda manu habet Pemb. B. Pub. *magni bello dnationes ferae,* & ſupra *na,* abbreviatura viſitur qua deſignari ſolet *n* vel *r,* forte, *bello domitati nes ferae.* Markl. λ. bello domita. *J. W.*

4 *Cuncta maria terraeque patebant.*] Legendum credo, *parebant.* Sic infra: *Cui (P. R.) cum ad occaſum ab ortu ſolis omnia domita armis parerent.* Et ſupra: *Quae homines arant, navigant, aedificant, virtute omnia parent.* Thucydides tamen lib. II. in *Epitaph. Periclis,* ἀλλὰ πᾶσαν μὲν θάλασσαν καὶ γῆν ἐσβατὸν τῇ ἡμετέρᾳ τόλμῃ καταναγκάσαντες γενέσθαι. *Sed omnia maria omneſque terras noſtrae audaciae pervias fecimus.* Ciacc. Ita MSS. omnes, ne quis temere auſcultet Ciacconio ſubſtituere cupienti *parebant.* Quomodo expreſſit editio Pomponii Laeti, ac commentaria Omniboni, Zanchiique. Videatur heic Colerus: ita tamen, ut ei fides minime adhibeatur, carpenti Turnebum; cui falſo aliam affingit ſententiam. Quod magnus ille vir a ſe non novit, nemo novit, nemo noſcet: nedum aliquis qui omnia ſua minima maxima, aut mendicorum more palam corrogat, aut furum clam ſublegit. *Gruterus.* Omnibonus in Comment. legit *parebant.* Atque ita citat *Barthius* in notis ad *Petronium* p. 418. At *Oxonienſes* & noſtri omnes uno ore *patebant* quod cum ſit elegantius, &

tuna

tuna ſaevire ac miſcere omnia coepit. Qui labores, pericula, [1] dubias atque aſperas res facile toleraverant, iis otium, [2] divitiae optandae aliis, oneri miſeriaeque fuere. Igitur [3] primo pecuniae, dein imperii cupido crevit:

ac quis in poſterum auſcultet Ciacconio, exemplis firmabo. Noſter ergo infra, Cap. LXVIII. *Coloniae atque municipia patebunt.* De pacatis loquitur, & quae in poteſtate erant ex victoria. *Virgilius* Eleg. ad Meſſalam. *Victor adeſt magni, magnum decus ecce triumphi. Qua mare, qua terrae, quaque patent maria.* *Plinius* Hiſt. Nat, XII, 5. *Nunc eas exponam quas mirata eſt Alexandri magni victoria orbe eo patefacto.* *Juſtinus* II, 4. *Fruſtra & Ponti ſinum & Aſiam edomitam eſſe dicit, ſi Graecorum non tam bellis quam rapinis* pateant. Rutilius V. 634. *Inque omnes ventos littora nuda patent.* *Ammianus Marcellinus* XIX, 2. *Biduoque ad otium dato, ac miſſis abunde qui pacis modo* patentes *agros, pingues cultoſque vaſtarent.* Locus *Salluſtii* ad quem alludit, habetur Fr. VI, 20. *patere* ergo eo modo dicit, quo alibi *aperta aperire viam ferro.* Quicquid pervium eſt victoribus dicitur *patens*, quia dimotis obſtantibus omnia prona ſunt incedenti. *Ipſe amnem longo decedere curſu Infuſum populum*, & campos *jubet eſſe patentes*. Et, *Quantum vitales natura tetendit in axes Tantum virtuti pervia terra tuae.* Inde habes *pandere* de mari compoſito. *Rutilius* 154. *Pande precor gemino placatum Caſtore portum.* Confer *Ilicium* VI. 220. & *aperire* & *reſerare* apud *Lucanum* I. 464. *Rhenique feroces Deſeritis ripas & apertum gentibus orbem.* II. 682. *Ut reſeret pelagus, ſpargatque per aequora bellum.* Hegeſippus V. 17. *Quid vobis cum victoribus univerſae terrae, quibus ſecreta Oceani, & extrema Indiae patent.* Legendum cum MSS. noſtris B. Pub. & C.C.C. *patent*: aperta loca *Xenophonti* in Hellen. IV. ſunt [illegible] contra, quibus non *patet orbis &c.* dicitur iis *claudi* Virg. Æn. I. 235. *Quid Troes potuere? quibus tot funera paſſis, Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.* *J. Waſſe.*

1 *Dubias atque aſperas.*] Vox *pericula* videtur includere *res dubias*. Codex Arondel. omittit *dubias*, & pro eo Magdal. & Venet. 1470. ſubſtituunt *duras*. quomodo locutus eſt *Tacitus*. Annal. III, 54. *Ne corporis quidem morbos veteres & diu auctos, niſi per* dura *&* aſpera *coerceas.* *Livius* XXIII, 42. opponit *aſpera adverſaque Laetis* & *glorioſis*. potes ita legere, *pericula ſuaſque aſperas res*: quod a *Salluſtii* genio non multum abit. Ita enim ille alibi: *In ſuis dubiis rebus ſocietatem veſtram appetiverunt.* verum τὸ *pericula* a manu recentiore exhibet Arond. Pulchre in hanc rem *Thucydides* III, 39. [illegible Greek] &c. ſupra, vocem *coepit* abeſſe ſine ruina ſententiae putat Gruterus *J. Waſſe*.

2 *Divitiae optandae aliis*] Id eſt quae aliis optantur. Sic in Jugurth. *Cui quamquam virtus, gloria, atque alia optanda bonis ſuperabant.* Ciacconius. Vid. Alcibiades apud *Thucyd.* VI. *Lucan.* I. 161. Flor. III, 12. *Senec.* epiſt. 83. *Dinarch.* p. 24. Hegerſii Codex habet *optanda*, eadem Syllepſi qua, *otium atque divitiae quae prima mortales putant*, de qua re adeas Ampliſſ. *Perizonium* ad Sanctium p. 826 Firmat locus a *Ciacconio* adductus, cui adde alium *Jug.* XLV. *ita quod in adverſis rebus* optaverant, *otium poſtquam adepti ſunt, aſperius acerbiuſque fuit.* J. Waſſe.

3 *Primo pecuniae*] Coniungit *Thucydides* III. 82. Ἡ ἀρχὴ ἡ διὰ πλεονεξίαν. Vide *Ariſtotelem* de Repub. II, 7.

[1] ea quaſi materies omnium malorum fuere. [2] Namque avaritia fidem, probitatem, ceteraſque artis bonas ſubvertit; pro his ſuperbiam, crudelitatem, [3] deos neglegere, omnia venalia habere, edocuit: [4] ambitio multos

1 *Ea quaſi materies omnium malorum fuere*] Multus eſt in hoc nomine Tacitus, ut lib. I. *Ea vetuſtiſſima militaribus odiis materies*, & ſaepe alias. *Ciacconius. Cato* Carm. de Moribus; *Avaritiam omnia vitia habere putabant, ſumtuoſus, cupidus, eligans, irritus qui habebatur, is laudabatur.* Gellius XI. 2. Arato v. I. *Auri ceſſat amor qui pectora ſemper adurit. Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne De* radice malum. *Claudian. Stilic.* II. III. Ac primam ſcelerum matrem v. *D. Paulum. Lucan.* IV. v. 15. *J. Waſſe.*

2 *Namque avaritia fidem.*] Legendum, *ceteraſque arteis bonas:* ut ſequatur adjectivum. Atque ita fere codices habent in membrana deſcripti nec non vetuſtiſſimus quiſque ex impreſſis. *Rivius.*

3. *Deos neglegere.*] Manu ſcriptum *negligere*, veteri more. *Rivius. Thucydides* lib. II. Χρήμασι δὲ νικώμενοι τὰ σύμπαντα τούτου ἑνὸς ἂν πωλεῖτο. *Manutius.*

4 *Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit.*] Legendum, *multos mortaleis. Subegit* autem, pro *coëgit* poſitum eſt. ſic Tacitus ſaepe, *vi amoris ſubactus.* Et *Operas arenae promittere ſubegit.* Sed & Livius, *Qua ſubactus injuria*, inquit, *contra P. R. bellum tam infeſto animo ſuſcepiſſet.* Virg. VI. *Caſtigatque auditque dolos, ſubigitque fateri.* Rivius. Elegantiſſimum locum exponit *Lactant.* VI. 6. & *Seneca* Ep. 42. *Euripid.* in Iphig. in Aulide A. 2. Sc. I. v. 344. ex Ed. *Cl. Barneſii.* Servius, recitans hunc locum in I. Virgil. Georg. *coëgit*, non *ſubegit*, videtur legiſſe. Vim vocis male capiunt interpretes, *falſi* valet *ſimulantes ficti, compoſiti.* Gloſſae *falſum* πλαστόν, *falſus* πεπλασμένος πλαστός. & *Heſychius* πεπλασμένον, μὴ ἀληθὲς ψευδές. Hoc ſenſu *Tacitus* Ann. I, 7. *At Romae ruere in ſervitium Coſſ. Patres, eques. Quanto quis inluſtrior, tanto magis* falſi *ac feſtinantes, vultuque* compoſito, *ne laeti exceſſu principis, neu triſtiores primordio, lacrimas, gaudium, queſtus, adulatione miſcebant.* Ann. III, 3. *Tiberius atque Auguſta publico abſtinuere; inferius majeſtate ſua rati, ſi palam lamentarentur; an ne omnium oculos vultum eorum ſcrutantibus,* falſi *intellegerentur.* Falſus tam denotat eos quos fefellit alius, quam qui alios fallere cupiunt. *Idem* An. XIII, 13. *Cavere inſidias mulieris ſemper atrocis tum & falſae.* Et alibi, falſum *renidens vultu.* Plautus Bacchid. III, 6. 12. *Multi more iſto atque exemplo vivunt, quos cum cenſeas eſſe amicos, reperiuntur* falſi falſimoniis *Lingua factioſi, inertes opera, ſublesta fide.* Hoc eſt quod noſter *&c.* addit, *aliud clauſum in pectore.* Promere & *claudere* ſatis ex formula. *Tacit. An.* II, 20. *Conſilia, locos,* promta *atque* occulta *noverat.* &, *promtius* & *apertius.* Idem III. 4. promere etiam abſolute pro *loqui*, Annal. XII, 65. confer *Arnobium* VI. p. 163. & 262. & II, p. 73. *Fulgentius* Mythol. *nocet malitia, aut in evidenti potentior, aut ſubtiliter*, falſus *amicus: aut occulte, ut impoſſibilis latro.* Barthius ex conjectura, *improviſibilis.* Sed locus, contra ac ſentit *Munkerus*, recte habet, optime enim opponitur *impoſſibilis* ἀδύνατος latro, & ideo occultus quod ex aperto non poteſt, *potentiori* qui evidenter & luce clara fert injuriam. *Vincentius Bellovacenſis* legit, *impotentialis.* Sed *impoſſibilis* magis barbarum & huic auctori accommodatius, *poſſibilitatem* pro *poteſtatem.* MS. apud *Hegeſip.* II, 12. vid. *Arnob.* p. 25. *Capellam.* 40, 8. *Moſchum* Idyll. I. Κακαὶ φρένες, ἁδὺ λάλημα· Οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται. E contra ille apud *Sophoclem* Oedip. Colon.

mortalis

mortalis falſos fieri ſubegit; aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promtum habere; [1] amicitias inimicitiaſque non ex re, ſed ex commodo aeſtumare; magiſque vultum, quam ingenium, bonum habere. Haec primo paullatim creſcere, interdum vindicari. Poſt, [2] ubi contagio, quaſi peſtilentia, invaſit; [3] civitas immutata, imperium ex juſtiſſumo, atque optumo, crudele, intolerandumque factum.

XI. *Sed* primo magis ambitio, quam avaritia, animos *hominum* exercebat: quod tamen [4] vitium propius virtutem erat. Nam gloriam, honorem, imperium,

καὶ ἐκφαίνουσι τῷ νῷ δ᾽ ὁμοίως καὶ ἀπὸ τῆς γλώσσης λέγειν. Herodianus de Severo II. 35. Ἱκανώτατος δ᾽ ἦν πάντων ἀνθρώπων μάλιστα προσποιήσασθαί τι καὶ πιστώσασθαι νομισθῆναι, μήτε ὅρκου φειδόμενος, εἰ δέοι τοῦτο παραβῆναι, ψευδόμενός τε πρὸς τὸ χρειῶδες, ἄλλα τε γλώττης προϊέναι, ὅσα μὴ ἔφερεν ἡ γνώμη. Hoc eſt duplici corde loqui; ſecundum Hebraeos *Belebb valebb*. J. W.

1 *Amicitias inimicitiaſque*] Fronto in voce *aeſtimo* copulam omittit, quod facit etiam Arondel. non inelegantor neque contra hujus morem. *Suetonius* Calig. XIX. *per hunc pontem* ultro citro *commeavit*. Juſtinianus Inſtit. lib. II. Tit. VIII. *Jus* utendi fruendi. Sic, *do, lego* & ſimilia apud IC. Tacitus I, 45. Arma, Claſſem, ſocios *demittere Rheno parat*. & I. 60. arma, equos, aurum, *offerentes*. Noſter, honorem imperium, bonus ignavus *aeque ſibi exoptant*. Sententiam expreſſit *Dio* lib. XXXVII. confer. *Cic.* in Laelio. & Notas ad Jug. LXIV. infra, *haec primo*, at Veneta Mart. L 2. *primum*. L 1. & Balliol. *haec utraque*. J. W.

2 *Ubi contagio quaſi peſtilentia, &c.*] Videtur Chariſius haec recitare ex primo Hiſtoriarum: ejus enim ſunt verba lib. I. *Contagium, veteres magis uſurpaverunt. Sed Salluſtius maluit dicere: Primo, ubi contagio, &c.* Eadem verba recitat & *Nonius Marcellus* ex Salluſtio: nec tamen locum nominat. *Gruterus*. Pemb. ex *contagio*, ſed in marg. & à manu ſec. B. Pub. *contagium*. Digb. *contagio haec*, ſed is liber eſt recens ſcriptus. Locum ita aemulatus *Hegeſippus* I, 39. *Aſſidua colloquia & diuturnus uſus peſtem animis infundere ſolens*, quo contagio *quodammodo in mores cohabitantium cito tranſeat*. Ibi Codd. quos contulimus, *quae contagio*, & ita *Juvenalis* III, 78. *dedit hanc* contagio *labem*. Gloſſae agnoſcunt *contagium* &, *contagia*; & Iſidor. IV, 6. apud quem, in v. *Φρένησις* lego ex MSS. *perturbatio mentis*. J. W.

3 *Civitas eſt immutata*] Tò *eſt*, non habet exemplar Fabricianum, & elegantius abeſt, præſertim cum paullo poſt ſequatur, atque huc idem referri poſſit; tametſi in manuſcripto quodam neutrubi ponitur *eſt*. Rivius.

4 *Virtutem erat.*] Rotundius fuiſſet, *exercebat vitium propius virtutem*, eradicatis vocibus aliis omnibus. Illud *propius virtutem*, diſertè etiam perſcriptum fuit in Nazar. ſed mutatum poſtea in *virtuti*. Gruterus. In manuſcriptis duobus eſt, *propius virtutem erat*. Sic Livius IV. ab V. C. *Propius eſt fidem, obſtringi Fidenatium populum conſcientia tanti ſceleris voluiſſe*: pro *veriſimilius eſt*. Senſus autem hic eſt, ambitionem minus eſſe a virtute remotam (nam eſt in bonis etiam ſtudium & cupiditas honorum) quam avaritiam. Sed & prior lectio bene ſane habet,

¹ bonus, ignavus, aeque ſibi exoptant: ² ſed ille vera

propius virtuti; pro, cum virtute junctius, vel magis affine virtuti: nam ſic in Officiis Cicero, *Quae virtuti propiores ſunt*, inquit: verum Priſcianus lib. XVIII. *propius virtutem* legit: & ſubdit ibidem hoc ex Jugurtha exemplum *propius mare Africum habitabant*. Aur. Auguſtinus in V. de Civitate Dei, *propius virtuti* legit, nec id eſſe Librarii vitium, ex inſequentibus ibidem intelligi poteſt. *Rivius*. Ciaccon. liber *virtuti, virtutem*; Pembr. & in interlin. ſpatio B, Publ. *virtutibus*, & Livius i. 4. 11. Ammian. 24. ut propius temeritatem *multa crebro auderet*: noſter, *propior montem*. Ubi Urſini liber v. 12. & *Auguſtin*. male, *monti*. J. W.

1 *Bonus & ignavus aeque ſibi exoptant*.] Quanto melius in vetuſtis quibusdam, *bonus, ignavus*, omiſſa copula id quod breviloquentiae Salluſtianae magis hic convenit. Leve hoc, ſed non id eo praetereundum. *Rivius*. Sic e noſtris 1. 3. Bodl. Magd. B. 2. retinet copulam. Auguſtini v. 12. male. *J. W.*

2 *Sed ille vera via nititur*;] In quibusdam, *vera nititur via*. Id mihi rectius reſſe videtur. *Rivius*. Supra dixit *falſos fictos*, Ergo *Vera* opponitur ficto ut ex ſeqq. patet. *Capitolin*. in Clodio. *Qui ejus patronum vel vere fuerant, vel videbantur a noſtro, verae clavae opp. adulterinis*, vide *indicem* & *T. Fabrum* ad *Plautum* p. 110. qui pro *aequo* accipit, quo ſenſu *Terent. Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede verum* eſt, & *Cic.* pro Murena §. 74. *negat verum eſſe, allici benivolentiam cibo: negat judicium hominum in magiſtratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere*. Conſtantii Epiſt. de Themiſtio 348. Διαφόρων ἡ δὲ ὁδοῖς ... ἀλλ' ἥ ... ἡ τῶν πολλῶν ... ΣΚΟΛΙΑΙ ἐ ... μόνη δὲ ἀσφαλὴς κỳ βέβαιος, ἡ δι' ἀρετῆς. Vide Heſiodum Ἐργ. ά. vſ. 223. & 260. Lucret. 3. 660. *Ardua dum metuunt, amittunt* vera viai: itaque, vera via nitentes ſunt quos Sophocles in Ajace Fl. vocat, Εὐθυπόρους ... Idem Antig. 1186. ... Schol. ... Sic apud Pindarum *clara via* eſt, *gloria* ut, *vera* apud noſtrum, *virtus*. Olymp. VI. ... ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχον]. & vice verſa, Olymp. ... *occulta via* eſt, *via inglorią*. Sic apud Euripid. Hecub. ... & Medea 1067. ... & Rheſo 422. ... Noſter de Repub. Ordin. *Conſidera quale id ſit, de quo conſultas: ita, bonis maliſque dimotis*, patenti via ad verum *perges*: & infra, *animus ferox prava via ingreſſus*. Et, ea vera *atque ſimplex* via eſt. *Verum* pro *recto* ſeu *bono* apud eundem alibi: *ubi virtutem opulentia vincit, animus ad voluptatem a vero deficit*. L. *vera nititur via*. Infra, Arond. *malis venenis*. *Lampridius* Severo. 40. *vere non per ſimulationem*. Fulgentius Mythol. II. VI. *omnis malignus aliena ut invadat transverſa* [*defenſionis*] *utitur via*. Codd. Modii & Leidenſis *nititur*, & ſic omnino legendum. Sic enim noſter. Sic *Ambroſius* Offic. II. 24. *Ergo bonis artibus & ſincero propoſito nitendum ad honorem arbitror*. Sincerum ſive ſimplex propoſitum idem eſt ac *rectum ſtudium* Hegeſippo. 1. 39. *Si recta adverſero ſtudia, factis remunerabor*: malevolentia *pretium referet ſuum ut apud eum quoque, quod putaverit adulandum, fructu excidat*. Petron. p. 316. *Si quis vitiorum omnium inimicus*, rectum iter vitae *coepit inſiſtere*. Cic. in Anton. 1, §. 14. *Illud magis vereor, ne ignorans verum* iter gloriae, *glorioſum putes plus te unum poſſe quam omnes*. Noſter infra, virtutis via graſſari, & ex eo *Apuleius* de Doctrin. Plat. p. 617. *Eum qui per haec profectus denti & ſecuro gradu* virtutis via graderetur, *adipiſci ſolidam vivendi rationem, repente fieri perfectum*. v. *Silium* VIII, 612. J. W.

via nititur. [1] Huic quia bonae artes deſunt, dolis atque fallaciis contendit. [2] Avaritia pecuniae ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupivit. Ea quaſi [3] venenis malis imbuta, [4] corpus animumque virilem [5] effeminat: [6] ſemper infinita, inſatiabilis eſt; [7] neque copia neque inopia minuitur. Sed, poſtquam Lucius Sulla, armis recepta Repub. [8] bonis initiis malos eventus habuit; rapere omnes, trahere: domum alius, alius agros cupere: neque modum neque modeſtiam victores habere, foeda,

1 *Huic quia bonae artes deſunt*] In MS. quodam, ex bibliotheca Merſeburgenſi, legitur, *Hic quia, &c.* ut ad verbum *contendit* referatur: ſed prior lectio melior. *Rivius.* Martin. *flagitiis* pro *fallaciis.*

2 *Avaritia pecuniae ſtudium habet, &c.*] Cato in libro inſcripto *Carmen de moribus*, apud Gellium lib. XI. cap. II. *Avaritiam*, inquit, *omnia vitia habere putabant.* Vide Gellium lib. III. cap. I. *Manutius.* *nunquam* concupivit. Pembr. ſed ſecunda manu, *ſapiens amavit vel concupivit.* Vinc. Bellov. VII. 33. *Caſtrorum autem mutatio* quid habet *niſi turpem fugam* & deſperationem omnium, & alienationem exercitus. Caeſar. B. Civil. II. 31. *J. W.*

3 *Venenis malis imbuta.*] Sic infra: *animus imbutus malis artibus.* Livius XXXIX. *Illius excetrae delinimentis & venenis imbutum.* Ciacconius. Recte adjunxit epitheton. namque, ut ait Cajus de Verb. ſig. *Qui venenum dicit, adjicere debet, malum an bonum ſit: nam & medicamenta venena ſunt.* Caſtil. Vide lib. 3. ad Legem. Cornel. de Sicariis & l. 35. §. 2. de contrahend. empt. *J. W.*

4 *Corpus virile animumque effeminat:*] In vetuſtis, *corpus animumque virilem*, quomodo & Gellius citat, nec ſecus manuſcripta: eſtque haec collocatio verborum melior. *Rivius.*

5 *Effeminat*] Ita Codd. & *Nonius* p. 521. Hegeſippus V, 24. *Nec eſt ulla paſſio, quae magis virtutem animi effoeminet quam cupiditas divitiarum.* Vide Tacitum An. XV, 67. *J. W.*

6 *Semper infinita inſatiabilis eſt*] Vocem poſtremam quilibet videt non aegre auferri poſſe. *Gruterus.* Pemb. geminat vocem *ſemper*, verum poſterius illud *ſemper* a ſecunda manu & in margine tantum viſitur. L. 2. & Baliol. *& inſatiabilis.* J. W.

7 *Neque c. n. in. m.*] Reſipit interpretis manum qui videlicet vulgare illud dictum appingendum putarat verbis praecedentibus. At qui hic vocis ſubtractione acutum ſenſum comminiſcuntur ſubtilius id faciunt, quam verius, & contra fidem omnium membranarum rationemque loquendi communem. *Grut.* *Meurſius* Auctor. Philol. cap. 12. *neque copia inopia minuitur.* Nonmultum infeliciter, ſi haec ab auctore non eſſent. Vide *Caſſiodor.* IV. 39. *Claudian.* II. Stil. *Propert.* III. 17. 13. *Tibull.* I, 10. *J. W.*

8 *Bonis initiis.*] Meus liber, *bonis incoeptis.* Ciacconius. *ex bonis initiis* Grut. Sed Arond. praepoſitionem a recentiore manu exhibet. L. 1, 3. *bonis ex.* Caeteri MSS. & retro cuſi prorſus eliminant *ex.* Solus Joan. inter Oxonienſes, ipſe recens & ſubleſtae fidei, agnoſcit. Huc reſpexit *Auguſtinus* Civ. D. III, 7. *Adhuc autem meliorum partium Civilium Sylla dux fuit, adhuc armis Remp. recuperare moliebatur. Horum bonorum initiorum nondum* malos eventus habuit. *Eventus* vox media, ideoque addit *malos*, abſolute quandoque *ſucceſſum* denotat, ut apud *Lucanum* IV, 730. *Fraudibus eventum dederat:* infra, L. 2. *alius domum alterius.* J. W.

crudeliaque [1] in civis facinora facere. Huc accedebat, quod L. Sulla [2] exercitum, quem in Aſia ductaverat, [3] quo ſibi fidum faceret, contra morem majorum luxurioſe, nimiſque liberaliter habuerat: Loca [4] amoe-

1 *In civis facinora*] Non placet illud *facinora*, neque certam ſedem obtinet. L. 1. *facinora in c. f.* Balliol. non agnoſcit, verum defendit numerus. Codex Reg. *in civibus* pereleganter, neſcio an vere, certe ſupra captum librariorum. *Virgilius* Æneid. II, 540. *At non ille ſatum quo te mentiris, Achilles. Talis in hoſte fuit Priamo.* *Ovidius* Metam. I. 442. *Hunc deus arcitenens & numquam talibus armis Ante niſi in* damis capreiſque fugacibus *uſus*, &c. Ita etiam locuti, *Cicero* de Nat. deorum §. 42. *Horatius* lib. I. Od. 4. *Phaedrus*, V. I. *Sulpitius Severus* Hiſt. Sacr. I, 8, 28, 25. Idem corrigendus Dialog. II, 4. *neque in hominum* notitiam *paſſus eſt pervenire.* Membranae Aulae Trin. *notitia*, recte. *Caſſiodorus* locum *Salluſtii* reſpexit Var. I. 30. *Non permittatis ergo a famulis veſtris fieri* in civibus, *quod adhuc debet in hoſtibus accuſari.* Confer *Voſſium* de Conſtruct. cap. LXV. *Schefferum* ad Petronium capp. XIX & XXVI. *J. W.*

2 *Exercitum quem in Aſia ductaverat,*] *In Aſiam* habet liber meus, ut infra: *Sed is Piſo in provinciam iter faciens.* Vide ad hunc locum Livium l. 39. c. 6. *Luxuriae peregrinae origo ab exercitu Aſiatico invecta in urbem eſt: ii primum lectos auratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia, & quae tum magnificae ſupellectilis habebantur*, monopodia, *&* abacos *Romam advexerunt*, &c. Vid. Plut. 33. 11. Juſtin. 36. 4. Libri vett. nonnulli *Aſiam* & ſic e noſtris 12. Markii V. ſed erat, & Reg. & ſane Antiqui praepoſ. *in* Caſum accuſandi vel auferendi indifferenter tribuunt. Exempla petas ex Popmae notis ad Catonem. *J. W.*

3 *Quo ſibi fidum acceptumque faceret,*] Tò *acceptum*, non eſt in Manuſcriptis neque impreſſis paullo vetuſtioribus. Sed nec ſenſus ipſe poſtulat, atque adeo potius, ſi quid eſt in me judicii, prorſus reſpuit ac repudiat. Nam exercitum Sulla, quod luxurioſe nimiſque liberaliter haberet, fidum ſibi fecit, ſeque ipſe militum animis carum acceptumque, non exercitum ſibi reddidit. Quis enim eſt ita umquam locutus, niſi abuſum hac voce Salluſtium dicere auſis, pro eo quod eſt, *obnoxium*? Rivius.

4 *Amoena voluptaria*] L. 2, Venet. 1470. *ac volupt.* ita etiam Pemb. ſed in margine & manu ſecunda. Badianus vero & Bodl. & *vol.* potiores Codd. recte omittunt copulam. Editi quidem, *voluptaria* uti & *Capitolinus* in *Vero*, male. Interpretes verba videntur accipere quaſi prorſus Synonyma, quod ſi revera eſſent, alterutrum in ſpongiam incubuiſſet. Verum illi nihil vident. *Loca* enim *amoena* ſunt loca fontibus, viridariis, coeli ſolique clementia, ipſoque adeo ſitu & natura jucunda. *Loca voluptaria* plerumque, ſi non ſemper, ſunt ganeae & *libera luſtra*, ut verbis utar Plautinis, ubi delicatuli illi cum amicis, accumbere & ſe flore Liberi invitare ſolebant. Saepius autem conjungi ſolent hae voces ut apud *Plautum* qui locum hunc egregie firmat *Milite* III, 1, 45. *Et ego amoris aliquantulum habeo humoriſque meo etiam in corpore. Neque dum exarui ex* amoenis rebus *&* voluptariis. *Vel cavillator facetus vel convivator commodus* paulo poſt; *O lepidum ſenicem! ſi quas memoras, virtutes habet. Atque equidem plane eductum in nutricatu venerio:* ibi *amoenae* ad riſus, joca, & cavillationes, *voluptariae* ad ſacra Veneris attinet. Poenul. III, 2, 25. *Et quidem tu nobiſcum adveniens hodie oraveris* liberum *ut commonſtraremus tibi* locum *&* voluptarium. Ubi ames, potes, pergraecere: inde apud eundem conjunguntur voluptarii cum *potatoribus* &, *veneri deditis*. Vide

na, voluptaria, facile in otio ferocis militum animos molliverant. Ibi primum inſuevit exercitus populi Rom. amare, potare; ſigna, tabulas pictas, vaſa caelata mirari; ea privatim ac publice rapere; [1] delubra deorum ſpoliare; ſacra profanaque omnia polluere. Igitur [2] ii milites, poſtquam victoriam adepti ſunt, nihil reliqui victis fecere. [3] Quippe ſecundae res ſapientium animos

Menechm. I, 2, 3, 4. & Prolog. in *Rudent*; unde in *amoenis locis*, utpote in *propatulo*, infamae iſtiuſmodi perpotationes rariſſime celebrarentur. quo ſenſu capio *Ciceronem* pro Murena §. 13. *Tempeſtivi convivii*, amoeni loci, *multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.* Vocem alteram unus quod ſciam *Apuleius* ad locorum amoenitates traduxit Metam. II. p. 53. at alibi rectius utitur: *Jamque luminibus noſtris vigilia marcidis, infuſus ſopor etiam in altum diem nos attinuit. Ad hunc modum tranſactis* voluptarie *paucis noctibus*. adde p. 601. de *Habitud.* D. P. *Cicero* ſemper in malam partem accipit, exque eo *Lactantius* Inſtit. III, 27. Loca ergo *voluptaria* non ſunt propric loca *amoena*, ſed ea demum quis *inſuevit exercitus amare, potare*. Aetatis infimae ſcriptores *amoenitatem* pro *mollitie*, abſolute ponunt. *Ammianus* XVI, 2. *Nihil itaque remittentibus curis, ancillari adulatione poſthabita, qua eum proximi ad* amoenitatem *flectebant*. Sed novo exemplo vel potius nullo. pro, *in otio* Mart. *initio* inepte. *De* tota re *Plinium* adeas XXXIII, 53. infra. Pemb. *Statuas, ſigna, tab.* at prius verbum a gloſſa natum nemo non videt. Neque agnoſcit *Victor*. Caeſ. XIV. *Ipſe uti beatis locupletibus mos, palatia extruere, curare epulas*, ſigna, tabulas pictas: *poſtremo omnia quae luxus laſciviaeque eſſent, denique* amare, potare. Cic in Verrem. *quorum domus cum honore & virtute florerent*, ſignis & tabulis pictis *erant vacuae*. recte amare, potare: nam, *Sine Cerere & Baccho friget Venus.* *Terent.* Adelph. I, 2. *Scortari* neque *potare*; alibi: *amet, potet.* Severus apud *Lampridium* VI, 1. *Noſtri ſocii mei contubernales & commilitones* amant, potant, lavant. Quod de *tabulis pictis* noſter, ad Sullana tempora refert *Livius* XXV, 40. confer *Lucanum* X, 109. *Julium Exſuperantium* cap. V. *Velleium* I, 136. *Statium* Theb. I, 149. Sed, *manum de tabula.* J. W.

1 *Delubra deorum ſpoliare*] L. *de deorum*. ni fallor, quia additur infra. ſupra, *ea p. ac p. rapere* Priſcian. 1009. infra, *facere*. B. Pub. L. & Reg. Pemb. *fecere*; ſed ſecunda litera a mala manu. denique *omnia* abeſt a γγ. addidit autem recentior manus. *J. Waſſe.*

2 *Hi milites poſtquam victoriam adepti ſunt, nihil reliqui victis fecere.*] Aeque bene procederet oratio, reciſis vocibus aliquot, *hi milites, victoriam adepti, nihil*, &c. Gruterus. Sunt adepti, n. r. fecere victis, Priſcian. p. I, 196. *J. W.*

3 *Quippe ſecunda res ſapientum animos fatigant: nedum illi, corruptis moribus*] In MSS. atque aliis rectius, *ne illi corruptis moribus.* Pro, tantum abeſt, ut illi corruptis moribus victoriæ temperarent, hoc eſt, victoriæ moderarentur, neque nimis eam crudeliter exercerent. Eodem modo & illi veteres citant, velut *Priſcianus* XVI. de conjunctione agens, licet is vim hujuſce particulæ *Ne*, parum intellexerit, qua *Salluſtius* eſt pereleganter uſus, quomodo & Plautus, *Vix incedo inanis ne ire poſſe cum onere exiſtumes.* Livius III. ab V. C. *Novam inexpertamque eam poteſtatem eripuere patribus noſtris ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium*: pro, tantum abeſt, ut nunc

 fati-

fatigant: [1] ne illi, corruptis moribus, [2] victoriae temperarent.

XII. Poſtquam divitiae honori eſſe coepere, & eas gloria, imperium, [3] potentia ſequebatur; hebeſcere vir-

deſiderium ferant. Idem tamen *Priſcianus* velut oblitus eorum quae ſemel dixerat, ſuper XII. *verſus Aen.* Nedum *hic legit,* quo loco *docet* Dum *pro* conjunctione repletiva accipi, ſubjiciens hoc exemplum Terentii, *Soſia adeſdum,* & mox Salluſtii, *Nedum illi corruptis moribus;* & quae ſequuntur. Didymum, quem quatuor millia librorum ſcripſiſſe ferunt, ut alicubi teſtatur *Seneca,* certe quo nemo plura ſcripſit, ſi quid Fabio credimus, hunc memoria lapſum alicubi eſſe, & hiſtoriae cuidam quam ſuis ipſe libris inſeruiſſet, tamquam vanae repugnaſſe: quid jam mirum, cum Priſcianus paucis in libris, quid ante dixerit, non commeminerit ſatis? Jam quamvis quibuſdam in exemplaribus, ut & Merſeburgenſi, *ſapientum* legatur, ſublata per ſyncopam è medio littera, tamen Auguſtinus *ſapientium* legiſſe videtur, ni ſint mendoſi codices. Nam lib. XVII. de civitate Dei de Solomone loquens, & hunc Salluſtii locum imitans, *Hic,* inquit, *bonis initiis, malos exitus habuit, quippe ſecundae res, quae ſapientium animos fatigant, magis huic obfuerint, quam profuit ipſa ſapientia.* Nec aliter à veteribus citatur, & in tribus MSſ. eodem modo reperi. Quin etiam in vita Claudii *Trebellius Pollio,* eodem modo repetit. *Plerique,* inquit, *milites Claudii ſecundis rebus elati, quae ſapientium quoque animos fatigant, ita in praedam verſi ſunt, &c.* Sed & perperam quidam *obtemperarent* hic legunt, contra & exemplarium fidem, & ſenſum. Tametſi eodem modo Merſeburgenſe, & Florentinum quoddam. Corn. Tacitus XIX. *Qui nuper Bebriaci victoria temperaſſent,* inquit. *Rivius.* Priſcianus p. 1031. q. S. r. ſa. &c. *temperarent:* Noſtri Reg. B. Pub. Venetae & Oxonienſes *obtemperarunt* peſſime: *ob* in ſpatio interlineari & à manu ſecunda Bemb. Quid ſit *fatigare* docebunt *Cato* quem noſter, & *Salvianus* qui noſtrum, ſequitur. *Secundae res tranſvorſum trudere ſolent à recte conſulendo atque agendo.* Salvian. de gubern. Dei lib. VII. p. 267. *Quotus enim quiſque ſapientum eſt, quem ſecunda non mutent, cui non creſcat cum proſperitate vitioſitas.* *Fatigare* ergo, *importune ſollicitare in malum.* Euripides Hercul. fur. v. 775. Φρενῶν κόσμον] δύνασιν ἄδικον ἐφέλκων. Demoſthenes contra Leptin. Αἱ εὐπραξίαι ἀφορμαὶ τοῖς ἀνοήτοις τοῦ κακῶς φρονεῖν. Pembr. *ſapientium* recte, ut *ſervitutium* apud *Plautum, difficultatium* apud Gellium, *virtutium* apud *Paullinum* ad Auſonium, Hiſt. Augg. *ſapientium,* & ita ſex Codd. C. *Popmae* & *Auguſtin.* de civ. Dei, lib. XVIII. Rem totam verſibus elegantiſſimis exponit *Lucanus* I. 160. Cui addatur *Petronius* p. 418. Claudianus de Raptu, *diffuſor honeſti Luxus, & humanas obſtimat copia mentes* Potuit, *obdurat.* J. W.

1 *Ne illic r. m.*] Ita & noſtri MSS. plerique paucis inſcribitur illud antea vulgatum *nedum illi.* Gruter. *Ne* eleganter pro *Nedum.* Vide *Stewechium* de particulis L. L. & in notis ad III. Florid. Apulei. *Plautus* Amph. I. I, 174. *Vix incedo inanis; ne ire poſſe cum onere exiſtumes.* Liv. III, 52. *Novum inexpertamque eam poteſtatem eripuere patribus noſtris, ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium.* Vide *Gronovium* ad locum, & *Donatum* ad Terent. And. IV. 2. *Sulp. Severus* Dialog. III. cap. 8. & cap. IV. Dial. II, 13. maluit *nedum,* nec aliter *Tacitus* An. XIII, 20. XIV, 15. Hiſt. III, 66. *J. W.*

2 *Victoriae temperarent*] Optime iſtud hacc interpretatus Rivius; ut minus poſteriores eo, fluctus heic excitare quaſi in Simpulo. *Gruterus.*

3 *Potentia*] Codex P. Pub. *ſequebatur*

tus,

tus, paupertas [1] probro haberi, innocentia pro [2] malevolentia duci coepit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria, atque [3] avaritia, cum ſuperbia invaſere: rapere, conſumere; ſua parvi pendere, aliena cupere; [4] pudorem, amicitiam, pudicitiam, [5] divina atque humana promiſcua, [6] nil penſi,

potentia. diſpice, an, *potentia hebeſcere virtus?* Markii & primitus habuit *erubeſcere.* Tacitus c. 15. *hebere*; &, H. 2. 77. *illi (victores) per faſtidium & contumaciam hebeſcunt.* J. W.

1 *Probro haberi*] Vel *haberi* vel *duci* abundat. N. 1. poſterius non agnoſcit. in L. 1. prius illud locum mutat ad hunc modum, *haberi probra.* Arondel. prorſus omittit. Sed & illud *coepit* non eſt a Salluſtio. Hegeſip. IV. 24. *Denique verſutia laudi datur* paupertas probro habetur. Et V. 3. *Permixta omnia, criminoſam eſſe miſericordiam,* religionis loco haberi crudelitatem. Heſiod. Ἔργ. & ἡμ. 188. Οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται, οὔτε δικαίου. Οὔτ' ἀγαθοῦ· μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν Ἀνέρα τιμήσουσι. J. W.

2 *Malivolentia*] Ἐπιχαιρεκακία, Cicerone interprete, quod apud *Andronicum* eſt ἡδονὴ ἐπὶ τοῖς τοῦ πέλας ἀτυχήμασι: *Virg.* Aen. VI. 56. per, *mala mentis gaudia* deſignare videtur. Conjunxit noſter ſupra hunc affectum cum *invidia* juxta Ariſtotelis mentem rectiſſime, qui II. Rhet. inquit, Ὁ αὐτὸς ἐπιχαιρέκακος καὶ φθονερός. Apuleius de Habitud. II. p. 19. *Inimicitiarum autem vitia gignuntur ex malivolentia per morum diſſimilitudinem.* Caſſiodor. Var. 1. 13. *quem livoris nebula nulla fuſcavit, nec* malevolentiae *ſtudio nocendi artes fellitis ſenſibus exquiſivit.* Mallem ipſe, *maleficentia* κακουργία. libris aliter viſum. J. W.

3 *Avaritia cum ſuperbia invaſere*] Maluiſſem ego, *invadere*: infinitivo pro imperfecto. *Gruterus.* Nam cum bona tua profuderis explendae cupiditatis cauſa, neceſſe ut divitias congregare ſtudeas, & ſic naſcitur avaritia.

4 *Pudorem, pudicitiam*] Hic addunt quidam ſcripti libri, *Pro nihilo haberi*, ſed prior lectio ferri poteſt: habet enim nec obſcuram, & ſatis commodam ſententiam. *Manutius.* Et ſic legunt *Priſcianus* & *Auguſtinus.* antea *Ne* legebatur; ut alias lib. 11. Hiſt. vid. *Donatum* in Andr. A. 4. ſc. 2. *Priſcian.* lib. 16. *Apul.* in Apol. *Plaut. Liv.* lib. III. *Schottus.* Sic de repub. ordinanda; *Ubi divitiae clarae habentur, ibi omnia bona vilia ſunt, fides, probitas, pudor, pudicitia.* Ciacconius. Varro II. de vita P. Rom. *praediti pudore & pudicitia adoleſcentes.* Inde male interponunt *amicitiam* quaedam exemplaria, e noſtris B. Pub. tantum. J. W.

5 *Divina atque h.*] *Divina & humana*, i. e. *omnia.* Alibi hunc ſenſum affert hoc pacto *ſacra profanaque*; utriuſque lectionis exempla bene multa extant apud *Plautum* aliosque veterum. *Themiſtius* Orat. XV. p. 361. Τὰ δὲ πάντα ἄνω κάτω, καὶ ἐφ' ἑνὸς ἅπαντα ἴσα θεῖά τε ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπινα.

6 *Nihil penſi, neque moderati habere*] In manuſcriptis duobus, *atque immoderati*: ſed eodem omnino ſenſu. Eſt in Argentoratenſi, *nihil penſi, nihil moderati habere*, quae & ipſa mihi lectio probatur, non mehercule minus, ac utravis ſuperiorum. In Veneto legitur, *nihilque moderati*; quomodo in aliis quoq; nonnullis. Quid multis? ut codicum fidem in pergamenis deſcriptorum libenter ſequor, ita lectionem etiam comprobo pervulgatam, quam & Badianum & Gymnici exemplar habet: ubi illud obſervandum tamen, negationem plane ſupereſſe, eoque detracta eundem manere ſenſum, ita ut & alias ſaepe. Salluſtius in Jugurthino, *Nihil penſi*, inquit, *neque ſancti habere.* Hic ut nulla ſit in poſteriore loco negatio, tamen ſenſus integer erit. Idem eodem in libro, *Nam dolus*

neque

fatigant: ¹ ne illi, corruptis moribus, ² victoriae temperarent.

XII. Poſtquam divitiae honori eſſe coepere, & eas gloria, imperium, ³ potentia ſequebatur: hebeſcere vir-

deſiderium ferant. ¹ Idem tamen *Priſcianus* velut oblitus eorum quae ſemel dixerat, ſuper XII. *verſus Aen.* Nedum *hic legit,* quo loco *docet* Dum *pro* conjunctione repletiva accipi, ſubjiciens hoc exemplum Terentii, *Soſia adeſdum,* & mox Salluſtii, *Nedum illi corruptis moribus;* & quae ſequuntur. Didymum, quem quatuor millia librorum ſcripſiſſe ferunt, ut alicubi teſtatur *Seneca,* certe quo nemo plura ſcripſit, ſi quid Fabio credimus, hunc memoria lapſum alicubi eſſe, & hiſtoriae cuidam quam ſuis ipſe libris inſeruiſſet, tamquam vanae depugnaſſe: quid jam mirum, cum Priſcianus paucis in libris, quid ante dixerit, non commeminerit ſatis? Jam quamvis quibuſdam in exemplaribus, ut & Merſeburgenſi, *ſapientum* legatur, ſublata per ſyncopam è medio littera, tamen Auguſtinus *ſapientium* legiſſe videtur, ni ſint mendoſi codices. Nam lib. XVI. de civitate Dei de Solomone loquens, & hunc Salluſtii locum imitans, *Hic,* inquit, *bonis initiis, malos exitus habuit, quippe ſecundae res, quae ſapientium animos fatigant, magis huic obfuerint, quam profuit ipſa ſapientia.* Nec aliter à veteribus citatur, & in tribus MSſ. eodem modo reperi. Quin etiam in vita Claudii *Trebellius Pollio,* eodem modo repetit. *Plerique,* inquit, *milites Claudii ſecundis rebus elati, quae ſapientium quoque animos fatigant, ita in praedam verſi ſunt, &c.* Sed & perperam quidam *obtemperarent* hic legunt, contra & exemplarium fidem, & ſenſum. Tametſi eodem modo Merſeburgenſe, & Florentinum quoddam. Corn. Tacitus XIX. *Qui nuper Bebriaci victoria temperaſſent,* inquit. *Rivius.* Priſcianus p. 1031. *q. S. r. ſa. &c.* *temperarent:* Noſtri Reg. B. Pub. Venetae & Oxonienſes *obtemperarunt* peſſime: *ob* in ſpatio interlineari & à manu ſecunda Pemb. Quid ſit *fatigare* docebunt *Cato* quem noſter, & *Salvianus* qui noſtrum, ſequitur. *Secundae res tranſvorſum trudere ſolent à recte conſulendo atque agendo.* Salvian. de gubern. Dei lib. VII. p. 267. *Quotus enim quiſque ſapientum eſt, quem ſecunda non mutent, cui non creſcat cum proſperitate vitioſitas.* *Fatigare* ergo, *importune ſollicitare in malum.* Euripides Hercul. fur. v. 775. φρενῶν ἀνοίᾳ δύναμιν ἄδικον ἐφέλκων. Demoſthenes contra Leptin. Αἱ ὑπερβάλλουσαι εὐπραγίαι τοῖς ἀνοήτοις τοῦ κακῶς φρονεῖν ... Pembr. *ſapientum* recte, ut *ſervitutium* apud *Plautum, difficultatium* apud Gellium, *virtutium* apud *Paulinum* ad Auſonium, Hiſt. Augg. *ſapientium,* & ita ſex Codd. C. *Popmae* & *Auguſtin.* de civ. Dei, lib. XVIII. Rem totam verſibus elegantiſſimis exponit *Lucanus* I. 160. Cui addatur *Petronius* p. 418. Claudianus de Raptu, *diffuſor honeſti Luxus, & humanas* obſimat copia mentes. Potuit, *obliquat.* J. W.

1 *Ne illi c. m.*] Ita & noſtri MSS. plerique paucis inſcribitur illud antea vulgatum *nedum illi.* Gruter. *Ne* eleganter pro *Nedum.* Vide *Stewechium* de particulis L. L. & in notis ad III. Florid. Apulei. *Plautus* Amph. I. I, 174. *Vix incedo inanis; ne ire poſſe cum onere exiſtumes.* Liv. III, 52. *Novum inexpertamque eam poteſtatem eripuere patribus noſtris, ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium.* Vide *Gronovium* ad locum, & *Donatum* ad Terent. And. IV. 2. *Sulp. Severus* Dialog. III. cap. 8. & cap. IV. Dial. II, 13. maluit *nedum,* nec aliter *Tacitus* An. XIII, 20. XIV, 15. Hiſt. III, 66. *J. W.*

2 *Victoriae temperarent*] Optime iſthaec interpretatus Rivius; ut mirer poſteriores eo, fluctus heic excitare quaſi in Simpulo. *Gruterus.*

3 *Potentia*] Codex P. Pub. ſequebantur

tus,

tus, paupertas [1] probro haberi, innocentia pro [2] malevolentia duci coepit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria, atque [3] avaritia, cum ſuperbia invaſere: rapere, conſumere; ſua parvi pendere, aliena cupere; [4] pudorem, amicitiam, pudicitiam, [5] divina atque humana promiſcua, [6] nil penſi,

potentia. diſpice, an, *potentia hebeſcere virtus?* Markii & primitus habuit *erubeſcere.* Tacitus c. 15. *hebere;* &, H. 2. 77. *illi (victores) per faſtidium & contumaciam* hebeſcunt. *J. W.*

1 *Probro haberi*] Vel *haberi* vel *duci* abundat. N. 1. poſterius non agnoſcit. in L. 1. prius illud locum mutat ad hunc modum, *haberi probra.* Arondel. prorſus omittit. Sed & illud *coepit* non eſt a Salluſtio. Hegeſip. IV. 24. *Denique verſutia laudi datur* paupertas probro habetur. Et v, 3. *Permixta omnia, criminoſam eſſe miſericordiam,* religionis loco haberi crudelitatem. Heſiod. Ἔργ. κ. ἡμ. 188. Οὐδέ τις εὐόρκυ χάρις ἔσσεται, ὔτε δικαίυ. Οὔτ' ἀγαθοῦ· μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν Ἀνέρα τιμήσουσι. *J. W.*

2 *Malevolentia*] Ἐπιχαιρεκακίαν, *Cicerone* interprete, quod apud *Andronicum* eſt ἡδονὴ ἐπὶ τοῖς τοῦ πέλας ἀτυχήμασι: *Virg. Aen.* VI. 56. per, *mala mentis gaudia* deſignare videtur. Conjunxit noſter ſupra hunc affectum cum *invidia* juxta Ariſtotelis mentem rectiſſime, qui II. Rhet. inquit, Ὁ αὐτὸς ἐπιχαιρέκακος καὶ φθονερός. Apuleius de Habitud. II. p. 19. *Inimicitiarum autem vitia gignuntur ex* malevolentia *per morum diſſimilitudinem.* Caſſiodor. Var. 1. 13. *quem livoris nebula nulla fuſcavit, nec* malevolentiae *ſtudio* nocendi artes *felicis ſenſibus exquiſivit.* Mallem ipſe, *maleficentia* κακουργία. libris aliter viſum. *J. W.*

3 *Avaritia cum ſuperbia invaſere*] Maluiſſem ego, *invadere:* infinitivo pro imperfecto. *Gruterus.* Nam cum bona tua profuderis explendae cupiditatis cauſa, neceſſe ut divitias congregare ſtudeas, & ita naſcitur avaritia.

4 *Pudorem, pudicitiam*] Hic addunt quidam ſcripti libri, *Pro nihilo haberi:* ſed prior lectio ferri poteſt: habet enim nec obſcuram, & ſatis commodam ſententiam. *Manutius.* Et ſic legunt *Priſcianus* & *Auguſtinus.* antea *Ne* legebatur; ut alias lib. 11. Hiſt. vid. *Donatum* in Andr. A. 4. ſc. 2. *Priſcian.* lib. 16. *Apul.* in Apol. *Plaut. Liv.* lib. III. *Schottus.* Sic de republ. ordinanda; *Ubi divitiae clarae habentur, ibi omnia bona vilia ſunt, fides, probitas, pudor, pudicitia.* Ciacconius. Varro II. de vita P. Rom. *praediti pudore & pudicitia adoleſcentes.* Inde male interponunt *amicitiam* quaedam exemplaria, e noſtris B. Pub. tantum. *J. W.*

5 *Divina atque h.*] *Divina & humana,* i. e. *omnia.* Alibi hunc ſenſum affert hoc pacto *ſacra profanaque;* utriusque lectionis exempla bene multa extant apud *Plautum* aliosque veterum. *Themiſtius* Orat. XV. p. 361. Τὰ ἄνω πάντα [illegible] ἐπεξῆλθον, καὶ ἀφ' [illegible] θεῖά τε ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπινα.

6 *Nihil penſi, neque moderati habere*] In manuſcriptis duobus, *atque immoderati:* ſed eodem omnino ſenſu. Eſt in Argentoratenſi, *nihil penſi, nihil moderati habere,* quae & ipſa mihi lectio probatur, non mehercule minus, ac utravis ſuperiorum. In Veneto legitur, *nihilque moderati;* quomodo in aliis quoq; nonnullis. Quid multis? ut codicum fidem in pergamenis deſcriptorum libenter ſequor, ita lectionem etiam comprobo pervulgatam, quam & Badianum & Gymnici exemplar habet: ubi illud obſervandum tamen, negationem plane ſupereſſe, eoque detracta eundem manere ſenſum, ita ut & alias ſaepe. Salluſtius in Jugurthino, *Nihil penſi,* inquit, *neque ſancti habere.* Hic ut nulla ſit in poſteriore loco negatio, tamen ſenſus integer erit. Idem eodem in libro, *Nam dolus*

neque

Digitized by Google

neque moderati habere. Operae pretium eſt, cum domos atque villas cognoveris in urbium modum [1] exaedificatas, viſere templa deorum, quae noſtri majores, religioſiſſumi mortales, fecere. [2] Verum illi delubra deorum pietate, domos ſuas gloria decorabant; neque victis quid-

Numidarum nihil languidi, neque remiſſi patiebatur. Rivius. Lucil. l. 28. *Nihil* parvi *ac* penſi. *Ciacc.* Nihil mod. Bal. *J. W.*

1 *Aedificatas,*] Manuſcripta volumina, *exaedificatas:* nec ſecus exemplar Beroaldinum; utraque lectio probe quadrat. verbo *exaedificare* non ſemel *Cicero* utitur. *Rivius.* Sic etiam Pall. Codd. addita praepoſitione *ex.* Gruter. Sic Priſcian. p. 1210. & λ. γ. at Bal. Digb. Magd. Venetae. & Reg. *aedificatas.*

2 *Delubra deorum,*] Pro *deorum* L1. 3. Balliol. *omni.* Sane repetitio τ *deorum* non placet. Solent etiam auctores *delubra* abſolute ponere & ſine Genitivo. *Plautus* Poenul. v, 4, 2, *Tacitus* Hiſt. iv, 53. & i, 2. Virgilius *Principio* delubra *adeunt pacemque per aras Exquirunt.* Lex XII Tab. apud *Cic.* de N. Deorum. *Conſtructa a patribus* delubra *habento.* Cicero apud *Gellium* xiii, 24. Minutius Felix, *majores noſtri &c. ut inſtituendis ſacris, aut* delubris *dedicandis operam navaverunt.* Placet quum in hoc auctore ſumus locum ejus vexatiſſimum apponere. Sic ergo ille cap. xx, *Quid formae ipſae & habitus? nonne arguunt ludibria & dedecora deorum veſtrorum* &c. *Quid ipſe Jupiter veſter? modo imberbis ſtatuitur, modo barbatus locatur, & cum Hammon dicitur, habet cornua; & cum Capitolinus tunc gerit fulmina; & cum Latiaris cruore perfunditur, & cum Feretrius* non auditur. *Wowerus,* aditur, Cl. *Perizonius,* pompa aditur. Quid ſi, *Io auditur?* quod ſi literis minuſculis ſcribatur, & ſuper *o* ponatur tonus circumflexus ad hunc modum [*Iô*] vel duo puncta ob diaereſin, haud longe abibit a voce *non* quod Minutianos codices obſidet: De hoc more *Varro* de L. Lat. v. p. 58. *Triumphare appellatum, quod cum Imp. milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti,* Io Triumpe, Io. *Horatius* v, 2. *Tuque dum procedis* Io Triumphe. *Non ſemel dicemus,* Io Triumphe. *Civitas omnis.* Fuſe *Ovidius* Triſt. iv. Eleg. 11. *Hos ſuper in curru Caeſar victore veheris Purpureus, populi rite per ora tui: Quaque ibis manibus circumplaudere tuorum Undique jactato flore tegente vias. Tempora Phoebea lauro cingentur,* Ioque *Miles,* Io, *magna voce,* Triumphe, *canet. Inde petes arcem delubra faventia votis, Et dabitur merito laurea vota Jovi.* Confer *Lucanum* vi, 160. *Senecam* de Conſol. ad Helvid. x. *Lipſium* ad ii. Annal. *Taciti.* Martialem vii, 6. *Alcimum Avitum* vi, 6. Videtur alludere *Minutius* ad *Senecam* de vita beata cap. 26. *Sic veſtras hallucinationes* &c. Quod ad *Salluſtium* attinet, vox *Deorum* opponitur τῷ *ſuas,* ideoque recte faciet qui utrumque ſuſtulerit. Denique locus eſt ſubobſcurus & interpretatione juvandus: inſpiciamus templa deorum, omnium aedificiorum ſumtuoſiſſima, quatenus a religioſiſſimis aedificata. Eo autem prorupit aetatis noſtrae luxuria, ut privati cujuſlibet aedes illa ſuperent. At majorum domus & templa non tam externo ſumtu, quam pietate & gloria enituere. Hunc colorem ſaepe tractat *Demoſthenes,* v. g. in Orat. de Repub. p. 71. Οἰκοδομήματα μέν γε, καὶ κόσμον τῆς πόλεως ἱερῶν &c. τοιαῦτα καὶ τοσοῦτον καλέλιπον ἐκεῖνοι· ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖφθαι προπύλαια &c. Τὰς δὲ ἰδίας οἰκίας τῶν ἐν δυνάμει τότε γενομένων, οὕτω μετρίας &c. ὥστε τὴν Κίμωνος &c. οἰκίαν ὁρᾷ τις τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν. Et Olynthiac. iii, pag. 113. δημοσίᾳ μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα καὶ κάλλη καὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν, ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖφθαι. ἰδίᾳ δ᾽ οὕτω σώφρονες ἦσαν, καὶ σφόδρα ἐν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει

quam,

Digitized by Google

quam, praeter [1] injuriae licentiam, eripiebant. At hi contra ignaviſſumi homines, per ſummum ſcelus, omnia ea ſociis adimere, [2] quae fortiſſumi viri victores hoſti-

μένοντες ὥστε τῆς Ἀριστείδου &c. οἰκίαν εἴ-τις ἄρα οἶδεν ὁρῶν ὁποία ποτ' ἐστὶν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν. Ἐκ δὲ τοῦ ὅτι μὴ Ἑλληνικὰ πιστῶς καὶ δὴ πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβῶς, καὶ δι' ἐν αὐτοῖς ἴσως διοικεῖν &c. Salluſtium ſequitur *Apuleius* de D. Socr. *Igitur illas aedificiorum ſpecies, in quas patrimonia ſua profuderunt, amoeniſſimas & extructiſſimas deprehendas: aulas ac aulas* urbium conditas, domos vice templorum *exornatas. Cum bene iſta, per quae divitias ſuas diſpoſuit ac fudit.* Adi *Senecam* de Benef. VII, 10. Ep. 123. Conſol. ad Helv. IX. *Claudian*, Ruff. II. 448. & B. Gil. 98. *Valerium* lib. IX. Cic. pro Mil. &, pro Domo ſua. *Lipſium* de magnitudine Romae cap. ult. *Olympiodorum* apud Photium. *Lucanum* X, 3. Ciceronem Verrin. IV. *Priſcianus* p. 477. & B. Pub. *domus.* Regius, *domos ſua gloria.* Gloria decorare duriuſculum, ſed lectionem aſſerunt Codd. & *Priſcianus.* Noſter in Jug. *gloria honoraviſti* quod adhuc durius eſt; quo modo & *decorare honoribus* apud *Ciceronem* pro C. Balbo. *Idem* de Oratore: *aeterna triumphi* laude *Impp.* decorare. *Ennius*: *Nemo me* lachrimis decoret *Apuleius* Flor. cap. XVI. *qui me in illa Curia honeſtiſſimis* acclamationibus decoravere.. *Martianus* cap. VI. de India p. 224. *Omnes Indicomarum* fuco decorantur. Lege *indico* Mares, ſic enim Cod. B. Pub. Verum Oxonienſis & C. C. C. lectionem alteram ſervant. *J. W.*

1 *Injuriae licentiam,*] Huc ſpectat *Ammianus* XVII, 13. *Deliberatum eſt tamen id quoque lenius vindicari, quam criminum magnitudo poſcebat, hactenus ultione porrecta, ut ad longinqua tranſlati, amitterent copiam noſtra vexandi.* Rutilius I. vſ. 69. *Mitigat armatas victrix clementia vires*; & 63. *Feciſti patriam diverſis gentibus unam, Profuit injuſtis te dominante capi. Dumque offers victis proprii conſortia juris, Urbem feciſti quod prius orbis erat.* Amicus meus egregie doctus, *profuit incultis.* Ego vero cum *Barthio* alterum teneo; *injuſti* ſunt extra leges moreſque projecti, & ferarum ritu degentes, illos, dicit auctor, legibus datis tandem miteſcere in hominem. Locus iſte *Rutilii*, niſi fallor, ex *Plinii* N. Hiſt. III. 5. hauſtus & expreſſus eſt. *Terra Italia omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine deum electa quae coelum ipſum clarius faceret*, ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret, *& tot populorum diſcordes feraſque linguas ſermonis commercia contraheret: colloquia & humanitatem homini daret: breviterque* una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. *Claudianus* III. Stilich. vſ. 150. *Haec eſt in* gremium victos *quae ſola recepit, Humanumque genus* communi nomine *fovit Matris non Dominae ritu*: civeſque vocavit *Quos domuit; nexuque pio longinqua revinxit.* Hinc ad Medaeam Jaſon apud *Euripidem*, Cl. Barneſii, Πρῶτον μὲν Ἑλλάδ' ἀντὶ βαρβάρου χθονὸς Γαῖαν κατοικεῖς, καὶ δίκην ἐπίστασαι, Νόμοις τε χρῆσθαι, μὴ πρὸς ἰσχύος χάριν. *Salluſtium* ſequitur *Caſſiodorus* Var. III, 43. *Quid enim proficit Barbaros removiſſe* confuſos, *niſi vivatur* ex legibus? &c. *Nobis propoſitum eſt ſic vincere, ut ſubjecti ſe doleant noſtrum dominium tardius acquiſiſſe.* Themiſtius Orat. XIV. p. 342. Μόνοι γὰρ οὗτοι νικῶσιν ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἡττωμένων. *J. Waſſe.*

2 *Quae fortiſſimi viri victores reliquerunt*] In vetuſtioribus quibuſdam eſt *hoſtibus reliquerant.* Eſt enim perperam hic Dativus in recentioribus omiſſus, ni fallor; nam *hoſtes* oppoſuit ſociis, *fortiſſimos viros* ignaviſſimis hominibus, *relinquere* denique τῷ *adimere*, ſaluti victorium. *Rivius.* Legendum contenderim, *Quae fortiſſimi viri victis reliquerant*, vel *victores victis reliquerant*: comparat enim fortiſſimos viros cum igna-

bus reliquerant: [1] proinde quaſi injuriam facere, id demum eſſet [2] imperio uti.

XIII. Nam quid ea memorem, quae, niſi iis, qui videre, nemini credibilia ſunt; a privatis compluribus ſubverſos montes, [3] maria conſtructa eſſe [4] quibus mihi

viſſimis, ſocios cum victis, atque ea quae fortiſſimi viri victores victis reliquerant, ea ignaviſſimos a ſociis per ſcelus auferre. Cicero in Verr. in eandem ſententiam multa: ut illud; *Nemo fere veſtrum eſt, quin quemadmodum captae ſunt a M. Marcello Syracuſae, ſaepe audierit, nonnunquam & in Annalibus legerit: conferte hanc pacem cum illo bello; hujus praetoris adventum, cum illius Imperatoris victoria; hujus cohortem impuram, cum illius exercitu invicto: ab illo qui cepit, conditas, ab hoc qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas.* Et item illud: *Nimirum haec forſitan illi mirantur, atque efferunt. Eſto, verumtamen honeſtius eſt reipub. noſtrae, Judices, ea quae illius pulcra eſſe videantur, Imperatorem noſtrum in bello reliquiſſe, quam praetorem in pace abſtuliſſe.* Ciacconius. Ita meliores MSS. Pall. etiam Bongarſianae margines; non *reliquerunt*, quod mediae aetatis editiones tantum obſidet, non etiam antiquiores. *Gruterus.* Om. *hoſtibus* Ar. Reg. Mart. n. 1. 2. & Mark. γ. pro *hoſtibus* habet *victis.* v. Silium. XIV, 685. *J. W.*

1 *Perinde quaſi injuriam facere*] Legendum e manuſcriptis, *proinde quaſi*: nam ita fere veteres, ut eſt in Terentio Plautoque videre, nec raro apud Ciceronem, atque alios. *Rivius.* Noſtri fere omnes *proinde.* *J. Waſſe.*

2 *Imperio uti*] Sua retinere privatae domus, *de alienis certare regiam laudem eſſe*, Tacit. An. 11. 15. Cic. pro Quintio §. 34. *Neque illis umquam ſatis fuit illud obtinere, quod probari omnibus poſſet; ita ſine injuria potentiam levem, atque inopem eſſe arbitrantur.* Eſt etiam Victoribus ſua lex conſtituta: Euripides Hecuba 1283. Οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν, ἃ μὴ χρεών.

3 *Maria contracta eſſe?*] Libuit novam introducere lectionem, ſed auctoribus libris; ita enim legas in Pal. tert. alluſitque & Pal. ſept. in quo *conſtracta*; & meus Com. in quo tantum, *contra eſſe*. quod non nemini etiam ſalivam movere poterat; vix mihi; cui in oculis Horatianum: *Contracta piſces aequora ſentiunt Jactis in altum molibus.* In MSS. aliis viſitur, partim *conſtricta*, partim *conſtrata*: neutrum male, certe neutrum falſo; niſi adblandiretur magis ſcriptura quam poſui. Utrumque expreſſit Petronius verſu uno: *Expelluntur aquae ſaxis; mare naſcitur arvis*; alterum iteratur infra cap XX. *Etenim quis mortalium, cui virile ingenium eſt, tolerare poteſt, illis divitias ſuperare, quas profundant in extruendo mari, & montibus coaequandis, &c.* ſed ne quid diſſimulem, neque ibi videtur id verbi ſincerum; nam non *unum* tantum extruebant *mare*, ſed alia atque alia: itaque conjeci olim *excludendo*, quod tamen metuo, ne naſutioribus probem, quibus in memoria eſſe poteſt Valer. Maximus lib. IX. cap. 1. Plinius lib. IX. c. LIX. aliique. *Gruterus.* *Conſtrata* Urſini Liber. Aldus. *conſtrata* potius legend. quam *conſtructa* vel *contracta*, quae verba minus exprimunt immenſum luxum quem Salluſt. notare voluit. *Conſtrata*, i.e. *completa* & aequata injectis molibus. *A. Popma.* Eleganter quidem Gruterus, ſed *conſtructa* ed. Veneta 1478. & Markii γ. Pemb. *conſtruta*; ſuperpoſito, C. ſed eodem plane atramento: in marg. al. *conſtrata*, & ſic Mark. λ. ed. vetus Venet. 1470. *conſtrata*; & ſic legiſſe videtur Ambroſ. in Hexaem. v. x. *Deficit terra hominibus,* ſternuntur *& maria, rurſus pro ſingulorum libidine inciditur terra,* mare infunditur, *ut inſulas fa-*

ludi-

videntur ludibrio fuiſſe divitiae; quippe, quas honeſte habere licebat, [1] abuti per turpitudinem properabant. [2] Sed

ciant, ut poſſideant freta, ſpatia maris ſibi vendicant jure mancipii, piſciumque jura ſicut vernaculorum conditione ſibi ſervitii ſubjecta commemorant. Verum ſi Lucullum innuat, malim *conſtricta* vel *conſtructa*; nam mare jactis hinc inde molibus intromittebatur. *Vellejus* II. 33. *quem ob injectas moles mari, & receptum ſuffoſſis montibus in terras* mare, *haud infacete Magnus Pompejus* Xerxen togatum *vocare aſſueverat* hoc dictum Tuberoni aſcribit *Plutarchus* p. 518. qui ſubverſionem *montium* ita memorat: λόφυς ἀνακεκρεμασμένης αὐτῶν μεγάλοις ὀρύγμασι. pro, p. *profundant*, τοῖς πελάγεσι ῥόθιον καθαρχόμενος. *Plin.* 9. §. 80. de eodem, *Euripum & maria* admitit. Varro de R R. III. ad finem. *Contra ad Neapolim* L *Lucullus, poſteaquam* perfodiſſet montem, *ac maritima* flumina immiſiſſet, *in piſcinas quae reciprocae fluerent, ipſe Neptuno non cederet de piſcatu.* Infra, *In Bajano autem tanta ardebat cura, ut Architecto permiſerit* ut ſuam pecuniam conſumeret, *dummodo perduceret ſpecus e piſcinis in mare*, objectaculo *quo aeſtus bis quotidie ab exorta luna ad proximam novam introire ac redire rurſus in mare poſſet, ac refrigerare piſcinas.* Plin. N. Hiſt. XXXVI, cap. 15. montes *perfoſſos, convalles aequatas.* Huic lectioni favet etiam *Seneca* de Ira. *Terras transferre*, maria concludere. denique optime reſpondet *ſubverſioni montium conſtructio maris*, perit aliter omnis ex oppoſitione venuſtas. Sed & noſter infra, in *extruendo mari. Conſtrata maria* ſunt *contabulata*, quod verbum de Xerxe uſurpat Curtius: v. 7. Contabulato *mari molibus, perfoſſiſque montibus, in quorum ſpecus fretum* immiſſum eſt. V. *Victor* in Antonino Philoſ. & *Seneca* Suaſor. p. 15. Horat. II, Od. XVIII. *J. Waſſe.*

4 *Quibus mihi videntur ludibrio*] *Sic MSS. & Reg.* Ball. Mart. antea erat, ſono minus ameno; *quibus mihi ludibrio videntur, &c.* Gruterus.

1 *Abuti per turpitudinem*] Ita rurſus omn. MSS. neque ſecus edd. vett. *Idem.*

2 *Sed lubido ſtupri, ganeae, caeterique cultus non minor. inceſſerat viros pati muliebria;*] Jure miremur Criticorum diſſimulationem: nam hactenus fere lectum: *Sed libido ſtupri, ganeae, caeterique cultus non minor inceſſerat. viri pati muliebria, &c.* at ſic nulli prorſus MSS. nulli impreſſi ante editionem Laeti, omnes quippe repraeſentare uno ore lectionem primam: quam etiam extare in Romano codice indicavit Urſinus; qui aliter tamen haec conſtruit, ob diſtinctionem poſitam non ſuo loco; interim haud negaverim, non poſſe iſthaec alia interpunctione accipi. ut dicatur, *Inceſſiſſe viros lubido patiundi muliebria. &c.* Idem. Arond. *minus.* Reg. *non minor caeterique cultus inceſſerat.* L 2. *minor invaſerat.* Martin & Venetae *non minor: inceſſerat viros.* L 3. *etiam viros.* Caeteri fere *viri.* Firmicus de errore profan. Relig. legiſſe videtur *viros*, pag. 9. *Videre eſt in ipſis templis cum publico gemitu miſeranda ludibria*, viros muliebria pati. *Paſſio. S. Pionii* apud *Ruinart.* Cap. IV. p. 126. *Aut percurrentes in ſexum* viros muliebria pati *jugulato hoſpitii jure cogebantur.* Viri *Hegeſippus* IV, 25. *Nec ſolum ornatus foeminarum, ſed etiam muliebris mollitia affectabatur, & illicitarum libidinum paſſiones*, viri muliebria *exercere, effoeminare vocem.* Huc etiam alludit *Tertullianus* de Virgin. vel. cap. XI. *Ac tu mulierem negas quam* muliebria pati *dicis.* Tacitus An. XI, 36. *In illo foediſſimo coetu* paſſus muliebria. Tam abſolute, quam ſequente caſu uſus eſt, verbo *inceſſit*, at nunquam ſententiam ab illo auſpicatur. *Libido* hic indifferenter ſumitur, ſecus ac ſolent aevi ſequioris ſcriptores. Fulgentius II, 4. Libido *libet momentaliter.* paulo ſupra; *abſciſae ergo vires temporis* [*Saturni:*] *id eſt, fructus, falce quam maxime, atque in humoribus viſcerum, velut in mare projectae, libidinem*

libido ſtupri, ganeae, caeterique cultus [1] non minor: inceſſerat viros pati muliebria; mulieres pudicitiam [2] in propatulo habere; [3] veſcendi cauſſa, terra marique om-

gignant neceſſe eſt, nullo ſenſu. lege ergo ex Vincentio, *falceſque maxillae in hum.* Priſcian. 1186. *quippe* q. honeſte u. l. p. t. ab. p. *Regius* abuti per t. p. *J. Waſſe.* Cultum accipimus pro elegantia, quæ apud veteres pro vitio ſaepius reponebatur; quod Catonis auctoritate probat *Gellius*, ſcribens elegantiam, ſed quae minus laeto amoenoque cultu eſſet. *Cultus* ad hoc apud veteres nunc in bonam, nunc in malam partem accipiebatur. Horatius:

> *Mundus erit, qui non offendet ſordibus,*
> *atque*
> *In neutram partem cultus miſer.*——

Bonon.

1 *Non minor inceſſerat*] Meus liber *non minus*, ut in Orat. Lepidi, *homines maxumi nominis, non minus optimis, majorum exemplis:* & Tacit. Annal. XIII. *Non minus inſignis eo anno impudicitia.* Idem tamen lib. III. *Hinc*, inquit, *Gracchi & Saturnini, turbatores plebis, nec minor largitor nomine Senatus Druſus.* Et in eodem MS. lib. paulo poſt eſt, *viros pati muliebria.* Ciacconius.

2 *In propatulo*] Ἐς τὸ προφανὲς, ſervant praepoſitionem ſummo conſenſu libri ſcripti & editi; nec aliter locuti *Gellius* XVIII, 10. XIX, 4. *Lactant.* III, 16. *Apulejus* Apol. I, 1. & ter. in Metam. *Tacitus* IV, 74. An. XV, 43. *Columella* praefat. ad lib. IX. & ſic Codex Arondelianus, quem cum editis olim contulimus. *Plinius* Epiſt. I, VIII. *Nepos* Hannib. cap. IX. & ſic Codex Col. Trin. apud Cantabr. *Conſtantinus* Imp. in Ep. ad *Porphyrium* Panegyriſtam. *Aldhelmus* de laud. Virg. cap. I, & cap. II. *Claudius Mamertus* III. p. 747. at *Mela* I, 19. *Moſſyni* propatulo *veſcuntur, promiſcue concumbunt.* Cicero addit ſubſtantivum, VI, Verrin. *In aperto ac* propatulo loco. *Auguſtinus* de Civ. D. II, 6. nove utitur; *Praebentur* propatula *pudendis, & ſecreta laudandis.* Summam impudentiam innuit *Salluſtius*; nam in re turpi, *Etſi non tenebras, at quiddam nubis opacae Quaerimus; atque aliquid luce patente minus.* J. Waſſe.

3 *Veſcendi cauſſa t. m. omnia*] *Cauſſa* abeſt Tholoſano; pro *exquirere* Colonienſis *inquirere*, ex quo Palmerius *anquirere* extundit. ab eodem libro abeſt *omnia.* Et certe qui *terra marique* exquirunt, *omnia* videntur exquirere. Sed eleganter πλεονάζει. *Lucret.* III, 848. *Fingens arbor homoque videtur:* & omnia *de genere* omni *Maxima quae vidit quiſque haec ingentia fingit: Cum tamen* omnia *cum* coelo terraque marique, *Nil ſint ad ſummam ſummai totius omnem.* Sed haec nimis Poetica. Cicerone teſte V. de Fin. *tertia natura ſic ab his inveſtigata eſt, ut nulla pars*, coelo, mari, terra, *ut poetice loquar.* Apuleius Florid. pag. 793. *medendi remedia mortalibus latis pecuniis* terra coeloque & mari conquiſita. Quod ſi aliquid in hoc loco novandum, vocem *omnia* in *omni* refingerem, eodem auctore Cicerone in Piſonem. *Erat non ſolum domus mea ſed totum palatium, ſenatu, equitibus Romanis*, Civitate omni, *Italia cuncta refertum:* & in lib. *de Fin.* Omne coelum *totamque terram, cum univerſo mari.* At noſter egregie ſe tuetur de Rep. Ordin. *Quia tibi* terra & mari *ſimul* omnia *componenda ſunt.* Lucanus I. 110. *Quae mare, quae terras, quae* totum *poſſidet orbem.* Ibi habes *orbem* vice *omnia.* Petronius, *orbem* vocibus, *terra, mari,* ſolis lunaeque *curſibus*, explicat. Orbem *jam* totum *victor Romanus habebat, Qua mare qua terra qua ſidus currit utrumque.* apud Noſtrum in Jug. *cuncta* eodem modo abundat: *prorſus* nihil *intactum, neque quietum pati:* cuncta agitare. & *multi* infra, *juxta boni*

nia

Digitized by Google

nia exquirere; dormire prius, quam ſomni cupido eſſet; [1] non famem, aut ſitim, neque frigus, [2] neque laſſitudinem opperiri, ſed ea omnia [3] luxu antecapere: haec juventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. Animus imbutus malis artibus, haud facile libidinibus carebat: eo profuſius omnibus modis quaeſtui, atque ſumtui deditus erat.

malique, ſtrenui & imbelles multi *obtruncati.* Apuleius p. 37. *Periander rex qui Corinthi regnavit;* omnia terra & mari *Romanis ſubjugavit:* at quid illi cum *Romanis?* lege *armis.* Nec *longe* abit *Cicero* II. Verrin. *Ut aliquando vere viderentur* omnibus *gentibus ac nationibus* terra marique *imperare;* omittit *omnia* Seneca de Vita Beata cap. XI. etiam *Plautus, Aut* terra aut mari *alicunde evolvam id argentum tibi.* Lucanus IV, 373. *O prodiga rerum Luxuries, numquam parvo contenta paratu,* Et quaeſitorum terra pelagoque *ciborum Ambitioſa fames, & lautae gloria menſae, Diſcite quam parvo liceat producere vitam, Et quantum natura petat.* &. X, 155. *Infudere epulas auro* &c. *Quod pelagus Nilusque dedit, quod luxus inani Ambitione furens* toto quaeſivit in orbe, *Non mandante fame.* Thucydides I, 2. Τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης, οὔτε κατὰ γῆν, οὔτε κατὰ θάλασσαν. Iſocrates, Οἱ γῆς καὶ θαλάσσης ἄρξαντες. & alibi, ἢ τὴν κατὰ γῆν καὶ τὴν κατὰ θάλατταν λαβεῖν. J. W.

1 *Non famem aut laſſitudinem, non ſitim, neque frigus opperiri, ſed omnia luxu antecapere;*] Lego ex Manuſcriptis, *non famem aut ſitim, neque frigus, neque laſſitudinem opperiri,* quomodo item Aldinum exemplar. Eſt in duobus tamen Manuſcriptis, *non famem, non ſitim,* &c. quomodo Codex quoque Beroaldinus. *Rivius.* Non f. abeſt *non* L 1. 3. at L 2. *non f. non fr.* & ſic Mark. γ. *J. Waſſe.*

3 *Luxu antecapere*] Capitolin. de Gordiano Cap. VI. *Somni plurimi, ita ut in Tricliniis ſi forte apud amicos ederet, etiam ſine pudore dormiret: quod videbatur facere per naturam, non* per ebrietatem aut luxuriam. Hinc apparet quid ſit *alia fames* apud *Juvenalem* IV, 137. nempe, οὐκ ἀπὸ τῶν πόνων, ut loquitur *Onoſander* p. 19. *noverat ille Luxuriem imperii veterem* noctesque *Neronis Jam medias,* aliamque famem. *Interpres vetus* accipit de obſcoeno oris uſu, ſed rectius ineditus *Scholiaſtes* penes me, *de famo luxu arceſſita,* vomitione *nimirum & lavacris;* adducit enim locum *Suetonii* in Sexto, i. e. Neron. 27. *Epulas a medio die ad* mediam *noctem protrahebat: refotus ſaepius calidis piſcinis, ac tempore aeſtivo nivatis.* Et pro, *ad mediam noctem* Schol. *uſque ad.* f. legendum *uſque mediam.* Florus III, 12. *unde P. Rom. agros & cibaria flagitaret, niſi per* famem *quam* luxus *fecerat.* Vide Senecam Epiſt. 88. 122. & *Arnobium* VII, p. 231. *Siculo Scarus aequore merſus, Ad menſam vivus deducitur: inde Lucrinis Eruta littoribus vendunt conchylia coenis,* Ut renovent *per damna* famem. *Sidonius* lib. 1. Ep. 9. *Excuſſo torpore meridiano. paulisper equitabamus, quo facilius pectora marcida cibis,* coenatoriae fami *exacueremus.* famemque hoc pacto obſonabant: Quomodo ſitim antecapiebant illi, docebunt *Arnob.* I, p. 7. *Numquid ideo dicenda ſunt nubila inimica obductione pendere, quia libidini non permittitur ocioſae rutilare ſe flammis, &* cauſſas potionibus praeparare. & *Columel.* in praefat. *exucto ſudore* ſitim *quaerimus.* Gell. XVI, 3. IX. 429. vid. *Meurſium* alioſque de Luxu Romanorum. *J. Waſſe.*

Digitized by Google

XIV. [1] In tanta tamque corrupta civitate, [2] Catilina id quod factu facillimum erat, [3] omnium flagitiorum atque facinorum circum ſe, tanquam ſtipatorum catervas habebat. Nam, quicumque impudicus, [4] adulter, ganeo; manu, ventre, pene, [5] bona patria laceraverat; qui-

1 *In tanta itaque tamque*] Tres MSS. *C. Popmae* & *Plantini* in Marg. at *Auguſtin.* III. 2. C. Dei a vulgatis ſtat. *J. W.*

2 *Catilina, id quod factu facillimum erat,*] In Naz. & Pal. ſec. initio fuerat, *actu*; vox ultima *erat*, ſupervacua videri queat. *Gruterus.*

3 *Omnium flagitioſorum atque facinoroſorum*] Alii *flagitiorum atque facinorum*, legunt; ad eam formam qua *ſervitia, imperia*, pro *ſervis* ac *imperatoribus* dicimus: & *ſcelus* pro *ſceleſto*, apud Terentium. Salluſtius etiam ipſe fugiſſe videri poterat longiſſimorum verborum monſtroſam illam enunciationem, nempe *flagitioſorum* ac *facinoroſorum*. Exemplar tamen Gothi ita habebat, longiore illo ſyllabarum tractu. Sed judicet Lector. *Glareanus.* Ita etiam Codd. noſtri meliores, neque dubium quin ita ſcripſerit auctor; non, *flagitioſorum atque facinoroſorum*, conſulantur annotationes Glareani. *Gruterus.* Fuit antea *flagitioſorum*, ſed pro altera lectione ſtant in primis Exemplaria Rivii, Fabricianum & ſcripti Codices. Sic etiam Aldinus, Merſeburg. Florent. at omnes C. Popmae, Oxonienſes, Martin. Markii γ. *flagitioſorum* atque *facinoroſorum*; ut & ipſe Salluſtius III. Hiſt. *flagitioſorum poſtremus*. Regius *Flagitiorum atque facinorum* L. 1. 3. & Markii λ. a manu prima; quemadmodum & B. Pub. primitus habuit. Cicero tamen II. Catilin. §. 22. illud alterum maluit. *Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorum, denique omnium* facinoroſorum: *quos ego a Catilina non revoco.* Saepius tamen in hiſce vocibus lapſi ſunt prae nimia feſtinatione Librarii. Hegeſip. IV, 27. *Fervebant ſtudia rapinarum*, probroſorum *cupiditates*: ibi C. C. C. *probroſorum*. J. Waſſe.

4 *Adulter, ganeo, alea,*] Τὸ *alea* non eſt in MSS. *Rivius.* Addendum *aleo*, quod monuerunt alii, ut reſpondeat illi *manu*, & ſic reperi in tribus ſcriptis. *Naevius* apud Feſtum, *Peſſimorum peſſime, audax, ganeo, lurco, aleo.* Putſchius. V. Palmerii Notas; *gerro, iners, fraus, helluo, ganeo damnoſus.* Terent. Heautont. V. 4. Glareani antiquum exemplar habebat *alea*. J. W. Aliae editiones voce amplius, *pene, alea, bona &c.* cujus veſtigium nullum in innocentiſſimis libris, Com. Naz. Pal. ſec. tert. quint. ſed nec eodem loco viſitur in caeteris: nam Pal. quartus poſitam habet loco ultimo; ſextus, nonus, tertio: decimus ſecundo; undecimus, duodecimus, primo: at quintus exhibet, *adulter, alea ganeae, manu, ventre &c.* quorum teſtimoniorum diſſenſu, ipſa ſeſe prodit falſitas; nimirum *alea* tunc temporis, appendicula erat majorum flagitiorum. qui *aleo* infarciunt, ut reſpondeat *manu*, minus callent mores Romanorum. *Gruterus.* Apte conjungit *Livii* Epit. 50. *jacente eo in* ganeo *&* luſtris. *Suetonius* Calig. XI. *Prodigis epulis, & ſumtu* ganeaque *ſatiare inexplebiles Vitellii libidines.* Lactant. III, 26. *Da libidinoſum*, adulterum, ganeonem, *jam ſobrium, caſtum, continentem videbis.* Confer *Ciceronem* I. Catilin. §. VII. &, pro M. Coelio §. 13. J. W. *Alea* omittit Popma. vox *pene* olim non fuiſſe in obſcoenis teſtatur Cic. lib. 9. Ep. ad Papirium Paetum. & vide Piſonis fragmentum. *C. Popma.*

5 *Bona patria diſſipaverat*] In MSS. eſt, *laceraverat*; ſicut & in impreſſis vetuſtioribus, pro, *patrimonium confecerat*. Quod ad ſenſum tamen attinet, prior lectio bene habet: nam & apud Ciceronem eſt, *diſſipare fortunas, diſperdere & diſſipare patrimonium.* Rivius. Legitur & *diſſipaverat*, id eſt, diſperſerat. *Diſſipare* enim eſt diſpergere ut pereat, vel

que

que [1] alienum aes grande conflaverat, quo flagitium, aut facinus redimeret; praeterea, [2] omnes undique parricidae, ſacrilegi, [3] convicti judiciis, aut pro factis judicium timentes, ad hoc, quos manus atque lingua [4] perjurio, aut civili ſanguine alebat; poſtremo, omnes quos [5] flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, ii Catilinae proxumi, familiareſque erant. Quod ſi quis etiam a culpa va-

ignominiae cauſa. Porro *laceraverat*, quidam auctoribus libris veteribus conantur emendare in *lancinaverat*, quo verbo *Catullus* uſus eſt, nec non *Plautus* in Mercatore, Arnobiuſque. Tertull. quoque adverſus Judaeos, *qui ante norunt lanceare, quam lancinare.* Gloſſarium *Lancinat*, κρεανομίζει, ſed & *lacerare* rectum erat. *Celer*. Sic Codd. noſtri omnes. Plaut. Mercat. *Objurgare pater, haec me noctes dies Perfidiam, injuſtitiam lenonum expromere*, Lacerari *valide ſuam* rem, *illius augerier.* Noſter Fr. I, 12. *Largitionibus Remp.* lacerari. *Tacitus* Hiſt. III, 55. *Latium externis dilargiri: his tributa dimittere; alios immunitatibus juvare: denique nulla in poſterum cura*, lacerare imperium. Cato de Achaeis Fr. LXII. *Quomque Annibal terram Italiam* laceraret *atque vexaret.* J. W. Ita noſtrum tredecim, ideoque vix admittemus aliorum lancinaverat. *Gruterus*.

1 *Alienum aes grande conflaverat*] Sic infra: *aes alienum grande conflaverant.* Cicer. *Conflare pecuniam*, dixit pro Sextio: *Quae ratio aut auferendae, aut conflandae pecuniae.* Sed ibi aliud eſt. *Ciaccon*.

2 *Omnes undique*] Codex B. Pub. non agnoſcit *undique*, male. *Cicero* pro Seſtio § 103. *Non ſum tam ignarus* &c. *ut* omnes undique *floſculos carpam ac delibem.* Virg. *ſemel tantum*, Aen. II, 498. *quos* omnes undique *Grajae Circumerrant acies.* Huc alludit *Hegeſippus* II, 6. *Cui debebatur* parricida, ſacrilegus, *inceſtus*, ita enim diſtinguendum. Ibi Codex B. Pub. *ob gravia ſacrilegii.* J. W.

3 *Convicti judiciis*] Auguſtin. III. I. Civ. Dei. *corrupti in judiciis.* Sic Benedict. Ed. & Codex Reginenſis. Sed illud *convicti* recte habet, de praepoſitione tantum ampliandum; utroque modo loquuntur idonei auctores. *Sueton*. Tito 9. convictos in *affectatione imperii*, & Claud. 14. in *majore fraude* convictos. Idem tamen Nerone. Cap. 31. convicti *ſcelere. Illum autem unde petebatur, hominem eſſe non bonae rei, vitaque turpi & ſordida*, convictumque *vulgo* in mendaciis. *Gellius* XIV, cap. 2. pari fere forma etiam *Apulejus*. Apolog. p. 403. *eo ſane facilius*, quod *jam, ut dixi, mentiens apud Praefectum Urbis in* ampliſſima cauſa convictus eſt. Plin. N. Hiſt. XVIII, 3. *frugem ſecuiſſe puberi XII tabulis capitale erat: ſuſpenſumque Cereri necari jubebant, gravius quam* in homicidio convictum. Sulp. Severus Hiſt. Sacr. II, 45. *Multis atque infandis criminibus convictus.* Cicero ſemper omittit praepoſitionem: & ſic fere JCti. infra, *quotidiano uſu* &c. nam *quotidianus* uſus aeque ac cognatio valet ad amicitiam conciliandam. conjunxit ergo *Aeſchylus* Prometh. Τὸ ξυγγενές τοι δεινὸν, ἥ θ' ὁμιλία. Confer *Thucydidem* III, 10. J. Waſſe.

4 *Perjurio, aut ſanguine*] Ita Commeus, ita quos excuſſit *Bongarſius*, ita novem de Palatinis duodecim: unus enim deſtituitur copula ſolum, ſeptimus & duodecimus habent *atque*: quod aliis quidem impenſe probatur, ſed non etiam mihi; neque enim video cur tali nexu minus reſpondeat, *perjurium* linguae, manus *ſanguini*: quid quod faciunt pro nobis *Auguſtini* Codd. ſcripti, quos conſului omnes. *Gruterus*.

5 *Flagitium egeſtas*] Egeſtas abeſt à Codd. B. Pub. & infra, pro *amicitiam ejus*. V. Bellovacenſis habet *am. pravorum*, p. 185. Hiſtor. *J. W.*

cuus

Digitized by Google

cuus in amicitiam ejus inciderat; quotidiano uſu, atque illecebris, facile par, [1] ſimiliſque caeteris efficiebatur. Sed [2] maxume adoleſcentium familiaritates appetebat: eorum [3] animi molles, & aetate fluxi, dolis haud [4] diffi-

1 *Similiſque caeteris efficiebatur*] In Frontone, haec recitante in verbo *Similis*, omiſſa eſt copula, *que*: & ſane abſque ſententiae detrimento abeſſe poteſt. *Manutius*. Vinc. Bellov. *efficitur*. J. W.

2 *Sed maxime adoleſcentium familiaritates appetebat.*] Haec vera lectio, contra quam eſt in recentioribus libris, ubi ſuperſunt quaedam. Sic autem codices habent in pergamenis deſcripti & ex impreſſis plerique. *Rivius*.

3 *Animi molles, & aetate fluxi*] Adoleſcentes *fluxo ingenio* Victor. Caeſ. 20. etiam, *fluxam* ſenio *mentem* Tacit. A. VI. 38. *Druſus* animi fluxioris, *remiſſioriſque vitae erat*. Sueton. Tiber 52. Martial. V. 44. *Spadone cum ſis eviratior* fluxo. *Dracontius* de Eva ad fraudes opportuna hoc verbum uſurpat. *Aggreditur ſub voce pia, ſermone maligno Inſidioſus adit, heu* mollia corda *puellae*: Et Tertullian. in Geneſ. *Foeminea teneat ſub pectore* mollia corda. eo ſenſu, *Udum &* molle *lutum*. Confer Cic. Catilin. I. §. 6. pro Coelio. §. 9. infra *obnoxios facere*: hoc eſt, νέυς ἐκτραχηλίζειν apud *Plutarch*. de Lib. Educ. & *Lucianum* in Toxari. *J. Waſſe*.

4 *Difficulter*] Vincentius Bellovacenſis in Speculo Hiſtoriali bis legit, *difficile*. Noſter J. 87. *Illis* difficile eſt *in poteſtatibus temperare*; & *difficile factu*, ſed nunquam pro *difficulter*. De hoc verbo *Cledonius* pag. 1921. *Facile & difficile quae ut pro adverbiis ponuntur, nomina potius eſſe ducenda ſunt, multi dubitant* facile & difficile, *utrum nomina ſint, an adverbia*. Haec habuit ille ex *Diomede*, quem vide lib. I. pag. 401. *Apulejus* III. Florid. quod difficile factu *erat, quodque revera arduum nobis exiſtimabatur*. Ulpianus Dig. I. 18. 13. de officio Procos. *quod non* difficile obtinebit; *ſi ſollicite agat, ut malis hominibus Provincia careat*. Gloſſae vero *difficile* δυσχερῶς, χαλεπῶς. *Deinde quia* difficile *plebs convenire coepit*. Pompon. D. de Orig. Juris, lib. I. Tit. 2. L. 2. §. 9. & ſic ff. de Leg. 3. L. Sejo. & L. *haeres meus* §. uxori. Cicero de Inventione lib. 2. §. 169. *Atque in iis omnibus, quae ante dicta ſunt, quid* difficulter *fieri & quid facile fieri poſſit, oportet conſiderare*. ubi Membranae Petrenſes pro *difficulter*, in interlineari ſpatio exhibent *legitur difficile*; & ita ſane legendum. Sic enim infra, *Facile fieri id dicimus, quod &c.* Difficile *autem fieri quod quamquam laboris ſumtus* &c. *indiget* &c. *tamen his ſuſceptis difficultatibus ad exitum perduci poteſt*. Apulejus in Apolog. p. 275. Elmenhorſtii circa princip. *Quod utinam tam gravia formae & facundiae crimina vere mihi opprobraſſet, non* difficile *ei reſpondiſſem*. Et I. 479. Pariſ. ed. *Etiam orbis a figulo circumactus*, non difficile *ejuſdem valetudinis hominem vertigine ſui corripit*. Et p. 562. *Hoc quidem multis carminibus* difficile impetravi. *Bibaculus* apud *Suetonium* de Illuſtr. Gram. *Mirati ſumus unicum magiſtrum Summum Grammaticum, optimum poetam, Omnes ſolvere poſſe quaeſtiones, Unum* difficile *expediri nomen*. Plin. Nat. Hiſt. XI. cap. 18. *Nec ſentire ictus apum ranae traduntur. Inimicae & oves*, difficile ſe *a lanis earum explicantibus*. Et lib. XVII. cap. 23. *diu dolent talia quoque hulcera, &* difficile ſaneſcunt, *algendo nimis aeſtuandove*: 24. cap. 120. *Diocles* difficile parientibus *ſemen ejus dedit*. Sic etiam lib. XX. cap. 13. §. 51. &, XXVI. §. 29. lib. XXVII. §. 94. Juſtin. ſolus fere ex Hiſtoricis. Nec difficile *ſaucios adhuc ex ſuperiore congreſſione, integer ipſe viribus ſuperat*. Sed illud alterum retinent Codd. *J. W.*

culter

Digitized by Google

culter capiebantur: [1] nam uti cujuſque ſtudium ex aetate flagrabat, aliis ſcorta praebere; aliis canes atque equos mercari: poſtremo [2] neque ſumtui, neque modeſtiae ſuae parcere, dum illos obnoxios, fidoſque faceret. Scio fuiſſe nonnullos, qui ita exiſtumarent; juventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeſte pudicitiam habuiſſe; ſed [3] ex aliis rebus magis, quam quod cuiquam id compertum foret, haec fama valebat.

XV. Jamprimum adoleſcens Catilina multa [4] nefanda

1 *Nam uti cujuſque ſtudium ex aetate flagrabat,*] Eſt quidem in pleriſque, *ut cujuſque ingenium*, ſed perperam, ut opinor; nam & *ſtudium* eſt in Manuſcriptis & eodem modo *Felicius Durantinus* legit. Namque hunc ſenſum reddens, Ut eorum diverſa ſtudia perſpexerat, inquit, ſic diſſimili ratione in ſuam familiaritatem illexerat. *Rivius.* Solus γ *ingenium.* abeſt *ſtudium* Ball. noſter, *ſtudia accenſa.* Cic. Orat. III, 127. & alibi *flagrans ſtudium, ſtudio*, &c. Ar. *cujuſquam.* J. Waſſe.

2 *Neque ſumptui, neque modeſtiae ſuae parcere,*] Commelinianus non habet, *ſua* neque admodum deſidero. *Gruterus.*

3 *Ex aliis rebus magis, quam quod cuiquam id compertum foret,*] Naz. ſubductam habet linea vocem *quod*, & vero non agnoſcunt etiam libri quos contulit *Bongarſius*, non Commelinianus meus, non Pal. tert. quart. ſext. oct. non dec. undec. duodec. *Gruterus.* Pro *quod* Regius *&*, forte fuit antiquitus *ut*. Locum ſubobſcurum, ita fere vertit Plutarchus in Mario p. 412. *ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰκασμῷ μᾶλλον ἢ κατὰ βέβαιον ἱστορίαν λέγεται.* *J. Waſſe.*

4 *Nefanda ſtupra*] Quippe qui adulterium commiſiſſet cum ea, quae ei poſtea ſocrus fuit, & ex ſtupro duxiſſet uxorem, cum filia ejus eſſet; Luccejuſque haec ei objeciſſet in orationibus quas in eum ſcripſit, ut ait *Pedianus*, qui hoc addit, *ſe nondum harum mulierum nomina inveniſſe.* Ejuſdem *Pediani* ibidem verba ſunt haec: *Fabia, virgo Veſtalis cauſſam inceſti dixit, cum ei Catilina objiceretur; eratque abſoluta haec Fabia, quia ſoror erat Terentiae Ciceronis.* Paulus quoque Oroſius: *Eodem anno apud Romanos Catilina accuſatus inceſti; quod cum Fabia virgine Veſtali ſtuprum commiſiſſe arguebatur.* Idem tradit Plut. in Catone. Cicero autem: *Quod nefarium ſtuprum non per illum, &c.* Item: *ſtuprorum & ſcelerum exercitatione aſſuefactus.* Manutius. Aſconii verba ſic diſtingui debent, *eratque abſoluta. Haec Fabia, quia ſoror erat Terentiae Ciceronis, ideo ſic dixit:* [Cicero nimirum] Etiam ſi culpa nulla ſubeſſet: *ita & ſuis pepercit, & nihilo levius inimico ſummi opprobrii turpitudinem objecit.* Aſcon. ad Orat. in Toga Cand. p. 433. Ed. Gronov. unde apparet eum nihil minus dixiſſe quam abſolutam eo nomine Fabiam, quia erat ſoror. *J. W.* *Multa nefanda ſtupra fecerat, cum virgine nobili, cum ſacerdote Veſtae.* Duo genera ſtuprorum intelligat neceſſe eſt; alioquin admodum ſuſpectanda illa, *cum virgine nobili*, tanquam a manu interpretis; Commelini codex vetuſtate ipſa exeſus, aliud quid videtur habuiſſe: ſed non potui oculis aſſequi, ſi liceret, ſuſpicarer, duo illa membra, *cum virgine nobili, cum ſacerdote Veſtae,* eſſe a gloſſa: nam quid heic auctor pro confeſſo ac certo ponat, cujus nec ipſe Catilina, neque Veſtalis convinci potuit? ut enim dicatur convictus quidem, ſed evaſiſſe, gratia Catuli, hoc fuerit accuſare ipſos judices; quod odioſum nimis, ſi non: at verbulo ſaltem

ſtupra fecerat, cum virgine nobili, cum ſacerdote Veſtae, [1] alia hujuſcemodi contra jus, faſque. Poſtremo, captus amore Aureliae Oreſtillae, cujus, praeter formam nihil umquam bonus laudavit; quod ea nubere illi dubitabat, timens privignum [2] adultum aetate; pro certo creditur, necato filio, [3] vacuam domum ſceleſtis nuptiis feciſſe,

indicandum erat. *Gruterus.* Eam ſignificare Salluſtium exiſtimo, quae poſtea fuit Catilinae ſocrus. de qua Cicero mentionem facit: *Cum deprehendebare in adulteriis, cum deprehendebas adulteros ipſe, cum ex eodem ſtupro tibi & uxorem, & filiam inveniſti.* Quae verba ita interpretatur Aſconius: *Dicitur Catilina adulterium commiſiſſe cum ea quae ei poſtea ſocrus fuit: & ex ſtupro duxiſſe uxorem, cum filia ejus eſſet. Haec Lucceius quoque Catilinae objicit, in orationibus quas in eum ſcripſit. nomina harum mulierum nondum inveni.* Hactenus ille. Quibus ex verbis intelligimus, nomen mulieris hujus a Salluſtio, & ab aliis propter nobilitatem generis ſuppreſſum eſſe. Sic quoque Salluſtium non feciſſe mentionem de filia, ne aperte mulierem notaret. *Plutarchus* in Cicerone tantum id ſcribit, Catilinam cum filia virgine coiſſe. Potuit Salluſtius aliam quandam virginem intelligere; nos autem quid tertius afferamus, non habemus. *Caſt.*

1 *Et alia*] Vulgati copulam retinent; at Markiani, Arond. Reg. δ. L 2 &, niſi fallor, Pemb. Bibl. Pub. Norvic. quorum auctoritate induxi. Noſter alibi, *Magiſtratus ſacerdotia rapinas*, alia *omnia.* Et, *lapides, ignem*, alia *praeterea tela.* edd. pro *poſtremo* L 3. & Venet. *poſtremum* non ineleganter, ſed contra omnes Codices. Caeterum de Catilinae moribus confer Ciceronem pro Sulla §. 70. *J. Waſſe.*

2 *Adultum aetate*] Poſtrema vox apparet in omnibus exemplaribus & quidem eleganter. Lucretius III. *Inde ubi robuſtis* adolevit *viribus* aetas. Virg. Æn. XII. *Matura* adoleverit aetas. II. Georg. *Ac dum prima novis* adoleſcit *frondibus* aetas: pro quo, *Ovidius* Faſt. V. adolevit annis. Cicero. *Ac mulieres* adulta aetate, &, V. Verrin. aetate adulta *puer.* Et eadem forma apud *Catullum* in Priapum: *In urbem* adulta lacte *portat ubera.* J. W.

3 *Vacuam domum*] *Nuptiis vacuam* Balliol. & L 3. B. Pub. ſupra v. *domum vacuam*, ſed recent. manu repraeſentant. L 2. *vacue* f. quomodo locutus etiam Hegeſippus 1. cap. 41. *regnumque indignis haeredibus* vacuefactum: idem vero cap. 44. vacua eſt *domus Novercae filio.* MSS. tres *vacuata*, quo loco obiter tollam mendum foediſſimum quod omnes huc uſque edd. obſedit. *Dolui, quod ii quibus regni ſpem dederam* &c. *adverſum me improba machinarentur*: ſed nunc *non patrem ſed Antipatrum oderant.* Membranae loco v. nunc, *in me* clare exhibent. Sicque omnino legendum, loquitur enim de filiis Antipatri fraude dudum peremtis. Firmat *Joſephus* B. Jud. 1. 20. Τοῖς υἱοῖς κατ' ἐμαυτοῦ παρώξυνα δικαίας αὐτῶν ἀποκόψας ἐλπίδας δι' Ἀντίπατρον, ſupra. οἱ τεθνήκασι τὸ πλέον Ἀντιπάτρῳ. Sed ut ad locum *Salluſtii* revertamur, potiores Codd. tam mei quam aliorum *vacuam domum* retinent. Et recte quidem. Cic. Catilin. 1. *Quid vero nuper cum morte ſuperioris uxoris novis nuptiis* domum vacuam feciſſes. Livius 1. 46. *Arnus Tarquinius & Tullia minor, prope continuatis funeribus, quum* domos vacuas *novo matrimonio* feciſſent, *junguntur nuptiis.* Pro, *certo*, Codex Pembr. *profecto.* Appian. p. 107. δόξας ποτὲ καὶ υἱὸν ἀνελεῖν δι' Αὐρηλίας Ὀρεστίλλης ἔρωτα, οὐχ ὑφισταμένης παῖδα ἔχοντα γήμασθαι. Markii λ. *vacua domum.* Sed ſupra, *quaſi paratam*, unde ſuſpicari libet *m* literam incu-

Quae

Digitized by Google

Quae quidem res mihi in primis videtur cauſſa fuiſſe facinoris maturandi. Namque animus impurus, Diis, hominibuſque infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ſedari poterat: [1] ita conſcientia mentem excitam vexabat. Igitur

ria omiſſam. Idem de Oppianico in Saſſiae nuptiis narrat Cic. pro Cluent. §. 27. *J. Waſſe.*

1 *Ita conſcientia mentem exagitatam vaſtabat.*] In MSS. duobus reperi *excitam*, ac ſic, ni fallor, exemplar Aldinum habet. *Sed* & *vexabat* in quibuſdam eſt, *pro vaſtabat*; velut in duobus calamo deſcriptis, & Florentino; quomodo & Riccius Lugienſis alicubi ſe legiſſe teſtatur. *Rivius.* Alii libri, *vaſtabat*. Infra in Orat. II. ad Caeſarem de Rep. Ord. hoc latius explicat: *Profecto ſi id accidat, neque tibi nox, neque dies, curam animi ſedaverit, quin inſomnis, excitus, furibundus atque amens, alienata mente feraris.* Eleganter ſuper hoc verbo diſſerit *Agellius* lib. II. cap. VI. & Macr. in Saturn. lib. VI. cap. VII. ſub doctiſſimi Doct. Servii perſona; quae etiam in noviſſima P. Danielis editione leguntur, ut & multa quae alibi ſub Servii nomine apud eoſdem & Priſcianum leguntur. Errant igitur, & quidem vehementer, meo judicio, qui nimis ſane hiſce commentariis detrahunt, ſed ut veros ac genuinos omnino praeſtare non auſim, ſic multis in locis ex marginalibus interpolatos aſſerenti, non repugnabo. *Putſchius.* Ita fere Pal. niſi quod loco *vexabat*, eorum decem ſervent *vaſtabat*; quomodo & Com. meus, editioque vetus. Pal. praeterea quintus ſervat, *excitatam*; octavus *exitam*: at Naz. videtur primo habuiſſe *extitam*, ut per compendium ſcripturae *exterritam*, ſive etiam *exercitam*, & vero alterutrum propoſuerim vulgato, ſed nec omnino etiam diſplicet *vaſtabat*; niſi ſi id mutandum in *verſabat*. Gruterus. *Verſabat* Digb. *vaſtabat* λ. Arond. L 1. & *Caſtilioneus* Reg. L 2. Venet. 1470. 1478. *vaſtabat mentem* Vincentius. *Vexabat* γ. Mart. Bad. Valla, Zanchius. Codex B. Pub. *vexabat*, a manu prima. Conſtat ex litura Codicem Pembr. habuiſſe primo *vaſtabat*, ex quo poſtea correctoris manu factum *vexabat*: de voce *excitam* nihil dubitandum cum Nazar. primitus habuerit *extitam*: noſtri omnes *excitam*. Noſter de Rep. Ord. Ep. II. *Quin in ſomnis* excitus *atque* amens *alienata mente feraris.* Arnobius VII, p. 236. de vino: *quod in inſanias & furores* mentes *ſaepius praecipitavit* excitas. *Ovidius* Met. II. *Nec fruitur ſomno vigilantibus* excita curis. *Seneca* Hyppol. mente pavida exciti *ſonipedes*. Livius: *Extremos tamen pavor* cubilibus *ſuis* excitos. Quicquid de ſede ſua motum eſt dici ſolet *excitum*, inde fere jungitur cum *amentia*, hoc eſt, cum eo cujus mens a ſuo cardine emota eſt; & hoc ſenſu utuntur *Livius, Vellejus, Tacitus.* Verbo *vexat* uſus in hac re *Cicero* pro Roſcio Amer. *Sua quemque fraus, & ſuus terror maxime* vexat, *ſuum quemque ſcelus* agitat, *amentiaque afficit, ſuae malae cogitationes, conſcientiaeque animi terrent.* Si quis *verſat*, cum ſummo viro *R. Bentlejo* reponendum putaverit, poteſt ſe tueri hiſce & ſimilibus bene multis. *O Tite, ſi quid ego adjuro curamve levaſſo, Quae nunc te coquit & verſat ſub pectore fixa, Ecquid erit pretii?* Sed de *vaſtare* ampliandum. Etſi enim inveniri nequeat hoc ſenſu, tamen recte dici quis neget. Mens humana ſaepiſſime vocatur *arx, templum, ſacrarium*, & ſub hac imagine *conquaſſatur* & *corruit* apud *Lucretium*, labat apud *Celſum*, & *corrumpitur, deſtruitur*, aliis. Hinc *ruina* de ea uſurpat *Ovidius* epiſt. *Illa fuit* mentis *prima* ruina *meae.* Quod ad ſenſum loci attinet, audi *Demoſthenem* de falſa Legat. p. 227. Τὸ συνειδέναι πανταχόσε ἑαυτοῖς τὰ πεπραγμένα, (ὥσπερ παρεμπεσὸν) τὴν θρασύτητα τὴν τούτων· τοῦτο ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν· ἐμφράττει τὸ στόμα· ἄγχει· σιωπᾶν ποιεῖ· pro, exci-

 colos

Digitized by Google

colos ejus exſanguis, foedi oculi; ¹ citus modo, modo² tardus inceſſus: prorſus in facie, vultuque vecordia inerat.

tam L 2. quidam C. Popmae *exagitam* male. *Hegeſippus* 1, 37. praerupto furore *excitatus*. Lege ex Cod. B. Pub. *excitus*. J. W.

Igitur color ejus exſanguis, foedi oculi;] Probus grammaticus legitu *colos exſanguis*. Ejus verba ſubjiciam: *Lor*, in quit, *tertiae ſunt declinationis, o in nominativo correpta, in genitivo producta, ris ſyllaba terminato hic calor pallor, caloris palloris, color coloris; quamvis* Salluſtius, *Igitur colos exſanguis; ſicut labos & labor.* meminit hujus & alias idem, nempe pag. 1456, & 1467. Ex manuſcripto legendum ſuſpicor, *colos ei exſanguis*, quomodo & Pariſienſe, non, *ejus*. Porro *foedos oculos* dixit, pro eo quod eſt, ſaevitiam & immanitatem prae ſe ferentes, quomodo hic accipi *foedum*, cum in Eunuchum Donatus, tum Servius in 11. Aeneid. adnotavit; nam alias fere *turpe* ſignificat *& flagitioſum*. Rivius. Naz. & Com. *colore exanguis*, ſine *ejus*; qua dictione etiam deſtituitur Pal. octavus, in quo, *color exanguis*. Pal. ſec. habet *color ei exſanguis*; ceteri adſtipulantur lectioni primae. *Gruterus*. Reg. *color exanguis*; hoc eſt *Vitruvii* verbis, VIII, 7. *Color pallore occupatus*. Sic L 3. Balliol. ſed L 1. *ejus* interponit uti & Mart. Venet. 1478. & Magdal. Digb. Joan. ex recentioribus omnes. At quia Nazar. & Com. habent *colore exanguis* omnino legendum autumo *color ei*, uti Pal. 2. MS. Rivii & exemplar Pariſienſe, & diſerte Markii γ. λ. Firmat aliquantulum, qui ad hunc locum reſpicit, *Apollinaris Sidonius* lib. V. vſ. 340. Ipſi *autem* color exanguis *quem crapula vexat, Et pallens pinguedo tenet, ganeaque perenni Preſſus aceſcentem ſtomachus non explicat auram.* Sed & Seneca de Conſtant. cap. XVIII. *Tanta* illi palloris, *inſaniam teſtantis*, foeditas *erat*; *tanta oculorum ſub fronte anili latentium torvitas.* Per *foedos oculos* crudelitatem an mollitiem ei exprobret, neſcio. Si illud, tum haec foeditas Herodiani verbis ὀφθαλμῶν ἐρυθημίαι καὶ πυρώδεις βολαί. *Sidonio* interprete, *meros oculorum furores.* Lib. 11. Ep. 2. Plutarchus de Sulla p. 451. ἡ χρόα τοῦ προσώπου φοβερωτέραν ἐποίει προσιδεῖν· ἐξήνθει γὰρ τὸ ἐρύθημα τραχὺ καὶ σποράδην καταμεμιγμένον τῇ λευκότητι. J. W.

1 *Citus modo, modo tardus inceſſus:*] Haec eſt vulgata lectio, cui conſentiunt omnes mei MSS. codd. Aliter haec profert Nonius: *Modo citus, modo tardus inceſſus*, in dictione *Citus*; ſed utraque lectio placet, & utroque modo Salluſtius loquitur: nam in Jugurthino, *defenſoribus moenium, praemia modo, modo formidinem oſtentare*; &, *ſingulos modo, modo univerſos laedere*: & oratione de Rep. ordinanda, ad Caeſarem, *Accenſus in ſocios modo, modo in cives.* C. Popma.

2 *Tardus inceſſus*] *Inceſſus erat* Acro p. 171. Reg. *citus m. t. m. inceſſus*. Caeterum inceſſus Catilinae non abs re notaverit auctor, cum *ex eo mores patent maxime*, & quaſi ex pede Hercules. Ex inceſſu enim modeſtia, triſtitia, voluptas: hinc magnificentia & mollities: hoc dignitas atque animi gravitas & altitudo elucent. Hoc ſapiens ab imperito, a timidis fortes ſecerni & internoſci facile queunt; cum nemo tantillum à ſtatu mentis exciderit, nemo a propoſito tantulum deflexerit, quin de gradu eadem opera deturbetur, ut in animi ſententiam quaſi pedibus tranſiiſſe videatur. Omnes denique homines nullo modo verius quam ſuo pede & modulo metiri poſſumus. Unde inter tertia Stoicorum bona adnumeratur *modeſtus inceſſus* & *compoſitus*. *Seneca* teſte Epiſt. LXVI. quod Ariſtoph. vocat εὐτάκτως βαδίζειν: & propterea damnatur *fractus inceſſus* a Quintiliano V, 9. quaſi *mollis & parum viri ſignum* Confer *Clementem Alex.* Paedag. III. p. 184. *Senecam* de Tranq. cap. XV. Nat. Quaeſt. VII, 31. *Apulejum* p. 368. *Firmicum* in Math. *Ciceronem* pro Coelio §. 49. *Sal-*

XVI.

Digitized by Google

XVI. Sed [1] juventutem, quam, ut ſupra diximus, illexerat, multis modis mala facinora [2] edocebat; ex illis teſtes, ſignatoreſque falſos commodare; fidem, fortunas, pericula vilia habere. Poſt, ubi eorum famam, atque pudorem attriverat, majora alia impera-

-vianum p. 265. inter ſigna ebrii recenſetur *errans gradus*, apud *Senecam* Epiſt. LXXXIII. & *Salvian.* de Gubern. VII. p. 259. *populos putares* non ſui ſenſus, non animo incolumes, non gradu, *quaſi in more Baccharum crapulae catervatim inſervientes.* Amat quis? apponunt ei poetae, *Et fractos oculos,* & ſine mente gradum. timidus eſt? *Tunc* pedes incertis alternationibus *commovere* &c. ſi Apulejo fides. Metam. X, 243. Eſt quis ferox & infeſtus? *Ecce,* inquit *Seneca* in Herc. F. *Saevus ac minas vultu gerens, Et qualis animo eſt* talis inceſſu venit. adde Ammian. XV, 14. Modeſtae *inceſſu virginali* incedunt, teſtis *Sulpicius* Ep. II. Confer *Ambroſium* de Offic. I, 18. *Ammianum* p. 510. 5. edit. Valeſianae. Meretricium eſt, inquit Anacreon, Σαυλὰ βαίνειν. Honeſto & Urbano *ſpecioſum* & *immeditatum inceſſum* tribuit *Apulejus* Metam. II, p. 115. equeſtrem *Cicero* in Ep. ad Quintum. *Homo levis ac ſordidus, ſed tamen* equeſtri inceſſu. Et qui Magiſtratus perſonam induere cupiat, audiat Ciceronem in lib. de Fin. ita monentem: *Fingat ſibi vultum & inceſſum ut* gravior videatur. Quod ſi animi dubius, vecors, & crudelis ſit: *ibit*, auctore Seneca, *Inceſſibus veſanis*, de Ira II, 35. Poſtremo, lege *Horatium* lib. I. Sat. III. vſ. 531. & habebis purum putum Catilinam. *Nil* aequale *homini fuit illi: ſaepe velut qui, Currebat fugiens hoſtem, perſaepe velut qui Junonis ſacra ferret.* contra cujus morem ita perorantem accipe Cic. Off. III. *Cavendum eſt autem ne aut tarditatibus utamur in greſſu* mollioribus, *ut* pomparum ferculis ſimiles *eſſe videamur: aut in* feſtinatione ſuſpiciamus nimias celeritates &c. *ex quibus magna ſignificatio fit non adeſſe* conſtantiam. J. W.

In facie, vultuque] Sic Libri ſcripti *Nonius* 427. & Chariſius p. 129. Hoc dicunt intereſſe inter *faciem* vultumque, quod ille ſit voluntas, quae pro motu animi in facie oſtenditur; haec, ipſa oris ſpecies, hic adſcitius, illa naturalis, ut ait *Clarus* Grammaticus. *Lucilius* Sat. I. Vultus *item ut* facies *mors citer, morbus, venenum.* Cicero; *recordamini* faciem *atque illos fictos ſimulatoſque* vultus. *Sidonius* VII. 258. *Excutitur, reſtat, pallet, rubet, alget & ardet; Ac ſibimet multas* vultum *variata per* unum *Ira facit* facies. *Apulejus* de Dogm. Pl. Colvii p. 250. *Totum vero hominem* in capite vultuque. *Vultus vecors,* eſt vultus *attonitus,* eſtque hominis magnum aliquod facinus in animo agitantis index. *Petronius* p. 308. *Sed dum* attonito vultu, *nil aliud quam caedem & ſanguinem cogito, frequentiuſque manum ad capulum quem devoveram, refero.* De voce *vecordia* adi Caſaubonum ad *Theophraſti* Charact. *J. Waſſe.*

1 *Juventutem, q. u. ſ. diximus,*] Voces poſtremae quatuor induci poterant, nullo ſententiae detrimento. *Gruter.*

2 *Edocebat;*] Quomodo *commodare, habere* &c. pendent ab *edocebat*, docet Cl. *Perizonius* ad *Sanctium* p. 831. Confer item Ammianum p. 58. *inſigne. Quo comperto* lib. XIV. cap. II. infra, *falſi teſtes.* Liv. XXIX, 8. *Falſi teſtes, falſa ſigna teſtimoniaque & indicia ex eadem officina exibant.* Reg. *Signatores falſos*; poſtea, *inſontes ſicuti ſontes:* Poſt *animus* diſtinguit *Glareanus*, poſt jugulare *Caſtilioneus.* Idem fere de Valente *Ammianus* XXIX. I. *Inexpiabile illud erat, quod regaliter turgidus, pari eodemque jure, nihil inter ſe diſtantibus meritis,* nocentes innocenteſque maligna inſectatione volucriter perurgebat: *ut dum adhuc dubitaretur de crimine, Imperatore non dubitante de poena, damnatos ſe quidam prius dicerent, quam*

bat; [1] ſi cauſſa peccandi [2] in praeſens minus ſuppetebat; nihilominus inſontes, ſicuti ſontes, circumvenire, jugulare. Scilicet, ne per otium torpeſcerent manus, aut animus, gratuito potius malus, atque crudelis erat. His amicis, ſociiſque confiſus Catilina, ſimul, quod aes alienum per omnis terras ingens erat: &, quod plerique Sullani milites, [3] largius ſuo uſi, rapinarum & victoriae veteris memores, civile bellum exoptabant; opprimundae Reipub. conſilium coepit. [4] In Italia nullus exercitus: Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat: [5] ipſi Conſulatum petundi magna ſpes: Senatus

ſuſpectos. Probus 1433. *Sicut ſontes.* Ammianus XXII, XI. *Civitate quae ſuopte motu, & ubi* cauſſae non ſuppetunt, *ſeditionibus crebris agitabatur.* Confer item XV, 2. de *Arbetione*. Mamertinus Paneg. XII. *Ut artificum* animi *vigerent*, ne manus torpeſcerent, & alibi. pro *gratuito* L 1. *gravito*, ſed operarum incuria, caeteri cum vulgg. faciunt: & *Noſter* de Rep. Ord. II. Idem fere de Caeſare *M. Cicero* II, in Verrem. *Livius* II, 41. *Patres ſatis ſuperque* gratuiti furoris *in multitudine credentes eſſe, largitiones temeritatiſque invitamenta horrebant.* III, 25. *Profecto haud* gratuitam *in tanta ſuperbia comitatem fore.* I, 47. *Nec nocte nec interdiu virum conquieſcere pati*, ne gratuita *praeterita* parricidia *eſſent.* Locum aemulatus eſt *Auctor* Paſſionis S. Victoris Maſſilienſis p. 53. *Ipſam quoque dulciſſimam ſalutem corporis, pro eo quod nunquam viderit, perdere, cunctorum iras deorum hominumque in* ſe gratuito *provocare.* Hildebertus Caenomanenſis Epiſt. XIX. *Nihil eorum manus evaſit, qui* gratis ad flagitia *diſcurrunt ad honeſtum nec pretio.* J. Waſſe.

1 *Si cauſſa peccandi* &c.] Si mihi ſcribenda fuiſſet hiſtoria, omiſiſſem illud *peccandi* quod ſatis ſubintelligitur. *Gruter.*

2 *In praeſens*] Sic ſaepe Tacit, ut Annal. XV. *omiſſa in praeſens Achaia*: & rurſus, *In praeſens haud animadverſis.* Cicero, *in praeſentia*, dicere ſolet: multi alii *in praeſentiarum*. Ciacc.

3 *Largius ſuo uſi,*] Neſcio quis e noſtris *ſuo largius uſu*, L 2 inepte *uſu*, Siſenna lib. IV. *Perfuſe atque* abunde ſemper uſi *magnum pondus auri & argenti.* Vim verbi haud male expreſſit in Lucullo Plutarchus. ὡς ἐκεῖνος ζωῆς μεγάλοις ἀναλώμασιν. εἰς ζωὴν τῷ πλούτῳ ῥύδην κεχαλασμένος. v. *Tacit.* An. IV, 66. *Gellium* III, 18. *Plutarch* in Cic. p. 867.

4 *In Italia nullus*] In MSS. atque aliis vetuſtioribus non reperitur *erat*; & majore cum gratia abeſſe poterit, nullo ſenſus detrimento. Ac, ni fallor, ex addita gloſſa in contextum irrepſit, ut alia multa, quomodo paullo poſt, ubi hodie fere, *ſed ea prorſus opportuna Catilinae videbantur*; verbum *videbantur* ex gloſſa irrepſit: nam in antiquioribus non eſt, intelligitur enim *erant*, uti ſaepe alias. *Rivius.*

5 *Ipſi Conſulatum petendi magna ſpes:*] Atqui jam petebat, ut apparet ex loco inferiore, in quo eſt: *Haec ipſa, ut ſpero, vobiſcum Conſul agam.* Unde aliqui legunt, *petenti*. Sed fortaſſe non male legeretur: *ipſi Conſulatus magna ſpes.* Urſinus. At jam antea petierat, ut monuit amicus noſter Urſinus; itaque divinaram in ſuſpicionibus meis, *potiundi*. Pal. ſec. ac quint. ſervat *petenti*; duodecimus vocem nullam habet, ſed ſolum, *ipſi Conſulatum magna ſpes. erat*, facile eſſet ſcribere *Conſulatus*; ſed ut jam ſemel dixi, liber ille vix eſt annorum ducentorum; habetque alioqui verbum *petendi* ad oram. *Gruterus.*

nihil

Digitized by Google

nihil ſane intentus: tutae, tranquillaeque res omnes; ſed ea prorſus opportuna Catilinae.

XVII. Igitur circiter Kal. Junias [1] L. Caeſare, & C. Figulo Coſs. [2] primo ſingulos appellare: [3] hortari alios, alios tentare; opes ſuas, imparatam Remp. [4] magna praemia conjurationis docere. [5] Ubi ſatis explorata ſunt, quae voluit; in unum omnis convocat, [6] quibus maxuma neceſſitudo, & plurimum audaciae inerat. [7] Eo convenere Senatorii ordinis [8] Publius Lentulus Sura, [9] Publius Autronius, [10] Lucius Caſſius Longinus, [11] Cajus Ce-

1 *L. Caeſare, C. Figulo Coſſ.*] Cicero prima ad Atticum epiſtola *C. Martium Figulum*, ſequentem vocat Coſ. quidam etiam *Q. Martium*. Hi Coſſ. fuere ab Urb. Cond. anno DCXC. proximo ante Ciceronem anno. *Glareanus*.

2 *Primo ſingulos appellare* &c.] Non comparet dictio *ſingulos* in Pal. Nazariano qui praefert tantum *primos appellare*, & fere eſſet ut probarem, niſi caeteri MSS. facerent vulgatis. *Grut.*

3 *Hortari alios, alios tentare; opes ſuas,*] Sic Cic. Catil. III. *omnia norat, omnes aditus tenebat; appellare, tentare, ſollicitare, petere audebat*: ſed quoniam meus liber habet, *hortari, alios tentare*, videant docti, an legi debeat, *Hortari ac oſtentare opes ſuas*. Opes vero, non divitias. ſic *opes*, pro *potentia* ſaepe Cic. ut & in epiſtola Mithridatis: *Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum*; & infra: *Poſtulavere plerique conjuratorum, ut proponeret quid ubique opis aut ſpei haberet*. Ciaccon.

4 *Magna praemia*] B. Pub. Codex omittit *magna*, non male; pro *conjurationis* habet *conventionis*, id vero peſſume. Infra, *omnis convocat*: vox *omnis* abeſt Priſciano p. 1179. cui favet alter e Codicibus MSS. quos inſpexi. *J. Waſſe.*

5 *Ubi ſatis ex. ſ. q. v.*] Mallem abeſſet vocula *ſunt*. Tacitus dixiſſet *ſatis exploratis quae voluit*. Gruterus.

6 *Quibus maxima n. & p. a. inerat,*] Etiam iſthaec dictio poſtrema abigi poterat ſenſu ſalvo. *Gruterus.*

7 *Eo omnes convenere Senatorii ordinis*] *Omnes*, omittendum eſſe duco; neque enim in Manuſcriptis aliiſque vetuſtioribus reperitur, neque ſententia poſtulat. *Rivius*. Abeſt etiam noſtris. *J. W.*

8 *Publius Lentulus Sura,*] Huic Surae cognomen inde natum ferunt, quod per dominationem Sullae cum quaeſtor eſſet, multas rerum publicarum perdite adminiſtravit, conſumpſitque; quare cum Sulla id indigne ferret, & adminiſtrationis rationem expoſceret: ille rem flocci pendens, in Senatum profectus ridicule dixit: Rationem mihi reddere non eſt, ſed praebere ſuram: uti ſolent pueri, qui in ludo ſphaerae peccaverunt, ob hoc deinceps Surae cognomen eſt illi inditum. *Zanch.*

9 *Publius Autronius,*] P. Autronius Pactus; ſic enim legendum eſt: non, ut eſt apud Florum, *Antonius*. Conſul deſignatus, ambitus judicium tollere ac diſturbare primum conflato voluit gladiatorum ac fugitivorum tumultu, deinde lapidatione atque concurſu: ut ait Cicero in Oratione pro P. Sulla, attamen damnatus eſt. Illud etiam notandum eſt, *Tranquillum* in Caeſare, & *Aſconium* in Orat. pro C. Cornelio, perperam hunc L. Autronium appellare; nam Salluſtius, Cicero, & Dion lib. 36. Publium vocant. *Caſt.* Confer Cic. pro Sulla §. 1, 7, 15. *J. Waſſe.*

10 *Lucius Caſſius Longinus,*] Is, teſte Cicerone, in Orationibus pro P. Sulla & in L. Catilinam, ſibi procurationem

thegus,

Digitized by Google

thegus, [1] Publius & Servius Sullae Servii filii, [2] Lucius Vargunṭejus, [3] Quintus Annius, [4] Marcus Porcius Laecca, [5] Lucius Beſtia, [6] Quintus Curius: praeterea, ex equeſtri ordine, Marcus Fulvius Nobilior, [7] Lucius Statilius, [8] Publius Gabinius Capito, [9] Cajus Cornelius: ad hoc, multi ex coloniis & municipiis, [10] domi nobiles.

incendendae urbis depopoſcerat. Aſconius ſcripſit hunc L. Caſſium, competitorem fuiſſe Ciceronis in petitione conſulatus. *Caſt.*

11 *Cajus Cethegus,*] C. Cornelius Cethegus. mm e Corneliorum gente eum fuiſſe, ſignificavit *Porcius Latro*, in declamatione in L. Sergium Catilinam. In civilibus diſſenſionibus, ut puto, urbe ejectus, ſupplex ad Sullam confugit; inde Sullanas partes ſecutus eſt, ut Appianus Bellorum Civilium lib. 1. memoriae prodidit. Cic. in oratione pro P. Sulla. Plura leges de Cethego apud Florum lib. 3. Livium lib. 102. Porcium Latronem in declamatione in Catilinam, Ciceronem in orationibus pro Sulla & in L. Catilinam, Plutarchum in Cicerone. *Idem.*

1 *Publius & Servius Sullae Servii filii,*] Id eſt, P. Cornelius Sulla, & Servius Cornelius Sulla, filii Servii Cornelii Sullae. Scribit Dion lib. 36. Cornelium Sullam, patrem eorum, qui conjurarunt, fuiſſe fratrem L. Sullae Dictatoris. *Idem.*

2 *Lucius Varguntejus*] Satis conſtat ex Cicerone, quod prius hic de ambitu interrogatus, ab Hortenſio defenſus eſt, poſtea quod conjuraſſet, cum nemo ei adfuiſſet, damnatus in exilium abiit. *Idem.* Confer Cic. pro Sulla §. 6. *J. W.*

3 *Quintus Annius,*] Hunc ſignificaſſe puto Q. Ciceronem, in libello de Petitione conſ. cum inquit: *Qui ex curia Curios & Annios, ab atriis Sapalas & Carvilios, ex equeſtri ordine Pompilios & Cnejos ſibi amiciſſimos comparavit.* Idem.

4 *Marcus Porcius Laeca,*] Puto deſignari cum, qui in argenteis denariis eodem quo hic titulo, M. PORC. LAECA, deſcribitur. Qui vero paulo poſt nominatur *P. Sulla*, in veteri denario eſt, P. SULA, antiqua ſcribendi conſuetudine, unico L. *Urſinus.* M. P. [*Lecca,*] Infra. Damnatus & is poſtea fuit: auctor eſt Cicero in oratione pro Sulla. *Idem.*

5 *Lucius Beſtia,*] Vide inferius.

6 *Quintus Curius:*] Is Quaeſtorius fuit, notiſſimus autem aleator: quare damnatus eſt, ut Cicero & Aſconius referunt. Tranquillus in Caeſare cap. 17. ſcribit, de Q. Curio, quod primus conjuratorum conſilia detexerat, conſtituta ei fuiſſe publice munera: tamen data non eſſe, quoniam Caeſarem inter ſocios Catilinae nominaviſſet. *Caſt.*

7 *Lucius Statilius,*] Ita vocatur etiam a Cicerone in oratione 3. in Catilinam, etſi in Aldino codice ſemel, & mendoſe quidem, *P. Statilius* legitur. *Idem.*

8 *Publius Gabinius Capito,*] De hoc Cicero in oratione III. in Catilinam. *Idem.*

9 *Cajus Cornelius:*] Et hunc, ex Cicerone intellig mus, poſtea ab omnibus deſertum, condemnatum fuiſſe. *Idem.*

10 *Qui domi nobiles erant, praeterea complures* &c.] *Qui*, non eſt in MSS. nec in impreſſis quibuſdam; itaque mihi ſic legendum videtur: *Ad hoc multi ex coloniis & municipiis domi nobiles. Erant praeterea complures paullo occultius conſilii hujuſce participes nobiles*; τὸ *erant*, ad ſequentia pertinet, & ſic eſt in manuſcriptis hic diſtinctus locus, contra quam in recentioribus. Sed & *hujuſce*, non *hujuſcemodi*, codices habent antiqui. *Rivius.* In uno perantiquo, *ad haec m. e. c. & m. d. e. praeterea comp.* in Genepei Cod. *ad hoc* &c. *qui domi nobiles erant.* P. comp. erant in Martiniano *erant. Erant* p. C. *Popma.* Ita fere MSS. noſtri; editio vetus interpoſuerat, *domi & militiae nobi-*

Erant

Digitized by Google

Erant praeterea compluresque paullo occultius conſilii [1] hujuſce participes nobiles, quos magis dominationis ſpes hortabatur, quam inopia, [2] aut alia neceſſitu-

les: plane contra libros & mentem auctoris; certe praeter membranas, non noſtras modo & amiciſſimo Bongarſio excuſſas, ſed & Rivianas, Popmaeanas, aliorumque; impoſuit nimirum primae editionis curatoribus inſolens locutio *domi nobiles*,, itaque addiderunt aliud illud membrum de ſuo. *Gruterus*. Locus vexatus, ut ex Grutero patet, qui ſolus in *hac re ſapit*. E noſtris Martin. Venet. 1470. L 1. omittunt *domi*. At auctius Venet. 1478. & L 2. *qui domi & militiae n*. L 1. *qui domin. e*. Sed proba lectio eſt illa quam repraeſentamus, ut patet in primis ex auctoribus priſcis & Salluſtii aemulis bene multis qui hoc pacto locuti ſunt. Ita ergo *Caeſar* B. Gall. VII, 39. *Eporedorix ſummo loco natus adoleſcens & ſummae* domi *potentiae*; & ſic alibi p. 34. Adeas etiam *Cl. Daviſium* ad *Auctorem* B. Alexand. cap. XXVI. qui locis *Salluſtii* & *Juſtini* fretus Aldi Manutii ſententiam oppugnatum it. Eum autem ob ſtrenue defenſum Salluſtium ipſe porro defendam. *Cicero* in Verrem VII, 35. *Heraclius eſt Hieronis filius, Syracuſanus, homo imprimis* domi *ſuae* nobilis. *Hic*, ut verbis utar Livii, *ex eorum numero erat, quorum maximum nomen in Civitatibus eſt ſuis*, Verrin. VII, 36. *Eubulides eſt Groſphus Centuripinus*, homo *cum virtute & nobilitate* domi ſuae, *tum etiam pecunia princeps*. Et, §. LXXXI. *Philinus Herbitenſis, homo diſertus, & prudens, &* domi nobilis. Neque aliter Verrin. VI, 45. VII, 68. VIII, 200. IX, 16, 38, 51, 86, &. Verrin. X, 110. 111, 112. etiam, pro *Cluentio* §. 42. nec apud *Livium* XXII, 22. XXIII, 1. *Salvianus* de gubern. VI, 211. *Vidi ſiquidem ego ipſe Treveros* domi nobiles, *dignitate ſublimes, licet jam ſpoliatos atque vaſtatos, minus tamen everſos rebus fuiſſe quam moribus* Sidonius II, 4. *Vir clariſſimus Projectus*, domi nobilis, *& patre patruoque ſpectabilibus*. Vopiſcus Proculo. cap. XII. *Proculo patria Albingauni fuere, poſiti in Alpibus maritimis*: domi nobilis, *ſed majoribus latrocinantibus*. Apulejus Apolog. pag. 288. *Vir* domi, *inter Thebanos proceres, dives &* nobilis. Ad hunc fere modum *Ariſtoteles* de Repub. I, 6. αὐτοὺς μὲν γὰρ ὁ μόνον παρ' αὐτοῖς εὐγενεῖς, ἀλλὰ πανταχοῦ. Huc addeſis *Plautum* qui ad hanc formam quam proxime accedit. *Poenul*. IV, 2. *dixit ſe furtivas vendere*: ingenuas Carthagine *ajebat eſſe*. Truculent. II, 6. *ſed iſtae* reginae domi ſuae *fuere ambae*. & *Ciceronem* rurſus VII. Verrin. §. 50. *honeſtiſſimo loco &* apud illos clariſſimo. Pro *Murena* 47. *homines honeſti, atque in* ſuis civitatibus *& municipiis* gratioſi. Pro Coelio: *homo apud nos notus*, inter *ſuos* nobilis. *Capitolin*. in Clodio cap. IV. *Albinus Adrumento oriundus, ſed* nobilis apud ſuos. *Ammian*. *Si quis enim militarium vel honoratorum, aut* nobilis inter ſuos. *Livium* XXII, 23. *Compſanus erat Trebius* nobilis inter ſuos. Hegeſippum I, 16. *Piſoni* claro inter ſuos viro. &, I, 14. *Antipater moribus* apud ſuos clarus. At quidni apud exteros aeque quibus innotuit? *Coelum non animum mutant qui trans mare currunt*. recte ergo membranae B. Pub. *majoribus*. Denique illud, *paullo occultius* Pemb. addidit manus recentior. *J. Waſſe*.

1 *Hujuſce participes nobiles*,] Videtur abundare vox poſtrema, ſed cum extet in MSS. omnibus annotare licet quidem quid nobis de ea videatur, tollere etiam, non licet, certe non mihi. *Grut*. M. Caeſar, Craſſus, Antonius, de quibus paullo poſt dicemus: item Clodius, quod teſtatur Aſconius in commentario in orationem pro Milone. *Caſt*. L 3. *hujuſcemodi*. Arond. L 1. *participes n*. Markii γ. λ. Oxonienſes. Mart. Venetae. At B. Pub. L 2. 3. Pembr. *nobiles fuiſſe*. Sed Reg. Arond. *nobiles ignobiles*.] Waſſe.

2 *Aut alia neceſſitudo*:] Pemb. *aliaque*, *aliqua* B. Pub. Markii λ. & Mart. *ante*

do: [1] caeterum juventus pleraque, ſed maxume nobilium Catilinae inceptis favebat: quibus in otio vel magnifice, vel molliter vivere copia erat, [2] incerta pro certis, [3] bellum quam pacem, malebant. Fuere item ea tempeſtate, qui crederent [4] Marcum Licinium Craſſum

alia: adverte phraſin, *conſilium* pro conjuratione. Ita Libri, & firmat *Dictys* II, 15. *ſed fuere qui ejus conſilii haud expertem Agamemnonem dicerent.* J. W.

1 *Caeterum juventus p. ſ. m. n.*] Voces ſex poſtremas neſcio an non ſuſpectas habere poſſim tanquam auctoris minus legitimas. *Gruterus.*

2 *Incerta pro certis.*] Sic infra: Per *ignaviam aut vana ingenia*, incerta pro certis *captarem*. Et rurſus: Pro *incerta ſpe certa praemia.* Et iterum: *Quin quam opibus ſuis confideret, tamen non debere* incerta pro certis *mutare*. Item Plautus in Pſeudolo: *Certa amittimus, dum incerta petimus.* Et Heſiodus: Νήπιος, ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν, ἀνέτοιμα διώκει. *Manutius.* Contra Tacit. qui huc reſpexit An. I. 2. *Caeteri nobilium, quanto quis ſervitio promptior, opibus & honoribus extollerentur: ac novis ex rebus aucti,* tuta & praeſentia quam vetera & periculoſa mallent. Idem Annal. I. 58. *Atque tibi primum tui copia*; vetera novis: & quieta turbidis antehabeo. Iterum, An. IV, 3. *Seque ac majores & poſteros municipali adultero foedabat; ut pro* honeſtis & praeſentibus, flagitioſa & incerta *expectaret*. Etiam in Hiſt. I. 26. eadem plane ſententia, de Cornelio Fuſco: *Non tam praemiis periculorum, quam ipſis periculis laetus*; pro certis & olim partis, nova, ambigua, praecipitia malebant. Confer An I, 58. Eleganter in hanc rem *Seneca* de Ben. VII, 2. *Magnis itaque curis exemtus, & diſtorquentibus mentem nihil ſperat, aut cupit, nec ſe mittit in dubium.* Medea apud *Valerium Flaccum* VIII, 46. *Linquo domos patrias te propter, opeſque meorum; Nec jam nunc Regina loquor: ſceptriſque relictis Vita ſequor.* Liv. I, 23. *Itaque, ſi nos dii amant; quoniam non contenti libertate* certa, *in* dubiam *imperii ſervitiique* aleam *imus*; *ineamus aliquam viam, qua utri utris imperent*, &c. *decerni poſſit.* *Iſocrates* Archid. p. 180. Δυοῖν δὲ προκειμένοιν ἀγαθοῖν, καὶ τοῦ μὲν ὄντος φανεροῦ, τοῦ δὲ προσδοκωμένου· πῶς οὐκ ἂν ποιήσαιτε καταγέλαστον, εἰ τὸ μὲν ὁμολογούμενον ἀποδοκιμάσαιτε, τὸ δὲ ἀμφισβητούμενον ἐλέσθαι δόξειεν ὑμῖν; ἄλλως τε καὶ τῆς αἱρέσεως τοσοῦτον διαφερούσης. & immoderatae habendi cupiditati adſcribit *Orat. de Pace*, p. 235. ὥσπερ οἱ κεκτημένοι τὰς μεγίστας οὐσίας, μηδ᾽ ἐπὶ τούτοις ἐθέλουσιν· ἀλλ᾽ ἀεὶ τοῦ πλείονος ὀρεγόμενοι περὶ τῶν ὑπαρχόντων κινδυνεύουσιν. *Demoſth.* Exord. 59. μὴ μικρῶν ἕνεκ᾽ ἐλπίδων τῆς παρούσης εὐδαιμονίας χεῖρόν τι ποιήσητε. Hinc etiam Cleon apud *Thucyd.* III, 39. Mitylenaeorum crimen exaggerat: Ὅτι ἡ παράδοξος εὐδαιμονία παρεῖχεν ὄκνον μὴ ἐλθεῖν ἐς τὰ δεινά. γενόμενοι δὲ πρὸς τὸ μέλλον θρασεῖς, καὶ ἐλπίσαντες μακρότερα μὲν τῆς δυνάμεως, ἐλάσσω δὲ τῆς βουλήσεως, πόλεμον ἤραντο. Confer etiam *Andocidem* Orat. III. p. 282. *Herodotus* Clio LXXXVII. Οὐδεὶς γὰρ οὕτω ἀνόητός ἐστι ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται. *J. Waſſe.*

3 *Bellum quam pacem malebant.*] In Jugurth. *ut aliquando pacem quam bellum malles.* Tacit. Annal. 13. *Ceterum uterque Vologeſem regem nuntiis monebant, pacem, quam bellum mallet.* Ciacconius.

4 *Marcum Licinium Craſſum non ignarum ejus conſilii*] Erat enim Craſſus conjurationis conſcius, ſed occulte: nec ulla neceſſitate compulſus; ſed tantum propter potentiam. Plutarchus in ejus vita, & M. Cicero, conjurationis vindex, aperte ſatis in oratione quadam, in Craſſum & Caeſarem conjurationis illius non minima ex parte cauſam refert: eam ta-

non

non ignarum ejus conſilii fuiſſe: quia [1] Cneius Pompejus, inviſus ipſi, magnum exercitum ductabat; cujuſvis opes voluiſſe contra illius potentiam creſcere; ſimul confiſum, ſi conjuratio valuiſſet, facile apud illos [2] principem ſe fore. [3] Sed antea item conjuravere pauci contra Remp. in quibus Catilina fuit. [4] De quo quam veriſſume potero dicam.

XVIII. [5] Lucio Tullo, Marco Lepido Coſſ. P. Autronius, & P. Sulla, deſignati Conſules, legibus ambi-

men orationem nunquam, niſi poſt utriuſque mortem, edere auſus eſt. *Zanchius.*

1 *Cneius Pompejus, inviſus ipſi.*] Dion lib. 37. & Plutarch. in Craſſo. *Caſt.*

2 *Principem ſe fore*] Ita tranſpoſuere MSS. noſtri; etiam editiones primae. *Gruterus.*

3 *Sed antea*] Omittit *antea* Arondel. Confer omnino Cic. pro Murena §. 81. *J. Waſſe.*

4 *De quo quam veriſſime potero dicam*] Haec vera lectio. Ceterum in Argentoratenſi, quod eſt a Schurrerio excuſum, reperi *de quo*, perperam videlicet; nam praeter exemplarium & in his manuſcriptorum fidem atque conſenſum legit eodem modo libro 11. Diomedes pag. 440. ac ſubaudiendum monet *conjuratione*: quomodo item interpres. *Rivius.* Et Codex Antiq. & fidelis, quo uſus eſt Bennius; γ. λ. Magd. Digb. Ar. Pemb. Caeteri *quo* Apulejus M. 11. *Quodcunque vel ignotorum miſeratione vel amicorum benevolentia extraximus, id omne latrocinalis invaſit manus, quorum audaciae repugnans* &c. *J. Waſſe.* Hujus conjurationis auctor non fuit Catilina, ſed M. Craſſus, quem ſtudio tacet Salluſtius. Vide Aſconium. *Colerus.*

5 *Lucio Julio, M. Lepido Conſulibus, P. Autronius, & P. Sylla deſignati Conſules,*] Volumen Fabricianum *Tullo*, quae verior lectio; licet in duobus calamo deſcriptis *L. Tullio* repererim. Cicero pro Sylla hunc *L. Volcatium* appellat, quemadmodum *Aſconius* quoque Pedianus: tametſi hic alicubi *L. Volcatium Tullum* vocat. His igitur Coſſ. coepta prior conjuratio eſt. Poſt hos L. Torquatus & L. Cotta fuere conſules, quos conſulatum incuntes interficere in Capitolio P. Autronius & L. Catilina parabant, ſicuti paullo poſt teſtatur Salluſtius. Hi autem in P. Syllae & Autronii locum, quos ambitus ipſi damnarant, creati fuerant. Dein fuere L. Julius Caeſar, & C. Martius Figulus, quorum ſupra Salluſtius meminit. His Coſſ. altera conjuratio coepta eſt. Poſt hos M. Cicero cum C. Antonio. His Coſſ. menſe Octobri patefacta conjuratio eſt, & de conjuratis ſupplicium ſumtum. Quod in Horatium Glareanus *L. Julium Tullum* vocat, quem nos *L. Volcatium Tullum*, eſt haud dubie memoriae lapſus, niſi quis incuriae adſcribere malit. Sed & Haloander hunc ipſum in catalogo conſulum *L. Torquatum Tullum* appellat, quam recte alii viderint. *Rivius.* Vide Gellium XII. 12. Prior haec conjuratio, ultimam quam accurate perſequitur Salluſtius, triennio praeceſſit. Sed Suetonius in Julio, tribus illis, Catilinae, Autronio, Piſoni, quos hic ponit Criſpus, ſocios addit C. Caeſarem, M. Craſſum, P. Sullam, conſentiente cum Tranquillo Dione. *Meminerunt* (inquit Tranquillus) *hujus conjurationis Tanuſius Geminus in Hiſtoria, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. De hac ſignificare videtur & Cicero in quadam ad Axium epiſtola, referens:* Caeſarem in Senatu confirmaſſe regnum de quo aedilis cogitaverat. Legenda & cetera, quae nimis longum fo-

tus interrogati, poenas dederant. [1] Poſt paullo, Catilina [2] pecuniarum repetundarum reus, [3] prohibitus erat Conſulatum petere, quod intra [4] legitimos dies [5] profiteri nequiverit. Erat eodem tempore [6] Cn. Piſo, adoleſcens nobilis, ſummae audaciae, [7] egens, factioſus; quem ad perturbandam Remp. inopia, atque mali mores ſtimulabant. Cum hoc Catilina, & Autronius, circiter Nonas Dec. conſilio communicato, parabant in Capitolio [8] Kalendis Jan. [9] L. Cottam & [10] L. Torquatum

ret adſcribere. Epitoma Livii lib. CI. *Conjuratio eorum qui in petitione conſulatus ambitus damnati erant, facta, de interficiendis Coſſ. oppreſſa eſt.* Putſchius.

1 *Poſt paullo*] Poſt, ſcilicet damnationem, & non deſignationem: ut quidam in Commentariis ſuis in Epiſt. ad Atticum expoſuit, exiſtimans hunc locum mendoſum eſſe, ſed male: non animadvertens, bis habita fuiſſe comitia, primo Lepido & Volcatio Coſſ. cum P. Autronius & P. Sulla creati fuerunt Coſſ. & paullo poſt, cum hi legibus ambitus damnati eſſent, iterum habita fuerunt, in quibus Cotta & Torquatus declarati fuerunt, & tunc Catilina, cum ex Africa rediiſſet, profeſſus eſt ſe petiturum eſſe: ſed prohibitus eſt, quia quaerebatur repetundarum, ut ait Paedianus. *Zanch.*

2 *Pecuniarum*] Abeſt *pecuniarum* a B. Pub. Reg. *repetere*; &, *nequiverat eodem tempore.* Cicero pro Cluentio, 83. *teneri lege* pecuniarum repetundarum; utroque modo locutus *Tacitus.* Lege Julia repetundarum, tenebatur non ſolum is qui pecuniam, ſed qui vaſa, veſtes, frumentum, alia intervortebat; teſte Marcello lib. XLVIII. digeſt. *J. Waſſe.*

3 *Prohibitus erat conſulatum petere;*] Dictio *erat* ſupervacua eſt: ad poſituram quod attinet, ita eſt in Mſſ. Pal. editiſque vetuſtе. *Gruterus.*

4 *Legitimos dies*] Fuit primitus in Naz. legitimas. *Grut.* v. *Cic.* IV. Verrin §. 90. J. Waſſe.

5 *Profiteri*] Vox *profiteri* hoc loco non ſignificat ſimpliciter dare nomen, ſed ita ut per leges recipi poſſet, quae reum profitentem non admittebant. Quare Salluſtius inquit, Catilinam repetundarum reum intra tempus legibus conſtitutum, profiteri nequiviſſe, id eſt, non potuiſſe dare nomen, ita ut admitteretur ad petitionem; nam quaerebatur repetundarum. Profitebantur autem petituri, apud eos (ut puto) qui comitia habebant. Livius Dec. III. lib. 7. *Zanch.* Imo aliquando citra nominis dationem ut pluribus probat Gruch. de Com. lib. I. intelligit trinundinum illud quo petitores ante Comitia ordinaria nomen profitebantur. Vide *Dionem* XXXVII. Talem apud Athenienſes legem fuiſſe auctor eſt *Themiſtius* Orat. XIV. p. 315. Ἀθήνησι τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ κατείργει νόμος μὴ κοινωνεῖν τῆς πολιτείας, ἕως ἂν τὸ ὀφειλόμενον ἀπολύσωσι. *J. Waſſe.*

6 *Cn. Piſo.*] Sic etiam appellat Cicero in oratione pro Muraena, & pro L. Sulla: *Zanch.*

7 *Egens,*] Pro *egens,* Thoſanus *genus,* Palmerio teſte quem vide. L 2. *egenus.* B. Pub. *turbandam.* Et ſic fere *Tacitus:* habes tamen illud alterum apud Cic. VI. Acad. & alios. *J. Waſſe.*

8 *Kalend. Jan.*] In hoc diſſentit Cicero a Salluſtio, quod ipſe ait Kalend. Januar. L. Torquato & Lucio Cotta Coſſ. Cicero vero, pridie Kalend. Januar. Lepido & Tullo Coſſ. *Zanch.*

9 *L. Cottam*] L. Aurelium Cottam. Is fuit vir ſummo ingenio, ſummaque prudentia. Tres enim Cottae fuerunt, L. C.

Digitized by Google

Coſſ. interficere; ipſi, faſcibus correptis, Piſonem cum exercitu ad obtinendas duas Hiſpanias mittere. Ea re cognita, rurſus [1] in Nonas Feb. conſilium caedis tranſtulerant. Jam tum non Conſulibus modo, ſed pleriſque [2] *Senatoribus* perniciem machinabantur. Quod ni Catilina maturaſſet pro curia ſignum ſociis dare; [3] eo die, poſt conditam urbem Romam peſſumum facinus patra-

& M. Cotta, adeptique ſunt omnes conſulatum: ut Paedian. ſcribit. *Caſt.*

10 *L. Torquatum*] Opinor deſignari L. Torquatum, qui, ut ſcribit Cicero in Piſonem, *Provinciam Macedoniam ex S. C. obtinuit, & ex ea Imp. appellatus eſt.* In denariis autem Manliae familiae deſcribitur TORQUAT. Ex S. C. Ad Salluſtii autem locum faciunt, quae refert Paedianus in Corneliana. *P. Sulla*, inquit, *& P. Autronius Coſſ. deſ. cum eſſent, eorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus ambitus damnarunt, & in eorum locum Coſſ. creati ſunt.* Urſinus.

1 *In Nonas Feb. con. caedis tr.*] Ita Mſſ. Pall. meliores etiam ii quos conſuluit Bongarſius hactenus vulgati *tranſtulerunt.* Gruterus.

2 *Senatoribus p. machinabantur*] Maluiſſem ego machinati ut penderent adhuc a ſuperiori periodo. *Idem.*

3 *Eo die poſt conditam urbem Romam*] Odioſa heic vox *Romam*; nec heic ſolum, ſed aliis locis ubi jungitur dictioni *urbi*; urbs enim per excellentiam, Romam ipſam deſignat, ut vel pueris notum. ſi tolerari debet; malim cum Pal. quinto, *Romae.* Gruterus. At noſter *urbem Romam* cap. VI. & recte. *urbem* enim pro *Roma* poſitum haud ita longe ante tempora Domitii Marſi notum ex *Quintiliano* Inſtit. III, 21. nec tamen in exitium alterius formulae obtinuit: *urbanitatem quam proprium eſſe noſtrae civitati ait, & ſero ſic intelligi coeptum, poſtquam Urbis appellationem, etiamſi nomen proprium non adjiceretur; Romam tamen accipi ſit receptum.* Plautus qui ſaepe in Comoediis urbem allocutus eſt numquam addit. *Romam.* Sed tamen auctores graviſſimi vocem illam adhibent, & inter eos *Cicero* ad Quirites poſt red. Roma civitas *ex nationum conventu conſtituta.* Idem Acad. *Ariſtoteles non dubitaſſet, quin & Praetor ille eſſet, &* Roma urbs. *Livius* XLIII, 6. *Alabandenſes templum* urbis Romae *ſe feciſſe commemoraverunt.* Confer XXXII, 26. *Tacitus* Annal. initio: Urbem Romam *a principio reges habuere.* Annal. IV, 26. *Seque primos templum* urbis Romae *ſtatuiſſe.* Idem tamen locum hunc aemulatus eſt omiſſa voce de qua quaeritur Hiſt. III, 72. *Id facinus poſt* conditam urbem *luctuoſiſſimum foediſſimumque* P. Rom. *accidit.* Sed ideo omiſit quia poſtea adjecturus erat *P. Rom.* Virgil. Urbem, *quam dicunt*, Romam. Horat. III, 5. *nominis & togae oblitus, aeternaeque Veſtae, Incolumi Jove &* urbe Roma. &, Carm. Saecul. *nihil urbe Roma Viſere majus.* Vellejus Paterculus II, 3. Hoc initium *in urbe Roma* civilis ſanguinis: & I, 9. Romam urbem *Parilibus in Palatio condidit.* unde priorem locum fruſtra ſollicitat N. Heinſius. Apud Iſſ. *Urbis* appellatio non tam late patet atque *Romae*, L. 2. D. *de verborum ſignif.* L. IV. *Si ita.* Alibi fere omittitur *Roma*, licet infimae aetatis ſcriptores aliquando retineant, *Sulpicius* Hiſt. Sacr. II, 39. *Liberius quoque* Urbis Romae, &c. *Arnobius* p. 94. Auctor ſub nomine *Hegeſippi* I, 38. *Redit ex* urbe Roma *cum patre Alexander*, & I, 40. *ad* urbem Romam *ſine mora pergerent.* & 43, 44. II, 9, 12. & I, 22. Caeſar *qui inter* urbem Romam *& Pompejum medius.* & ſic Codices B. Pub. & C. C. C. *Victor* in Caeſ. II. Urbem Romam *externorum*

Digitized by Google

tum foret. Quia nondum frequentes armati convenerant; ea res conſilium diremit.

XIX. Poſtea Piſo in [1] citeriorem Hiſpaniam [2] quaeſtor pro Praetore miſſus eſt, adnitente Craſſo; quod eum [3] infeſtum inimicum Cn. Pompejo cognoverat:

virtute & inſitivis artibus praecipue creviſſe. Eutropius VII, 9. Urbem Romam *incendit.* Sin autem poſt tot exempla novandum putet Lector, is mei ingratiis legat, *poſt conditam urbem Romam.* ita fere *Tacitus*, Hiſt. IV, 58. *Te Quirine* Romanae *parens* urbis, *precor, venerorque.* Ad cujus genium contra aetatis ſuae morem ſe accommodavit *Eutropius* VII, 9. *Propter haec* Romanae urbi *exſecrabilis.* Pemb. *eodem die.* male. L. L 3. *quod Cat. niſi Mat.* vox *rurſus* abeſt Reg. uti & *Catilina* Priſciano p. 996. Hutteri membranae eximie bonae omittunt *ſed*, teſte ad Apulejum *Stewichio.* ni maturaſſet &c. citat haec ſuppreſſo auctoris nomine *Beda* de Orthog. atque ita Codex Sidneienſis, in quo habetur liber ejuſdem Bedae ſecundus, qui quidem prioris Epitoma eſſe videtur. Totum locum ita aemulatus *Oroſius* IV, 17. *Et niſi* maturata proditio *conſilium praeveniſſet, deſtituta praeſidio civitas, ſervili manu periiſſet.* Etiam *Hegeſip.* IV, 9. *Ultimus ille dies univerſo populo fuiſſet, ſi non ad templum prius quam ad Urbis ſignum dirigendum putaſſet.* Sed *quia metuentes ſibi* &c. MS. C. C. C. & B. Pub. *in urbis ſinum,* recte. Denique *Quaeſtor* exulat ab L 1, 2. Balliol. omnibuſque Glareani. in B. Pub. primitus *pro Imperatore* ut opinor, inde factum *praetore.* J. Waſſe.

1 *Citeriorem Hiſpaniam*] Ad hunc Cn. Piſonem pertinet vetus inſcriptio ex marmore. CN. CALPURNIUS, CN. F. PISO QUAESTOR, PROPR. EX. S. C. PROVINCIAM HISPANIAM CITERIOREM OBTINUIT. *Zanch.* Cic. Verrin. IX. meminit cujuſdam L. Piſonis in Hiſpania Praetoris, eumque dicit in provincia occiſum fuiſſe. Confer §. 57. Quam quidem Orat. habuit XXXVII. annos natus at hanc conjurationem in annum ejus XLI. retulit Fabricius. *J. W.*

2 *Quaeſtor pro praetore miſſus eſt,*] Id eſt, cum eſſet quaeſtor, tamen cum praetoria poteſtate miſſus eſt. Hoc ſignificat Suetonius, cum inquit, Piſoni Hiſpaniam provinciam ob ſuſpicionem urbanae conjurationis ultro extra ordinem datam fuiſſe. *Caſt.* Praetores Provinciales creati ſunt circa annum DXIX. Sicilia & Sardinia captis atque in Provinciarum formam redactis, ut Livius & Solinus prodiderunt. Pomponius in lib. 1. ff. de orig. Jur. *Capta Sardinia,* inquit, *mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi Provincia, totidem Praetores, quot Provinciae in ditionem venerant.*

3 *Infeſtum inimicum Cn. Pompejo*] *Infeſtum* pro *acrem,* dicere potuit Salluſtius. Interdum tamen ſuſpicatus ſum, *Inimicum* gloſſema fuiſſe ad *Infeſtum*: quo vitii genere refertos eſſe libros animadverti. *Manutius.* *Infeſtum inimicum* Pembr. Arond. Reg. Col. Jeſ. Bal. Digb. Mark. γ. λ. L 1. at L 3. *manifeſtum inimicum,* quomodo *Seneca* de Tranq. V. *Marcus Cicero, inter Catilinas Clodioſque jactatus,* Pompejoſque & Craſſos, *partim* manifeſtos inimicos, *partim dubios amicos.* Verum L 2. Mark. & Venetae *infeſtum inimicumque,* quemadmodum & *Cicero* III. Verrin. *Clamore P. Romani* infeſto *atque* inimico *excitatum,* & Verrin. V. *Quis hunc audet dicere aratoribus* infeſtum aut inimicum *fuiſſe?* Idem pro Quintio. *Mihi ſummam per injuriam omnia* inimica & infeſta *ſunt.* Eaque poſitura uſus etiam Arnobius p. 19. in Anton. *Gallia quam ſibi armis animiſque* infeſtam inimicamque *cognovit.* Livius: *Neque Boji, neque Hiſpani, cum quibus eo anno bellatum erat, tam inimici infeſtique erant Romanis.* Scripti omnes *inimice infeſti,* quod Gronovio placet; ipſe alibi, *inimicis infeſti.* Noſter infra,

[1] neque

Digitized by Google

[1] neque tamen ſenatus Provinciam invitus dederat: quippe foedum hominem a Rep. procul abeſſe volebat: [2] ſimul, quia boni complures praeſidium [3] in eo putabant: & jam tum potentia Cn. Pompeji formidoloſa erat. Sed is Piſo, [4] in provinciam, ab equitibus Hiſpanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens, occiſus eſt. Sunt qui ita dicant, imperia ejus injuſta, ſuperba, crudelia, barbaros nequiviſſe pati: alii autem, equites illos, Cn. Pompeii veteres, fidoſque clientes, [5] voluntate ejus Piſonem aggreſſos: [6] numquam Hiſpanos praeterea tale

irati infeſtique ſunt; at, ne quid diſſimulem, *infeſtus inimicus* nulibi quod ſciam, invenitur. Haſce voces ita diviſim exhibet Lucretius: *Multa meant* inimica *per aureis, multa per ipſas Inſinuant naris.* infeſta *atque aſpera odore.* *Infeſtus*: pro *irato* Apulejus ad finem Metam. v. *Sic effata foras ſe proripit* infeſta *& ſtomachata biles venereas.* Gloſſae ὀργίλος *infeſti.* Alterutrum ſuperfluit, ſervatur tamen MSS. omnibus, inquit Gruterus. *J. Waſſe.*

1 *Neque tamen*] L. 2. *neque enim* Regio abeſt *provinciam*, infra; Arond, *volebat eſſe.* &. *& jam* omiſſo *tum.* At *Acro* ad Horat. Carm. II. Od. XVII. *Et jam tum.* L. 2. *etiam tunc.* Pemb. *in exercitum*, pro *nequiviſſe* Mart. L. 1. 3. *nequiſſime.* Agroetius p. 2272. *n. Hiſp. pr. tale facinus feciſſe*, ut in editis. *J. W.*

2 *Simul quia boni complures praeſidium in eo putabant,*] Non male a Bongarſio excuſſus liber. *ſimulque boni*; modo item ſic reformentur ſequentia: *Simulque boni complures praeſidium in eo putabant. etiam tum potentia Pompeji formidoloſa*, ejecta voce *erat*: vocula *Cnei*, quae viſitur in editionibus aliis, ſublata eſt e noſtris auctoribus MSS. *Gruterus.*

3 *In eo putabant*] Hoc eſt, vel *in Piſone*, vel *ea re.* Cicero Divin. in Q. Caecil. *Ut res ita duceretur, ut apud Metellum Praetorem cauſſa diceretur.* In eo eſſe *haec commoda.* VI. Verrinar. *Id agi, id cogitari, in eo laborari ut res in illud tempus rejiceretur.* Plautus Aſinar. II, 4. *Solus mihi talentum argenti Soli annumeravit, & credidit, neque deceptus in eo.* Idem fere de Lucullo *Plutarchus* 517. ἐλπίδας δὲ δημηγορῶν τῇ βουλῇ παρεχεῖν, ὡς ἔχουσι τὸν ἄνδρα τοῦτον ἀντίταγμα πρὸς τὴν Πομπηΐου τυραννίδα καὶ τῆς ἀριστοκρατίας πρόμαχον. *J. Waſſe.*

4 *In provinciam*] L. 2. 3. Mart. Markii γ. λ. Pemb. *in provincia*, recte. *Cato* de Lege Voconia Fr. LXI. *Quam in viri poteſtate non committit.* Cic. 1. de Orat. *Veni in Senatu.* *Seneca* Epiſt. LXXI. in conſpectu *ejus venerunt.* Plautus ipſe linguae Latinae parens, Amphitr. V, 1, 18. *Pergam* in aedibus *nunc jam.* Sulpicius Severus, Hiſt. Sacr. 1, 24. in Domino *rebelles.* 29. *urgente nocte compulſos* in oppido. *Hegeſippus* III, 17. *Quis nos recipiet* in illo puro, *& ſecreto loco.* ita enim C. C. C. pro *locum.* V, 20. In medio *hoſtium prorumpunt*, idem Codex pro *medium.* Si quis adhuc dubitet de hac conſtructione, is adeat *Linacrum* lib. VI, p. 631. & *Colvium* in notis ad Apulejum. *J. Waſſe.*

5 *Ex voluntate ejus Piſonem aggreſſos*] Illa *ex* praepoſitio non eſt in Manuſcriptis, licet in aliis fere ſit; nec exemplar eam Beroaldinum habet. *Rivius.*

6 *Numquam Hiſpanos*] Vide tamen illorum ingenium apud *Auctorem B. Alex.* cap. 48. & 50. L. Orat. Caeſaris ad finem *Auctoris* de *B. Hiſp.* caeterum *veteres fidoſque* ſatis ex formula. Martialis: *Ex*

facinus

facinus feciſſe, [1] ſed imperia ſaeva multa antea perpeſſos. [2] Nos eam rem in medio relinquemus. De ſuperiori conjuratione ſatis dictum.

XX. [3] Catilina, ubi eos, quos paullo ante memoravi, conveniſſe videt; tametſi cum ſingulis multa ſaepe egerat; tamen in rem fore credens univerſos appellare, & cohortari, in abditam partem aedium [4] ſeceſſit; at-

tantis opibus veteri fidoque ſodali *Das nihil.* J. Waſſe.

1 *Sed imperia ſaeva multa antea perpeſſos.*] In libris, quibus uſus eſt Vincentius Caſtilioneus, ſcriptum fuit: *Sed & ſaepe imperia ſaeva antea perpeſſos.* Nos eam lectionem in MS. noſtris non inevenimus, nec quidquam mutamus, *Popma.* Excludi poterat conjunctio, *ſed.* Editio anni clↄ cccc LXXV. expreſſit heic *ſtaeva.* [Et ſic L2. male, *redintegratamque actionem, infenſa patrum voces adverſa,* & ſaeva *cuncta perpeſſus.* Tacit. An. III. *J. W.*] Naz. vero praefert *multo*, miror nonnullis ſapere quod in Caſtilioneo eſt: *ſed & ſaepe imperia ſaeva antea perpeſſos.* quis enim non videt eſſe ab interprete? *Gruterus. Ante p.* Reg. Caeſar B. G. I. 31. *hominem eſſe barbarum, iracundum, temerarium, non poſſe ejus* imperia *diutius ſuſtineri.* J. Waſſe.

2 *Nos eam rem in medio relinquemus.*] Gell. XXVII, 2. *Q. Claudius Annal.* I. *Nos, inquit,* in medium relinquemus: *vulgus* in medio *dicit: nam vitium iſthic putant: & ſi dicas* in medium ponere, *id quoque eſſe σόλοικον putant: & tamen probabilius ſignificantiuſque ſic dici videbitur, ſi quis illa verba non injurioſe introſpiciat.* Tacitus quoque Salluſtii affectator, ſuis in libellis de morib. German. *Quod ego, uti incompertum. in medium relinquam.* Ciacconius. Pemb. omittit *eam.* A. Victor Caeſ. XIV. nos rem *in medio* relinquemus. *Suetonius* adhuc brevius ſenſum hunc concepit Vitel. I. *Sed quod diſcrepat* ſit in medio. Verbum retinet Cicero pro Coelio XX. *Hic ego jam rem definiam, mulierem nullam nominabo: tantum* in medio relinquam. Vide notas noſtras ad Bellum Catilinar. capp. LXVII. LXI. ubi fuſius aliquanto de hac formula agimus. *J. Waſſe.*

3 *Catilina, ubi eos,*] In cujus domo haec congregatio habita fuerit, varii varia ſentiunt. Nonnulli in M. Leccae domum eos conveniſſe putant, alii domi Catilinae eos congregatos fuiſſe tradunt. At ego hanc congregationem habitam fuiſſe (ſalvo aliorum judicio) in cujuſdam nobilis domo, e Cicerone colligo: Nam is in Orat. cont. C. Ant. & Catil. ita inquit: *Dico P. C. ſuperiore nocte cujuſdam hominis nobilis, & valde in his largitionis quaeſtu noti & cogniti domum, Catilinam & Antonium cum ſequeſtribus ſuis conveniſſe.* Et Paed. hunc textum ita interpretatur; *C. Caeſaris aut Craſſi domum ſignificat.* Hinc patet eos domi Catilinae non conveniſſe. Accedit quod Catilina in Velia habitaverit, in illa videlicet parte montis Palatini, quae forum videt, ut tradit Pomponius Laetus lib. de Antiq. Urb. Rom. aliter Porcius Latro, intelligit enim domum Leccae, niſi ſaepius congregati fuerint.

4 *Seceſſit*] L. L 3. omittunt copulam. pro *ſeceſſit* γ. λ. B. Pub. L. 2. Ven. 1470. & 1478. Pembr. in ſpatio interlineari *ſecedit.* ſi in textum recipias, legendum *habet.* pro *in rem,* Arond. *in re.* pro *ante mem.* L. 2. ſupra *M.* ſed Mart. Venetae *commemoravi.* J. W. Manuſcripta duo, *ſecedit,* quomodo & alia pleraque. *Rivius.* In Naz. & Com. Pal. quinto & 12. eſt *ſecedit,* neque ſecus impreſſio antiquior. poſſet quis ſuſpicari eſſe a Gloſſa certe ſine eo conſtat ſententia, ſine auſus

que

Digitized by Google

que ibi, [1] omnibus arbitris procul amotis, orationem hujuſcemodi habuit. [2] *Ni virtus, fideſque veſtra ſpectata mihi forent; nequicquam opportuna res [3] cecidiſſet; [4] ſpes magna, dominatio in manibus fruſtra fuiſſent: [5] neque ego per ignaviam, aut vana ingenia, incerta pro certis captarem. Sed, quia multis, & magnis tempeſtatibus vos [6] cognovi fortes, fidoſque mihi; eo animus auſus eſt maxumum, atque pulcherrumum*

certe ſine eo conſtat ſententia, ſine cujus *damno* adhuc alias quoque voces removeris hoc modo; *In abditam partem aedium, omnibus arbitris amotis orationem.* Gruterus.

1 *Omnibus arbitris*] *Omnibus* abeſt a Mark. λ. ſed γ. retinet. *J. Waſſe.*

2 *Niſi virtus atque fides veſtra ſatis ſpectata mihi forent;*] Legendum e vetuſtis, *Ni virtus fideſque veſtra ſpectata mihi forent,* omiſſa particula illa *ſatis,* quam nec Fabricianus habet codex, nec requirit magnopere ſenſus. Si quis tamen eam adjectam velit, non admodum repugnabo; eſt enim in Merſeburgenſi. Sed & Terent. *Satis jam Simo, ſatis ſpectata erga te amicitia eſt mea.* Beroaldinum exemplar eam non habet. *Ni,* pro *niſi* ponitur. & ſic numerus ipſe exigit, cujus eſt obſervantiſſimus Salluſtius. Nec vero aliter Servius in Georgica Virgilii citat. Jam illud, *virtus atque fides veſtra,* vaſtum quid neſcio atque immane ſonat. quanto modulatius, *virtus fideſque veſtra.* Rivius. Haud aliter Editiones patrum aevo natae, cui adſpirant, praeter Commel. meum & Nazarianum, Palatini quatuor, poſt editae interjecta voce, *veſtra ſatis ſpectata,* qua tamen & pleriſque MS. Rivii deſtitutos ipſemet monuit. *Gruterus. Spectata ſatis, m. f.* Genepei Codex. Martinianus, *ſpectata foret mihi* C. Popma. Markii γ. & λ. *Veſtra ſpectata* omiſit etiam *ſatis* ad Georg. I. 260. Servius & Bodl. at Noſter. III, xi. *mihi quidem ſatis ſpectatum eſt* J. Waſſe.

3 *Cecidiſſet;*] *Accidiſſet* Arond. L. 2. & Martin.

4 *Spes magna, dominatio, in manibus fruſtra fuiſſent:*] Ita & manuſcripta fere, quæ ipſe viderim. in recentioribus, *ſpes magna dominationis* legitur. *Rivius. Dominationis.* Ita vetus codex: at Aldinus habet; *Spes magna, dominatio in manibus fuiſſet:* quam lectionem ego non probo; neque enim dominatio in manibus fuit, ſed dominationis ſpes. *Glar.* Expreſſi quod erat in Naz. & Pal. 2. neque aliter editio Aldi cIↄ Iↄ xxI; ut omittam MSS. Rivii noſtri, alii habent *dominationis* præter Commelinianum tamen in quo *Dominandi,* poſtea *fuiſſent.* quod autem neget Glareanus, dominationem fuiſſe in manibus nihil obſtat noſtræ lectioni, nam oratorie loquitur Catilina, ſervitque ſuae cauſae. *Grut. Dominatio* Pembr. in marg. ſecunda manu *nis.* idem etiam, *Neque ego per.* & ſic L. 1. 2. 3. Reg. & ex Oxonienſium recentioribus Digbæus Magd. Jeſ. *Andocides* Τοιέτων δ' ἐλπίδων μετεχόντες ἡμῶν; p. 280. Ratio haec futilis eſt: inferius enim p. 54. dicit, *Victoria in* manu nobis eſt, Cic. Epiſt. X, 8. *Cum ea* ſpe *quam* in manibus habeo. & Liv. VI. 8. Ne tamquam *Vejos oppugnantes in opere longinquo ſeſe tererent, victoriam* in manibus eſſe. i. e. *in promtu, paratam eſſe.* Nec ſecus C. Popma in ſuis ſe inveniſſe teſtatur. *J. Waſſe.*

5 *Neque ego per ign. aut v. ing.*] Poſui in Suſpicionibus videri legendum *ut vana ingenia* nunc nihil pertendo contra majeſtatem MSS. haud tamen adhuc poteſt diſplicere omnino alterum. *Gruterus. Vaga* Markii λ. *J. Waſſe.*

6 *Cognovi fortes fidoſque mihi;*] Pronomen auribus meis officit. *Grut.*

[1] facinus incipere; [2] ſimul, quia vobis [3] eadem, quae mihi, bona, malaque eſſe intellexi. [4] Nam idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt.

1 *Facinus incipere;*] Pudet pigetque barbariei! omnibus Pall. adeſt vox ultima: at incidi olim in codicem Polonicum; illi aberat. quin debeat, neminem puto ambigere, cui cognita indoles linguae Latinae. *Grut.* Recte. Noſter: *nihil auſus.* aliter Libb. & Plaut. Trucul. II. 5. *quae* auſa ſum *tantum clam* dolum aggrediri. *pulcherrimum facinus* conjurationem vocat, ſuae cauſae ſerviens. Sic, *Hermolaus unus ex* conjuratoribus, apud *Curtium* VIII. 7. *Sunt hic qui mecum* rem pulcherrimam *cogitaverunt.* Et VI. 7. *conjuratos* pulcherrimum facinus *inchoaturos.* Tacit. An. 87. *Quum occiſus Dictator Caeſar aliis peſſimum aliis* pulcherrimum facinus *videretur.* J. Waſſe.

2 *Simul, q. v. e. q. m. b. malaque eſſe intellexi.*] Non acquieſcit animus ſcripturae vulgatae, & Naz. ac Comm. abeſt pronomen *quae*, forte excidit vox, repetendaque iſto modo: *ſimul quia vobis eadem, eadem mihi bona malaque eſſe intellexi:* illud *eſſe* aberat Polonico, & eſt ſane ſupervacuum. *Gruterus.*

3 *Eadem quae mihi*] Eleganter *Theophylactus Symocatta*; Lib. II. cap. 6. Τοὺς ἐπηγγελμένους εἰς συμφωνίαν τὰ κοινὰ δῆσαι χρεὼν, τοὺς ὡς γένος, καὶ νόμος, καὶ γλῶτταν διείληφε. συνῆφθαι ὃ τῶν πραγμάτων οἰκειότατον, τῷ ἀδελφῷ τὸ ἀναγκαίως κατασημαίνεσθαι τὴν ὁμόνοιαν. Formulam hanc uſurpat Livius XXVIII. 44. *Ad hoc, major ignotarum rerum eſt terror:* bona malaque hoſtium, *ex propinquo ingreſſus fines, aſpicias.* Eodem ſenſu, *triſtium laetorumque* apud *Tacitum* An. IV. 15. viri peſſimi συμπαθοῦς λέγομεν; *quis enim bonus & face dignus Arcana qualem Cereris vult eſſe ſacerdos, Ulla aliena ſibi credat mala?* J. Waſſe.

4 *Nam idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt.*] Sic & in Hecyram *Donatus.* in Fabriciano vero, *idem velle atque nolle.* Perperam autem eſt in exemplari Colonienſi additum *res.* nec enim in vetuſtis reperitur. *Rivius.* Suavius acciderer auribus gnome, deleto *atque*; niſi magis reſcribendum cum Commeo, *Idem velle atque nolle*, aut cum Pal. nono, *Idem velle, nolle, ea demum.* Gruterus. Abeſt *atque* L. I. 3. *idem velle atque nolle* Reg. Caeteri cum editis, atque ita *Auguſtinus* in Feſt. Epiph. & *Hieronymus* Apolog. adverſus Ruffin. cap. II. *Donatus* in Hecyr. *Zeno* etiam *Veronenſis* Serm. de patientia bis ita citat, uti & ſemel *Sidonius* V. Epiſt. III. *Hieronymus* ad Demetriadem. *eadem velle & eadem nolle ea demum firma amicitia eſt.* P. *Arvernus Venerabilis*, Lib. IV. cap. XXV. *idem ſcilicet velle. & idem nolle.* Neque aliter ex auctoribus, qui huc reſpexerint, aliquammulti. Reliqui non geminant *idem*, in quorum numero *Minutius Felix* ed. Daviſianae. *eadem velle vel nolle. Caſſianus* in Collat. XVI, 3. *unum propoſitum, unum* velle ac nolle. *Silius Italicus* IX. Velle ac nolle *ambobus* idem. *Sidonius* a ſe diverſus: *imbuamuſque liberos invicem diligentes*, idem velle, nolle, *refugere, ſectari.* Apulejus Metam. IX, p. 161. *Ipſe ſemper cum mea conjuge tam concorditer vixi, ut, ex ſecta prudentum, eadem nobis ambobus placerent.* In *Hermetis Adloc.* p. 100. *ab his ergo* velle & nolle *divinitus averſum eſt totum.* de Philoſophia p. 279. eadem velle & nolle. *incolarum mentem aſſueverunt.* Dracontius de Conjugio pag. 639. Velle *pares* & nolle *pares ſtans una voluntas Pars animi concors paribus decurrere votis.* Ex *Ovidio, Seneca, Caſſiodoro* colligi nihil poteſt. Si cui lubet adeat illum Epiſt. XVII, hunc Lib. de Ira III, 34. *Caſſiodorum* vero Variar. II, 16. Huc ſpectat *Manilius* II, 574. *Inque odium generat partus, & mutua velle.* Praeclare in hanc rem *Thucydides* lib. III, εἰδότες ὅτι φιλίαν ἰδιώταις βέβαιον γιγνομένην ὅτε κοινωνίαν πόλεσιν ἐς οὐδὲν, εἰ μὴ μετ' ἀρετῆς δοκούσης ἐς ἀλλήλους γίγνοιντο, καὶ τἆλλα ὁμοιότροποι εἶεν. *Demoſthenes:* Ἔστι δ' οὐκ

[1] Sed

[1] *Sed ego quae mente agitavi, omnes jam antea diverſi audiſtis.* [2] *Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cum conſidero, quae conditio vitae futura ſit,* [3] *niſi noſmet ipſos vindicamus in libertatem.* Nam, poſtquam Reſp. [4] *in paucorum potentium jus, atque ditionem conceſſit;* [5] *ſemper illis reges, tetrarchae vectigales eſſe: populi, nationes, ſtipendia, pendere: ceteri omnes,* [6] *ſtrenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fui-*

ὁ λόγος [illegible] Ῥήτορος, Αἰσχίνη τίμιος, οὐδ' ὁ [illegible] φωνῆς· ἀλλὰ τὸ [illegible] [illegible], καὶ τὸ [illegible] αὐτοὺς [illegible] καὶ φι- [illegible], ὥσπερ [illegible] [illegible] ὁ γὰρ οὕτως ἔχων τὴν [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] ἐρεῖ. Ὁ δ' [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] τινα εἰδωλον [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]· οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρ- [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] τῆς ἀσφαλείας [illegible] [illegible] ἔχει [illegible]· ἀλλ' ὀρθῶς. ἐγὼ, [illegible] γὰρ [illegible] εἰλόμην [illegible] καὶ [illegible] [illegible], οὐδ' ἰδεῖν [illegible]. Confer Noſtrum Fr. 1. 9. *Homerus*. Od. III. Οὔ τί [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. J. W.

1 *Sed ego, quae mente agitavi, omnes jam antea diverſi audiſtis.*] MſT. quidam; *Sed ego quae antehac, mente agitavi, omnes jam diverſi audiſtis.* Cyp. Popma.

2 *Ceterum mihi in dies animus magis magiſque accenditur.*] Impreſſi nonnulli codices: *Ceterum mihi in dies magis animus accenditur.* Nos particulam *magiſque*, in ſuum locum ordinemque reſtituimus, & ita loqui ſolet Salluſtius, non ſolum in libris Hiſtoriarum, ſed in Catilinario, & Bello Jugurthino: *agitabatur magis magiſque animus.* &, *magis magiſque in aperto ſunt. magis magiſque creſcere intelligit. magis magiſque eum in dies amplecti. ipſa ſe virtus magis magiſque extollit, magis magiſque appropinquare videt.* Idem. Sic Venet. 1470. L 2. Arond. Mart. Pemb. *magis magiſque* in Marg. Cod. B. Pub. omittit *magiſque*. Intrudunt alii, *in dies magis magiſque animus.* & ſic quoque editio vetuſtiſſima, ſed contra pleroſque manuſcriptos; ſolum enim habent in Palatinis nonnullis recentiſſimi, undecimo & duodecimo. Gruterus.

3 *Niſi noſmet ipſos vindicemus*] Legendum arbitror, *ni noſmet ipſi.* id enim praeterquam quod elegantius eſt, etiam veterum conſenſu codd. magis comprobatur. *Rivius.* *Niſ. noſmet ipſ. vindicamus.*] Ita Mſſ. electiores non *vindicemus* quod & repoſuit editio omnibus antiquior. *Gruterus.*

4 *In paucorum jus atque ditionem conceſſit,*] Sic in orat. Macri; *Itaque omnes conceſſere jam in paucorum dominationem.* ubi, *ditionem,* legendum fortaſſe eſt. & Livius lib. XXXVI. *Ita Athamania omnis in jus ditionemque Philippi conceſſit.* Donatus tamen refert I. Hiſtor. ſcripſiſſe Salluſtium, *Quorum in gratia plerique conceſſerant.* In Jugurth. *victi omnes in gentem nomenque imperantium conceſſere.* Ciacconius. Variant hic libri, aliis *potentium*, aliis *conditionem* praeferentibus. Ceterum in vulgata nihil muto, nec *potentiam* hic probo, quod facit Colerus. Seneca Epiſtola XXIX. *Ponet ſe extra jus ditionemque fortunae.* Poticluius.

5 *Semper illis reges,*] Conjungit Cic. 2. Phil. Reges Tetrarchae *Dynaſtaeque.* Horat. *reges atque* Tetrarchas. *Lucan.* Tetrarchae Regeſque *tenent*, *magnique Tyranni*, VII. 46. *J. Waſſe.*

6 *Strenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus,*] Mutandum exiſtimo particulam, *atque*, & legendum, *Ignobiles atque vulgus fuimus*, vel *aeque atque ignobiles.* Ciacconius. *Ceteri ſtrenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus.* Quamvis eodem modo codices manuſcripti, eſt in pleriſque tamen, ut in Beroaldino, *vulgus ſumus*, tempore praeſenti, pro, *nullo numero habemur*, hoc eſt,

Digitized by Google

mus, [1] ſine gratia, ſine auctoritate, his obnoxii, quibus, ſi Reſpub. valeret, formidini eſſemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud illos ſunt, aut ubi illi volunt: [2] nobis reliquere pericula, repulſas, judicia, egeſtatem. Quae quouſque tandem [3] patiemini fortiſſumi viri? [4] Nonne emori per virtutem praeſtat, quam vitam miſeram, atque inhoneſtam, ubi alienae ſuperbiae [5] ludibrio fueris, per dedecus amittere?

XXI. Verum enimvero, [6] prô Deum atque hominum

contemnimur & deſpicimur. ſed & *fuimus*, non ſane diſplicet, quod exemplaria fere habent. *Rivius.* *Vulg. fuimus.* Sic concorditer MSS. niſi quod a ſecunda manu Naz. & Commelin. *ſumus*, ſed ne ſic quidem impreſſi antiquitus. *Grut.* Illud *boni*, mutat locum in L. 2. *boni ſtrenui*. Caeteri tenent mordicus. Si abeſſet, melius meo judicio procederet ſententia. neſcio an *Varro* 11. de L. Latina alluſerit ad locum alicujus autoris, an caſu conjunxerit *ſtrenuos* & *nobiles*. *Item ab animo, ut, ab ſtrenuitate & nobilitate*, ſtrenui & nobiles p. 87. *A. Victor* huc reſpexit in Caeſ. 24. *Immiſſique in imperium promiſcue*, boni malique, *nobiles atque ignobiles*. Sed ne ſic quidem aliquid mutaverim. Neſcio an & *Tacitus* VI. 19. *Jacuit immenſa ſtrages omnis ſexus, omnis aetas*, illuſtres ignobiles *diſperſi aut aggerati.* adeas doctiſſimum *Perizon.* ad Sanctium, p. 791. qui copulam ſaepe adeſſe probat. *J. Waſſe.*

1 *Sine gratia,*] Bad. i. e. *venuſtate, relatione, actione gratiarum.* Zanch. *favore.* uterque praeter rem. noſtrates uno verbo, *intereſt*. Vide indicem. *J. Waſſe.*

2 *Nobis reliquere pericula, repulſas, judicia, egeſtatem.*] In vetuſtis eſt, *repulſas nobis reliquere, pericula, judicia, egeſtatem.* Utra verborum ſeries concinnior eſſe videatur, alii judicent. *Rivius.* Aemulatus Tacitus Hiſt. II. 6. *Ne penes caeteros imperii praemia*, penes ipſos tantum ſervitii neceſſitas *eſſet, circumſpicere.* 2 MSS. *aut ubi illi volunt, repulſas nobis reliquere p. jud. eg.* C. Popma. Reg. *reliq. repulſas p. eg.* Verum abeſt *repulſas* Arond. Balliol. inepte L 1. Mart. Venetiis cuſi, L 2. *reliquere repulſis*. addidit τῷ *nobis* vocem *repulſis* interpres, inde in auctorem irrepſit. Caeterum γ. λ. & Oxonienſes *relinquere*. Noſter cap. 39. *caeteroſque judiciis terrere.* J. Waſſe.

3 *Patiemini ô fortiſſimi viri?*] In Fabriciano & Beroaldino non eſt, *ô*. ac mihi ſane ab litteratore inſulſo additum videtur. eſt tamen in Merſeburgenſi atque aliis. *Rivius.* In 2. Putſchii abeſt *tandem* & a noſtris fere *ô*. *J. Waſſe.*

4 *Nonne emori per virtutem praeſtat,*] Legerem, *mori*. ut in orat. Lepidi, *eſtne viris reliqui aliud quam ſolvere injuriam, aut mori per virtutem?* Tacitus Hiſtor. III. *Moriendum victis, moriendum deditis: id ſolum referre, noviſſimum ſpiritum per ludibrium & contumelias effundant, an per virtutem.* qui locus ex hoc Salluſtiano expreſſus videtur. *Plautus* Capt. *Qui per virtutem peritat, non interit.* Videndum tamen an apud Salluſtium pro, *amittere*, legi debeat, *agitare*. Ciacconius.

5 *Ludibrio fueris,*] Volumen Fabricianum habet *ubi alienae ſuperbiae ludibrio fueris*, legitur & *fueritis*. prius haud dubie cum rectius, tum elegantius eſſe videtur. Et talis ἐνέργειας numeri, incredibilem quandam gratiam & venuſtatem habet. *Rivius.* Arond. Reg. L 2. 1. Markii γ. *fuerimus.*, Oxonienſes *fueris*. *J. Waſſe.*

6 *Per Deum atque hominum fidem!*] Priſcianus legit, *Pro Deum atque hominum fidem* l. XIV. p. 997. *Prô*, inquit, *etiam in-*

fidem!

Digitized by Google

fidem! Victoria in manu nobis eſt. [1] *viget aetas: animus valet. contra illis,* [2] *annis, atque divitiis, omnia conſenuerunt. tantummodo incoepto opus eſt: caetera res ex-*

terjectionis loco ponitur, & circumflectitur. Ut *Salluſt. in Catil. Prô Deûm atque hominum fidem.* Neque ſecus interpres,quicunque is, legiſſe videtur. In vetuſtis inſcriptionibus fere *prob* reperitur, contra quam vel Priſcianus ipſe, vel alii quidam velint: nam & Feſtus cum Priſciano facit. Inter alias enim ſignificationes hujuſce particulae *prô*, quas multas lib XIV. recenſet, etiam admirationi ſervire eam docet. ut. *Prô Juppiter.* nam hoc ipſe exemplum ſubdit. *Rivius.* Victoria n. in m. eſt. *Priſcian.* p. 1207. *J. Waſſe.*

1 *Viget aetas:*] Alludit *Livius* V, 23. *Juvenibus bella data dictitans, & cum corporibus* vigere & deflorescere animos. Locum expreſſit *Apollonius Collatius* V. 736 *Haud* impar *nobis* animus, *nec ſanguine fervens, Corpora noſtra minus.* Tacitus Annal. III. 44. *Mox Varro invalidus ſenecta,* vigenti *Silio conceſſit.* Conjungit *Mamertus* in Praefat. *Vale & vige* bonis viribus. *Hegeſip.* III, 4. vivens & vigens *redditur.* Statius Sylvar. I, 4. *non illud culpa* ſenectae *Quippe ea biſſenis vix dum orſa excedere luſtris, Sed labor intendens,* animique *in membra* vigentis *Imperium.* Infra, *res expediet.* Livius XXVIII. *Multa quae nunc* ex intervallo *non comparent, bellum* aperiet. Supra, *caetera res expediet.* L 3. *te* pro, *res.* L 2. *res ipſa exp.* & ita Venetae. *res ipſa exp. Digb.* at caſtiores Codices ab editis ſtant. Virgil. Aen, *jam tempus agit res,* & noſter in exitu Orationis *res, tempora pericula, egeſtas—hortentur.* J. Waſſe.

2 *Annis, atque d. o. conſenuerunt*] Hoc eſt, *ex vel, prae ſenectute.* Arond. *animis* male. praepoſitio ſubintelligitur ut apud *Virgil.* Aen. II. *Quanquam animus me miniſſe horret* luctuque *refugit.* & VII,205. *fama eſt obſcurior* annis. Lucretium III, 959. *Si tibi non* annis *corpus jam marcet & artus Confecti languent.* Pacuvium Teucro: *Quamquam* annisque & aetate *hoc corpus putret.* Accium in Erigona: *Quamquam exſangue eſt corpus mihi, atque* annis *putret.* Servat *Ovidius* praepoſitionem: *Cur ego plector amans ſi vir tibi* marcet ab annis. *Conſeneſcere* hoc loco pro, *minui, debilitari,* feſſi nempe luxu, attritique ſecundis ut alicubi *Silius.* Noſter Thucydidem ſequitur: Πάντων τὴν ἐπιςήμην ἘΓΓΗΡΑΣΕΣΘΑΙ lib. VI. & II, §. 44. Τὸ γὰρ φιλότιμον ἀγήρων. quod alibi voce ἐπιδιδόασιν effert, *Plutarchus* verbo παρηκμακέναι. Ὁρῶν καθ' ἡμέραν ἘΠΙΔΙΔΟΥΣΑΝ τήν τε τῶν πολεμίων ἰσχὺν καὶ τὴν σφετέραν ἀπορίαν. Idem in Bruto pag. 987 ΠΑΡΑΚΜΑΣΑΙ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ ΜΑΡΑΝΘΗΝΑΙ τὴν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν δόξαν. Inde Latini: *Laudem alicujus prope* ſeneſcentem *revocare.* Livius XXXV. ut cunctando conſeneſcerent conſilia. &, *fama.* XXVII, 20. *vires,* IX, 27. ſeneſcentem *cum viribus* majeſtatem, XXII, 39. confer XXIII, 44. I, 22. *Opes* Nepos in Alcibiade. Tacitus. Silius Italicus III,457. *Jamque* ſeneſcebat *vallatis moenibus* hoſtis Carpebatque dies *urbem, dum ſigna manuſque Expectant* feſſi *ſocias.* & III, 580. *blandoque veneno* Deſidiae, *virtus paullatim evicta* ſeneſcit. quo ſenſu ait lib. XVI, 14. *ſtare negata Cogebatur ope &* ſenio *torpeſcere rerum.* Vegetius III, 26. *Exercitus labore proficit,*otio conſeneſcit. *Sedulius* III, 19. elegantius quam pro illa aetate. *Jamque* ſeneſcentem *gelidi ſub caerula ponti, Oceano rapiente diem.* ubi de ambulatione Domini noſtri ſuper aquas haec habet. *Et vaſti premit arva freti* glaucisque *fluentis Circumfuſa, ſacras lambebant marmora plantas.* Codex B. Publicae Cantabr. *ſiccisque fluentis,* & ſic legendum. *Glaucis* enim hoc loco plane otioſum & inefficax. *Arnobius* lib. I. de Chriſto: *Qui per altiſſimos gurgites* pedem *ferebat* inlutum. de eodem *Lactantius* Inſtit. IV, 5. *Tamquam* in ſolido *gradiens.* Vel

 pediet:

pediet. Etenim [1] quis mortalium, cui virile ingenium ineſt, tolerare poteſt, [2] illis divitias ſuperare, [3] quas profundant in exſtruendo mari, & montibus coaequandis, nobis rem familiarem etiam ad neceſſaria deeſſe? illos binas, aut amplius [4] domos continuare; nobis larem fa-

omnia me fallunt, vel reſpexit Auctor Martialis iſta: *Qui* ſiccis *laſcivit* aquis. Firmat Ipſe, dum iter per mare Erythraeum verſu huic gemino ſignat. Sicca *peregrinas ſtupuerunt* marmora *plantas.* illa ſiccitas adauget pulchre miraculum, quod probe novit *Moſchus*, apud quem ita de Jove Europa Idyll. II, 137. Οὔθ' ἅλιοι δελφῖνες ἐπὶ χθονὸς, οὔτέ τι ταῦροι Ἐν πόντῳ στείχουσι· σὺ δὲ χθόνα καὶ κατὰ πόντον ἌΒΡΟΧΟΣ ἀΐσσεις. Nec diſſidet *Nonnus* Dion. I, 15. μὴ διὰ πόντου Ὑγρὸς ἀλιβρεχέεσσι χαράσσεται ὁλκὸς ἀμάξης· Παρθένιον κατὰ κῦμα νόθον πλόον. *J. Waſſe.*

1 *Q. mor. c. v. ingenium ineſt,*] Vulgati hactenus *ingenium eſt.* ſed alterum auribus accomodatius, tuetur ſe antiquiſſimo Pal. Naz. Ineſt pro ſimpl. Plaut. & Ter. q. mor. *Gruterus.*

2 *Illis divitias ſuperare,*] Sic Jugurth. *gloria, atque alia optanda bonis ſuperabant.* Cic. Paradox. *Uter igitur ditior eſt, cui deeſt, an cui ſuperat.* Ciacconius.

3 *Quas prof. in exſtruendo mari,*] Ita quidem MSS. nec praefracte damnaverim, conjeci tamen olim in Suſpicionibus *in excludendo* ut velit, illi magno mari vim feciſſe ſuis exſtructionibus inſanis. *Gruterus.* Gruterus conjecerat *excludendo*, ut velit, illi magno mari vim feciſſe. Sed forte ſcribetur rectius, *extendendo*, i. e. pilis ſive aggeribus aedificando in mari & aquis quaſi retro agendis. Caeſar. III. Bell. Gal. 12. *Extruſo mari aggere ac molibus.* Gronovius. Cum edd. facit *Acro* in Horat. Carm. II. 18. *J. Waſſe.*

4 *Domos continuare;*] Continuata, συναμμένα, elegans nec adeo trita locutionis formula, pro, *conflare plura in unum*, vel, *conjungere*, facere ne diſtent. Quo nomine Neronem perſtrinxit *Auctor* apud *Suetonium* cap. 39. *Roma domus fiet: Vejos migrate Quirites, Si non & Vejos occupat iſta domus.* Confer *Plin.* XXXIII, 3. *Martial.* de Spectac. II, 4. Hoc vult *Plinius* in Epiſt. III, 19. de praediis agro ſuo vicinis, quae venalia erant. *Sollicitat, inquit, primum* ipſa pulchritudo jungendi. Deque hac re capiendus *Arnobius* II, 72. *Poſſeſſionum ſemper producerent fines, & quamvis provincias totas* rus facerent unum, *pro arbore una, pro ſulco forum litibus tererent.* Et *Seneca* Epiſt. LXXXIX. *Quam vultis late poſſidere, ſit* fundus *quod aliquando* imperium *vocabatur.* Infra: *Ubicumque in aliquem ſinum littus curvabitur, vos protinus fundamenta jacietis, nec contenti ſolo, niſi quod manu feceritis, maria agetis introrſus. Omnibus licet locis tecta veſtra ſplendent, alicubi impoſita montibus, in vaſtum terrarum mariſque proſpectum, alicubi ex plano in altitudinem montium educta &c.* ibi Codex Bib. Pub. bis, *alicubi.* Scite *Apulejus* Metam. IX. pag. 167 *Licet privato ſuis poſſeſſionibus paupere*, fines uſque & uſque proterminaveris, *habiturum te tamen vicinum aliquem.* Continuare *domos*, ergo, eſt, *duas* aut amplius diſtantes domos cogere, ἐς τὴν ὁμόδουλον οἰκίαν, facere ut in unum idemque domicilium coaleſcant. Livius XXVI, 27. *nocte ac die* continuatum incendium I, 44. & *Curtius* V, 4. continuata *montibus* nemora *riparum.* Juſt. XIII, 8. *Tacitus* de Mor. G. XXII, & XLV. diem noctemque continuare *potando.* Adde *Hirtium* III, 61. B. Civil. & 36, 3. *Caeſarem* III. B. Civil. Horat. III, 16. Carm. *Quam ſi Mygdoniis* regnum *Halyattici* Campis continuem. *Arnobium* II, pag. LXX. & *Plinium* Hiſt. Nat. III, 16. XX, 17. Horat. Sat. II, 6, 107. Succinctus curſitat hoſpes. Conti-

miliarem

Digitized by Google

miliarem [1] *nuſquam ullum eſſe? cum tabulas, ſigna, toreumata* [2] *emunt; nova diruunt, alia aedificant; poſtremo omnibus modis pecuniam* [3] *trahunt, vexant, tamen, ſumma libidine divitias vincere nequeunt. At* [4] *nobis eſt domi inopia, foris aes alienum: mala res, ſpes mul-*

nuatque dapes. hoc eſt, *cibos cibis accumulat.* Apulejus hoc verbo nove uſus eſt, pro *aſſequi*, licet non ineleganter. Metam. XI, pag. 366. & VI, 18. & alibi. *Me continuatur Pytheas.* Hinc etiam *continuus* pro *contiguus* quod non raro depravatum invenire eſt; verbi gratia, apud *Columellam* de Re Ruſt. VII, 3. *Pratis aut novalibus* villae contiguis *admovendae ſunt.* Codex Arondel. quo in eo auctore, uſus ſum, recte habet, *continuis.* Lectionem firmat *Sulpicius* Hiſt. Sacr. II, 22. *Sed Syris arcem tenentibus, quae continua templo, & loci natura ſuperior, atque inexpugnabilis erat.* Varro de Re Ruſt. quem etiam ope vett. Codd. emendavimus II, 9. *Tauros ſolere diverſas aſſiſtere* clunibus continuatos, *& cornibus facile propulſare lupos.* Et ſic *continens* pro *continuo* apud *Sueton.* Calig. XIX. Curt. III, 8. *J. Waſſe.*

1 *Nuſquam ullum eſſe? cum tabulas ſigna, &c.*] Et ita quoque concorditer MSS. Pal. & vett. edd. ne quis Popmae auſcultet, largienti nobis aliud adhuc verbum, hoc modo: *eſſe? Illi cum tabulas, &c.* Equidem ſi ita ulli codices, ſciamus oportet, notae deterrimae. *Gruterus. Larum* omittit MS. B. Pub. & *Signa* abeſt a B. Pub. *J. Waſſe.*

2 *Emunt, nova diruunt, alia aedificant:*] Expunxi illud, *vetera negligunt*, quod Carrionis ſequentesque occupat editiones; quoniam nulla ejus litera comparent in MSS. Palat. in Bongarſianis, in Commeliniano meo, imo ne in veterrimis editionibus quibus primam peſtem invexit Pomponius Laetus, dum fingit: *emunt, vetera diruunt, nova aedificant.* ingenioſe profecto, ſi id vocis quadrat in ſtuporem. *Gruterus.*

3 *Trahunt, vexant:*] Ita Codd. Interpp. trahunt, i. e. *accumulant:* vexant, i. e. *lacerant pauperes.* At magis ingenue Glareanus dicit ſe ignorare quid ſit, quod ego etiam de caeteris dictum velim. *Trahere* enim *& vexare*, eſt pecuniam propriam omnimodo diſperdere & profundere. Proprie quidem denotant vaſtationem hoſtilem, ut apud *Tacitum* III, 20. IV, 48. & *Ciceronem* III, Verrin. *Quae oppida tu diripienda & vexanda curaſti.* inde ad eos traducuntur qui ita ſe agunt in adminiſtranda re familiari, ut non tam patresfamilias quam praedones eſſe videantur. &, quam proxime accedit ad ἄγειν & φέρειν Graecorum. Iliad. E'. 484. Οἷόν κ' ἠὲ ΦΕΡΟΙΕΝ Ἀχαιοὶ ἤ κεν ἌΓΟΙΕΝ. *Herodotus* I, 88. Οὔτε πόλιν τὴν ἐμὴν, οὔτε χρήματα τὰ σὰ διαρπάζεις, ἀλλὰ ΦΕΡΟΥΣΙ τε καὶ ἌΓΟΥΣΙ τὰ σά. Rem pluribus exprimit in VI. Theb. *Papinius: Ut cum poſſeſſas avidis victoribus arces Dux raptare dedit, vix ſigna audita, nec urbem Invenias.* ducunt, ſternuntque, abiguntque, feruntque. Virg. G. I. *Quas animoſi Euri aſſidue franguntque feruntque. Silius* II, 600 portantque, trahuntque. Hoc ſenſu, niſi fallor, *Aurelius Victor* de Galba cap. VI. *quaſi luxuriae aut etiam crudelitati auxilio ventitaſſet:* rapere, trahere, vexare, *ac foedum in modum vaſtare cuncta ac polluere.* ubi, ne mendum in voce ſit, ut ſuſpicatur *A. Schottus. Trahere & vexare* idem denotent neceſſe eſt ac *lacerare* per luxum pecuniam, ut hoc loco apud noſtrum, quem fere ſequitur. Noſter: *Quod commodum eſt* trahunt, rapiunt. Livius XXXVIII, 15 & 19 ferri agique res ſuas. *Hieronymus* Epitaph. Nep. 9. vaſtant, trahunt, rapiunt. *J. Waſſe.*

4 *Nobis eſt*] Abeſt verb. ſubſtantivum L. 2. bene opinor; ſed Codd. MSS. diſſentiunt. *J. Waſſe.*

to-

Digitized by Google

to aſperior. Denique quid reliqui habemus, praeter miſeram animam? Quin igitur [1] *expergiſcimini?* [2] *En illa, illa, quam ſaepe optaſtis, libertas, praeterea divitiae, decus, gloria in oculis ſita ſunt.* [3] *Fortuna ea omnia victoribus praemia poſuit. res, tempus, pericula, egeſtas, belli ſpolia magnifica, magis, quam oratio mea, vos hortentur.* [4] *Vel imperatore, vel milite me utimini. neque animus, neque corpus a vobis aberit. haec ipſa ut ſpero, vobiſcum una Conſul agam: niſi forte animus fallit, & vos ſervire magis quam imperare, parati eſtis.*

XXII. Poſtquam accepere ea homines, [6] quibus mala abunde omnia erant, ſed neque res, neque [7] ſpes bona ulla

1 *Expergiſcimini?*] Reg. *quin ergo expergiſcimini.* L 2. & Venet. 1478. addit, *& capeſſite Remp.* male. formulam hanc ſervat Noſter cap. 58. & Fr. VI, 51. Graeci ἀφυπνίσασθε. *Livius* I, 44. *Nunc te illa coeleſtis excitet flamma, nunc* expergiſcere vere. Codd. vett. Sanctii, *quia vere.* ex quo ille, *expergiſcere, quid vereve*, nimis importune. Locus recte habet. alludit enim Tanaquil. ad flammam qua Servii caput arſiſſe divinitus narratur, ubi haec habentur verba: *moveri vetuiſſe puerum, donec* ſua ſponte *experrectus eſſet.* Hoc ergo vult, olim te dormientem, igne coeleſti circundatum, excitari nefas erat, at nunc tandem expergiſcere vere, tuto, auctoribus Diis, non e ſomno ſed ad regnum & gloriam. *J. Waſſe.*

2 *En illa, illa, q. ſ. op. lib.*] Sic & Codd. virtutis robuſtae, nam aetatis ultimae ſemel tantum poſuerunt *illa.* Grut.

3 *Fortuna ea omnia v. pr. p.*] Non adeſt *omnia* Comm. noſtro. Pal. quidem tert. adeſt, ſed is deſtituitur illo *praemia.* Pal. autem nonus & decim. non agnoſcunt pronomen *ea*: ac caeteri fere MSS. verba ſic collocant: *Fortuna omnia ea victoribus* &c. poſſet non inepte refingi: *En illa illa quam ſaepe optaſtis libertas praeterea divitiae, decus, gloria in oculis ſita ſunt; fortuna victoribus praemia, res* &c. Gruterus.

4 *Vel imper. vel milite*] Civilis apud *Tacitum* IV. Hiſt. 66. *Transgredior ad vos*, ſeu me ducem, ſeu militem *mavultis.* Lucanus IX, 398 & 590. *J. Waſſe.*

5 *Niſi forte animus fallit,*] Manuſcriptum habet, *ni forte animus fallit.* Rivius. Et ſic ed. Gruteriana. Arond. L 3. Reg. formula in aſſertionibus uſitatiſſima. Ulpian. *Verum, niſi* fallor, *Philoſophiam non ſimulatam affectantes.* Sic *Gajus* Lib. ff. de Orig. Juris. *J. Waſſe.*

6 *Quibus mala abunde omnia*] Hic eſt ordo omnium MSS. omnium editionum, ante Aldinam, itaque valeant antiquariorum nova figmenta. *Gruterus.*

7 *Spes bona ulla*] Pro *ulla* Arond. *illis*, caeteri cum Textu faciunt. Et ita Noſter alibi ſaepe. *Thucydidem* praeeuntem habuit II, 42. καταπράξαντες ὅτι ΕΛΠΙΣ σὺν δὲ ἈΓΑΘΟΥ. ita alii: *Euripides* Hecuba 351. ἐθρέφθην ἘΛΠΙΔΩΝ ΚΑΛΩΝ ὕπο. *Themiſtius* Orat. XVII, 49. Καὶ ὄντως ΕΛΠΙΣ ΓΛΥΚΕΙΑ ΣΥΝΔΙΑΙΤΑΤΑΙ, ἣ ἀγαθὴ γηροτρόφος. *Lucianus* Somn. p. 3. Χρηστὰς εἶχον ἐπ᾽ ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας ὡς &c. *Sophocles* Oedip. Tyr. Ὦ ΧΡΥΣΕΑΣ τέκνον ἘΛΠΙΔΟΣ. Thucyd. I. 74. ὑπὲρ τῆς ἘΝ ΒΡΑΧΕΙᾼ ἘΛΠΙΔΙ ὑ-

tam-

Digitized by Google

tametſi illis, [1] quieta movere, magna merces videbatur; [2] tamen poſtulare plerique, uti proponeret, *quae conditio belli foret: quae* [3] *praemia armis* [4] *peterent: quid ubique opis, aut ſpei haberent.* [5] Tum Catilina polliceri *Tabulas novas, proſcriptionem locupletium, magiſtratus, ſa-*

ᴏᴍς. *Plutarchus* Lucul. 507. ἐπὶ ΨΥΧΡΑΙΣ ἐλπίσιν ἄρχεται πολέμου. Cicero Catilin. I. *Nactus es ex perditis, atque ab omni, non modo fortuna, verum etiam* ſpe *derelictis.* Caeſar. B. Civ. II. *Plenus* ſpei bonae, *atque animi, adverſus eos proficiſcitur.* Sic, apud *Valerium* I, 7, 5. *Laetior* ſpes. Scio *Virgilium* aliosque ita locutos, v. g. *Hic* laeta *extremis* ſpes *eſt accenſa duobus.* & apud *Apulejum* inveniri, ſpes *hilarior,* ſed tamen iſto in loco mallem cum B. Pub. membranis legere, *laetioris ſtatus ſpem,* quam *laetiorem.* Nam quid ſibi velit *ſtatus* ſi abſolute ponatur, haud equidem video. *Laetior ſtatus* eſt, *laetior fortuna.* Ammianus XVII, 12. *Imp. coacta militum valida manu, ductu* laetioris fortunae *profectus.* Noſter infra: *Omnia in* ſpe bona *habere,* notiſſima locutio, quam tamen invito Latinae linguae genio, truncare conatur *Ciacconius* ad cap. XXII. Cicero pro domo; *Omnes ordines, omnes aut* re *aut* ſpe *denique ſunt* boni. P. Latro. cap. IX. *Nihil enim illis praeter* ſpem *atque animam fortuna reſervavit.* J. Waſſe.

1 *Quieta movere,*] Eſt in aliis, *Quietam remp. movere.* Sic L. 1. 3. Reg. Glarean. exemplar vetuſtum. Sed manuſcripta fere cum priore lectione faciunt. & illud *Quietam remp.* ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. Nam *quieta movere,* hic eſt, quietum & tranquillum ſtatum civitatis turbare. *Rivius. Quieta* perturbat, *Ammian.* XV. 5. hunc locum intelligit *Chariſius* I. p. 27. *Salluſt.* merces dixit. ſic etiam *Apulejus.* M. I. p. 9. *Haec tibi magna* merces *poſita eſt.* & ſaepe alibi. & ſic *Tacit.* An. XIV, 14. *J. Waſſe.*

2 *Tamen poſtulavere*] In Fabric. eſt, *tamen poſtulare plerique,* pro *poſtulabant. Rivius.* Grut. B. Pub. Ar. L. 2. 3. *poſtulavere.* Oxonienſes. γ. λ. Pembr. Venetae Mart. *poſtulare.* J. W.

3 *Praemia,*] Honeſte: pro *praeda.* Tibul. lib. I. Eleg. III. *qui corpora ferro Vulneret, aut* rapta praemia *veſte petat.* inde praedo, planus, graſſator nocturnus, qui veſperi ſuo vivit, *praemiator* audit apud vett. Grammat. Virg. II. Æn. *Multaque praeterea Laurenti* praemia pugnae, *Aggerat, & longo* praedam *jubet ordine duci.* Praemiari pro praedari *Sueton.* Tito VII. *Suſpecta & rapacitas: quod conſtabat in concionibus patris* nundinari praemiarique *ſolitum.* Vid. etiam Lucret. *Naevius* in Agrypunt. *Nam in ſcena vos nocturnos coepit* praemiatores *tollere.* J. W.

4 *Peterent,*] Aliter, *Peterentur.* Caſtil.

5 *Tum Catilina polliceri tabulas novas, proſcriptionem locupletum,*] Manuſcripta, ut & impreſſa quaedam, *proſcriptionem locupletium.* Id mihi rectius numeroſiuſque eſſe videtur; ſed & Cicero utitur hoc genitivo ad Atticum, *Nec moderationem quam Sulla, in pecuniis locupletium.* nam in ablativo dici *locuplete* & *locupleti,* docet Q. Remmius Palaemon. unde genitivus exſiſtit *locupletum* & *locupletium.* quamquam idem Cicero ne quid diſſimulem, *proſcriptiones locupletum* dicit in Paradoxis; ut in vulgatis eſt exemplaribus: nam in Manuſcripto *locupletium* reperi. Porro *tabulae novae* Latinis dicuntur, quae Graecis χρεῶν ἀποκοπαί. quomodo & Cicero appellat VII. ad Atticum. Eſt autem publica quaedam aeris alieni abolitio, & pecuniarum creditarum quaſi condonatio. Meminit harum Cicero II. Officiorum, & Livius II. belli Macedonici, ut interpretis inſcitiam jure mireris, qui hic, *admirandas tabulas, & artificioſe pictas,* intelligit per *tabulas novas.* Proſcriptionis vero nomen a bellis civilibus initium ducit. nam in

L *cerdotia,*

Digitized by Google

cerdotia, rapinas, alia omnia quae bellum, atque lubido victorum fert: praeterea, *eſſe in Hiſpania citeriore* [1] *Piſonem, in Mauritania cum exercitu P. Sitium Nucerinum, conſilii ſui participes:* [2] *petere Conſulatum* [3] *C. Antonium,*

tumultu & diſſenſione civili, cujuſmodi extitere Marii & Sullae, Caeſaris & Pompeii, qui conſecuti victoriam erant, ii nomina eorum, qui fuiſſe diverſarum partium putabantur, in tabulis deſcripta proponebant, conſtitutis praemiis, ſi quis eorum quemquam occidiſſet, bonis etiam proſcriptorum publicatis atque haſtae ſubjectis. Porro Sulla proſcriptionis tabulas primus propoſuit, iſque non contentus in eos ſaevire qui armis a ſe diſſenſerant, etiam quieti animi cives propter pecuniae magnitudinem, proſcriptorum numero adjecit, quemadmodum *Valerius* inquit. Poſtea obtinuit conſuetudo, ut in exilium ejecti, *proſcripti* dicerentur. Ergo *polliceri Catilina proſcriptionem locupletium*, nimirum ut illis interfectis, impetus in eorum bona fieret. *Rivius.* Χρεωκοπίαν καὶ σεισάχθειαν. Vid. *Petitum* de Legibus Atticis. Idem de Nabide Livius. *Concione inde advocata, rogationem promulgavit, unam de Tabulis novis, alteram de agro viritim dividendo*: duas faces novantibus *res ad plebem in optimates accendendam* xxx. 3. Sic etiam *Eumenes de Rege Perſeo*, xlii, 13. *Confudit & miſcuit omnia in Theſſalia Perrhaebiaque* ſpe novarum Tabularum, *ut manu debitorum obnoxia ſibi optimates opprimeret.* Voce eleganter uſus *Seneca* de Benef. I, 4. *prohiberi poſſe rem perniciosiſſimam,* beneficiorum novas tabulas. Vide Cic. II. Catilin. §. 18. *Themiſtius* Orat. IX. p. 205. ed. Petav. Ἀθηναῖος ὁ Πλάτων τὴν πατρίδα καὶ ἅ φησιν ἐκεῖνος παραδεδωκόσι τοὺς τυράννους ἐν τοῖς προοιμίοις, χρεῶν ἀποκοπὰς, γῆς ἀναδασμοὺς, τὴν ἀπὸ Κρόνου καὶ Ῥέας εὐδαιμονίαν, πικρὰ δελεάσματα τοῖς ὑπὸ τούτων ἁλισκομένοις. Confer etiam *Plutarchum* in Pericle, p. 156. Haec omnia enumerat *Iſocrates* in Panath. p. 422. Οὐδεὶς ἂν ἐπιδείξειεν, ὅτι σφαγὰς ἀνδρῶν γεγενημένας, οὐδ' ἁρπαγὰς χρημάτων, οὐδ' αἰσχύνας γυναικῶν καὶ παίδων, ἀλλ' οὐδὲ πολιτείας μεταβολὴν, οὐδὲ χρεῶν ἀποκοπὰς, οὐδὲ γῆς ἀναδασμόν. Et Demoſthenes, περὶ τῶν πρὸς Ἀλεξανδ. συνθηκῶν. p. 88. χρημάτων δημεύσεις, γῆς ἀναδασμοὶ χρεῶν ἀποκοπαὶ, δούλων ἀπελευθερώσεις. Confer *Joſephum* de B. Judaico II, xxvii, ubi haſce tabulas τὰ νεῦρα τῆς πόλεως vocat. *J. W.* Hanc lectionem & ſcripturam omnes Codices typis excuſi, & in pergameno deſcripti habent. verum in uno Mſ. reperi; *tum Catilina coepit polliceri tabulas novas.* Quae lectio haud placet. *Popma.*

1 *Piſonem eſſe.*] Superius dixit auctor eum interfectum. ſed Catilina ignorabat: vel forſitan nondum interfectus erat. *Omnibonus.*

2 *Petere*] Arond. *ad hoc praeterea* p. *ad hoc* ferri poteſt, ſed libri tacent. *ad hoc p.* G. L 1. 2. & Balliol. Marlei λ. *praeterea* & Magd. & Jeſ. inepte. *J. Waſſe.*

3 C. *Antonium,*] Hic C. Antonius fuit M. Antonii oratoris filius, ut oſtendit *Aſconius*; patruus autem M. Antonii, qui poſtea rempublicam evertit, quod teſtatur *Cicero* Phil. II. Is a M. Lucullo praetore damnatus, quod Graecos ſpoliaſſet, etiam poſtea a Gellio & Lentulo cenſoribus Senatu motus eſt: Deinde cum praeturam peteret, beneficio Ciceronis e poſtremo loco in tertium pervenit. Haec ex Cicerone de Petitione conſulatus, & Aſconio in oratione contra C. Antonium & L. Catilinam ſumpſimus. Tandem reus factus a Caelio, quod conjuraſſet, damnatus eſt: etſi potius Macedonia provincia male adminiſtrata, quam conjurationis crimen, cauſa damnationis fuit, *Cicero* pro L. Flacco, pro Domo ſua ad Pontifices, & pro M. Caelio, & *Dion* lib. XXXVIII. *Caſtilionens.*

quem

Digitized by Google

[1] *quem ſibi collegam fore ſperaret, hominem & familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circumventum:* [2] *cum eo ſe Conſulem initium agendi facturum.* [3] Ad hoc maledictis increpabat omnis bonos: [4] ſuorum unumquemque nominans, *laudare, admonere alium egeſtatis, alium cupiditatis ſuae, complures periculi, aut ignominiae, multos victoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat.* Poſtquam omnium animos alacris videt; cohortatus, ut petitionem ſuam curae haberent, conventum dimiſit.

XXIII. Fuere ea tempeſtate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, [5] cum ad jusjurandum populares ſcele-

1 *Quem ſibi collegam fore ſp.*] Putide inculcatae videri queant voces iſtae quinque, cum mox ſequatur, *cum eo ſe Conſulem* &c. & vero diu eſt quod ad cloacam maximam abegerint ſuſpiciones noſtrae. *Gruterus.*

2 *Cum eo ſe conſule initium agendi belli facturum.*] Sic & Aldinum exemplar. Merſeburgenſe habet in ſpatio, *agendi*, ſupple *bellum.* Verum in ceteris manuſcriptis non eſt, *belli.* ac neque ſenſus ipſe, neque Latinitatis ratio patitur, ut addatur. niſi quis legere malit, *initium belli facturum*, ut omittatur, *agendi.* quomodo exemplar habet Beroaldinum. nam inferius quoque, *Qui initium belli facerent*, inquit. Sed & Caeſar, *Omnibus pollicitationibus ac praemiis depoſcunt, qui belli initium faciant.* Hoc loco etiam *ſe conſulem* habent codices in membrana deſcripti, [*ſe Conſulem* L 2. *ſe ante Conſulem* B. Pub.] caſu accuſativo, conſentientibus impreſſis quibuſdam, quod non ſane diſplicet. *Rivius. Cum eo conſule ſe.* Nonnulli ſcripti libri: *Cum eo conſulem ſe initium agendi facturum.* Alii: *Cum eo conſule ſe initium agendi belli facturum.* [ut. Ball. Digb.] Alii: *Cum eo ſe conſulem initium agendi bellum facturum.* C. *Popma.* Pal. quarto abeſt vox *ſe.* habetque *conſule*, contra editiones priores & quam extruſit *Laetus*, contra *Pal. pr. ſec.* ac Com. noſtrum. nam ceteri ſane omnes, *cum eo ſe conſule initium.* quod non probo; cum a libris illis antiquioribus videam ſtantes Carrionis membranas & Bongarſii. poſſet tamen ferri & altera, ſi reſcriberetur, *cum eo, ſe Conſule, initium agendi futurum.* ſed ne quid mentiar; puto illud *agendi*, a mala manu. certe ſuperfluit, adjectumque ei praeterea in MſſT. poſterioribus, *agendi belli.* Gruterus.

3 *Adhaec maledictis*] Quamquam eodem modo Aldinum quoque exemplar, tamen rectius in manuſcriptis, *Ad hoc.* nam ſic fere *Salluſtius* alias: nec aliter Tacitus. *Rivius. Ad. h. mal. increpabat.* Mallem *increpare*, eo magis quod inciderim in membranis qui praeferrent *increpat.* Gruterus.

4 *Suorum unumquemque nominans laudare, admonere alium egeſtatis, alium cupiditatis ſuae;*] Perperam Gymnicus, *admonebat:* quamquam ſic in aliis quoque eſt. irrepſit autem ex Gloſſa. Mecum facit exemplar Venetum, Schurrerianum, alia pleraque. *Rivius.* De hac formula vide *Quintil.* Inſt. 9. 3. *Priſcian.* p. 1178. cum edd. facit. *Cup. ſua.* Abeſt pronomen Arondel. *ſuae Cupid.* Balliol. *J. Waſſe.*

5 *Cum ad jusjurandum populares ſceleris ſui adigeret,&c.*] Ante erat *addiceret.* meus liber *adiceret. Populares* vero *conjurationis* dixit infra bis. Donatus in Phorm. *Populares ſui ſceleris. Salluſtius.* Ciaccon. N. 1. 2. *addiceret.* Vide *Palmerium.* Praepoſitio *ad* abundare videris

Digitized by Google

ris ſui adigeret, ¹ humani corporis ſanguinem vino permixtum ² in pateris circumtuliſſe; inde, cum poſt

tur. Nam *adigere* ſeu *adicere jusjurandum* dici ſolere ex Livio, Caeſare & aliis oſtendimus in notis ad Caeſarem. *Urſinus.* Gellius IV. 20. *Cenſor* adigebat *de uxoribus* ſolemne jusjurandum: *verba ita erant concepta.* & VII, 18. *hos priuſquam proficiſcerentur* jusjurandum adegit, *redituros eſſe in caſtra Poenica ſi Romani captivos non permutarent.* & Tacitus H. IV, 15. *Magno cum aſſenſu auditus, barbaro ritu, & patriis* exſecrationibus, *univerſos* adigit. *Ulpian.* in L. adoptivum D. de in jus vocando. *Sed ſi* jusjurandum adegi, *ne uxorem ducat.* tamen *Seneca* de vita beata c. 15. ad *hoc* ſacramentum adacti *ſumus.* Gloſſ. Reg. cod. addiceret i. e. *advocaret.* J. Waſſe. MSS. fere *adiceret*; unde natum illud mediae aetatis *addiceret:* porro qui hic omnino requirunt, tollunt praepoſitionem *ad*, non video cur id fieri debeat libris invitis. *Grut. Adiceret* Markii λ. & in γ. craſa voce ſubſtituit prima manus *addiceret.* quemadmodum habent Arond. L 1. 3. Reg. Venetae. Martin. Sed L 2. *adjiceret.* Oxonienſes *adigeret.* & in Pemb. fuiſſe primitus ſuſpicor, ſed ex eo poſtea factum *adiceret.* quod etiam exhibet B. Pub. *J. Waſſe.*

1 *Humani corporis ſanguinem*] Recte ait Salluſtius Catilinam *humani corporis ſanguinem circumtuliſſe.* Caeſum enim puerum memorat *Dio,* ſuperque ejus viſcera juramentum conceptum. Verba haec ſunt: Καὶ ἐς ἀθέμιστον ὁρκωμοσίαν ἀνάγκην προσήγαγε. Παῖδα γάρ τινα καταθύσας, ἐπὶ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ τὰ ὅρκια ποιήσας, ἔπειτα ἐσπλάγχνευσεν αὐτὰ τῶν ἄλλων. fol. 37, 48. Ad ſanguinem iſtum alludit *Tertullianus* Apolog. cap. IX. *Neſcio quid & ſub Catilina tale deguſtatum eſt.* Et Minutius Felix Octavio: *Ipſum credo docuiſſe ſanguinis foedere conjurare Catilinam.* Putſchius. Videantur diſcurſus mei ad locum Tacit. lib. IV. hiſt. *occiſis legatis, qui minore ſpe veniae creſceret vinculum ſceleris.* Grut. Hanc rem tangere videtur *Cicero* Orat. I. in Catilin. ut male fortaſſe fictum putet auctor ad invidiam Conſulis leniundam. *Quoties jam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? quoties vero excidit caſu aliquo, & elapſa eſt? tamen ea carere diutius non potes: quae quidem quibus abs te initiata ſacris, ac* DEVOTA *ſit, neſcio, quod eam neceſſe putas Conſulis in corpore defigere.* & II, §. 14. *Cum Aquilam illam argenteam, cui ille etiam* ſacrarium ſcelerum *domi ſuae fecerat, ſcirem eſſe praemiſſam:* adi etiam *Sidonium* II. Ep. II. 2. *Lactantius* ad *Statium* Theb. V, 159. *Plenum humani ſanguinis poculum circumtuliſſe, & ſic omnes contra ſalutem patriae deguſtaſſe.* Conferantur denique *Nicetas Choniates* lib. II, p. 444. *Suidas* in Λεύκιος Σεργ. *Lucius Florus* IV, I. *Plutarchus* in Poplicola. *J. Waſſe.*

2 *Pateris circumtuliſſe;*] Pateris, in ſacris, Romanos uſos ubique obvium, & diſcimus ex Varrone de L. L. lib. IV. cujus verba adſcribam: *Praeterea in poculis erant* paterae, *eo quod pateant, Latine ita dictae. Hiſce etiam nunc in publico convivio, antiquitatis retinendae cauſſa, cum magiſtri fiunt, potio circumfertur, & in ſacrificando Deis, hoc poculo magiſtratus dat Deo vinum.* Miror quid Colero in mentem venerit, exiſtimanti *calvariam* idem eſſe cum *patera,* cum ſit τὸ κρανίον. Cn. Gellii hiſtorici vetuſtiſſimi verba, quae pro ſe adducit, omnino aliud ſignificant commemorationem horrendi facinoris crudeliſſimi tyranni, cui ſimilia in hiſtoria Gothica legimus, ſed pergit idem, & *Caelii* nomen pro *C. Gellii,* ſubſtituere conatur, ignorans ſcilicet, eundem hunc Gellium, ab Agellio in Noctibus Atticis, Macrobio, Chariſio, Priſciano, aliiſque paſſim citari. Verba Capri quae producit corruptiſſima, eum magis convincent, ſi ſic emendata ex ſcripto legeris: *Calva vocatur κρανίον, licet Caelius & Varro calvariam dicant, nam calvariae plurale eſt, calvae oſſa, quae ſunt & ſingulariter calva.* Putſchius.

³ exſe-

[1] exſecrationem omnes deguſtaviſſent, ſicuti [2] in ſolemnibus ſacris fieri conſuevit, [3] aperuiſſe conſilium ſuum, [4] atque eo dictitare feciſſe, quo inter ſe [5] magis fidi fo-

1 *Exſecrationem*] Sic candidati a Caeſare Coſ. juramentum cum exſecratione praeſtabant, ſe in eo magiſtratu quem peterent contra legem Juliam de agro Campano dividendo, verbum non eſſe facturos. Cic. ad Attic. II. *Habet etiam* Campanae *lex* exſecrationem *in coitione candidatorum ſi mentionem fecerint quo aliter ager poſſideatur, atque ut ex Legibus Juliis.* A. Popma. vid. nos, *ad Catilinae conſilia exſecrari.* J. Waſſe.

2 *Ut in ſolemnibus ſ. f. c.*] Facile paterer reſcindi *fieri*, imo etiam *conſuevit*, certe prius abeſt codici manuſcripto, quem aliquando nactus e Polonia *Grut.* Pro *fieri conſuevit* Pemb. aliud quid habuiſſe primitus ex cicatrice patet. & Liv. omittit *ſacrorum: inde inſtitutum manſit ne extis* ſolemnium *veſcerentur*, I. 7. Sed retinet *Cicero* pro Milone, *Lucretius* V, 1162. *Tibullus*, *Suetonius*, & *Auctor de Orig. Gentis Romanae* aliique bene multi. *J. Waſſe.*

3 *Dicitur aperuiſſe*] Τὸ *dicitur*, ex gloſſa irrepſiſſe videtur. Neque enim eſt in vetuſtis, & eleganter citraque detrimentum ſenſus abeſt. *Rivius.*

4 *Atque eo dictare, quo inter ſe magis fidi forent,*] Hic mire variant exemplaria vetuſta. Quid ſi legas *atque id ea re*, ſive, *eo feciſſe*, tametſi hoc verbum cum in manuſcripto ſit, in recentioribus deſideratur. vel, *atque eo id ante feciſſe, quo inter ſe &c.* quomodo legendum eſſe, conjectura quadam ducor ad ſuſpicandum. Haec jam adnotaram; cum ecce in duobus manuſcriptis reperio *atque eo dictam rem feciſſe.* quae mihi lectio maxime omnium probatur. & habet eandem exemplar Beroaldinum. *Rivius.* Libri nonnulli manuſcripti, *atque eo dictam rem ſe feciſſe.* in manuſcripto noſtro, qui olim fuit *Fr.* Caſtrinii Narbonenſis, expreſſe, *atque eo dictante feciſſe.* quod improbandum videtur. *Thyſ.* Commodatus mihi liber perantiquus ab eruditiſſimo juvene, Graecarumque literarum longe perito, Fulvio Urſino, *Atque eo dictitare feciſſe.* nonnulli, *atque eo dictam rem feciſſe.* quod ineptum videtur. Sunt qui ex ingenio reponendum putent, *atque eo dictitante feciſſe*; vel, *atque id eo dictitante effeciſſe*; vel, *atque id ea re feciſſe*; vel, *atque id eo feciſſe*; vel, *atque eo id ante feciſſe.* quorum conjecturam minime probo. non diſplicet omnino impreſſa lectio: quanquam ejuſdem temporis haec tria verba mallem, *Circumtuliſſe*, *Aperuiſſe*, *Dictaſſe.* nec tamen in culpa poſuerim, quod Salluſtius in poſtremo verbo tempus mutaverit. Amicus quidam meus, *Atque eo, dicta re, feciſſe.* de quo eruditi viderint. ego adſenſum ſuſtineo. *Manutius.* Arondel. om. vocem *eo*, & Codex B. Pub. *atque id dictare feciſſe*, Digbaeus. *atque eo dictare rem feciſſe* Magdalen. L 1. 2. 3. *dictante.* Pembr. *dictare*, & ſupra eadem manu exhibet *ti.* *Schottus* ex conject. *atque eadem iterare feciſſe.* infeliciter ut ſolet. vulg. recte: aperuiſſe cauſam cur id fecerit, atque ideo ſe feciſſe dictitare, quid potest apertius. Ceterum tranſitus ab infinitivo praeteriti ad infin. praeſentis notiſſima res. Idem ex Cod. *dictas res feciſſe.* J. W.

5 *Magis fidi*] Ut enim Thucyd. l. III. Τὸ ἀντίπαλον δέος πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν, id eſt, mutui metus aequalitas ſola facit ſocietatem fidelem. Et Tacitus lib. VI. Annal. dicit: *ex ſcelere metus, ex metu conſilium capitur.* *Fidi magis f.* Markii λ. *quo fidi inter ſ. m. f.* L 2. Reg, vero, *quo inter ſe ſic magis forent.* L 1. omittit *fidi.* & B. Pub. *quo inter ſe magis forent.* *inter ſe* valet *invicem.* Virg. Aen. XI, 120. *olli obſtupuere ſilentes, Converſique oculos* inter ſe *atque ora tenebant.* & Cic. *inter vos.* I. Verrin. *Vobis* inter vos *conjuncta voluntas.* Idem IV. Acad. *tam bonos tam* inter ſe *amantes viros.* &, *inter ſe jurare*, pro *conjurare.* Liv. II. U. C. *Idem dein-*

Digitized by Google

rent, alius alii tanti facinoris conſcii. Nonnulli [1] ficta haec, & multa praeterea exiſtumabant, ab iis qui [2] Ciceronis invidiam, quae poſtea orta eſt, leniri credebant atrocitate ſceleris eorum, qui poenas dederant. Nobis ea res pro [3] magnitudine parum comperta eſt.

XXIV. [4] Sed in ea conjuratione fuit [5] Q. Curius, natus

ceps omnis exercitus in ſe *quiſque* jurat. Cato apud Plin. xxix. Jurarunt inter ſe *Barbaros necare omnes medicina. Conſcius* etiam pro, *contagione criminis adſtrictus.* ut ſit loci ſenſus, quo invicem forent tanti ſceleris conſcientia obſtricti, & obnoxii. Sed, *magis conſcii,* pro *magis obligati* numquam legi. Praeterea recepta lectio ſatis Latina & aperta, itaque nihil muto. In hanc ſententiam *Claudianus* in Rufin. II. *qui perpetuis crevere rapinis, Et quos una facit* Rufino cauſſa ſodales: *Illicitum duxiſſe nihil.* delicta fuere Nexus amicitiae. *Minucius* p. 88. *Hic utique foederantur hoſtia, hac* conſcientia ſceleris *ad ſilentium mutuum pignerantur. Herodotus* III, 82. Κακότητος τοίνυν ἐγγινομένης ἐς τὰ κοινά, ἔχθεα μὲν οὐκ ἐγγίνεται τοῖσι, φιλίαι δὲ ἰσχυραί. οἱ γὰρ κακοῦντες τὰ κοινὰ, συγκρύψαντες ποιεῦσι. J. Waſſe.

1 *Ficta haec & mul. praet.*] Ita MSS. noſtri & primitus impreſſi, ſequentes enim *ficta & haec & multa* &c. *Gruter. Et haec multa p.* Codex B. Pub. omittunt prius *&* Arond. & L 3. Hujuſce facinoris in ea aetate, ignorantia graviſſimi Plutarchi verba in mentem revocat. Οὕτως ἔοικε πάντη χαλεπὸν εἶναι καὶ δυσθήρατον ἱστορίᾳ τ' ἀληθὲς, ὅταν οἱ μὲν ὕστερον γεγονότες τὸν χρόνον ἔχωσιν ἐπιπροσθοῦντα τῇ γνώσει τῶν πραγμάτων, ἡ δὲ τῶν πράξεων καὶ τῶν βίων ἡλικιῶτις ἱστορία, τὰ μὲν φθόνοις καὶ δυσμενείαις, τὰ δὲ χαριζομένη καὶ κολακεύουσα, λυμαίνηται καὶ διαστρέφῃ τὴν ἀλήθειαν. J. W.

2 *Ciceronis invidiam,*] id eſt, odium. Ex Cicerone conſtat hanc invidiam eodem anno ortam eſſe. nam Q. Metellus Nepos, Tribunus plebis, pridie Kal. Jan. Ciceronem Conſulem magiſtratu abeuntem, concionis habendae poteſtate privavit. Ipſe Cicero conqueritur lib. v. Fam. Epiſt. Ep. 11. ad Q. Metellum Celerem Galliae Proconſulem, cum dicit, *Deinde ſi qua ego in re fratri tuo Reip. cauſa reſtiterim, peto ut mihi ignoſcas. Tam enim ſum amicus Reipubl. quam qui maxime. Si vero meam ſalutem, contra illius impetum in me crudeliſſimum defenderim, &c.* Et paulo poſt, *atque ille, quod te audiviſſe credo, pridie Kal. Jan. qua injuria nemo unquam in aliquo magiſtratu improbiſſimus civis affectus eſt, ea me Conſulem affecit: cum Remp. conſervaſſem, concionis habendae poteſtate privavit.* Gliſcens invidia tandem plane erupit, & quinquennio poſt ejus conſulatum a P. Clodio in exilium miſſus eſt. De hac invidia contumeliaque conqueritur Cicero pro P. Sextio. *Benn. Simul uti odium ſui apud exercitum per abſentiam* leniretur. *Dictys,* v. 16. *Spartianus* in Didio, *quibus putaret vel odium populi* deliniri. Cap. 7. *Tacit.* H. IV. 44. *Nec ideo* lenita *erga Mucianum invidia.* Hegeſippus, ſcribarum incuria diverſus abit. I, I. *Atque ut factis invidiam* levaret. facili literarum permutatione reformes licet ad Salluſtianae dictionis indolem. *J. Waſſe.*

3 *Magnitudine parum*] Mag. *ſceleris* e noſtris Arondel. *J. Waſſe.*

4 *Sed in ea*] Ad id reſpicit quod ſuperius dixit, *Arbitris procul amotis.* putabant quidem omnes arbitros, & *revelatores* procul eſſe amotos, ſed non fuerunt amoti, quia unus interfuit ſcilicet Quintus Curius, qui revelavit. & hoc eſt, *Sed in ea conjuratione. Vall.*

5 *Q. Curius,*] Citat Marcellus hunc locum, ſed ibi perperam *Q. Curtius* excuditur. Apud Ciceronem vero lib. I. ad Atticum legitur *Torius* pro *Curius.* Coler.

haud

Digitized by Google

haud obſcuro loco, [1] flagitiis atque facinoribus coopertus; quem Cenſores Senatu probri gratia [2] amoverant. Huic homini non minor [3] vanitas inerat, quam audacia; [4] neque reticere quae audierat, neque [5] ſuamet ipſe ſcelera occultare; prorſus neque dicere, [6] neque facere, [7] quicquam penſi

1 *Flagitiis & facinoribus*] Putavi pro *facinoribus* legendum *foenoribus*: tum quod ita legit Gellius lib. IV. cap. 17. tum etiam quod dixerit *flagitiis*, ſupervacaneum videtur *facinoribus*. Verum Nonii me auctoritas a mutatione deterret. Nam in verbo *facinus*, hunc locum recitat. Praeterea differunt omnino *facinora* a *flagitiis*; nam & *facinus* interdum bonum eſt, & cum eſt malum, majus habet quiddam quam *flagitium*. At ſuperius quoque non uno loco *flagitium* & *facinus* conjunxit Salluſtius. Flagitioſiſſima quoque facinora appellat in Jugurtha. *Ald. Manut.* Pro *flagitiis* aliud quid fuiſſe certum eſt in Pemor. *Auguſtinus* C. D. II. 26. *Suis* flagitiis & facinoribus *ſive indicatis ſive ſimulatis*. Livius XXXIX, 15. *Hi* cooperti ſtupris, *ſuis alieniſque, pro pudicitia conjugum ac liberorum veſtrorum ferro decernerent.* Hegeſippus I, 37. cooperire *libidines ſuas*. Codex C. C. C. *operire* male. *Cato* in Minucium Thermum cap. L. I. *Tuum nefarium* facinus *pejore* facinore operire *poſtulas*. Gellius IV, 17. *foenoribus*, & ſic MS. Pembr at Livius IV, 17, legit *facinoribus*: & ſic lib. Gellii Antiqq. *J. Waſſe*. Sic Jugurthino; *inopem & coopertum miſeriis effecit*. Horat. *Famoſiſque Lupo cooperto verſibus*. Tacitus Annal. III. *Ne quis vita probroſus, & coopertus infamia, provinciam ſortiretur*. Cato apud Gellium *nefarium facinus peiore facinore operire*, Ciaccon.

2 *Moverant.*] Ita Codex Fabricianus. Vulgo *amoverunt*. Riv. Venetae, Grut, γ. λ. Ball. Digb. Reg. Ar. B. Pub. L I. *amoverant*. J. Waſſe.

3 *Vanitas*] Levitas. Apollinaris apud Gellium lib. XVIII. cap. 4. aſſerit, *vanos proprie dici, non ut vulgus diceret, deſipientes, aut hebetes, aut ineptos: ſed ut veterum doctiſſimi dixiſſent, mendaces, & infidos, & levia inaniaque pro gravibus & veris aſtutiſſime componentes.* Vel ut *Tertull.* Apol. cap. VII. qui *morbo quodam & ingenita mentiendi voluptate*, hoc eſt ſine propoſito, mentiuntur. eodem ſenſu χαῦνοι apud Graecos. *Ariſtot.* IV. Nicom. cap. VII. *Vanus* etiam pro ſtulto. *Serv.* ad Aen. 2. p. 226. qui verſum Juvenal. adducit. *Sic libitum* vano *qui nos diſtinxit* Othoni. & noſter. *ſtolidior*, an vanior. Agellio citante II. 4. *J. Waſſe*.

4 *Neque reticere quae audierat, neque ſua & ipſe ſcelera occultare*] Eſt in quibuſdam, ut & Merſeburgenſi, *neque ſuametipſe ſcelera*. Quomodo Livius VIII. ab U. C. *Epoto medicamento, ſuamet ipſae fraude interierunt*. Sed & prior lectio placet. nam idem Livius VII. belli Punici ſecundi, *Ita inde Annibal*, inquit, *ſua & ipſe fraude captus abiit*. τὸ *prorſus*, quod mox ſequitur, ad ſequentia pertinet, ac perperam eſt a Gymnico ſuperioribus additum, ut ſit *prorſus neque dicere, neque facere quidquam penſi habebat*. pro, nihil curabat. Livius. *Queis neque quid facerent, neque quid dicerent*, quidquam *umquam* penſi *fuiſſet*. Rivius.

5 *Suamet ipſe ſcelera*] Meus liber, *ſua & ipſe*, ut legi poſſit, *ſua etiam ipſe*. Ciaccon.

6 *Neque f. quic. penſi habebat.*] In Mſ. Pol. non erat vox ultima niſi a manu ſecundaria. & vero ſi ſubintelligamus pronomen *ei*, facile ipſa careamus. *Grut.* Markii γ. ex ſec. manu & in marg. tantum agnoſcit, *neque dicere*. J. Waſſe.

7 *Quicquam penſi*] Nove *Mamertus* de ſtatu animae I. p. 703. *Non exploranda ſed explodenda ſententia nequaquam* penſi ſermonis *apparuit*. & Praefat. *arbiter loquendi* penſus. *Fio impudens, Nec mihi adeſt* tantillum penſi *jam quos ca-*

bebat.

habebat. Erat ei [1] cum Fulvia muliere nobili, ſtupri vetus [2] conſuetudo; cui cum minus gratus eſſet, quod inopia minus largiri poterat, [3] repente glorians, *maria, monteſque polliceri* coepit, *minari interdum ferro,* [4] *niſi obnoxia foret:* poſtremo, [5] ferocius agitare, quam ſolitus erat. At Fulvia, [6] inſolentiae Curii cauſſa cognita, tale

piam calceos. Plautus Trucul. IV, 2. Suet. in Nerone cap. XXXIV. *Neque in divexanda* quidquam penſi habuit. *amorem noſtri & caritatem* [*inolevit natura*] *ita prorſus ut nihil* quicquam *eſſet carius* penſiuſque *nobis quam noſmetipſi.* Gellius XII, 5. *& ſubjicerentur indicibus, queis neque* quid facerent, neque quid dicerent quicquam *unquam* penſi fuiſſet. Livius XXVI, 15. & XXXIV, 49. *in me quoque vobis quid faceretis* minus penſi *eſſe non mirarer.* Idem XXXIV, 31. XLIII, 37. *Nam ut proximus quiſque Britannico, neque fas, neque fidem* penſi haberet, *olim proviſum erat.* XIII, 15. hunc ſenſum ita extulit *Themiſt.* Orat. V. p. 34. ἃ περ' οὐδὲν ἦν ἢ ἐν φαύλῳ ἀνθρώπῳ ἀποδείρειν κεφαλήν.

1 *Cum Fulvia,*] Pandectae Florent. pro *Fulvia,* habent *Julia* l. in quaeſtionibus, ff. ad L. Jul. maj. ſed librariorum proculdubio hic error eſt, cui anſam dedit literarum ſimilitudo. *C. Popma.*

2 *Conſuetudo;*] Ita antiqui loquebantur, pro rem habere cum aliqua. Terent. Adelphis: *Qui cum illa conſuevit prius.* Ita etiam in Hecyra, & Phormione loquitur. Et Plautus in Ciſtellaria: *En unquam cum quoquam viro conſueviſti.* Manut.

3 *Repente glorians, ma. m. que p. coepit*] Ferrem patienter tolli tum *glorians,* tum *coepit.* Gruterus.

4 *Niſi obnoxia foret:*] Ita meliores Mſſ. non ut hactenus publicati *ni ſibi obnoxia.* Grut. Regius *ni obnoxia.* Pembr. *niſi,* & ſupra ſecunda manu *is.* MS. B. Pub. *niſi obnoxia,* unde ex *ni* & *niſi* factum *ni ſibi* quare inducendum puto. γ. *niſi ob.* Obnoxius verbum τῶν εὐσχήμων in turpiculis rebus, uti & *morigera.* Tacitus de Poppaea, *neque affectui ſuo aut alieno* obnoxia: *unde utilitas oſtenderetur, illuc* libidinem *transferebat.* Eodem ſenſu *Joſephus* de Herodis amore, ἰσχυρῶς μὲν συντετυφῶσι δεδουλωμένον, διὰ τὴν ἐπιθυμίαν, Arch. XV, 11. Tacit. iterum A. XVI, 6. *quippe liberorum cupiens, &* amori *uxoris* obnoxius *erat.* &, de ſervis Seneca de Benef. III. 10. *Corpora* obnoxia *ſunt,, & adſcripta dominis.* Salvianus p. 175. *Sed tamen tu hoc magis vi* obnoxius *factus es, quia ſe ab omnibus fecit pro tuo* amore *culpari.* Alcimus Avitus p. 620. *Occiſam pariens ſobolem vivente reatu. Plangere, quam ſequitur quaecunque* obnoxia *mater. Quae ſubjecta viro & dominum paſſura, cubili Servit.* Auſonius: *Feliciterque &* obnoxius *gratiam tenui, nec victor offendi.* ad Paullum de Centone p. 399. Utroque modo noſter tam abſolute quam cum caſu. Vide *Gellium* VII. 17. Auctor Dial. de Orat. cap. 10. *tamquam minus* obnoxium *ſit oſtendere poetarum quam oratorum ſtudium.* Ibi male Acidal. *obnoxium ſit offenſae.* abſolute utitur Plin. N. Hiſt. XIV, 2. *numquam floris* obnoxii. & Suet. Calig. cap. XL. *additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, & quae meretricium & quae lenocinium feciſſent: nec non &* matrimonia obnoxia *eſſent.* Tacit. H I. 1. Ita *neutris cura poſteritatis, inter infenſos vel* obnoxios. & II, 56. obnoxiis ducibus; *& prohibere non auſis.* ſaepius tamen appoſito caſu. *J. Waſſe.*

5 *Ferocius agitare q. ſ. erat.*] Deleri poterat verbum ultimum, ſed & compendioſius diceretur, ſolito agitare ferocius. *Grut.*

6 *Inſolentia*] Badius *inſolentiae,* in gignendi caſu legit, & codex quoque vetuſtus: quod placet propter compoſitionem, etiamſi alii ablativum exponant propter inſolentiam. *Glar.*

pericu-

Digitized by Google

periculum [1] Reipubl. haud occultum habuit; ſed, [2] ſublato auctore, de Catilinae conjuratione [3] quae quoque modo audierat, compluribus narravit. Ea res in primis ſtudia hominum accendit ad [4] Conſulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Namque antea pleraque nobilitas invidia aeſtuabat, & [5] quaſi pollui Conſulatum credebant, [6] ſi eum, quamvis egregius, homo novus adeptus foret.

1 **Reipubl.**] Aperuit enim Ciceroni. Papinianus lib. XIII. Reſponſ. *In quaeſtionibus laeſae majeſtatis etiam mulieres audiuntur: conjurationem denique Sergii Catilinae Fulvia, mulier, detexit, & M. Tullium conſulem indicium ejus inſtruxit.* Lex haec extat l. 8. ff. ad Jul. majeſtat. Dicit hic *Papinianus* M. Tullio conſuli detexiſſe Fulviam. *ſed fallitur*: ex Salluſtio enim conſtat hoc factum fuiſſe ante conſulatum Ciceronis, L. Caeſare & Q. Martio Coſſ. *Coler.* Dein Salluſtius dicit non tam Ciceroni quam pluribus evulgaviſſe; ultimo non accuſavit Fulvia, ſed tantum detexit. fallitur *Colerus*; nam *Papinian.* reſpicit haec verba: *namque a principio Conſulatus.* J. Waſſe.

2 *Sublato auctore,*] Juvenis ille, qui heic aliorum ineptiam accuſat, nihil proficit, niſi quod ſuam praeterea prodat, imo diverſum auctor ſentit quam ipſe vult, nempe indicaſſe quidem conjurationem, ſed haud etiam nominaſſe eum per quem ſcierat Curium. *Grut.*

3 *Quae quoque modo audierat.*] Sic iterum Mſſ. Pall. melius quam ut vulgatus, *quae quomodo.* Grut.

4 *Conſulatum mand.*] Sic Codd. & Servius ad Aen. VIII. v. 506. *Cum ſceptro miſit mandatque inſignia Tarcho.* vel, *mandat, trahit, ut dicimus mandare magiſtratum.* Salluſtius &c. ſic edd. Lucii & Hackii. verum pro *trahit*, lego *tradit*. Caeterum, quod ignoraſſe videtur *Servius*, phraſis haec deſumta eſt ex *Cic.* Orat. pro Murena, §. 76. *Nam, quod ais, nulla re allici hominum mentes oportere* ad magiſtratum mandandum, *niſi dignitate* &c. *J. W.*

5 *Quaſi pollui conſulatum credebant,*] Haec eſt unanimis lectio Mſſ. non *credebat*, & vero mutatio numeri haud inuſitata Salluſtio. *Grut.* ſic γ. λ. Mark. B. Pub.

6 *Si eum, quamvis egregius, novus homo adeptus foret.*] In manuſcriptis eſt, *homo novus.* quae collocatio verborum melior, qua & *Cicero* fere utitur. Dicitur autem *homo novus*, qui nulla generis & proſapiae nobilitate commendatur, & qui propter ignobilitatem a ſe ortus videatur, hoc eſt: qui nulla adjuvetur in adipiſcendis honoribus commendatione majorum, quique nullas horum oſtentare imagines, nec res geſtas virtuteſque jactare poſſit. *Cicero* Philippica VI. *Quid enim non debeo vobis, Quirites, quem vos* a ſe ortum *hominibus nobiliſſimis omnibus honoribus praetuliſtis.* Idem in Salluſt. *Ego*, inquit, *majoribus meis virtute mea praeluxi, ut ſi prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriae ſuae.* utrobique ſignificat, ſe eſſe *hominem novum.* Teſtatur & *Plutarchus* in vita M. Catonis, *homines* appellari *novos* ab Romanis τοὺς ἀπὸ γένους δόξαν οὐκ ἔχοντας, ἀρχομένους δὲ γνωρίζεσθαι δι' αὑτῶν, ut ipſe inquit. Huic in Jugurtha Salluſtius opponit *hominem veteris proſapiae, ac multarum imaginum*, quem uno verbo *nobilem* dicimus. *Rivius.* *Simul* novi *homines e municipiis & coloniis in Senatum crebro aſſumti* Tacitus III. 5. *Nec quiſquam* ex novis hominibus *prior Mummio cognomen virtute partum vindicavit.* Vellejus I. 12. *Ita Reſp. tum ab his IV Impp. tenebatur, Conſtantio & Maxentio, filiis Augg. Licinio & Maximino* novis hominibus. *Eutrop.* Hiſt. *Metaphraſtes* ἐξ ἰδιωτῶν γεγενημένοι, recte. nam licet ἰδιώτης proprie ſit *privatus*,

M Sed,

Sed, [1] ubi periculum advenit, invidia, atque ſuperbia [2] poſt fuere.

XXV. Igitur, comitiis habitis, Conſules declarantur [3] M. Tullius, & C. Antonius. Quod factum primo populares conjurationis concuſſerat. Neque tamen Catilinae furor minuebatur, ſed in dies plura agitare, arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam, [4] ſua, aut amicorum fide ſumtam mutuam, Faeſulas [5] ad Manlium quemdam portare; [6] qui poſtea princeps fuit belli faciundi. Ea tempeſtate plurimos cujuſque generis homines

qui non fungitur magiſtratu, cuique opponitur ὁ πολιτευόμενος, tamen apud *Herodianum* ejuſque aetatis Scriptores denotat unum e vulgo, *novum, ignobilem*, & ſic Gloſſae reddunt. Tales *Demoſtheni* ἰδιῶται de foed. Alex. p. 89. *Capitolin.* etiam in Opilio cap. VII. novum hominem *in Patritios allegit*. Hegeſip. *Veſpaſianus* nova *Senator familia*. Novus homo apud *Livium* non ſolus is eſt qui magiſtratum cepit quem non antea geſſit, ſed etiam qui primus ex ſua familia cepit, ut probat *Sigonius* ad Lib. VII. Cap. I. poſteriore tantum ſenſu novus homo Tullius, nam Tribunus fuerat, ut patet ex II. Catilinar. Cic. pro Murena, §. 16. *Nec mihi umquam minus in Q. Pompejo novo homine, & fortiſſimo viro, virtutis eſſe viſum eſt, quam in homine nobiliſſimo M. Æmilio.* Et infra: Juven. VIII, 226. *Hic* novus *Arpinas ignobilis, & modo Romae Municipalis eques.* Confer *Cl. Perizonium* ad *Sanctium* pag. 821. Habes etiam *novus* pro *ignoto* apud *Statium* Theb. IV. 418. Graminibuſque novis, *& longo murmure purgat.* J. Waſſe.

1 *Ubi periculum*] Ἐν δὲ δυσχωρίᾳ καὶ κινδύνῳ ἔρημοι τιμῆς. *Priscaeus.*

2 *Poſt fuere.*] Meus liber, *profuere*. Ciaccon. Horat. III, 19. Od. *Donec non alia magis Arſiſti, neque* erat *Lydia* poſt *Chloen.* locum aemulatus *Oroſius* II, 16. *Summa imperii ad Senatum Populi voluntate transfertur, quippe otio diſcordiae nutriuntur: at ubi neceſſitas incubuit, poſt poſitis privatis cauſis atque odiis, in commune conſulitur.* quod & *Lectionem* firmat. fere legiſſem *poſuere*. *Cum venti poſuere* Virg. ſed nihil mutandum. Aurel. Victor. Caeſ. cap. 34. *Quos fere contra ingenium perditae res ſubigunt recta conſulere.* J. Waſſe.

3 *M. Tullius, & C. Antonius.*] Cicero conſul omnium conſenſu factus eſt: ſed Antonius pauculis centuriis Catilinam ſuperavit, cum ei propter nomen patris paulo ſpecioſior manus ſuffragata eſſet, quam Catilinae. auctor eſt Paedianus. Cicero in Piſonem: *Me cuncta Italia, me omnes ordines, me univerſa civitas non prius tabella quam voce priorem conſulem declaravit.* Anno urbis conditae ſeptingenteſimo Cicero conſul fuit, ut ſcribit Plinius lib. IX. cap. 39. *Zanchius.*

4 *Sua, aut amicorum fide ſumtam mutuam,*] Meus liber, *mutuo*. Sed eam vocem additam opinor: *ſumta* enim foenore: ſed dicit *ſua fide ſumere*. Ciacc.

5 *Ad Manlium quemdam*] *Quemdam* ait, tamquam obſcurum, ut quem neque ſuperius inter inſigneis conjuratos numeravit. *C. Manlium* paulo poſt vocat. Mirum vero, illum exercitus ducem electum. Verum oportuit praecipuae audaciae fuiſſe hominem. Commentarius, qui Vallae adſcribitur, ait, Faeſulae principem fuiſſe: ſed errat, ex Salluſtii verbis non intellectis. *Glareanus.*

6 *Qui poſtea princeps fuit b. f.*] Minime requiras verbum *fuit*, imo aeque plene dixeris *portares poſtea principem belli faciundi*. Grut.

adſci-

[1] adſciviſſe ſibi dicitur, mulieres etiam aliquot, quae primo ingentis ſumtus ſtupro corporis toleraverant: poſt, ubi aetas tantummodo quaeſtui, neque luxuriae modum fecerat, aes alienum grande conflaverant: per eas ſe Catilina credebat poſſe ſervitia urbana ſolicitare, urbem incendere, viros earum vel adjungere ſibi, vel interficere.

XXVI. Sed in his erat Sempronia, quae multa ſaepe [2] virilis audaciae facinora commiſerat. [3] Haec mulier

1 *Adſciviſſe*] τὸ *ſibi* abeſt Reg. Ar. & *Ammiano* XXXI, 1. qui ſaepe hac forma uſus eſt. at *Hegeſippus* Salluſtianae dictionis affectator V, 18. *ferre non poſſet affectus parentum, quos* ſocios ſibi adſciverat *ad periculum.* Infra, *quae primo.* λ *primum.* Venet. 1470, 1478. *primo magis ingentis ſumtus ſtupro c. Philo*, Περὶ τ. μισθώματος πόρνης &c. Τῶν μὲν γὰρ ἑταιρῶν τὸ ἐργαστήριον ἐξέλυσε πολλάκις γῆρας· ἐπειδὰν ἀρξάμεναι ἀπομαρανθῶσι μηδεὶς ἔτι προσίῃ, ἀπαγορευθείσης ὥσπερ τινῶν αὐτῶν τῆς ἀκμῆς. doctius autem & aſtutius fecit illa Philumene de qua Petronius: *Matrona inter primas honeſta, quae multas ſaepe haereditates officio aetatis extorſerat: tum anus, & floris extincti, filium filiamque ingerebat orbis ſenibus; & per hanc ſucceſſionem artem ſuam perſeverabat extendere.* Quod noſter aperte nimis, ille *aetatis officio* tectius exprimit verbo tamen inter ἐρωτικῶν Scriptores uſus pervagati. Ovidius: officio *continuata meo.* De Catilinae conſilio vide *Appianum* Bell. Civ. II, p. 710. *J. Waſſe.*

2 *Virilis audaciae*] *Virilis*, recte, quia ultra foeminam ferox. & quod de Cloelia *Silius* XIII, 836. *Contemtrix ſexus.* quomodo & de eadem *Seneca* de Conſ. ad Marciam XVI. *ob inſignem* audaciam *tantum non* in viros *tranſcripſimus.* In hac formula multus eſt Tacitus. *Agrippina aequi impatiens, dominandi avida virilibus curis foeminarum vitia exuerat.* An. VI. 25. & H I. 72. *quia velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam, &* virilia ſcelera *exercuit.* Juſtin. *Latronis more, totum fratri eripere cupiens, puer ſceleratam* virilemque *ſumit* audaciam. XXVII, 2. *Quippe ut in viro muliebrem timorem, ita in muliere* virilem audaciam *cerneres.* Idem II, 12. *Socia conſiliorum Electra*, virilis animi *foemina.* Vellejus I, 1. *Fulvia Antonii gladio cincta* virilis militiae *uxor.* *Florus* IV, 5. *familiarior* virilibus incommodis, *quam iſti effoeminato bono.* Alcimus Avitus, *Foemineaque* animi *Judith in mente* virilis; de Zenobia *Zozimus* I. Φρονήματι ἀνδρείῳ χρωμένην. *Hildebertus Caenom.* vita Agnetis. *Virgo quidem ſexu vir in actu.* Seneca de Benef. IV, 2. *Hecubam* mente virili juſtam, piam. *Dares Phrygius.* Cap. 13. ubi dicit Patroclum, *rectum prudentem Dapſilem.* Membranae Sidneienſes, pro *rectum*, habent *certum*, quae potior lectio. Nam eodem Cap. dicit, *Machaonem magnum, fortem, certum, prudentem.* Denique, pro *viroſum* lege cum MS. *injurioſum*, & pro *corpore aequali*, *corpore aquilo* vel *aquilino.* Confer p. 277. Idem, cap. XXI. *hortatur ut* viriliter *propugnarent*, MS. *fortiter.* Sed illud ex Interprete. propius vero eſt quod exhibet paulo ſupra: *Meneſtrem* nempe pro *Meſthlem*, quod corruptum puto ex *Meneſthem*, quem interfecit non Achilles, ut noſter, ſed Hector Iliad ή 609. Ἔνθ᾽ ἔλε Ὀφέλεστην (?) Μενέσθην Ἀγχίαλόν τε. Locum hunc Salluſtii aemulatur *Tacitus*, ubi mores & habitum Poppaeae Sabinae narrat, Ann. XIII, 46. *J. Waſſe.*

3 *Haec mulier*] Hinc apparet quod Sempronia primum gentis patriciae fuit, quamvis poſtea plebeiam factam velint

Digitized by Google

genere atque forma, praeterea [1] viro atque liberis ſatis fortunata fuit: litteris Graecis & Latinis docta; [2] pſallere, & ſaltare elegantius, quam neceſſe eſt probae; [3] multa alia quae inſtrumenta luxuriae ſunt. Sed ei [4] cariora

Ejus in nummis, quos habemus, familiae tres reperiuntur, *Atratinorum*, qui patricii fuerunt, *Gracchorum*, qui plebeii, *Pitionum*, quos plebejos item fuiſſe arbitror. In aereo quodam nummo mentio quoque fit L. Sempronii Atratini, qui anno DCCXVII. in M. Antonii iterum conſulis Cal. Jan. abdicantis locum factus eſt. Dio lib. XLIX Qui & poſtea Antonianarum partium fuit. *F. Urſin.* Maluiſſem *commiſerat, mulier genere, forma, viro, liberis ſatis fortunata, litteris* &c. praeteritis caeteris vocibus. *Gruterus.*

1 *Viro atque liberis ſatis fortunata:*] Suſtuli particulam *atque*, teſtimonio Frontonis adductus: amator autem brevitatis Salluſtius hujuſmodi particulas ſaepe reſpuit. [at *Priſcian.* lib. XVIII. retinet, & in ſuis fuiſſe dicit C. Popma.] Eodem modo proxime *pſallere, ſaltare,* non ut eſt in vulgatis libris *pſallere & ſaltare.* in quo Macrobii auctoritate nitor, quem video ita legiſſe, lib. III. cap. 14. *Manutius.* Noſtri *atque* retinent. *J. W.*

2 *Pſallere & ſaltare*] Quidam libri habent, *pſallere & cantare.* Tamen ſequor lubentius antiquiſſimum Fulvii librum, in quo diſerte ſcriptum video *pſallere & ſaltare.* nam *pſallere* non idem eſt, quod *ſaltare,* ſed potius, fidibus canere. Itaque dixit *Gellius* lib. XIX. cap. 9. *deſideravit exhiberi, quos habere eum ſciebat ſcitiſſimos utriuſque ſexus, qui canerent voce, & qui pſallerent.* non enim neceſſe erat dicere, *canerent voce,* niſi & in verbo *pſallerent* cantus ineſſet. Itaque, ut diſtingueret, dixit, *canerent voce.* praeterea pſaltriam & fidicinam aeque dici non ignoramus, & ψάλλω pro canto, ψαλμὸς pro cantu dicitur. Atque hanc lectionem ipſe quoque *Macrob.* Saturn. II, cap. 10. agnoſcit. *Manut.* Sic λ. Mart. Venet. 1470. caeteri *ſaltare* omiſſa Praep. Neque aliter *Joan. Sariſburienſis* VIII, 12. *Eutyches* de diſcernend. Conjug. 2179. *quam n. erat p.* qui ad lectionem hanc confirmandam adducit illud Horatii: Pſallimus & ſaltamus *Achivis doctius unctis.* at memoria lapſus eſt, hodie enim legitur *Pſ. & luctamur.* Servius autem ad G. I, 342. Aeneid. IV, 62. *q. n. eſt p.* conjungunt *pſallere & ſaltare Cicero* II, Catil. *Sueton.* in Tito. *Spartianus* in Hadr. at quae tandem, inquies, neceſſitas ut omnino ſaltet matrona? nempe ut ſacra rite faciat. *Servius* IV, Aen. 624. *Circa aras faculas tenentes ferebantur quaſi cum quodam geſtu; & vocatur minuſculum ſacrum.* In ludis ſaecularibus Junoni ſupplicabant Matronae aeque ac *pueri innuptaeque puellae,* neque horum quenquam puduit, Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο. *Horatius* in arte. *Ut feſtis matrona moveri juſſa diebus Intererit ſatyris paullum pudibunda protervis.* Virg. *Aut ante ora deum pingues ſpatiatur ad aras.* Confer *Senecam* de Tranq. XV. *Arnobium* IV. *Athenaeum* XIV, 5. Adde & *Iſidor.* IX, 30. *J. Waſſe.*

3 *Multa alia*] M. I. addit, *praeterea multa alia.* Ciacc. Videtur exterminanda *quae* & *ſunt*; certe Pal. 9. habet, *multa alia quae erant in. Lux.* Gruterus.

4 *Cariora omnia, quam*] Hunc locum ſic expreſſit Tacitus Ann. XIII. *Huic mulieri cuncta alia fuere praeter honeſtum animum: ſermo comis, nec abſurdum ingenium, modeſtiam praeferre, & laſcivia uti; famae nunquam pepercit.* Ciacc. *Ne quis ambigat,* decus, pudorem, *corpus, cuncta regno* viliora habere. *Tacitus* An. XII, 65. infra, *caedis conſcia:* ed. Hackiana *cujus conſcia,* operarum, opinor incuria, noſtri enim omnes *caedis.* pro, *vel molli,* Arond. *modeſto, molli.* J. Waſſe.

ſemper

ſemper omnia, quam decus, atque [1] pudicitia fuit. Pecuniae, an famae minus parceret, haud facile diſcerneres; [2] Libidine ſic accenſa, ut ſaepius peteret viros, quam peteretur. Sed ea, ſaepe antehac fidem prodiderat, creditum abjuraverat, caedis conſcia fuerat, luxuria atque inopia praeceps abierat. [3] Verum ingenium ejus haud abſurdum: poſſe verſus facere; jocum movere; ſermone uti vel modeſto, vel molli, vel procaci. [4] Prorſus multae facetiae, multuſque lepos inerat.

XXVII. His rebus comparatis, Catilina nihilo minus in proxumum annum Conſulatum petebat; ſperans, ſi deſignatus foret, [5] facile ſe ex voluntate Antonio uſurum.

1 *Pudicitia fuere*] Sic legendum eſt ex pluribus libris. *Putſchius*. Polon. Codex non agnoſcit illud *ſemper*, habetque ſine *fuerat*, ſed & Pall. aliquot voce ultima ſervant *fuere*, ut non temere putem abeſſe poſſe illud *fuit*, forſitan *ſemper*. Gruterus.

2 *Lubidine ſic accenſa,*] Arond. *ſic illa accenſa*. γ. *lubido* primitus. *Servius* ad Aen. VI, pag. 1055. ad, *Intra tecta vocat Menelaum; libido accenſa ſic ut*. verum in Hackiana ed. non comparent. Tales autem eleganter *Secutulejas* vocat *Petronius* pag. 307. *Tanquam mulier ſecutuleja omnis noctis tactu omnia vendidit*. Sequitur *Tacitus* Ann. XIII. *in Cajum Silium Juventutis Rom. pulcherrimum ita exarſerat ut* &c. Hiſt. I, 67. accenſis *egeſtate longa* cupiditatibus *immoderatus*. Ado Vienoenſis in Deſiderii martyrio. *Per diverſorum* juvenum *libidines* ſic excanduit. *J. Waſſe*.

3 *Verum ingenium ejus haud abſurdum, poſſe verſus facere;*] Neſcio quid turbet τὸ *poſſe*, quo ſublato concinnior ſane erit oratio *abſurdum verſus facere*, pro ad verſus faciendos, confirmat conjecturam Tacitus, qui eo vocabulo ſimili modo utitur: *Sermo comis, nec abſurdum ingenium, modeſtiam praeferre, & laſcivia uti*. Et III. hiſtor. *Ne abſurdus ingenio famam urbanitatis per laſciviam peteret*. Putſch.

4 *Prorſus multae facetiae*]. *Multa facetia*, eſt in meo libro, ut apud Plautum *Delicia*, & III. hiſt. *inſidia prima*. Ciaccon. Sic MS. Pall. niſi quod 7. & nonus *inerant*, nihil igitur mutandum, nam ſi interpolandus auctor, mallem reduci; *prorſus multae facetiae, multique leporis*, abjecta voce *inerant*: *Grut*. Talis illa Praecia de qua *Plutarchus* in Lucullo p. 495. Τῶν ἐφ' ὥρᾳ καὶ λαμυρίᾳ διαβοήτων. *J. W.* Chariſius lib. I. p. 189. *facetias* inter nomina pluralia tantum refert. *Facetiae*, εὐομιλία, εὐστομία. Gloſſae, *facetiae* χαριεντισμὸς ἐν ἀνθρώποις. Nolim igitur hic quicquam mutare refragantibus libris. quamquam Apulejus Apologia ſic loquatur: *Atque ego ſcio nonnulles & cumprimis Aemilianum iſtum facetiae ſibi habere, res divinas deridere*. Putſchius. *Lepos* ſignate. Lucret. de alma Venere: *capta* lepore *Illecebriſque tuis omnis natura animantum* &c. Confer eundem V, 1258. II. 501. & recte ab *Horatio* conjunguntur *Jocus* & *Cupido*. *J. Waſſe*.

5 *Facile ſe ex voluntate*] Si abſit, haud deſideres, *ex voluntate*; ſuffecerit enim *facile ſe Antonio uſurum*. Grut. At ſic libri unanimiter. & noſter Jug. L. *quae* ex voluntate *forent*, atque alibi bis, eadem forma. Sic *Tacitus* Hiſt. IV. 65. & *Sulpicius* Vita Mart. *ex voluntate Hilarii profectus eſt*. ibi MS. Aul. Trin. *obſtrictus*, poſtea *rei eventus*, &, *ſecuri elevata* Dicet aliquis fuiſſe primitus *ex facili*, cui poſt-

Neque interea quietus erat, ſed omnibus modis inſidias parabat Ciceroni. Neque [1] illi tamen, [2] ad cavendum dolus, aut aſtutiae deerant. Namque a principio Conſulatus ſui, multa pollicendo per Fulviam, effecerat, ut Quintus Curius, [3] de quo paullo ante memoravi, conſilia Catilinae ſibi proderet. Ad hoc, collegam ſuum Antonium pactione provinciae perpulerat, ne contra Rempublicam [4] ſentiret: circum ſe praeſidia amico-

ea aſcripſit interpres, *ex voluntate.* Valerius iv, 18. *Eo majore cum commendatione, quo proni ſtudii certius indicium eſt ſupra vires niti, quam viribus* ex facili *uti.* Confer, vi, 1, 2. viii, 7, 4. Polybius xvi, 1029. ἐξ ἑτοίμου. *Ovidius* Amor. ii. Eleg. ii. *Culpa nec* ex facili *quamvis manifeſta probatur.* De Arte i, 356. iii, 579. Remed. Am. 522. Et ſic apud eundem, *ex difficili*, Faſt. v. 350. *Non* ex difficili *cauſſa petenda ſubeſt.* Triſt. vſ. ult. Epiſt. ex Ponto i, 9. *Seneca* de Tranq. *parum* ex facili *fluens.* Lucan. iv. 46. *Quintilianus* Inſtit. ix, 2. *Tacitus* Agric. cap. xv. *Q. Serenus* cap. lxi. *axungia ſimplex Mulcet, & ex facili grata. eſt medicamine cura.* Nihil movendum, nam conjungi ſolent. Virg. *ipſe* volens facilisque *ſequetur.* ex voluntate, *pro lubitu* ſonat, & ita Dictys ii, 6. ex numero navium *frumentum aliaque neceſſaria affatim portabantur:* quo loco auctor, *Aeſculapii filios venire ac vulneri mederi jubent: qui* inſpecta cura *propere apta dolori medicamina imponunt. inſpecto cruro* legit *Vindingius* idque εὐστόχως *Obrechto* judice. at femur Telephi transfixum narrat *Dictys* ii, 3. vereor ergo ut recto ſtet haec emendatio talo, nam aliud *crus*, aliud *femur*, nec temere vel apud Graecos vel Latinos confunduntur. Reliquum ergo eſt ut ei crurifragium optemus & legamus *infecta cura*, hoc eſt, *irrita.* Plautus Moſtel. iv, 3, 23. Gloſſae *infectum*, ἀτέλεστον. & in Form. vet. *Quaeque Augur infeſta, nefaſta, de nave dixerit*, irrita, infectaque *ſunto.* Et ſane ita res erat, nam cap. x. oraculi monitu ob remedium Argos navigat. De tribus autem Catilinae petitionibus fuſe *Robortellus* inter Criticos Gruteri. *J. Waſſe.*

1 *Illi tamen*] Illud *tamen* abeſt L 1. 3. & Venet. 1470. pro eo exhibet *tantum.* infra, *effecerat.* Frontinus iii, 2. *occupatiſque moenibus, expreſſit ut ſe ipſos dederent & oppidum.* Codd. quibus uſi ſumus, omnes *effecit ut ſe dederent oppidani.* verum, ut ingenue fatear, *Cicero*, Verrin. eo pacto locutus eſt. *Cum in jus ipſum eduxi,* expreſſi *ut conficere tabulas ſe negaret.* Infra, *perpulerat.* L 1. 2. 3. *propulerat*, male. *Cicero* ad Quirites poſt Red. 13. *Cum Coſſ* emti pactione provinciarum *auctores ſe inimicis Reip. tradidiſſent.* Seneca Suaſor. vii. *Quid Antonium, avulſum a Catilina, Reipub. redditum?* Sic recte emendat vir ſummus F. Gronovius. Infra, *quas Conſuli.* Arond. *Ciceroni Conſuli f.* Mart. *quas C. in campo f.* Reg. *propere ceſſere.* Veneta omittit *Conſuli.* Ball. & Magd. *Coſſ.* Confer Cic. in Catilin. I, xi. *J. Waſſe.*

2 *Ad cavendum dolus, aut aſtutiae, deerant.*] Meus liber, *ad cavendum dolos, aſtutiae deerant.* Ciacc.

3 *De quo paullo ante memoravi*] Morboniam ire juberem verba parentheſi iſta concluſa, ſi liceret per libros, & nae Salluſtius lectores ſuos habuit pro potoribus Lethes, ſi arbitratur in memoriam eis revocanda vix decem verſibus ante memorata. *Gruterus.*

4 *Diſſentiret,*] In MSS. omnibus, *ſentiret*; neque ſenſus id repudiat. Tametſi ne alterum quidem diſplicet, ſi ſubaudias, *ab ipſo.* Rivius. *Sentiret* R. Bod. Mart. γ.

rum,

Digitized by Google

rum, atque clientium occulte habebat. Poſtquam dies Comitiorum venit, & Catilinae [1] neque petitio, neque inſidiae, quas Conſulibus in campo [2] fecerat, proſpere ceſſere; conſtituit bellum facere, & extrema omnia experiri; quoniam, quae occulte tentaverat, [3] aſpera, foedaque evenerant.

XXVIII. Igitur C. Manlium Faeſulas, atque in eam partem Etruriae, Septimium quemdam Camertem in agrum Picenum, [4] C. Julium in Apuliam [5] dimiſit, praeterea *alium* alio, [6] quem ubique opportunum ſibi fore credebat. Interea Romae multa ſimul moliri; Conſuli inſidias tendere: parare incendia: opportuna loca [7] ar-

1 *Neque petitio,*] Falſum eſt, haerere in vett. edd. *petitiones*. Vicentina enim, necnon Mediolanenſis, omnium primae, alterum ſervant; comparetque idem in Veneta Laeti, ut & Aldina anni cIↃ IↃ xxI. ceteriſque aliquot ſeqq. & vero agit auctor de petitione conſulatus Catilinae. nam accipere *petitiones*, metaphorice; eſt ſine ulla figura prodere fatuitatem ſuam. *Gruterus*. Ball. Digb. Magd. Pemb. *L* 1. 2. 3. *petitiones*. J. Waſſe.

2 *fecerat, proſpere ceſſere;*] Lego *fecerat. proceſſere.* infra: *quod neque inſidiae conſuli procedebant*. & alibi ſaepe. *Ciacc.* Sunt qui credant legendum: *Quas conſulibus fecerat.* communem & receptam lectionem eo libentius ſecutus ſum, quod ſubjicit paulo poſt: *Interea Romae multa moliri, conſuli inſidias tendere.* In nonnullis tamen MSS. inveni, *quas Coſſ. in Campo fecerat.* Sed prior plurium codicum teſtimonio comprobata eſt. *C. Popma.* Revocata lectio ex orci cancris, ſervatur Pal. Naz. ſec. tert. & Com. meo. viſiturque etiam in Pal. quart. ſed numero ſingulari, *Conſuli*, hactenus mutilate editum, *quas Conſuli fecerat.* nam Ciceroni aliiſque inſidiatum eſſe Catilinam in ipſo *Campo* diſerte traditum pluribus, etiam Dioni l. xxxvi, 1. Invenerat ſcripturam hanc noſtram in nonnullis membranis *Popma*; non etiam retinuit. quod altera plurium comprobaretur codicum teſtimonio. male, ex vero namque P. Syrus, *Eſt turba ſemper argumentum peſſimi*. Gruterus.

3 *Aſpere, foedeque evenerant.*] In manuſcriptis & aliis antiquioribus eſt, *aſpera foedaque.* nec aliter legit interpres, quiſquis is eſt. *Rivius.*

4 C. *Julium*] Vetus codex habet *C. Junium*. Et fortaſſe is eſt, qui argenteo denario C. JUNI C. F. deſcribitur. *Urſin.*

5 *Dimiſit,*] L 1. 2. 3. *miſit*, infra, *ſimul* abeſt ab Arond. & Pembr. primitus habuit aliud quid. in marg. tamen exhibet eadem manu. *J. Waſſe.*

6 *Quem ubique opportunum ſibi fore credebat.*] Fere fecerim tranſpoſitis ſyllabis, *ubi quemque opportunum, &c.* Grut.

7 *Armatis hominibus*] Ita libri Pemb. *militibus*; at, opinor, ex interprete. Infra cap. xxix, & lxix. & ſupra, armatus *hoſtis*. iterat auctor, verum Arond. ibi, *militibus*. Sed & illud alterum ferendum: *Virgil.* armato milite *complent*. Seneca Nat. Quaeſt. iv, 18. *Non ut nos claſſes partem freti occupaturas compleremus* milite armato. *Caeſar* voce *armatis* ubique abſolute uſus eſt, uti B. Civil. iii, 81. quomodo & *Q. Septimius* noſtri aemulus atque ita fere *Livius* ix, 41. xxvi, 3. xxviii, 22. Pro recepta lectione ſtat in primis *M. Cato* iii. Origin. quem noſter lubens ſequitur. *Ventus Cercius cum loquare buccam implet*: armatum hominem,

matis

matis hominibus obſidere: ipſe [1] cum telo eſſe, item alios jubere: hortari, uti ſemper [2] intenti, paratique eſſent: [3]dies, nocteſque feſtinare: vigilare; neque inſomniis, [4]neque labore fatigari. Poſtremo, ubi multa agitanti nihil procedit, rurſus [5] intempeſta nocte, [6] conjurationis princi-

plauſtrum oneratum percellit. apud Gellium, II, 22. Codex Pembr. eleganter exaratus habet *loquar*. Plautus ſemel tantum, idque in *Milite* IV, 6. Viri *quoque* armati *idem iſtuc faciunt*; id eſt, *homines militares*. Lucretius II, 635. *Cum* pueri *circum puerum pernice chorea* Armati *in numerum pulſarent aeribus aera.* Vitruvius I, 5. *Craſſitudinem muri ita faciendam cenſeo, uti* armati homines, *ſupra obviam venientes, alius alium, ſine impeditione praeterire poſſunt:* apud alios haud temere occurrit. *J. Waſſe.*

1 *Cum telo*] Latiniſſime, quicquid alii dicant. *Hirtius* de B. Alexandr. LIII. *Semper enim Berones compluresque evocatos* cum telis *ſecum habere conſueverat.* Mamertinus Paneg. cap. XXIV. *Arma igitur & juvenes* cum gladiis *atque pilis non cuſtodiae corporis ſunt.* Suetonius Julio cap. LXXXVI. *Etiam cuſtodias Hiſpanorum* cum gladiis *ſectantium ſe removiſſe.* infra Arond. omittit *uti* eleganter, loca obvia, ſed vide *Rivium* ad cap. XXIV. *J. Waſſe.*

2 *Intenti, paratique*] Copulam omittunt L 1, 3. ſed retinent caeteri. Noſter Jugurth. cap. LIII. *parati intentique.* LI. *infenſi intentique.* LVII. *inſtructi intentique.* quibus locis iidem Codd. nihil movent. *Tacitus* Annal. II, 16. intentus paratuſque *miles, ut ordo agminis in aciem adſiſteret.* Et, Hiſt. I, 62. inſtructi intentique *ſignum profeſſionis expoſcunt.* Suetonius etiam Othone cap. LXXI. *Atque ita* paratus intentuſque *jam morti.* Gellius VII, 3. *Quorum opibus diripiendis poſſidendiſque non pauci ex ſummatibus viris* intenti infeſtique *erant.* Dares: *cum claſſibus & exercitibus* ornati *pariter ad Athenienſium portum pariter* &c. ſic vulgati inſulſe. Codex Sidneienſis cujus mihi copiam fecit amicus meus eruditiſſimus R. Allen, pro *pariter* habet *paratique*, & pro *unde, inde*, optime. *J. Waſſe.*

3 *Dies nocteſque feſtinare:*] Varie hoc effert Salluſtius, *Dies nocteſque* Item: *Dius noctuque.* De voce, *feſtinare*, vide Catonem ap. Gell. l. XVI. c. 14. *Ciacc.*

4 *Neque laboris fatigari.*] Meus lib. *neque laboris face fatigari.* forte, *laboris faſce.* Idem.

5 *Intempeſta nocte,*] Sic Codd. *Frontinus* II. 10. *complura ſuorum* atra nocte *ſepelienda curavit.* At hoc poeticum, nec pro ſimplici orationis filo. Lege potius cum tribus Codicibus quos cum editis contulimus, *intra noctem.* ibidem, *proxima caſtra* intempeſta nocte *adortus eſt.* Ubi etiam pro, *ubique Poenis*, omnino legendum cum iiſdem Codd. *Ita bis ſimili uſus eventu, deletis utrobique Poenis.* Infrâ, *nihil procedit.* Formula elegans, Terent. *Ut quiſque rem accurat ſuam, ſic ei procedere poſt principia.* Q. Septimius III, 26. *Deum quippe auctorem ſingulis mortalibus boni malique eſſe, neque quoad beatum eſſe licitum ſit, cujuſquam in eum vim inimicitiaſque procedere.* Infra, *eum ſuis conſiliis multum officere.* L 3. inepte, *conſulibus*, at forte praeli errore pro *conſultis.* Noſter alibi, *facto non* conſulto *opus eſſe*, ſed aliter Libri. De hac re adeas ipſum *Ciceronem* factorum ſuorum haud invitum praeconem 1. Catilin. §. 9. item *Lucanum* VII, 62. *Romani maximus auctor Tullius eloquii, cujus* ſub jure togaque *Pacificas ſaevus tremuit Catilina ſecures.* Codex Bib. Publ. *metuit*, male. At rectius animo meo *Scholiaſta* Juvenalis, *jure togato.* Caeterum alios nominat percuſſores in Cicerone *Plutarchus* p. 868. καὶ Μάρκιον τὸν Κέθηγον ἐκέλευσε ξίφη

pes

Digitized by Google

pes convocat per M. Porcium Laecam: ibique multa de ignavia eorum queſtus, docet *ſe Manlium praemiſiſſe ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat; item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent; ſeque ad exercitum proficiſci cupere, ſi prius Ciceronem oppreſſiſſet: eum ſuis conſiliis multum officere.*

XXIX. Igitur perterritis ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius, eques Romanus, operam ſuam pollicitus, [1] & cum eo L. Vargunteius Senator, [2] conſtituere ea nocte paulo poſt, cum armatis hominibus, ſicuti ſalutatum introire ad Ciceronem, [3] ac de improviſo domi ſuae imparatum confodere. Curius [4] ubi intelligit, quantum periculum Conſuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat. Ita illi [5] janua prohibiti, tantum facinus fruſtra ſuſceperant. Interea

λαθόντας ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς θύρας ἕωθεν, ὡς ἀσπασομένους τὸν Κικέρωνα, καὶ διαχρήσασθαι παρεισπεσόντας. Τοῦτο Φουλβία τῶν ἐπιφανῶν, &c. Sed fallitur, cum aperte *Cicero C. Cornelium* unum ex iis fuiſſe affirmet. neque fuit ille *Cethegus*, nam ad id locorum in vivis erat, quo *Cicero* P. Syllam, ipſius filio accuſante, defenderat. Errat etiam *Appianus*, qui hoc conſilium de tollendo Cicerone initum ait, cum jam Catilina diſceſſiſſet. Confer eundem Cic. pro Sulla §. 52. *per P. Leccam*. Palmer. *pene*. cum vide. *J. Waſſe.*

6 *Principes conjurationis*] *Populares* hos appellat, cap 12. 24. 52. ſed c. 45. *Principes*, ubi intelligit Lentulum, Cethegum, &c. *Ciacc.*

1 *Et cum eo L. Vagunteius Senator,*] Manuſcripta, *L. Varganteius*. quamquam Plutarchus in Vita Ciceronis hoc omiſſo C. Cethegum provinciam cepiſſe conſulis interficiendi teſtatur. *Rivius.*

2 *Conſtituere ea n. paullo poſt, cum ar. Hom.*] Et heic vacat illud *Hominibus*, ſed nec ſatisfaciunt, *ea nocte paullo poſt*. ſuſpicor vocem aliquam ab uſu remotiorem abactam, ac ſubſtitutam ejus loco *paullo poſt*. Grut. Sane quodcumque fuit eraſum eſt, & ejus loco a manu prima *paullo*.

3 *Et de improviſo domi ſuae imparatum confodere.*] Abeſt ab uno *domi ſuae*, ab duobus *imparatum*. quae ſalvo ſenſu abeſſe poſſe nemo negaverit. Et hic eſt locus quem a brevitate tantopere commendant. *Putſchius.* Comel. non habet illud *ſuae*, eraſumque etiam ſtylo correctoris in Naz. neque diſplicet, quamvis item mallem auferri vocem *domi*, necnon *de improviſo*, in Pal. tert. eſt *domo ſua*; & in ſept. *domui ſuae*. Grut. *Domui ſ.* Ar. & ſcripti integriores A. Popmae. Cic. de Officiis III. *eſſe* domui ſuae *cum uxore*. & ſic in *Philip.* & *Tuſculanis*. vid. Apuleium M. I. *J. Waſſe.*

4 *Ubi intelligit quantum periculum Conſuli impendeat,*] V.C. habet: *Ubi intellexit quantum periculum Conſuli impendebat.* & paulo poſt, ubi in vulgatis editionibus eſt, *dolore injuriae*, in V. C. abeſt vox *injuriae*. Urſinus. at ita *Cic.* Att. IX. *J. W.*

5 *Janua prohibiti,*] Sic in Jugurtha: *Numidas inſequentes* moenibus *prohibuit*. Ciacc. Plutarch. Κωλυθέντες εἰσελθεῖν. *In hortos Servilianos pergit, & cum foribus arceretur, magna & atrocia afferre dictitans.* Tacit. An. XV, 55. *J. Waſſe.*

Digitized by Google

Manlius in Etruria plebem ſolicitare, egeſtate ſimul, ac [1] dolore injuriae, novarum rerum cupidam; quod Sullae dominatione, agros, bonaque omnia amiſerat; praeterea, latrones cujuſque generis, [2] quorum in ea regione magna copia erat, nonnullos ex Sullanis colonis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis [3] nihil reliqui fecerant.

XXX. Ea cum Ciceroni nunciarentur; ancipiti malo permotus, quod neque urbem ab inſidiis privato conſilio longius tueri poterat, neque, exercitus Manlii quantus, aut quo conſilio foret, ſatis compertum habebat, rem ad Senatum refert, jam antea volgi rumoribus exagitatam. Itaque, quod plerumque in atroci negotio ſolet, [4] Senatus decrevit, *darent operam Conſules, ne quid reſpubl. detrimenti caperet.* [5] Ea poteſtas per Senatum,

1 *Dolore injuriae,*] Dictio *injuriae* abundat in meo libro. *Ciacc.*

2 *Quorum in ea reg. m. cop. erat,*] Dictio ultima rejici poteſt, ceu ſuperflua. *Gruterus.*

3 *Nihil reliqui fecerat.*] Sulpicius Severus H. Sacr. I. 54. *Nabuchodonoſor abducto populo, reſiduis quos belli conditio vel praedae faſtidium,* reliqui a victoribus fecerat. *Sigonius* legendum autumat *relinqui,* Giſelinus & Vorſtius *reliquias,* ego vero *reliquos,* voces *a victoribus* delendae. ſic fere Noſter VI, 61. *quaſi unus* reliquus ex familia, *& alias.* hoc loco, ex magnis rapinis. *Aurelius Victor* Caeſ. cap. 33. *receptis militibus, quos Murſina labes* reliquos fecerat, *bellum duplicaverat.* Caeſar. II. B. G. *demonſtrant ſibi praeter agri ſolum* nihil eſſe reliqui. *Cicero* V. Verrin. *Nihil ne de bonis quidem ſuis* reliqui fecit. Sed & *reliquos facere* pro *relinquere.* Idem in Verrem, *quos belli calamitas* reliquos fecerat. Et alibi, *duarum mihi civitatum* reliquos *feci agros.* Dictys. II, 5. *qui caſum domini deflentes* reliqui *praedae aufugerant.* Noſter etiam *reliqua* pro *relicta,* *vix decima parte die* reliqua. Et *Apulejus* Metam. IV. *Manu* reliqua *ſumtum gladium ſuum.* & VI. p. 190. *Canis ſaevitiem* reliqua *redime.* Metam. X. p. 321. *in exitium* reliqui *filii plenis operabatur affectibus. Herodian.* I, 7. Τὰ δὲ Δομετιανοῦ πλημμελήματα τῆς ἐσχάτης ὠμότητος οὐδὲν ἀπελείποντο, quamquam ibi hanc phraſin ſine ullo judicio inculcat *Angelus Politianus.* Vid. I, 17. II, 38. VII, 6. *J. Waſſe.*

4 *Senatus decrevit, ut darent operam Conſules, ne quid reſp. detrimenti caperet.*] Τὸ *ut,* in exemplaribus manuſcriptis non eſt. ac elegantius omitti, quam addi videtur. tale illud Livii; *Praeſcribit monetque; Lilybaeum firmo teneret praeſidio.* Caeſar I. Belli Civilis, *Quotieſcumque ſit decretum, darent magiſtratus operam, ne quid reſpub. detrimenti caperet.* pro decretum ut darent. *Rivius.* Caeſar. I. B. *ſcribit monetque Lilybaeum firmo* teneret Civil. *Quotieſcumque ſit decretum* darent magiſtratus operam. Vide *Gronovium* ad Liv. VII, 13. *J. Waſſe.*

5 *Ea poteſtas per Senatum,*] Non habet *per Senatum* Pal. tert. & poteramus eo carere, ut & aliquot verbis ſubſequis. nam, aut valde hallucinor, aut auctor ſcripſit: *Eo permittitur exercitum parare*

more,

more Romano, magiſtratui maxuma: permittitur exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios, atque civis: domi, militiaeque imperium, atque judicium ſummum habere: [1] aliter, ſine populi juſſu, nulli earum rerum Conſuli jus eſt.

XXXI. Poſt paucos dies, [2] L. Senius Senator in Senatu litteras recitavit, [3] quas Faeſulis allatas ſibi dice-

&c. reliqua omnia irrepſerunt e gloſſa; & ea quidem quavis cloaca foetidiore, *eis quibus* nota Reſpublica Romana. *Gruterus.* Legi malim *eo*, ſcilicet decreto. vox *Conſuli* ſuſpecta eſt, praeceſſit enim *magiſtratui*, & populi juſſu imperium dabatur omni magiſtratui: niſi forte *Coſ.* ut digniorem nominavit. Praeterea legendum *nullius*, ut eſt in libris ſcriptis melioribus; vel *nullae*, pro *nullius* antique. *A. Popma.* Markii λ. in interlineari ſpatio habet *Conſulibus*, quaſi ex interprete γ. & Pembr. ne ſic quidem. B. P. λ. *nullius.* Forte delenda illa, *ſine populi juſſu.* hoc decretum *Ultimae neceſſitatis* vocat *Livius*, III, 14. v. Cic. Mil. & *Caeſ.* Bel. Civili, *Plutarch.* in Cic. ἀλλ' ὅταν τι μέγα δείσῃ, Dio 37. Καὶ γὰρ τοῦτο τὸ δόγμα ἐπεψηφίσθη, τὸ, Διὰ φροντίδος αὐτοὺς ἔχειν, ὥστε μηδεμίαν ἀπότευξιν τῷ δημοσίῳ συμβῆναι. adeas *Aſcon.* in arg. Milonianae, Epitomam Livii lib. 109. *A. Victorem* de Viris Ill. cap. 73. & omnino magnum Briſſonium de Formulis lib. II. pag. 171. Cui adjungas *Cic.* I. Catilin. §. 2. infra, *aliter ſine populi juſſu &c.* Neſcio an haec *Dinarchi* reſpexerit Auctor. Ἀνάγκη τὴν βουλὴν τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου ἐκεῖ δυοῖν τρόποιν ποιεῖσθαι τὰς ἀποφάσεις πάσας. Τίνας τούτους; ἢ τὰς αὐτὴν προελομένην καὶ ζητήσασαν, ἢ τοῦ δήμου προστάξαντος αὐτῇ, ΧΩΡΙΣ τούτων οὐκ ἔστιν ὅντινα τρόπον ποιήσειεν. Inde quia magiſtratus, quorum geſtamen erant faſces, in Comitiis, populi ſuffragiis creabantur; eaſdem eſſe populi sic Maro: *Illum non* populi faſces, *non purpura regum.* Infra, *aut* populi tabularia *vidit.* J. Waſſe.

1 *Aliter, ſine populi juſſu, nulli earum rerum Conſuli jus eſt.*] Manuſcripta duo, *nullius earum rerum.* niſi quis *ulli* vetuſte poſitum malit pro, *nullius.* quomodo Comicus dixit, *Tam iners, tam nulli conſili*, & in Truculento Plautus, *Coloris ulli*, pro *ullius.* Nec enim τῷ *conſuli* addendum puto. Sed ut hoc obiter addam, *Aliter* Salluſtius, pro *alioqui* poſuit; *jus*, pro poteſtate. *Rivius. Nullius* Codex B. Pub. Dictiuncula poſtrema abundat, forſan & antepenultima; ceterum libri meliores; videl. Pal. pr. & ſec. Bongarſii & Commelini habent voce prima, *nullius*, de quo conſulatur Rivius; Rivius inquam cui Salluſtius civicam debet. nam & meo judicio, revocanda ab exilio illa lectio. *Gruterus.*

2 *L. Senius Senator*] Expunxerim libens dictionem *Senator.* neque enim periculum eſt, ut arbitremur ſubulcum quem recitaſſe literas in Senatu. *Idem.* Eſt in monumentis L. *Saenius*, Conſul ſuffectus anno DCCXXI, & in XI. Annali Taciti *Lex Saenia*, de Senatu ſupplendo: quae tamen vulgo dicitur *Sentia*, & refertur ad C. Sentium Saturninum Coſ. cum Q. Lucret. Veſpillone anno 934. *A. Popma.*

3 *Quas Faeſulis allatas ſibi dicebat; in quibus &c.*] Fere eſt, ut expungi debeat, verbum primum & antepenultimum: at ecce, tanquam ſi inopia ſumma eſſet & verborum & ſenſus plane mancus Popma noſter adhuc adſuit ex codice Martiniano, *dicebat, a Quinto Fabio, in quibus &c.* euge euge! niſi ſciremus bajulum literarum, omnia perierant: at ut taceam Glareanos, Rivios, Carriones, Urſinos, reliquos; affirmo libris MSS. qua-

 bat;

Digitized by Google

bat, a Quinto Fabio; in quibus ſcriptum erat, [1] C. Manlium arma cepiſſe, cum magna multitudine, ante diem [2] ſextum Kalendarum Novembrium: ſimul, id quod in tali re ſolet, alii [3] portenta atque prodigia nunciabant: alii, conventus fieri, arma portari; Capuae, atque in Apulia ſervile bellum moveri. Igitur [4] Senati decreto [5] Q. Marcius Rex Faeſulas, [6] Q. Metellus Creticus in Apuliam, [7] circumque ea loca miſſi. [8] Ii utrique ad ur-

tuordecim quos ego excuſſi, libros item quos Bongarſius, non agnoſcere *Q. Fabium*. nimirum aliis omnibus *Cunctator*, uni Popmae eſt *Ladus*. Gruterus.

1 *C. Mallium arma cepiſſe.*] Ita nos correximus, cum antea in cunctis vulgatis impreſſiſque libris *C. Manlium* legeretur. *Malliorum* autem familia, nobiliſſima, antiquiſſimaque fuit, ex qua multi celebres viri extitere, qui ſaepius conſulatum geſſerunt. Ex his fuit, & Cn. ille Mallius, P. Rutilii collega, ut a Valerio Maximo, lib. II. traditur: apud quem tamen, omnes fere libri, C. Manlium habent, contra veterem inſcriptionem, quae duorum conſulum, his verbis mentionem facit. AB. COLONIA. DEDUCTA. ANNO. XC. N. F. FULVIO. DUO. VIR. P. RUTILIO. CN. MALLIO. COSS. OPERUM. LEX II. Ne quid tamen diſſimulem, liber quidam, in pergameno deſcriptus, quem mihi utendum dedit vir doctiſſimus, meique amantiſſimus, Gulielmus Canterus, *Malium* habet, ſimplici L. nec aliter Plutarchus vocat in vita Ciceronis, *ἔτι τὸ ἡγεμόνα Μάλλιον ἔχοντες*. & iterum, περὶ τὸν *Μάλλιον*. Ego tamen, *Mallium* legendum puto, conſentientibus praeſertim antiquis libris, & veteri inſcriptione, quam paulo ante poſui. & Canteri codex aliis in locis, nulla varietate, Mallium duplici ll. profert. *Popma.*

2 *Sextum Kal. Novemb.*] Cic. I. Catilin. §. 7. *Meminiſtine me ante diem XII. Kalendas Novemb. dicere in Senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus eſſet* ante diem VI. Kal. Novemb. *C. Manlium, audaciae ſatellitem atque adminiſtrum tuae? J. Waſſe.*

3 *Portenta*] Rem fuſius narrat Cic. III. in Catilin. Vide *Statium* IV. Theb. 374. *Thucyd.* I. §. VIII, 21. *Obſequentem*, cap. 59. *Claudian.* B. Get. 230. *J. W.*

4 *Senati*] Non. Marcellus de mutata declinatione agens, *Senati decreto* hic legendum adnotavit. Quam veram eſſe lectionem reor. & ſic in altero manuſcripto fuerat. ſed & eraſum erat *i.* habet eodem modo exemplar Florentinum. *Riv.*

5 *Q. Marcius*] Confer *Cic.* I. Catilin. §. 7. *J. Waſſe.*

6 *Q. Metellus Creticus*] Is conſul fuit (ut memorat Aſconius in Orationem in L. Piſonem) cum Q. Hortenſio, anno ab Urbe condita 684. Cretam inde proconſul in populi Romani poteſtatem redegit: unde Creticus eſt appellatus. Sed de hoc Q. Metello plura Livius lib. 98, 99, & 100. Florus libro tertio. Plutarchus in Pompejo, Dion lib. 36. *Caſt.* Cic. 2. Cat. Q. Metellus, *quem ego, proſpiciens hoc, in agrum Gallicanum, Picenumque praemiſi.* §. XXVI. *J. Waſſe.*

7 *Circumque ea loca miſſi.*] Quibus non poenitet aliquando conjeciſſe, *circumque e loco miſſi*, neſcio an non judicent, ſe adhuc obtinere antiquum, ac priore morbo impeditos. nihil enim altera lectione evelatius, nihil aptius. *Gruterus.* Omittunt Auctores aevi ſequentis *ea loca.* *Livius* I. 4. *Lupam ſitientem ex montibus qui circa ſunt*, & ſic noſter bis. Idem I. 4 *venando peragrare* circa ſaltus. & XXIV, 41. *Tamen quia* omnia circa *hoſtium plena erant.* J. Waſſe.

8 *Ii utrique ad urbem Im. erant*] Sic & Pal. Nazarianus, quomodo legiſſe Aſconium bene monitum Rivio. *Grut.* In

bem

bem Imperatores erant; impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum; [1] quibus omnia honeſta, atque inhoneſta vendere mos erat. Sed Praetores [2] Q. Pompejus Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum;

vetuſtis quibuſdam eſt, *Utrique enim, &c.* ſed in manuſcriptis eſt vulgata lectio. Aſconius Pedianus, *ii utrique*, legiſſe videtur. nam perperam ibi quidam *ſecundo* legunt, quaſi ii numerum notet, ac non potius pronomen ſit. Hos eos, qui locum citarunt, non obſervaſſe miror. *Rivius.* *Donatus. hi utrique.* Apographum Martinian. *u. ad urbem Romam.* Librarius addendum putavit, ignorans omnem magiſtratum, etſi intra muranus non ſit, ad urbem tamen dici. Vide *Cic.* IX. Epiſt. ad *Atticum.* IV, in Verrem. Caeſar. I. de B. Civil. *C. Popma.* Venet. 1470. *miſſi ſunt*, &. *nam utrimque*, pro *hi u.* Martin. omittit *hi.* Servius autem ad Aen. I, 94. *Hi utrique ad urbem Imperatoris.* Servius in artem Donati, *tre utrique Imp.* 2. u. *e. utique impediti n. t. c. p.* pag. 1798. uni & Reg. & Markii γ. primitus. L 2. *nam utrique*, ad urbem, hoc eſt, in campo *Martio*, ubi caſtra metari, ſenatum petere, & a populo accipere ſolebant apparatum ſumtuſque in Triumphum. *Aſconius* quidem in II. Verrin. ait, *omnem magiſtratum non intra murum etſi adminiſtrator ejus in urbe fuiſſet, tamen dicitur eſſe ad urbem.* Verum illa Aſconii huc proprie non ſpectant, neque probant hoſce Impp. fuiſſe alibi, quam ubi triumphaturi ſolebant. Lex erat omnibus obſervanda, qua vetabatur, *ne intra urbem exercitum imperare, claſſemque procinctam intra pomoerium habere liceret.* Neque interim in urbem inibant, quod & nomine Imperatoris & jure Triumphi exciderent, qui urbem ingreſſi eſſent. *Appianus* de B. Civil. Julius Caeſar, inquit, Τῆς μὲν πομπῆς ... ἐπὶ τὸ λαμπρότερον ... τῆς Ῥώμης ... ... ἐπὶ τὴν ... ἐπανελθεῖν. Imperium etiam deponere urbem intrantibus neceſſe erat. proinde cum ſenatus Triumphum decreſſet, imperium in urbe, quo die Triumphus duceretur populus dabat, rogatione a Trib. Plebis lata. Inde Auguſto decretum imperium proconſulare, quod neque omitteret, ſi urbem iniſſet, nec ea egredi opus eſſet imperio repetendo. ut nos docet *Dio* LIV. Hi ergo Impp. eo modo impediti erant, quo Paulus Aemilius apud *Plutarchum*, & Lucullus apud *Ciceronem* Acad. II. *Cum Victor a Mithridatico bello revertiſſet, inimicorum* calumnia triennio *tardius quam debuerat, triumphavit.* Et hoc eſt *obſtringillare* apud *Varronem* de Vita P. Rom. IV. *Quod Curia quum id feciſſet, dicebat amicis, ut illi renuntiaretur ſe* obſtringillaturum; *ne Triumphus decerneretur.* Caeterum libet obiter V. L. apud *Damaſum* in Elogiis ponere: *Tartaream ſolus potuit qui vincere mortem,* Invictus *ſolus Coelis inferre* Triumphum. membranae C. C. C. vetuſtiſſimae, *Invectus Coelo.* Poſtremo, *ad* pro *juxta, apud*, obvium eſt. *Livius* II. 10. X, 29, 25. *Hirtius* III. 2. *abreptis ab eo II legionibus, ne ad ejus periculum reſervare, & retinere eas ad urbem Pompejus videretur.* Imperite ergo *Paulus Vindingius* pro, *ad finitimos* apud *Q. Septimium* III, 15. legit *apud finitimos.* Caecilius apud *Gellium* II, 23. *qui quaſi* ad hoſtes, *captus, libere Servio ſalva urbe atque arce.* A Victor. Caeſ. XL. Auſonius in Villula: *Haec mihi nec procul urbe ſita eſt, nec prorſus* ad urbem. v. omnino *Polybium* VI, 13. *J. Waſſe.*

1 *Quibus omnia honeſta,*] Eadem verba infra repetit III. Jugurth. *Ciacc.*

2 *Q. Pompejus Rufus*] Opinor deſignari Q. Pompejum Rufum, filium ejus Q. Pompeji Rufi, qui conſul cum L. Sulla fuit anno U. C. DCLXV. quique praeturam urbanam geſſerat, anno U. C. DCLII. & ab eo ſignatos eſſe denarios, in quibus

[1] hiſque permiſſum, *uti pro tempore, atque periculo exercitum compararent*. ad hoc, *ſi quis indicaviſſet de conjuratione*, [2] *quae contra Remp. facta erat*, [3] *praemium, ſervo libertatem & ſeſtertia centum: libero* [4] *impunitatem ejus rei, & ſeſtertia ducenta*. itemque decrevere, [5] *uti gladi-*

honos hic Praeturae & Conſulatus patris expreſſus eſt, ſellae curulis inſignibus, cum huc inſcriptione: Q. POMPEII Q. RUFUS COSS. *Urſin.*

1 *Hiſque permiſſum eſt,*] Legendum, *hiſque permiſſum*, omiſſo verbo ſubſtantivo. quomodo & Merſebergenſe exemplar, & alia quaedam habent. *Rivius*. Ball. & Martin. retinent *eſt*, caeteri non item. *J. Waſſe.*

2 *Quae contra Remp. facta erat,*] Forte nihilo inconcinnius: *contra Remp. facta*, ablegata voce principali & finali. *Gruterus.*

3 *Praemium, ſervo libertatem*] Sic & in Fabriciano. in ceteris fere, *praemium decrevere, &c.* quomodo item in impreſſis vetuſtioribus, niſi quod in his fere *praemia* legimus, numero plurali, id quod minus probo. *Rivius.* In aliis codicibus adjicitur verbum *decreverunt*, ad hunc modum: *Praemium decreverunt ſervo libertatem* quod neſcio num conſultius intelligatur, an ponatur. Vetuſtus certe codex habet, *Praemium decrevere.* In Livio autem non uno duntaxat loco, *Servi praemium eſt 25. millium aeris, liberi C. millium*: hoc eſt Budaeana ſupputatione ſervi 250. Coronati, liberi mille. Hic igitur ſervi praemium decuplo majus, liberi quintuplo majus. Nam centum H. S. faciunt Coronatos 2500. Ducenta vero 5000. Coronatos. Utrum quia ſeculum hoc ditius illis apud Livium, an periculum reipubl. hoc majus viſum magiſtratibus ac ſenatui? *Glareanus.* In quibuſdam: *Praemium ſervo, libertatem, & C. ſeſtertia: libero impunitatem ejus rei. & ſeſtertia ducenta millia.* In aliis: *ſervo libertatem ex S C. ſeſtertia C. l. im. e. r. & ſeſtertiorum ducenta millia.* In nonnullis item; *decrevere praemium, ſervo libertatem, libero impunitatem e. r, & ſeſtertiorum d. m.* C. Popma.

4 *Impunitatem ejus rei,*] Sic omnes Codd. ex Formula recte. quo pacto *Gellius* III, 16. *Sed Divum Hadrianum, cauſa cognita decreviſſe in undecimo quoque menſe partum edi poſſe: idque ipſum* ejus rei *decretum nos legimus*. Caeſar. B. Gall. VI, 17. *graviſſimumque* ei rei *ſupplicium cum cruciatu conſtitutum eſt*: & VII, 2. *tempore* ejus rei *conſtituto, ab concilio diſceditur*, & alibi. Graeci videntur hanc rem concipere omiſſis vocibus *ejus rei*. Julianus Imp. Orat. I. ἄδεια δὲ πᾶσιν ἐδόθη τοῖς ἐξημαρτηκόσι μετὰ τοῦ τυράννου. *Diodor.* I, 36. δοθείσης ἀδείας αὐτῷ. *Cicero* VIII. Philip. ſine, *ejus rei*. At Tacitus Ann. III. 27. *otium* ei rei *haud in longum paravit*. Noſter Jug. XXI. *fides* ejus rei *penes auctores erit*. Confer capp. XXXI. LXIV. Hoc modo abundat *legibus* C. 58. *tunc lex Porcia aliaeque leges paratae ſunt*; quibus legibus *exſilium damnatis permiſſum eſt*. apud *Cic.* dies. J. Waſſe.

5 *Uti gladiatoriae familiae*] Hic Commentatores nihil ad rem dicunt. Alius quidam ita exponit; uti *gladiatoriae familiae*, id eſt, *ipſi gladiatores in familias diſtributi, per municipia diſtribuerentur*, ne Romae tumultum moverent, ut ante ſub Spartaco factum eſt, atque hoc pro cujuſque municipii opibus. quae ſententia non multum abeſt a vero. Illud *cujuſque* Badius exponit, ſcilicet *familiae*. Sed C. Caeſaris verba in oratione, quae poſtea ſequitur, oſtendit de municipiis intelligendum. Et ita habent ad finem ejus orationis, ubi de captivis ſententiam definit: *Sed ita cenſeo*, inquit, *publicandas eorum pecunias, & ipſos in vinculis habendos per municipia quae maxime opibus valent.* haec ille. *Glar.*

atoriae

atque familiae Capuam, & in cetera municipia diſtribuerentur pro cujuſque opibus: Romae per totam urbem vigiliae haberentur, eiſque [1] minores magiſtratus praeeſſent.

XXXII. [2] Quibus rebus permota civitas, atque immutata facies urbis erat: ex ſumma laetitia, atque laſcivia, quae diuturna quies pepererat, repente omnis triſtitia invaſit. feſtinare, trepidare; [3] neque loco, neque homini cuiquam ſatis credere; [4] neque bellum gerere, neque pacem habere: [5] ſuo quiſque metu pericula metiri.

1 *Minores*] Quorum ſcilicet erant minora auſpicia. At qui potiore alite ducti erant, hi *majores* quos Polyb. [illegible] ἀρχὰς vocat. Patet enim ex edicto Conſulum apud Gellium XIII. 15. illis alteris non licuiſſe ſervare de coelo. *Ne quis magiſtratus minor de coelo ſervaſſe velit.* Inde *Servius* ad III. Aen. *Nate Dea, nam te majoribus ire per altum Auſpiciis manifeſta fides.* Majoribus, i. e. Caeleſtibus. auſpicium de coelo ab Auguribus vocatur *auſpicium maximum.* Majorum vero auſpicia magis rata erant quam caeterorum; fiebant enim tum pluriſariam tum majore templo & ſolennitate. Majores ergo magiſtratus ſunt Conſules, Praetores, Cenſores, caeteri minores. Vide *Feſtum* in voce p. 216. Livius XXV, 1. *incuſati graviter ab Senatu Aediles, Triumvirique capitales quod non prohiberent &c.* paulo poſt, *ubi potentius jam eſſe id malum apparuit, quam ut minores per magiſtratus ſedaretur, M. Atilio praetori urbis negotium ab ſenatu datum eſt.* Et. XXXII, 26. *in timore civitas fuit; obſides captivoſque Poenorum ea moliri: itaque & Romae vigiliae per vicos ſervatae: juſſique circumire eas minores magiſtratus: & Triumviri carceris lautumiarum intentiorem cuſtodiam habere juſſi.* [illegible] *natores eſſent, ubique minores magiſtratus eſſent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret, quam unde eo die redire poſſet.* Vide [illegible] Lib. XXXVI. 3. & [illegible] excubiis; & Dilherr. Lib. [illegible] cap. 30. [illegible]

ſacerdotem apud *Lucan.* I. 595. J. W.

2 *Quibus rebus permota civitas, atque immutata facies urbis erat:*] Ferme eſt ut pronunciem illud, *permota civitas,* natum a gloſſa. certe parum habet quod heic agat, ut etiam ſubſtantivum *erat.* Grut. Graeci ſoro [illegible] ita *Q. Calaber* I, 437. Latinis *Salva urbe atque arce.* haec duo vix alibi conjuncta reperies. At nihil ideo mutandum. *Q. Septimius* III, 16. *Ac mox ex omni parte Urbs clauditur, foedatur regni habitus, atque in modum lugubrem funeſtumque obducta* facies civitatis. L. 1. 208. Martin. *Urbis facies* Bodlejano ut & Septimio recte abeſt vox *erat*, quod delendum. Markii γ. λ. L 1. 2. *urbis facies*, & ſic Martin. Talia multa apud Auctores v. g. Æn. V. 778. *feriunt mare & aequora verrunt.* B. Pub. *atque erat.* J. Waſſe.

3 *Neque loco, neque homini cuiquam ſatis credere;*] Totidem verbis in Jugurth. *Neque loco, neque mortali cuiquam, neque tempori ſatis credere.* Ciacconius. Thucyd. VIII. p. 283. ed. Steph. *J. W.*

4 *Neque bellum gerere, neque p. h.*] Exturbarem libens illud *gerere*, tanto quidem promtius, quod ſint MSS. in quibus non compareat, ſed ejus loco, *agere.* Grut.

5 *Suo quiſque metu*] Petronius p. 440. *Quantum quiſque timet, tantum fugit.* Dictys II, 2. *Multa praeterea pro metu ſuo adjicientes, nunciant.* Statius Theb. III, 6. Peſſimus in dubiis augur timor. VII, 112. *bonus omnia credi auctor* [illegible] *horriſonis* [illegible] *incurſibus* [illegible] *Siga* [illegible] Ant.

Ad.

[1] Ad hoc, mulieres, quibus Reipubl. magnitudine belli timor inſolitus inceſſerat, afflictare ſeſe; manus ſupplices ad coelum tendere; miſerari parvos liberos; [2] rogitare; omnia pavere; ſuperbia, atque deliciis omiſſis, ſibi patriaeque diffidere. At Catilinae crudelis animus eadem illa movebat: tametſi praeſidia parabantur; & ipſe [3] lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo. Po-

nutare ſolum, aut veteres deſcendere ſylvas Ah miſeri vidiſſe putant. Loquitur de *Pavore* Martis comite. infra, *Nil falſum trepidis.* Quo in loco pro, *ter ſuſtulit haſtam: Ter* contorſit *equos, clypeum ter pectore plauſit,* Bernartius ex vett. *concuſſit equos,* Quod miror cur non in textum recepit Cruceus. ita diſertim noſtri omnes, recte. ſolent aurigae immiſſis in terga habenis, equos ad curſum incitare. Et hoc eſt quod noſter alibi vult per *Verberibuſque jubas, &* terga laceſſit habenis. Fallor, an illud *Virgilii* ob oculos habeit. *Utque acres* concuſſit equos, *utque impulit arma;* ubi peſſime ſe gerit *Ruaeus*. Confer Aeneid. v. 147. *Ovidium* Metam. 11, 202. Hoc ſenſu licet obſcurius alicubi de Aſopo fluvio *Papinius*, Flumina concuſſit, *generum indignata Tonantem.* J. Waſſe.

1 *Ad hoc mulieres quibus pro reipub. magnitudine*] Meus liber non habet, *pro.* Sed quid ſi legamus? *Ad hoc mulieres, quibus ille timor inſolitus inceſſerat, pro reipub. magnitudine afflictare ſeſe.* Ciacc. Hoc a quibuſdam & inverſe legitur, & perverſe exponitur. Non eſt dubium Salluſtium dicere velle, cum tam magnum ac tam potens eſſet Romanum imperium, ut non facile quiſque Romanis bellum inferret, inſuetum ac inſolitum fuiſſe omnibus, maxime vero mulieribus belli timorem. *Glar.* Sic decem minimum membranacei, illud *quibus pro Reip. magnitudine,* vix inveni in duobus viliſſimae notae, MSS. ternus vero habet, *quibuſque Reip. magnis.* Sciamus autem inveſtum editionibus noſtris a Pomponio Laeto, neque enim extat in editis prioribus; locum iſtum bene explicat Glareanus. Nam valde hic abit a judicii ſui acrimonia Fulvius Urſinus. ceterum vox *inceſſerat* deleri poſſe ſalva ſententia, quilibet videt; quod iterum dico propter eos, qui neſcio quam verborum avaritiam affingunt Salluſtio. *Gruterus. Rep. pro magn.* tranſpoſitio bonis auctoribus uſitata Liv. xxv, 1. *ubi potentius jam eſſe id malum apparuit, quam ut* minores per *magiſtratus ſedaretur.* Multus eſt in hoc genere *Arnobius*: nihilominus delenda eſt praepoſitio. Codicibus Regio, Markii λ. γ. Pemb. L 1. 2. & Martin. praeeuntibus. Venetae tamen retinent. *J. Waſſe.*

2 *Rogitare; omnia pavere, &c.*] Pall. pretii edecumati nihil abeunt ab hac ſcriptura; niſi quod Naz. initio habuerit, *recogitare.* quibus aetas eſt recentior adjiciunt, *rogitare Deos, omnia pavere,* quod cur non etiam admittam, facit praecedens, *manus ſupplices ad coelum tendere,* qui hoc enim facit, utique rogat Deos. putarem potius repetendum, *rogitare omnia, omnia pavere;* ut dudum indicavi in libellis ſuſpicionum. *Grut. Sibi patriae diffidere,* L 2. omiſſa copula. *J. Waſſe.*

3 *Lege Plautia*] Tulit hanc legem M. Plautius Silanus tribunus plebis, in eos qui vel vi rempub. oppugnaſſent, vel clam & dolo aliorum ſaluti inſidias feciſſent. Cicero de reſponſis Aruſpicum: *Deinde cum ille ſaxis, & ignibus, & ferro, vaſtitatem meis aedibus intuliſſet. decrevit Senatus, eos qui id feciſſent, lege de vi, quae eſt in eos, qui univerſam Rempub. oppugnaſſent, teneri.* Idem pro Milone: *Hanc vero quaeſtionem, etſi non eſt iniqua, nunquam tamen Senatus conſtituendam puta-*

ſtremo,

ſtremo, [1] diſſimulandi cauſſa, & ut ſui expurgandi, [2] ſicuti jurgio laceſſitus foret, in Senatum venit. Tum M. Tullius Conſul, [3] ſive praeſentiam ejus timens, ſive ira

vis. Erant enim leges, erant quaeſtiones; vel de caede, vel de vi: nec tantum moerorem, ac luctum Senatui mors P. Clodii adferebat, ut nova quaeſtio conſtitueretur. Accedit & hujus orationis interpres Pedianus: *Deinde*, inquit, *poſt paucos dies apud Conſidium quaeſtorem, lege Plautia, de vi, ſubſcriptione eadem, accuſatus eſt, quod loca occupaſſet, & cum telo fuiſſet antesignanus operarum Milonis.* Sall. in Ciceronem: *Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quae poſt conſulatum, cum Terentia uxore, de Rep. conſuluiſti, cum legis Plautiae judicia domi faciebatis.* Atque hanc Plautiam rogationem C. *Caeſar* oratione ſua ſuaſit: id quod ex *Gellio* intelligi poteſt: cujus verba lib. XIII. c. 3. haec ſunt: *Reperi tamen in oratione C. Caeſaris qua Plautiam rogationem ſuaſit*, neceſſitatem *pro* neceſſitudine *dictam, id eſt jure affinitatis.* C. Popma. Confer Cap. 37. Catilin. Vice omnino *Cic.* 1. Catilin. §. 4. *At nos viceſimum jam diem patimur hebeſcere aciem noſtrae auctoritatis, habemus enim hujuſmodi Sc.* &c. *J. Waſſe.*

1 *Diſſimulandi cauſſa, & quaſi ſui expurgandi,*] A ii codices habent, *aut ſui expurgandi.* meus, *diſſimulandi cauſſa, tum ſui expurgandi.* legerem: *diſſimulandi, an ſui expurgandi, ſicuti jurgio laceſſitus foret, in Senatum venit.* Tacitus ſane aſfectator Salluſtii maximus, hujuſmodi locutionem frequenter uſurpat: ut Ann. XV. *Nihil metuens, an diſſimulando metu.* & libro I. *Legiones metu, an contumacia deſeruere.* & II. *Metu invidiae, an ratus conſcientiam ſatis eſſe.* & *finem vitae ſponte, an fato implevit.* Ciacc. Sic MSS. minus vitioſi a quibus minimum abeunt quos excuſſit *Bongarſius* praeferentes, *& aut ſui exp.* quomodo etiam praeter aliquot Pall. editiones primae, nam interpolata a Laeto praefert *diſſimulandi cauſa, & ſui exp.* ab Aldo ſeniore, *& quaſi ſui expur.* quae forma nullo ſcripto Pall. valde ſe mihi probat conjectura Fulvii, *an ſui exp.* Gruterus. B. Pub. *vel ſui*, pro *quaſi*, Pemb. & Arond. *aut ſui* λ. *& ut ſui.* Mark. γ. *aut. quaſi* abeſt L 1. L 3. *aut* pro *quaſi* L 2. Reg. *J. Waſſe.*

2 *Sicuti jurgio laceſſitus foret,*] Forte: *ſi cujus jurgio*: vel, *ſi quo.* Gronov. *Jurgium* pro *cauſſa*, & *lite*, ſaepius. adeas *Varronem* de L. Lat. lib. VI. *Manilium* II. 113. *Phaedr.* I, I. III, 2. *Hyginum* Fab. c. VII. *Pithoei* Epigr. lib. II, pag. 67. *Lucani* Panegyr. ibidem pag. 115. *Avienum* Fab. XV. etiam ſequioris aevi Scriptores, *Mamert.* lib. 1. pag. 703. *Ammianum* XVIII, 1, 5. XXVIII, 4. XXIX, 2. *Caſſiodor.* Var. 1, 5. *Ambroſium* Offic. 1, 30. *Corippum* II, 49. *Marium Victorin.* pag. 592. *Alcimum Avitum* p. 599. 606. *Drepanium Florum* Pl. XXVI. *Sidonium* II, 7. Sed haec ſignificatio huic loco non quadrat. Hujus rei fidem faciunt verba *laceſſitus, maledicta alia cum adderet.* Quare capienda vox ad literam. nam in Senatu taxare & retaxare ſe invicem ſolebant. *Livius* XLII, 22. *Ibi*, hoc eſt in Senatu, *quum laceratum* jurgiis *multorum eſſet.* Seneca de Ira II, 25. *Feret iſte aequo animo* civile convicium, *& ingeſta in Concione* Curiave maledicta, *cujus aures tracti ſubſellii ſtridor offendit.* Vide *Cic.* in Philip. & *Quintilianum* x, 4. Inſtitut. extat hujuſcemodi jurgium inter *Ap. Claudium* &, *Laetorium* Trib. Pleb. apud *Livium* II, 56. etiam *Veſpaſiani* reſponſum apud *Suetonium* Veſp. IX. *qui de jurgio quodam Senatoris Equitiſque Romani ita pronunciavit;* Non oportere maledici Senatoribus, remaledici civile faſque eſſe, *remaledico* ἀντιλοιδορῶ. Quia non auſi ſunt aperte laedere, inde nata *obliqua ſchemata, figurae Cauſſidicorum*, & *morſus figurati*, de quibus abunde Spartianus Suetonius, Macrob. aliique. *J. Waſſe.*

3 *Sive praeſentiam ejus timens, ſive ira commotus,*] Vix mihi perſuadeo lectionem loci hujus ſinceram. utraque ſane cauſſa indigna Cicerone. itaque quam-

O com-

Digitized by Google

commotus, orationem habuit luculentam, atque utilem Reipubl. [1] quam poſtea ſcriptam edidit. Sed ubi ille adſedit, [2] Catilina, ut erat paratus ad diſſimulanda omnia, [3] demiſſo vultu, voce ſupplici, [4] *poſtulare a Patribus conſcriptis, ne quid de ſe temere crederent: ea familia ortum,* [5] *ita ab adoleſcentia vitam inſtituiſſe,* [6] *ut omnia bona in ſpe haberet:* [7] *ne exiſtumarent, ſibi patricio homi-*

vis poſſet refingi, *ſive praeſentia ejus ſive ira commotus*; capior potius ſuſpicari pleraque a gloſſa, ac fuiſſe primitus; *Conſul, praeſentia ejus commotus, orationem &c.* Gruterus.

1 *Quam poſtea ſcriptam edidit.*] An iſta putabimus Salluſtii? vix. *Idem.*

2 *Catilina ut erat paratus ad ſimulanda omnia.*] Manuſcripta. *ad diſſimulanda omnia.* & ſic item ex impreſſis quaedam, velut Beroaldinum & Venetum. *diſſimulamus* autem quae ſunt; *ſimulamus* quae non ſunt. ſed & paullo ante de eodem Salluſtius: *Poſtremo diſſimulandi omiſſa, &c.* quamquam vulgatam lectionem non rejicio, quam & Merſeburgenſe habet. *Rivius.*

3 *Demiſſo vultu.*] Ita Codd. & *Priſcianus* pag. 763. & 771. etiam *Pſeudo Latro* XVII. ὡς ἀπὸ χρηστοῦ ζωοποιεῖσθαι, inquit Dio. Habitu ſupplicantis in Conſulem maledicta ingeſſit. & fere milites *Appii Claudii* apud *Livium* II, 58. Praeſenti vultus demittere, *tacite praetereuntem exſecrari.* Quae autem in Senatu Noſter ea omnia in foro Catilinam dixiſſe, ait *Appianus* Bel. Civil. II. at *Plutarchus* quem fere ſequitur Cic. Senatum in aedem Jovis Statoris vocaſſe ait, quod patet etiam ex II. Catilin. §. 22. verum hujus jurgii ne meminit quidem; cui tamen reſpondere videtur ipſe *Cicero* IV. Catilin. §. 16. *J. Waſſe.*

4 *Poſtulare a Pat. conſ. ne quid*] Ita omnibus literis Com. meus, nec abit Pal. Naz. niſi quod unica litera expreſſerit vocem alteram ſic: *poſtulare Patribus c. ne quid,* unde natum aliorum MSS. edd. que *a Patribus coepit ne,* &c. at enim cum illud *a* non ſit in Naz. reſtetque in Pal. ſec. *poſtulare Patres coepit.* Videndum an non potius ſcripſerit auctor. *Poſtulare P. C. ne,* &c. *Poſtulare Patribus* L 1. 2. Mark. γ. λ. B. Pub. Pemb. L 1. 2. Carrio. *J. Waſſe.*

5 *Ita ab adoleſcentia vitam inſtituiſſe, uti omnia bona in ſpe haberet:*] Alii *haberent.* pro, ut omnia bona de ipſo ſperanda & exſpectanda forent. Perperam & Gymnicus & alii, *dicebat vitam inſtituiſſe.* quod verbum ex gloſſa addita, ut opinor, irrepſit in contextum. nam majore cum gratia & venuſtate abeſt. Ita Cicero. *Habendas eſſe quam laxiſſimas habenas. caput enim eſſe ad bene vivendum ſecuritatem.* Et *Virgilius* II. Aeneidos *tunc Niſus & una Euryalus confeſtim alacres admittier orant, Rem magnam pretiumque morae fore.* ſupple *dicunt.* Tale illud quoque in Jugurtha: *Poſtero die cum Aulo in colloquio verba facit tametſi ipſum cum exercitu fame ferroque clauſum teneat, tamen ſe rerum humanarum memorem, ſi ſecum foedus faceret, incolumes omnes ſub jugum miſſurum:* ubi perperam eſt in Veneto quodam, *tamen ſe dicit memorem.* quod verbum ex gloſſa addita irrepſit. *Rivius.*

6 *Ut omnia bona in ſpe haberet:*] Vocem *bona,* additam eſſe exiſtimo. Sic enim loquitur ſaepe Cicero. ut libro Epiſtolar. ad Famil. III. epiſt. 17. *Omnia eſſe in Bruto tuo.* & lib. 16. *Omnia habebo a te.* Ciaccon. Fallitur ille ut alias. Vide nos ad Jugurth. cap. XXII. *J. Waſſe.*

7 *Ne exiſtumarent,*] Perperam Gymnicus, *neque.* Rivius. Pall. quinque minus recentis aevi, heic iterum praeferunt *aeſtumarent*; neque aliter Com. meus. *Gruterus.*

ni,

ni, [1] *cujus ipſius, atque majorum plurima beneficia* [2] *in plebem Rom. eſſent,* [3] *perdita Repub. opus eſſe; cum eam ſervaret* [4] *M. Tullius, inquilinus civis urbis Romae.* [5] Ad haec maledicta, alia cum adderet; obſtrepere omnes, *hoſtem atque* [6] *parricidam vocare.* tum ille furibundus: *Quoniam quidem circumventus,* inquit, *ab inimicis praeceps agor, incendium meum* [7] *ruina reſtinguam.*

1 *Cujus ipſius, atque &c.*] Illud *ipſius* non eſt in Com. niſi a manu emendatoris, ut poterat profecto abeſſe. *Idem.*

2 *In plebem Rom.*] Ita quidem libri, ſed nonne melius, *in populum Romanum?* errore orto ex compendio ſcripturae P. R. *Idem.*

3 *Perdita Republ. opus eſſe;*] M. l. *perditam rempublicam opus eſſe.* ut Q. Claudius in Annal. apud *Gellium* XVII, cap. 2. *nihil ſibi divitias opus eſſe.* Ciacc.

4 *M. Tullius, inquilinus civis urbis Romae.*] Ita habent Aldi & Gothi codices. Alii vero quatuor ultimis verbis habebant duo haec: *Novus homo.* Sed utrunque legi poteſt. *Glar.* Aliquis ſuperſcripſerat interpretationis cauſſa illis, *Inquilinus urbis,* civis Romae: id poſtea a bardis hominibus redactum in contextum ipſum; meo quidem judicio. *Gruterus.* Poſt voces *urbis Romae* L 1. inſerit, *homo novus.* quidam *Glareani* pro, *inquil. c. u. R.* exhibent *Novus homo.* uti & *Balliol.* quae voces cap. 24. habentur. Neſcio an vere. *Appianus* Bel. Civil. II. lectionem L 1. firmare videtur. Καλλίνας δ' αὐτὸν ἐς ὕβριν τῶν ἐλαυνόντων ἐπίσχοντα, ἐς μὲ ἀξίωσιν γένους, ΚΑΙΝΟ'Ν ὀνομάζων, καλοῦσι δ' οὕτω τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐ τῶν προγόνων γνωρίμους, ἐς δὲ ξενίαν τῆς πόλεως ΙΓΚΟΥΙΛΙ'ΝΟΝ ᾧ ῥήματι καλοῦσι τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις. *Aretinus* IV, 8. Ep. *inquilinus u. Romae* omiſſo *civis.* Gloſſa Markii λ: *ob imperium* (legendum forte *improperium,* quae vox redonanda Auctori Orat. pro Tribuno Mariano ex Codice Joannenſi) *vocat Catilina Tullium inquilinum; quaſi in culina i. e. in coquina natus. vel a ſterquilinio. vel inquilinus dicitur aliquis de quo dubitatur unde ſit, & tamen ſit Civis Romanus.* Sic ille, neque longe abit *Feſtus.* Ἀλλ' οἱ Κρονικαῖς γνώμαις ὄντως, λημῶντε τὰς φρένας ἄμφω: cum ſit ex *in* & *cola* quaſi *incolinus.* Iſidor. IX, 10. inter *advenas* & *incolas* diſtinguit, quo in loco delendum *inde* ex auctoritate Codicis B. Pub. apud Hebraeos *Ger, peregrinus* &, *Thoſhibh, inquilinus,* qui diutius moratur quam *Ger,* ſed aliena domo. utriſque opponitur *Ezrach.* Confer *Reineſium* Claſſ. 1. CLX. & Arnobium p. 8. Colorem hunc tractat *Suffetius* apud *D. Halicarn.* Antiq. III, 10. Ὑμεῖς δὲ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ παρ' ἑαυτοῖς πολιτεύματος διαφθάρκατε, Τυῤῥηνούς τε ὑποδεξάμενοι καὶ Σαβίνους, καὶ ἄλλους τινὰς ἀνεστίους καὶ πλάνητας βαρβάρους πάνυ πολλούς. ὥστε ὀλίγον τὸ γνήσιον ὑμῶν ἐστιν ὅσον ἀφ' ἡμῶν ὡρμήθη, μᾶλλον δὲ πολλοστὸν τοῦ ἐπεισάκτου τε καὶ ἀλλοφύλου. εἰ δὲ ἡμεῖς παραχωρήσομεν ὑμῖν τῆς ἀρχῆς, τὸ νόθον ἄρξει τοῦ γνησίου, καὶ τὸ ἐπείσακτον τοῦ αὐθιγενοῦς. Confer omnino *Tacitum* An. XI. cap. 23. *J. Waſſe.*

5 *Ad hoc maledictum,*] M. l. addit, *multa male dicta alia.* Ciacc.

6 *Parricidam*] Patriae nimirum. *Audite hoc publici* parricidae, *qui oblita fide, dominorum ſceptra cepiſtis.* Pacatus Paneg. cap. 12. *patriae etiam oppreſſor, aut proditor,* parricida *jure vocatur: quia patria, parens uniuſcujuſque eſt.* Cic. ad Attic. *J. W.*

7 *Ruina reſtinguam.*] MSS. Rivii, *Felicius Durantinus,* Arond. L 2. Balliol. Venet. 1470. 1478. Markiani, Gothi Codex, & Nazarius pro varia lectione, item Commelin. cum *Valerio maximo* lib. IX. ejuſque MSS. 3. *Lutro* XII. *Apulejus* Mil. VII, 148. *extinguam.* v. Pricaeum ad

Digitized by Google

XXXIII. [1] Dein ſe ex curia domum proripuit, ibi [2] multa ipſe ſecum volvens, quod neque inſidiae Conſuli [3] procedebant, [4] & ab incendio intelligebat urbem

Matth. xxvii, 5. unus tantum ex Popmae libb. *extinguam*, ceteri omnes *reſtinguam*, quod magis placet. *Cicero* pro Murena §. 51. *Si quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua ſed* ruina reſtincturum. *Florus*: *Seque profeſſi palam* incendium *ſuum* reſtincturum ruina. *Apulejus* Apolog. p. 317. *Ut invidiam meam reperta occaſione palam* reſtinguerem. Alludit etiam *Tacitus* Hiſt. I, 53. *Caecina aegre paſſus, miſcere cuncta, & privata* vulnera Reip. malis operire *ſtatuit*. Hegeſip. III, 12. *vel* ſanguine *itaque ſuo* reſtinguere incendium *olei certabant*. ibi tamen codex B. Pub. *extinguere*. Liv. xxx, 20. *Exſultabit atque efferat ſeſe Hanno qui domum noſtram quando alia re non potuit*, ruina Carthaginis oppreſſit. Ruffinus apud Claudianum: *Quid reſtat, niſi cuncta novo confundere luctu Inſonteſque meae populos miſcere ruinae?* Haſdrubal apud *Polybium*: Καλὸν ἐντάφιον εἶναι τοῖς ἀφρονοῦσι τὴν πατρίδα, καὶ τὸ ταύτης πῦρ. Memoria lapſus eſt noſter niſi idem (quod crediderim) bis dixerit Catilina: Primo in ipſa Conſulatus petitione ut ex Cicerone pro Murena patet. §. 52. *His tum rebus commotus, & quod homines jam tum conjuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina ſciebam, deſcendi in campum cum firmiſſimo praeſidio fortiſſimorum virorum, & cum illa lata inſignique lorica.* Temporum ſeries haec eſt: Catilina ex Africa rediens & pecuniarum repet. reus factus conſulatum petere nequibat U. C. DCLXXVII. Æmil. Lepido Volcatio Tullo Coſſ. quo anno conjurationem inierunt Autronius Piſo &c. U. C. DCLXXXVII. A. Cotta Manl. Torquato Coſſ. Catil. repetund. reo advocatus fuit Torquatus memorante Cicerone pro Coelio. U. C. DCLXXXIX. Jul. Caeſare C. Marcio Figulo Coſſ. Hoc anno Cicero XLIII. an. natus Conſ. petivit, ſexque competitores habuit inter quos Catilina, qui poſt repulſam a Lucullo inter Sicarios reus factus eſt. U. C. DCXC. Cicerone Antonio Coſſ Catilina ex urbe pulſus eſt. U. C. DCXCI. Julio Silano L. Murena. initio hujus anni Catilina cum exercitu in agro Piſtorienſi caeſus eſt. *J. Waſſe.*

1 *Deinde ſe ex curia domum proripuit:*] In quibuſdam eſt, *e templo proripuit*. priorem lectionem in Aldino quoque reperias & in Manuſcripto; ſed eſt idem ſenſus, utrocumque modo legas. Cicero in Catilinam obiter oſtendit ſenatum ab ſe fuiſſe in aedem Jovis Statoris vocatum, remque omnem ibi ad P. C. delatam, eodemque Catilinam veniſſe, ſui, ut hic Salluſtius ait, purgandi cauſſa. Sed & *Plutarchus* in vita Ciceronis vocatum ab eo ſenatum ait, εἰς τὸ τοῦ Στησίου Διὸς ἱερὸν, ὃν Στάτορα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, ut ipſe inquit. E quibus liquet, non inepte legi poſſe, *ex templo*. Sed hoc in medio relinquemus. *Rivius*. *E templo* L. I. *J. Waſſe*.

2 *Multa ſecum ipſe volvens,*] *Ipſe* vacat in meo libro. *Ciacc.* Et in L. 2. 3. Arond. *J. Waſſe*.

3 *Procedebant,*] ὡς δ' οὐδὲν οἱ προεχώρει Dio. Hegeſip. I, 28. *Ubi* nihil profectum. & 29. Ibi C. C. C. & B. Pub. *auſis* pro *auſi ſunt*, bene. ita loquitur I, 31. *Sed hoc* quoque parum proceſſerant. *Thucyd.* III, 18. ὡς προεχώρει. III, 26. οὐδὲν ἀπέβαινεν αὐτοῖς. Confer *Plutarchum* in Lucullum p. 508. pro *ſuccedebant* apud *Nepotem* in Datame Codex Trin. *procedebant*. non male, ſi deleatur *proſpere*, aliter legendum, *proſpere cedebant*. J. Waſſe.

4 *Et ab incendio intelligebat urbem vigiliis eſſe munitam,*] Τὸ *eſſe* non habet codex Merleburgenſis neque manuſcriptus ille, cujus plerumque fidem ſequor, niſi quod in ſpatio ipſo quod verſus dirimit, idem adjectum eſt. nec eſt in impreſſis paullo emendatioribus. *Rivius*.

vigiliis

vigiliis [1] munitam, [2] optumum factum credens exercitum augere, ac prius, quam legiones ſcriberentur, [3] multo antecapere, ea quae bello uſui forent, nocte intempeſta cum paucis [4] in Manliana caſtra profectus eſt. Sed Cethego, atque Lentulo, ceteriſque, [5] quorum cognoverat [6] promtam audaciam, mandat, *quibus rebus poſſent,* [7] *opes factionis confirment, inſidias Conſuli maturent; caedem, incendia,* [8] *aliaque belli facinora parent: ſeſe propediem cum magno exercitu* [9] *ad urbem acceſſurum.*

XXXVI. Dum haec Romae geruntur, C. Manlius ex ſuo numero [10] legatos ad Q. Marcium Regem mittit, cum

1 *Munitam,*] Arondel *immunitam,* at *immunitus* ἀτείχιστος. Illud ergo admittere, & ſenſus & membranae valide vetant. *J. Waſſe.*

2 *Optimum f.*] Vulgo *factu.* formula antiqua *optumum factum.* Plautus, *Nunc hoc mihi* factum *eſt* optimum Aulul. & Pſeudolo I. *opt. facto.* J. Waſſe.

3 *Multa antecapere,*] Vacare opinor vocem *multa*; & legendum, *antecapere, quae bello uſui forent.* Ciacc. Perperam Gymnicus, *multa loco antecapere.* Rivius. *Ante capere ea quae.* C. Popma. *Gruter. multo,* quem ſequor. *multa praevenire antea.* Mark. γ. ſed ſecunda vox in litura jacet. λ. vero *multa capere ante q. J. W.*

4 *In Manliana caſtra profectus eſt*] Hanc lectionem probo. non diſſimulabo tamen, qui me ſcrupulus male habeat Merſeburg. codex, unus ex omnib. habet, *Malina,* ſimplici *l.* ſed & *Malius* ibidem fere ſemper, contra quam in aliis, reperitur. eodem modo apud *Plutarchum* in vita Ciceronis, Μάλλιος. Interpretem miror, cur *Manilium,* verterit. ubi Plutarchus. ὅτι τὸν ἡγεμόνα Μάλλιον ἔχοντες. Sed & poſt, πρὸς τὸν Μάλλιον. ſemel atque iterum ad *Manilium* vertit interpres, is qui vitam Ciceronis ex Graeco in Latinum ſermonem tranſtulit. niſi aliter fortaſſe, ac nos hodie, ſuo is in codice habuit. nam poteſt eſſe locus mendoſus, quod ad hanc vocem attinet. *Rivius.*

5 *Quorum cognoverat*] Meus lib. *quoram noverat.* Ciacc.

6 *Promtam audaciam,*] Neſcio an ex hoc loco corrigendus ſit *Hegeſippus,* qui II, 10. praeruptae *vir audaciae.* Si codices accederent, multo mallem, *promtae.* Verum, ne fallam, uſus eſt altera voce I, 13. *Quos fervor naturae ad* praerupta quaeque *audendum cupienti adjunxerat.* & xxiv. *adeo ut* praerupto *ſeſe* periculo *daret.* J. Waſſe.

7 *Opes factionis confirment,*] In quibuſdam eſt *ut confirment.* ſed prior mihi lectio magis arridet, quam & codices manuſcripti habent. *Rivius.*

8 *Aliaque belli facinora parent:*] Sic infra: *cum convicti confeſſique ſint caedem, incendia, aliaque foeda atque crudelia facinora: in cives patriamque paraviſſe.* & infra: *In urbe parata quae juſſerit.* Verum nihilominus legendum exiſtimo, *patrent.* nam multo antea paraverant, reliquum erat ut patrarent. Sic infra: *Romae ſocii incepta patraviſſent.* & ſupra: *Peſſimum facinus patratum foret.* Ciacc.

9 *Ad urbem acceſſurum.*] Infra: *In urbe parata eſſe quae juſſerit; ne cunctetur ipſe propius accedere:* &, *eaque magis properaret ad urbem accedere.* Idem. Sic fere mſſ. & editi, praeter unum in quo *accurſurum.* quod tamen haud temere probem, quamvis prima ſpecie blandiatur oculis. *Gruterus.*

10 *Legatos, &c.*] *Mittere* legatos ſolent aliquid petituri, *dimittere* qui pote-

mandatis hujuſcemodi: *Deos, hominesque teſtamur,* [1] *Imperator, nos arma neque contra patriam cepiſſe, neque quo periculum aliis faceremus, ſed uti corpora noſtra ab injuria tuta forent; qui miſeri, egentes,* [2] *violentia atque crudelitate foeneratorum,* [3] *plerique patriae, ſed omnes* [4] *fama, atque fortunis expertes ſumus: neque cuiquam noſtrum licuit, more majorum, lege uti, neque, amiſſo patrimonio, liberum corpus habere: tanta ſaevitia foeneratorum atque Praetoris fuit. Saepe* [5] *majores noſtri miſeriti plebis Romanae, decretis ſuis inopiae ejus opitulati ſunt:*

ſtatem abeundi faciunt. *Frontin.* Strateg. II,7. *Scipio veritus ne confunderentur animi ſuorum abſciſſa peregrina ſocietate;* dimiſit ire legatos. nimis barbare. at recte Petrenſis *d. propere.* de Manlio v. *Plutarchum* in Cic. p. 867. *J. Waſſe.*

1 *Imperator,*] Abeſt L. 1. 3. *J. W.*

2 *Violentia atque crudelitate foeneratorum,*] Sic Pall. omnes; itaque vix eſt ut accedamus codici antiquo, quem contulit Reip. noſtrae literariae Gemma Bongarſius, *per violentiam Praetorum atque crudelitatem foeneratorum.* natum enim, ex iis, quæ mox ſequuntur: *tanta ſaevitia foeneratorum atque Praetoris fuit.* Grut.

3 *Plerique patria,*] Naz. ac Com. fuit initio, *Patriae:* nec abhorruerim a variatione hujuſmodi caſuum, jam ſupra etiam uſitata noſtro. poſſet etiam nullo ſenſus detrimento tolli *ſed.* Grut.

4 *Fama, atque fortunis expertes*] Sic Cic. de Univerſ. *Expertem reliquis quinque motibus eum orbem voluit eſſe.* Ciacc. Cum ablativo jungitur eleganter. *Plautus* Perſa. IV, 3. 40. *Ea res me* domo expertem *facit;* & Aſinar. I. 1, 31. *Dono te ob iſtuc dictum, ut* expers *ſis* metu. Amphitr. Eo more expertem *te factam adveniens offendi domi.* Catullus de Coma Berenices. *Qui cum ego dum virgo quondam fuit, omnibus* expers unguentis, *murrae militia multa libi. J. Waſſe.*

5 *Majores veſtrum*] *Veſtrum,* repoſui, pro, *noſtri,* quod ita Gellium legiſſe cognoviſſem. is enim ſic lib. XX. cap. V. *Importuniſſime fecerunt, qui in pleriſque Salluſtii exemplaribus ſcripturam iſtam ſinceriſſimam corruperunt. nam cum ita in Catilina ſcriptum eſſet, Saepe majores veſtrum, miſeriti plebis R. veſtrum, aboleverunt; &, veſtri perſcripſerunt: ex quo in plures libros mendae iſtius indoles inolevit.* Manutius. *Saepe majores veſtrum miſeriti plebis.* Sic quidem *Gellius* lib. XX. cap. 5. Sed in multis exemplaribus *majores noſtri* ſcriptum eſt, quod magis probo. Nam quum magiſtratus ad populum verba habebant, *majores veſtri,* dicere ſolebant, aut *veſtrum, Majores veſtri parandi juris, &c.* In orat. Macri: *Majores veſtri paravere.* In Senatu vero, *majores noſtri:* ut poſt in orat. Caeſaris. Hic vero cum ad Imperatorem mandata ſint, *noſtri,* potius ſcribendum. *Ciacc. Saepe majores noſtri miſeriti plebis.* Sic vett. edd. Pall. ſic Bong. ſic Urſ. ſic Com. itaque valeat *majores veſtrum;* quod heic, mea ſententia, locum commode habere non poteſt. *Gruterus.* Sic mei Codd. *J. W.* Seceſſit ter in ſacrum montem. ob debita Cic. in Bruto. Valer. Livius 2. in Aventinum. propter Appium Cl. III. in Janiculum duce Canulejo. Florus 1. 23. *Miſeriti plebis.* Primo Decemviri anno Urb. CCCII. Rempublicam tenuerunt, hi duodecim tabulas propoſuerunt, in quibus habebatur, UNCIALI. FOENORE. AMPLIUS. NE. QUIS. EXERCETO. Foenus autem pro libitu non ſemel agitatum auctumque fuiſſe, conſtat ex libris Annal. Tacit. Anno CCCXCVI. C. Marcio

Digitized by Google

ſunt: ac noviſſume [1] *memoria noſtra, propter magnitudinem aeris alieni, volentibus omnibus bonis,* [2] *argentum aere ſolutum eſt. Saepe ipſa plebes, aut dominandi ſtudio permota, aut ſuperbia magiſtratuum armata, a Patribus ſeceſſit. At nos non imperium, neque divitias petimus, quarum rerum cauſſa, bella, atque certamina omnia inter mortalis ſunt; ſed libertatem; quam nemo bonus,* [3] *niſi cum anima ſimul, amittit. Te, atque Senatum obteſtamur, conſulatis miſeris civibus; legis praeſidium, quod iniquitas Praetoris eripuit, reſtituatis;* [4] *neve nobis eam neceſſitudinem imponatis, ut quaeramus, quonam modo, maxume ulti ſanguinem noſtrum, pereamus.*

& Cn. Manlio Coſſ. haec lex de Unciario foenore a M. Duellio & L. Menenio tribunis plebis rogatio perlata eſt, & plebs aliquanto eam cupidius ſcivit accepitque, ut inquit Liv. lib. VII. Hiſtor. Et rurſus anno CCCVI. Tito Manlio Torquato & C. Plautio Coſſ. ſemunciarium tantum ex unciario foenus factum eſt, inquit ibidem *Livius.* Tandem anno CCCXI. C. Marcio Rutilio & C. Servilio Ahala Coſſ. L. Genutius tribunus plebis legem tulit, ne foenerari liceret. *Bern.*

1 *Memoria noſtra,*] B. Pub. non agnoſcit pronomen. alii *veſtra.* neſcio an reliquerit auctor, *noviſſuma memoria* i. e. *noſtra aetate.* Cic. pro Balbo XXI. *Multi etiam* ſuperiore memoria *cives Romani.* Tacit. III. *Rare ea tempeſtate, & e vetere memoria facinore.* Cicero tamen pro Fontejo: *Et noſtra & patrum memoria.* infra: *bonis* non rititur in Cod. B. Pub. *J. Waſſe.*

2 *Argentum aere ſolutum eſt,*] Patet ſententia: & ita recitat *Nonius* in verbo, *Solvere.* praeterea ſic eſt in perantiquo Fulvii noſtri libro. nonnulli tamen ex ingenio legendum putarunt, *Argentum aere communi ſolutum eſt,* mutatione non neceſſaria. *Manutius* Etiam noſtri Pall. voce auctiores, *aere communi ſolutum eſt;* ſed non illi quibus auctoritatem aliquam conciliat antiquitas remotior; iis quippe vocis ejus nec vola, nec veſtigium. *Gruterus.* Sic Glareani lib. v. Hoc factum anno U. C. 667. quo ſeptimum Conſuli C. Mario, paucis diebus poſt honorem initum mortuo, ſuffectus L. Valerius Flaccus *turpiſſimae legis auctor fuit, qua creditoribus quadrantem ſolvi juſſit,* ut loquitur *Vellejus* lib. II. Salluſtius *argentum* ait *aere ſolutum,* id eſt, ſeſtertium aſſe, quia ſeſtertius argenteus erat, as aereus. Vellejus dicit, *quadrantem ſolutum creditoribus:* nam quarta pars ſive quadrans ſeſtertii erat as, unde pro portione qui pro ſeſtertio aſſem, idem pro aſſe quadrantem, pro dipondio ſemiſſem, pro victoriato dipondium, pro denario ſeſtertium, pro mille nummis ducentos quinquaginta, denique pro omni debito quartam ejus partem ſolvit, ita ut tres perirent creditori. Vide lib. I. de pec. vet. cap. 5. *Gronov.* Reg. Arondel. L. 2. Norvicenſes l. 2. *communi aere.* Confer omnino *Dionyſium Halicarn.* Antiq. IV, 9. *Livium* ad An. DC. XXXII. *Plin.* N. Hiſt. XXX, 1, 13. *J. Waſſe.*

3 *Niſi cum anima ſimul, amittit.*] Sic in Jugurth. *Aerumnas cum anima ſimul amiſiſti.* Ciacc.

4 *Neve nobis eam neceſſitudinem imponatis,*] Merſeburgenſe volumen habet *neceſſitatem,* ſed perperam. nam fere & *Salluſtius* & alii vetuſtiores *neceſſitudinem* pro *neceſſitate* poſuerunt. quae eſt,

XXXV. [1] Ad

XXXV. [1] Ad haec, Q. Marcius reſpondit: *Si quid ab Senatu petere vellent, ab armis diſcedant, Romam ſupplices proficiſcantur: ea manſuetudine atque miſericordia* [2] *Senatum, populumque Romanum ſemper fuiſſe,* [3] *ut nemo umquam ab eo fruſtra auxilium petiverit.* At Catilina ex itinere pleriſque Conſularibus, praeterea optumo cuique literas mittit: *Se, falſis* [4] *criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiverit,* [5] *fortunae cedere, Maſſiliam in exſilium proficiſci:* [6] *non quo ſibi tanti ſceleris conſcius eſſet; ſed uti Reſpub. quieta foret; neve* [7] *ex ſua contentione ſeditio oriretur.* Ab his longe diverſas literas Q. Catulus [8] in Senatu recitavit; [9] quas ſibi nomine Catilinae redditas dicebat. [10] earum exemplum infra ſcriptum eſt.

ut ille ait, vis quaepiam premens & urgens. quamquam alias *neceſſitudo* eſt jus quoddam vinculumque religioſae conjunctionis. *Rivius.*

1 *Ad haec Q. M. reſpondit:*] Dictionem *reſpondit* habuerim pro adulterina. *Gruter.* Carrio & alii *reſpondit.* omittit Arond. ejuſque unius auctoritate inciderem. Noſter tamen Jug. cap. 74. *Ad ea rex aliter atque animo gerebat, placide* reſpondit. Ibi Codd. nihil movent. *Livius* xxx, 31. Adverſus haec *Imp. Romanus in hanc fere ſententiam* reſpondit. ultima vox abeſt MS. Coll. Trin. Cantab. *Sulpic. Severus* V. M. 14. *diu multumque ſilentium ambo tenuerunt.* Tunc prior diabolus: *agnoſce inquit* &c. MS. ibi *terras* pro *terram.* Juſtinus xi, 13. Ad haec Alexander: *Gratiarum* &c. Ovidius xiv, 198. *Haec & plura ferox: me luridus occupat horror.* *Claudianus* in Prob. &c. *Ductor* ad haec: *optata jubes* &c. *J. Waſſe.*

2 *Senatum populumque Rom.*] Voces *populum Romanum,* abundare exiſtimo: dixit enim, *Si quid ab Senatu petere vellent.* Ciac. Legendum ex vetuſtis, *Senatum populumque Rom.* quod & illa vetus ſcribendi ratio, quam quodam in exemplari reperi, declarat S. P. Q. R. Ita enim hoc loco Fabricianum volumen ac vetuſtiſſimum quodque ex impreſſis. licet codex Beroaldinus *ſenatum populi Romani* habeat. duo ex manuſcriptis, *ſenatum R. P.* ut videlicet conjunctio illa ἐγκλιτικὴ deſit. *Rivius.*

3 *Ut nemo umquam ab eo fruſtra auxilium petiverit.*] De duobus nempe Senatu ac Populo Romano locutus ſubjungit, *Eo.* fortaſſis quia omnis penes populum poteſtas eſſet quando a Senatu ad Populum provocare licebat. *Glareanus.*

4 *Criminibus*] Meus liber, *criminationibus.* Sed ea vox expoſitoris eſſe videtur. *Ciacc.*

5 *Fortunae cedere*] Sic *Tacitus* Hiſtor. 3. *Vitellianorum animi, & ut quiſque ordine anteibat, cedere fortunae.* Idem.

6 *Non quo ſibi tanti ſc. cauſ.* &c.] Apparet ſententia, non tanti ſceleris conſcius, ſed & caeteris omiſſis. *Grut.*

7 *Ex ſua con.*] Arond. omittit *ex.* *J. W.*

8 *In Senatu*] Markii A. *in ſenatum.* J. Waſſe.

9 *Quas ſibi n. Catil. redd.*] Si non omnia ſunt e gloſſa, legendum utique *ſibi nomine Catilinae redditas;* rejectis caeteris. *Gruterus.*

10 *Earum exemplum infra ſcriptum eſt.*] Illud, *infra ſcriptum,* ſpurium quid redolet: certe minime requiras, ſi abſit. *Grut.*

XXXVI. [1] *L.*

XXXVI. [1] *L. Catilina Q. Catulo S. Egregia tua fides,* [2] *re cognita, grata mihi, magnis in meis periculis, fiduciam commendationi meae tribuit.* [3] *Quamobrem defenſionem in conſilio novo non ſtatui parare: ſatisfactionem ex nulla conſcientia de culpa proponere decrevi:*

Gruterus. Verum hoc pacto *Cicero* in Epiſt. ad Atticum CXXII. & LXXXVII. Earum literarum exemplum *infra ſcripſi.* alibi ait: Capua *literae ſunt allatae* hoc exemplo; *Pompejus mare tranſiit.* atque *Cl. Quadrigarius* apud *Gellium* III, 8. Nepos, qui *omne aevum tribus explicare chartis* auſus eſt, non mirum ſi ſcripſerit: his verbis epiſtolam *miſiſſe*, in vita Themiſtoclis. *Tacitus* An. III. 53. *Poſtremo literas ad Senatum compoſuit,* quarum ſententia in hunc modum fuit: *Caeteris forſitan rebus.* &, An. IV, 39. *Componit ad Caeſarem codicillos; moris quippe tum erat, quamquam praeſentem ſcripto adire,* ejus talis forma fuit. *Thucydides* de Pauſaniae ad Xerxem literis: ἔπεμψε δὲ καὶ ἐπιστολὴν τὸν Γόγγυλον φέροντα αὐτῷ. ἐνεγέγραπτο δὲ τάδε ἐν αὐτῇ. Lib. I. §. 129. & ſic fere alibi. *Plutarchus* in Pyrrho; εἶχε δὲ οὕτως τὰ γεγραμμένα, pag. 396. Et, in Alexandro pag. 668; ἐπιστολὴν, ἧς ἀντίγραφόν ἐστιν. *Diodorus* XVIII. pag. 631. Rhodom. Καὶ τὸ κυρωθὲν δόγμα γράψαντες ἔδωκαν. poſtea, ἦν δὲ τὸ διάγραμμα τοιοῦτον. *Polybius* VI, 31. Καθ' ἵνα ποιώμεθα τὸν ὁρκισμόν. ὁ δὲ ὅρκος ἐστίν. De Oratione Maximini *Capitolinus* cap. XIII. *Extat Oratio ejuſdem miſſa ad Senatum,* cujus hoc exemplum eſt. *Hegeſippus* I, 45. *Epiſtola,* in hunc modum. Noſter denique cap. XLV. *Ipſe Volturcio* literas *ad Catilinam dat:* quarum exemplum infra ſcriptum eſt. Bodlejano, annorum CCCCL. abeſt, *ſcriptum eſt.* J. Waſſe.

1 *L. Catilina, Q. Catulo ſalutem.*] MSS. Pall. vetuſtiores, *L. Catilina ſalutem Q. Catulo.* Sic Arondel. & Norvicenſes. vide Interpp. ad *Auſonium* Epiſt. XX. *J. Waſſe.* Vaticanus vero codex in quo ſoli viſuntur orationes, adhuc amplius *Salutem dicit Q. Catulo.* ut fere ſuſpicer fuiſſe tantum *L. Catilina. Q. Catulo.* omiſſis ceteris; quae fruſtra requiras in Pall. nono & undecimo. *Gruterus.*

2 *Re cognita, grata mihi,*] Meus liber: *Re cognita mihi magnis in meis periculis,* forte ſcriptum fuit, *re gnara mihi.* Tacit. XV. *Idque nulli magis gnarum, quam Neroni.* & XII. *At nobis ea pars militiae maxime gnara eſt.* ut vox, *cognita* expoſitio ſit vocis *gnara.* Ciaccon. L 2. *gratia.* caeteri *grata.* J. Waſſe.

3 *Quamobrem*] Markii λ. *q. in novo con.* illud *quamobrem.* alii ad ſuperiora referunt, ut videlicet ibi incipiat ratio fiduciae ſcribendi Catilinae. Ego autem potius ad inferiora pertinere exiſtimo; ut ſit ordo: *Decrevi proponere ſatisfactionem ex nulla conſcientia de culpa,* quamobrem *non ſtatui parare defenſionem in novo conſilio.* Caſtilioneus. voces *novo conſilio,* pro, *conjuratione* accipiuntur a *Livio* II, 4. *Cicerone* pro Sulla §. 57. *Lucano* VIII, 265. *Cic.* Philip. XII, 3. aliis. at hoc loco denotant *judicium novum.* Cic. pro Planc. 16. *De ipſo quoque ambitu rejectionem fieri voluerit,* judicum *alternorum.* loquitur de Lege Vatinia in Vatin. XI. vocat *Legem de alternis* conſiliis *rejiciendis.* & III. Verrin. *quos is annuerat, in ſuum* conſilium *ſine cauſſa ſubſortiebatur.* & alibi. *Libelli nominum veſtrorum,* conſiliique *hujus, in manibus erant omnium.* & ſic ep. Att. I, 15. ubique & apud Noſtrum ſcribendum *conciliis,* cum judicum conceſſum denotet. Proque immutatione legum & moris antiqui apud Noſtrum infra capp. 56 & 57. infra, *ex nulla conſcientia de culpa.* Demoſthenes Epiſt. p. 111. Τὸ γὰρ μηδὲν ἐμαυτῷ συνειδέναι πονηρὸν μοι δέδωκεν εἰς μὲν ὠφέλειαν ἀσθενὲς ὄν. pro *privatus* B. Pub. *privatim.* Denique, *pub. miſ. cauſſam pro m. c. ſuſcepi,* Priſcianus. p. 1187. *J. Waſſe.*

[1] *quam medius fidius veram licet cognoſcas. Injuriis, contumeliiſque concitatus, quod, fructu laboris, induſtriaeque meae privatus, ſtatum dignitatis non obtinebam, publicam miſerorum cauſſam pro mea conſuetudine ſuſcepi:* [2] *non, quin aes alienum* [3] *meis nominibus ex poſ-*

4 *Quam medius fidius licet veram cognoſcas.*] Eſt hoc modo in cunctis fere quae ipſe viderim exemplaribus: nec male, ut opinor. Ceterum *Servius* in IV. Aeneid. *recognoſcas* legit, niſi ſint mendoſi codices. ſed memoriane lapſus, an quod ſic legendum putarit, haud equidem ſcio. Porro ſi ſic legas, innuit hoc verbo Catilina, Catulum quoque aliquid ea de re ſciviſſe, de qua ipſe ſeſe purgat. nam *recognoſcimus* ea fere quae ſcimus. Cicero. *Non videtur haec multitudo cognoſcere ex me cauſſam voluiſſe, ſed ea quae ſcit, mecum recognoſcere.* Idem. *Declarat ſe non tam illa didiciſſe, ſed reminiſcendo recognoſcere.* ſic alias ſaepe. Utra lectio verior, judicent alii. ego vulgatam hodie magis probo. quamquam Felicius Durantinus, *agnoſcat* legiſſe videtur. *Rivius.* Ita omnes Mſſ. praeter Pal. nonum, in quo. *quam medius fidius licet ut verum agnoſcas.* haud ignoro quidem citari a Servio lib. IV. Aeneid. *Quae medius fidius vera licet mecum recognoſcas*; ſed nec hoc ignoro, Grammaticos ſaepe recedere ab ipſis auctorum verbis. certe *cognoſcere* idem notare quod *recognoſcere*, patet ex capite XLVII. *cum primi omnes ſigna ſua cognoviſſent.* Interim & in his dictionibus, & in ſuperioribus aliquot triginta latere ulcera, plura, plane mihi perſuadeo: quae cum non etiam eruamus ope manuſcriptorum, per nos ſic perpetuo maneant, licet. *Grut.* *Quam &c. veram licet* L. 1. 3. Pemb. & Oxonienſes. & Martin. *mecum* omittit. Arond. & L. 1. *licet veram cognoſcas* Reg. L. 2. *verum licet mecum.* Martin. *agnoſcas.* Servius *quae verum cognoſcas* Deputo *Servium* reſpexiſſe ad Ciceroniana illa, 1. Catilin. §. 3. *haec ſunt clariora nobis tua conſilia omnia: quae etiam* mecum licet recognoſcas. *Pſeudo Latro* XVI. *licet mecum* recognoſcas. *Dictys* II, 28. *Et ut praeterita bona conſulta omittam, jam hoc* licet recognoſcere: *injuriis contumeliiſque paulo ante laeſa Graecia.* J. Waſſe.

2 *Non quin aes alienum meis ſumtum nominibus*] Τὸ *ſumptum* non eſt in ullo manuſcripto, quod ſciam. [at vet. Cod. Glareani retinet.] nec id ſententia magnopere expoſcit. nam *meis nominibus* ad verbum *ſolvere* pertinet. pro, quibus ipſe debeo, non ſatisfacere. *Rivius.* Pro *quod*, alii *quin* legunt, & negationem ſequente verſu ante verbum *poſſunt*, ſuſtulerunt. *quin* enim cum ſubjunctivo, pro *ut non* efferri ſolet, ut in hoc III. Aeneid. *Hic tibi ne qua morae fuerint diſpendia tanti, Quin adeas vatem, precibuſque oracula peſcas.* Annotavit hoc *Valla* quoque. Caeterum illud *ſumptum*, non habent omnia exemplaria. Vetuſtus codex [ſic Ciacconii Cod.] ita habet: *Non quia aes alienum meis nominibus ſumptum, ex poſſeſſionibus ſolvere non poſſim.* Glarean. *Non quia aes alienum.* Magna eſt lectionum hujus loci diverſitas. quidam libri: *Non quia aes alienum meis nominibus ex poſſeſſionibus ſolvere poſſem.* Quidam: *non quin aes alienum meis nominibus ſolvere poſſem* Quidam etiam: *non quia aes alienum meis ſumtum nominibus.* Ego hanc codicum veterum ſcripturam reſpuo, noſtramque quam hoc loco, repoſuimus, multo elegantiorem ac veriorem puto. C. *Popma.* *Numquam* B. Pub. *J. Waſſe.* *Non quin aes alienum meis nomin. ex poſſeſſionibus, &c.* Ita editio Aldi Romani; neque aliter Pal. quintus: nam tert. & duodecimus, *non quin aes alienum meis nominibus, ex poſſeſſionibus.* at reliqui mſſ. aetate priores accedunt editionibus primis, habentque; *non quia aes alienum*

ſeſſionibus

ſeſſionibus ſolvere poſſem; [1] *cum & alienis nominibus liberalitas Oreſtillae, ſuis, filiaeque copiis perſolveret; ſed, quod non dignos homines* [2] *honore honeſtatos*

meis nominibus, ex poſſeſſionibus; poſteriores vero; *non quia aes alienum meis ſumptum nominibus, ex poſſ.* Commelinianus meus heic foliolo deſtituitur. *Grut.* *Non quia* L. 2. & Martin. *Non quia non aes.* Magdal. *meis nom. ſumtum*, Arond. *meis ſumtum n.* L 1. *Aureliae* abeſt L. 2. λ. Ar. Pemb. Bod. *alienum mutuatū* B. P. *J. W.*

3 *Meis nominibus*] Sciendum *nomina* proprie dicta de hujuſcemodi debitis dici, quae ſine uſuris contraherentur. Ideo & pararii proxenetaeque interpoſiti, qui pecuniam mutuam quaerentibus, quam ſine uſura acciperent, creditores conciliarent, qui ſic dare vellent. Tabulae igitur illae, per quas nomina fiebant, & in quae referebant nomina debitorum creditores, quibus ſine uſura crediderant, diverſae a Kalendario. Nam Kalendarium liber quoque rationum ſive tabulae, in quibus perſcribi ſolita nomina debitorum, ſed ſub uſura pecuniam debentium: quia enim Kalendis pecuniam foenore occupare conſueverant foeneratores, & uſurae penſiones erant menſtruae, inde Kalendarium nomen. In Kalendarium autem regerebantur ipſa etiam inſtrumenta debitorum, qui non tantum de ſorte reddenda, ſed etiam de uſuris ſolvendis caverant, vide L. uxor. de Legat. 3. & L. 1. ff. de Ann. Legat. Caeterum inde [illegible] apud auctores probatos *nomen* pro quolibet debito etiam uſurario poſitum legitur. *Salmaſ.* Confer *Aſconium* in VI. Verrin. §. 18. & X, 17. & *Senecam* de B. V. cap. XXIV. *Cic.* pro Quint. I, 15. *J. Waſſe.*

1 *Cum & alienis nominibus liberalitas Oreſtillae &c.*] Sic quidem editio priſca, & Pal. quart. oct. non. ſed praeter auctoritatem membranarum vetuſtiorum. Naz. enim; *ſed & alienis nominibus liberalitas Oreſtillae.* Pal. vero ſec. & und. & duod. *& cum alienis nominibus.* tert. *& alienis,* ſine illo *cum.* ſextus refert; *ſed cum alienis.* quintus, & decimus, *cum etiam & alienis.* ſept. *cum alienis,* ſine *&*. At enim Polonicus ille perſcripſerat; *cum & alienis liberalitas Oreſtillae,* abſque voce *nominibus.* mirae diſcrepantiae! unde adducor ſuſpicari; *non quin aes meis nominibus ex poſſeſſionibus ſolvere poſſem; alienis, liberalitas Oreſtillae, ſuis filiaeque copiis;* exterminata voce *perſolveret:* repetitoque ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, *ſolvere poſſet.* ut velit; tantum ſibi ſupereſſe in bonis, ut propria nomina iis exolvat; tantum in Oreſtillae & filiae ejus; ut nomina aliena, pro quibus fidejuſſerat. *Grut.*

2 *Honore honeſtatos videbam,*] Forte Salluſtius, *honoros videbam* ſcripſit. ſic enim hoc nomen a *Tacito* uſurpatur, a *Salluſtio*, ut pleraque ſumtum, quantum exiſtimo. Plinius *inhonorus dixit.* *Inhonorus, neque in templo ullo Hercules.* Ciacc. Ita fere in recentioribus, & in Merſeburgenſi, quibuſcum facit *Felicius Durantinus.* ſed Fabricii codex habet, conſentientibus manuſcriptis duobus, *honore honeſtatos.* pro *decoratos & amplificatos.* nec eſt in impreſſis quibuſdam ſecus. verum hoc lectoris judicio, ut & alia fere permittimus. *Rivius.* Eſt in cunctis fere quae ipſe viderim exemplaribus: *Honore honeſtatos.* Nos, *Honore honeſtos*, ſcripſimus: idque antiquo more dictum. Plaut. in Captivis: *Qui me honore honeſtiorem ſemper fecit & facit.* Confirmat & hanc lectionem *Felicius Durantinus.* Quamvis non negem *honore honeſtatos*, eleganter ac Latine dici. *Cicero* in Oratione pro domo ſua: *Tamen me, inquit, cum tua voce violabis, quem poſt nefarium ſcelus Conſulum ſuperiorum tot vides judiciis Senatus P. R. totius Italiae honeſtatum.* C. Popma. MSS. omnes editique, *honore honeſtatos.* itaque id forſan revocandum; quamvis ſtet pro alio, Rivii Merſeburgenſis notae minime

videbam, [1] meque falſa ſuſpicione [2] alienatum eſſe ſentiebam: [3] hoc nomine ſatis honeſtas pro meo caſu [4] ſpes reli-

protritae. *Gruterus.* *honeſtos* primitus in Pembr. at *honeſtatos* Reg. & Gallici Codex teſte Glareano. Sic noſtri omnes. *Plautus* Captiv. II, I. *J. Waſſe.*

1 *Me f. ſuſp. al. eſſe ſentiebam:*] Duae voces *eſſe ſentiebam* non omnino heic requiruntur, ſed nec acquieſcit animus illi *alienatum.* Grut.

2 *Alienatum*] Qui culpant hoc verbum, pro alienatione animi & affectus perperam accipiunt, quo quidem ſenſu haud dicimus, *aliquem ob crimen ab amicis alienatum eſſe*, ſed, *ob tale ejus crimen illos ab ſe alienatos.* Verum illi fruſtra ſunt. *alienatum* eſt, ſejunctum, dirhotum, ut hic ſit ſenſus: *meque ob fictum crimen, amotum a Reip. gubernaculis.* Expreſſit enim Noſter *Thucydidis* ἀδικουμένη ἀλλοτριοῦται, I, §. 34. Quam vocis notionem attingunt Gloſſae: *alieno* ἐκποιῶ, ἀλλοτριῶ, ſed & alibi *Thucyd.* ἀλλοτριοῦντες σωμάτων τὴν πόλιν, pro ἀποστεροῦντες. apud quem Scholiaſta ἀλλοτριοῦσι, στεροῦσι reddit. Accedit *Xenophon* Paed VI. Ταῦτα ἤδη τοῖς πολεμίοις ἀλλοτριώσει τὴν χώραν. Recte itaque vocem *abjugat* per *ſeparat, alienat* interpretatur *Nonius.* Sed exempl. videamus. *Plautus* Merc. III, 4. *Mulier* alienata eſt *abs te.* Infra, *jam addita atque adducta erat, cum ad portum venio.* ibidem. alienatus *mihi eſt uſus aedium.* Curcul. I, 3. *Nec prohibebis, niſi mors meum* animum *abs te* abalienaverit. *Terent.* Heautont. V, 2. *Ita nos* alienavit, *tibi jam apud ſororem eſſe intelligo.* Cicero Lentulo I, 8. A ſenatu *hominem clariſſimum* abalienaverunt. *alienationem* pro exilio poſuit *Julius Obſequens* Prodig. LXVII. *In aede Caſtoris, nominum literae quaedam Antonii & Dolabellae Coſſ. excuſſae ſunt, quibus utriſque* alienatio a patria *ſignificata.* pro *ablegato* Tertullianus ad Nat. II, 12. *Nato mox &* abalienato Jove *ſaxum infantis ementiti deglutivit.* D. Ambroſius Ep. IV. *diſciplinae tenacem* alienat *a ſe ac defugit.* Apulejus de Deo Soc. p. 763. *Non uſque adeo* ſejunctos & alienatos *a nobis Deos praedico, ut ne vota quidem noſtra ad illos arbitrer pervenire.* Et, Metam. VIII. *Lancea mali Thraſylli* me tibi fecit alienum. *Auguſtinus* de Civ. Dei XXI, 24. *illoſque ab illo igne faciat* alienos. Quo ſenſu invenies vocem *ſolus* apud *Mamert.* de anima p. 736. *Defunctorum animus liber eſt, &* ſolus *a corpore.* Haec quum ita ſint, importune admodum ſollicitant *Juſtinum* Schefferus aliique, qui lib. XVIII, 3. *alienare* ſenſu Sallustiano uſurpat. *Itaque cum velut occiſos* alienaſſet. Et, XIII, 6. *Perdicca* alienatis *rebus*; *ubi obtrudunt reliquis.* at contra MSS. & nominatim liber qui in B. Pub. Cantab. exſtat, quem contulimus. *Plinius* Nat. Hiſt. XXIII, 4. *Spodium* alienata *explet.* hoc eſt, ulcerum labia male coeuntia jungit, & carne recidiva coaequat. Idem apud eundem *Harduino* interprete, valet *diſcrepat*, quod nullus capio. Verba ſunt XX, 75. *Sacopenium, quod apud nos gignitur, in totum tranſmarino* alienatur. antiquatur nempe, tranſmarino in ejus locum ſuffecto. Alia denique ſignificatio vocis apud *Senecam* Benef. VI, 10. Sed huic de qua agitur affinis, v. g. rei ſuae, juriſque in ea ſui, in alium tranſlatio. Nam *al.* deſignatur omnis actus apud JSS. per quem dominium transfertur, quemadmodum apud Graecos per ἀλλοτριώσεως, Ariſtotele teſte Rhet. I. Λέγω δὲ ἀλλοτρίωσιν, δόσιν καὶ πρᾶσιν. Sed exemplis tandem modus eſto. *J. Waſſe.*

3 *Hoc nomine ſatis honeſtas &c.*] Superabundant meis auribus *Hoc nomine.* Gruterus.

4 *Spes dignitatis conſervandae*]. Oppido obſcurus hic eſt ſenſus: Commentatoribus autem facilis. Ciceronem hercle vehementer notat Catilina de falſa criminatione ad Populum, per quam videri vult repulſam paſſus, non conſcientia de culpa, ut paulo ante ipſe loquitur. Ergo

quae

quae dignitatis conſervandae ſum ſecutus. Plura [1] *cum ſcribere vellem, nunciatum eſt* [2] *vim mihi parari. Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuaeque fidei trado. Eam ab injuria defendas, per liberos tuos rogatus.* [3] *haveto.*

XXXVII. Sed ipſe, paucos dies commoratus [4] apud C. Flaminium Flammam in agro Reatino, [5] dum viciniatem ante ſolicitatam armis exornat, cum faſcibus, atque aliis imperii inſignibus in caſtra ad Manlium contendit. Haec ubi Romae comperta ſunt; Senatus *Catilinam, & Manlium hoſtes judicat; caeterae multitudini diem ſtatuit, antequam liceret ſine fraude ab armis diſcedere,* [6] *praeter rerum capitalium condemnatis.* Praeterea, decernit, *uti Conſules delectum habeant; Antonius cum exercitu Catilinam perſequi maturet; Cicero urbi praeſidio ſit.* [7] Ea tempeſtate mihi imperium populi Ro-

innocenti ſibi id ab inimico factum Catulus conqueritur, ea ſpe, ſi quando populo reſciſceret ea innocenti facta, reſtiturus ſit eum in integrum. Hoc igitur nomine honeſtas ſpes ſecutus ſum, inquit, reliquae dignitatis conſervandae. *Glarean.*

1 *Cum ſcribere*] *Conſcribere* B. Publ. Markii a. *J. Waſſe.*

2 *Vim mihi parari.*] Ita poſitae ſunt voces in omnibus MSS. noſtris. eiſque quos contulit Bongarſius. *Grut.*

3 *Habeto.*] Ita diſerte Bong. codices. ita Pal. Naz. additumque ſtatim eadem manu *vel haveto.* Idem.

4 *Apud C. Flaminium Flammam in agro, &c.*] Auſus ſum facinus mali exempli. unius ſolius Nazariani codicis fide introducta voce nova: ſed enim cum is ſit antiquitatis ultimae, & omnibus literis id tueatur. nec ſolum, ſed adpictum habeat margini, *alias Flaccum,* nefas putavi derogare aevo tam priſco: praeſertim cum neceſſario requiratur heic nomen tertium, ſi diſtinctum voluerit hunc Flaminium a mille aliis. *Flammam* inter cognomina; ſatis notum ex Inſcriptionibus, & Hiſtoriis. *Idem.* Mei ſilent. *J. W.*

5 *Dum civitatem antea ſolicitatam armis exornat,*] Codices in pergamenis deſcripti, *dum viciniatem.* illud, *ab eo,* quod *Gymnicus* habet, non reperitur in Manuſcriptis, ac ne in codice quidem Beroaldino. *Rivius.* *Claſſem maxima induſtri* aexornat. *Juſtin.* v,6. & *Dictys* v 1, 7. *J. Waſſe.*

6 *Praeter rerum capitalium condemnatis.*] Emendatum quidem calamo recenti in Naz. *condemnatos,* ſed alterum item conſpicias in reliquis membranis omnibus, excepto Pal. quarto. *Grut.* Sic diſerte *Priſcian.* ſed non advertit *praeter,* pro *praeterquam* uſurpari & *condemnatis* dandi caſum eſſe, referrique ad illud *diem ſtatuit,* A. Popma de uſu antiq. l. 1, 7. caeterum iſte mos alibi obſervatur. v. g. *Cic.* Fam. 12. x. *Liv.* 25. *Thucyd.* v. χρόνους τε προθέντες ἄνευ ξυγγραφῆς. ἐν οἷς χρὴ τοὺς μὴ ἐσιόντας, ἀμφοτέροις πολεμίους εἶναι. *Spartian.* in Didio. *militibus etiam qui Severum ſecuti fuerant* diem praeſtitutus, *ultra quem ſi cum Severo fuiſſent,* hoſtium numero haberentur. Cap. 5. *Cledonius.* 1933. *condemnatis Servius* p. 1678. *diem ſtatuit a. l. &c. diſcedere.* J. Waſſe.

7 *Ea tempeſtate mihi imperium pop. Rom. &c.*] Haec eſt vulgata lectio, mul-

mani [1] multo maxume miſerabile viſum eſt: cui cum ad occaſum ab ortu Solis omnia domita armis parerent; domi otium, atque divitiae, quae prima mortalis putant, affluerent; fuere tamen cives, qui ſeque, remque publicam obſtinatis animis perditum irent. [2] Namque, duobus Senati decretis, ex tanta multitudine, neque praemio inductus conjurationem patefecerat, [3] neque ex caſtris Catilinae quiſquam omnium deceſſerat. Tanta vis morbi, [4] atque uti tabes [5] pleroſque civium animos invaſerat.

torum MS. cod. fide comprobata. Non diſſimulabo tamen pervetuſti cujuſdam libri ſcripturam: *Ea tempeſtate imperium P. R. multo maxime miſerabile mihi viſum eſt, cui cum ab occaſu ad ortum ſolis omnia armis domita parerent, &c.* C. Popma. Dionyſ. Halicarn. 1, 3. Ἡ δὲ Ῥωμαίων πόλις ἁπάσης μὲν ἄρχει γῆς, ὅση μὴ ἀνέμβατός ἐστιν, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων κατοικεῖται· πάσης δὲ κρατεῖ θαλάσσης, οὐ μόνον τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς Ὠκεανίτιδος, ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδύνατός ἐστι, πρώτη καὶ μόνη τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος μνημονευομένων, ἀνατολὰς καὶ δύσεις ὅρους ποιησαμένη τῆς δυναστείας. *J. Waſſe.*

1 *Multo maxume m.*] MS. Codex *Priſciani* ad p. 1290. *mirabile. De patria quoque Homeri* multo maxime *diſſenſum eſt.* Gellius III. cap. XI. *multo* cum ſuperlativo elegantiſſime. *Quae ſibi mulier videtur* multo ſapientiſſuma. *Plautus* Stich. 1. 2. 66. & Amphit. II, 2, 150. *Aut pol haec praeſtigiatrix mulier* multo maxuma *eſt.* & alibi. *Plin.* N. H. 17. 1. Multo *vero* pulcherrima *conſenſu omnium aetate ea in colle Viminali C. Aquilii (domus,)* & XXVIII, 5. *quippe* multo utiliſſima *eſt temperantia in cibis.* Vocem *multo* abeſſe ſuboderor *Hegeſippo* in Praefat. *Cum ſit* maxime omnium miſerabile *claudi obſidione.* Sed Codd. non juvant. *J. Waſſe.*

2 *Namque ex duobus ſenatus decretis,*] In MS. atque aliis vetuſtis eſt illa praepoſitio *ex* omiſſa: id quod rectius eſſe puto. Sed & *ſenati* habet volumen ipſum Fabricianum, qui eſt genitivus antiquus. Eſt inſcriptio quaedam in agro Veronenſi, qua in inſcriptione genitivus hic reperitur: SEX. ATTILIUS. M. F. SARANUS. PROCOS. EX. SENATI. CONSULTO. INTER. ATTESTINOS. ET. VEICETINOS. FINIS. TERMINOSQUE. STATUI. JUSSIT. pro, ex ſenatusconſulto. Siſenna item apud *Nonium, ex ſenati conſulto* dixit Hiſtoriarum III. *Rivius.*

3 *Neque caſtris Catilinae quiſquam omnium exceſſerat.*] Omnes impreſſi codices: *Neque ex caſtris Catilinae quiſquam omnium diſceſſerat,* Nos unius codicis fidem & auctoritatem ſecuti, *neque caſtris Catilinae quiſquam omnium exceſſerat,* ſcripſimus. Sic & Caeſar lib. IV. de bello Gal. *Nam cum omnibus ſuis domo exceſſerant, Rhenumque tranſierant.* C. Popma. Ita etiam autographi, & vett. codd nihilo pejus eo, quod nobis ex unico libro oggerebat Popma, *caſtris exceſſerat.* Gruterus. Arond. om. praepoſ. *J. Waſſe.*

4 *Atque uti tabes*] Sic fere in vetuſtis, τὸ *atque* non eſt in eo quod *Gymnicus* excudit. *Rivius.* Pal. octav. & nonus, non habent illud, *atque.* quod tamen conſtanter in codd. primae notae. ſi non ſignificat idem quod apud *Virgilium* illo verſu 1. Georg. *Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni;* videtur turbandae potius ſententiae, quam conſtituendae. forſan erat illic voces *amni tabes,*

Digitized by Google

XXXVIII. [1] Neque ſolum illis aliena mens erat, qui conſcii conjurationis fuerant, ſed omnino cuncta plebes, novarum rerum ſtudio, Catilinae incoepta probabat. id adeo more ſuo videbatur facere. Nam ſemper in civitate, quibus opes nullae ſunt, bonis invident, malos extollunt, vetera odere, nova exoptant; [2] odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent; [3] turba, atque ſeditionibus ſine cura aluntur: [4] quoniam

ſunt a gloſſa, arceſſita huc aliunde, ut probaret. *morbum*, hoc loco quod alia *tabem* nominarat. *Gruterus*. E noſtris L. 1. 3. & Balliol. omittunt *atque*. caeteri autem & *Feſtus* in voce *Tabes* retinent, quemadmodum & altera illa quae Salluſtio abjudicat Gruterus. *Sulpicius* item *Severus* Hiſt. Sacr. 1, 23. *Tanta hoc tempore eorum habendi cupido* veluti tabes invaſit. Livius 11, 23. *Aes alienum feciſſe, id cumulatum uſuris, primo ſe agro paterno avitoque exuiſſe, deinde fortunis aliis, poſtremo* velut tabem *perveniſſe ad corpus*. Tacitus Hiſt. 1. 26. Infecit ea tabes *Legionum quoque & auxiliorum motas jam mentes*. III, 11. *legiones* veluti tabe *infectae*. Livius XXXIX. *Hujus mali* tabes *ex Etruria Romam*, velut contagione *morbi* penetravit. *Petronius* pag. 426. *Febris ingluvies, uſuſque exederat aeris: Nulla eſt certa domus. nullum ſine pignore corpus; Sed* veluti tabes *tacitis concepta medullis Intra membra furens hiris latrantibus errat. Arma placent miſeris detritaque commoda luxu. Vulneribus reparantur: inops audacia tuta eſt.* Huic formulae facem praetulit *Polybius* 1, p. 114. [illegible] &c. Alibi pro *tabe* uſus noſter eodem modo *rabie*. Sic *Fr*. 1, 8, 14. rabiem *ad integros contactu procedere*, recte. *Livius* XLII. 5. *Tanne autem non Aetoli modo in ſeditionibus ſed Theſſali etiam*: ea contagione velut rabies, *in Perrhaebiam quoque id pervaſerat malum*: ibi Gronov. & *contag*. J. Waſſe.

5 *Pleroſque civium animos*] Pal. tert. antique *pleros* ſine copula. *Grut*. noſtri omnes *pleroſque*. *J. Waſſe*.

1 *Neque ſolum illis aliena mens erat.*] Meus liber, *alia mens erat*, ut infra: *Longe mihi alia mens eſt P. C.* & infra: *haud ſane alio modo belli eventum expectabant.* Ciacconius.

2 *Odio*] Tacit. H. III, 44. *Multi* odio praeſentium *& cupidine mutationis, ſuis quoque periculis laetabantur, miſeram pacem vel bello bene mutari.* Et H. II, 8. *multis ad celebritatem nominis erectis, rerum novarum cupidine* & odio *praeſentium*. Infra, *egeſtas facile*. confer *Senecam* cap. VIII. de Tranq. Terenti. *Aliis aliunde eſt periculum quibus aliquid abradi poteſt, Mihi ſciunt nihil eſſe* J. Waſſe.

3 *Turba atque ſeditionibus*] Demoſthenes de Falſa Leg. 169. [illegible] *J. Waſſe*.

4 *Quoniam egeſtas facile habetur ſine damno.*] Et hanc ſententiam facilem omnes putant: mihi haudquaquam intellecta, niſi diſtinguamus poſt *habetur*, ac poſtea inferamus ἀσυνδέτως *ſine damno*; qualia multa ſunt, praecipue apud hunc auctorem. *Glareanus*.

egeſtas

egeſtas facile habetur ſine damno. Sed urbana [1] plebes ea vero [2] praeceps ierat, multis de cauſſis. [3] Primum omnium, qui ubique probro, atque [4] petulantia maxume praeſtabant; [5] item alii per dedecora, patrimoniis amiſſis; [6] poſtremo omnes, quos flagitium, aut facinus domo expulerat, ii Romam, ſicuti in [7] ſentinam, confluxerant. Deinde multi memores Sullanae victoriae; quod ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita divites, ut regio victu atque cultu [8] aetatem

1 *Plebes, ea vero*] Plautus Pſeud. Tibicinam iſtam *hujus quam gnatus deperit eam circumducam lepide.* Cicero ad Fabium Gallum: Lex ſumtuaria *quae videtur* λιτότητα *attuliſſe, ea mihi fraudi fuit.* Terent. Eunuch. *Scin me in quibus ſim gaudiis.* & alia geminatio τ8 *quae* elegantiſſima in Prologo Eunuchi. *Habeo alia multa* quae *nunc condonabitur* Quae *proferentur poſt.* eſt & ejuſdem verbi iteratio cum pronomine frequens apud Auctores; apud eundem Heautont. *Habet bonorum exemplum,* quo exemplo, diem *dicit* qua die *Caeſar* B. Gall. I, 6. & alibi ſaepiſſime. *Dion Chryſoſt.* Orat. VIII. αἴσθησιν ὁπόσας αἰσθήσεις ἔχει. *J. Waſſe.*

2 *Praeceps ierat,*] Ita ora editionis aetatis mediae, neque abibant MSS. Bong. niſi quod ii *ierit,* exoletae edd. *erat* cui adſentiuntur manuſcripti Pall. *Grut.* Erat. L 2. L 3. *praeceps erat de multis c.* Pemb. & B. Publ. *J. Waſſe.*

3 *Primum omnium,*] Vox poſtrema abeſt ab L 3. male. ſaepe infra utitur. Saepe etiam *Plautus.* v. g. Amph. II, I. 62. &, v. I. 36. & v. 2. 5. Aſinar. III, 3. 60. Caſin. I. 30. *J. Waſſe.*

4 *Petulantia maxime praeſt.*] Codd. meliores *praeſtabat,* neque ſpreverim. *Gruterus.*

5 *Item alii per*] L 2. L 3. *item qui per* & Arond. Reg. vero, *item alii qui per.* & ſic Pemb. Balliol. Magd. Martin. Venetae. *J. Waſſe.*

6 *Poſtremo omnes,*] Abeſt poſtrema vox ab L 3. Reg. Balliol. eleganter. Supra dixerat *primum omnium.* Confer *Herodianum* II, 17. *J. Waſſe.*

7 *Sentinam,*] Arondel. *velut in ſ.* L 2. Venetae, *ſicut aqua in ſ.* peſſime. *Hi (illorum diſceſſu)* ſentinam *quandam urbis rati* exhauſtam *laetabantur.* Liv. XXIV, 29. *ſin exieris, exhaurietur ex urbe comitum tuorum magna & pernicioſa* ſentina Reip. I. Catilin. Confer. *Tacit.* An. XV, 44. *Illae opes atque divitiae afflixere ſaeculi mores: merſamque vitiis ſuis, quaſi* ſentina *Remp. peſſum dedere.* Ita aemulatus *Hegeſippus* IV, 6. *qui ex diverſis regionibus Principes flagitiorum, ea* quaſi in ſentinam confluxerant. *Arnobius* p. 172. *Ut videatur miſerabilis prorſus, nullam non eſſe cauſſam ob aliam natus, niſi ut eſſet criminum ſedes, maledictorum materia, locus quidam expoſitus, in quem ſpurcitiae ſe omnes* ſentinarum *colluvionibus derivarent.* Philo, lib. *quod Deus Imm.* Σύστημα ἐκ συμφορήσεως κακῶν ἀθρόων ϗ ποικίλων εἰς ἓν εἶδος συνυφασμένων. Adi *Salvianum* III. & VII. *Apulejum Flor.* III, 12. & *Metam.* IX, p. 153. *J. Waſſe.*

8 *Aetatem agerent,*] Tres MSS. libb. *Vitam agerent,* ut in oratione Catonis: *qui demiſſi in obſcuro vitam agunt.* Sed frequentius apud Salluſtium, *aetatem agerent,* legimus. ut, *Sine metu aetatem agerent. In excelſo aetatem agunt. In exſilio aetatem agere. Per luxum, atque ignaviam, aetatem agunt. Procul a republ. aetatem agere.* & ideo nihil muto. *C. Popma. Regio cultu aetatem agerent.* Ita noſtri Pall. omnes; nam *vitam* reſipere gloſſam vel pueri ſentiunt. *Grut.* L 2. *J. W.*

agerent,

agerent, [1] ſibi quiſque, ſi in armis foret, ex victoria talia ſperabat. Praeterea, juventus, quae in agris manuum mercede inopiam toleraverat, privatis atque publicis largitionibus excita, urbanum otium ingrato labori praetulerat. Eos, atque alios omnis [2] malum publicum alebat. quo minus [3] mirandum eſt, homines egentis, malis moribus, maxuma ſpe, [4] Reipubl. juxta ac ſibi conſuluiſſe. Praeterea, quorum, victoria Sullae, parentes proſcripti, bona erepta, jus libertatis imminutum erat, haud ſane [5] alio animo belli eventum exſpectabant. Ad hoc, quicunque aliarum, atque Senati partium erant, [6] conturbari Rempublicam, quam minus valere ipſi, malebant; [7] id adeo malum multos poſt annos in civitatem [8] reverterat.

1 *Sibi quiſque, ſi victoria in armis foret talia ſperabat.*] Quanto in manuſcriptis rectius, *ſibi quiſque, ſi in armis foret, ex victoria talia ſperabat.* Ita nimirum ſenſus ipſe poſtulat. Valde mehercule miror oſcitantiam impreſſorum, quia talia non advertant. Ego hic fidem antiquorum codicum, contra conſenſum recentiorum, ſequendam nobis puto. *Rivius.* Vetuſtiſſ. Codd. & nominatim Gothi ſic legunt. neutram tamen lectionem rejicit *Glareanus.* Gothi Cod. ſequitur Ciacconii liber. *in armis*, pro *armatus* eleganter. *Apulejus* Metam. III. p. 46. *Cum me viderent in ferro.* & p. 38. *Moeſtus in lachrimis.* & 81. *triennio major* in aetate. *Varro: Servi* in armis *contra dominos.* Solinus cap. XI, *Campus Ennenſis* in *floribus ſemper*, & ſic membranae Petrenſes. *Heliodorus*, ἐν ὅπλοις ἄνδρες. Virg. Aeneid. V. 37. *Horridus* in jaculis. Ibi unus ex noſtris, *Ergo agite & laetum Anchiſae.* J. Waſſe.

2 *Malum publicum*] Sic loquitur *Seneca*, aliique. *Varro* autem *peſſimum* hoc modo uſus eſt. *Villas* peſſimo publico *aedificatas.* & ex eo *Livius* II, *Quin Brutus idem qui tantum gloriae ſuperbo exacto rege meruit*, peſſimo publico *id facturus fuerit, ſi* &c. vide etiam *Gronov.* patrem ad Liv. IV, 4. *Idem.*

3 *Mirandum eſt,*] Abeſt verbum ſubſtantivum ab Arondel. *Idem.*

4 *Reipublicae juxta ac ſibi conſuluiſſe.*] Sic infra: *Ita cuncti ſuae hoſtiumque ſaluti juxta pepercerant.* Ciacconius.

5 *Alio animo*] Adi *Palmerium* in notis ad finem libri. & confer *Iſocratem* de Pace, p. 235. Baſ. 1570. *J. Waſſe.*

6 *Conturbari Rempubl quam minus ipſi valere mal.*] Quidam [ed. Hen. Pet. 1564.] pro *minus* legit *nimis*, diverſa ſane ſententia: quod haud ſcio quam probem. *Glareanus.*

7 *Id adeo &c.*] Legendum, *id adeo malum*, ex vetuſtis. Ita *Livius* II. ab U. C. *Id adeo malum ex provocatione natum.* Rivius. Sic ſolum Pall. ſept. & oct. reliqui; vel, *id eo malum multos*, quomodo expreſſum item in edd. priſcis; vel, *ideo id malum.* Gruterus. MS. B. Pub. Pembr. *ideo*; & ſic Reg. L 2. Veneta 1470. forte primitus *id eo.* diviſim, at male. nam ſupra dixit, *id adeo more ſuo* &c. J. 96. Noſter, *id adeo mature poſſe evenire ſi.* & 118. id adeo *experiri licet: arma &c. ſumere utere*; & 119. id adeo *in promtu eſſe, quoniam.* & VI, 52. id

XXXIX. [1] Nam, poſtquam Cn. Pompejo, & M. Craſſo Coſſ. tribunitia poteſtas reſtituta eſt; [2] homines adoleſcentes, ſummam poteſtatem nacti, quibus aetas, animuſque ferox erat, [3] coepere Senatum criminando, plebem exagitare; dein largiendo, atque pollicitando magis incendere; ita ipſi clari, potenteſque fieri. [4] Contra eos ſumma ope nitebatur pleraque nobilitas, Senati ſpecie,

ideo *haud mirandum eſt*, &c. locutione plane gemina. Nec in his locis quicquam movent Codd. *eo* ſemper pro *ideo* vel *ibi*; aut, pro *ad id*. nec unquam *id eo* apud Salluſtium invenias. *J. W.*

8 *Reverterat.*] Hanc ſcripturam perantiquus quidam liber agnoſcit. In aliis *redierat* ſcriptum offendi, quae an purior & elegantior ſit lectio, alii erunt judices. *C. Popma.*

1 *Nam poſtquam Cn. Pompejo, & M. Craſſo Coſſ. Tribunitia poteſtas reſtituta eſt;*] Paedianus in Divinatione: *Primus Sicinius trib. pl. nec multo poſt Quinctius & poſtremo Palikanus perfecerunt, ut Tribunitiam poteſtatem populo darent Conſules Cn. Pompejus Magnus & M. Licinius Craſſus, &c.* Ad quam rem indicandam in denariis Palikani Roſtra Libertati ſacra impreſſa ſunt. *Urſinus.* Scribit *Appianus* in II. Belli Civil. Pompejum, cum a Centurione tribuno plebis Senatus fuiſſet diſſolutus; vehementer poenituiſſe, quod tribunitiam poteſtatem a Sulla immutatam atque disjectam, denuo ipſe in priſtinum ſtatum redegiſſet. *Zanch.*

2 *Homines adoleſcentes,*] Tribuni enim plebis adoleſcentes creabantur, quod & *Vellejus Paterculus* teſtatur. *Idem.* Ut fuit C. Cornelius, qui poſtea reus majeſtatis a Cicerone defenſus eſt: item Rullus, qui Cicerone conſule Agrariam legem ferre conatus eſt, quo tempore etiam Labienus rempublicam perturbavit. Cicero, Aſconius, Dion. poſtea Curio & Antonius omnium ſeditioſiſſimi ſceleratiſſimique fuerunt. *Caſt.* *Homines adoleſcentes ſummam poteſtatem nacti, quibus aetas animuſque ferox erat, coepere, &c.* Primum videtur vox poſtrema reſecanda, deinde, tranſpoſitis vocibus, reſtituendum, *homines adoleſcentes, quibus aetas animuſque ferox; ſummam poteſtatem nacti, coepere, &c.* vel ſane interpolata ſunt poſtrema, ſcripſitque auctor initio, *aetate animoque feroces, coepere.* poteſt quidem etiam defendi vulgata; ut nimirum non omnibus eandem aetatem, eandem attribuat ferociam. ſed ſubtilius videtur quam verius. ſi quis illa, *homines adoleſcentes* abjicienda putaret, non nimis ab eo diſſentirem. *Gruterus.*

3 *Coepere*] Illud *coepere* mutat locum in Arond. ubi *exagitare coepere.* ideo delendum. *J. Waſſe.*

4 *Contra eos ſumma ope nitebatur pleraque nobilitas, ſenatus ſub ſpecie pro ſua magnitudine.*] In Florentino Venetoque eſt, *ſub ſenatus ſpecie.* pro eo quod eſt, quaſi dignitatem ſenatus tueretur, quam eſſe quam ampliſſimam e rep. foret, in manuſcriptis non eſt *ſub.* id forſan in ſpatio quiſpiam, quod verſus dirimit, annotarat ſuper hac dictione *ſpecie.* dein irrepſit, ut fit, in contextum: atque inde forſan eſt legi coeptum, *ſenatus ſub ſpecie, pro ſua magnitudine,* id eſt, *pro ſua potentia.* Aur. Auguſtinus in III. de Civ. Dei, quaedam e Salluſtio citat, quae hunc locum mirifice declarent: *Plurimae,* inquit, *turbae, ſeditiones, & ad poſtremum bella civilia orta ſunt, dum pauci potentes, quorum in gratiam plerique conceſſerant, ſub honeſto patrum aut plebis nomine dominationem affectabant, bonique & mali cives appellati, non ob merita in remp. omnibus pariter corruptis; ſed uti quiſque locupletiſſimus & injuria validior, quia*

pro

pro ſua magnitudine. Namque, uti paucis verum abſolvam, per illa tempora quicumque Rempub. agitavere, honeſtis nominibus, alii, ſicuti jura populi defenderent, pars quo Senati auctoritas maxuma foret, [1] bonum publicum ſimulantes, pro ſua quiſque potentia certabant: [2] neque illis modeſtia, neque modus contentionis erat: utrique [3] victoriam crudeliter exercebant.

XL. Sed, poſtquam Cn. Pompejus ad bellum maritimum, atque Mithridaticum miſſus eſt; plebis opes imminutae; paucorum potentia crevit. Hi magiſtratus, provincias, [4] aliaque omnia tenere: [5] ipſi innoxii, floren-

praeſentia defendebat, pro bono ducebatur. Rivius. Alibi erat, *ſub ſenatus ſpecie.* & diſtinguendum poſt *ſpecie.* Deinde inſerendum *pro ſua magnitudine.* Porro utriuſque expoſitio poſt ſequitur: *Pars,* inquit, *quo Senatus auctoritas maxima foret, bonum publicum ſimulantes, pro ſua quiſque potentia certabant.* Glareanus. *Senati ſpecie, pro ſua magnitudine.* Ita nulla itera plus minuſve editio vetus, & pleriquae Pall. utique aetate priores. nam ſequioris notae, *Senati ſub ſpecie;* uti antehac paſſim vulgabatur, ſed minus recte. Gruterus.

1 *Bonum pub.*] Thucyd. III. Πάντων δ' αὐτῶν αἴτιον ἡ ἀρχὴ ἡ διὰ πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν, ἐκ δ' αὐτῶν, καὶ ἐς τὸ φιλονεικεῖν καθισταμένων, τὸ πρόθυμον. οἱ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι προστάντες, μετὰ ὀνόματος ἑκάτεροι εὐπρεποῦς, πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς, καὶ ἀριστοκρατίας σώφρονος προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες, ἆθλα ἐποιοῦντο. & lib. 8. ἦν δὲ τοῦτο μὲν σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου αὐτοῖς. κατ' ἰδίας δὲ φιλοτιμίας οἱ πολλοὶ αὐτῶν τῷ τοιούτῳ προσέκειντο, &c. pro, *certabant* L. 2. *certare.* J. Waſſe.

2 *Neque illis modeſtia, neque modus contentionis erat:*] Vox poſtrema ad Gemonias ſcalas trahenda, forſan etiam pronomen *illis.* Gruterus.

3 *Victoriam crudeliter*] Abeſt a Bodlejano *crudeliter,* ſed male. *Lampridius* in Heliogab. cap. 11. *exercuit imperium* ſaeviſſime. 11, 1. *gravem fuiſſe illum &* intolerabilem, injuſta imperia *in cives* exercuiſſe. Codd. MSS. *intolerabilem ſibi.* Oroſius III, 14. cruentiſſimam victoriam *in Thebanos & Lacedaemonios* exercuit. mallem, *cruentiſſime;* ſed aliter Codices & Veneta. Superiore linea, pro *venuſtiſſimae* lege ex iiſdem, *vetuſtiſſimae libertatis ſtatum finivit. Utrique vict.*] *Utriuſque* Markii γ. & in marg. pro, V. Lect. *utrique.* J. Waſſe.

4 *Aliaque omnia*] *Omnia* non comparet in Arondel. *caeteros judiciis,* omiſſo *que* Arond. *Idem.*

5 *Ipſi innoxii, florentes, ſine metu aetatem agere.*] Pal. Naz. *ipſi noxii,* quod ſuam etiam admitteret interpretationem: niſi vellet auctor, ipſos innoxios fuiſſe, hoc eſt, neminem iis auſum nocere. *Gruterus.* Vox *noxii* haeret e noſtris ſoli Digbaeo. Verum *innoxii* legendum ſuadent omnino ſequentia, *ſine metu aetatem agere. Innoxius* enim tam denotat eum qui noxam alicui non infert, quam qui non patitur; unde gloſſae vertunt ἀδήλητος. hoc loco valet *illaeſus,* quo ſenſu ab optimis quoque frequentatur; tum maxume ab iis qui *Salluſtium* ex profeſſo ſequuntur. *Columella* II, 10. *Sic condita faba a curculionibus erit* innoxia. Sic etiam Arond. *leviora (navigia) quum & ipſa nequirent regi, in ripam tamen* innoxia *expulſa ſunt.* Curt. IX. 4. Fallitur ergo *Servius* ad I. Aen. ubi ita diſtinguit, *innocuus qui non nocetur,* innoxius *qui non nocet.* Apu-

Digitized by Google

tes, ſine metu aetatem agere, ceteroſque judiciis terrere, [1] quo plebem in magiſtratu placidius tractarent. Sed ubi primum [2] dubiis rebus novandis ſpes oblata eſt; vetus certamen animos eorum arrexit. Quod ſi primo praelio Catilina [3] ſuperior, aut aequa manu diſceſſiſſet; profecto magna clades, atque calamitas Rempubl. oppreſſiſſet; [4] neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea uti licuiſſet; quin, defeſſis & exſanguibus, qui plus poſſet, imperium atque libertatem extorqueret. Fuere

lejus Metam. vi, p. 187. *inter triſulca vibramina draconum remigium dextra laevaque porrigens, nolentes aquas, & ut abiret innoxius praemonentes, excipit.* Ammianus denique Marcellinus plurimus eſt in hoc verbo. *petituſque balliſtarum ictibus certis & ſagittarum, denſitate opertus armorum, in modum teſtudinis contextorum, abſceſſit* innoxius. Lib. xx. cap. 7. ſic etiam xxi, 5. *Hocque audito, ille in*noxius *ad larem ſuum receſſit in Tuſciam.* & xxxi, 13. *Romulus & Saboſtius curiales &c. poenali conſumti ſunt ferro: reſidui omnes abierunt* innoxii. Vide xxii, 3. 8, 9. & xxiv, 2. xxvii, 5. xxix, 3. ubi ejuſcemodi alia. *J. Waſſe.*

1 *Quo plebem in magiſtratu*] Id eſt, terrebant judiciis Tribunos plebis; ne plebem in potentes exagitarent, atque in Setum criminando accenderent. *Ciacc. Magiſtratum* Martin. *J. Waſſe.*

2 *Dubiis rebus*] Vocem *dubiis* vacare exiſtimo. *Ciacc.* Et *Urſin.* Non inepte ora editionis mediae, *Novandi*, id enim malim, quam ut inducatur vox *dubiis*, ut viſum Ciacconio & Urſino. *Gruterus.* Sic, *novandi* R. & a prima manu Pemb. ut ex litura patet in marg. *aldis.* mendum ex primo ſequentis vocis elemento natum. *Euripides* Medaea, μή τι βουλεύσῃ νέον. Vid. vi, 22. *J. Waſſe.*

3 *Superior,*] Voces *ſuperior* & *inferior* de victore & victis. Ita Graeci ἥσσων, ἐλάσσων. *Homerus:* Αἴθ' ὅσον ἥσσων εἰμί, τόσον σέο φέρτερος εἴην. *Demoſthenes* pro Corona: οὐδ' ἐβούλεσθε ἔλαττον ἔχειν, δικαίως ἐστὶν ἀπελθεῖν. *Thucydides* etiam quem Noſter unice colit, τὸ ἥσσω frequenter oppoſuit τῷ δυνατωτέρῳ. Haec audacter & ad literam *Horatius* voce *minor* interpretatus eſt. *Tune mihi dominus, rerum imperiis hominumque Tot, tantiſque* minor? & alibi: minor *in certamine longo.* Hinc ἐλάττωμα pro *clade*, & paſſive, pro *victoria* apud *Polybium*: πλεονεκτήματα & ἐλαττώματα apud *Oneſandrum* p. 21. alioſque. Vocem hanc Salluſtianam, omiſſo *proelio*, uſurpat *Caeſar* B. G. *Ita tamen ut noſtri, omnibus partibus* ſuperiores *fuerint.* Confer *Tacitum* de mor. G. xxxvi. *Vegetium* i, 15. ubi Petrenſis, & *ſuperiores.* Meſſal. Corvinum xxxvi. *Hegeſippum* ii, 9. v, 5. Cui magis alibi placuit *potior*, ſed locus eſt corruptus. *Quibus etſi virtus potentior ad congrediendum, locus tamen* inferior *ad obſidionem.* Codex B. Pub. *potior* quod agnoſcit in margine *Gualtherus:* Scilicet ita legendum. Nam *potior* pro *potentior* apud veteres. Auctor apud *Cic.* iv. Tuſc. *Qui plus pollet*, potiorque *eſt patre.* *Apulejus* Met. xi. *Deus deorum magnorum* potior, *& majorum ſummus.* De Habit. D. Pl. p. 627 potiores *poteſtate.* Voce *inferior* uſi *Capitolinus* Macrin. viii. *Ammianus* xxx, 8. eodemque ſenſu *deterior* Apulejus. *J. Waſſe.*

4 *Neque illis, qui victoriam adepti forent,*] Plus quam alienigena vox eſt, *forent*, poſſet etiam brevius ſcribi; *neque victoriam adeptis*; relegatis verbis ceteris. *Gruterus.*

tamen

Digitized by Google

tamen extra conjurationem compluꝛes, [1] qui ad Catilinam initio profecti ſunt. [2] In his erat A. Fulvius, Senatoris filius: quem [3] retractum ex itinere [4] parens necari juſſit. Iiſdem temporibus Romae Lentulus, ſicuti Catilina praeceperat, quoſcunque moribus aut fortuna novis rebus idoneos credebat, aut per ſe, aut per alios ſollicitabat; neque ſolum cives, ſed [5] cujuſquemodi genus hominum, [6] quod modo bello uſui foret.

1 *Qui ad Catilinam initio profecti ſunt.*] Dictio finalis aeque ac princeps, otioſa mihi eſt, imo odioſa. *Gruterus.*

2 *In his erat Fulvius.*] Nihil juvat ſenſum dictio *erat.* Idem. *In his erat A. Fulvius*: Praenomen Fulvii hoc loco reſtituimus, adjuti ab antiquis exemplaribus. *C. Popma.* Dio hunc Senatorem vocat. & patrem ipſius privatum hominem. Sed potius credendum *Salluſtio* & *Valerio*, v. 8. de Lentulo v. *Plutarch.* in Cic. p. 869. *J. Waſſe.*

3 *Retractum*] Ita Codd. *Valerius* autem qui eandem canit cantilenam 1, 4, 5. voce *abſtractum* uſus eſt. Quo ſenſu item *Ammianus* pag. 41. Verum illud alterum plerumque obtinet, & membranae B. Pub. in illo Valerii loco *retractum* praeferunt. Et pro *incluſum carcere* quomodo Aſceaſ & Hackiana *incluſum carcere tenere.* Confer *Livium* x, 25. *Celſum* p. 25. *Caeſarem* B. Gall. v, 7. *Oroſium* v, 21. vi, 8. vii, 42. *Suetonium* Aug. cap. xvii. & *Tacitum* Agric. iv, 28. *Aulum Fulvium* vocant *Dio* &, *Valerius.* J. Waſſe.

4 *Parens necari juſſit.*] Quidam libri, *parens necari praecepit,* quo verbo in eadem ſignificatione & in Jugurthino utitur. *C. Popma.*

5 *Cujuſquemodi*] Ita MSS. Pall. Bong Corn. *Carrio* autem & antiquitus editi *cujuſcumque modi* Gruter. Veneta 1470. Mart. n. B Bod. *cujuſquemodi* Digb. addit, *homines.* at Pembr. *cujuſcumquemodi* primitus habuiſſe videtur, ut ex cicatrice probabile eſt. Arond. & Reg. clare exhibent. *Habes cujuſquemodi* apud *Gellium* ix, 2. xviii, 22. *Apulejum* 12, p. 126. & viii, p. 209. *Hirtium* de B. Afric. capp xix, xxiii, xxxvi. *Florum* iii, 4. Iſ vera Nazarii Codicis lectio. Locus in editis exempl. ſic habet: *Nihil interim per id omne tempus reſiduum crudelitatis fuit, in captivos ſaevientibus: litare diis ſanguinem humanum: bibere in oſſibus capitum, & hujuſcemodi ludibrio foedare mortem, tam igni quam fumo.* At quid ſibi volunt, *tam igni quam fumo?* Num ſigillatim & per partes exſequitur quod generaliter dixerat? abſit credas. Quin praecedentia illa, *litare ſanguinem* &, *bibere in oſſibus* reſpicit. Vide itaque an reponendum, *tam igni quam ferro,* ut hoc ad hoſtias humanas, illud ad capitum excavationem referatur. Suadet idem infra: *Nec aliter cruentiſſimi hoſtium, quam ſuis moribus domiti.* an ſcin' quomodo? haud *igni & fumo,* audi ſis illum? *quippe in captivos igne ferroque ſaevitum eſt.* Quomodo locutus Auctor iv, 12. *Nuceria & Picentia caedibus,* ferro & igne *vaſtantur.* *Claudian.* Bel. Get. *Perlatus Italiae* ferro *bacchatus* & igni. Nec ſane quicquam de *fumo Ammianus* qui eo alludit xxvii, 4. At quidem *Herodotus* alicubi, Scythas Capita hoſtium ſuſpendere ὑπὲρ τῆς καπνοδόκης. Nihil interim temere ſtatuo, judicium ſit penes Lectorem. Uſus denique *cujuſquemodi* Dictys ii, 18. Noſter vero, ſuffragantibus libris *cujuſcumquemodi.* Cat. 58. c. & e. verum in ſecundo loco Martin. omittit *modi* & Markii qui habet *cujuſmodi haec videntur* &, ea eſt librariorum inconſtantia, *cujuſquemodi* Jugurth. 78. ſoli, ibi, Markiani γ. λ. *cujuſcumquemodi.* at alterum genui-

 XLI. Igi-

XLI. Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum [1] requirat; eosque, ſi poſſit, impellat ad ſocietatem belli, [2] exiſtumans publice, privatimque aere alieno oppreſſos, [3] praeterea quod natura gens Gallica bellicoſa eſſet, facile eos ad tale conſilium adduci poſſe. Umbrenus, quod in Gallia negotiatus erat, pleriſque [4] principibus civitatium notus erat, atque eos noverat: itaque ſine mora, ubi primum legatos in foro conſpexit, percunctatus pauca de ſtatu civitatis, [5] & quaſi dolens ejus caſum, requirere coepit, [6] *quem exitum tantis malis ſperarent*. Poſtquam illos videt *queri de avaritia magiſtratuum, accuſare Senatum, quod in eo auxilii nihil eſſet;* [7] *miſeriis ſuis remedium mortem expectare: At ego,*

num puto, Hoc enim pacto loquitur: cujuſque *generis* C. 25, 29, 41. *pro* cujuſque *opibus* C. 32. *animo*, 67. *ingenio* Jug. 53. *quo* cujuſque *animus fert* Jug. 58. *uti* cujuſque *lubido erat* Jug. 91. *ingenium* 98. Pro eo *Apulejus*, *Agellius*, aliique *cujuſcemodi*. Lucretius VI. *In terra* cujuſquemodi *rerum eſſe figuras*. Cicero ſaepe de Fin. 64. pro Flacco. I. Verrin. de Offic. II. de Orat. Vide *Livium* 2, 24, 32. *J. Waſſe.*

6 *Quod modo bello uſui foret.*] Abundat iterum vox, *modo*; quinetiam, *foret*. & vero gloſſargi eſſe commentum, detegit poſitura incerta. MSS. optimi eam expreſſerunt quam exhibuimus: in ceteris eſt, aut, *quod modo uſui bello foret*; aut, *quod modo uſui foret bello*. Gruterus.

1 *Requirat*;] Confer omnino *Cic.* in Catilin. III, §. 4. *J. Waſſe.*

2 *Exiſtimans publice, priv.*] Vox prima fere mihi ſuſpecta eſt. *Grut.*

3 *Praeterea quod natura gens Gallica bellicoſa*] Scripſiſſem potius, *praeterea natura bellicoſos, facile:* ita, inquam, ego ſcripſiſſem, qui Salluſtius non ſum, cui tamen nihil praeſcribo. *Grut.*

4 *Principibus civitatium*] Ita a manu prima Pall. Naz. *Idem.*

5 *Et quaſi dolens*] Arond. omittit *copulam* caeteris repugnantibus, & in primis *Priſciano*, qui hoc modo citat, *& q. d. e. caſum.* p. 1167. *J. Waſſe.*

6 *Quem exitum*] Venet. 1478. *quemnam.* Dictys v, 1. *expectantibus audire ſi quis modus tantis malis fieret.* J. Waſſe.

7 *Miſeriis ſuis remedium morte exſpectare:*] In Fabriciano eſt, *mortem ſperare.* in ceteris, *mortem exſpectare.* *Rivius.* Mire hic variant exemplaria vetuſta. quaedam habent, *miſeriis ſuis remedium morte exſpectare.* quibus conſentiunt impreſſa nonnulla. Alia: *miſeriis ſuis mortem ſperare.* Alia: *miſeriis ſuis mortem, & non remedium ſpectare:* quae melior ſit ſcriptura judicabunt alii: nos interim nihil mutamus. *C. Popma.* Monet Naz. aliàs legi. *ſperare*, & ita habet noſter Commelinianus & Pal. quintus ac ſextus, neque diſplicet. *Gruterus.* *Sperare* Venet. 1478. & Fabricianum, & quaedam Popmae; novi Virgilianum illud: *Si genus humanum & mortalia temnitis arma.* At ſperate *deos memores fandi atque nefandi.* Neſcio tamen an ex ſuperiore loco profluxerit haec lectio; ſupra dixerat, *quem exitum tantis malis* ſperarent. *D. Laertius* VI. 56: ἔφη, ὅτι χωλοὶ μὲν καὶ τυφλοὶ γενόμενοι ΕΛΠΙΖΟΥΣΙ. Vide *Suidam* in voce, & *Pauſaniam* in Phocicis, & *Herodotum* paſſim. *Maronem* pro more ſequitur *Statius* II. Theb. 607. *Saepe aſpera paſſum Vulnera, ſed nullum*

inquit,

inquit, vobis, ſi modo viri eſſe vultis; rationem oſtendam, [1] *qua tanta mala iſta effugiatis.* [2] Haec ubi dixit; Allobroges, in maxumam ſpem adducti, Umbrenum orare, *uti ſui miſereretur: nihil tam aſperum, neque tam difficile eſſe,* [3] *quin cupidiſſume facturi eſſent; dum ea res civitatem aere alieno liberaret.* Ille eos in domum [4] D. Bruti perducit; quod foro propinqua erat, neque aliena conſilii, propter Semproniam: nam tum Brutus [5] ab Roma aberat. [6] Praeterea Gabinium arceſſit, [7] quo major auctoritas ſermoni ineſſet; eo praeſente conjurationem aperit: nominat ſocios, praeterea multos cujuſque generis innoxios; quo legatis [8] animus amplior eſſet: [9] dein eos, pollicitos operam ſuam, domum dimittit.

vitae in ſecreta receptum, Nec mortem ſperare vales: IX. 129. *hunc retro conversum, & tela petentem.* Dum ſpes nulla necis, *crinico a vertice figit.* Catullus etiam: *mihi nec haec miſerae ſperare jubebas: Sed connubia laeta.* Vide *Ammianum* p. 125. 4. 140. 10. *J. Waſſe.*

1 *Qua tanta iſta mala* &c.] Sic Pall. & Com. meus; non *mala iſta,* ut eſt in aliis editionibus. *Gruterus.*

2 *Haec ubi dixit, Allobroges in ſpem maxumam adducti,*] Me non nolente, triga verborum princeps, reſcindi poſſet e reliquis; tanquam invecta a Scholiaſte. *Idem.*

3 *Quod non cupidiſſime facturi eſſent.*] Legendum e Veneto, *quin cupidiſſime,* &c. pro, *quod non.* Irrepſit ex gloſſa addita, ni fallor. *Rivius.*

4 *D. Bruti*] Sic in Textu Pembr. at ſupra ſcribitur, *Decii.* J. Waſſe.

5 *Ab Roma aberat.*] In manuſcriptis eſt, *Roma aberat,* omiſſa praepoſitione. Sed prior lectio verior, id quod e *Priſciano* colligi lib. XV. p. 1008. poteſt. *Inveniuntur tamen* (inquit) *& cum praepoſitionibus nomina urbium ſaepe prolata, & maxime apud hiſtoricos.* Livius in 8. U. C. *Venerant & ab Lanuvio Antioque auxilia. Salluſt. in Catilin.* Nam tum Brutus *ab Roma aberat.* *Cicero modo amittit praepoſitionem, ut in Epiſtolis:* Quod video omnes bonos *abeſſe Roma.* *Addit, ut in Verrinis:* Abeſſe *a domo* pauliſper maluit. *Rivius.* Arondel. Reg. Pembr. B. Publ. Bodl. Mart. Venet. 1470. Sine praepoſ. Markii γ. *Romae aberat. Roma* λ. & ſic fere *Cicero* in Catilinariis. *J. W.* *Brutus Roma aberat.* Ita MSS. noſtri omnes, ita Bongarſii; ſine praepoſitione, qua fruſtra onerarentur editiones aliae. *Grut.*

6 *Praeterea Gabinium acceſſit*] In vetuſtis *arceſſit*: ſed eodem ſenſu: nam eſt utrumque in veterum ſcriptis frequens. *Rivius.*

7 *Quo major auctoritas ſermoni ineſſet:*] v. l. *adeſſet.* Sed Tacit. Ann. XIII. *Quo plus auctoritatis ineſſet conſiliis.* Ciacconius.

8 *Animus amplior*] Ita locutus infra LXIX. Cic. de Invent. *amplus animus & excelſus, & patiens incommodorum.* E contra, *anguſtus atque demiſſus,* apud eundem in Piſonem. *animum minui & angeſcere* dicunt. *Homerus:* ΜΙΝΥΘΕΙ δέ οἱ ἦτορ [illegible] ΙΑΝΘΗ. Caeterum locutio rarior, nec temere alibi invenienda. Quod Noſter heic ait, *Fortunam P. Rom. viciſſe,* non ita intelligendum quaſi Allobroges in apertum bellum minime erupiſſent. γ. *ineſſet,* male. *J. Waſſe.*

9 *Dein eos, pollicitos* &c.] Nunquam ego.

XLII. Sed

XLII. Sed Allobroges [1] diu in incerto habuere, quidnam conſilii caperent. [2] In altera parte erat aes alienum, ſtudium belli, magna merces in ſpe victoriae: at in altera majores opes, tuta conſilia, pro incerta ſpe, certa praemia. Haec illis volventibus, [3] tandem vicit

uſurpaſſem, *dein eos* ſatis enim ſubintelligitur. *Gruterus.*

1 *Diu in incertum habuere.*] Sic ſolum Pal. tert. ceteri omnes *incerto*, etiam Comm. meus & Bongarſiani. ideoque ſequendi. *Gruterus. In incerto*, Reg. B. Pub. L. 1, 2. Balliol. Digb. Venetar. Mart. *Appian.* II. B. Civil. Ἀλλόβριγες ἐνδοιάσαντες. *Hos non ita vicit* fortuna P. Rom. *quin ad Iutum in apertum bellum erumperent.* Quo victi, civitas in provinciae formam redacta eſt. Confer *Dionem* & *Ciceronem* in Orat. de Provinc. Vox *civitas*, ut id obiter moneam, pro tota illorum gente accipi debet, quemadmodum apud *Caeſarem* omnes Helvetii civitas una cenſentur. Adi virorum Doctiſſimum *J. Scaligerum* in Notis ad *Euſebium* p. 147. *J. W.*

2 *In altera parte*] Τὸ *altera* in utroque membro rariuſcule pro, *hac* & *altera*. *Praelatio* alterius *ſine* alterius *contumelia non poteſt procedere.* Tertullian. Apolog. cap. XIII. Noſter ſupra, alterum alterius *auxilio eget.* Infra, *pro incerta ſpe certa p.* Sic, 20. *incerta pro incertis captarem.* Praeivit *Thucyd.* VI, 9. μὴ τοῖς ἑτοίμοις περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μελλόντων κινδυνεύειν. *J. Waſſe.*

3 *Tandem vicit Fortuna Reipublicae.*] Tacitus Annal. 9. *Affuit ut ſaepe alias Fortuna P. R.* Ex quo legendum exiſtimo hic *Fortuna P. R.* non *Reipub.* Cic. Philip. 2. *Suſtulit illum diem Foruna P. R.* licet in antiquo libro ſit, *Fortuna Reipub.* ut *Gab. Faernus* teſtatur. FORTUNA P. R. in nummis aliquando. *Ciacc.* & *Urſin.* Fere repoſuiſſem, *Fortuna Populi Romani*; quod invenissem in editionum prima, *Fortuna P. R.* ſed ei nullae adlubeſcebant membranae; & habet rationes luculentas quibus ſe tueatur vulgata lectio. legatur modo Tacitus lib. XIV. Annal. *Gruterus.* Codices univerſi *Fortuna Reip.* Interpp. in *Populi Romani* in linant. Perinde eſt utro modo legas. Habes enim apud hos, *Fortunam Publicam. F. Reipublicae.* apud illos, *Romanam*, vel, *Pop. Romanii Urbis Romae. Urbis Romanae. Romae Romana*, etiam *Orbis Romani.* &, *Imperii.* Neque ſecus Numiſmata & Marmora. Vide *Gruterum* Inſcript. p. LXXXVIII, 6. In vetere Kalendario ad VIII. Id. April. A. C. FORTUN. PUBLIC. P. R. Iterum etiam p. CXXXV. ad VIII. Kal. Junias. FORTUN. PUBLIC. P. R. IN COLL. hoc eſt, Fortuna publica primigenia in Colle. de qua adeantur *Ovidius* Faſt. IV, 375. VI, 775. *Varro* de L. Lat. V. *Sextus Ruffus* &, *P. Victor* in regione urbis VI. *Plutarchus* in Quaeſt. Rom. p. 281. ubi etiam de Fortuna privata. *Turnebus* XXVI, 33. *Valerius* II, 86. *Ex quo in quem ſtatum perveneris* Fortuna publica. *Dio* lib. XLIII, pag. 197. de ejus templo hoc modo; Κεραυνοί τε ἐς τὸ Καπιτώλιον καὶ ἐς τὸν ΤΥΧΗΣ ΤΗΣ ΔΗΜΟΣΙΑΣ καλουμένης ναὸν, ἔς τε τοὺς τοῦ Καίσαρος κήπους κατέσκηψαν. *Tacitus* Ann. XIV, 11. publica Fortuna *extinctam referens*, Ejus loco *Fortunam Orbis Romani* ſubſtituit *Ammianus* XXV, 9. *Tu hoc loco* Fortuna Orbis Romani *merito incuſaris.* Livius II, 10, 12. *ni unus vir fuiſſet Horatius Cocles id munimentum illo die* Fortuna Urbis Romanae *habuiſſet.* *Plutarchus* de Fort. Rom. pag. 325. Οὐ μὴν ἀπέγνωσεν Η ΤΗΣ ΡΩΜΗΣ ΤΥΧΗ. *Zoſimus* II. p. 107. ΡΩΜΗΣ ἱδρύσατο ΤΥΧΗΝ. *Caſſiodor.* Var. III, 4. *Sic enim fiet, ut* Fortuna Urbis, *quae in civibus erigitur, fabricarum quoque decore monſtretur.* Et, *Dii praeſides* & Fortuna Urbis *tutata eſt.* *Juvenalis* X. 285. *Igitur* Fortuna *ipſius & Urbis. Servatum victo caput abſtulit.*

Fortuna

Digitized by Google

Fortuna Reipublicae. Itaque Q. Fabio Sangae, cujus patrocinio civitas plurimum utebatur; rem omnem, uti cognoverant, [1] aperiunt. Cicero, per Sangam conſilio cognito, legatis praecipit, ut ſtudium conjurationis [2] vehementer ſimulent; ceteros adeant; bene polliceantur; dentque operam, uti eos quam maxume manifeſtos habeant.

Quo pacto locuti antea Athenienſes. v. gr. *Dinarchus* contra Demoſthenem Ἀφείλετο καὶ ἐξέτω Η ΤΥΧΗ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ. *Lucanus* VIII, 686. *Hac facie* Fortuna *tibi* Romana *placebas.* & ſic *Juſtin* XXXIV, ult. *Tacitus* Hiſt. IV, 57. *ſupereſſe fidas provincias, victores exercitus*, Fortunam imperii, *&, ultores Deos.* Edictum Nervae apud *Plin.* Epiſt. X, 36. *Me quem* Fortuna imperii *vultu meliore reſpexit. Plin.* Paneg. 51. *uſibus tuis detrahebat quae* Fortuna imperii *dederat. Eumenes* in Paneg. cap. II. *ab illo generis auctore, in te* imperii Fortuna *deſcendit.* Ita etiam *Tacitus* Hiſt. IV, 57. *Denarius* gentis Liciniae FORT. P. R. Vide Illuſtriſſ. *Spanhemius* Diſſertat. de uſu Numiſm. pag. 575. Nummum item Nervae exhibet *Oiſelius* pag. 326. cum hac inſcriptione: FORTUNA POPULI ROMANI. Atque ita Cicero Verrin. I. §. 16. pro Milone §. 83. 87. Philip. XIV, 38. V, 40. IV, 29. pro Leg. Man. §. 45. *Livius* I, 52. VII, 34. V, 21. XXVIII, 44 *Seneca* Suaſor. VI, pag. 39. *Florus* III. 18. *Tacitus* Hiſt. III, 46. *Cicero* Philip. II, 88. *Suſtulit illum diem* Fortuna *Populi Romani.* At Membranae B. Publicae, *Reipublicae. Salluſtius* Jug. XIV. *Familia noſtra cum* Populo Romano *bello Carthaginienſi amicitiam inſtituit, quo tempore magis fides ejus quam* Fortuna *petenda erat.* At illud alterum ſervat *Cicero* pro Sextio §. 17. *ſed fuit profecto quaedam illa* Reipublicae Fortuna *fatalis.* Verumtamen haud loquitur de Fortuna ut perſona, quod aperte facit Praefat. ad Quaeſt. Acad. p. 1057. & pro Sulla 62. pro L. Manil. 28. Philip. I, 40. Eum I. Catilin. §. 15. ſequitur Noſter. *Sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, ſed* Fortunam Reipublicae *obſtitiſſe.* Firmat *Tacitus* An. XIV, 39. *Cujus adverſa pravitati ipſius; proſpera, ad* Fortunam Reipublicae *referebat.* ibi tamen auctorem corrumpere omni ope nititur *Acidalius*, is fruſtra eſt. Mire hunc *Salluſtii* locum illuſtrat *Cicero* III, Catilin. §. 22. qui ergo adeatur uti & qui ſequitur, *Tacitus* Hiſt. II, 2. *His ac talibus inter ſpem metumque jactatum, Spes vicit.* J. Waſſe.

1 *Aperiunt.*] Hujus Allobrogum proditionis, ſciendum eſt, ſtrictim meminiſſe *Horatium* Epod. Oda 15. *Aemula nec virtus Capuae, nec Spartacus acer, Noviſque rebus infidelis Allobrox.* Ubi hoc ad illud tempus refertur, inquit *Porphyrio*, quo Catilinae factio conjuravit, & pene legati Allobrogum illi conſenſerant. Sed *Juvenalis* quoque verſus illi mire huc faciunt: *Ut braccatorum pueri Senonumque minores, Auſi quod liceat tunica punire moleſta.* *Cic.* lib. I. epiſt. I. ad Atticum adteſtatur, ſe novam orationem (quas Conſulares vocat) habuiſſe ad populum, quo die Allobroges involgarunt. *Cic.* lib. II. de ſuo Conſulatu: *At clades patriae, flamma ferroque parata,* Vocibus Allobrogum, *patribus populoque patebat.* Coler.

2 *Vehementer*] Ita reddit *Homericum* αἰνῶς. Αἰνῶς γὰρ κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας. *Naturaque non ſit cinericia*, neve vehementer denſa. *Varro* R. R. I, 9. & 16. vehementer *pertineat ad culturam.* & 55. *Cum ad multas res tum ad agriculturam pertineat* vehementer. *Plautus* Curcul. *Ego te* vehementer *perire cupio.*

XLIII. Iiſdem fere temporibus, in Gallia citeriore atque ulteriore, item [1] in agro Piceno, Bruttio, Apulia motus erat. Nam illi, quos Catilina antea dimiſerat, inconſulte, ac veluti per dementiam cuncta ſimul agebant: nocturnis conſiliis, armorum [2] atque telorum portationibus, feſtinando, agitando omnia, plus timoris, quam periculi effecerant. Ex eo numero compluris Q. Metellus Celer Praetor, [3] ex S C. cauſſa cognita, in vincula conjecerat, [4] item in citeriore Gallia C. Muræna, qui ei provinciae legatus praeerat.

XLIV. At Romae Lentulus cum caeteris, qui principes conjurationis erant, [5] paratis, ut videbatur, magnis

v. 3. *Auctor* de bello Hiſpan. cap. 29. vehementer *confirmabant mentes oppidanorum*: & XXX. *ut tranſeundi ſuperius iter* vehementer *eſſet* periculoſum. *Caelius Aurelianus Siccenſis* lib. II, cap. ult. de morbis acutis: *quae cum* vehementiſſime *profuit*. & lib. III, cap. ult. *quod eſt* vehementer *noxium*. *Capitolin.* in Antonino Philoſ. cap. 2. *Philoſophiae operam* vehementer *dedit*. *Vopiſcus* in Aureliano cap. 18. *contra Suevos & Sarmatos iiſdem temporibus* vehementiſſime *dimicavit*. Cic. Catilin. IV. §. 12. *quia mihi* vehementer *haec videntur miſera, atque miſeranda*. Iterum Columella, *Cujus appendices* vehementer pertinent *ad culturam propter affinitatem*. ubi Codex Arond. omittit *egregios* recte. *Terent.* Eunuch. V, 9. *vos credere ambos hoc mihi* vehementer *velim*. J. Waſſe.

1 *In agro Piceno, Bruttio,*] V. C. habet *Brettio*; quae vera ſcriptura eſt, nam Graeca numiſmata habent, ΒΡΕΤΤΙΩΝ. *Urſinus*.

2 *Atque telorum*] Abeſt L 2. *atque* male opinor. Vide autem nos ad Jugurtham cap. LV. *J. Waſſe.*

3 *Ex Senatuſconſulto, cognita cauſſa, in vincula conjecerat;*] Sic Gymnicus, ac recte. Ceterum eſt in quibuſdam, ut & Merſeburgenſi, & Florentino, *ex ſociis cauſſa cognita*. quae res miſere interpretem torſit. compendiaria illa per notas ſcribendi ratio, anſam errori praebuit. *Rivius*. Ita MSS. noſtri, omnibus quidem literis Pal. ſec. duobus tantum, S. C. Naz. ac Com. quod & in ſuis invenerat religioſae induſtriae *Bongarſius* noſter. Pal. tertii tantum viſitur inter lineas. at reliqui objecere nobis, *ex ſociis Catilinae cauſſa cognita*: ſtulte. *Gruterus*. aeque ſtulte Carrionis editio *ex ſociis cauſſa cognita*. *Sociis* Pemb. B. P. Bodl. pro Var. Lect. Arond. L 1. L 3. Venetae & L. 2. Martin. *ex ſociis Catilin*. at Pemb. pro Var. Lect. in marg. verum Lectionem agnoſcit. Carrionis ed. aſſentit Schottus. *J. Waſſe*.

4 *Item in citeriore Gallia C. Murena*] *Felicius Durantinus* putat librariorum culpa hic mendoſe legi, C. Murenam citeriori Galliae legatum praefuiſſe, quod ea tempeſtate Galliae tranſalpinae *Cicero* Murenam praefuiſſe tradat. Fuit autem C. Murena legatus, frater L. Murenae conſulis deſignati. *Rivius*. *Murena qui ei pro. leg. praeerat*. Haud admodum requiras vocem ultimam *praeerat*, ſi abſit imo neque ſecundam, *qui*. Grut.

5 *Paratis, uti videbatur,*] Commentarius, qui *Vallae* adſcribitur, ſupplet, *paratis a Catilina*. Sed ego ambiguè tamen id dictum exiſtimo. Lector judicet. *Glareanus*. *Paratis, ut videbatur, magnis copiis*. Naz. ac Com, *ut videbantur*, lecti-

copiis,

copiis, conſtituerat, uti, cum Catilina in agrum Faeſulanum cum exercitu veniſſet, L. [1] Beſtia tribunus plebis concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, [2] bellique graviſſumi invidiam optumo Conſuli imponeret; [3] eo ſigno, proxuma nocte cetera multitudo conjurationis [4] ſuum quiſque negotium exſequeretur. [5] Sed ea diviſa hoc modo dicebantur: [6] Statilius & Gabinius uti cum magna manu duodecim ſimul opportuna loca urbis incenderent, quo tumultu facilior aditus ad Conſulem, ceteroſque, quibus inſidiae parabantur, fieret: Cethegus Ciceronis januam obſideret, eumque vi aggredere-

one non ita inficeta. *Gruterus.* Iidem MSS. *conſtituerant.* Idem. *Magnis copiis conſtituerant.* In Naz. & Com. apud *Gruter.* legi notatur, *conſtituerant.* Quod haud dubie verius. *Lentulus cum caeteris conſtituerant.* *Livius* XXI, 60. *Ipſe dux cum aliquot principibus capiuntur.* Ubi plura hujuſmodi congeſſimus. *Fr. Gronovius.*

1 *Beſtia*] Emendandus *Appianus* in hac voce qui Σέξτιος. *A. Popma.*

2 *Belli graviſſimi invidiam*] Meus liber, *graviſſimam invidiam*: ſic infra, *magnam illi invidiam conflaverant.* Ciacconius. *Bellique graviſſimi invidia optimo Conſuli imponeret.* Alii codices, & nominatim *Gothi*, habent *invidiam*, in accuſandi caſu; quaſi diceret, in ejus humeros imponeret belli graviſſimi invidiam. Sane non video, quomodo *impono* pro *decipio* hic locum habeat. *Glareanus.*

3 *Eo ſigno dato, proxima nocte, &c.*] *Dato*, non eſt in MSS. nec in impreſſis vetuſtioribus: ſed nec *Felicius Durantinus* addit; addit tamen Aretinus. *Rivius.*

4 *Suum quiſque negotium exſequeretur.*] Eſt quidem in MSS. duobus, *ſuum quaeque negotium*: ſed in meo *quiſque* legitur: refertur enim ad ſenſum, non ad vocem. Eſtque id apud Hiſtoricos frequens. *Idem.* *Quaeque* Pemb. B. Pub. & Magdal. Venet. 1470. *quodque.* J. ita Commeus, item Pal. ſec. tert. quint. ſext. *quaeque.* Naz. *quemque*, quod ultimum antiquario alicui moverit ſalivam. *Gruter.*

5 *Sed ea diviſa hoc modo dicebantur:*] Turbat heic potius, *ſed*, quam ut adjuvet ſententiam: imo ceteris vocibus omnibus, ſi quis moverit ſtatus controverſiam, ea & me paratum ſubſcribere nomen. poſſet tamen tolerari, *ea diviſa hoc modo, Statilius, &c.* Gruterus.

6 *Statilius & Gabinius uti*] Cicero in III. invectiva in L. Catilinam, teſtatur L. Caſſium, quem *Salluſtius* infra in Galliam profectum ſcribit, ſibi procurationem incendendae urbis depopoſciſſe. Et in IV. trucidandi Senatus partes a Lentulo datas Cethego, ceteros cives interficiendi Gabinio, quem incendiis praeponit Salluſtius, urbis inflammandae Caſſio, totius Italiae vaſtandae diripiendaeque Catilinae. itaque non per omnia conſentiunt *Cicero* ac *Salluſtius.* Sed & pro Sulla Cicero, *Cum Catilina*, inquit, *egrederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur, Caſſius incendiis, Cethegus caedi praeponeretur, Autronio ut occuparet Etruriam praeſcriberetur.* & reliqua. *Rivius.* *Plutarchus* in Cicerone pag. 869. Ἄνδρας δὲ ἑξήκοντα ἑκατὸν, καὶ μέρη τοσαῦτα τῆς Ῥώμης, ἕκαστον ἑνὶ ἑκάστῳ διενείμαντο, ὡς δι᾽ ὀλίγου πολλῶν ἀψάντων φλέξειε πανταχόθεν ἡ πόλις. Idem hoc loco videtur ea Cethegi verba, *Magnas opportunitates corrumpere* &c. praeſtigiatoribus tribuiſſe, qui Lentulo auctores erant, ut regnum ipſe tertius poſt Syllam & Cinnam Cornelius ſuſciperet. Καὶ δεῖν πάντας ἀρχάς, καὶ μὴ διαφθείρωνται

tur,

tur, alius autem alium; ſed [1] filii familiarum, [2] quorum ex nobilitate maxuma pars erat; parentes interficerent; ſimul, caede, & incendio perculſis omnibus, ad Catilinam erumperent. Inter haec parata, atque decreta, Cethegus ſemper querebatur *de ignavia ſociorum: illos, dubitando, & [3] dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere; facto, non conſulto, in tali periculo opus eſſe: ſeque, ſi pauci adjuvarent, [4] languentibus aliis; im-*

μέλλοντα τοὺς καιροὺς, ὥσπερ Κατιλίνας. Quod ſecus erat. Nam Catilina cap. XXIX. *multa de ignavia popularium conqueſtus eſt.* Et cap. XVIII. rem omnem feſtinando praecipitat: *Quod ni maturaſſet ſignum ſociis dare Catilina, eo die poſt conditam Romam peſſimum facinus patratum foret.* J. Waſſe. Mallem abeſſet particula *uti* quamvis extet in MSS. quorum cum duo tantum retineant illud & prius ſcribendum, *Statilius, Gabinius, uti,* ſine copula. *Gruterus.*

1 *Filii familiarum,*] Particulam *ſed,* quae in cunctis impreſſis libris reperitur, delevimus, ſententiam noſtram confirmante antiquo *Priſciani* codice, quem habet Sixtus a Popma. *C. Popma. Sed f. f.* &c. *a nobilitate* &c. *interficerent,* Priſcian. p. 679. *J. Waſſe.*

2 *Quorum ex. n. m. pars erat,*] Vocula ultima vacat, quod & cuilibet liquebit, ſi alio ordine ſcribatur, *quorum ex nobilitate pars maxima.* Gruterus.

3 *Dies prolatando,*] V. c. *Protelando,* quod mendum eſt. Nam *prolatando* habet *Tacitus* lib. v. cum ait: *Sed ubi diem ex die prolatabant.* & paulo poſt v. c. habet: *Quod ſignatum ad cives ſuos perferunt.* niſi forte illud, *ſuos,* additum ſit. *Urſinus.* Fulvii liber, *Protelando,* & in Jugurtha, c. 73. *Protelandis conſultationibus,* non, ut in vulgatis libris, *Prolatandis.* Manutius. Sic omn. MSS. quod perplacet Urſino. at mihi potius, quod offendit in ſuo codice, *prolatando.* Gruterus. Uſi quidam antiquiores, *Plautus, Turpilius, Siſenna, Lucretius, Terentius,* ſed alio ſenſu, nimirum pro *vi aut minis propellere & abigere hoſtem:* verum *diem protelare* apud eoſdem neutiquam invenio. JSS. tamen pro *differre* ponunt *L. Properandum C. de Judic.* quemadmodum & *Hegeſippus* I, 43. *Fulgentius* autem loco *prolatare* nove, niſi fallor, uſurpat I, 14. *Et quoniam nullus ſcientiam quaerit, niſi in qua famae ſuae protelet dignitatem.* Idem alibi, protelare *obitum. Alcuinus* in vita Willibrard. pag. 1458. *Ecce repente lapis ſe* protelare *locelli Coepit.* Vide etiam *Tertullianum* de Poenitent. cap. IV. *Vox prolatare* quae huic loco accommodatior, frequens eſt apud *Lucretium, Ciceronem, Livium, Columellam, Silium, Tacitum, Arnobium, Apulejum, Quintilianum* Decl. III. *Cic.* Catilin. IV, §. 6. *Id opprimi ſuſtentando ac* prolatando *nullo pacto poteſt.* Favet etiam Noſter Fragm. IV, 5. *Ptolemaeus proelio diem belli* prolatat. Unde ſua expreſſit *Hegeſippus* V, 40. *Tua ſuavitas animam tenuit meam, & produxerit matri miſerae diem mortis.* Jugurtha XXIX: prolatandis *conſultationibus dilapſa invidia.* Accedunt Codices univerſi, nihil ergo mutandum. Caeterum de hac re ita *Plutarchus* in Catone, pag. 769. Λέντλος δὲ καὶ Κέθηγος, καὶ μετ' αὐτῶν ἕτεροι συχνοί, δεξάμενοι τὴν συνωμοσίαν, καὶ τοῦ Κατιλίνα δειλίαν καὶ μικρολογίαν τῶν ἐλπιζομένων ἐπικαλοῦντες, αὐτοὶ διενοοῦντο πόλιν ἄρδην ἀναιρεῖν πυρί. &c. *J. Waſſe.*

4 *Languentibus aliis;*] Hoc eſt, per otium conſultantibus aut torpore & inertia agentibus. *Cicero* de Nat. Deor. I. *Nam quum otio langueremus. Petronius* p. 352. *At non ſervus publicus tam lan-*

petum

petum in curiam facturum. [1] Natura ferox, vehemens, [2] manu promtus erat: maxumum bonum in celeritate putabat.

XLV. Sed Allobroges ex praecepto Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt: ab Lentulo, Cethego,

guide agit. *ſed raptam cauponi hirundinem ſubter lectum mittit. omnia etiam foramina parietum ſcrutatur.* Confer *Arnobium* v, p. 162. *Tacitum* An. XII, 12. Hiſt. II, 39. infra, *facto non conſulto. Dionyſius Halicarn.* IV, 38. Μηδὲν ἔτι ΜΑΛΑΚΙΖΕΣΘΑΙ, μηδὲ ΚΑΤΟΚΝΕΙΝ, ἀλλὰ καταβαλόντα τοὺς λόγους, ἐπὶ τὰ ἔργα χωρεῖν. *Apollonius* Arg. III, 507. οὐ μὰν ἔλπετο βουλῆς ἔμμεναι ὄνειαρ, ὅσσον τ' ἐπὶ κάρτεϊ χειρῶν. Infra, *eos ad.* abeſt *eos* L. 1. *J. Waſſe.*

1 *Natura ferox, vehemens animo,*] Illud *animo*, omiſſum fuerat quibuſdam in codicibus: ſed cum alia adjectiva ſuos habeant ablativos, videtur hic quoque ponendus. *Glareanus.*

2 *Manu p. erat: m. b. in cel. p.*] Legerim *erat* extrito: *Manu promptus maximum* &c. nulla interveniente diſtinctione majuſcula. *Grut. Manu promtus:* hoc eſt, *actu promtus*, Fr. VI. vel *nudus, exſertus* ut apud *Lucanum* audit Cethegus, aptus in pugnam, ut *agmen* exertum, *Claudian.* cujus contrarium apud *Salluſtium* vox *clauſum.* brachia ſinu togae involuta ad bellandum inepta. Recte ergo pugnaturo Medicus *Plautinus* Menaech. V. 5. *Quaeſo cur* apertas brachium? *apertare*, hoc eſt, eodem interprete Mil. VI, 4. *expapillare brachium*, nempe quia ictum intentantes pectus aeque ac humeros nudare ſolebant. Quem morem innuit *Cyprianus* de bono pat. *apparet illic non veram eſſe patientiam*, ubi ſit inſolens affectatae libertatis audacia, & *exerti* ac ſeminudi *pectoris* inverecunda jactantia. *Nuda* &, *exſerta* conjungi video, apud *Statium* XII, 714. Exſertos *avide pugnae* nudata *lacertos.* Et *Claudian.* in Conſ. Prob. 87. *Dextrum* nuda latus, *niveos* exſerta *lacertos, Audacem retegit mammam.* Confer *Hieronymum* adv. Jovin. II, 19. & pro *aperto* fere vel *nudo* poni apud *Statium* Achil. *humeros* exertaque *brachia* velat. Et Sylv. V. *Quod tempus amicum* Fraudibus, exerto *quaenam bona tempora* bello. *Silium* XII. 384. exertos enſes. *Sidonium* Ep. IV, XX. Praeter hoc. *veſtis alta, ſtricta, vix appropinquans poplitibus* exertis, quid ſit *alta veſtis* neſcio, quid ſi, *alte cincta?* Verum ex his & ſimilibus cave colligas *exſerere* & *nudare* idem ſtricte denotare. Hoc enim uſitatius, ſi non ſemper, includit motum a propria ſede, aut verum aut ſaltem viſum. At quod motus plane incapax eſt; ei, niſi tralate, haud competit *exſerere.* Quis umquam Latine doctus, illud verbi de tergo, de ventre uſurpare auſus eſt? idem tamen oculis, capiti, dentibus, manibus, uberibus paene proprium. Quare infeliciter admodum, frigide & barbare vertit Maronis, *Unum exſerta latus pugnae, nudata ſecundum unam mammam* C. Ruaeus: cum poeta promtitudinem etiam & audaciam virginis, nudandi impetum & vehementiam, lectoris oculis ingereret. In his item *Senecae* in Herc. Oet. 1547. *Foemina* exſertos *feriat* lacertos, longe magis actuoſum eſt, *exertos* quam *nudatos*, quia veſtis diſcidium & muliebris ornatus direptionem & labem ſignat. Idem de *Latino Pacato* ſentiendum, cujus ſunt, *exertiorem operam navare.* Propterea nec invenuſte ad avium pennas tranſtulit *Palladius*, R. Ruſt. I, 28. *cupidinem coeundi maſculus [pavo] confitetur, quoties circa ſe, amictum caudae gemmantis incurvat, & ſingularum* capita occulta *pennarum* locis ſuis exſerit; *cum ſtridore procurrens.* Quaenam capita illa occulta? At ſic edd. Pariſ. 1543. & 1544. conjeci *oculata*; *Plinii*

ipſius auctoritate nixus N. Hiſt. x, 20. *omneſque in acervum contrahit, pennarum quos ſpectari gaudet*, oculos. Naſo. *centumque* oculos *nox occupat una*. Excipit hos, *Volucriſque ſuae Saturnia pennis Collocat; & gemmis caudam ſtellantibus implet*. Anonymus de Gentia & Chloe: *Cum quatit, & caudam Junonius explicat ales, Mille oculos, gemmas mille decenter habet*. Hoc, ſimul ac communicaram cum V. Cl. R. *Danny*, codicem ille ſcriptum ex inſtructiſſima C. C. C. Bibliotheca obtulit, ubi ſtatim deprehendimus, non tam conjecturam eſſe quam divinationem. Inſpexi duos poſtea, unum in Bib. Pub. in Muſaeo Doctiſſimi *Woodwardi*, alterum, qui ſecundas fecerunt. Neſcio an apud *Ammianum* xxii, 14. reponendum ſit *exertans* pro *extentans*: quo certe de lacertis & brachiis, uſus eſt xx, 11, xxvi, 2. Et apud *Caelium Aurelianum Siccenſem* de Paſſion. acutis ii, 11. p. 56. *pro expertà lingua, exerta*. Suadet *Q. Cl. Quadrigarius* annali primo: *Gallus irridere atque* linguam exertare. Hinc abunde patet quid de nobili *Caeſaris* loco B. Gall. vii, 50. cenſendum. *In ſimilitudine armorum vehementer noſtros perterruerant: ac tametſi dextris humeris exertis animadvertebantur, quod inſigne pacatis eſſe conſueverat*. Lipſius *humeris*, quaſi ex interprete delendum ait. Quod ſi locutio ideo diſplicuit, quia duriuſculum eſt, *exerere humeros* nodum in ſcirpo quaeſivit. Teſtes mihi *Ovidius*, Exerit *haec* humeros *veſtem trahit illa per herbas*. Propertius i, 20. *Statius* Theb. iv, 234. v, 439. *Silius* viii, 987. *Frontinus* ii, 1. ubi Codex Petrenſis *exſerentes*, non *exercentes*, quod olim ad *Tacitum* idem ſuſpicatus eſt. Humeros ergo *exſerere*, non eſt tantum *nudare*, ſed *proferre* etiam, *educere*, *jactare*, quae illi membro convenire docent *Quintilianus* Inſtitut xi, 3. & *D. Cyprianus* modo laudatus. Graece dixeris ἐξωμίζειν ἑαυτόν. *Ariſtophanes* in Concion. ἐξωμισάσαις τὸ ἕτερον βραχίονα, quomodo capio, ἐξωμίας apud *Lucianum* in auctione. Hebraei Pſ. lxxiv, 11. *Lamma taſhibb jadeka viminecha mikkerebh chekecha*. LXX. Ἵνα τί ἀπεστρέψας τὴν χεῖρά σου καὶ τὴν δεξιάν σου ἐκ μέσου τοῦ κόλπου σου. Iſaiae lii, 9. *Chaſaph Jehova eth zeroa*. At quaeſo diu inquit Electorum Scriptor, hunc morem *humeros dextros exſerendi* in pace. Fruſtra es Lipſi, nec Caeſarem capis. Numquam hoc valuerunt, aut voluerunt *exſerti humeri*; dextris valet, *manibus dextris*, ſupplenda hunc in modum ellipſis, *dextris ab humeris exſertis*, hoc eſt, ad uſque humeros, *Apuleii* verbis, *brachiis humero tenus renudatis*. Firmat unice *Sedulius* i, 19. *Qualiter aſſueti varias producere ſectas Impugnant ſua dicta viri, qui* brachia nudis Oſtentant exerta humeris. In hujuſmodi formulis ſupprimitur eleganter praepoſitio. *Rutilius: Feciſti patriam* diverſis gentibus *unam*. Maro: *Numque* humeris, *de more*, *habilem ſuſpenderat arcum*. *Hegeſippus*: Caede, incendio, direptione *exemi militem*. non, *a caede*, ut in vulgatis. Quin & ipſe *Caeſar* B. Gall. i, 4. *Ea res ut eſt Helvetiis per indicium enunciata*, moribus ſuis *Orgetorigem ex vinculis cauſſam dicere coegerunt*. Nec aliter legerim iii *Civil*. 97. Nam locus eſt mendoſus. *Diffiſi ei loco relicto monte; univerſi juris ejus Lariſſam verſus ſe recipere coeperunt*. Scio dixiſſe *Catonem*, Latini juris *Euganea gentes*, at quid ſit, hoc loco, *univerſi juris* neſcit humani generis univerſitas. Quid ſi, *relicto monte univerſi, jugis ejus*, pro *ex jugis montis*. Virgilius: *Ecce ferae ſaxi dejectae vertice caprae*, Decurrere jugis. *Silius* iii, 189. Ecce jugis *rapiens ſylvas*, &c. *Ater letifero ſtridebat turbine ſerpens*. Caeterum *dextras nudas* inſigne deditionis eſſe frequenter invenies. Inſtituti rationem aperit *Livius* xxvii, 3. Hinc *dextras precantes*, &, *dextras dedere* apud *Virgil*. & *Silium*. Sed quomodo ex *humeris nudis* quod pugnantium habitus erat, dextras inermes eſſe cognoſcerent Caeſariani? praeſertim e longinquo, & cum laevas tegeret ſcutum. Confer in hanc rem *Tacitum* Hiſt. i, 54. ii, 8. An. xv, 28. *Virgil*. xii, 311. *Statium* i. Sylv. Theb. i, 470. *Verrin*. ix, 110. *Apuleium* pag. 245. *J. Waſſe*.

Statilio,

Statilio, item Caſſio poſtulant jusjurandum, [1] quod ſignatum ad civis perferant: aliter haud facile eos ad tantum negotium impelli poſſe. [2] Ceteri nihil ſuſpicantes dant: [3] Caſſius ſemet eo brevi venturum pollicetur, ac paullo ante legatos ex urbe proficiſcitur. Lentulus [4] cum iis T. Volturcium quemdam Crotonienſem mittit; ut Allobroges, prius quam domum pergerent cum Catilina, data atque accepta fide, ſocietatem confirmarent. Ipſe Volturcio litteras ad Catilinam dat: [5] quarum exemplum infra ſcriptum eſt:

[6] *Quis ſim ex eo, quem ad te miſi, cognoſces. Fac cogites, in quanta calamitate ſis; & memineris, te virum eſſe; conſideres, quid tuae rationes poſtulent: auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.*

1 *Quod ſignatum ad cives perferant:*] Meus liber addit, *ad ſuos cives.* Ciacc.

2 *Ceteri*] Nonnulli MSS. libri *nihil doli ſuſp. u. dant.* C. Popma. *Livius II. Evincuntque inſtando, ut literae a Tarquinio darentur.* Nam *aliter, qui credituros eos, non vana ab Legatis ſuper tantis rebus afferri? Datae literae* ut *pignus fidei eſſent: manifeſtum facinus fecerunt.* J. W.

3 *Caſſius ſemet eo b. v. pollicetur ac p.*] Rotundius eſſet *Caſſius ſemet eo brevi venturum pollicitus, paullo ante legatos.* Gruterus.

4 *Cum his P. Volturcium*] Lege ex MS. *cum his Titum Volturcium, &c.* Ita vocatur alibi: *Dum haec in Senatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & Tito Volturcio, &c.* Putſchius. *Titum Vulturcium:* Ita, ex vero, omnibus perſcriptum literis, in edd. primoribus, in MSS. cunctis, ut mirer ſiniſtram illius audaciam, qui heic ſubſtituerit *Publium.* Grut. *Plutarchus* etiam in Cic. Τίτον τινὰ Κροτωνιάτην vocat; male *Appianus* Βεϊτίκιον, pro Βουλτούρκιον. & *Vulturium* Florus. *J. Waſſe.*

5 *Quarum exemplum infra ſcriptum eſt:*] Exemplum literarum ad Catilinam Lentuli, ſic eſt in vetuſtis quibuſdam, ut apud *Ciceronem* Oratione III. in Catilinam: *Qui ſim, ex eo quem ad te miſi cognoſces. Cura ut vir ſis, & cogita quem in locum ſis progreſſus, & vide, quid jam tibi ſit neceſſe. Cura, uti omnium tibi auxilia adjungas, etiam infimorum:* in manuſcriptis tamen reperitur litterarum exemplum, quod in hiſce recentioribus, ut in Textu. *Rivius.* Tres voculae poſtremae admodum vacant, mihi certe, qui potius ſcripſiſſem *hoc exemplo.* Grut. *Achil. Tat.* p. 15. Καὶ ἦν τὰ γεγραμμένα τάδε. *J. W.*

6 *Qui ſim, ex eo quem ad te miſi cognoſces.*] Mirum in omnibus codicibus haec verba alia atque alia inveniri. Aldinus codex, & Gothi noſtri habent, ut vulgo legitur: at in aliis quibuſdam vetuſtioribus, ita leguntur: *Qui ſim ſcies ex eo, quem ad te miſi: cura ut vir ſis, & cogita quem in locum ſis progreſſus, & vide quid jam tibi ſit neceſſe: cura, ut omnium tibi auxilia adjungas, etiam infimorum.* Qui haec in Aldino codice emendarunt, in tertia *Ciceronis* Invectiva non mutarunt, ubi ea verba haud aliter atque hic praeſcripſi (excepta prima periodo, *Qui ſim, ex eo quem ad te miſi, cognoſces*) leguntur: verum ita noſtra aetate emaculantur codices. Ceterum haec ultima

Ad

Ad hoc, mandata verbis dat: *Cum ab Senatu hoſtis judicatus ſit, quo conſilio ſervitia repudiet? in urbe parata eſſe, quae juſſerit: ne cunctetur ipſe propius accedere.*

XLVI. His rebus ita actis, conſtituta nocte, qua proficiſcerentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco, & [1] C. Pomtino Praetoribus imperat, ut in [2] ponte Mulvio per inſidias, Allobrogum comitatus deprehendant: [3] rem omnem aperit, cujus gratia

verba: *Cura ut omnium tibi auxilia adjungas, etiam infimorum*: plane oſtendunt proxime dein ſequentia, haec verba, *quo conſilio ſervitia repudiet?* interrogative legenda, non enunciative, quod tamen fere in codicibus neglectum videmus. *Glareanus*. In quibuſdam: *fac ut cogites in q. c. verſaris; m. te v. &c. petas auxilium*, in nonnullis, *Quis ſim &c. ut auxilium p. ab o. nobilibus etiam infimis*. In aliis, *fac tu cogites* &c. *te eſſe virum, & conſideres* &c. *poſtulant* &c. *petas aux.* &c. *& ab infimis*. C. Popma. Sed has var. Lect. omnes in Gloſſatorum officinis natas haud dubitabit qui habet ſalem. L. 1. 3. *Qui ſim*, ſcies ex eo quem ad te miſi cura ut vir ſis, & cogita quem in locum ſis progreſſus, & vide quid jam tibi ſit neceſſe, cura omnium tibi auxilium adjungas etiam infirmorum. cum quibus facit Bodlejan. *J. Waſſe*. *Quis ſim* &c. Vulgo *qui*, ſed contra MSS. quibus adpicta adhuc litera. *Gruterus*.

1 *C. Pomptino*] *Pomptinus* eſt apud *Ciceronem*, & *Dionem* Πομπτῖνος, ac alios. Male vulgo *Pomptinio*. In Epitome *Liviana Cn. Potitius* vitioſe. *Giacc*. De hiſce ita *Cic*. in Orat. pro Flacco §. 102, *Tu cum* Flacce praetor, *communis exitii nuntios cepiſti: tu incluſam in litteris reipub. peſtem deprehendiſti, tu periculorum indicia, tu ſalutis auxilia, ad me, & ad ſenatum attuliſti. Quae tibi tum gratiae ſunt a me actae? quae ab ſenatu? quae a bonis omnibus? quis tibi, quis* C. Pomtinio *fortiſſimo viro, quemquam bonum putaret, umquam non ſalutem, verum honorem ullum denegaturum?* Anon. Sic fere Codd. non autem *Pomptinius*. Infra, *permittit illis homines militares*. Eleganter compoſitum pro ſimp. *Ovid*. XIV, 202. *ſcopulum medias* permiſit *in undas*. *Boethius* lib. 1. proſ. 1. *Quis, inquit, has ſcenicas meretriculas ad hunc aegrum* permiſit *accedere*. Pro *accedere* Col. Jeſ. MS. *pervenire* utrumque ab interprete. *J. Waſſe*. Ita *Cicero* & *Dio*, Πομπτῖνος edit. Sed rectius habet V. C. *Pomptinio*: nam ita dicunt exſtare in veteribus numiſmatibus. Et in Epitome *Liviana* CIII. manuſcripta, C. *Pomptinius* eſt, pro eo quod mendoſe in vulgatis libris habetur, C. *Politius*. Urſinus.

2 *Ponte Mulvio*] Ita & noſtri Pall. quibus aliqua eſt vetuſtas; non *Milvio*. *Grut*. Confer. *Cic*. III. Catilin. §. 4.

3 *Rem omnem aperit, cujus rei gratia mittebantur*:] Codices in membrana deſcripti, *cujus gratia mittebantur*, & eodem modo *Badianus*. Sed in aliis ita fere eſt, ut hodie legitur. Quamvis autem *Hieronymus* hoc loco in *Rufino* carpat, tamen pace viri dicam, ſaepenumero apud optimos quoſque ac primae notae ſcriptores reperitur antecedens, jungiturque cum relativo ipſo. *Terent*. in Heaut. *Habet bonorum exemplum, quo exemplo ſibi licere id facere quod illi fecerunt, putat*. Caeſar; *Ultra eum locum, quo in loco Germani conſederant*, Et, *Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire poſſent*. Et, *Diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant*. Et, *Diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri oporteret*. Ita ſexcenties fere apud eundem reperias. Sed & *Cicero* in Verrem,

mitte-

mittebantur: cetera, uti facto opus ſit, [1]ita agant: Permittit illis homines militares. Sine tumultu praeſidiis collocatis ſicuti praeceptum erat, [2]occulte pontem obſidunt: [3]Poſtquam ad id loci legati cum Volturcio venerunt & ſimul utrimque clamor exortus eſt: [4]Galli, cito cognito conſilio, ſine mora Praetoribus ſe tradunt. Volturcius primo cohortatus ceteros, [5]gladio ſe a multitudine defendit; [6]dein, ubi a legatis deſertus eſt, multa prius de ſalute ſua Pomtinum obteſtatus, quod ei notus erat; poſtremo timidus, ac vitae diffidens, velut hoſtibus, ſeſe Praetoribus dedit.

Advenit dies, quo die ex inſtituto, &c. Rivius. *Cujus gratia.* Sic membranacei omnes. Carrionis editio ejecit voculam *gratia;* qua tamen ſublata, locus obſcuratur. *Gruterus.*

1 *Ita agant: permittit illis homines militares, ſine tumultu, &c.*] Sic putavi diſtinguendum, auctoritate meliorum codicum, & typis, & calamo exaratorum: nimis licenter *Carrio*, nimis incurioſe poſteriores eum ſecuti, a quibus excluſum eſt, *permittit illis:* neque enim quicquid ſupervacuum nobis videtur, ſtatim etiam propria auctoritate reſecandum eſt. non. non. Iredices ſumus, non vindices. *Grut.* Sic Pemb. Arond. L 1. Martin. Venetae, Reg. L 3. *p. illi.* J. L 2. L. 3. Mart. Venetae, *& ſimul.* Sicque edidit *Gruterus*, quem ſequor. *J. Waſſe.* *Homines militares.* Sic infra: *Homo militaris, quod amplius annos xxx. tribunus.* Ciacc. *Hegeſippus: De ſublimi ſolio ſalutare plebem circumfuſam ſtipantibus* armis militaribus. Codex B. Pub. *at de ſublimi ſ. ſalutaretur, quem circumfuſum ſt. numeris m.* & ſic fere MS. C. C. C. a quibus *numeris* loco *armis* reponendum videtur. nam ſic alibi loquitur, 630. *uſu militarium virorum.* Sidon. tamen Apollin. lib. 11. ep. 13. Septus armis *ac ſatellitibus:* &, *Cyprianus* ep. 1. ad *Donat. Iſidor. in* gloſſis; & ſi bene memini, *Seneca* etiam in Epiſtolis. *J. Waſſe.*

2 *Occulte pontem obſident.*] In Manuſcriptis *obſidunt*, conjugatione tertia. *Rivius.* Et ſic e noſtris Markii γ. & λ. Reg. ſed ex correctione Arond. & L. 1. & ni fallor Pembr. ſed propter abbreviaturam minus clare dignoſci licet. utcunque Codd. lectionem praetulerim. & ſic legit *Giphan.* in indice ad *Lucret.* ex vet. Codice. *Lucret.* obſiduntque *vias oculorum. Varro* de L. Lat. p. 24. *J. Waſſe.*

3 *Poſtquam ad id loci legati cum Volturcio venerunt;*] In codice Fabriciano eſt, *venere.* Ciacc. Arond. & L 1. *veniunt* rectius. Pemb. *conveniunt.* J. W.

4 *Galli, cito cognito conſilio ſine mora*] Lege, *Galli cognito conſilio, &c.* Nam ſuperabat vox illa *cito*. Putſchius. Quam magis verſo praecedentia ac ſequentia, tam magis ſpurium quid latere videtur in tribus vocibus poſtremis. nam quid heic attinet addere, *cito cognoviſſe conſilium, Gallos;* quos ſcimus, noctem qua proficiſcerentur ideo indicaſſe Conſuli, ut deprenderentur? quin jam illis tale quid conſtabat antequam exirent Roma; itaque ſi quis trigae illius jugulum petendum putaverit, ei ego libens ſicam. *Gruterus.*

5 *Gladio ſe a*] *Gladio ſe m.* MS. B. Pub. infra, pro *dedit* Bodl. & Magd. *tradidit.* Venet. 1478. *tradit.*

6 *Dein ubi a leg.*] Succinctius fuiſſet, neque tamen minus nervoſum *a legatis deſertus multa.* Gruterus.

S XLVII. [1]Qui-

XLVII. [1] Quibus rebus confectis, omnia propere per nuncios Conſuli declarantur. At illum ingens [2] cura, atque lætitia ſimul occupavere, nam lætabatur intelligens conjuratione patefacta, civitatem periculis ereptam eſſe: [3] porro autem anxius erat, dubitans in maxumo ſcelere tantis civibus deprehenſis, [4] quid facto opus eſſet; poenam illorum ſibi oneri, impunitatem [5] perdundae Reip. fore credebat. Igitur [6] confirmato animo, vocari ad ſeſe ju-

1 *Quibus rebus confectis,*] M. 1. *Quibus rebus ita confectis eam propere:* forte *ea.* Ciacc.

2 *Cura atque laetitia occupavere*] Non praefigo Salluſtio ſcribendi modum, ſed tamen haud parum ſincerius fuerit, *laetitia occupare, laet. conj. pat.* Gruterus. Bodl. γ. λ. Ar. L. 1, 2, 3 & alii *dubitans*, ex interprete. Noſter *Polybium* ſequitur xv, p. 1000. Περὶ δὲ τοὺς ὄχλους ἐγένετό τις ἅμα χαρὰ καὶ λύπη. οἱ μὲν γὰρ ἦσαν περιχαρεῖς ἐπὶ τῇ κομιδῇ τῶν παίδων, οἱ δὲ πάλιν δυσπετοῦντο μὴ συνειλῆφθαι τοὺς αἰτίους. pro *anxius erat.* Idem p. 83. ἠγωνίων. Vide ſimilem locum in Excerptis p. 1457. Salluſtium aemulatus ex more *Tacitus* Ann. 1, 52. *Nunciata ea Tiberium* laetitia curaque *adfecere:* gaudebat *oppreſſam ſeditionem, ſed quod largiendis pecuniis, & miſſione feſtinata, favorem militum quaeſiviſſet, bellica quoque Germanici gloria* angebatur. Unde retinendum *occupavere* quod melius quadrat cum Cornelano *adfecere*, licet Ar. aperte exhibeat *occupare.* Hoc etiam reſpexit *Sulpitius* Hiſt. 11, 21. *Id ubi compertum eſt Antiocho*, ira & dolore ſuccenſus (*quippe* angebatur, *duces ſuos cum magnis exercitibus devictos*) *auxilium per omne regnum contrahit:* quem locum fruſtra uncinis includunt editores. *J. Waſſe.*

3 *Porro autem anxius erat dubitans in max. ſcel. &c.*] Nihilo etiam deterius fuiſſet, *ereptam anxius erat in maximo;* interfecto illo *dubitans*, idem *porro autem.* Gruterus.

4 *Quid facto opus eſſet;*] Et horum verborum quadriga cruci adfigi poterat, ſine ſententiae detrimento. *Grut.*

5 *Perdundae Reipub. cauſſam fore credebat*] In impreſſis vetuſtioribus non reperi *cauſſam*, nec in ipſis manuſcriptis, quorum plerumque fidem ſequor. ſed nec magnopere ſenſus requirit. quare tollendum cenſeo. *Rivius.* De hoc loco vide *Palmerium* in notis. *Impunitatem perdundae Reipub. fore credebat.* Quidam codices, *produndae Reipubl.* habebant. Sane *prodere Rempubl.* tam in uſu eſt atque *perdere* apud diſertos; nihil tamen definio. *Glareanus.* Poſtrema dictio viſa mihi ſupervacua. non eſt mihi dubium vix continere linguam ſuam Magiſtellos, ne ea me votis interficiat; tanquam qui cor & cerebrum auctoris eviſcerem. ſed quid? feriant ut libet, dum in alia omnia vota deſcendant Scaligeri, Thuani, Bongarſii, Caſauboni, Rigaltii, Douſae, Velſeri, Lipſii, Canteri, Vulcanii, aliorumque quibus cor ſapit. *Grut.* Hoc ſenſu *Plin.* Ep. lib. x1, ep. 82. *ſi ſuccurrendum eodem modo putaverimus, onerabimus nos exemplo:* pro aggravare exaggere *Tacitus* An. 1, 69. *Accendebat haec,* onerabatque *Sejanus.* & Hiſt. 11, 64. *Et Triariae licentiam modeſtum e proximo, exemplum onerabat.* J. Waſſe.

6 *Confirmato*] *Volui animum tandem* confirmare *hodie meum, Ut bene haberem filiis nuptiis.* Plaut. Aul. 11, 8. *Pollio* ad Cic. x, ep. 33. *praeſertim cum nihil ſit periculoſius, quam ſpatium* confirmandi ſeſe *Antonio dari.* *Caeſar Gallorum* animos *verbis* confirmavit B. Gal. 1. *perfricare*

bet

hoc Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemque [1] Coeparium Terracinenſem; qui in Apuliam ad concitanda ſervitia proficiſci parabat. Ceteri ſine mora veniunt: Coeparius, paulo ante domo egreſſus, cognito indicio, ex urbe profugerat. [2] Conſul Lentulum, quod Praetor erat, ipſe manu tenens, in Senatum perducit; reliquos cum cuſtodibus [3] in aedem Concordiae venire jubet. eo Senatum advocat, magnaque frequentia ejus ordinis, Volturcium cum legatis introducit: Flaccum Prae-

frontem, vultum componere, confirmare animum. *Juven.* Sat. XIII, 106. *ſic animum dirae trepidum formidine culpae Confirmant.* *Eumenius* in Paneg. cap. 6. *Iſidor.* Orig. XIV, 44. *Cadmus patris iram formidans* [confirmato animo] *exilium elegit.* Sic Codex B. Pub. at voces uncinis incluſae exulant ab ed. *Vulcanii.* firmat aliquantulum illud Horatii, *Nil deſperandum Teucro duce.* pro *confirmata* Apulejus Metam. II, 28. *His cognitis animum meum commaſculo.* *Cicero* pro Quint. §. 39. *Saepe, ut fit, cum ipſe te confirmaſſes &c. homo timidus & virginali verecundia, ſubito ipſe te retinebas: excidit repente oratio.* Confer eundem pro Roſc. Comoed. §. 49. Verrin. VIII, 3. *Apollonius Rhodius* Arg. III, 634. μόλις δ' ἀνὰ μέγα θυμὸν, Ὡς πάρος, ἐν στέρνοις. Elegantiſſime *Papinius* in Theb. IV. *Qualis Gaetulae ſtabulantem ad confraga ſylvae Venator longo motum clamore leonem Expectat* firmans animum, & *ſudantia niſu Tela premens; gelat ora pavor, greſſuſque tremiſcunt, Quis veniat quantuſque, ſed horrida ſigna frementis Accipit, & caeca meditur murmura cura.* J. Waſſe.

1 *Ceparium Terrac.*] Ita vetuſtius cuſi, ita MSS. omnes, non *Tarracinenſem*, Gruterus. *Ceparium Terracinenſem*: V. C. habet: *Ceparium quendam Terracinenſem, &c.* ut ſupra; *P. Volturcium quendam Crotonienſem*, ſed ſcribendum, *Terracenenſem*, ex antiquo marmore. Urſin. & Ciacc. Aldin. *Q. Coepar.* at Cicero 3. *C. M. Coep.* Scribe, *Tarracinenſem.* Tarracina enim, non Terracina dicitur a *Cicerone, Plinio, Mela, Paterculo, Ptolemaeo*, & aliis. *Livius* autem *Tarracinas* vocat Decadis primae lib. 4. *Caſ.* Conjuratorum nomina ex omnibus Auctoribus congeſſit *Muretus* in notis ad I. Catilinar. *J. Waſſe.*

2 *Conſul Lentulum, quod Praetor erat, ipſe manu tenens perducit.*] Sic in quibuſdam, ubi *Gymnicus*, conſentientibus manuſcriptis, *in ſenatum perducit.* quamvis autem nec *Aretinus* hoc addit, nihil tamen relinquendum eſſe videtur. *Rivius.* Voces *in ſenatum* abſunt ab L. 1. L. 3. & Balliol. & videntur adſcripta fuiſſe τῷ *aedem Concordiae.* Et pro *indicio* L. 2. Bodl. Venet. 1478. *conſilio.* Martin. *judicio*, corrupte omnes. *J. Waſſe.*

3 *In aedem*] Reg. & Markii γ. *aede.* & ni fallor, a prima manu Pembr. eleganter. Solent mutari Ablat. in Accuſat. & vice verſa. Sic apud Livium, *in poteſtatem eſſe*: II, 14. & *Caeſarem* 1. B. G. e contra Ablat. pro Accuſ. *Cato* ſaepe, vide notas *Auſonii Popmae* p. 14. Cicero *templum* vocat 1. Catilin. §. 21. vide nos ad Jug. 120. *Juſtinus* I, 9. in femore *graviter vulneratus, occubuit.* Codd. Bongarſii *femur.* & e contra apud eundem XII, 5. *verens ne haec opinio etiam in Macedoniam divulgaretur.* Bodl. aliique ex Oxon. Bongarſ. *Macedonia.* quod ibi praefero. Certe, XII, 11. *pariter in militiam lectos*, legendum cum Impreſſis vetuſte, *militia*: ſecus atque edidit Cl. *Bongarſius.* J. Waſſe.

torem [1] ſcrinium cum litteris, quas a legatis acceperat, eodem adferre jubet.

XLVIII. [2] Volturcius interrogatus *de itinere, de litteris,* [3] *poſtremo quid, aut qua de cauſſa, conſilii habuiſſet?* [4] Primo, fingere alia, diſſimulare de conjuratione; [5] poſt ubi fide publica dicere juſſus eſt, omnia, uti *geſta erant, aperit; docetque, ſe paucis ante diebus a Gabinio, & Coe-*

1 *Scrinium cum litteris*] Gloſſa Codicis Regii, *ſcrinium* vocat illud vas in quo portabantur. & Gloſſae Graecae, Χαρτοφυλάκιον & κιβώτιον. hoc ſemper ſecum habuiſſe Impp. & literarum fuiſſe repoſitorium, inde ex hiſtoricis abunde patet, quod ſemper alterum memoratur, ubi de altero ſermo. *Seneca* de Ira III, 23. *Fecit hoc & Cajus Caeſar, ille qui victoria civili clementiſſime uſus eſt, cum* ſcrinia *deprehendiſſet* epiſtolarum *ad Pompeium miſſarum,* &c. de qua re & iiſdem fere verbis. *Plin.* lib. VII. & *Dio* lib. 41. Sunt autem vel *ſtataria* vel *viatoria*; de priore genere vide *Budaeum* in L. *Nec quicquam ff. de Offic. Procoſ.* de poſteriore vero *Lampridium* in Alexandro Cap. 31. & ibi *Salmaſium*. Vetus inſcriptio: TI. CLAUDIUS. DIVI. L. ERASTUS. SCRINIARIUS AB. EPISTULIS. Vide etiam *Plin.* Epiſt. IV. 7. *Symmach.* IV, Epiſt. 53. inde *Tertullianus* in Apolog. cap. 19. *Ipſa templa & oracula & ſacra, unius interim prophetae* ſcrinium *ſaeculis vincit.* J. Waſſe.

2 *Volturcius interrogatus de itinere, & de litteris.*] In Manuſcriptis & aliis antiquioribus eſt illa copula & omiſſa, majore cum gratia & venuſtate, quam ſi addatur. *Rivius.*

3 *Poſtremo quid, aut qua de cauſſa, &c.*] Nunquam credam ita tortuoſe locutum Salluſtium, haud me tamen expediunt libri. *Gruterus.* *Quid aut qua de cauſa conſilii habuiſſet;* Ordinem puto, *quid conſilii, aut qua de cauſa habuiſſet.* Eſt tamen dicendi hoc genus notandum. Et *fide publica,* hoc eſt, *impunitate promiſſa Vulturcio*, recte expoſitum eſt; quippe cui paulo poſt praemia decernuntur. Cum vero inquit: *nihil amplius ſcire quam legatos; tantummodo audire ſolitum, &c.* Hic quamquam diſtingui poteſt, illud tamen *ex Gabinio*, etiam ex legatis auditum intelligi vult. Idem vetus codex diſtinguit poſt *legatos*. Sed vide, ut oppido eleganter voluerit Salluſtius impoſtoris tergiverſationem Lectori ob oculos ponere. Nam ita facere ſolent, qui omnia & ſimulant & diſſimulant. *Glareanus.*

4 *Primo fingere alia omnia, diſſimulare de conjuratione;*] In hunc modum eſt hic diſtinguendus locus, contra quam in recentioribus habet: nam, *alia omnia*, prioribus addes, non ſequentibus. *Rivius.* *Fingere alia omn. diſſ. de conjuratione.* Has tres voces poſtremas, Morboniam quis amendare poterat ſine injuria *Criſpi*, adeo nihil dicunt, quod non ſubintelligatur. *Gruterus.* L. 2 Reg. Codex B. Pub. Pembr. Venetae editi 1474. 1478. & Martin. Bodl. Digb. Markii λ. & γ. omittunt magno conſenſu illud *omnia*. abeſt etiam a Gruteriana; ſed, opinor, operarum incuria, nam in notis retinet. At ſane deletum oportuit. Sententiam egregie firmat *Hegeſippus* lib. V. cap. 49. de Simone: *Erat in eo loco Rufus Terentius, quem Titus loco praefectum militiae dereliquerat. Quo adveniente interrogatus, quis eſſet:* primo alia, *poſt Simonem* confeſſus eſt. Et ſic Codd. MSS. quos vidimus. alteri lectioni *favet*. vetus formula *alia omnia*, de qua nos ſupra; nec tamen probat. Confer autem *Cic.* III. Catilin. § 8. *J. Waſſe.*

5 *Poſt ubi fide p. d. juſſus eſt,*] Verbum ſecundum & ultimum ſubreptitia haberi poſſent. *Gruterus.*

perio ſocium adſcitum: nihil amplius ſcire, quam legatos: tantummodo audire ſolitum ex Gabinio, P. Autronium, Ser. Sullam, L. Vargunteium, multos praeterea in ea conjuratione eſſe. Eadem Galli fatentur: [1] ac Lentulum diſſimulantem [2] coarguunt, praeter litteras, ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat: *ex libris Sibyllinis, regnum Romae tribus Corneliis portendi; Cinnam, atque Sullam antea: ſe* [3] *tertium eſſe, cui* [4] *fatum foret urbis potiri; prae-*

1 *At Lentulum diſſimulantem coarguunt,*] Rectius in v. c. *Ac Lentulum, &c.* & paulo poſt: *Abdicatus magiſtratu &c.* cum in vulgatis libris fit: *Abdicato magiſtratu.* Quod non ita reſipit veterem formulam Romanam. *Urſinus.* Lectionem hanc *Dio* tuetur pag. 45. καὶ τοῦτο ὁ Λέντουλος ἀπειπεῖν τὴν στρατηγίαν ὑπὸ τῆς γερουσίας ἀναγκασθείς. *J. Waſſe.*

2 *Coarguunt,*] Pro *convincere, refellere,* eleganter. *Cicero* VI. Verrin. *Omnibus in rebus* coarguitur *a me,* convincitur *a teſtibus.* & alibi: vinci, refelli, coargui. Et coarguere *reum teſtibus.* Auctor B. *Alexand.* cap. 68. *quumque defenſionem ejus nullam poſſe excuſationem imprudentiae recipere* coarguiſſet. *Livius:* III, 4. *eam occaſionem, ut literae legatis darentur, quae deprehenſae rem coarguere poſſent, expectabat.* *Seneca* N. Quaeſt. I. 2. *etiamſi ingeritur oculis veritas, amat & tuetur errorem,* coargui *non vult.* Arguit *ipſorum* quos litera gemmaque princeps Sardonychum. *Juven.* III, 139. praeter libros *Sibyllinos memorat etiam aruſpicum reſponſa Quintilian.* V, 10. *Plutarchus* in Cicerone, ψευδομάντεις καὶ γόητες, & quos noſter *libros* ille III. Catilin. *fata* vocat. licet alii. Codd. inter quos MS. Mureti, *libris,* Carrionis *Faſtis.* *Cicero* ipſe alibi. *Sibyllae verſus,* de Divin. II, 54. *Vaticinationes.* N. D. II, 3. *libri.* IV. Verrin. 49. Ipſe vulgatam tueor & eo ſenſu accipio quo apud *Auſonium* Epiſt. VII, 15. *Fata Amphryſia;* &, XVIII, 9. *Albana.* Plutarch in *Fabio* 176. ἐκινήθησαν δὲ τότε πολλαὶ καὶ τῶν ἀπορρήτων καὶ χρησίμων αὐτοῖς ΒΙΒΛΩΝ ἃς Σιβυλλείους καλοῦσι. Livio *fatales libri,* V, 14. rem totam perſpicue narrat *Cic.* III. Catil. §. XI. *J. Waſſe.*

3 *Tertium*] Pro, *t. eſſe.* Venetae *tertium dicebat.* Pemb. *portendi dicebat.* Sane ni *tertium eſſe* numeroſius eſſet, verbum ſubſtantivum in ſpongiam incubuiſſet. *J. Waſſe.*

4 *Fatum foret*] Balliol. Digb. & pro interpretatione. Reg. uti & vetuſtiſſ. membranae A. Schotti, *fatatum* praeſerunt, quomodo & in ſuis *Muretus* ſe ſcriptum inveniſſe teſtatur. Vox *fatantur,* pro *multa fantur* extat apud *Feſtum.* Et favet huic lectioni *Appianus,* qui locum ſic vertit: αἰχθέντας τι ἤλεγχον ὡς ὁ Κορνήλιος Λέντλος αὐτοῖς πολλάκις, εἱμάρθαι τρεῖς Κορνηλίους. At *Plutarch.* 869. ὡς ἐκ τῶν Σιβυλλείων προδηλοῦντας εἱμαρμένους εἶναι &c. pro, *fatum* L. 2. 3. *factum.* Caeteri ſervant *fatum foret* mea quidem ſentia rectius. *Homerus* Odyſſ. V. Εἴ γε μὲν εἰδείης σῇσι φρεσὶν ὅσσα τοι αἶσα κήδε' ἀναπλῆσαι. etiam Odyſſ. VIII. Αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι. & alibi: ἔνθα οἱ αἶσα Ἐκφυγέειν μέγα πεῖραρ ὀϊζύος. Item, μοῖρ' ἐστὶν ἀλύξαι. quo ſenſu uſus etiam voce εἵμαρται. *Cic.* de Fato §. 4. *Si* fatum tibi eſt, *ex hoc morbo convaleſcere.* & §. 8. *Quid enim? ſi Daphitae* fatum fuit *de equo cadere.* *Hyginus* CLXXVIII. *ubi decubuiſſet, ibi* fatum eſſe, *eum oppidum condere.* Idem de Nat. D. II, II. 20. de Legibus II, 31. Et ſic, CXXV, & LXIII. *Apulejus* p. 334. *Quoniam ſic ei* fuerat fato decretum. Confer *Porcium Latronem* cap. XXVIII. & *Cic.* de Haruſp. Reſp. §. IX. *J. Waſſe.*

terea, ab [1] *incenſo Capitolio illum eſſe vigeſimum annum quem ſaepe ex prodigiis haruſpices reſpondiſſent bello civili cruentum fore.* Igitur, perlectis litteris, cum prius omnes [2] ſigna ſua cognoviſſent, Senatus decernit, [3] *uti*

1 *Incenſo Capitolio*] Quantum apud Gallos valuerit hoc argumentum narrat *Tacitus* Hiſt. IV, 54. *Galli ſuſtulerant animos* &c. *Sed nihil aeque quam* incendium Capitolii, *ut finem imperii adeſſe crederent, impulerat. captum olim a Gallis urbem; ſed integra Jovis ſede manſiſſe imperium.* Fatali *nunc* igne *ſignum coeleſtis irae, & poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi ſuperſtitione vana Druidae canebant.* J. Waſſe.

2 *Signa*] Omnes, *cognoviſſet.* *Apulejus* Apol. p. 330. *linum conſideret,* ſigna *quae impreſſa ſunt,* recognoſcat. &, *Mileſ.* X, 216. *videat &* ſuum ſigillum recognoſcat. Markii λ. *item caeteri* De more *claudendi tabulas* & *epiſtolas*, vide *Julium Paulum* lib. VII, Sentent. Tit. XXV. ad *Legem Corneliam teſtamentariam.* &, Lib. IV, Tit. VI, nempe, in ſummo margine clauſae perforabantur, ter lino per illud foramen immiſſo conſtringebantur, impoſita ſupra linum cera. Ita *Salmaſius* epiſt. XCII. Cum eo Committe *Heraldum* Animadv. ad *Jus Attic. & Rom.* lib. II, 5. *J. Waſſe.*

3 *Ut abdicato magiſtratu Lentulus,*] Meus liber, *abdicatum magiſtratu.* Ciacconius. B. Pub. *magiſtratus: Abdicatus magiſtratu.* Digb. Markii γ. *abdicato m* λ. & Martin. *uti abd. eſſet a m.* Balliol. L 2. e Venetae *abdicata a,* L 3. ſtulte. quamvis enim *abdicatio.* illa erat actio inviti. ſe magiſtratu abdicavit. ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ, ut Graeci loquuntur. Nec decernere ſolitus eſt Senatus ut *abdicati eſſent,* hoc enim Latinum non eſt; ſed ut ſe abdicarent. *Pompon.* in Leg. II, §. 13. *de Orig. Juris, Et cum placuiſſet leges quoque ferri, latum eſt ad populum, uti omnes* magiſtratu ſe abdicarent. Moris inquam erat, ut dignitati ſuae conſulentes, quaſi ſponte ſe in privatorum cenſum redigerent. *Cic.* de N. D. II, 11. *Augurem rem ad Senatum, Senatus* ut abdicarent: Conſules abdicaverunt. Quomodo & Graecos factitaſſe nos docuit *Plato* de Leg. τῆς ἀρχῆς τῶν Νομοφυλάκων ἀφιςάσθω ἀπειπεῖν τὴν ἀρχήν. v. *Ariſt.* II. Politic. Tales Feſto, *abacti magiſtratus.* Vide Leg. II, §. *& cum placuiſſet,* D. *de Orig. Juris.* & Gloſſae abdico, ἀποκηρύσσω, ἀπαγορεύω, renuntio. firmat *Plutarchus* in Cic. 670. Λέντλος ἀπωμόσατο τὴν ἀρχήν, καὶ τὴν πορφύραν ἐν τῇ βουλῇ καταθέμενος, διάλλαξεν ἐσθῆτα τῇ περιστάσει. *Dio,* ὁ Λέντουλος ἀπειπὼν τὴν στρατηγίαν ὑπὸ τῆς γερουσίας ἀναγκασθείς, p. 45. Solus *Appianus* minus recte, ἡ μὲν βουλὴ Λέντλον ἀπέλυσε τῆς ἀρχῆς. Coacti itaque ſua voluntate erant, id agere quod Diocletianus & Herculius ſponte egerunt: teſte *Eutropio*, Lib. X, cap. 1. ſed locus, ut & alia apud eum bene multa, in mendo cubat. *His igitur abeuntibus, ad adminiſtrationem Reipub. Conſtantius Conſtantius & Galerius Auguſti creati ſunt.* Sic editi; mera barbaries illud, *creati ad adminiſtrationem R. Conſtans.* neque adeo ferreus eſt hic ſcriptor adeoque extra Linguae Latinae pomoeria projectus, ut hoc ab illo fluxiſſe putemus, audi ergo Codicem antiquum B Pub. apud Cantabrigienſes; *His ig. ab. adminiſtratione Reip.* Latine ſatis. Nec diſſidet *Metaphraſtes,* οἱ μὲν ἐπιμένοντος τῆς ἀρχῆς. *Paulus* etiam *Diaconus*, vel quiſquis Miſcellae Hiſt. auctor: *His ig. obeuntibus.* Jam video *Fabrum* nos, ex ingenio, praeoccupaſſe & Codd. Oxon. confirmare. Sed, ut redeamus: tametſi ſemet abdicare rei ſolebant *Senatus dicitur cogere,* ut ex multis exemplis patebit Epit. *Livii* lib. 2. *Tarquinium Collatinum* coegit *Conſulatu* ſe abdicare. Et cap. 3. *Hunc tu tua voluntate remove metum* &c. *Cic.* de Divin. *Quid*

abdicato

abdicato magiſtratu, Lentulus, itemque ceteri in [1] *liberis cuſtodiis haberentur.* [2] Itaque Lentulus, P. Lentulo Spintheri, [3] qui tum Aedilis erat, Cethegus [4] Q. Cornificio, Statilius C. Caeſari, Gabinius M. Craſſo, Coeparius; [5] nam is paulo ante ex fuga retractus erat, Cn. Terentio [6] Senatori traduntur.

magnificentius quam poſſe decernere *ut magiſtratu* ſe abdicent. *J. Waſſe.*

1 *Liberis cuſtodiis haberentur.*] Sic MSS. plerique non *habeantur*, ut reſtat in nuper editis, olim quippe cuſi nobis accedunt. *Graec.* ἄδετον φυλακὴν, *Plutarch.* ſine vinclis: & ſic libri manu exarati; non l. *cuſtodia*, ut loquuntur infimae aetatis Scriptores. L. 2. a *cuſtodibus*, male & ex gloſſa. Nam *cuſtodiis* tam pro *apparitoribus* quam pro *carcere* & vincto accipitur. *Cic.* v. Verrinarum. *Equitem Rom. ſcitote biduum cibo tectoque prohibitum: biduum Leontinis in foro* cuſtodiis *Apronii retentum atque ſervatum. Virgil.* vi. Aen. *Cernis* Cuſtodia *qualis*. *Libera* vero appellatur, cum Praeſes & Procoſ. in provinciis, vel Conſul Romae, ſibi aut alicui *Magiſtratui* Senatorive reum mandat. Tale quid narrat *Tacitus* Annal. v. Vide *Ulpianum* lib. 1. de cuſtodia reorum. Idem fere *liberum conclave* apud *Livium* xxxix, 14. *Imperarunt ut Sacerdotes ejus ſacri omnes conquirerent, comprehenſoſque* libero conclavi *ad Quaeſtionem ſervarent.* Alias poſt confeſſionem in vincula publica conjicere neceſſe erat, teſte *Venulejo Saturnino* lib. ii. *de Publicis Judiciis.* Leg. 5. Tit. *de Cuſtodia reorum. Hieronymus* adverſus Vigilant. *Senatoriae videlicet dignitatis ſunt, ut non inter homicidas teterrimo carcere, ſed* in libera honeſtaque cuſtodia *in fortunatorum inſulis, & in campis Elyſiis recludantur. Fortunatianus* L. 1. Rhetoric. *magiſtratus qui proditionis damnatus fuerit,* magiſtratui *detur* cuſtodiendus. *Julius Firmicus* in *Aſtrol.* ii, 3. *ac frequenter erit, in* libera *cuſtodia conſtitutus.* De Cypriano *Pontius Diaconus* p. 9. *Tanquam eum tamen & in domo Principis conſtitutum una nocte continuit* cuſtodia delicata. Confer *Symmachum* Epiſt. xxxvi, 10. Huc etiam addetur *Gregorius Turonenſis* v, 5. *Meroveum datis cuſtodibus* libere cuſtodire *praecepit.* &, lib. 1. de Mirac. cap. 45. *ſub* liberam *enim* cuſtodia *abſolutus attendebatur*; lego, *adtinebatur.* J. Waſſe.

2 *Itaque Lentulus,*] Hinc deprehenditur error *Plutarchi* & *Appiani*, qui dicunt, deprehenſos conjuratos, Praetoribus in cuſtodibus datos eſſe. nam nemo ex iis qui infra ab *Salluſtio* nominantur, tunc (quod ſciam) Praetor erat: hos autem eo anno Praetores fuiſſe comperimus, Q. Metellum Celerem, Q. Pompejum Rufum, L. Valerium Flaccum, C. Pomptinium, Lentulum Suram, C. Sulpitium, de quo ſupra, cum de Cethego loqueremur, mentionem fecimus, C. Coſconium, de quo *Cicero* in Orat. pro Sulla. *Appianus* addit Cethegum; ſed (ut ſupra diximus) decipitur. *Caſt.*

3 *Qui tum aedilis erat*] Seu curulis. *Plin.* lib. ix, cap. 39. *hic P. Lentulus Spinther aedilis curulis, primus in praetexta uſus dibapha improbatur: qua purpura quis non jam,* inquit, *triclinaria facit?* Spinter aedilis fuit, Urbis Conditae anno ſeptingenteſimo, Cic. Conſule. *Zanch.*

4 *Q. Cornificio.*] Hic eſt, qui petiit conſulatum cum, Cicerone, & repulſam tulit. *Cicero* epiſtolarum ad Atticum libro 1. & *Aſconius* in expoſitione Orationis in Toga candida. *Caſt.* *Q. Cornificio* Hic, ut opinor, in veteri denario dicitur, Q. CORNIFICIUS. AUG. IMP. Imperator. ſcil. ex Africa Provincia, in Conſulatu Ciceronis competitor, & in Auguratu collega, ut in Epiſtolis *Ciceronis* ad eum ſcriptis intelligimus. *Urſinus.*

5 *Nam is paulo ante ex f. ret.*] Nihil

XLIX. In-

Digitized by Google

XLIX. Interea plebes, conjuratione patefacta, quae primo [1] cupida novarum rerum, nimis bello favebat, mutata mente Catilinae conſilia [2] exſecrari, Ciceronem [3] ad coelum tollere; veluti ex ſervitute erepta, gaudium atque laetitiam agitabat. Namque [4] alia belli facinora [5] praedae magis quam detrimento fore; incendium vero crudele, immoderatum, [6] ac ſibi maxume calamitoſum putabat; quippe cui omnes copiae in uſu quotidiano, [7] & cultu corporis erant. Poſt eum diem [8] quidam L. Tarqui-

decederet auctori ſcriptura noſtra, *Ceparius, paulo ante ex fuga retractus Cn. Terentio:* porro MSS. notae eminentioris non habent Praepoſitionem *ex* Pal. vero tert. oſtentat *a fuga.* Gruterus.

6 *Senatori*] Abeſt haec vox ab L 2. & Venet. 1470. 1478. *J. Waſſe.*

1 *Cupida*] L 2. *cupida in nimis r. n. b. f.* J. Waſſe.

2 *Exſecrari* Execratur καταρᾶται. & pro *abominatum eſt;* conjungitur cum *deteſtari* &. *male precari* apud *Livium;* & *Cic.* inde, gradatione quadam inveniuntur *odiſſe*, peſtem *exoptare execrare*, apud eundem in Piſonem. Uſus *Dictys* II, 2. *Petronius* p. 367. *Juſtinus* XXXIX, I. Vide etiam *Martyrolog. Romanum* Jan 30. & Febr. VII. Adi *Briſſonium* de Formulis I. p. 109. *J. Waſſe.*

3 *Ad coelum tollere,*] *Q. Septimius* II, 48. *Cuncti duces collaudavere conſilium viri, ſimulque praedicantes* ad Coelum tollere. *Cicero* pro Archia: In coelum *hujus proavus Cato* tollitur, *magnus honos P. R. rebus adjungitur.* Sic fere Graeci; ὑψώσατε χύελον αὐτοῖς. *J. Waſſe.*

4 *Alia belli*] *Belli* vacat, L 2. *J. W.*

5 *Praedae m. q. det. fore,*] Vox ultima non deſideraretur ſi abeſſet. *Grut.*

6 *Ac ſibi max. cal. putabat;*] Virilior ſententia fuerit ſi evaderetur τὸ *putabat. Grut.* Vide *Palmerium.*

7 *Et cultu corporis erant.*] Idem dictum eſto de voce *erant. Grut.* Induxi fretus Arond. infra, Reg. *cum diceret,* ſed non prima manu. Vox ultima abeſt Regio. *Cic.* ſequitur: *multo vero maxima pars eorum. qui in tabernis ſunt, immo vero (id enim potius eſt dicendum) genus hoc univerſum, amantiſſimum eſt otii, etenim omne eorum inſtrumentum, omnis opera ac quaeſtus,* frequentia civium *ſuſtinetur, alitur otio: quorum ſi quaeſtus, occluſis tabernis minui ſolet, quid tandem incenſis futurum eſt?* IV. Catilin. §. 17. infra, *juſſus edicere:* de hoc loco monuit *Stewech.* ad VII. *Arnobii* p. 155. Ipſe *Auctor* Hiſt. I. *Quin lenones, & vinarii, laniique, quorum praeterea vulgus* in dies uſum habet, *pretio compoſiti:* apud *Nonium* in *componere.* Unde etiam *Eccleſiaſtici Scriptores* exponunt, τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον, voce ἐφήμερον, quibus favet *D. Lucae,* τὸ καθ' ἡμέραν, locutio bonis auctoribus frequentata. *Iſaeus* Orat. IV, p. 427. Πάντων καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδείων ἦσαν ἐνδεεῖς. *Themiſtius* Orat. IV. p. 110. γεμίζων ὅσπερ κοῖλον τὸ ἐφημέρου δαπάνης. haec alibi explicat hiſce verbis: Ὅσα μὲν τὴν χρείαν μόνην ἀναγκαίαν εἶχε. &, ὅσων τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον ἐπιδεές. Quo ſenſu item *Pallada* apud *Anthol.* II, 258. Τέρπεο καὶ σκίρτα, τὸν ἐφημέριον βίον ἕλκων. & *Herodianus* II, 36. ἐφήμερον τροφὴν dixit. Sed, & longe ante hos *Thucydides* III, 82. ἀφελὼν τὴν εὐπορίαν τοῦ καθ' ἡμέραν i. e. inquit. Schol. τοῦ κατὰ βίον. [Vide *D. Halicarnaſſ.* 151. ed. Franc. 2 vol.] *Idem* IV, 69. σῖτον τε λοιπὸν ἐφ' ἡμέραν γὰρ ἐκ τῆς ἄνω πόλεως ἐχρῶντο. *Plutarchus* denique in Pericle, Ἐκπορίζοντος τὴν ἐφήμερον ἑαυτῷ συνηθείαν εἰς τὸ ἀκριβέστατον δαπάνην. *Noſter* Fr. I, 14.

Tarquinius [1] ad Senatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiſcentem, ex itinere retractum ajebant. Is cum ſe diceret indicaturum de conjuratione, ſi fides publica data eſſet; juſſus a Conſule, [2] quae ſciret, edicere, eadem fere, quae Volturcius, de paratis incendiis, de caede bonorum, de itinere hoſtium, [3] Senatum edocet: praeterea, *ſe miſſum a M. Craſſo, qui Catilinae nunciaret, ne eum Lentulus, & Cethegus, [4] aliique ex conjuratione deprehenſi terrerent; eoque magis [5] properaret ad urbem accedere, [6] quo & ceterorum animos reficeret, & illi facilius e periculo eriperentur.* Sed, ubi Tarquinius Craſſum nominavit, hominem nobilem, maxumis divitiis, ſumma potentia; alii rem incredibilem rati; pars, [7] tametſi ve-

8 *Quidam L. Tarquinius.*] Poſt expulſos reges, *Tarquiniorum* nomen adeo Romanis inviſum fuit, ut eo nomine nemo, quod apud ſcriptores exſtet, fuerit appellatus. nam quod ex *Salluſtii* Hiſtoriarum lib. 3. a *Servio, Nonioque* adducitur. *medius inter Tarquinium & dominum Perpennam*: in antiquo lib. Farneſiano legitur, *Medius inter Tarquitium & dominum Perpennam.* Hic ergo, *Tarquitius*, legendum videtur. Apud *Tacitum* etiam Annal. XII. ubi in vulg. eſt, *Statilium Taurum opibus illuſtrem, hortis ejus inhians, pervertit, accuſante Tarquinio Priſco*: legitur in ſcripto libro *Tarquitio*. Ciacc. Nec item aliter in argenteis denariis, quam C. TARQUITIUS nominatur. *Urſin.* Fruſtra nobis obtrudetur *Tarquitius*, niſi id etiam confirmarint auctoritate ſua libri ſcripti, noſtri omnes pugnant pro *Tarquinio*. & vero Lector, viſe Inſcriptionum noſtrarum volumen; invenies id nominis, pagina XLIV. II. CCCCLXXI. 7. DCCCXXII. I. DCCCCXVI. 6. *Gruterus.*

1 *Ad ſenatum adductus erat.*] Suboffendor rurſus illo *erat*, ceu ſuperfluo. *Gruterus.*

2 *Quae ſciret edicere,*] Ita ad unum edd. at MSS. etiam omnes ad unum *dicere*. *Gruterus*, ſic MS. B. Pub. Arond. Digb. & Markii γ. *J. Waſſe.*

3 *Senatum edocet:*] Codd. Scripti iterum contra typis vulgatos, *docet. Gr. docet.* L. 1. L. 3. Reg. B. Pub. Arondel. Digb. *J. Waſſe.*

4 *Aliique de conjuratione deprehenſi.*] Exemplaria calamo deſcripta *ex conjuratione.* ſed eſt idem utrobique ſenſus, & utrumque Latine dicitur, *Rivius.*

5 *Properaret ad urbem accedere.*] Pall. Naz. aut Com. non habent dictiunculam *ad.* & abeſſe poteſt quamvis magis ſuſpicer haud eam modo ſupervacuam, ſed & ſequens *accedere*, Gruter. *Properaret urbem* includit *accedere*, ſed nihilominus abeſſe debet exempl. *Lucan.* VII. 744. Ed. Amſtelod. 1669. *propera procedere.* ſed locus mendoſus, cum ita ex Codice B. Pub. emendes. *propera praecedere miles Quos ſequeris.* i. e. praevenire fugientes, ne ipſi antevortant praemia, impedimenta diripiendo. *J. Waſſe.*

6 *Quo & ceterorum animos reficeret, & illi facilius periculo eriperentur.*] Sic eſt e codice Fabriciano legendum. quibus in verbis haec a vulgata lectione diſcrepeat, facile eſt videre. primum addendum eſt *&*, *quo & ceterorum.* dein *e periculo*, legendum. *Rivius.*

7 *Tametſi verum exiſtumabant.*] Meus liber, *vera* habet. *Ciacc.*

Digitized by Google

rum exiſtumabant, tamen, quia in tali tempore, [1] tanta vis hominis [2] magis lenunda, quam exagitanda videbatur, [3] plerique Craſſo ex negotiis privatis obnoxii, conclamant, *indicem falſum eſſe;* [4] deque ea re poſtulant uti referatur. Itaque, conſulente Cicerone, [5] frequens Senatus decernit: *Tarquinii indicium falſum videri; eumque in vinculis retinendum;* [6] *neque amplius poteſtatem faciundam,* [7] *niſi de eo indicaret, cujus conſilio tantam rem* [8] *eſſet mentitus.* [9] Erant eo tempore, qui exiſtumarent, indicium illud a [10] P. Autronio machinatum; quo facilius, appellato Craſſo, per ſocietatem periculi reliquos illius potentia tegeret. Alii Tarquinium a Cicerone immiſſum ajebant, ne Craſſus, more ſuo, ſuſcepto malorum patrocinio, Remp. conturbaret. Ipſum Craſſum ego

1 *Tanta vis hominis.*] In ſpatio interlineari Codex B. Pub. *exaſperanda.* Hunc fere ſenſum his verbis complexus eſt, *Paulus Oroſius* IV. 6. *invadendae dominationis hauſit cupiditatem. cui rei conſilium initum eſt, ut ſimulatis unicae filiae nuptiis, omnes Senatores quorum dignitatem obſtaculum inceptis ſuis arbitrabatur, inter pocula veneno necaret. Quae res per miniſtros prodita, ſine ultione diruta eſt. ne in viro tam potenti, plus negotii faceret res cognita quam cogitata.* Sic *Juſtinus* quem ſolens more ſuo exſcribit, lib. XXI. cap. IV. *J. W.*

2 *Magis leniunda.*] Sic in manuſcriptis. Vulgo *leniendae.* Rivius.

3 *Plerique Craſſo ex privatis negotiis obnoxii.*] Legendum, *ex negotiis privatis,* ut adjectivum ſequatur. ſic enim eſt in manuſcriptis, & in impreſſis vetuſtioribus. *Idem.*

4 *Deque ea re*] Ex formula vetere, & poſtea infra cap. 51. *Cic.* Philip III. *Quas ob res quod Tr. pleb. &c. de ea re ita cenſeo.* haud Latine *Nepos,* ut libri nunc ſunt. De qua re fieri videretur, *quo vellet in colloquium veniret.* in Datam. p. 219. Codex Tein. *deque ea re.* recte, uti ex ſuis monuerat *Schottus. J. Waſſe.*

5 *Frequens ſenatus decrevit.*] In Manuſcriptis iiſdem, *decernit.* Idem.

6 *Neque amplius poteſtatem faciundam.*] Alii libri addunt, *fui: ſui poteſtatem faciundam.* Ciacc. Sic Cod. *Aldinus. Glareanus* dicit ſe neſcire quid ſibi vult auctor? C. *Popma,* neque amplius illi poteſtatem loquendi eſſe faciundam interpretatur. p. *dicendi* Reg. & Pemb. ut ex litura patet. *loquendi* B. Pub. peſſime omnes. *J. W.*

7 *Niſi de eo indic. cujus con.*] *De eo* parum heic habet quod agat. *Gruterus.*

8 *Eſſet mentitus.*] Gellius lib. 11. cap. 11. ex verbis *P. Nigidii* inter mendacium dicere & mentiri differentiam poſuit: *Qui mentitur,* inquit, *ipſe non fallitur, ſed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipſe fallitur.* item hoc addit: *Qui mentitur, fallit quantum in ſe eſt: & qui mendacium dicit, ipſe non fallit, quantum in ſe eſt.* Zanch. Auribus aptius Com. *mentitus eſſet.* Gruterus.

9 *Erant eo tempore.*] Libri Auguſtani: *Fuere eo tempore.* Magis Salluſtian. Supra: *Fuere item, ea tempeſtate qui, &c.* Putſchius.

10 *P. Autronio.*] Suppreſſo auctore rem narrant *Plutarch. Appian, Dio,* ſed Libri omnes *P. Autron.* vel *Antronium* exhibent, unus item Pembr. *Publium* vocat. at MSS. *Suetonii* omnes *L. Autronium* Jul. cap. 9. *Suetonium* fortaſſe fefellit, quod in Faſtis A.U. DCCXXIV. *L. Autronii,* qui ex Africa

poſtea

Digitized by Google

poſtea praedicantem audivi, [1] tantam illam contumeliam ſibi ab Cicerone impoſitam. Sed iiſdem temporibus [2] Q. Catulus, & [3] C. Piſo neque gratia, [4] neque precibus,

triumphavit nomen legerat, inquit *Torrentius* ad locum. in quam ſententiam propendet *Caſaubonus*. J. Waſſe.

1 *Tantā illā contum. ſibi a Cic. paratā.*] Alii libri non habent *illam*. Sed infra: *tanta* [illegible] Ciacc. Sic & *Aldus*: in antiquis [illegible] *ab Cicerone impoſitam*. ſic enim codices in membrana deſcripti. Jam [illegible] eſt alicubi apud *Ciceronem* in Verrem VI. *Quibus tu*, inquit, *privatim injurias plurimas contumeliasque* [illegible]. Eodem modo Florentinum [illegible]. Recte *Rivius* ut ſolet, a quo ne unus quidem e noſtris diſſentit. ſic locutus etiam *Nazarius* in Paneg. cap. 12. *O quam acres habes dolorum aculeos contumelia quam imponit inferior.* ſic, *labem imponere* apud *Livium* IV. 32. *intellecturum quantum melius de Repub. meriti ſint, qui ſe Dictatorem tertium dixerint, quam eos qui obereptum Cenſurae regnum, labem ſecundae Dictaturae impoſuerint.* Sic, & *culpam imp.* apud *Plautum* in Mil. III. 3. *imponere pudorem plagiario* alicubi dixit *Martial.* lib. nec longe abeſt illud *Suetonii* in Jul. cap. 73. *Catullum a quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetua* ſtigmata impoſita *non diſſimulaverat ſatisfacientem, eadem die adhibuit Coenae.* Sic *Apuleius* ad finem Florid. VII. *An non ſummam contumeliam vobis imponit, qui vos arbitratur maledictis optimi cujusque gaudere.* Et *Petronius*. p. 306. *Quis mihi hanc* ſolitudinem impoſuit. & *p.* 317. pigritiamque *recedendi* impoſuerat *hilaritas longior.* caeterum τὸ *ſibi* abeſt ab L 2. *Plutarchus* in Craſſo *p.* 551. Ὅπως δ᾽ ὁ Κικέρων [illegible] J. W.

[2] [illegible] Q. Lutatius Catulus [illegible] Senatus princeps, qui [illegible] M. Aemilio Lepido anno ab Urbe condita 675. hic (ut narrat *Paterculus*) cum diſſuadens *Gabinii legem*, qua maritimum bellum Pompejo mandabatur, in concione dixiſſet, eſſe quidem praeclarum virum Cn. Pompejum, ſed nimium jam libere imperare reipublicae: neque omnia eſſe in uno reponenda, adjeciſſetque: *Si quid huic acciderit, quem in ejus locum ſubſtitueritis?* ſucclamavit univerſa concio: *Te Quinte Catule.* Cicero in Piſonem ſic de hoc *Catulo* locutus eſt: *M. Q. Catulus princeps hujus ordinis, & auctor publici conſilii frequentiſſimo Senatu parentem patriae me nominavit.* quae verba adſcripſi, quoniam *Plutarchus* & *Appianus* dicunt, *Catonem*, non *Catulum*, parentem patriae Ciceronem appellaſſe: verum cum *Cicero*, *Livius*, *Salluſtius*, *Plinius*, *Tranquillus*, *Paterculus*, *Florus*, *Valerius*, *Eutropius*, & alii hunc *Q. Catulum* vocent, unus (ut puto) *Appianus* C. appellat. *Caſt.*

3 *C. Piſo.*] Etſi eo tempore quidam Cn. Piſones Romae fuerunt, ut ex *Hirtio* & *Valerio* cognoſcimus: tamen non dubito, quin hic legendum ſit *C. Piſo*. is enim conſul fuerat cum Acilio Glabrione, & poſtea Galliam adminiſtravit, ut ex *Cicerone* ad Atticum libro I. & *Dione* libro 36. notum eſt. inde reus factus, a Cicerone tum conſule defenſus eſt. & quoniam conſul fortis conſtansque fuerat, incolumis eſt reipublicae conſervatus, ut ipſe refert *Cicero* in oratione pro Flacco, quae omnia conveniunt cum iis, quae infra *Salluſtius* ait: *Piſo oppugnatus in judicio pecuniarum repetundarum propter cujusdam ſupplicium injuſtum.* accedit praeterea auctoritas vetuſti codicis, in quo C. Piſo legitur. *Caſt.* Eſt hic *Gaj. Piſo* qui quadriennio ante cum M. Acilio conſul fuerat. vid. Cic. III ad Atticum *de Popma.* Ita reperi in Com. *ant. Cn. Piſo*. non *ut Cn. Piſo*, ut vulgati prius, qui haec illuſtrant, per *Senecae* locum lib. I. cap. 16. de ira viderint, quomodo concilient & tempora & facti circumſtantias. nam mihi jam non vacat accuratius inquirere. *Gruterus.*

neque precio Ciceronem impellere potuere, [1] uti per Allobroges, aut alium indicem C. Caeſar falſo nominaretur. [2] Nam uterque cum illo gravis inimicitias exercebant; [3] Piſo, oppugnatus in judicio repetundarum, propter cujuſdam tranſpadani ſupplicium injuſtum: Catulus, ex petitione [4] Pontificatus odio incenſus; quod, [5] ex-

4 *Neque precibus, neque gratia, neque pretio Ciceronem impellere quivere.*] Manuſcriptum, *neque gratia, neque precibus, neque pretio.* Rivius. Extant iſthaec omnia in Pallat. ſed alio poſitu. Nazarian. enim ac Pall ſecun. quint. ſeptim. oct. decim. duodecim. *neque precibus, neque gratia, neque pretio.* At Pallat. tert. ſext. non. *neque precibus, neque pretio, neque gratia.* ſolum undec. retinet, *neque precibus, neque gratia.* nam eſt in quarto; *neque precibus, neque gratia, neque precio.* poſſet illud, *neque precibus* videri ſupervacuum, non eſt. nam & tria haec etiam invenias junctim apud *Auctorem* ad Herenn. lib. tertio. *Gruterus.* *Quiverunt* repoſuimus adnitente *Priſciano* cum ante vitioſe legeretur, *potuerunt.* Infra: *neque inde maxima vi depelli quiverunt.* & mox: *Neque diutius Numidae, reſiſtere quiviſſent.* Verba illa, *neque precibus* abſunt a tribus libris. *Putſchius.* Sic Codd. at *Priſcian.* p. 905. omittit *precibus* & mutat locum in L 2. abeſt etiam a *Q. Septimio* parum aberat quin delerem. *Attius* apud *Diomedem* Lib. I. de Anomal. *Nam neque pretio, neque amicitia neque vi impelli, neque prece quitus ſum.* locum ſic aemulatus *Q. Septimius.* 11 18. *per idem tempus Lycius Sarpedon,* neque pretio neque gratia *Phalidis Sidoniorum regis allici potuit.* Sic *Apulejus* in *Apolog.* p. 461 *me haſce nugas marinas & quiſquilias littorales,* neque pretio, neque gratia *quaeſiſſe.* Noſtri Ar. L 1. 2, 3. R. *Grut.* Car: Pemb. γρ. λ. *potuere.* Mart. & Venetae *quivere.* *J. Waſſe.*

1 *Uti per Allobroges aut per alium indicem.*] In MSS. non eſt illa repetitio praepoſitionis *per.* niſi quod in Fabriciano eadem eſt in ſpatio addita, quod verſus dirimit. *Rivius.* Fuit tamen ab L. Vettio indice nominatus, ut teſtantur *Suetonius* & *Appianus,* & *Dio* pluribus narrat. Hic ergo *Auctor* propenſam ſuam erga Caeſarem voluntatem prodit; inde etiam largitionem ejus immenſam vocat egregiam liberalitatem, & natum triginta ſex annos appellat *adoleſcentulum* in contumeliam Catuli. *A. Popma.* Sic Octavia puella vocatur 29 aetatis. anno. *Tacit.* v. 9. Quadraginta annos nati *juvenes* vocantur a Sacris Scriptoribus quos ſequitur *Sulpicius Severus.* 17. Denique ut Caeſar hoc loco *juvenis,* ita Aen. XII. Pallas cujus aetas militiae patiens erat, quo mors ejus luctuoſior eſſet & immaturior, *puer* audit. *infelix humero cum apparuit ingens Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis* Pallantis pueri. Vide ad *Caeſarem* Cl. virum *Joannem Daviſium.* Douzam in Schediaſm. ad *Tibull.* J. W.

2 *Nam uterque cum illo graves inimicitias exercebant.*] Hic ordo verborum & haec collocatio eſt in manuſcriptis. porro, *uterque exercebant,* peculiaris eſt loquendi ratio hiſtoricorum. *Rivius.*

3 *Piſo oppugnatus in judicio pecuniarum repetundarum.*] Quamvis & deſcripti calamo libri ſic habeant, non eſt in pleriſque tamen, *pecuniarum.* & melius atque elegantius ſubauditur; irrepſit autem ex gloſſa. *Aſcon.* *Fuit,* inquit, *Catilina patricius, & eodem illo tempore erat reus repetundarum.* Idem, *Nam judicium quoque ſecutum repetundarum.* Non negaverim tamen apud *Ciceronem* addi ſolere. ut, *Clamares te lege pecuniarum repetundarum non teneri.* &, *Piſo Frugi legem de pecuniis repetundis tulit.* Idem.

4 *Pontificatus.*] *Suetonius* Julio cap. 13. *Ovid.* lib. 3. Faſtorum: *Caeſaris in-*

trema

trema aetate [1] maxumis honoribus uſus, ab [2] adoleſcentulo Caeſare [3] victus diſceſſerat. Res autem opportun- videbatur; quod is, privatim egregia liberalitate, publice maxumis muneribus, grandem pecuniam debebat

numeris quos maluit ille mereri Acceſſit numeris Pontificalis honor. Ignibus aeternis aeterni nomina praeſunt. Caeſaris, imperii pignora juncta vides. Quo ſtrenue defunctus Pontificales libros ſcripſit, qui citantur alibi a *Feſto*, Varronemque bibliothecae praefecit, qui ei libros ſuos rerum *Divinarum* inſcripſit. *Lactantius* lib. 1. cap. 6. *M. Varroque nemo unquam doctior, ne apud Graecos quidem, nedum apud Latinos, in libris rerum divinarum, quos ad C. Caeſarem Pontificem Max. ſcripſit.* Helias Putſchius.

5 *Extrema aetate.*] In fragmentis: *Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingreſſus, matre ſua veneno interfecta.* Idem.

1 *Maxumis honoribus uſus.*] Poſtrema vox nihil ſententiae adſtruit. *Grut.* Vid. cl. *Perizonium* ad *Dičlyn.* J. Waſſe.

2 *Adoleſcentulo Caeſare.*] Anno aetatis 36. Pontifex enim maximus nominatus, & poſt aedilitatem creatus eſt: quae cum biennio diſtet a quaeſtura, & quaeſturam Caeſar geſſerit anno aetatis 33. quod *Suetonius* declarat, Pontificatum conſequi non potuit ante annum 36. Sic *Cicero* Curionem lib. 11. Famil. Ep. 1. *adoleſcentem*, & Ep. XII. lib. 11. ad Attic. *juvenem* nominat, cum ea epiſtola ſeptem annis ante illam ad Curionem ſcripta ſit. nam in ea, Clodii tribunatum petentis mentio fit, eae vero ad Curionem omnes, praeter ultimam gratulationis officio fungentem, Calvino & Meſſalla Coſſ. ſcriptae ſunt; quo certe anno videtur Curio major annis 30. fuiſſe, cum biennio poſt trib. pleb. fuerat, Sulpitio & Marcello Coſſ. ut patet ex *Ep.* XII. lib. 11. Fam. In oratione etiam pro *Muraena* vocatur *adoleſcens Ser. Sulpitius*, cum minor annis 30. certe non eſſet. Habita enim oratio illa a Cicerone Conſule: Sulpitius autem poſt annos 14. conſulatum geſſit. Et lib. 11. de Orat. cum dixiſſet Cicero de L. Craſſo, non multa eum, quae quidem exſtarent, & ea ipſa adoleſcentem, ſcripta reliquiſſe, poſtea in lib. de *Claris Orat.* ejus orationem quam habuit pro *Servilia lege*, annos natus 34. exſtare ſignificat. *Manut.*

3 *Victus diſceſſerat.*] Vox *diſcedo* eleganter *victo* convenit *Tuſc.* v. 27. *quae eſt victrix, ea laeta, proſequentibus ſuis, una cum viro in rogum imponitur: illae victae, moeſtae* diſcedunt. quo modo certiſſima emendatione legit Acutiſſimus *Bentlejus.* pro eo tamen *recedere*, vel *abire* Alii. *Lucretius: Qui petere a populo faſceis, ſaevaſque ſecures Imbibit; & ſemper* victus triſtiſque recedit. *Seneca* de Conſtant. VIII. *fortuna, quae quotiens cum virtute congreſſa eſt, nunquam* par receſſit. Recte quidem victos *recedere* dicuntur victores *manere* (at non ſemper, nam &, *ſuperiores proelio* diſcedere *Nepos* XVIII. 10.) quod illi plerumque impedimentis hoſtium diripiendis, ſpoliis legundis, trophaeis erigendis occupati ſunt: iſti autem fuga vitae conſulentes, properant ut in tutum recipiantur *Virgilius.* III. Georg. *ſed alter* Victus abit, *longeque ignotis exulat oris.* ſequitur: *Poſt ubi collectum robur vireſque* refectae. ita *N. Heinſius.* At Codd potiores *receptae*, uti & MSS. Petr. Pemb. Jeſ. Joan. rectiſſime exhibent, illud alterum ex interprete. Favent *Lucanus* & *Statius* qui illac reſpiciunt. 11. *Nec redit in paſtus niſi cum* cervice recepta *Excuſſi placuere tori. Papin.* Theb. 11. *cum profugo placuere tori, cervixque* recepto Sanguine *magna redit.* pro *reficere Varro* etiam de R. R. 1, 13. reciperare. *Familia ubi verſetur providendum, ſi feſſi opere, aut calore, ubi commodiſſime poſſint, ſe quiete reciperare.* ſic & Codex Arond. *Scaliger* in marg. *ſe quieti recipere* quod non probo. *Tacitus* H.

Sed

Digitized by Google

[1] Sed ubi Conſulem ad tantum facinus impellere nequeunt, [2] ipſi ſingillatim circumeundo, atque ementiundo [3] quae ſe ex Volturcio, aut Allobrogibus audiſſe dicerent, [4] magnam illi invidiam conflaverant; uſque eo, ut nonnulli equites Rom. [5] qui praeſidii cauſſa cum telis erant circum aedem Concordiae, ſeu periculi magnitudine, [6] ſeu animi nobilitate impulſi, quo ſtudium ſuum in Remp. clarius eſſet, [7] egredienti ex Senatu Caeſari gladio minitarentur. Dum haec in Senatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & T. Volturcio comprobato

111, 22. reciperatae *cibo ſomnoque* vires. ſic *anhelitum*, *animum*, *vultum*, recipere apud *Plautum Ter. Ovid.* & abſolute apud *Cic. ut me recepi.* Contrarium *ſubire* apud eundem *incedere*: *qui viribus audax Aut jaculo* incedit *melior.* &, *Proximus* ingreditur *donis*, i. e. donatus incedit. Formulam ſervant Graeci. *Heliodorus* 11, *p.* 104. ἀπῆλθον τὸ πλούσιον ἠπληθεὶς, καὶ πάθος ἐρωτικὸν ἐπιφορτισάμενος. *Homerus*, Οὐδ' Ἀχιλλῆι ῥηξήνορι χωρήσειεν Ἐν γ' αὐτοσταδίῃ. Item: Ἀλλ' ἀναχωρῆσαι, ὅτε κεν συμβλήσεαι αὐτῷ. Hoc ſenſu, non male apud *Statium* 31. Theb. 645. Arond. vadit. *Caetera plebs Lyciis* gaudet *contenta pharetris.* juxta *Maronis* illa: *Tertius Argolica hac galea* contentus abito. Aſt male Arond. paulo ſupra, *dicto parent*, pro *dictoque manent.* Audi iterum *Maronem* quſquis es qui de primigenia lectione dubitas. *At tu dictis Albane maneres.* *J. Waſſe.*

1 *Sed ubi Conſulem.*] Turbat *ſed*, non juvat. *Gruterus.*

2 *Ipſi ſingillatim.*] Ipſi abeſt ab L 1. 2, 3. Valla. Ball. Norvic 1478. *ſingulatim.* utroque modo locuti veteres. *J. W.*

3 *Quae ſe ex.*] L 1. *quae ex* non male. &, omittit *atque.* pro *conflaverant* L 3. *concceſſaverant* forte primitus fuit; *conſciverant.* illud *cum telis erant* in Arondel. habetur poſt vocem *Concordiae.* *J. W.*

4 *Magnam illi invidiam conflaverat, uſque adeo ut illi equites Rom.*] Manuſcripta *uſque eo.* ſed eodem ſenſu. quod ipſum frequens apud *Ciceronem* eſt. *Rivius.*

5 *Qui praeſidii cauſſa cum telis erant, circum aedem Concordiae.*] In Merſeburgenſi eſt, *circum Concordiae.* ut ſubaudias *aedem*, quomodo in ſimilibus. velut *ad Juturnae* apud *Ciceronem.* *ante Paſtoris*, apud eundem. Sic *Plautus*, *in Veneris* inquit, pro *in fanum Veneris.* teſtatur autem *Porphyrio* alicubi, libenter facere auctores, ut hac ellipſi utantur, cum de locis ſacris loquuntur. In ceteris manuſcriptis eſt vulgata lectio. *Idem.* Perperam Carrionis editio expunxit *aedem*, etſi enim ſaepius ſubaudiatur, haud tamen eam perpetuo ſubticent auctores. heic certe comparet in MSS. omnibus, etiam Bongarſianis. *Gruterus.*

6 *Seu animi nobilitate impulſi.*] Dictio ultima fere vacat. ceterum ambigamus, magis ne heic quadret, *mobilitate*, (quod editionibus jam omnibus invexit auctoritas Carrionis, & ſe ſuſtentat alioquin fide codicum antiquiorum) an vero *nobilitate*, quod in membranis ceteris. placuit mihi ultimum, ob cauſſas poſitas a me in Suſpicionibus. *Idem.* B. Pub. L 1. *nobilitate* & ſic primitus in Pemb. utraque lectio bonis exemplis ſe tuetur. *Tacit.* H. 11. 57. *Dein* mobilitate ingenii, *quod palam abnuerat, inter ſecreta convivii largitur.* Horat. Mobilibuſque *decor naturis dandus & annis.* *Galbam* nobilitate ingenii, *an ne altius ſcrutaretur, quoquo modo acta, quia mutari non poterant, comprobaſſe.* *Tacit.* H. 1. 17. Idem tamen de Vitellio. Hiſt. 111, 86. *Dein* mobilitate *ingenii*, &c. An. 1v. 17. *Ne quis* mobiles

eorum

Digitized by Google

eorum indicio, praemia decernuntur: [1] liberti, & pauci ex clientibus Lentuli, diverſis itineribus, [2] opifices, atque ſervitia in vicis ad eum eripiendum ſollicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui precio Rempub. vexare ſoliti erant. [3] Cethegus autem per nuncios familiam, [4] atque libertos ſuos, electos, & exercitatos in audaciam, orabat, ut, [5] grege facto, cum telis ad ſeſe irrumperent. Conſul, ubi ea parari cognovit, diſpoſitis praeſidiis, uti res atque tempus monebat, convocato Senatu refert, [6] *quid de iis fieri placeat, qui in cuſtodiam*

adoleſcentium animos *praematuris honoribus extolleret.* mobilis apud *Claudianum* in Ruffin. I. pro, ad facinus pronus & promtus. *Eſt mihi prodigium cunctis immanius hydris Tigride* mobilius *foeta.* J.W.

7 *Egredienti.*] Immo *ſedenti Sueton.* in Julio. verum cum *Salluſtio* facit *Plutarchus.* Formulam ſervat *Apulejus Metam.* x. p. 175. *Nec tam immanibus contenta mendaciis, addebat, ſibi quoque, ob detectum flagitium, eundem illum* gladio comminari. *J. Waſſe.*

1. *Liberti.*] Sic MSS. Pall. non, *libertini*; quomodo antea editi. ſub *libertis* alij iſti comprehenduntur: & veroſimilius eſt plus ſategiſſe recentiore affectos beneficio. *Grut.* L. 2. & Norvicenſes *libertini.* J. Waſſe.

2 *Opifices atque ſervitia.*] Huc reſpexit *Mamertinus* in Paneg. C. 19. *illis priſcis temporibus, multorum ambitu fuit campus infamis, nota diviſorum flagitia, notae loculorum praeſtigiae, tum* operarum *ad vim & ſeditionem manus emptae. Servitia* eleganter. ſic apud Comicos *ſcelus* & ſimilia. Qua forma *Hebraei* comedones aut capite cenſos vocant Zulloth, *vilitates, commeſſationes.* & ſic vox *Belial* pro ipſa *impietate* aeque ac *impio.* Sic *ſpectacula* pro *ſpectatoribus* apud *Statium* VI. Theb. 759. *& erecto timeant* ſpectacula *vaso.* ita B. Pub. & Lipſi liber. alii fere *timeat.* Habes item *matrimonia* pro *matronis* apud *Livium* x. *Conjugium* pro *conjuge* apud *Suetonium* Tiber. 61. *amplexus* pro eo qui amplectitur apud *Petronium.* *Juſtinus* XLI, 2. *Exercitum non ut aliae gentes liberorum, ſed majorem partem* ſervorum *habent.* legendum, *Servitiorum* cum MSS. 6. Bongarſii & C.C.C. apud Oxon. ed. Junt. *J. Waſſe.*

3. *Cethegus autem.*] Reſpuunt L 1. L 3. infra Arondel omittit *ad ſeſe.* Idem.

4. *Atque libertos ſuos lectos & exercitatos in audaciam, orabat uti, &c.*] Haec poſitura in nullis viſitur MSS. in nullis patrum memoria cuſis. omnes enim, *exercitatos, orabat in audaciam, uti.* quod velim excutiant quibus otium eſt. nam mihi fere duae illae voces ſuſpectae fiunt, tanquam ab interprete. & hercle non comparent in Palatino codice, quem ſignavi nota undecimi. *Gruterus.* Cum Gruterianis facit B. Pub. alii habent, *electos* & omittunt Copulam. L. 3. *exercitos,* *Tacitus* de Agrippina. *ad omne flagitium* exercita, atque alibi, pro *exercitata.* Apulejus *exercitatus* *uſus eſt Mileſ.* IX. 565. *D. Petrus* II, 2, 14. καρδίαν πλεονεξίας ΓΕΓΥΜΝΑΣΜΕΝΗΝ. *J. Waſſe.*

5 *Grege facto.*] *Sic autem comitatui ejus infinitus exercitus adhaerebat, quaſi ad expugnandam mortem manu facta veniretur.* ita *Pontius Diac.* in vita Cypriani. *Idem.*

6 *Quid de iis fieri placeat, qui in cuſtodiam traditi erant.*] Sic MSS. antiquiores alii, ut etiam Bongarſii, *qui in cuſtodia traditi erant.* Pal. praeterea quartus & undecimus praefert, *qui in cuſto-*

traditi

traditi erant. ſed eos paullo ante frequens Senatus judicaverat: *contra Rempub. feciſſe.* tum D. Junius [1] Silanus, primus ſententiam [2] rogatus, quod eo tempore Conſul deſignatus erat, de his, qui in cuſtodiis tenebantur, & praeterea de L. Caſſio, P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, ſi deprehenſi forent, ſupplicium ſumendum decreverat: iſque poſtea permotus oratione C. Caeſaris, pedibus [3] in ſententiam Tiberii Neronis iturum ſe dixerat; [4] quod de ea re, praeſidiis additis, referundum cen-

diis traditi erant; ſextus vero, *quid de iis facere debeant qui in cuſtodiis tenebantur.* duodecimus denique; *qui cuſtodia traditi erant.* quae mira varietas coegit, ut aliquando hariolarer, ſcriptum primitus Salluſtio *quid de cuſtodiis fieri placeat,* abactis ad corvos vid. verbis ceteris omnibus. *cuſtodias* enim ſignificare ipſos qui ſub cuſtodia tenentur jam ſaeculum eſt quod docuerint Critici. Videantur Animadverſiones noſtrae in *Senecae* Epiſtolam 70. *Gruterus. In cuſtodiis* Martin. & Norvicenſes. Bodl. *qui cuſtodiis tenebantur* Digb. *cuſtodibus* L 2. caeteri *in cuſtodiam* Pembr. *in cuſtodia.* J. Waſſe. *Tacitus* Hiſt. 1. *Quod reliquos caeſorum ad pontem Milvium & ſaevitia Galbae in cuſtodiam habitos, in numerum legionis compoſuerat.* Servius ad 11. Aeneid. *Includuntur in carcere: &, includuntur in carcerem.* Ciacconius.

1 *Sullanus.*] Nos, *Silanus,* ex vetuſtis lapidibus, item *Dione Plutarcho* & *Appiano* ſcripſimus. huic nupſit *Servilia* Catonis ſoror, M. Bruti mater. quare Cicero de Claris orat. cum ſcribit fuiſſe vitricum Bruti. *Caſtil.*

2 *Rogatus quod eo tempore.*] Dixeris aeque plene ſed paucioribus verbis, *rogatus quod Conſul deſignatus.* Gruterus.

3 *In ſententiam Tiberii Neronis.*] *Suetonius* in Caeſare, ubi de Praetura ejus, aliquanto haec variat. nam periculum Caeſaris, quod ab equitibus imminebat, longe majus facit. verum & alia variat. Invenies enim in pleriſque codicibus ejus, *L. Antronium:* non, *Publium. Decium vero* *Sullanum* ait *non piguiſſe ſententiam ſuam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut gravius atque ipſe ſenſiſſet exceptum.* Salluſtius in Tiberii ſententiam iſſe ait. *Glareanus.* Ejus ſententia erat ut Conjurati adſervarentur in cuſtodia, dum Catilina profligaretur, & negotium totum exquiſite pernoſceretur. *Appian.* 11. A Popma.

4 *Quod de ea re, praeſidiis additis, referendum eſſe cenſuerat.*] In Fabriciano ceteriſque vetuſtioribus eſt, *praeſidiis abditis.* quomodo interpres quoque in iiſdem, *referundum cenſuerat,* omiſſo illo verbo *eſſe,* quod nec Merſeburgenſe volumen habet. *Rivius.* Ita etiam Pall. emaculatiores. nam quart. *additis.* quint. *additus.* octav. *abdicatis.* quod ultimum arripuit editio *Laeti*; antepenultimum vero ea priores. ego me ex his non expedio; cum non ſatis ſubveniant *Cicero, Plutarchus, Appianus, Suetonius,* alii. *Grut.* L 1. *abdicatis.* Hoc optimis codd. attribuit Gruterus: alios *additis, additus, abdicatis* exhibere ait: nec ſibi expeditum, quid voluerit auctor, cum non ſatis ſubveniant *Cicero, Plutarchus,* &c. Voluit autem non prius hanc relationem faciendam, quam conſules jure SC. cujus ſupra meminit, militem conſcripſiſſent, & ſtatione armata curiam muniviſſent ob metum tumultus. Idque ſolitum fieri, teſtantur Clodius & Milo. de illo *Cicero* 1. ad Atticum: *Clamare praeclari Areopagitae ſe non eſſe venturos, niſi praeſidio conſtituto.* De hoc *Suetonius* Julio: *ut ſi privatus rediſſet, Milonis exemplo circum-*

ſuerat.

ſuerat. Sed Caeſar, ubi ad eum ventum eſt, rogatus [1] ſententiam a Conſule, hujuſcemodi verba locutus eſt.

L. [2] *Omnis homines, P.C. qui de rebus dubiis conſultant, [3] ab odio, amicitia, ira, atque miſericordia vacuos eſſe decet. Haud facile animus verum providet, ubi*

poſitis armatis cauſam apud judices dicerent. Non potuit igitur aliter ſcripſiſſe quam *additis*. Tacitus xvi. Annal. *Additum & praeſidium, mille legionarii, tres ſociorum cohortes, duaeque equitum alae.* Fr. Gronovius.

1 *Sententiam a Conſule*] De more & ordine rogandi ſententias vide *Suetonium* in Julo. *Gellium* iv, 10. *Manut.* de ſenatu Cap. 8. Huc etiam pertinet illud *Taciti. Exemit etiam Druſum Coſ. deſignatum* dicendae primo loco ſententiae: *quod alii Civile rebantur, ne caeteris adſentiendi neceſſitas fieret.* An. iii, 22. Σιλανὸς μὲν δὴ πρῶτος ἔλεγεν, &c. ἔδει γὰρ Ῥωμαίοις ὁ μέλλων ὑπατεύσειν, πρῶτος ἐσφέρειν γνώμην· ὡς αὐτὸς, οἶμαι, πολλὰ τῶν χειρισθέντων ἐξεργασόμενος, καὶ ἐκ τοῦδε εὐβουλότερόν τι καὶ εὐλαβέστερον ἐνθυμησόμενος περὶ ἑκάστου. *Appian.* de B. Civil. Lib. ii. pag. 713. corrige hinc etiam *Julium Celſum*. *p.* 11. Ed. *London.* & pro *Decimus Sullanus*, repone meo periculo *D. Jun. Silanus.* diverſi abeunt a *Salluſtio Dio, Appianus, Plutarchus.* ut notatum *Caſaubono* ad 14. Cap. *Suetonii* in Julio. eum vide. Hoc igitur loco Silanus eſt *Senator primae Sententiae*, ut loquitur *Vopiſcus.* 526. 600. 4. vel *Lucani* verbis: *Conſilii vox prima fuit.* forma dicendi ſententiam juxta Graecos extat apud *Herodotum.* iii, lxiii. *J. Waſſe.*

2 *Omnis homines.*] Exiſtimat *P. Victorius* lib. 31. Var. lect. cap. 10. reſpexiſſe Salluſt. ad orationem Cleonici apud *Thucydidem*: μὴ δὴ τρισὶ τοῖς ἀξυμφορωτάτοις τῇ ἀρχῇ, οἴκτῳ καὶ ἡδονῇ λόγων καὶ ἐπιεικείᾳ ἁμαρτάνειν. Ciacconius. *Ariſtoteles* Rhet. lib. Ὁ δ' ἐκκλησιαστὴς καὶ δικαστὴς ἤδη περὶ παρόντων καὶ ἀφωρισμένων κρίνουσι· πρὸς οὓς καὶ τὸ φιλεῖν ἤδη, καὶ τὸ μισεῖν, καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον συνήρτηται) πολλάκις. ὥστε μηκέτι δύνασθαι θεωρεῖν ἱκανῶς τὸ ἀληθὲς, ἀλλ' ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει τὸ ἴδιον ἡδὺ, καὶ λυπηρόν. Et Demoſthenes: ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. Ἔδει μὲν τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν, &c. Item *Thucydides* lib. iii. in concione Diodoti: Νομίζω δὲ δύο τὰ ἐναντιώτατα εὐβουλίᾳ εἶναι, τάχος τε καὶ ὀργήν. ὧν τὸ μὲν μετὰ ἀνοίας φιλεῖ γίγνεσθαι, τὸ δὲ μετὰ ἀπαιδευσίας, καὶ βραχύτητος γνώμης. *Manutius.*

3 *Ab odio, amicitia, ira, atque miſericordia.*] Pene mihi perſuadeo illud *ira atque miſericordia* tranſumptum ex proxime ſequenti loco: *magna mihi copia eſt memorandi, qui reges, atque populi, ira atq; miſericordia impulſi*, &c. certe ſi heic abſit, non requiram. *Grut.* Bodl. poſt *odio* addit *a gratia.* ſed *Chariſius* p. 112. nihil a vulgg. recedit, niſi quod *omnes* mendoſe exhibeat poſt *decet.* Servius ad Georg. ii, 263. *Nam animus haud facile.* De hiſce Orat. adi *Cic.* iv. Catil. §. 7. *Plutarchum* in Caeſ. *p.* 710. ubi quaedam ex iis adducuntur quae hodie non comparent. Senſum vero ex *Menandro* & *Terentio* habuit. Οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται], *Menander* a Pythagorae Sectatoribus, quibus in mandatis dederat Ἐν ὀργῇ μήτε τι λέγειν, μήτε πράσσειν. Heautont. *Dii voſtram fidem! Ita comparatam eſſe hominum naturam omnium, Aliena ut melius videant, & dijudicent, Quam ſua? an eo ſit, quia in re noſtra, aut gaudio Sumus praepediti nimio, aut aegritudine?* Confer noſtrum Fr. vi, 55. *Ariſtotelem* apud *Stobaeum p.* 174. Pulchre *Cicero* pro Marcel. §. 9. *At vero, cum aliquid clementer, manſuete*, &c. *in iracundia* praeſertim, quae eſt inimica conſilio, *& in victoria, quae natura inſolens, & ſuperba eſt, aut audimus aut legimus, quo ſtudio incendimur?* Euripides Medea: Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

illa officiunt [1] *neque quiſquam omnium lubidini ſimul & uſui paruit.* [2] *Ubi intenderis ingenium, valet:* [3] *ſi lubido poſſidet, ea dominatur,* [4] *animus nihil valet: Magna*

Salluſtium aemulatus, inter alios, *Procopius*, Lib. II, 16. de B.G. ubi ita Beliſarius. Δεῖ δὲ τοὺς ἐς βουλὴν καθισταμένους αἰδοῦς τε καὶ φόβου πανταπασιν ἐλευθέραν ποιεῖσθαι τὴν γνώμην· ὅτι γὰρ φόβος ἀεὶ τοὺς αὐτῷ ξυμπεπτωκότας ἐκπλήσσων, οὐκ ἐᾷ τὴν διάνοιαν ἑλέσθαι τὰ κρείσσω· ἥ τε αἰδώς, ἐπισκιάζουσα τοῖς δόξασιν εἶναι ἀμείνοσιν, ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἐκφέρει τὴν γνῶσιν. Confer *Themiſtium* Orat. X. *p.* 229. infra: *vacuos eſſe.* proba locutio. *Plautus* Merc. vacuum eſſe iſtac aetate his decebat noxiis. Adi *Cic.* III. Verrin. *Tacitum* An. VI, 16. *Herodianus* VII. Τοῖς τυραννίδος ἔργοις σχολάζειν. hoc ſenſu vox inanis apud *Plautum* Stich. IV, 1. *J. Waſſe.*

1 *Neque quiſquam omnium.*] Alibi ita legitur; *neque hominum quiſquam libidini ſimul & uſui paret.* quae lectio mihi non diſplicet, nec ſcire poſſum, quid variare voluerit, quiſquis haec nobis nuper emendavit. Idem paulo poſt conjunctivum *conſuluerint*, mutavit in *conſulverunt*, praeteritum indicativi. *Glareanus.* *Quiſquam omnium* Venetiis cuſi 1474. 1478. B. Pub. Pemb. Ar. Reg γ. λ. Mart. & Jug. IV. Ar. Pemb. L 2. Venet. cuſi *hominum* Cat. XXXVIII. Ar. ſolus *hominum*, Ball. Magd. omittunt peſſime. L 1, 3. *hominum qu.* uti Jug. LXXVII. ibi tamen Mart. & a manu prima Reg. *quiſquam omnium*, verum nihil mutandum. *Virg.* Aeneid. X, 65. *Aenean* hominum quiſquam *divumque ſubegit Bella ſequi?* Arnobius *p.* 248. *Et* quiſquam *eſt* hominum. *Oroſius* IV, 12. *Hoc ſi* quiſquam hominum *tam parum in vita ſua quietis habuiſſet nunquid vel vixiſſe diceretur?* Nec alibi memini legere. *Noſter* vero lubentius utitur voce *omnium* Jug. LVIII, LIX, 100. Sed ibi *Rivius* Ball. Venetiis cuſi *hominum*, nam Mart. prorſus omittit. Fr. VI, 54. *Cicero* ad Attic. *An hoc dubitabit* quiſquam omnium? Atque ita *Plautus* Capt. III, 3, 10. Caſin. II, 3, 28. *Caeſar.* B. G. VII, 7, 76. B. Civ. I, 2. II, 5. & ſic fortaſſe legendum Cap. LXIX. pro *quiſquam omnino.* *Apulejus* etiam *noſtri* aemulus, Florid. *Nec eſſe* quicquam omnium *quod habet & laudem diligentiae, & gratiam celeritatis.* Quod vero MSS. *Salluſtii* modo *hominum* modo *omnium* exhibent, ut de verborum ſimilitudine taceam, inde praecipue factum arbitror, quod aevum Catonianum utrumque ſimul uſurpaverit. *Plautus* Epid. III, 4. *fateor me* omnium Hominum *eſſe Athenis Atticis minimi pretii.* atque ita *Moſt.* I. IV. III, 1, 65. *Men.* V, 2. VIII, 4. *Poen.* V, 4, 15. *Trin.* V, 1, 1. *Truc.* II, 7, 33. eademque forma *Menaechm.* V, 2. *qua de re, aut* cujus rei rerum omnium. *Terentius* Phorm. V, 6. O omnium, *quantum eſt qui vivunt* hominum, homo *ornatiſſime.* Hec. V, 4. *Ut unus* omnium homo, *te vivat nunquam quiſquam blandior.* Poſtremo, *Criſpus* dixiſſet potius *quiſquam mortalium*, ut *Fr.* III, 11. & *Cicero* pro Quint. quam *quiſquam hominum.* J. Waſſe.

2 *Ubi intenderis ingenium, valet.*] Tacit. *Langueſcet alioquin induſtria; intendetur ſocordia.* & Jugurth. *Intendere officia*, dixit, *Ciacconius.*

3 *Si lubido poſſidet, e. d. a. n. v.*] Suffeciſſet mihi, *ubi intenderis ingenium valet*, neque attexuiſſem unquam *ſi libido* &c. tanquam honeſtius prudenti ſubaudienda. *Gruterus.*

4 *Animus nihil valet.*] Haec omnino inducenda eſſe me monuit ampliſſimus *Jacobus Bongarſius*, quod a Salluſtiana brevitate aliena ſit haec infaceta repetitio, quam ſuſpicionem auget MS. in quo ſic legitur: *animus nihil valet, in faciendo rectum.* Putſch. Haec non agnoſcunt L 1, 3. *mihi* abeſt Arend. *ira miſericordia* ſine *aut* L 2. Stewichii MSS. addunt *tum animus n. v.* Not. ad *Apulejum* p. 407. infra: Pemb. a manu prima *Macedonio* λ. *Macedico.* forte pro *Macetico* quod non tantum poetarum eſt, *Silii* nempe, *Gratii. Lucani.*

mihi

Digitized by Google

mihi copia eſt [1] *memorandi qui reges atque populi, ira, aut miſericordia impulſi,* [2] *male conſuluerint: ſed ea malo dicere, quae majores noſtri contra lubidinem animi ſui, recte atque ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege Perſe geſſimus,* [3] *Rhodiorum civitas, magna, atque magnifica, quae populi R. opibus creverat, infida atque advorſa nobis fuit:* [4] *ſed poſtquam, bello confecto, de Rhodiis conſultum eſt, majores noſtri, ne quis* [5] *divitiarum magis, quam injuriae cauſſa bellum inceptum diceret, impunitos eos dimiſere. Item bellis Punicis omnibus,* [6] *cum ſaepe Carthaginenſes & in pace, & per inducias* [7] *multa nefaria facinora feciſſent, numquam ipſi per occaſionem talia fecere:* [8] *magis, quid ſe dignum foret, quam quid*

Auſonii, verum etiam ipſius *Gellii* IX, 3. vide *Euſtathium* in Dionyſium. Caeterum de Rhodienſibus Lege *Catonem* apud *Gellium* VII, 3. *Livium* XLIV, 14. *Paterculum* I, 9. *Florum* II, 12. J. W.

1 *Memorandi qui reges atque populi.*] Sic fere manu exarati, tempore antiquiores, niſi quod nonnulli eorum, *qui populi atque reges.* antea vulgabatur ſuperfluitate nimia, *memorandi, Patres conſcripti, qui reges, aut qui populi.* mallem adhuc, *qui reges, qui populi,* ut eſt in Pal. quarto. ſed nec reticeo extare in Naz. a manu prima; *memorandi, quae reges atque populi ira aut miſericordia impulſi conſuluerint;* ſine vocula *male.* Gruterus. *Qui reges atque* Regius & Pemb. *qui p. atque r.* Digb. pro *aut qui, atque* Mart. L 2. & Norvic. 2. Q. recte infra conſultare quid in illos ſtatuamus. 126. in impreſſis quibuſdam caeptum. *J. Waſſe.*

2 *Male conſuluerunt.*] Manuſcripta *conſuluerint,* quomodo & Latinitatis ratio poſtulat. niſi ſi quis ἑτέρωσιν eſſe modi velit. Sed & codex Badianus eodem modo habet, & ceteri vetuſtiores. *Rivius.*

3 *Rhodiorum civitas, atque mag. q. pop. R. op. cr. infida.*] Alius quis forte ſcripſiſſet, *Rhodiorum civitas magna atque magnifica populi R. opibus infida.* Grut. *Magnum atque magnif.* Auguſtin. Ep. 43. *J. Waſſe.*

4 *Sed poſtquam bello confecto de Rhodiis conſultum eſt.*] Fabricianum, *conſultatum eſt.* ſed diſſentientibus fere ceteris. *Rivius.* Com *afecto,* quod facile mutes in *affecto;* ſed putaſſem diverſitatem ortam quod minus recte expreſſerit notam *con.* Gruterus.

5 *Divitiarum quam injuriae cauſſa bellum,* &c.] Carrio expunxerat vocem *cauſſae,* contra Pall. omnes & non neceſſario. *Gruterus.*

6 *Cum ſaepe Carthaginenſes & in pace & per inducias.*] Perperam eſt in recentioribus alterum *&* omiſſum, non quidem ullo cum detrimento ſenſus, ſed elegantiae orationis tamen. *Rivius.* Abeſt L 1, 3. Mart. *J. Waſſe.*

7 *Multa nefaria.*] Merſeburgenſi eſt, *nefanda.* ſed eodem ſenſu. Eſt & apud Ciceronem *nefandum ſcelus.* Idem alicubi *ſcelus nefarium facere* dixit. Item, *ſceleſtum & nefarium facinus.* Idem.

8 *Magis quid ſe dig quam in illos,* &c.] Sic Bong. codex, ſic Pal. pr. ſec. aliique fere omnes editi prius *quos ſe dignum quam quod,* &c. *Gruter. Thucyd.* I. ἐπαινεῖσθαί τε ἄξιοι, οἵτινες χρησάμενοι τῇ ἀνθρωπίᾳ φύσει ὥστε ἑτέρων ἄρχειν, δικαιότεροι ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν γένων). interprete fere *Cic.* pro Rabirio P. *Hic jam judices, ve-*

in illos jure fieri poſſet, quaerebant. [1] *Hoc item vobis providendum eſt P. C. ne plus valeat apud vos P. Lentuli, & ceterorum ſcelus, quam veſtra dignitas; neu magis irae veſtrae, quam famae conſulatis.* [2] *Nam ſi digna poena pro factis eorum reperitur, novum conſilium approbo: ſin magnitudo ſceleris omnium ingenia exuperat; iis utendum cenſeo, quae legibus comparata ſunt. Plerique eorum, qui ante me ſententias dixerunt, compoſite atque magnifice caſum Reipubl. miſerati ſunt: quae belli* [3] *ſaevitia eſſet, quae victis acciderent, enumeravere; rapi virgines, pueros: divelli liberos a pareentum complexu; matres familiarum pati, quae victoribus collibuiſſent; fana, atque domos* [4] *exſpoliari, caedem; incendia fieri; poſtremo armis, cadaveribus, cruore, atque luctu omnia* [5] *compleri. Sed,*

ſtrae ſapientiae res eſt: quid deceat *vos non quantum* liceat *vobis ſpectare debetis:* & quod Noſter, *neu magis irae veſtrae* quam famae conſulatis. *Thucyd.* ὁρᾶτε ὅπως μὴ σὺν ἀπόδειξιν, ἀνδρῶν ἀγαθῶν περὶ αὐτοὺς ἀμείνους ὄντας, ἀπρεπὲς κ' ἐπιγνῶναι. *Polybius* XII, 917. Οἱ νοῦν ἔχοντες ἐπὰν ἀμύνασθαι κρίνωσι τοὺς ἐχθροὺς, οὐ τοῦτο πρῶτον σκοποῦσι, τί παθεῖν ἄξιός ἐστιν ὁ πλησίον, ἀλλὰ τί ποιεῖν αὐτοῖς πρέπει, τοῦτο μᾶλλον. infra, περὶ δὲ τῶν τοιούτων μετρούντων ταῖς ἰδίαις ὀργαῖς καὶ φιλοτιμίαις, ἀνάγκη πάνθ' ὑποπίπτειν ἐπὶ καὶ πᾶσι διαπίπτειν τῶν ὅρων τοῦ δέοντος λογισμοῖς. J. Waſſe.

1 *Hoc item.*] *Idem* Digbaeus. *vobis* abeſt a Martin. *&* *eſt* ab L 1. recte. Mart. etiam pro *neu magis,* *neu irae* eleganter admodum. *Tacit.* IV, 61. *Aſinius Agrippa claris majoribus* quam *vetuſtis.* Aggenus Urbicus *p.* 55. *Hoc argumentum prudentiae eſt* quam *profeſſionis* &c. *p.* 54. *barbari animum ad honeſtiora* quam *tutiora converterat.* Curtius VIII, 2. *Bellum* quam *otium malunt.* Juſtin. 44. 2. aemulatus eſt *Arnobius* ad finem Lib. II. *Nec plus apud vos valeat incredulitas noſtra,* quam *illius nominis & potentiae magnitudo.* Boethius I. Proſ. 2. *ſed medicinae, inquit potius tempus eſt* quam *querelae.* Jeſ. & Petrenſ. non agnoſcunt *potius.* ſpurium ergo. *conſtituta* Gloſſae, *comparo,* ἑτοιμάζω, παρασκευάζω. J. Waſſe.

2 *Nam ſi digna poena factis eorum reperiretur.*] Manuſcripta, *reperitur,* indicandi modo, tempore praeſenti. quo quidem & tempore & modo in ſtatim ſubſequentibus cumque his cohaerentibus utitur, *Sin magnitudo ſceleris omnium ingenia exſuperat,* &c. Riv. & ſic Gothi. Cod. Glarean. *Quo tanta piacula quiſquam Supplicio conferre valet? quid denique* dignum *Omnibus* inveniam, *vincant cum ſingula poenas.* Confer *Lyſiam* pro Eratoſtenis Caede. & *Apulejum* Mileſ. X, 231. *Polybium* II. *p.* 200. J. Waſſe.

3 *Saevitia eſſet.*] *Eſt* Bodl. & infra vox *liberos* eraſa eſt ex Pembr. *J. W.*

4 *Exſpoliari.*] Reg. Pemb. Martin. B. Pub. L 2. 3. Norvicenſes. Magd. Balliol. Digb. *Spoliari* & ſic *Auguſtin* C. D. XV. qui ex *Catonis* oratione citat memoria lapſus, & ſic membranae fratrum Lovan. & Reginenſes. idem, habet *collibuiſſet. repleri. armis atque caed.* Caeterum Colorem hunc in Phylarcho ridet *Polybius* Hiſt. II, *p.* 197. *J. W.*

5 *Compleri.*] Variant hic veteres libri, cum ſic nonnulli, alii *impleri* ha-

per

per Deos immortalis, quo illa oratio pertinuit? an, uti vos infeſtos conjurationi faceret? ſcilicet, quem res tanta, atque tam atrox non permovit, [1] *eum oratio* [2] *accendet.* Non *ita eſt: neque cuiquam mortalium injuriae ſuae parvae videntur:* [3] *multi eas gravius aequo habuere. Sed* [4] *alia aliis licentia eſt, P.C. qui demiſſi in obſcuro vitam agunt, ſi quid* [5] *iracundia deliquere, pauci ſciunt; fama, atque fortuna eorum pares ſunt: qui magno imperio* [6] *praediti, in excelſo aetatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. Ita in maxuma fortuna minuma licentia eſt.* Neque *ſtudere, neque odiſſe, ſed minume iraſci decet. Quae apud alios iracundia dicitur, ea in imperio ſuperbia, at-*

beant, & *quanquam* idem eſt utrobique ſenſus, prior tamen lectio verior. nam in Jugurthino: *Luctu atque caede omnia complentur.* D. quoque *Auguſtinus*, libro primo de Civitate Dei *Compleri*, non *Impleri* legit. *Popma.*

1 *Eum oratio accenderet.*] In vetuſtis, *accendet.* quomodo & Badianum exemplar. Quoddam e manuſcriptis, *accendat.* *Rivius,*

2 *Accendet.*] Incenderet L 2, 3. Norvicenſes. *accenditur.* B. Pub. *J. Waſſe.*

3 *Multi eas gravius aequo.*] In hanc ſententiam *Oroſius.* IV, 6. *Idem.*

4 *Aliis alia licentia eſt, P. C.* &c.] Nec Com. meus nec Pal. nonus admiſere pronomen *qui*, locoque *agunt* Com. ſervat *habent* quomodo item eſt a manu prima in Naz. Pal. 5. 6. 12. an licet ſuſpicari fuiſſe initio *Pat. Con. demiſſi in obſcuro ſi quid*, &c. *Grut.* Pro *vitam agunt* Regius *v.* clare *habent.* & Pemb. a prima manu, ſed literae *a b* intermediae vix hodie comparent. huic lectioni favent optimi e Gruterianis, proinde in textum recepi, licet vulgatam lectionem tueatur *Vincentius Belluacenſis*, habere, i. e. *colere, poſſidere* ἔχειν. *Cicero* de Divin. *Eodem temporis puncto nati diſſimiles & naturas* & vitas & caſus *habent.* Nec multum abſimiliter *Tacitus.* An XV, 16. licet alio ſenſu. *Quae ut augendae infamiae compoſita, ſic reliqua non* in obſcuro habentur. Supra pro, *licentia eſt.* hanc ſententiam dilatat *Cic.* pro Roſc. Orat. II. §. 2. L 1. & 3. & Balliol. omittunt verbum ſubſtantivum &, *novere* abeſt non abſurde ab L 1. L 3. *Nam quae in aliis* libertas *eſt, in aliis licentia vocatur. Quintilian.* III, 8. vocula *eſt* abeſt L 1. 3. Balliol. non male. *Quintil.* Declam. III. *Nam quo ad altiorem quiſque honorum gradum adſcendit magis in* exemplum *ſpectantibus* patet. *Symmachus* Ep. 102. Lib. 1. *fama nihil ignorari de conſpicuis viris* patitur. *ita* abeſt *Grut.* confer *Heraldum* ad Arnob. *p.* 45. *J. Waſſe.*

5 *Iracundia deliquere.*] Prima vox abeſt a Vincentio Beluac. idem legit *deliquerint* L 2. *reliquere.* J. Waſſe.

6 *Praediti.*] Sic Codd. & *Schol. Juven.* ad VIII, 140. etiam *Vincent. Bel. qui vero in. Accius* in Philoctetа. de Ulyſſe apud *Apulejum* ad finem Lib. de Deo Soc. *Inclute parva* praedite patria. ubi *Stewichius* ex ingenio *prodite.* rationem commenti non addit. accepit in textum *Elmenhorſt*, & qui eum ſequitur *Julius Floridus*, at cum membranis facit *Joan. Sariſburienſis*: neſcio quomodo abeſt *praedite* a codice Cajenſi. *Cicero, magiſtratu ſummo* praeditus. VI. Verrin. & *metu parvo* praeditus. V. Tuſc. *Tacitus. Sacerdotio Quindecimvirali* praeditus.

que

Digitized by Google

que crudelitas appellatur. [1] *Equidem ego ſic exiſtumo, P. C. omnis cruciatus minores, quam facinora illorum, eſſe. ſed plerique mortales, poſtrema meminere; & in* [2] *hominibus impiis, ſceleris eorum obliti* [3] *de poena diſſerunt, ſi ea paullo ſeverior fuerit. D. Silanum, virum fortem atque ſtrenuum,* [4] *certo ſcio, quae dixerit, ſtudio Reipub. dixiſſe, neque illum* [5] *in tanta re gratiam, aut inimicitias exercere:* [6] *eos mores, eamque modeſtiam viri cognovi.* [7] *Verum ſententia ejus, mihi non crudelis,* [8] *quid enim in ta-*

Licere ſtatuimus Senatoribus & quibuſcumque ampliſſimis dignitatibus praeditis. L. 7. C. *de Inceſt. nupt. Sueton.* Aug. 25. *Ac ne a filiis quidem aut privignis ſuis,* imperio praeditis *aliter appellari paſſus eſt.* *S. Severus* de vita M. cap. 20. *Comites duo* ſumma poteſtate praediti. *J. IV.*

1 *Equidem ego.*] Abeſt pronomen ab L 2. Balliol. & Digbaeo. quomodo locutus *Lactantius, Equidem* ſic arbitror, *univerſis animalibus datam eſſe rationem, Superbia atque* vacant *Belluac.* locum expreſſit *Cyprianus* ad Demetr. *p.* 189. *indignamini indignari Deum, quaſi aliquid boni male vivendo mereamini, quaſi non omnia iſta quae accidunt,* minora adhuc ſint, *& leviora* peccatis veſtris. pro, *omnis* Priſcian. *omnes.* 1033. *J. Waſſe.*

2 *In hominibus.*] Abeſt *in* a Codice B. Pub. Arond. L 1. L 3. *Idem.*

3 *De poena diſſerunt, ſi ea paullo ſeverior fuerit.*] Vox penultima eſt a Pal. Naz. & nono, hactenus editum fuit *ſaevior* concontra rationem. *Gr. Servior* Mart. punctulo tertiae literae ſuppoſito. *Grut.* Norvicenſes *Saevior* & Codex Laudi. & L 2. 3. Reg. *paulo ſaeva* Ciacconii liber. *virum* abeſt ab L 2. *De poena Diſſ. Cic* in Catilin. 1. §. 22. *tametſi video. quanta tempeſtas invidiae nobis, ſi minus in* praeſens tempus, recenti memoria ſcelerum tuorum, *at in poſteritatem impendeat.* ibi forte legendum *poſterum.* J. Waſſe.

4 *Certe ſcio.*] Volumen Fabricianum, *certo ſcio,* quomodo & *Cicero* ipſe loquitur. nam is τῷ *certo* fere utitur, quoties quid ſine dubio ſcire ſe ſignificat. *Rivius.*

5 *In tanta re*] *In tanta rei queſtione* Pemb. ſed ad marg. & interpretationis ſigno. i. pro, id eſt. *Idem.*

6 *Eos mores, eamque m.*] *M. atque m.* L 1. & Balliol. *eam mod.* Bodl. male omnes. *Ne ſic quidem proelium adverſum vos inire conſilium fuit; ſed imitati* morem modeſtiamque *ſolitam, iterato ad vos ob eandem cauſam oratum venimus* Dictys. II, 21. Nec longe abit *Livius. Scipionem accedit, eamque docet, rem ſine* modo ac modeſtia *agi: ac prope eſſe, ut manus inter ſe conſerant.* Lib. XXVI. Cap. 48. *Non timemus Veſpaſianum:* ea *principis aetas,* ea moderatio. *Tacit* H. IV, 42. ſupra, *eas divitias, eam bonam mentem* noſter. *Modeſtus* autem ſenſu Salluſtiano valet μέτριος, ἐπιεικὴς, *ſic* modeſto imperio *habiti,* in Jug. & modeſtus *ad alia omnia praeter* dominationem. illi apud *Plautum* opponitur *ampliter,* modeſte *melius facere ſumtum quam* ampliter. Stich. *Auctor ad* Heren. III, 49. *modeſtia eſt, in animo continens moderatio cupiditatum.* vide L. *in ipſius* C. *Famil. erciſcund.* e contra *immodeſtia* pro intemperantia aut ſeveritate nimia apud *Plautum.* Amph. I. I. *Haec heri* immodeſtia coegit. *Valla* tamen III, 71. *atque eam induſtriam.* Idem.

7 *Verum ſententia ejus*] Manuſcripta, *Verum ſententia ejus mihi non crudelis,* omiſſo verbo illo *videtur.* id quod brevitati Salluſtianae magis convenit. nam poſtea τὸ *videtur* ſequitur. *Rivius.*

8 *Quid enim in talis hom. crudele fieri poteſt?*] Com. *quid enim inter tales ho-*

lis

Digitized by Google

lis homines crudele fieri poteſt? ſed aliena a Rep. noſtra videtur. Nam profecto aut metus, aut injuria [1] *te ſubegit, Silane, Conſulem deſignatum, genus poenae novum decernere.* [2] *De timore, ſupervacaneum eſt diſſerere,* [3] *cum praeſertim diligentia clariſſumi viri Conſulis, tanta praeſidia ſint in armis.* [4] *De poena, poſſumus equidem dicere, id, quod res habet; in luctu, atque miſeriis,* [5] *mortem*

mines fieri poteſt omiſſo illo *crudele*. Pal. 4. *quid enim in tales crudele fieri poteſt.* nonus *quid enim in tales viros crudele fieri poteſt* aut certe *quid enim in tales crudele?* quod malim. *Grut.*

1 *Te Silane. Conſulem deſignatum.*] Non video aut emphaſin aut gratiam, in vocibus duabus poſtremis; ſi quis expungendas putaverit, ei acceſſero ſuffragator. *Gruterus.*

2 *De timore, &c.*] Cum duo propoſuiſſet metum & injuriam, & de metu dicere ſupervacaneum eſſe dixerit; aliam partem de injuria omiſit, niſi librarii vicio deeſt, ut exiſtimo. *Ciacconius.*

3 *Cum praeſenti conſilio.*] Ita emendavimus ex v. c. cum vix aliter conſtet ſenſus. Ita dictum ut *Ciceroni*: *Hercules tantus ac tam praeſens Deus.* praeſens eſt propitius. *Varro* rerum divinarum apud Servium: *Juturna inter proprios Deos, Nymphasque ponitur,* legendum *inter propitios Deos. Propitios* idem quod *praeſentes*, nam *proprios* apud *Varronem* nullum ſenſum habet, quod ſuperiora *Servii* declarant. Dicta Juturna a juvando, ut idem *Varro*. *Juturna nympha*, inquit, *quae juvaret, itaque multi aegroti, propter id nomen, hinc aquam petere ſolent.* Putſch. *Cum praeſ, diligentia.* Sic edd. quidam ante *Gruterum.* at Bodl. Ball. Laud, Venetae 1470, 1478. Martin. B. Pub. *praeſertim* Reg. *cum praeſertim cl. viri*, omiſſa voce *diligentia*. infra, Arond. omittit *tanta*; forte legendum: *cum praeſertim cl. v. Coſ. praeſidia ſint in a.* Atque ita locutus ipſe *Cicero* pro Sulla: *Ego tectus praeſidio firmo amicorum Catilinae copias repreſſi.* & 1. Catilin. *meis praeſidiis.* Alteri lectioni favet *Tacitus* Annal. III, 34. *Vix* praeſenti cuſtodia *manere illaeſa conjugia, quid fore, ſi perplures annos in modum diſcidii oblitterentur.* Notum illud *Virgilii*: *Tu Dea tu praeſens noſtro ſuccurre labori.* praeſens, hoc eſt actutum, illico, ſtatim, inquit *Servius*. M. *Capellae* p. 41, 9. *nocendi* habent praeſentiſſimam *poteſtatem*. Item *Terentii*; animo *virili* praeſentique *ut ſis, para*. *Ciceronis* etiam ad Atticum: vires *ad nocendum* praeſentes; & ad Lentulum: praeſenti iracundia *exarſi*. ſi ad hanc formam *Salluſtium* refingere cupis, lege; *Cum praeſentis cl. viri Coſ. praeſidia*, ut nempe opponatur vox *praeſentis* ad *Conſulem deſignatum*. verum ne ſic quidem mihi placebis; Nam contra libros nihil audendum. Caeterum *viri* eleganter hoc loco παρέλκει. *Tacitus* An. III, 53. *Quod ſi mecum* viri ſtrenui Aediles *conſilium habuiſſent*. *Caeſar* B. Gall. V. 44. *Erant in ea legione* fortiſſimi viri Centuriones. & B. Civil. III, 99. *Sed* Centuriones fortes viros *circiter* XXX. *amiſit*. *Hirtius* B. Civil. I, 5. *De* ampliſſimis viris Trib. plebis *graviſſime acerbiſſimeque decernitur*. Markii γ. *viri clariſſimi Conſulis*. Codex B. Pub. *diligentiſſimi viri Coſ.* & ſupra vocem primam, *clariſſimi*. Huc ſpectat *Ammianus* pag. 366. Metus aut injuria *te ſubegit*. Scite *Apulejus* Mel. III. *Sum nocturnae cuſtodiae praefectus: nec in hodiernum credo quenquam* pervigilem diligentiam meam *culpare poſſe. ſ. p. metus injuria.* J. Waſſe.

4 *De poena equidem poſſum*] Ejice verbum *dicere*, quod nimis turbat elegantiam Salluſtianam. praeceſſit enim, *de timore ſupervacaneum eſt diſſerere*. Putſch. *De poena, poſſumus*. Praeſtat iſtud longe lecti-

aerumnarum

aerumnarum requiem, non cruciatum, eſſe; eam cuncta mortalium mala diſſolvere; ultra neque curae, neque gaudio locum eſſe. Sed, per Deos immortalis, quamobrem in ſententiam [1] *non addidiſti, uti prius* [2] *verberibus in eos animadverteretur?* [3] *an, quia lex Porcia vetat? at aliae*

oni nupere vulgatae, *poſſum equidem dicere*; quae & plus invidiae habet, & minus auctoritatis, & vero, primam illam cuſtodiunt MSS. pene omnes, editique ante Pomponium. *Grut.* Noſtri fere *poſſum*. J. Waſſe.

5 *Mortem aerumnarum requiem.*] Satis ergo ex mente *Caeſaris* Critognatus. Bell. Gallic. VII, 77. *Qui ſe ultro morti offerant, facilius reperiantur, quam qui dolorem patienter ferant.* Tam illi qui animarum immortalitatem quam qui earundem interitum expectarunt, hoc nomine laudare ſolent mortem: Graeci praeſertim, quorum ſcrinia aeque lubenter atque ipſam Africam, corraſerit Auctor. *Diphilus* Λύπας, μερίμνας, ἁρπαγάς, στρέβλας, νόσους. Τούτων ὁ θάνατος καθάπερ ἰατρὸς φανεὶς Ἀνέπαυσε τοὺς ἔχοντας, ἀναπαύσας ὕπνῳ. *Sophocles* Antig. Ὅς τις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγώ, κακοῖς Ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ, κατθανὼν κέρδος φέροι. Oedip. Col. 1008. Θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἄλλο πλὴν Θανεῖν· θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται. *Herodotus* VII, 45. Θάνατος μοχθηρῆς ἐούσης τῆς ζόης, καταφυγὴ αἱρετωτάτη. *Achilles* Tat. VII, 431. Ἐπιθυμοῦντος ἀποθανεῖν, ὅπερ φόσει τῶν ἀτυχούντων ἐστὶ φάρμακον. *Agathias* Antholog. I. Τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε, Τὸν ἡσυχίης γενετῆρα; Τὸν παύοντα νόσους, καὶ πενίης ὀδύνας. *Pallada*, ibid. *p.* 128. Προσδοκίη θανάτου πολυάλγητός ἐστιν ἀνίη· Τοῦτο δὲ κερδαίνει θνητὸς ἀπολλύμενος. *Tacitus* H. IV, 58. *mihi exitium parari libens audio, mortemque in tot malis, ut* finem miſeriarum *expecto.* Confer *Senecam* Conſol. ad Marc. XIX. Polyb. III. *Hegeſip.* III, 17. *Job.* III, 13. Nec mirum *Caeſarem* tam inepte de ſtatu futuro pronunciare, qui tam audacter in Deos ipſos ſuos bacchatur. *Auctor* B. Hiſp. *An me deleto, non animum advertebatis x. habere legiones P. Rom. quae non ſolum vobis obſiſtere, ſed etiam Coelum diruere poſſent.* pro *etiam* Julius Celſus *ipſum* legit, cui aſſentio. De Druidibus B. G. VI. quam contemtim! *Imprimis*, hoc volunt perſuadere *non interire animas. Quintilian. Decl.* IV. *p.* 48. *Nam quod lex juſſit ut moriturus redderet cauſſas, quod inſepultum voluit abjici, ſi ſic properaſſet erumpere, ut non nunciaret hoc prius, non fateretur: fallitur quiſquis ideo factum putat, ut teneremur* inviti. *Illa vero non timet temeritatem; nec ſecretum doloris alieni libenter inquirit. Sciebat illos non aliter auſuros proferre cauſſas quos ſceleris conſcientia, quos majoris cruciatus metus in ſuprema compelleret. Igitur ne ſupplicia properato lucrarentur obitu, rurſus in poenam nocentis inſepulti corporis revocavit injuria.* ubi pro *teneremur inviti* Codex Joannenſis quem olim cum edd. contulimus, *ut teneret reum invita.* unde ego, *ut t. r. in vita.* loquitur enim infra de ſe, ut reo, *p.* 50. *Mori debeo tamquam* nocens. & *p.* 56. 53. *Apulejus* Mileſ. VIII, 66. *ſed auſis omnibus erepta ſuorum* invita remanſit. in vita: affinitas ſoni anſam errori praebuit ut etiam apud *Luctatium* ad VII. Theb. 384. *propter te ſeniles annos* invita *demoror.* imo *in vita*, verba ſunt armigeri cujuſdam. Caeterum pro, *gaudio locum* Thoſanus *gladio* & inde Palmerius *cladi.* Conjunctio harum vocum meis auribus nova prorſus & inſolens. infra: pro *ultra* q. *caetera.* J. W.

1 *Non addidiſti*] Additionis Formula extat apud *Senecam*, N. Quaeſt. III, 15. *Quaedam ex iſtis ſunt, quibus aſſentire poſſumus:* Sed hoc amplius cenſeo. quod neſcio *an* obſervatum Briſſonio. *Idem.*

2 *Verberibus*] In eos *ſi detrectaſſent* verberibus animadverti. *Lactant.* de Mort. P. cap. 10. *Idem.*

leges

leges, item condemnatis civibus animam non eripi, ſed exſilium permitti jubent. An quia gravius eſt verberari, quam necari? [1] *quid autem acerbum, aut nimis grave eſt in homines tanti facinoris convictos?* [2] *ſin, quia levius eſt;* [3] *qui*

3 *An quia lex Porcia vetat, aut aliae leges? Item condemnatis civibus non animam eripi ſed exſilium*, &c.] Legendum ex antiquis. *An quia lex Porcia, vetat? At aliae leges item condemnatis civibus non animam eripi, ſed exſilium permitti jubent.* Sic & manuſcripti habent, & ſenſus ipſe poſtulat, modo & ſequentia ſpectes. & locum accurate totum excutias. *Rivius. Item condemnatis civibus non animam.* Hoc loco & incerta diſtinctio eſt, & quid haec verba ſibi velint, minus certum: tum quid ad hanc argumentationem faciant, haud equidem ſcio. Lector ipſe judicet. Quidam putant, *aut aliae leges*, interrogative legendum: ac deinde inferendum, *item condemnatis civibus, &c.* quod rurſus de lege Porcia intelligi volunt, & de aliis item legibus. Statim poſt: *Quid autem acerbum, aut nimis grave eſt in homines tanti facinoris convictos?* Aldinus codex bis *aut* legit; *aut acerbum, aut nimis grave*; & *conjunctos*, pro *convictos*: quorum neutrum mihi placet. certe *Gothi* noſtri codex habet, *convictos*; non *conjunctos*. Glareanus. Porciam legem deſignat, quae ut ait *Livius* lib. x. *pro tergo civium Romanorum lata eſt.* De qua ita *Cicero* pro C. Rabirio: *Porcia lex*, inquit, *libertatem civium lictori eripuit:* In denariis autem argenteis Porciae familiae, quos P. Porcius Laeca ſignavit, *hujus* legis ſymbola expreſſa ſunt haec. Vir togatus, ſive, ut in aliis, Magiſtratus in ſella ſedens curuli, qui medius inter lictorem, & eum qui provocat, civis Romani libertatem lictori, ut inquit *Cicero*, eripit; cum hac inſcriptione, PROVOCO. *Urſinus. At aliae leges item.* Liber ille Polonicus, *ſed in exſilium permitti jubent*; quomodo etiam Pal. quart. ſext. nam tert. & nonus exhibent; hic quidem, *at aliae leges item de condemnatis civibus vitam eripi, ſed in exilium mitti jubent*; ille vero, *at aliae leges in condemnatis civibus non animam eripi, ſed in exſilium mitti jubent.* vix ſit mihi dubium quin revocandum ſit, *non animam eripi, ſed in exilium permitti jubent*: ut dudum prodidi in Suſpicionum libellis. adeantur Notae noſtrae ad *Senecae* Epiſtolam CXIII. ad *Martialis* lib. X. Epigramma XII. tantum ambigo, an non praeterea, ob varietatem membranarum, tolli poſſint illa *condemnatis civibus*, ceu commentum interpretis; ut ſubintelligantur *conjurati*. Gruterus. Vid. Illuſt. *Spanhemium*, in Orbe Romano, de poenarum diſcrimine, Cap. 24. *J. Waſſe.*

1 *Quid autem acerbum*] *Lycurgus*, adv. Leocratem, p. 107. Ed. Hanov. 1619. Οὕτω γάρ ἐςι δεινὸν τὸ γεγενημένον ἀδίκημα, ἐ τηλικοῦτον ἔχει τὸ μέγεθος, ὥστε μήτε κατηγορίαν, μήτε τιμωρίαν ἐνδέχεσθαι εὑρεθῆναι ἀξίαν, μηδ' ἐν τοῖς νόμοις ὡρίσθαι τιμωρίαν ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων. J. Waſſe.

2 *Sin quia levius eſt.*] Vox *quia* abundare videtur. *Ciacconius.*

3 *Qui convenit in minori negotio legem timere, cum eam in majori neglexeris.*] In MSS. ceteriſque vetuſtioribus eſt, *minore, majore.* id rectius eſſe puto. Quod in Merſeburgenſi *obſervare* legitur, ubi nos *timere*, librarii mendum eſſe ſuſpicor. *Rivius.* Pemb. a ſec. manu, Venetiis excuſi 1470, 1478. L. 2. 3. Ar. B. Pub. λ. Digb. Magd. Bodl. Reg. *Vincentius Belvacenſis*, Gruter. *timere, quod contrarium eſſe poſſit τῷ negligere* aeque atque *horreſcere* apud *Cic.* pro Quint. §. 22. & 30 *horrere*. ſed Carrio & Reg. in marg. *obſervare*, atque ita opinor etiam γ. Denique, a manu prima *vivere* aut *tenere* Pemb. fortaſſe pro *obtinere*. hoc eſt, *retinere* vel *conſervare*. *Cicero* pro Quint. §. 23. *unum tamen hoc cogitent, ita ſe graves eſſe, ut ſi veritatem volent* retinere, gravitatem *poſ-*

convenit in minore negotio legem timere, [1] cum eam in majore neglexeris? [2] At enim quis reprehendet, quod in parricidas Reipubl. decretum erit? tempus, dies, fortuna, [3] cujus lubido gentibus moderatur. Illis merito accidet, quidquid evenerit: ceterum vos P.C. [4] quid in alios ſtatuatis, conſiderate. [5] Omnia mala exempla ex rebus do-

ſine obtinere: *ſi eam* negligent, *ita leves ſint, ut omnes intelligant, non ad* obtinendum mendacium, *ſed ad verum probandum, auctoritatem adjuvare.* J. W.

1 *Cum eam*] Omittit *cum* Balliol. *J. Waſſe.*

2 *At enim quis reprehendet, id quod in parricidas reip. decretum erit?*] In nonnullis eſt, *reprehendat.* idque melius, ut mihi videtur pro, *reprehendere poſſit.* Perperam in Badiano, *At tu dices, quis reprehendet,* &c. τὸ *dices* in ſpatio forſan, quod verſus dirimit, adſcripſerat quiſpiam; id poſtea irrepſit in contextum, incuria, ni fallor, librarii. Legendum igitur ita, uti hodie fere eſt in exemplaribus, ut ſit hypophora, cui mox idem per anthypophoram: *Tempus, dies, fortuna, cujus libido gentibus moderatur.* Rivius. Ita MSS. auctoritatis certae: non, *reprehendat,* ut editio Laeti; nam prima *reprehendit id.* Gruterus.

3 *Cujus libido*] Sic in Orat. de Repub. ordinand. *Per ſuperbiam cunctis gentibus moderantur.* Ciacconius. Citat verba Priſcian. 1163. *J. Waſſe.*

4 *Quid in alios ſtatuatis.*] Forte, *quid in illos.* Ciacconius.

5 *Omnia mala exempla ex rebus domeſticis orta ſunt.*] Repraeſentavi lectionem Com. mei, nec non Pal. pr. ſec. ſenectutis omnes non contemnendae. alii quippe, *omnia mala exempla ex bonis rebus orta ſunt,* quod etiam retinent edd. antiquae uſque ad Aldinam; in qua *ex bonis initiis orta ſunt,* non male, ſi liceret praeter libros quidvis inducere Scriptoribus. mihi heic muſſandum eſt, niſi velim praelatos antiquiſſimis tres aevi infimi Pallat. inquam octavum, nonum & dec. in quibus diſerte *omnia mala exempla ex bonis orta ſunt.* & vero ſi attendamus menti auctoris, lectio iſtorum veriſſima eſt. *Gruterus. Ex bonis rebus L* 1, 2, 3. Reg. Arond. Venetiis cuſi 1470, 1478. Balliol. Bodl. Digb. Mart. e contra *ex rebus bonis* Pemb. γ. λ. B. Pub. *ex bonis rebus vel domeſticis* Codex MS. C. Popmae. Gloſſa Reg. *hoc oſtendit mala exempla ex re bona orta.* Arond. *bonis initiis.* Puto voces *initiis, rebus, domeſticis* cum quia ſuperfluunt, tum quia ſubinde locum mutant, a mala manu profectas. reliquum ergo eſt, ut cum *Grutero* legamus: *omnia mala exempla ex bonis orta ſunt.* Neſcio autem, an *Polybium* heic ſequi vellet auctor qui Hiſt. III. *p.* 227. Διόπερ, οὐδὲν οὕτω φυλακτέον καὶ ζητητέον, ὡς, τὰς αἰτίας ἑκάστων τῶν συμβαινόντων· ἐπειδὴ φύεται μὲν ἐκ τῶν τυχόντων πολλάκις τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων. unde *Plinius* Ep. IV, 5. *Res parva, ſed* initium *non parvum,* & *Cicero* ad Attic. II. *Ut male* poſuimus initia, *ſi caetera ſequuntur.* Sententiam hanc *dilatat Vellejus* II, 3. *non enim ibi* conſiſtunt exempla *unde* coeperunt; *ſed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latiſſime evagandi ſibi viam faciunt: & ubi ſemel recto deerratum eſt, in praeceps pervenitur: nec quiſquam ſibi putat turpe, quod aliis putat fructuoſum.* Auctor *de Re Mil.* Veſal. 1672. *Nunc qualiter inſtruenda ſit acies, ſi pugna immineat dimicatione, declaremus legionis* exemplo, quod, *ſi uſus exegerit,* tranſcurri poſſit ad plures. Lege ex *Vegetio* & *Modeſto, transferri.* & deleatur *dimicatio,* quod utrique deeſt. Atque ut exempla mala ex bonis oriri ſolent, ita viciſſim bona ex malis. *Tacitus,* An. XV, 20. *Uſu probatum eſt, P.C. leges e-*

meſticis

moſticis orta ſunt: [1] ſed, ubi imperium ad ignaros, aut minus bonos pervenit, novum illud exemplum ab dignis, & idoneis [2] ad indignos, & non idoneos transfertur.

LI. *Lacedaemonii, devictis Atheniensibus, triginta viros impoſuere, [3] qui Rempub. eorum tractarent. [4] Ii primo coepere peſſumum quemque [5] & omnibus inviſum indemnatum necare. [6] Ea populus laetari, & merito dicere fieri. Poſt, ubi paulla-tim licentia crevit, [7] juxta bonos & malos lubidinoſe interficere, ceteros metu terrere. Ita civitas, ſervitute oppreſſa, [8] ſtultae laetitiae graves poenas dedit. Noſtra memoria victor Sulla, cum [9] Damaſippum, & alios ejuſmodi,*

gregias, exempla honeſta, *apud bonos* ex delictis aliorum *gigni. Sic Oratorum licentia Cinciam rogationem, magiſtratuum avaritia Calpurnia ſcita pepererunt.* J.W.

1 *Sed, ubi imperium ad ignaros cives aut minus bonos pervenit.*] *Cives*, non reperi in vetuſtis. in Fabriciano eſt, *ad ignaros ejus*, id eſt, *imperii*. nam hoc ſuperſcriptum erat in ſpatio ipſo quod verſus dirimit. *Rivius*. Pemb. tamen & Reg. ſervant, ſic Arond. & Norvicenſes. *J.W.* *Ignaros* Ciaccon. habet, *ignavos*. Et paulo poſt videtur legendum: *tabulas, veſtes*, pro eo quod vulgo legitur, *tabulas veſtras*. nam paullo ſupra dixit: *Nam uti quiſque aut domum, aut villam, poſtremo vas, aut veſtimentum alicujus concupiverat*. Urſin. *Ad ignaros aut minus bonos pervenit*. probe factum a *Carrione*, quod ejecerit vocem *cives*, quae antea adhaerebat illi, *ignaros*, in ed. Aldina & ſeqq. non etiam prioribus; in quibus non magis viſitur quam in membranis noſtris. *Gruterus. Ignavi* opp. *bonis*. J. 57. & *boni* ſaepius pro fortibus ut J. 96. *ſequitur ignavia gloriam, honorem, imperium bonus, ignavus aeque* ſibi *exoptant*. C. II. *praelio* ſtrenuus & bonus *conſilio* J. 7. *bonus tantummodo* ſegnior *fit, ubi neglegas, at* malus improbior. J. 36. *cum ipſe* bonus *atque* ſtrenuus *ſis, uti quam optumis imperites*. VI, 33. λ. in Textu. *ignavos* at ſupra exhibet *r*. Confer *Hegeſip*. IV, 6. p. 395. *J. Waſſe.*

2 *Ad indignos*] Bodl. *ad non D. & non*. Idem.

3 *Qui remp. eorum tractarent.*] Sic & manuſcriptum volumen. In impreſſis vetuſtioribus, non eſt *eorum*, ac omitti citra detrimentum ſenſus poteſt. *Rivius*.

4 *Hi primo coepere peſſumum quemque.*] P. Victorius, ex *Xenophontis* lib. de rebus Graeciae, ſumtum docet, ἔπειτα πρῶτον μ̀, &c. *Ciacconius.*

5 *Et omnibus inviſum*] Haec omittit Arondel. infra, *& merito*, B. Pub. omittit copulam. pro *ea* Arond. Magd. *ea re*. Balliol, *ea, lege* Norvic. 1478. confer *Senecam* Tranq. Cap. III. *J. Waſſe.*

6 *Ea populus laetari, & merito dicere fieri.*] Merſeburgenſe, *ea re populus laetari*. ſed perperam; nam nec aliter *Priſcianus* citat, *pag.* 1205: quam habet vulgata lectio. quamvis non ignorem, hoc verbum pereleganter cum ablativo jungi. *Rivius.*

7 *Juxta bonos & malos libidinoſe interficere.*] Quid ſi legas, *juxta bonos ac malos?* Ego tamen, diſſentiente manuſcripto nihil mutare auſim. *Idem.*

8 *Stultae laetitiae graves poenas dedit.*] Manuſcriptum *graveis*. Idem.

9 *Damaſippum.*] De eo vide *Oroſium* V. 20. & corrigendus *Appianus*, qui *Brutum* vocat. *Liv.* LXXXVI. *Vellejus* Lib. II. *Valerius Max.* IX, 2. *Cicero* Ep. IX. 2. *J. Waſſe.*

qui malo Reipubl. creverant, jugulari juſſit; quis non factum ejus laudabat? [1] *Homines ſceleſtos, factioſos, qui ſeditionibus Remp. exagitaverant, merito* [2] *necatos aiebant. Sed ea res magnae initium cladis fuit. Nam uti quiſque domum, aut villam,* [3] *poſtremo aut vas, aut veſtimentum alicujus concupiverat,* [4] *dabat operam,* [5] *uti in proſcriptorum numero eſſet. Ita* [6] *illi, quibus Damaſippi mors laetitiae fuerat, paulo poſt ipſi* [7] *trahebantur: neque prius finis jugulandi fuit,* [8] *quam Sulla omnis ſuos divitiis explevit. Atque ego hoc non in M. Tullio, neque his temporibus vereor. Sed in magna civitate, multa & varia ingenia ſunt. Poteſt alio tempore, alio Conſule, cui item exercitus* [9] *in manu ſit, falſum aliquid pro vero credi. Ubi hoc exemplo, per Senati decretum, Conſul gladium eduxerit; quis illi finem ſtatuet, aut quis* [10] *moderabitur?*

LII. *Majores noſtri, P. C. neque conſilii,* [11] *neque audaciae umquam eguere: neque ſuperbia obſtabat, quo minus aliena inſtituta, ſi modo proba erant, imitarentur.* [12] *Arma at-*

1 *Homines ſceleſtos &*] In impreſſis vetuſtioribus eſt illa & copula omiſſa; idque Salluſtianum magis. *Ciacc.* Copulam omittit Balliol. *ejuſmodi &* Reg. & L 2. *J. Waſſe.*

2 *Necatos aiebant.*] Si aliam induxerim diſtinctionem, videbitur a gloſſatoribus vox ultima. *Gruterus.*

3 *Poſtremo vas, aut*] Manuſcripta, *poſtremo aut vas, aut veſtimentum.* geminata videlicet conjunctione disjunctiva. *Idem.* Vid. *Sueton.* Aug. Cap. 71. *J. Waſſe.*

4 *Dabat operam, ut is*] Manuſcriptum, *uti is,* quomodo & alias fere. *Rivius.*

5 *Uti in proſcriptorum numero.*] Aſſenſum praebui MSS. vetuſtioribus, alii enim ſubſcribebant vulgatis *ut is in proſcript.* Gruterus.

6 *Ita illi*] Abeſt pronomen ab Arond. recte, & infra, *poteſt.* J. Waſſe.

7 *Trahebantur.*] Tranquillus & alii *ducebantur* dicerent, nempe ad ſupplicium. *Ciacc.*

8 *Quam Sulla omnes ſuos divitiis explevit.*] Legendum, *omneis ſuos,* ex vetuſtis. *Rivius.*

9 *In manu ſit*] Tò *ſit* non comparet in L. 2. & infra, pro, *neque ſuperbia ob.* Reg. Bodl. Digb. Magd. Mait.n. Arond. L. 1. L. 2. *neque illis ſuperbia* L. 2. *neque illi.* at Norvicenſes nihil mutant. *Caeſar* B. Gall. VII, 22. *ſingulari militum noſtrorum virtuti conſilia cujuſquemodi Gallorum occurrebant, ut eſt ſummae genus ſolertiae, atque ad omnia imitanda, atque efficienda, quae ab quoque traduntur aptiſſimum.* Supra, *varia ingenia,* & ita *Apulejus* Apolog. *J. Waſſe.*

10 *Moderabitur?*] Vide *N. Heinſium* in Notis ad *Prudentium,* pag. 65. qui legit, *quis moderabit?* Idem.

11 *Neque conſilii, neque audaciae unquam eguere.*] Naz. neque *audacia* auferendi caſu, cum tamen nihil mutet in *conſilii.* & ſic etiam, niſi fallor, ſupra locutus auctor, vox *numquam* abeſt Pal. tertio. *Gruterus.*

que

que tela militaria ab Samnitibus, inſignia magiſtratuum ab [1] *Tuſcis pleraque ſumſerunt: poſtremo, quod ubique apud ſocios, aut hoſtes idoneum videbatur, cum ſummo ſtudio domi exſequebantur:* [2] *imitari, quam invidere bonis, malebant. Sed eodem illo tempore, Graeciae morem imitati, verberibus* [3] *animadvertebant in civis, de condemnatis ſummum ſupplicium ſumebant. Poſtquam Reſpub. adolevit, & multitudine civium factiones valuere, circumveniri innocentes, aliaque hujuſcemodi fieri coepere; tunc lex Porcia, aliaeque leges paratae ſunt,* [4] *quibus legibus exſi-*

12 *Arma atque tela militaria a Samnitibus.*] Hoc notatu dignum; nam non temere apud alios reperias auctores: niſi quis hunc locum corruptum putet, & pro *Samnitibus*, *Sabinis* legendum, aut alium quempiam populum, ab Roma non nimium diſtantem, *Glareanus*. *Athenaeus* lib. VI. καὶ παρὰ Σαυνιτῶν ἢ ἔμαθον θυρεῶν χρῆσιν. Vide & *Livium* lib. I. de Magiſtratuum inſignibus. *Manutius*.

1 *A Tuſcis.*] Ciacconii & Rivii Codd. ab Tuſcis. & ſic e noſtris Arond. Reg L. 1, 3. Matkii λ. Pemb. Codex B. Pub. Venetae, Martin. Eos ſequor. Multi etiam, *ab Samnitibus*. J. Waſſe.

2 *Imitari, quam invidere.*] Graecorum Adagium ſpectat, cujus meminit Cent. VI, 74. *Diogenianus*, Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται apud quem, ut id obiter moneam, Cent. XIV, 14. lege ὑπό τινων βελτιοφρόνων. Corrige etiam *Zenobium*, Cent. IV, 63. ἐπὶ τοῖς φθονεροῖς, IV, 34, 32. lege ἀκριβεστέρα τ' ἡμέρας. Proverbium hoc uſurpat *Varro* in *Papiapae*. imo quidni inquies ex illo Graeci? Fieri non potuit: eſt enim *Zeuxis* dictum, qui Olymp. XCV. claruit. *Plinius*, Nat. Hiſt. XXXV, 9. adeoque ſibi in illo placuit Zeuxis, ut verſum ſubſcriberet celebrem ex eo, *Invisurum aliquem facilius, quam imitaturum*. Idem *Apollodoro* ejus coaetaneo, tribuit *Plutarchus* de gloria Athen. p. 346. *Salluſtium* ſequitur *Apulejus*, Flor. IX. *Quoniam in magna civitate hoc quoque genus invenitur, qui meliores obtrectare malint, quam imitari.* Etiam *Boetius* in Praedicam. Ariſtotelis II, p. 143. *Cum Romani ſemper fuerit moris, quod ubique gentium pulchrum eſſet, atque laudabile, id magis ac magis* imitatione *honeſtare*. Quae ſupra habent Codd. *arma atque tela*, &c. ea, ut importuna, inducenda ſunt. Error natus ex minus frequenti uſu τοῦ poſtremo, in ſecundo loco. *J. Waſſe*.

3 *Animadvertebant i. c. d. c. ſ. ſ.*] Haec ex recent. man. in Marg. Pemb. heic Ar. & γ. *animum advertebant*. Lectio haudquaquam ſpernenda, pro *animadvertere*. *Varro* de Vita Pop. Rom. ſcripſit, *animo advertere*. De qua re vide *Nonium* in *pampertares*. Hunc ſequitur etiam *Cl. Mamertus* de ſtatu animae Lib. I. p. 717. Neque aliter legendum apud *Vitruvium* II, 9. X, 22. ex auctoritate Codicis Arondel. Solet Auctor iſte voces haſce dividere, ut in Praefat ad Lib. V. *Cum ergo haec naturali modo ſint a majoribus obſervata*, animoque advertam, &c. Adde Lib. VIII, 5. *J. Waſſe*.

4 *Quibus legibus exſilium.*] Τὸ *legibus* in quibuſdam non eſt; ſed quia id codex habet Fabricianus, nihil immuto: ſaepe enim veteres antecedens repetunt, ipſique relativo adjungunt; id quod alias quoque eſt a nobis annotatum. Sed & *tum lex Porcia*, pro *tunc*, manuſcriptum habet. *Rivius*. Omittunt vocem *legibus* L. 1, 3. Ar. ſed retinenda. *Cicero* in Verrem. *Advenit* dies, quo die ex inſtituto

lium

Digitized by Google

lium damnatis permiſſum eſt. Hanc ego cauſſam, P. C. quo minus novum conſilium capiamus, in primis magnam puto. Profecto virtus, atque ſapientia major [1] *in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinae? minume: ſed ita cenſeo;* [2] *publicandas eorum pecunias, ipſos in vinculis habendos* [3] *per municipia, quae maxume opibus valent: neu quis de iis poſtea ad Senatum referat, neve* [4] *cum po-*

Caeſar. Erant omnino itinera *duo quibus* itineribus. Caeterum de *Lege Porcia*, &c. vide *Livium* x. 9. poſtremo, quae ad haec reſpondit *Cicero* Catilinar. IV. §. 20. *J. Waſſe.*

1 *In illis fuit.*] Praepoſ. reſpuunt Ar. Digb. etiam infra: *in nobis* Digb. idem facit. ſed magis recte atque vetuſte caeteri. *Cicero* de Amic. *Quibus* in ipſis ineſt *cauſſa cur diligantur.* & Fin. II, 51. *Tanta vis* inerat in *verbis*. Cur bene parta vix retinentur in Olynth. I. Orator ita docet. Τὸ γὰρ, εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται· διόπερ πολλάκις δοκεῖ τὸ ΦΥΛΑΞΑΣΘΑΙ τἀγαθὰ, τοῦ ΚΤΗΣΑΣΘΑΙ χαλεπώτερον εἶναι, &c. Idem alia ait Ol. II, p. 25. Πολὺ γὰρ ῬΑΟΝ, ἔχοντας ΦΥΛΑΤΤΕΙΝ, ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκε. Rem pluribus exſequitur *Xenophon*, Hiſt. Cyri VII. Μέγα μὲν γὰρ, οἶμαι, ἔργον ἐστὶ τὸ ἀρχὴν καταπρᾶξαι, πολὺ δ' ἔτι μεῖζον τὸ ΛΑΒΟΝΤΑ ΔΙΑΣΩΣΑΣΘΑΙ. Τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν, πολλάκις τῷ τόλμαν μόνον παρασχομένῳ ἐγένετο. Τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης, οὐδ' ἄνευ ἐγκρατείας, οὐδ' ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται. pro *parta* Reg. *parata*. L 2. pro *opibus* habet *copiis*. Martin. non male. *placet igitur d.* omiſſo *eos*. J. Waſſe.

2 *Publicandas.*] *Plutarchus* in Cic. περὶ δὲ δημεύσεως χρημάτων ἐνίστατο Καῖσαρ, οὐκ ἀξιῶν τὰ φιλάνθρωπα τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἐκβαλόντας, ἐνὶ χρήσασθαι τῷ σκυθρωποτάτῳ. p. 871. Non tamen contradicit *Salluſtio*; nam haec accidiſſe poſt latam in Catilinarios ſententiam ex ipſomet conſtat. infra etiam ait, remiſiſſe Conſulem hanc de publicandis bonis ſententiae partem. *Salluſtium* male capit *Dio* p. 46. Κἂν διαδράσῃ τις, ἐν πολεμίων μοίρᾳ, τὴν πόλιν, ἐξ ἧς ἂν φύγῃ, εἶναι. Noſter illum ſolummodo hoſtis loco futurum qui de mutanda ſententia, aut ad Senatum aut per Tribunos ageret. confer omnino *Cic.* IV. Catil. §. 8. Pemb. *exiſtumare contra*, omiſſo *enim*, pereleganter, quod haeret tamen inter lineas. *Idem.*

3 *Per municipia.*] Obſerva morem Populi Romani in reorum cuſtodia. Nam quos in carcerem non conjiciebant, eos vel militibus, vel fidejuſſoribus, vel etiam ſibi committebant, ut ait l. 1. ff. de Cuſtod. reor, vel eos magiſtratibus cuſtodiendos tradebant: vel per oppida Italiae dividebant: cujus moris nobile exemplum in illis mille Achaeis, quos bello Perſei confecto Romani in Italiam acciverunt. Quemadmodum autem ad magiſtratus, ſive privatos fidejuſſores, aut vades, periculum ex evaſione cuſtodiarum ſpectavit, ſic ad urbes, ſive municipia, quibus rei fuerant traditi, ita ut oppidani pro hoſtibus & perduellibus haberentur, ſicuti a *Dione* obſervatum eſt. *Caſaub.*

4 *Cum populo agat.*] Ita Codd. & *Hegeſippus* II, 10. Quid ſit, *cum populo agere* docet *Agellius* XIII, 14. *Cicero* IV. Catilin. §. 8. *Sancit, nequis eorum, poenam quos condemnat*, aut per ſenatum aut per populum *levare poſſit*. Dio: ἐπὶ τῷ μήτε περὶ ἀδείας ἐπ' αὐτῶν χρηματισθῆναι

pulo

pulo agat: qui aliter fecerit, Senatum exiſtumare, eum contra Rempubl. & ſalutem omnium facturum.

LIII. Poſtquam Caeſar dicendi finem fecit; [1] ceteri verbo, [2] alius alii varie aſſentiebantur: at M. Porcius Cato rogatus ſententiam, hujuſcemodi orationem habuit.

LIV. [3] *Longe mihi alia mens eſt, P.C. cum res, atque* [4] *pericula noſtra conſidero,* [5] *& cum ſententias nonnullorum*

um. Nos, *treat with.* Plautus Rud. III, 2. Ago cum illa, *ne quid noceat meis populoribus.* Operarius: *Illi praecipio.* inepte. pro. *ad ſenatum referre* apud illum eſt, χρηματίζειν γνώμην εἰς τὴν βουλὴν εἰσφέρειν. Quam formulam ſervat Poetarum doctiſſimus, *Aen.* III, 85. Delectos populi ad proceres, *primumque parentem Monſtra deum* refero, & quae ſit ſententia poſco. Vide *Senecam* de Tranquil. Cap. XV. & *Manutium* de Senatu Cap. de jure referendi. *J. Waſſe.*

1 Ceteri *verbo, alius alii varie aſſentiebantur.*] In quibuſdam antiquioribus eſt *aſſentiebant*, ſed eodem ſenſu; nam quamvis hodie fere *aſſentior* dicimus, veteres tamen & *aſſentio* dicebant, ut eſt a *Gellio* annotatum; ſed & *Cicero* ſaepe eſt hac terminatione uſus. *Diomedes* tamen *aſſentiebantur* hic legit lib. I. quo loco teſtantur non *aſſentio* ſolum, ſed & *aſſentior* dici. *Rivius.* Ita ferme MSS. niſi quod Commelin. *verbo illius alii varie.* Gruter.

2 *Alius alii varie aſſentiebantur.*] Viri docti mendoſum hunc locum putant. Ego in tanta codicum convenientia, inſuper accedente *Diomedis* accuratiſſimi ſcriptoris auctoritate nihil quicquam mutandum duxerim. Plures dixiſſe ſententiam, quam hic a *Criſpo* commemorantur, docet *Tullius* lib. duodecimo, Epiſtola ad Atticum XXII. & *Flavius Vopiſcus*, in Aureliano. Itaque vult Salluſtius propter varias ſententias, varium variorum fuiſſe aſſenſum. *Putſchius.* Lu-ctatius Catulus *Caeſaris* Orationem primus impugnavit. *Plutarch.* in Cic. *p.* 871. Nam *Cato* admodum adoleſcens, & pene inter ultimos ſententiam rogatus hanc orationem habuit, teſte *Vellejo Paterculo* II, 35. quae ab actuariis *Ciceronis* excepta eſt. vide *Plutarchum* in loco ſupra laudato. Markii λ. *verbo ejus alii varie.* ſed ſecunda vox ab alia manu eſt, ut ex litura patet. L 1. L 3. Martin. *aſſentiebant.* recte ſane, & ni alia omnia Codd. in textum recepiſſem. ſic enim *Plautus* in Amph. II, 2. 193. *Mihi quoque aſſunt teſtes, qui illud quod ego dicam* aſſentiant. & in *Rudente.* IV, 3, 36. *Gr. Mare quidem commune certo eſt omnibus.* T R. aſſentio. *Ovid.* III. Metam. vſ. 406. Aſſenſit *precibus Rhamnuſia juſtis.* ſic etiam *Cicero. Sueton.* Veſpaſ. Cap. 6. *Tacit.* Hiſt. V, 3. *Curtius* V, 12. 3. aſſentiebat *vultu Darius.* ubi Codex Petrenſis *aſſentiebantur*, ſed male. vide eundem IV, 13. & V, 7. Sic *Apulejus, Virgil.* alii. quod Auctor dicit, *verbo alius* id ſignate quidem. *Livius* III, 14. *Sententiam igitur peregit, nullum placere, &c. fieri, omneſque ita accipiebant, privatos eos a Claudio judicatos: multique ex Conſularibus verbo* aſſenſi ſunt. Conſul enim non omnes rogabat, qui in ſenatu aderant, ſed Senatores duntaxat; caeteri autem ſolummodo aſſentiebant illis, qui ſententias dixerant, vide *Feſtum* & *Agellium* de pedariis Senatoribus. *J. Waſſe.*

3 *Longe mihi alia mens eſt. P.C. cum, &c. & cum, &c.*] *Demoſthenes* Olynthiaca tertia: Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω· τοὺς μὲν γὰρ, &c. Ald. Manutius. *Aliena* γ. λ. & L 2. *alia mihi*, Servius, *p.* 373. & 933. *alia mihi*; recepta lectio rotundior. *J. Waſſe.*

ipſe

Digitized by Google

ipſe mecum reputo. Illi mihi diſſeruiſſe videntur de poena eorum, qui patriae, parentibus, aris, atque focis ſuis bellum paravere: res autem monet, cavere ab illis magis, quam, quid in illos ſtatuamus, conſultare. [1] *Nam cetera maleficia tum perſequare, ubi facta ſunt; hoc, niſi provideris, ne accidat; ubi evenit, fruſtra judicia implores. Capta urbe, nihil fit reliqui victis. Sed, per Deos immortalis, vos ego appello, qui ſemper domos,* [2] *villas, ſigna, tabulas veſtras pluris, quam Remp. feciſtis: ſi iſta,* [3] *cujuſcumque modi ſint, quae amplexamini, retinere, ſi voluptatibus*

4 *Pericula noſtra.*] B. Pub. *noſtri.* infra, *focis ſuis* pronomen abeſt ab. L 2. Reg. *ab illis cavere,* quod rotundius eſt. Arondel. *vos appello ego. evenerit* Norvicenſes Martin. Bodl. non bene. *Hegeſip.* IV, 29. *ſi pericula praevenerint,* fruſtra conſules. *Idem.*

5 *Et cum ſententias nonnullorum ipſe mecum reputo.*] Duo e manuſcriptis, *mecum ipſe repeto.* nec aliter Florentinum. *Rivius. Mecum reputo* Arondel. *Ipſe mecum* Cod. B. Pub. Digb. & Reg. omittunt. *J. Waſſe.*

1 *Nam cetera maleficia.*] Ita libri vetuſtatis minimae: nam mediae, *maledicta*: ſupremae, *malefacta*; quomodo etiam editio prima. *Gruterus.* Venet. 1470. 1478. *malefacta*, caeteri *maleficia*, qua voce uſi *Plautus, Cicero, Caeſar, Suetonius* etiam Aug. XXXII. *Cato* Fr. Cap. LVIII. malefacta *benefactis non redemtisavere. Ne quod autem* maleficium *negotiumve* impunitate *vel mora* elaberetur. *Tacitus* III, 50. *dicta a* maleficiis *differunt.* & pro *incantamentis* apud eundem uti *malae artes* apud *Apulejum.* Semel occurrit apud Noſtrum Jug. XXXVII. & opponitur *beneficio,* ubi Codd. nihil movent. vocem *malefacta* habes apud *Ennium, Lucretium,* & *Noſtrum* in hac ipſa oratione, quos ſequitur *Apulejus* Apolog. I. *Ego numquam ſtudui* malefacta *cujuſquam* cognoſcere. & *Arnobius. p.* 73. Caeterum locum ex *Iſocratis Archidamo* expreſſum puto, *pag.* 199. Ὑπὲρ ὧν χρὴ βουλεύσασθαι, καὶ ἀγανακτεῖν. ὅτι οὐδὲν ἡμῖν ἔσται πλέον· ἀλλὰ νῦν σκοπεῖν, ὅπως μηδὲν συμβήσεται τοιοῦτο. *Antiphont.* Orat. XIV. *p.* 133. Ἐν ᾧ χρὴ πολλὴν πρόνοιαν ἔχειν, μέλλοντας ἀνηκέστερον ἔργον ἐργάζεσθαι. ἐν μὲν γὰρ ἑκάστῳ πράγματι, καὶ ὀργῇ χρησαμένους, καὶ διαβολῇ πειθομένους ἔλαττόν ἐστιν ἐξαμαρτεῖν (μεταγνοὺς γὰρ ἔτι ὀρθῶς βουλεύσαιτο) ἐν δὲ τοῖς ἀνηκέστοις πλέον βλάβος τὸ μετανοεῖν, καὶ γνῶναι ἐξημαρτηκότας. Confer *Dinarchum, pag.* 66. *Pſeudo Latronem* Cap. XXXVII. *J. Waſſe.*

Villas.] Villae ſemper inter hujuſcemodi objectationes. *Tacit* III, 53. *Quid enim primum prohibere & priſcum ad morem recidere aggrediar?* villarumne *infinita ſpatia, familiarum numerum?* &c. *Noſter* ſupra, *domos atque* villas *in urbium modum aedificatas.* Seneca eleganter, *Nemo ipſorum eſt, qui non Remp. turbari malit, quam ſuam* comam. e contra *Xenophon,* Hiſt. Gr. I, 450. Αἰσχρόν μοι ἐστὶν, ἐκεῖνον περὶ πλείονος ποιεῖσθαι, ἢ τὴν Πόλιν. Hinc ſua Noſter. *Cic.* pro Sulla 59. *Illud erat hominum genus horribile & pertimeſcendum, qui tanto* amore *ſuas poſſeſſiones amplexi tenebant, ut ab his membra divelli citius, ac diſtrahi poſſe diceres.* Craſſum, ni fallor, perſtringit, nam de ſua aetate verba facit. *Idem.*

3 *Cujuſcumquemodi.*] Sic noſtri omnes, *Dictys* autem *cujuſcemodi,* aut *cujuſquemodi,* ut, II, 18. & ad finem Cap. XXVII. qui paulo infra haec habet, *Per idem tempus Chryſes,* &c. *ad naves venit, prae-*

luptatibus veſtris ocium praebere vultis; expergiſcimini aliquando, & capeſſite Remp. [1] *Non agitur de vectigalibus,* [2] *neque de ſociorum injuriis; libertas, & anima noſtra in dubio eſt. Saepenumero P. C. multa verba in hoc ordine feci: ſaepe de luxuria, atque avaritia noſtrorum civium* [3] *queſtus ſum;* [4] *multoſque mortalis ea cauſſa advorſos habeo: qui* [5] *mihi atque animo meo* [6] *nullius unquam delicti* [7] *gratiam feciſſem, haud facile alterius lubidini malefacta condonabam. Sed, ea tametſi vos parvi pendebatis; tamen Reſp. firma erat:* [8] *opulentia neglegentiam tolerabat.*

ferens Dei vultus & quaedam ornamentorum templi ejus, quo facilius recordatione praeſentis numinis veneratio ſui Regibus incuteretur. lego, *dei cultus.* eo ſenſu Noſter, multus pueritiae cultus. *Homerus,* Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος, Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, ſed ut revertamur, firmat hanc Salluſtii lectionem *Sulpitius Severus,* Dialog. III, 2. *Opera illius* cujuſcumquemodi *hominem fuiſſe damnatum.* J. Waſſe.

1 *Non nunc.*] Regio Bodl. γ. λ. abeſt. *nunc* retinent tamen L 3. Ven. Mart. *Nam nunc* Balliol. Reg. abeſt etiam *aliquando,* ſed male, noſtri enim omnes retinent, nec aliter *Scholiaſta* ad II. Theb. *Statii,* pag. 72. Caeterum illud, *voluptatibus otium praebere* exponit *Pricaeus* ad oram ſui libri ex *Syrachide* 21. 1. εἰ θέλετε ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν ὑμῶν εἰρηνεύειν. non enim eo ſenſu locutus eſt noſter quo *Juvenalis* III, 223. *ſi potes avelli Circenſibus.* confer *Cic.* pro Roſc. Amer. §. 16. *Idem.*

2 *Neque de ſociorum injuriis.*] Codex Fabricianus, *non de ſociorum injuriis.* id quod & acrius & lepidius, eodem modo ex impreſſis quidam. *Rivius.* v. Lycurgum p. 49. & 128. *J. Waſſe.*

3 *Queſtus ſum.*] *Conqueſtus; multoſque* Arondel. & Bodlejanus annorum 450. *conqueſtus ſum.* infra L 2. 3. *ob eam cauſam* & Norvicenſis 1470. ex interprete. *J. Waſſe.*

4 *Multoſque mortales ob eam cauſſam adverſos habeo.*] In MSS. eſt, ut & impreſſis vetuſtioribus, *multoſque mortaleis ea cauſſa,* &c. pro, *ob eam cauſſam,* quomodo Terent. *Nec tu ea cauſſa, minueris haec quae facis.* Idem. *Et ea me hic reſtitiſſe gratia.* pro ejus rei gratia. *Rivius.*

5 *Mihi atque animo meo.*] Ita Codd. eleganter: *animo meo,* hoc eſt *mihi, ipſi mihi. Plautus* Trin. *pro imperio tuo* Meum animum *tibi ſervitutem ſervire aequum cenſeo,* &, *animo meo* pro *mea ſententia* Poen. I, 2, 23. Hebraei pro *mihi* ſimiliter ponunt *lenaphſhi.* Homerus. Εἰ σύ γε σῷ θυμῷ ἐθέλοις. J. Waſſe.

6 *Nullius unquam delicti gratiam feciſſem.*] Sic Jugurth. *Ceterum Boccho, quoniam poenitet, delicti gratiam facit:* & lib. IV. Hiſtor. *Poſt reditum eorum quibus Senatus belli Lepidiani gratiam fecerat.* Ciacconius.

7 *Gratiam feciſſem.*] Ita Codd. *Plinius* Epiſt. VIII, 22. Gratia aetatis facta, *Quaeſtor eſt deſignatus.* Plautus: *jurisjurandi* gratiam *volo* facias. Confer *Suetonium* Caligul. XV. *Livium* III. *Gellium* I, 12. X, 15. *Capitolinum* in Antonio Cap. V. Corrigendus autem *Hegeſippus* III, 22. *Cujus fide interpoſita, nihil tale auſuros* delicti gratiam *volens ceſſit.* lege *fecit.* niſi forte ſumatur pro *conceſſit,* quod vix crediderim. MSS. tamen ab editis ſtant. vide nos ad Jug. 112. *J. Waſſe.*

8 *Opulentia neglegentiam tolerabat.*] Ciceronem ſequitur, qui Orat. de Haruſp. Reſp. ita infit: *etenim vix haec, ſi undique fulciamus, jam labefacta, vix, in-*

Digitized by Google

Nunc vero non id agitur, boniſne, an malis moribus vivamus; neque, quantum, aut quam magnificum imperium populi Rom. ſit: [1] ſed cujus haec cumque modi videntur, noſtra, an, nobiſcum una, hoſtium futura ſint.

LVI. *Heic mihi quiſquam manſuetudinem, & miſericordiam nominat? jam pridem equidem nos [2] vera rerum voca-*

quam, innixa in omnium noſtrum humeris cohaerebunt. Fuit quondam ita firma *haec civitas,* & valens, ut neglegentiam Senatus *vel etiam injurias civium ferre poſſet. Jam non poteſt. Aerarium nullum eſt: vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt: auctoritas principum cecidit: conſenſus ordinum eſt divulſus: judicia perierunt: ſuffragia deſcripta tenentur a paucis: bonorum animus ad nutum noſtri ordinis expeditus jam non erit: civem, qui ſe pro patriae ſalute opponat invidiae, fruſtra poſthac requiretis.* Salluſtius ipſe Cap. LXII. *Poſtquam luxu atque deſidia civitas corrupta eſt; rurſus Reſp.* magnitudine ſua Imp. atque magiſtratuum vitia ſuſtentabat. Quem ſequitur *Seneca de Conſol. ad Helvid.* x. *Majores noſtri quorum virtus etiam nunc* vitia noſtra ſuſtentat, *infelices erunt, qui ſibi manu ſua parabant cibum.* Columella II, 10. *Qualitercunque obruas* ſuſtinet coloni neglegentiam. ubi pro, *commode* Codex Arond. *commodiſſime.* Idem.

1 *Sed haec, cujuſcumque modi videntur.*] In manuſcripto quodam eſt, *ſed cujus haec cumque modi videntur,* ut ſit τμῆσις, quomodo & exemplar habet Beroaldinum. *Rivius.* Vox ultima abeſt a codice Polonico, tabe tineiſque corroſo. *haec cujuſcumque modi* quae poſitio etiam in Pall. omnibus, ſed non in Commel. noſtro. *Gruterus. Cujuſquemodi.* L. 2. *cujuſmodi haec.* Markii γ. *cujuſcumque videntur.* Martin. *Idem.*

2 *Vera rerum vocabula amiſimus.*] Thucyd. lib. III. Καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει. Τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρεία φιλέταιρος ἐνομίσθη· μέλλησις δὲ προμηθὴς, δειλία εὐπρεπής. τὸ δὲ σῶφρον, τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα, καὶ τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν ἐπίπαν ἀργόν, τὸ δ᾽ ἐμπλήκτως ὀξὺ, ἀνδρὸς μοίρᾳ προσετέθη· ἀσφάλεια δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι, ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος, καὶ ὁ μὲν χαλεπαίνων, πιστὸς αἰεί, ὁ δὲ ἀντιλέγων αὐτῷ, ὕποπτος. III, §. 82. Manut. Τὸ *rerum* ſubinde mutat locum, Arond. enim *amiſimus rerum.* at, Reg. L. 1. 3. λ. γ. B. Pub. Pemb. *vocabula rerum.* forte poſitura ex verſu *Horatii* nata, qui ita in re ſimili ad Piſon. *Sermonem patrium ditaverit, & nova* rerum Nomina *protulerit.* Epiſt. II, 2. *Proferet in lucem ſpecioſa* vocabula rerum. Receptam lectionem firmat *Cicero* III. de Fin. §. 5. *Conſtruere* vocabula rerum. Item, *Noſter* Fr. III. *Neu* nomina rerum *ad ignaviam mutantes.* Lucretius V, 73. *Quove modo genus humanum variante loquela, Coeperit inter ſe veſci per* nomina rerum. V, 1028. *utilitas expreſſit* nomina rerum. *Lucanus* VI. *Da* nomina rebus. & *Silius* XII, 388. *tanto digne pro* nomine rerum *Pondere.* &, XV, 114. *Tunc quoties patriae* rerumque pericula *poſcent.* Sic *Apulejus* Apolog. pag. 296. *Diſce enim* nomina rerum *Latina.* de Habitud. D. Pl. p. VI. *Detur enim venia novitati verborum* rerum obſcuritatibus *ſervienti.* Florent. & Codex Cajenſis omittunt *rerum,* ſed perperam. Retinet etiam *Dionyſius Halicarn.* IV, 73. Πρῶτον μὲν ἐπειδὴ τοῖς ὀνόμασι τῶν πραγμάτων οἱ πολλοὶ σκοποῦσι, κἀπὸ τούτων ἢ προσίενταί τινα τῶν βλαβερῶν, ἢ φεύγουσί τι τῶν ὠφελίμων, ἐν οἷς καὶ τὴν Μοναρχίαν εἶναι συμβέβηκε, μεταθέσθαι τοὔνομα τῆς πολιτείας ὑμῶν παραινῶ. Hac denique forma habes *herbarum vocabulum,* & *oppidorum* apud *Plinium* Nat. Hiſt. XIII, 25. III, 1. *vocabula magiſtratuum* apud *Tacitum.* Quod ad ſententiam attinet, conſule in

bula

Digitized by Google

bala; amiſimus quia, bona aliena largiri, liberalitas; *malarum rerum audacia,* fortitudo *vocatur; eo Reſp. in extremo ſita eſt. Sint ſane, quoniam ita ſe mores habent, liberales ex ſociorum fortunis,* * *ſint miſericordes in furibus aerarii:* † *ne illis*

primis *Lucretium* IV, 1154. deinde *Ovidium de* Arte II, 657. Nominibus *mollire* licet mala: Fuſca *vocetur, Nigrior Illyrica cui pice ſanguis erit. Si* pacta *eſt, Veneri ſimilis: Si* flava *Minervae. Sit* gracilis, *macie quae male viva ſua eſt. Dic* habilem, *quaecunque brevis; quae turgida,* plenam: *Et lateat vitium proximitate boni.* E contra, auctore eodem in Remed. 325. *Et mala ſunt vicina bonis: errore ſub illo Pro vitio virtus crimina ſaepe tulit. Quam potes, in* pejus dotes deflecte *puellae: Judiciumque brevi limite falle tuum.* Turgida *ſi plena eſt; ſi fuſca eſt,* nigra *vocetur. In gracili* macies *crimen habere poteſt. Et poterit dici* petulans *quae ruſtica non eſt: Et poterit dici* ruſtica, *ſi qua proba eſt.* Adde huc *Manilium* V, 151. *habitat ſub pectore caeco* Ambitio, & morbum virtutis nomine vitant. *Claudianum* II. in Eutrop. quid pulchra vocabula pigris Praetentas vitiis, *&c. Horatium* Lib. I. Sat. III. qui appoſite: *Parcius hic vivit: frugi dicatur? ineptus & jactantior hic paulo eſt?* concinnus *amicis Poſtulat ut videatur, at eſt truculentior, atque Plus aequo liber:* ſimplex *fortiſque habeatur. Caldior eſt;* acres *inter numeretur.* Vid. *Prudentium* Pſychom. 564. *Manilium* V, 155. *Seneca* Epiſt. XLV. *Vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt:* temeritas *ſub titulo* fortitudinis *latet,* moderatio *vocatur* ignavia, *pro cauto* timidus *accipitur.* Tacit. Agric. XXI. *Paulatimque diſceſſum ad delenimenta vitiorum, porticus & balnea & conviviorum elegantiam, idque apud imperitos* humanitas *vocatur, cum pars ſervitutis eſſet.* Idem etiam in Galgaci Oratione. *Auferre, trucidare, rapere, falſis nominibus* imperium, *atque ubi ſolitudinem faciunt,* pacem *appellant.* iterum An. III, 24. *fruſtra* noſtram ignaviam alia ad vocabula *transferri.* Vide Noſtrum Fr. III. *Quintilianus* Inſtitut. VIII, 3. *Tamen vitanda quatenus* verba honeſta moribus perdidimus. *Sidonius Apoll.* in Concione Lib. VII. Epiſt. 9. *ſi eligimus* humilem, *vocatur* abjectus: *ſi proferimus* erectum ſuperbire *cenſetur.* & paulo poſt; Libertatem *pro* improbitate *condemnant:* verecundiam *pro* ruſticitate *faſtidiunt*: rigidos *ab* auſteritate *non habent charos: blandi apud eos communione viloſcunt.* Zeno Veronenſis Serm. de livore & invidia: *magnanimum quemque virum* protervum *vocant, conſtantem vero & patientem, ſine* ſenſu doloris *appellant, ſobrium* acerbum *dicunt,* &c. *& omnes prorſus virtutum ſpecies decolorare contrariis & a malitia ſumptis appellationibus* geſtiunt. *Andocides* Orat. III. *p.* 283. τὴν τ' ἀσφάλειαν ἡμῶν τῆς ἐπαναφορᾶς, ΔΕΟΣ ὀνομάζουσι. Thucyd. V, m. πολλοῖς γὰρ προορωμένοις ἐπὶ ἐς οἷα φέρονται, τὸ αἰσχρὸν καλούμενον, ὀνόματος ἐπαγωγοῦ δυνάμει, ἐπεσπάσατο, ἡσσηθεῖσι τοῦ ῥήματος ἔργῳ ξυμφοραῖς ἀνηκέστοις ἑκόντας περιπεσεῖν. Vide omnino *Alexandrum Aphrodiſienſem* in Topica Ariſtot. pag. 94. Infra: *audacia malarum rerum.* ita Codd. *Plautus* Aſinar. V, 2. *ſi hujus rei me eſſe* mendacem *inveneris.* Laberius; *bonarum* rerum *Conſuetudo peſſima eſt.* Tertullianus Apolog. Cap. XII. Carcer poenarum infernarum *Tartarus.* &, VII. libidinum impiarum inverecundiam *Trebellius Pollio* de Gallienis VII. *Erat enim in Gallieno* ſubitae virtutis audacia. *Juvenalis* Sat. XIII, 5. *Nam cum magna* malae *ſupereſt* fiducia Cauſſae *Creditur a multis fiducia.* Cato Fr. LVIII. Fures *privatorum* furtorum. *Arnobius* p. 52. *neque ad ſedes remeantibus patrias* obſtacula impeditionis opponant. Favet *Aretinus* Ep. V, 11. *diſciplinam malarum* rerum, &c. *Gratius* I, 62. *Nonne vides veterum quos prodit* fabula rerum *Semideos.* Statius III, Theb. 3. *otia ſomni* Accipit. *Plaut. ſi me* mendacem hujus rei *inveneris.* J. Waſſe.

 ſanguinem

Digitized by Google

ſanguinem noſtrum largiantur; & dum paucis ſceleratis parcunt, bonos omnis perditum eant. [1] *Bene, & compoſite C. Caeſar* [2] *paullo ante in hoc ordine de vita & morte diſſeruit,* [3] *credo falſa exiſtumans ea, quae de inferis memorantur, diverſo itinere malos a bonis loca taetra, inculta, foeda, atque formidoloſa habere. Itaque cenſuit,*

* *Sint miſericordes.*] Etſi haec eſt vulgata, receptaque lectio, multorum quoque veterum codicum auctoritate comprobata; non celabo tamen perantiqui cujuſdam libri ſcripturam: *Sint miſericordes in furibus aerarii; caveant, ne illis ſit periculum, dum ſanguinem noſtrum largiantur, & dum paucis ſceleſtis parcunt, bonos omnes perditum eant.* Popma.

† *Ne illis ſanguinem noſtrum largiantur.*] Sic vetuſtior editio, ſic MSS. conſenſus; non *illi*, quod occupat jam omnes codices, ex quo ſuum extruſit *Aldus* ſenior; haud tamen vere. *Gruterus.*

1 *Bene & compoſite.*] Λόγον πεφρον-τισμένον vocat *Plutarch.* in Caeſare. ſed & Poſtumius Albinus apud *Gellium* XI, 17. *Neminem ſuccenſere ſibi convenire, ſi quid in his libris parum* compoſite *aut minus eleganter ſcriptum foret.* Noſter in Jug. *Non ſunt* compoſita *verba mea.* Cic. ad Attic. VI, 120. compoſitiſſimae *literae* & clariſſimae. & I. de Orat. compoſite, *ornate, copioſe eloqui.* Stat. Sylv. II, 1, 47. Compoſitoſque *ſales meditataque verba locutus* & Tacit. XV. *agere aliquid* compoſitius *quam feſtinantius.* Sidonius VIII, XI. *ſi orationis illius metiaris, acer, rotundus,* compoſitus, *excuſſus.* Ammianus XVII, I. *aliorum exitio quid fortunis ſuis immineret anxie cogitantes, ſimulata pacis petitione, ut primae vertiginis impetum declinarent, miſere legatos cum verbis* compoſitis. Jonas Aurelianenſis Lib. I. p. 642. *Ad ruinam tuae tam* incompoſitae *dictionis hoc texueris.* Arnobius. *Quia numeroſum & inſtructum.* compoſitumque *Sermonem* Lib. II. p. 45. aliquando in malam partem tam apud Graecos quam Latinos. *Aeſchylus* Prom. vinct. 686. νόσημα γὰρ αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους &. Noſter Jug. LXXXIX. *abunde illis facundam &* compoſitam *orationem fore,* i. e. *delenificam.* & φρενοθελγήν. J. Waſſe.

2 *Paullo ante in hoc ordine de,* &c.] Nullo ſententiae detrimento abeſſe poterat *in hoc ordine* monetque *Rivius.* excudi editis nonnullis. *Gruterus.* e noſtris omittunt L. L 3. *Sceleſtis* Reg. pro *ſceleratis* ut infra. ſic Martin. *omnis* abeſt ab L 2. J. Waſſe.

3 *Credo falſa exiſtumans.*] *Nonius* Merceri p. 318. & Codd. MSS. ad verbum hanc periodum ut in editis concipiunt. Pulchre *Cicero* de Conſolatione apud *Lactantium* III, 19. Vitiis & ſceleribus contaminatos *deprimi in tenebras atque* in coeno jacere *docuerunt.* Multa etiam in hanc ſententiam ex *Orpheo* aliiſque adducit *Plato* in Gorgia & Phaed. p. 386. qui adeatur. *Juvenalis* II, 148. *Eſſe aliquos manes & ſubterranea regna. Et contum,* & Stygio ranas in gurgite nigras, *Atque una tranſire vadum tot millia cymba. Nec pueri credunt niſi qui nondum aere lavantur. Sed tu vera puta.* Vide *Plutarchum* in; Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ ΛΑΘΕ ΒΙΩΣΑΣ. pag. 1128. & maxume in; περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων. pag. 556. Quod Noſter, *diverſo itinere,* &c. ita extulit *Maro* VI. *Hic locus eſt,* partes ubi ſe via *findit in ambas,* Dextera, *quae Ditis magni ſub moenia tendit; Hac iter Elyſium nobis: at* laeva *malorum Exercet poenas, & ad impia Tartara mittit.* vide *Callimachum* Epig. XIV. *Diphilus.* Καὶ γὰρ καθ' ᾅδην δύο τρίβους νομίζομεν, Μίαν δικαίων, ἑτέραν δ' ἀσεβῶν εἶν' ὁδόν. Confer etiam *Ciceronem* IV. Catilin. §. VIII. Tuſc. 139. *Noſtrum* cap. 55. De his verbis capiendus *Appianus* B. Civil. Κάτων; ἤδη σαφῶς ἀνα-

pecunias

pecunias eorum publicandas, ipſos [1] per municipia in cuſtodiis habendos; [2] *videlicet timens ne, ſi Romae ſint, aut a popularibus conjurationis, aut a multitudine conducta per vim eripiantur. Quaſi vero mali, atque ſceleſti tantummodo in urbe, [3] & non per totam Italiam ſint; aut non ibi plus poſſit audacia, [4] ubi ad defendendum opes minores ſunt. Quare vanum equidem hoc conſilium eſt, ſi periculum ex illis metuit. Sin [5] in tanto omnium metu ſolus non timet; eo magis refert, me mihi, atque vobis timere.*

LV. *Quare cum de P. Lentulo, ceteriſque ſtatuetis; pro certo habetote, vos ſimul de exercitu Catilinae & de omnibus conjuratis decernere. Quanto vos* [6] *attentius ea agetis, tanto illis animus infirmior erit. Si pallulum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt. Nolite exiſtumare, majores noſtros armis Remp. ex parva magnam feciſſe.* [7] *Si ita res eſſet;* [8] *multo pulcerrumam eam*

φυλάττων τὴν ἐς τὸν Καίσαρα ὑποψίαν. infra: *a multitudine* Arond. & Reg. omittunt praepoſ. Codex B. Pub. & Markii λ. *aut popularibus aut mult.* Idem.

1 *Per municipia in cuſtodiis habendos.*] Commel noſter omittit *in cuſtodiis*, & hercle ſalvo ſenſu omitti poterat, utpote cum ſatis ſubaudiatur. *Gruterus.*

2 *Videlicet timens, ne ſi Romae ſint a pop.* &c.] Male habitum locum prodit lectionum diverſitas, nam viſitur ſolum in Naz. ac Com. *videlicet timens ut aut a populo*, caeteris relictis: in Pal. 2. *videlicet timens ne ſi Romae ſint ut aut a pop.* in 3. *habendos, timens ne ſi Romae ſint a pluribus conjurationis aut a multitudine*, &c. Sine dictione *videlicet*. in 4. *Verum timens ne ſi Romae aut a poſſint.* in 5. *videlicet timens, aut popularibus conjurationis.* &c. in 7. *Videlicet timens ſi Romae ſint ne a popular.* in 9. *videlicet timens ne ſi illi Romae ſint aut a pop.* poſſet quis refingere *habendos ne aut a popul.* & aut proxime MSS. vetuſtiores *videlicet timens ne aut a popul.* certe illa *ſi Romae ſint* facillime ſubintelligamus. *Gruterus.* E noſtris Mart. Arondel. Norvic. 1470. & Markii Codd. *videlicet timens ne ſi.* ſic L 3. *J. Waſſe.*

3 *Et non per totam Italiam ſint.*] In Fabriciano omiſſa illa & copula *non per totam Italiam*, legitur, quamvis ſecus in aliis. *Rivius.*

4 *Ubi ad defendendum opes.*] Nazar. prius habuit, *defendendam*, ut referatur ad *audaciam*, nec male; *ut defendere* notet *prohibere*. Gruterus.

5 *In tanto omnium metu.*] *In* abeſt Arond. Markii γ. *ſi in*: eo ſenſu *Hirtius.* C. VIII, 14. *At Caeſar neque reſiſtentes* tanto collis adſenſu *laceſſendos judicabat*: Livius XXXII, 21. *ſi ſua voluntate tot ſocios reliquit hoſtibus diripiendos, quid recuſare poteſt, quin & ſocii ſibi conſulant? ſi metu, nobis quoque ignoſcat timentibus.* vide plura ad Fr. I, 4. *J. Waſſe.*

6 *Attentius.*] *Intentius* Codex Bib. Divi Martini. perinde ſonat, nam ſecundum *Cic.* de Orat. Cura, *attentio animi, cogitatio, vigilantia, aſſiduitas, labor, una diligentiae verbo continentur.* Idem.

7 *Si ita res eſſet, multo.*] Volumen Fabricianum, *Si ita eſſet.* nec additur ibi *res.* atque hoc modo etiam. *Auguſtinus*

nos

Digitized by Google

nos haberemus; quippe sociorum, atque civium, praeterea armorum, atque equorum [1] *major nobis copia, quam illis, est.* [2] *Sed alia fuere, quae illos magnos fecere; quae nobis nulla sunt; domi industria, foris justum imperium; animus in consulendo liber, neque delicto, neque lubidini obnoxius.* [3] *Pro his nos habemus luxuriam, atque avaritiam;* [4] *publice egestatem, privatim opulentiam: laudamus divitias, sequimur inertiam: inter bonos & malos discrimen* [5] *nullum: omnia* [6] virtutis praemia ambitio poſ-

in v. 12. de Civitate Dei citat; utrumque autem recte dicitur, *ſic eſt*, & *ſic res eſt*, ὅτως ἔχει. & utroque *Terentius* in Andria utitur. *Rivius*. Vincentius *Beluacenſis* hunc locum citans retinet vocem *res*. & ſic Codd. noſtri omnes. Idem legit, *pro his autem nos*. huc alludit *Salvianus*. p. 328. *At nunc pro his omnibus; avaritia, cupiditas, rapina*. ceterum; *laudamus d. ſ. inertiam* abeſt tam a *Vincentio* quam *Auguſtino*. de ſuo addidit ille ultimus, poſt: *ambitio poſſidet domi voluptati, foris autem pecuniae ſervitur aut gratiae*. pro, *juſtum imperium* male apud Vincentium *juſtitia*. locum ob oculos habuit *Hegeſippus* Salluſtianae dictionis ſtudioſiſſimus. II, 9. ſic enim apud eum Agrippa ad Judaeos tumultuantes. *Cur depoſita ſunt arma a patribus noſtris? Et certe illi fortiores nobis fuere, vigebant animis, abundabant ſubſidiis*. Confer *Cic.* pro Roſc. Amer. §. 58. &, pro L. Manil. §. 12. J. Waſſe.

8 *Multo pulcerrumam eam nos haberemus.*] Edd. primis non adeſt *nos*, mediis ejus loco eſt *non*. Si liceret per MSS. mallem *nunc*, vel *modo*. Gruterus. L. L 2. L 3. omittunt *nos*. *habemus* Pemb. *nos eam* Markii γ. *J. Waſſe.*

1 *Major copia nobis quam illis eſt.*] Vocula extrema abeſſe poterat. *Gruterus.*

2 *Sed alia fuere.*] Obelo confoderat Lacon quis illa *fuere quae*, neque abſtineret a principe dictione *ſed*. Gruterus. Verum aliter Libri, vel Librarii. *Vincentius* quidem omittit, *quae illos magnos fecere*, reclamantibus Codd. & *Dionyſio*, qui ſpectare locum videtur. Antiq. II, 3. πόλιν τε οὐδεμίαν πω τούτοις ἐκλαμπρυνθεῖσαν, ἐπὶ μήκιστον εὐδαίμονα γενέσθαι καὶ μεγάλην· ΑΛΛ' ἝΤΕΡΑ ΕἸΝΑΙ τὰ σώζοντα, καὶ ποιοῦντα μεγάλας ἐκ μικρῶν τὰς πόλεις infra: *foris juſtum imperium*. Ita fere *Thucydides*, II. Τολμῶντές τε καὶ γιγνώσκοντες τὰ ΔΕΟΝΤΑ καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ΑἸΣΧΥΝΟΜΕΝΟΙ ἄνδρες αὐτὰ ἐκτήσαντο. *Xenophon* Hiſt. Cyri VII. οὐκέτι τοῦτο αὐτῶν σωφροσύνης, οὐδ' αὖ ἘΓΚΡΑΤΕΙΑΣ γίγνεται. vide *Cic.* pro Roſcio Amer. §. 18. Noſtrum Cat. III. *J. Waſſe.*

3 *Pro his nos habemus.*] Superfluit pronomen *nos*. Gruterus.

4 *Publice egeſtatem*] Idem queritur Cicero de Haruſpicum reſponſis: *aerarium nullum eſt: vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt: auctoritas Principum cecidit: conſenſus ordinum divulſus: judicia perierunt: ſuffragia diſcripta tenentur a paucis*. Publicam egeſtatem & privatam opulentiam tanquam periculoſam Reipub. improbat quoque *Thucydides* lib. XII.

5 *Nullum diſcrimen eſt.*] In manuſcriptis, *diſcrimen nullum*, omiſſo verbo ſubſtantivo. nec aliter *Auguſtinus* v. de Civitate Dei. cap. XII. *Rivius*.

6 *Virtutis praemia ambitio poſſidet.*] Vegetius ex Catone majore quem citat ad finem capitis 3. *robur infractum eſt, cum virtutis praemia occuparet ambitio & per gratiam promoverentur milites, qui promoveri conſueverant per laborem* II, 3. *Ubi laboris inertiae, vigilantiae ſomno, frugalitatis luxuriae mores Unitur; eadem*

ſidet.

ſidet. Neque mirum; ubi vos [1] *ſeparatim ſibi quiſque conſilium capitis, ubi domi voluptatibus, hic pecuniae, aut gratiae ſervitis; eo fit, ut impetus fiat in vacuam Remp. Sed ego haec omitto. Conjuravere* [2] *nobiliſſumi cives patriam incendere. Gallorum gentem infeſtiſſumam nomini* [3] *Romano, ad bellum arceſſunt: dux hoſtium cum exercitu* [4] *ſupra caput eſt: vos cunctamini etiam nunc,* [5] *& dubita-*

iſta, quibus alios artibus aſſecutos vident, conſectantur. Plinius in Paneg. cap. 44. *Titinnius* Barbato: *Ubi* ambitionem virtuti *videas antecedere.* J. Waſſe.

1 *Separatim.*] i. e. *Non in commune.* hoc mali civis indicium ſtatuit Hala Servilius Tribunus militum apud *Livium* lib. IV. Indicia ſunt factionis iſta, reſpectuſque rerum privatarum, quae ut apud eundem lib. II. Appius dicit, ſemper offecere, officientque publicis conſiliis. Inde diſcordia, & porro Rerumpubl. interitus. &, ut eleganter eodem libro *Livius* loquitur: *Id unum venenum, ea labes civitatibus opulentis reperta, ut magna imperia mortalia eſſent.* Graſw. Servire gratiae hic *i. e.* in curia & concionibus uti apud *Demoſth.* in Olynth. III. principio. Ὁρῶ τε γὰρ, ὡς ἐν τῷ πρὸς χάριν δημηγορεῖν ἐνίους, εἰς πᾶν προελήλυθε μοχθηρίας τὰ παρόντα πράγματα. infra, *ſed ego haec omitto.* forma a *Demoſthene* deſumta. Καὶ οὐκέτι προστίθημι, ὅτι, &c. ἀλλ' ἐῶ πάντα. de Corona, p. 346. *Separatim & ſibi quiſque,* hoc eſt, *privato compendio ſtudetis.* de quibus ita *Andocides* Orat. IV. p. 290. Διὰ μὲν γὰρ τὰς τῶν ἰδίων ἐπιμελείας, αἱ πόλεις μείζους γεγένηνται· διὰ δὲ τὰς τῶν κοινῶν, μεγάλαι καὶ ἐλεύθεραι γίγνονται. confer *Tacitum,* in Agric. XII. & Hiſt. II, 37. & Noſtrum V, 9. E contra in foederibus ſaepe cautum eſt, ut bella paceſque in commune agat, & patiatur uterque populus *Dionyſ. Halic.* Antiq. Rom. I, 59. Κοινῇ δὲ ἀμφοτέρους τὰ κράτιστα ὑπὲρ ἀλλήλων πράττειν χειρί τε καὶ γνώμῃ. Praeivit *Homerus,* Εἰ δή ποτ' ἐς γε μίαν βουλεύσομεν, οὐκέτ' ἔπειτα Τρωσὶν ἀνάβλησις κακοῦ ἔσσεται οὐδ' ἠβαιόν. J. Waſſe.

2 *Nobiliſſumi.*] Nobilitate crimina augentur, ſi tale ſit crimen, quod extinguit ſplendorem ſanguinis, & maximum Reip. adfert detrimentum. Unde alibi Caeſares *Valentinianus* & *Theodoſius* l. ult. Cod. de conductor. l. 11. *Gravior,* inquiunt, *poena conſtituenda in hos, qui noſtri juris ſunt, & noſtra debent cuſtodire praecepta.* & alibi *Theodoſius,* multo majore poena eos eſſe dignos dixit, quibus plurimum honoris delatum ſit. Ordinaria alioqui crimina in nobilibus mitius puniebantur apud Romanos. Quod apparet ex l. 9. §. iſtae fere l. 15. l. 28. §. non omnes & §. generaliter l. 38. §. actores & §. ſeq. l. ult. §. 1. ff. de Poenis, aliiſque multis in locis. *Thyſ.*

3 *Romano nomini.*] Codices in pergamenis deſcripti, *nomini Romano.* ac ſic rectius legitur. Sed & *arceſſunt* ibidem, non *accerſunt.* quamvis eodem ſenſu. *Rivius.*

4 *Supra caput.*] Sic Markiani Codd. & Pemb. ſolus B. Pub. e noſtris *ſuper.* neutrum damno. *Cicero* enim ad Q. Fratrem 1, 2: *Ecce* ſupra caput *homo levis & ſordidus.* & ſic *Livius* III, 17. *Quum hoſtes* ſupra caput *ſint, diſcedi ab armis, legeſque ferri placet?* & *Tantum hoſtium non ſolum intra muros eſt, ſed in arce,* ſupra forum *curiamque. Tacit.* e contra, Hiſt. IV, 69. *ſumi bellum etiam ab ignavis, ſtrenuiſſimi cujuſque periculo geri, jamque* ſuper caput *legiones.* nec umquam *ſupra.* at *Plin.* in Nat. Hiſt. *ſupra* & *ſuper omnia* indifferenter utitur. nihilominus maliem hoc loco *ſuper* quam *ſupra,* praeſentius enim periculum denotat. *Cic.* pro Murena §. 79. *ab illo in ſpeculis atque inſidiis relictis in capite, atque in cervicibus noſtris reſtiterunt.* J. Waſſe.

tis

tis, quid, intra moenia deprehenſis hoſtibus, faciatis? [1] *Miſereamini cenſeo: deliquere homines adoleſcentuli per ambitionem:* [2] *atque etiam armatos dimittatis. Nae iſta vobis manſuetudo, & miſericordia, ſi illi arma ceperint,* [3] *in miſeriam vertet. Scilicet res ipſa aſpera eſt; ſed vos non timetis eam. Immo vero maxume; ſed inertia &*

5 *Et dubitatis quid intra moenia.*] Tres libri melius, *Vos cunctamini etiam nunc quid intra m.* Infra: *De crudeliſſimis parricidis, quid ſtatuatis cunctamini.* Putſchius. *Vos cunctamini etiam nunc, quid intra moenia, deprehenſis hoſtibus, faciatis.* Secutus ſum Commel. ac Pal. ſec. & tert. quibus nullum veſtigium illius, *& dubitatis*, quod nupere natum eſt. nam edd. priſcae. ut & omn. fere MSS. *vos cunctamini etiam nunc dubitatis*, ſine copula. L. L. 3. omittunt copulam a Markio γ. abeſt *& dubitatis* optime. pro, *faciatis* Bodl. Balliol. & Venet. 1478. *ſtatuatis* non item anterior Ed. nec. MSS. *J. W.* Ceterum fere etiam recepiſſem, *apprehenſis*, quod erat in Commel. & Naz. loco *deprehenſis*, Gruterus. *Deprehenſis* Pembr. ſed ex ſecunda manu. *J. Waſſe.*

1 *Miſereamini cenſeo, deliquere homines adoleſcentuli per ambitionem.*] Sic & manuſcriptum & alia fere. Sed Merſeburgenſe & Schurrerianum, *Miſeremini.* perperam videlicet. τὸ *cenſeo*, hic ad ironiam facit. *Rivius.*

2 *Atque etiam armatos dimit.*] Adverbium *etiam* non conſpicitur in Pal. pr. aut undec. magis quam in Commeliniano. *Gruterus.*

3 *In miſeriam convertetur.*] Hic exemplar Fabricianum *in miſeriam vertet.* Idque cum verius multo, tum elegantius, pro, *vertetur* & *commutabitur.* Tacitus, *Aſtuſque hoſtium in perniciem ipſis vertebat.* Idem, *Seu temere lapſa vox in praeſagium vertit.* Livius, *Verteratque Scipionum invidia in praetorem.* Idem, *In perniciem adoleſcenti verterunt.* Sic *Cn. Vellejus* in annalibus apud Gellium, *Poſtquam tempeſtas* ſedavit, *inquit.* pro *ſedata eſt.* Pro paſſivo enim activum poſuit. & *Varro* apud eundem. *In priore verbo graves proſodiae quae fuere manent: reliquae* mutant, inquit, pro, *mutantur.* Livius IX. Dec. IV. *Mores quidem populi R. quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* Idem VIII. belli Punici II. *Non ſepties die, ſicuti fama fert, temporibus ſtatutis* reciprocat. pro, *reciprocatur.* Suetonius. *Quoties terra in urbe* moviſſet, pro, *mota fuiſſet.* Talia apud *Virgilium, Nox humida coelo* praecipitat. & *Ingeminant Auſtri.* pro, *praecipitatur, ingeminantur.* Niſi quis ellipſin malit pronominis *ſe*, quomodo, ni fallor, in illo, *Accingunt omnes operi.* &, *Tum prora avertit.* *Livius* II. ab V. C. *Sicuti dedita opera paſſim ad illecebras propulſa pecora, praecipitavere in inſidias.* hic *praecipitare* paſſive poſitum videtur. quamvis *Hadrianus* fere ſemper veteres ita fuiſſe locutos adnotavit, maxime quoties de ſideribus aut temporibus mentio incideret. *Caeſar, Hiems jam praecipitaverat*, inquit. Eſt & apud *Ciceronem*, *Sol jam praecipitans.* Sed & aliis de rebus loquentes hoc verbo in hunc modum utimur. ut *Cicero, Fibrenus ex eo loco praecipitat ex altiſſimis montibus.* Idem, *Praecipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus.* Sic apud eundem, *Praecipitantem retinere, praecipitanti reip. ſubvenire, &c.* quae omnia paſſive intelligenda eſſe vides. Sed ad inſtitutum. Eſt in quibuſdam perperam, *Vereor ne iſta manſuetudo, &c.* qua in re lapſus eſt *Felicius* quoque *Durantinus.* nam ut exemplarium conſenſum omittam, *Donatus* in Andriam. v. 4. hunc locum ita

mol-

Digitized by Google

mollitia animi, alius alium exſpectantes, [1] cunctamini, videlicet diis immortalibus confiſi, qui hanc Rempubl. in maxumis ſaepe periculis ſervavere. Non votis, neque [2] ſuppliciis muliebribus auxilia deorum parantur:

citat, ut nunc vulgo legitur. Eſt autem *Nae* diphthongo ſcribendum, idemque omnino eſt quod Latinis *profecto*, & illa jurandi particula *Medius fidius*. Cicero, *Nae iſti vehementer errant*. Idem, *Nae tu ſi id feciſſes, melius famae tuae conſuluiſſes*. Interdum idem conjungit *Nae* & *Medius fidius*. velut ad Atticum alicubi, & in quaeſtionibus Tuſculanis. *Rivius*. *At vereor ne*, &c. *convertatur* Markii λ. ut & Norvicenſes. verum duae priores exulant α γ. retinet tamen *vertatur*. Pemb. & Oxonienſes fere *convertatur*, nec aliter Arondel. & L. 2, 3. Martin. *timeo ne*, &c. Bodl. *vereor*. turpiter omnes. L. 1. *convertat*. ſolus ſapit, Gruteri, & Codex Fabricianus, qui *vertat*, quemadmodum edi curavimus, exhibent. Exemplis a Rivio allatis unum addam ut emendatius in poſterum ſit. *Varro* de R. R. Lib. III. Cap. ultimo. *Praeterea ſalſamenta in eas piſcinas emptitia conjiciebat, cum mare* turbaretur, *uti per tempeſtatem ſuis piſcibus e macello cetariorum uti e mari obſonium praeberet*. in primis non placet inamoena repetitio τῦ *uti*, Codex Arondelianus ejus loco habet *ac*, ſed retinendum illud alterum vel ingratiis, aliter enim non ſtabit conſtructio. verum eodem Codice auctore repone *turbaret* haec vox etiam apud *Hegeſippum* II, 9. depravata eſt. Haec *noſtra nos jamdudum Religio deſeruit*. Alii Codd. recte ſubſtituunt *Nae*. Lucret. *Canceris ne vertat metas ad ſolſtitiales*. Plautus, Amphitr. I, 1, 95. Vertentibus *Thelebois telis complebantur corpora*. Senſum expreſſit ex *Thucyd*. III, 40. alludit *Livius* III, 50. miſericordia *ſe in ſpeciem crudelitatis* lapſum. Confer noſtrum in *Jug*. XXXV. *J. Waſſe*.

1 *Cunctamini*.] Reg. *contamini* errore manifeſtario. *Livius* III, 10. Cunctati *aliquamdiu ſunt*, dum alius alium, *ut praelium incipiant, circumſpectant*. rem aliis exprimit XXXIII, 20. *Cum ſuadendi poteſtas a magiſtratibus facta eſſet, nec quiſquam prodiret: diu ſilentium aliorum alios intuentium fuit*. Tacitus Hiſt. I, 55. *ceteri ſilentio, proximi* cujuſque audaciam exſpectantes; *inſita mortalibus natura propere ſequi, quae piget inchoare*. Q. Septimius II, 23. *Poſtquam dicendi finem fecit, magno ſilentio cunctis, ut in tali re ſolet, alienam ſententiam expectantibus, cum ſe quiſque minus idoneum auctorem crederet*. Noſter Fr. I, 9. *quantum vos audeatis vereor, ne alius alium principem expectantes, ante capiamini*. ibi Balliol. *tantum audeatis* omiſſo *vos*. etiam, *ſocordia* &. *quam raptum*. Caeterum verba illa, *& facta in gl. n. ſi l. a. f.* agnoſcit *Diomedes* p. 407. *Demoſthenes* in Philip. II. p. 28. Ἕως ἂν ἔτι μέλλῃ καὶ συνίσταται τὰ πράγματα, καὶ ἀγνοῶμεν ἀλλήλων. & Orat. περὶ συμμοριῶν. p. 74. Ὅσα δ' ἐβουλήθητε μὲν, μηδὲ πώποτε δ' ἀποβλέψατε πρὸς ἀλλήλους, ὡς αὐτὸς μὲν ἕκαστος οὐ ποιήσων, τὸν δὲ πλησίον πράξοντα, οὐδὲν πώποτε ὑμῖν ἐγένετο. Et exemplar ejus *Thucyd*. I, 71. Τούτης μάλιστα τοιαύτης ἀντικαθεστηκυίας πόλεως, ὦ Λακεδαιμόνιοι, διαμέλλετε. Hiſt. Aug. 2 Vol. p. 94. *Circumſpicitis &* cunctamini. *J. Waſſe*.

2 *Suppliciis muliebribus*.] Sic locuti optimi quique. Vide *Varronem, Tacitum, Afranium, Plautum* in indice. *Livius* XXV, 7. *Horum prodigiorum cauſſa diem unum* ſupplicatio *fuit, & per aliquot dies Coſſ. rebus divinis operam dederunt*. Codex Trin. *ſupplicio*, neſcio an *ſupplicium* ibi reponendum ſit, cum idem codex XXVII, 4. XXVIII, 11. XXI. 63. ubi eadem occurrit locutio nihil moveat. at ipſe Auctor XXVII, 50. *per omnia delubra vagae* ſuppliciis votiſque *fatigare Deos*. & Lib. VII. habes

Z [1] *vigi-*

vigilando, agendo, bene conſulendo, proſpere omnia cedunt: ubi ſocordiae tete, atque ignaviae tradideris; nequicquam deos implores, irati infeſtique ſunt. Apud ma-

Salluſtii *ſupplicia muliebria. Itaque multis precibus* ſuppliciiſque *reſponſo editur divina ope animalia interitura.* Dictys. vi, 11. *Plautus* Prolog. in Rudentem, *Et operam & ſumtum perdunt: id eo fit, quia Nihil ei acceptum eſt a perjuris ſupplicii.* *Arnobius* Lib. 1. p. 20. *& Deum fuiſſe contenditis & ſupereſſe adhuc creditis, & quotidianis* ſupplicationibus *adoratis.* ſuſpicor primitus ſcripſiſſe *ſuppliciis* licet altera voce utatur p. 22. Scholium ad vocem Martii λ. *ſupplicia ideo accipiuntur pro* ſupplicationibus *quandoque, ſicut hic, quia ſolebant antiqui hoſtias & ſupplicationes facere pro damnatis & ſupplicio dignis.* Idem tradit *Sinnius Capito* apud *Feſtum, cum Civis necaretur, inſtitutum fuiſſe* (ait) *ut Semoniae res ſacra fieret vervece bidente, ut eo ſacrificio poena ſolutis civibus, caput ipſum damnati, patrimoniumque cui delibatum eſſet, id fieret ſacrum deo: indeque fuiſſe ſolitum, ut quia tunc in Forum ſupplicandi cauſa prodiret Rex ſacrorum, ut id vocaretur ſupplicium* quod neſcio *Curtio* reddendum ſit Lib. vii, 5. *Nec aut commercio linguae aut* ſupplicum *velamentis precibuſque inhiberi crudelitas poteſt.* Codex Petrenſis *ſuppliciorum* ut apud noſtrum & *Plautum* Curcul. ii, 3. *ſervitium* pro *ſervorum turba*. nihil tamen affirmandum quia apud eundem v. 3. habetur *ſupplicum*, tum quia *ſuppliciorum* hoc ſignificatu apud idoneum auctorem nondum repperi. Utcunque ſe res habet ſaltem a Salluſtio antiquitatis affectatore exulabit in poſterum τὸ *ſupplicatio* quod tot libros cuſos ſcriptoſque inſederat. Solemne eſt Librariis qui fere Monachi ſemibarbari verbum notius eligere, unde bis inſigniter depravarunt inter alios *Juvencum* Ed. Bignaeanae. p. 656. Lib. iv. *Ecce viae medio clarus ſe oſtendit, Jeſus.* Codex antiquiſſimus in Bib. Pub. Cant. *Ecce iteris medio.* & p. 631. *Ecce viae medio ſtellam praecurrere cernunt.* Idem Codex *iteris* cui etiam accedunt vetuſtiſſimae C.C.C. membranae. & ſic omnino legendum Lib. i. *Perque iteris ſtratas.* *Lucretius* quem fere ſequitur. *Concuſſos itere; & labefactos aere multo.* vide *Priſcianum* & Grammaticos *Juvencus* alibi Lib. iii. p. 696. *itiner* itidem archaice. *itiner melius comitabere noſtrum.* Lucret. vi. *quaecunque morantur Obvia, diſcutiat plagis,* itinerque *ſequatur*. alibi *laetitiamque propagit*. *auram* pro *aere* ex eodem fonte hauſerit. *Manilius*, *Fecit & ignotis* itiner *commercia terris.* Junius ex Rom. *iter &,* male. multa hujuſmodi memorare poſſem quae ex interpretatione nata, poſtea in textum irrepſerunt & magno Latinae linguae detrimento genuinam lectionem deturbarunt. ſed contenti ſimus hoc Catone. *J. Waſſe.*

1 *Vigilando, agendo.*] Arond. & Reg. *ſed vigil.* male. *Demoſthenes* 1 Epiſt. circa finem Ed. *Wolfian.* 1607. pag. cxi. Καὶ γὰρ εἴ τις ὑπείληφεν εὐτυχῆ τὸν Ἀλέξανδρον, τῷ πάντα κατορθοῦν ἐκεῖνο λογισάσθω, ὅτι ΠΡΑΤΤΩΝ ΚΑΙ ΠΟΝΩΝ, καὶ τολμῶν, οὐχὶ ΚΑΘΗΜΕΝΟΣ, εὐτυχεῖ. & Olynthiac. 1. pag. 8. Ἀλλ᾽ οἶμαι, ΚΑΘΗΜΕΘΑ, οὐδὲν ποιοῦντες· οὐκ ἔνι δ᾽ οὐδὲ τὸν ἀργοῦντα, οὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὑτοῦ τι ποιεῖν, μή τί γε δὴ τοῖς θεοῖς. *Euripides* Electra *v.* 80. Ἀργὸς γὰρ οὐδείς, ΘΕΟΥΣ ἜΧΩΝ ἈΝΑ ΣΤΟΜΑ, Βίον δύναιτ᾽ ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου. *M. Tyrius* 1. p. 8. Ἐπίασι Μῆδοι, πῶς φυλαξόμεθα; καὶ ὁ θεὸς μὴ συμβουλεύειν τοῖς πλήρεις ἔχει. Plato in Phaed. ὥσπερ προσδοκία ... Livius vii, 28. *bene facitis quod abominamini. dii prohibebunt haec: ſed nunquam propter me de coelo deſcendent.* xxii, 5. *Nec enim inde votis aut imploratione Deorum, ſed vi ac virtute evadendum.* elegantiſſime *Virgilius* Georg. iii. *ſedet poſtrema,* quo ignaviae & ſocordiae ſignum luculentum exprimitur. ... aliter ... ſe-

jores

jores noſtros: A. Manlius Torquatus bello Gallico filium ſuum, quod is contra imperium in hoſtem pugnaverat, necari juſſit; atque ille egregius adoleſcens, immoderatae fortitudinis morte poenas dedit. Vos, de crudeliſſumis

gando. Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor Abnegat, & meliora deos ſedet omina poſcens. Manilius II, 249. (ſigna) *Vel quae feſſa ſedent pigras reſerentia mentes.* Hoc ſenſu *Plautus: venter meus reſidet eſuriales ferias.* Terent Adelph. *An ſedere oportuit domi virginem tam grandem?* Virg. XII. Aen. ſedeant *ſpectentque Latini.* J. Waſſe.

2 *Ubi ſocordiae tete, &c.*] *Atque ignaviae* in marg. & ex manu recent. exhibet Pemb. *Cicero* ſic de Finibus, lib. III. *Minime convenit, cum ipſi inter nos abjecti neglectique ſimus, poſtulare ut Diis immortalibus cariſſimus, & ab his diligamur.* Et Metellus *in oratione de ducendis uxoribus* apud *Gellium* lib. I. cap. VI. *Quid nos a Diis immortalibus diutius exſpectemus, niſi malis rationibus finem facimus.* Item *Euripides* in Electra: Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς θεοῖς ἔχων ἀνὰ στόμα Βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου. *Et Demoſthenes* Olynth. II. Οὐκ ἔνι δ' αὐτὸν ἀργοῦντα, οὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιεῖν, μήτιγε δὴ τοῖς θεοῖς. *Manutius.* Noſter I, 6. Agendum *atque* obviam eundum eſt, *Quirites; ne ſpolia veſtra penes illum ſint: Non prolatandum, neque votis paranda auxilia.* J. Waſſe. Sic quidem omnes habent codices praelo excuſi, Petanianus liber: *Vigilando, agendo, bene operando, vel conſulendo.* Si mihi tamen quod ſentio, dicere liceat, puto *haec verba, vel conſulendo,* aliunde in textum orationis irrepſiſſe: cujus meae ſuſpicionis ea eſt ratio, quod in antiquo libro, *bene operando, vel conſulendo,* ſcriptum inveni. Nam cum agendi duo poſſint eſſe actus, operari videlicet, & conſulere, haec primo in ora libri ſcripta fuerint, eaque deinde ſcriptor librarius in contextum recepit. Huc etiam accedit, quod *Servius* in III. Georg. verba illa, *bene conſulendo* omiſerit: ita enim hunc locum profert: *Non votis, neque ſuppliciis muliebribus deorum auxilia comparantur, vigilando, laborando, proſpere omnia cedunt. ubi ſocordiae tete atque ignaviae tradideris, nequicquam deos implores.* Popma. Valde mihi placet lectio *Serviana*, ſed nullo exemplo quod ſciam repetitur. *Rivius.* Perperam omiſſum Carrioni pronomen *quod* in MSS. omnibus. *Gruterus.* Omittunt L 2, 3. R. Laud. Martin. *J. Waſſe.*

1 *A Manlius.*] Legendum *T. Manlius*, vel erravit *Salluſtius* memoriae vitio. non enim huic *Aulo*, ſed *Tito* praenomen fuit: quod & Faſti Capitolini & *Livius* lib. VII. & VIII. *Ciceroque* lib. III. de Offic. & alii multi docent. *Gellius* lib. IX. cap. VII. de viris illuſtribus. cap. XXVIII. *Eutropius* lib. II. *Caſſiodorus, Diodorus Siculus* lib. XVI. *Manutius.* Sed cum noſtro facit *D. Halicarnaſſenſis* Lib. VIII. *J. Waſſe.* *Aulus Manlius Torquatus.* Sic omnibus literarum apicibus expreſſum in vet. MSS. antiquiores etiam aliis locis perpetuo nobis exhibent *Manlium,* non *Mallium,* quod nonnulli temere propugnant. Naz. loco *Aulus,* ridicule habet *Saulus.* Gruterus. *Val. Maximus* lib. II. de diſciplina militari, de utroque eandem ſcribit hiſtoriam. *Glareanus.*

2 *Bello Gallico.*] Et hoc contra teſtimonium *Livii* lib. VIII. *Valerii* lib. II. cap. II. & aliorum. nam *contra Latinos* bellum gerebatur, non *contra Gallos,* cum filium Torquatus ſecuri percuti juſſit. *Plutarchus* item in parallelis a Torquato *contra Samnites* hoc anno pugnatum ſcripſit contra hiſtoriae fidem, nam ut dixi, *cum Latinis,* non *cum Gallis,* aut *cum Samnitibus,* pugnatum eſt. Et *Dionyſius* Antiquitatum lib. VIII. idem, quod Salluſtius, tradit. *Manutius.* *Livius, Gel-*

parricidis quid ſtatuatis, cunctamini? [1] *Videlicet cetera vita eorum huic ſceleri obſtat.* [2] *Verum parcite dignitati Lentuli, ſi ipſe pudicitiae, ſi famae ſuae, ſi diis, aut hominibus unquam* [3] *ullis pepercit: ignoſcite Cethegi adoleſcentiae;* [4] *niſi iterum jam patriae bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Coepario loquar? quibus ſi quidquam penſi unquam fuiſſet, non ea conſilia de Republ. habuiſſent. Poſtremo, P.C. ſi mehercle peccato locus eſſet, facile paterer vos ipſa re corrigi, quoniam* [5] *verba mea contemnitis; ſed undique circumventi ſumus.* [6] *Catilina cum exercitu in fau-*

lius, *Valerius*, *Auctor de Viris* illuſt. *Oroſius* l. III. cap. 9. & *Florus* lib. I. cap. 14. ſcribunt, Manlium bello Latino ſecuri filium percuſſiſſe. *Dionyſius* tamen Antiq. lib. VIII. facit cum Salluſtio. bello enim Gallico id factum aſſerit. Illud notandum, quod *Frontinus* Strat. libro IV. huic Manlio poſtea *Imperioſo* cognomen fuiſſe tradit. At *Seneca* de Beneficiis libro III. cap. 37. item *Livius* lib. VII. ab Urbe condita ajunt, L. Manlium patrem hujus ab oſtentatione ſaevitiae, ſibi *Imperioſi* cognomen adſciviſſe, & ut *Diodorum Siculum* miſſum faciamus, qui idem ſentire videtur: fragmenta etiam vetuſtiſſimorum marmorum, quae Romae paucis abhinc annis effoſſa ſunt, ſatis indicant, primum L. Manlium hujus patrem *Imperioſum* cognominatum. *Caſt.*

1 *Videlicet.*] Hunc colorem egregie tractat *Cicero* pro Sulla §. 25. & pro Roſcio Amerino. Confer *Thucyd.* VI. Καὶ ἰδὼν, ὡς οὐδὲν εἴη αὐτῷ, ὅ, τι οὐ μετ' ὀλίγον ἐπεράχθη, ἐπιλέγοντες πικρίαν τὴν ἄλλην αὐτοῦ ἐς τὰ ἐπιτηδεύματα οὐ δημοτικὴν παρανομίαν. *Antipho.* Orat. III. p. 39. *J. Waſſe.*

2 *Verum parcite.*] Idem fere *Thucydides.* III. §. 40. ἔλεός τε γὰρ πρὸς τοὺς ὁμοίους δίκαιος ἀντιδίδοσθαι, καὶ μὴ πρὸς τοὺς οὔτ' ἀντοικτιοῦντας. J. Waſſe.

3 *Ullis.*] Omittit Markii λ. caeteri & *Valla* Eleg. III, 29. retinent. & ſane Oratoris vehementia flagitat. *Idem.*

4 *Niſi iterum jam patriae bellum fecit.*] In MSS. eſt, *niſi alterum jam patriae, &c.* ſenſu tamen eodem. quod in quibuſdam *intulit* legitur, id ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. *Rivius.* *Intulit.* L I. 2. Norvic. Mark. omittit *jam*, ſic & Markii λ. *J. W.* Tacitus *fecit* legiſſe videtur: *Ne nomen Piſonis faſtis eximeretur quando M. Antonii qui bellum patriae feciſſet.* Idem. Hic enim Cethegus (ni fallor) Marianas partes ſecutus cum Mario, Cinna, & aliis urbem obſedit: ut leges apud *Appianum* bellorum Civilium libro primo: poſtea tamen urbe pulſus ad Sullam confugit. nec illud nos pertubare debet, quod hic Cethegus conjurationis tempore dicatur adoleſcens, cum *Cicero* in oratione pro Mil. ſcribat, Domitium jam ab adoleſcentia documenta maxima dediſſe, quam contemneret populares inſanias, ſignificans, ut exponit *Aſconius* conſtantiam Domitii, quam in praetura praeſtitit. quo vero aetatis anno praetores per leges fieri poſſent, jam ſatis notum. *Caſt.* Arbitror enim, *Salluſtium* his verbis innuere, hunc fuiſſe in conjuratione, quae facta fuit cum Piſone adoleſcente, in qua magnum contra patriam parabatur periculum. *Zanch.*

5 *Verba contemnitis.*] Ita codices in membrana deſcripti. perperam in Gymnico & aliis *verba mea.* nam *verba* in genere, opponit ipſi *rei.* ſed & Badianum exemplar ſic habet, & Beroaldinum. *Rivius.* abeſt *mea* Noſtris. *J. Waſſe.*

6 *Catilina cum exercitu faucibus ur-*

cibus

cibus urget: alii intra moenia, atque in ſinu urbis ſunt hoſtes: neque parari, neque conſuli quidquam [1] occulte poteſt: quo magis properandum eſt. [2] Quare ita cenſeo; cum nefario conſilio ſceleratorum civium, Reſp. in maxuma pericula venerit, hique indicio T. Volturcii & legatorum Allobrogum convicti, confeſſique ſint, [3] caedem, incendia, aliaque [4] foeda atque crudelia facinora in civis, patriamque paravisse; de confeſſis, ſicuti de manifeſtis rerum capitalium, more majorum ſupplicium ſumendum.

get.] Ita omnes pene MSS. haudque aliter etiam initio fuerat in Commel. ſed emendatum manu veteri *faucis*: notae ultimae ſervant *in faucibus urget.* vel ideo *in faucibus Italiae urget.* Gruterus. *Faucibus nos urges* Markii λ. *Italiam urges* Balliol. *in faucibus Italiae* Digb. & L 2. *urget Italiam intra*, Venetiis cuſi 1470. & 1478. L 2. Reg. B. Pub. omittunt *in* puto vocem *Italiam* conflatam eſſe ex *urges alii*. caetera vero ex Interprete nata, quare nihil muto. *Glareanus* exponit, *in faucibus Apennini.* at melius *Cicero* in Catil. 1. 5. *Caſtra ſunt in Italia contra Remp.* in Etruriae faucibus *collocata.* Bodl. & alii omittunt *atque*. caeterum haec phraſis *faucibus urget*, cum inſolentior ſit, anſam praebuit correctoribus immutandi veterem ſcripturam; uſus tamen *Florus*. 1. x. *Hunc tamen, quamvis & armis & fame urgeret, occupatoque Janiculo. ipſis* urbis faucibus *incubaret, ſuſtinuit repulit.* ubi principium capitis ad *corripuit* omiſit *Jornandes*: & ſane habentur ſupra, pag. 40. lin. 2. Ed. Graevianae. Sed auctoris hujus verba pro arbitrio jungit reſecatque, ut patet ex principio cap. xi. *Florus* iterum ii, 3. *ſic de ſub Alpibus id eſt, deſub ipſis* Italiae faucibus. pari jure dicere potuit *Salluſtius* Catilinam *faucibus urgere* qui in Hetruria erat juxta Apenninos. attamen puto illum non tam partem aliquam Italiae aut Hetruriae, ut vult *Glare.* ſed propius & anceps *periculum* innuere, tralatione ab humano corpore ſumta. ſic enim loqui ſolent auctores: *Hegeſippus*. 1. 16. *intus pugna vehementior, & a ſeditioſis propius & anceps periculum:* a fronte *externus hoſtis*, a tergo lateribuſque *domeſticus*. ibi Codex C. C. C. *domeſticus urgebat.* leve eſt fortaſſe quod ibidem MS. B. Pub. pro *dejecta terra* habet, *dejecta turre murorum*, ſed tamen verum, teſte *Joſepho* de B. Judaico. 1. v. Τρίτῳ γὰρ μηνὶ τῆς πολιορκίας, μόλις ἕνα τῶν πύργων καταῤῥίψαντες εἰσέπεσον εἰς τὸ ἱερόν. Idem iv, 8. eandem rem narrat Antiq. xiv, 8. ſed quia bellum in *cervicibus*. Idem. *Curtius* vii, 7. *Rex Scytharum ratus eam urbem ſuis impoſitam eſſe* cervicibus. &. infra. *Defecere Bactriani in quorum* cervicibus *ſtamus.* Mamertinus cap. vi. *calcata Regum capita ſupervolans, in medio Illyrici* ſinu *improviſus apparuit.* Hegeſippus iv, 21. *comperto quod etiam Galba &c. poenas luiſſet in medio Urbis* ſinu; *id eſt Romano foro.* ultima forte ex Gloſſatore ſunt, ſed MSS. nihil movent, quare invitis codicibus ne auferantur. *atque in* N. 1. 2. L. 1. 2. 3. abeſt *atque* quemadmodum & Bodlejano. λ. *ipſa cor. re.* J. Waſſe.

1 *Occulte poteſt.*] *Poteſt occulte* Reg. & L. 1. L. 3. Bib. Pub. Markii λ. & γ. neſcio an abeſſe debeat illud *poteſt*. J. W.

2 *Quare ita cenſeo.*] In manuſcriptis additur *ego*, haud male, ut opinor. *Rivius*. L 2. 3. Digb. & Grut. omittunt. *J. Waſſe.* MSS. plerique, ut & vett. edd. adtexto pronomine, *cenſeo ego*; gloſſemate mani-

LV. Poſt-

LVII. Poſtquam Cato aſſedit: Conſulares omnes, itemque Senatus magna pars, ſententiam ejus laudant, [1] virtutem animi ad coelum ferunt: alii alios increpantes *timidos* vocant: Cato [2] magnus atque clarus habetur: [3] Senati

feſtario: ne quis forte loco medendum cenſeat, tranſpoſitu; *quare ita ego cenſeo.* *Grut*erus, *ego ita cenſeo* Pemb. J. Waſſe.

3 *Caedem, incendia, aliaque ſe foeda atq; crudelia, &c.*] In MSS. eſt, *aliaque foeda* omino pronomine *ſe*, idque melius. *Rivius.*

4 *Aliaque foeda.*] L 1. 3. Balliol. *alia foeda*, bene. Pemb. *aliaque ſe.* ſed *ſe* a manu ſecunda. *aliaque ſe* Markii γ. & λ. & Bib. Pub. & Norvicenſes. *J. Waſſe.*

1 *Virtutem animi.*] *Ejus animi* Markii γ. peſſime. ſine pronomine ſemper in hoc ſenſu invenitur. Noſter ſupra, Quod ſi *Regum atque Imp.* animi virtus. *Cicero* ad Quirites poſt red. *ſe non commiſſurum ut cum ea quae amiſerat ſibi reſtituta eſſent,* virtutem animi *non haberet quam numquam perdidiſſet.* Agell. XVIII, 1. *Vitam beatam hominum* virtute animi *ſola.* ſic, *animi audacia* apud eundem II, 18. *Hegeſip.* V. 24. *Nec eſt ulla paſſio quae magis* virtutem animi *effeminet quam cupiditas divitiarum.* Juvencus lib. I. *fluminis ut liquidi caperent mitanda lavacra Queis* animae ſpecies *abluta ſorde niteret.* Codex veterrimus C.C.C. *animae virtus.* ſed niſi fallor male. B. Pub. Codex nihil mutat. & ſane apud *Lucret.* ſpecies pro *forma* & *facie.* *Species diei.* alibi, *ſpecies falcis ahenae.* *Semper florentis Homeri.* pro ejus imagine. *ſpeciem videndi* pro *facultate viſiva omnem.* *Scenni ſpeciem.* *Ut nubes facile interdum concreſcere in alto Cernimus, & mundi* ſpeciem *violare* ſerenam. Et Apulejus Elmenh. 128. *ſi foeminae caput capillis ſpoliaveris, & faciem nativa* ſpecie *nudaveris.* quod *animi* demamus, eodem redit. Noſter: ſi *Bellum novum exoptabat ubi* virtus eniteſcere *poſſet.* Cenſorin. I. *Quare cum dona pretioſa, neque tibi per* animi virtutem *deſint, neque mihi per rei tenuitatem ſuperſint.* &, cap. 15. *Quod ſi cultoribus ſpientiae, ſive per* animi virtutem, *ſeu lege fati divina obtigit vita.* ſimile quid apud Graecos Scriptores invenire eſt. *Julianus* Orat. I. p. 4. Ἐφ' ἅπασι ἢ τέτοις ὥσπερ γνωρίσματα τῶν τῆς ΨΥΧΗ͂Σ ἈΡΕΤΩ͂Ν τὰς πράξεις ἀληθῶν. Corippus I, 78. *Qua* virtute animi *montem calcavit habendi Publica privato cum debita redderet auro.* Caeterum pro, *ad coelum* Liv. VII, 36. in. *Diis laudes grateſque agunt, Decium* in caelum ferunt: at Noſter hoc pacto locutus etiam *Jug.* 58. Supra pro *Cato* L. Valla *Conſul poſtqu. aſ.* J. Waſſe.

2 *Magnus atque clarus.*] *Cl. am.* at aliter MSS. Noſter VI, 60. quam tamen innovat Jug. 79. 1, 4. *Dictys* I, 16. *Quibus praeter caeteros Graeciae reges* magnus atque clarus habebatur. *Tacitus* Ag XVIII. *Ita petita pace, ac dedita inſula,* clarus ac magnus haberi *Agricola.* *J. Waſſe.*

3 *Senatus decretum fit, ſicut ille cenſuerat.*] Exemplar Fabricianum *ſenati ille cenſuerat.* ſed & eraſa ibi cultello erat ultima in *ſenat.* ut ſuſpicer ibi fuiſſe *ſenati decretum.* quomodo & alias fere Salluſtius. *Priſcianus* quidem certe hic legit, *ſenati*, ut ſit Genitivus antiquus. Eodem modo *Donatus* in Hecyram *Terentii*, ubi adnotat veteres *tumulti* & *ſenati* dicere ſolitos. Sic ſupra Salluſtius: *Igitur ſenati decreto Q. Marcius Rex, &c.* pro *ſenatus decreto*, quod ipſum & *Nonius* obſervavit. Illud hic obiter addam ex *Cicerone* ad Atticum, non dixiſſe Catonem primam ſententiam de animadverſione, ſed omnes ante eum praeter Caeſarem. Cur ergo in ſententiam Catonis? *Quia verbis*, inquit, *luculentioribus, & pluribus, rem eandem comprehenderat.* Mox, ubi leviter innuit, non ſe retuliſſe ſolum, ſed & pateſeciſſe, & cohortatum eſſe, & ante praeterea quam conſuleret, ipſum judicaſſe, *Quae omnia*, inquit,

decre-

decretum ſit, ſicut ille cenſuerat. [1] Sed mihi, multa legenti, multa audienti, quae populus R. domi, militiaeque, mari, atque terra praeclara facinora fecit, forte lubuit attendere, quae res maxume [2] tanta negotia ſuſtinuiſſet. Sciebam ſaepenumero parva manu cum [3] magnis legionibus hoſtium contendiſſe: cognoveram, parvis copiis bella geſta cum opulentis regibus; ad hoc, ſaepe fortunae violentiam toleraviſſe: facundia Graecos, gloria belli Gallos ante Romanos fuiſſe.

quia Cato laudibus extulerat in coelum, perſcribendaque cenſuerat. idcirco in ejus ſententiam eſt facta diſceſſio. Rivius. *Senati decretum ſit.*] Vulgati omnes, quibuſcum faciunt antiqui mei: *Senatus decretum ſit*, habent. Nos *ſenati decretum ſit* reſtituimus, ex *Cariſio* locum hunc citante. Eſt autem *Senati* Genitivus antiquus, qui etiam in Inſcriptione veteri reperitur, quae in *agro Veronenſi* extat, verbis ad hunc modum conceptis: SEX. ATTILIUS. M. F. SARANUS. PROCOS. EX. SENATI. CONSULTO. INTER. ATTESTINOS. ET. VICETINOS. FINIS. TERMINOSQUE. STATUI. JUSSIT. & in *Salluſtii* libris Hiſtoriarum, *Senati decreto ſerviendum ne ſit.* Sed & *Senatuis* veteres dixerunt: id quod *Helenius Acron*, ad *Terentianum* illud in Adelphis, *Nunc exacta aetate, hoc fructi pro labore ab his fero.* adnotavit: & *ſenatis conſultis* Siſenna lib. III. Hiſtor. *ſimul & ſenatis conſultis clariſſimis amplificatis.* Popma. *Senatus* Pemb. ſed puto non a prima manu. Markii γ. *ſenati*. ſic etiam Regius. *Auſon.* Epiſt. XVI. *vſ.* 19. *Dico hunc* ſenati *Praeſulem.* & Epiſt. XXV. 56. *Ergo meum, patriaeque decus, columenque* ſenati *Bilbilis, aut haerens ſcopulis Calagorris habebit?* v. Popmam de uſu Antiqu. locutionis. *J. Waſſe.*

1 *Sed mihi multa legenti, multaque audienti.*] In MSS. duobus eſt omiſſa illa *que* conjunctio ἐγκλιτική, ſicut in Beroaldino quoque. Id Salluſtianum magis eſſe videtur. *Rivius.*

2 *Tanta negotia ſuſtinuiſſet.*] Eodem modo dixit in bello Jugurthino; *Quantum negotii ſuſtineam.* Et *Horatius* illo verſu: *Cum tot ſuſtineas. & tanta negotia ſolus* Hic tamen videtur Salluſtius, *Suſtinere*, uſurpaſſe, pro *gerere*, *patrare*. Ut in Bello Jug. *At non perinde habeantur, ut eorum, qui ea ſuſtineant, virtus eſt.* Urſin.

3 *Magnis legionibus.*] Supra inſerunt P. Rom. parvo, &c. L. 1. 2. 3. adverte Synecd. numeri, certi nempe, pro incerto. ſic apud Horatium *tergeminos honores* pro *plurimis maximiſque* apud Maronem: O *terque quaterque beati.* Lucret. II, 323. *Praeterea* magnae Legiones *cum loca curſu Camporum complent belli ſimulachra cientes.* quem locum in hunc modum imitatus eſt *Virgilius* in Georgicis: *Ac velut ingenti bello cum* longa *cohortes Explicuit Legio,* &c. Horat. Sat. 1. 6. 3. *Nec quod avus tibi maternus fuit atque paternus Olim, qui* magnis Legionibus *imperitarent.* confer *Lucret.* III, 1041. *Plautus*, pro, *exercitu* poſuit Epid. 1. 1. *quia cotidie ipſe ad me ab* legione *Epiſtolas mittebat.* &, II, 2. A Legione *omnes remiſſi ſunt domum.* vide & Moſtell. 1. 2. ſed & Livius XLI. T. *Sempronii Gracchi Cos. imperio* Legio *exercituſque* P. *Romani Sardiniam ſubegit.* Plin. N. Hiſt. *Hoc profecere mancipiorum* legiones, *& in domo turba externa.* XXXIII. §. VII. vide *Sueton.* Aug. cap. XXVI. & *Tacitum* I. XLIV. *Curtium* IX. 2. Thucyd. Lib. II. προύχεις τὸ ἔλασσον πλῆθος δεδιὸς, ἀμυν-

[1] Ac

[1] Ac mihi, multa agitanti, conſtabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patraviſſe; eoque factum, uti divitias paupertas, multitudinem paucitas ſuperaret. Sed, poſtquam luxu, atque deſidia civitas corrupta eſt; rurſus Reſp. magnitudine ſua imperatorum, atque magiſtratuum vitia ſuſtentabat; [2] ac veluti effoeta parentum, multis tempeſtatibus haud ſane quiſquam Romae

τον ἠρώνταβ τὺς πλείονας διὰ τὸ καταφρονεῖν-ἔως ἀπαρεγχοντύως γινέσθαι. Alludit *Hegeſippus* III, 24. *Non tam numerus plurium conficit pugnam, quam* virtus paucorum. infra, *Majores noſtri magnas hoſtium copias* parva manu *frequenter fuderunt*. ibi, *militem* abeſt C.C.C. & B. Pub. *J. Waſſe.*

1 *Ac mihi.*] *At.* Balliol. Arondel. L 2. L 2. omittit *multa legenti.* ſupra. *ſed mihi multa legenti, multa audienti,* imitatus Victor in Caeſar. II. At *mihi quidem audienti multa legentique plane compertum, Urbem Romam externorum virtute atque inſitivis artibus praecipue creviſſe.* & hoc eſt quod Sulpicia dicit. *Graja inventa retractans.* Aethicus *Lectionem pervigili cura comperimus,* &c. v. Aug. Sc. 634, 5. Noſter VI, 45. *Itaque* mihi multa cum animo agitanti *conſilium fuit.* & VI, 55. *Atque ego in ea vita* multa legendo atque audiendo *ita comperi.* *Plutarch.* Theſeo, p. 1. *Cic.* Divin. II, 1. Quaerenti mihi multumque & diu cogitanti, *quanam re poſſem prodeſſe quamplurimis,* &c. infra *paucorum civium.* vide *Cic.* de Legibus. III, 31. Tuſc. IV, 20. *J. Waſſe.*

2 *Ac veluti effoeta parente.*] Hic perperam alii, *parentum.* quomodo quidem & manuſcripti codices, & alii vetuſtiores. Quamvis autem & *Marinus* quiſpiam *Scodrenſis* hoc modo legendum contendat, tamen, quod bona ejus venia dictum velim, nequaquam probo interpretationem ejus, ut quae totum mihi Salluſtiani loci corrumpere ſenſum videatur. nam & perperam per *tempeſtates,* ipſe *calamitates* intelligit, & per *parentes, majores,* quamvis adſtipulatorem habet *Jacobum* quendam *Bononienſem.* Ego vero *parente* legendum arbitror, ut Beroaldinum habet exemplar, & hoc *Salluſtium* dicere velle puto, neminem jam multo tempore Romae virtute praeſtantem & egregium exſtitiſſe, idque *velut effoeta parente,* hoc eſt, *tamquam jam exhauſta & defecta viribus urbe Roma, quae quaſi parens eſt civium Romanorum.* Eſt autem elegans metaphora a foeminis, quae frequenti aut aegro partu non amplius pariant. qua tralatione & Virgilius *effoetos agros* dixit, quaſi continua fertilitate laſſatos. & Columella, *Ubertate nimia prioris aevi defatigatum & effoetum ſolum nequire priſtina benignitate praebere mortalibus alimenta.* Jam *tempeſtatibus* Salluſtium pro temporibus uſum eſſe, nihil mirum, cum id ſaepe alias faciat, cujus & *Servius* in I. Georg. meminit. neque *Salluſtius* modo, ſed & *Cicero* & alii. Sic *Poeta* quiſpiam apud Ciceronem. *Qua tempeſtate Poenus in Italiam venit,* pro *quo tempore.* Ac ſi quid eſt in me judicii maxime hac voce Salluſtium, ut antiquarium, uti decuit. Jam *tempeſtatem* pro tempore apud Salluſtium accipi oportere, indicio ſunt ea quae mox ibidem ſequuntur: *Sed mea memoria ingenti virtute, diverſis moribus, fuere viri duo, M. Cato, & C. Caeſar.* nam multis illis antea temporibus, opponit memoriam ſuam, hoc eſt, ſaeculum & aetatem ſuam. Hoc modo & *Auguſtinus* intellexiſſe hunc locum videtur, cum inquit, *Laudat idem Salluſtius temporibus ſuis magnos & praeclaros viros, M. Catonem & C. Caeſarem dicens quod diu illa reſp. non habuit quemquam virtute*

virtute

virtute magnus fuit. [1] Sed, memoria mea, [2] ingenti virtute, [3] diverſis moribus fuere viri duo, M. Cato, & C. Caeſar: [4] quos, quoniam res obtulerat, ſilentio praeterire non fuit conſilium, [5] quin utriuſque naturam, &

magnum, ſed ſua memoria fuiſſe illos duos ingenti virtute, diverſis moribus. Haec *Auguſtinus* v. de Civitate Dei. Quod Salluſtius ait, *multis tempeſtatibus,* id nimirum Auguſtinus *diu* interpretatur. Sed de hoc ſatis. Illud quoque non praetereundum, in manuſcriptis ipſis reperiri, *ac ſicuti effoeta,* pro *veluti,* quod hodie legitur nec ſecus in Veneto atque aliis quibuſdam. utitur autem & alias Salluſtius τῷ *ſicuti,* pro *tamquam* ſeu *veluti.* ne quem inſolentia vocis in hoc ſignificatu offendat. ut, *Nihilominus inſontes, ſicuti ſontes circumvenire.* &, *Conſtituere ea nocte paulo poſt cum armatis hominibus, ſicuti ſalutatum introire ad Ciceronem,* &, *Sicuti jurgio laceſſitus foret.* &, *Alii ſicuti jura populi defenderent,* pro, *quaſi defenderent.* Rivius. *Sicut effoeta parentum.* Optima locutio, quaeque in ſcriptis fere omnibus habetur, nam illud *effoeta parente,* quod tantopere dilaudat *Rivius* cum *Glareano,* hujus gloſſa eſt. Graeciſmus merus, qui efferunt ἀγαθοὶ ἀνδρῶν, ὡς πολλὰ τῶν ζώων. Ut Plinius *canum degeneres.* Tacitus, *ſubjecta vallium, avia ſaltuum, ardua caſtellorum. Antiqui autem* (inquit Philargyrius) *foetum pro gravido ſolent ponere, ut* Varro Atacinus. *Foeta feris Lybia. Et* Virgilius *ipſe: Scandit fatalis machina muros, Foeta armis.* Hinc *effoetum* derivatum, de quo vide *Columellam,* & *Servium.* Excidit haec vox *Petronio,* quam repono, in Carmine Eumolpi, *Juppiter omnipotens, & tu Saturnia tellus, Armis foeta meis, olimque onerata triumphis.* ubi perperam vulgatur, *Armis* laeta *meis.* Lectio noſtro perſpicue vera eſt. *Putſchius.* Haec eſt concors lectio omnium MSS. niſi quod Palatinus decimus, *ſi effoeta parentum.* Dictum autem eodem modo, quo infra in Bello Jugurth: *loca nuda gignentium.* Gruterus. *Sicuti effecta* Codex B. Pub. forte pro *defecta.* Markii λ. γ. Mart. Venet. Arond. Reg. *ſicuti.* de qua voce videatur Rivius. *Auguſtinus* de Civ. D. v, 12. *ſed poſtquam &c. ſuſtentabat,* ut in editis. *veluti,* Paraeus & Gruterus. Venetae etiam & Paraeus, *parentium.* Badius & Venet. 1478. legit *at,* pro *ac.* Locus eſt plane mendoſus, & Interpretes magno conatu magnas nugas agunt. Vetera facile deſtruere nova aedificare nullus poſſum. *Effoeta parentum,* Norvicenſes. *J. Waſſe.* Locus in hunc diem fruſtra tentatus, & intellectus nemini. Nos quoque diu in eo operam luſimus. ſed quod peccavit prior editio obſervationum, poſterior correxit, monſtravitque τὸ *effoeta* reſpectum habere ad *virtute,* & in illa hanc vocem ſubaudiendam, & quaſi bis poſita eſſet, accipiendam. *Et quaſi illa virtus, quae in parentibus & majoribus illuſtrium domorum fuit, laſſata & effoeta provenire ac propagari deſiiſſet, longo tempore nemo apparuit eadem, qua majores, virtute magnus.* Gronovius.

1 *Sed mea memoria ingenti virtute.*] Eſt in cunctis manuſcriptis, atque item impreſſis quibuſdam, *memoria mea,* ut pronomen ſequatur. *Rivius.*

2 *Ingenti.*] Livius II, 3. *pacis auctores in ingenti gloria eſſe,* dele illud *in,* cum ex auctoritate Salluſtii, tum quia eo inclinat magni *Gronovii* animus. *Caeſar* III. Civil. *Excuſat Bibulum quod is iracundia ſumma erat.* Livius ipſe I. & V, 47. praepoſitionem omittit. *J. Waſſe.*

3 *Diverſis moribus fuere viri duo.*] Sic in manuſcriptis; nec aliter ab *Hadriano* citatur de modis Latine loquendi: eodem modo codex Beroaldinus. *Rivius.*

4 *Quos q. r. obtulerat. ſil. praet. n. f. conſilium.*] Pal. 3. *obtulerit* 6. *obtulit.* quod ultimum maluerim, ut etiam mox *eſt conſilium* loco *fuit.* Gruterus. *Obtulit* Balliol. *ingenio poſſum,* Martin. *J. Waſſe.*

mores, quantum ingenio poſſem, aperirem. Igitur his [1] genus, [2] aetas, eloquentia prope aequalia fuere: magnitudo animi par, item gloria: ſed alia alii. Caeſar [3] beneficiis, ac munificentia magnus habebatur; integri-

5 *Quin utriuſque.*] Abundant haec, ſed eleganter. eodem modo *Livius* XXXIII, 36. *Nec ultra ſuſtinuerunt certamen Galli, quin* terga verterent, atque effuſe fugerent. *Plautus* Amphitr. *obtruncabo in aedibus, Neque me Jupiter, neque Dii omnes id prohibebunt, ſi volent*, Quin ſic faciam uti conſtituam. Amphitr. 5. 1, 2. *Neque ulla'ſt confidentia jam meo in corde*, quin amiſerim. Idem Aſinar. II, 2, 37. *Ubi manus manicae complexae ſunt, atque adductae ad trabem, Nec dependis nec propendis*, quin malus nequamque ſis. ſic etiam Aulul. I. I. *Nam non eſt veriſimile hominem pauperem Pauxillum parviſacere* quin *nummum petat.* ſed & *Valerius Flaccus* Arg. V. 602. *Nec requies*; quin *Marte diem noctemque fatiget.* &, VI, 650. *Non tulit haec animis*, quin longa ſilentia *Pallas* Rumperet Caeſar G. V, 53. *Nec ullum tempus interceſſit ſine ſollicitudine Caeſaris*, quin aliquem *de conciliis & motu Gallorum* nuncium acciperet. *Florus* IV, 9. *Nec ille defuit vitiis* quin periret. *Lucretius* III, 1092. *Nec devitari lethum pote*, quin obeamus. *J. Waſſ.*

1 *Genus.*] Caeſar ad Julum Aeneae filium genus ſuum referebat. *Virg.* Aen. lib. I. *Julius a magno demiſſum nomen Iulo.* Eutropius autem, item *Dionyſius* Ant. lib. I. ſcribunt, Julios dictos eſſe a Iulo Aſcanii filio. ſed quo pacto, & quando Julia gens Alba Romam tranſlata fuerit, docet *Idem* Ant. lib. 3. At Cato pronepos fuit M. Porcii Catonis Cenſorii, qui ortu Tuſculanus fuit. Vide *Gellium* lib. XIII. cap. 19. *Plinium* libro VII. cap. 14. *Cornelium Tacit*, libro 13. *Ciceronem* lib. II. de Legibus. *Aemilium Probum, Plutarchum* in utriuſque vita, & *Meſſalam Corvinum* in libello ad Caeſarem Auguſtum. *Caſt.* vide *Pighium* ad Faſt. *J. W.*

2 *Aetas.*] Plutarchus, Appianus & Tranquillus ſcribunt, Caeſarem quinquageſimo ſexto aetatis anno occiſum fuiſſe. quod ſi ita eſt, Cicerone conſule Caeſar trigeſimum ſeptimum agebat annum. Nam Cicero conſul fuit anno ab Urbe condita ſexcenteſimo nonageſimo: Caeſar vero interfectus eſt anno ſeptingenteſimo nono. verum ſi Caeſar quinquageſimo ſexto aetatis anno periit, neceſſe, ante legitimum tempus conſul fuerit. tempus enim legitimum petendi conſulatum, erat annus quadrageſimus tertius: quod patet, tum ex *Cicerone* Phil. 5. tum etiam ex anorum numero a natali die Ciceronis ad conſulatum: quem ſuo ſe anno aſſecutum eſſe ſcribit ipſe oratione ſecunda contra Rullum. conſtat enim ex *Gellio*, Ciceronem Serrano & Caepione conſulibus anno ab Urbe condita 647. ante diem tertium Non. Jan. natum eſſe. patet igitur, Caeſarem ante tempus legibus conſtitutum conſulem fuiſſe. quod affirmat etiam *Appianus* Bellorum civilium lib. III. verum is pugnantia loquitur. ſi enim, cum interfectus eſt, 56. annos habebat Caeſar, ἀδύνατον eſt, ut decem annis ante legitimum tempus conſul fuerit. quod ſi quis annos computaverit, facile cognoſcet. geſſit enim conſulatum Caeſar anno Urbis conditae 694. haec adnotare libuit, ne quis ex Caeſaris conſulatu aetatis conjecturam faceret. nam legibus ſolutus eſt. Caeſar igitur Cicerone conſule 37. annos natus erat, Cato vero plus minus 32. anno enim ab Urbe condita 707. Cato ſibi mortem Uticae conſcivit, annos natus vel. 48. ut vult *Plutarchus*, vel. 49. ut *Livius*, vel ut *Appianus* circiter quinquaginta. *Caſt.*

3 *Beneficiis*] Τὰ ἐς ἀρετὴν ἠναντιώμεθα τοῖς πολλοῖς· οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους. Pericles apud *Thucyd.* II. 40. *alia alii* locum interpre-

tate

tate vitae Cato. [1] Ille manſuetudine, & miſericordia clarus factus: huic ſeveritas dignitatem addiderat. Caeſar, [2] dando, ſublevando ignoſcendo; Cato, nihil largiendo, gloriam adeptus eſt. [3] In altero miſeris perfugium erat; in altero malis pernicies. Illius facilitas, hujus conſtantia laudabatur. Poſtremo Caeſar in animum induxerat, laborare, vigilare; negotiis amicorum intentus, ſua neglegere; [4] nihil denegare, quod dono dignum eſſet; ſibi magnum imperium, exercitum, novum bellum exoptabat, [5] ubi virtus eniteſcere poſſet. At Catoni ſtudium modeſtiae, decoris, ſed maxume

ratur. *Livius* I. 22. Alius alia *via, ille bello, hic pace civitatem auxerit.* Ariſtot. de Repub. I. 8. Ἐπεὶ δ' οὐ ταυτὸν ἀνδρὸς ἰδὲ καλῶ φύσιν, ἀλλὰ ἕτερον ἑτέρῳ. J. W.

1 *Ille manſuetudine & miſericordia clarus factus eſt.*] Τὸ *eſt* non reperi in manuſcriptis, ac majore cum gratia abeſt. nec eſt in omnibus impreſſis. *Rivius.*

2 *Dando ſublevando.*] Markii γ. adhuc auctius, *dando favendo ſubl.* infra Mart. L 1, 2, 3. *profugium.* Reg. ex 2. manu *refugium*, male omnes. *Lucret. Condere coeperunt urbeis arcemque locare Praeſidium Reges ipſi ſibi,* perfugiumque. Huc reſpicit *Julius Capitolinus* in Max. & Balb. VIII. *Denique nonnulli quemadmodum* Catonem *&* Caeſarem Salluſtius comparat, *ita hunc quoque comparandum putant, ut alterum ſeverum, clementem alterum; bonum illum, iſtum conſtantem; illum* nihil largientem, *hunc affluentem copiis omnibus dicerent.* Lucanus I. 143. confer etiam Lib. II. 440, 656. III, 50. V, 301. & 580. VII, 239. *Sed non in Caeſare tantum Nomen erat, nec fama Ducis: ſed neſcia virtus Stare loco: ſolusque pudor non vincere bello. Acer, & indomitus; quo ſpes, quoque ira vocaſſet, Ferre manum, & nunquam temerando parcere ferro. Succeſſus urgere ſuos: inſtare favori Numinis: impellens quicquid ſibi ſumma petenti Obſtaret: gaudenſque viam feciſſe ruina.* Appianus Lib. II. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἦν νέος, δεινὸς εἰπεῖν τε καὶ πρᾶξαι, τολμηρότατος τε ἐς πάντα, καὶ ἐλπίζειν περὶ ἁπάντων, ἐς δὲ φιλοτιμίαν ἀφειδὴς ὑπὲρ δύναμιν. & p. 449. Χαίρων δ' ἀεὶ ταχυεργίαις τε καταπλήξει, καὶ φόβῳ τόλμης μᾶλλον, ἢ παρασκευῆς δυνάμει. &, 464. ὅτω μὲν ἀντὶ λογισμῶν ἐπεποίθει τῇ τύχῃ. Confer *Plutarchum* & *Suetonium.* J. Waſſe.

3 *In altero miſeris perfugium erat.*] In quibuſdam, *profugium.* utrumque apud Ciceronem reperitur. τὸ *erat,* non eſt in manuſcriptis, nec in impreſſis quibuſdam. ac rectius abeſt. *Rivius.*

4 *Nihil denegare quod dono dignum eſſet.*] In uno Fabriciano eſt, *bono dignum,* ceteris reclamantibus. Sed hic nihil pronuntio. tantum diverſam lectionem indico; non judicium interponens meum, ſed integrum relinquens lectori ſuum. *Rivius.*

5 *Ubi virtus ejus eniteſcere poſſet.*] *Ejus* non eſt in manuſcriptis, nec impreſſis vetuſtioribus. ne *Auguſtinus* quidem addit, ubi hunc locum citat libro V. de Civitate Dei. *Rivius. Enitere* & *obſoleſcere* oppoſita. *Cic.* de Invent. I. 7. *Seneca* huc reſpexit libro de Provid. cap. IV. *Itaque quidam ultro ſe ceſſantibus malis obtulerunt, & virtuti iturae in obſcurum, occaſionem per quam* eniteſceret *quaeſierunt.* Agellius XVII, 21. *Jam enim fama* virtuſque *felicitatis Romanae apud exteras gentes* eniteſcere *incoeptabat.* Si-

ſeveritatis erat. Non divitiis cum divite, neque factione cum factioſo; ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente, abſtinentia certabat; [1] eſſe, quam videri, bonus malebat; ita quo minus gloriam petebat, eo magis [2] illum adſequebatur.

lius I, 533. *Mente adverſa domat*, gaudetque niteſcere duris Virtutem, *& decoris pretio diſcrimina penſat*. quo ſenſu etiam *morbum eniteſcere* dixit *Cael. Aurelianus Siccenſis* Chron. Lib. I. p. 26. *Sequentur autem eos quibus repente haec paſſione afficiuntur, priusquam morbus eniteſcat, ea quae etiam Epilepticos futuros afficiunt*. vide *Horat.* II. Carm. Od. VIII. vſ. 6. *Juſtin.* XXIX, I. *Gronov.* ad *Auſonii* Parentalia. XII. exoptabat, ut verbis utar *Iſocratis* in Helenae Encom. Κάλλιςτοις χώρα πεπτικῶς ὡς ἐπιφανείας οὐκ ἐκ τῆς ἡσυχίας, ἀλλ' ἐκ τῶν πολέμων καὶ τῶν ἀγώνων γιγνομένας. *Caſſiodor*, Var. II, 23. *Nam ut optamus eſſe, quod placent, ita curamus, ut qui placuerit, eniteſcat*. *Cicero* pro Murena 32. *Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis*. infra, *maxume ſeveritatis* ita Noſter, Cat. I, 8, 38, 62. *Hegeſip* I, 28. Munitiones quaſdam & praecipue *Maſſadam impoſitis praeſidiis decorav erat*. At recte MSS. C. C. C. & B. Pub *& maxime*. cujus interpretatio illud alterum. Omittit vocem *virtus* Balliol. infra, *at Catonis ſtudium*, &c. Seneca Controverſ. II. p. 189. *In Catone moderatio, in Cicerone conſtantia*. Confer *Vellejum* II, 35. J. W.

1 *Eſſe quam videri, bonus malebat.*] *Aeſchylus* ſic ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις· Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριςος, ἀλλ' εἶναι θέλει. *Aeſchyli* dictum recitat Jo. *Tzetzes* libr. v. de variis Hiſtoria, XVI. *Cicero* quoque in Laelio: *Virtute*, inquit, *ipſa, non tam multi praediti eſſe, quam videri volunt*. Manutius. Omiſit *potius* eleganter, ut ſupra notavimus; vide *Juſtinum* XLIV, 2. & ſic alicubi apud *Nepotem*. Vox *poſt*. *Sexto fere anno quam erat expulſa*. ſic Codices Trin, & Schotti. editi fere *poſtquam*, inſulſe. *Sueton.* Claud. Cap. 17. *Sexto quidem profectus erat menſe Romam rediit*. *Curtius*. IV, 4. 19. *Plin.* Nat. Hiſt. VIII, 42. Locutio hauſta ex *Aeſchylo* Sept. contra Theb. 598. Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριςος, ἀλλ' εἶναι θέλει, Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος, Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαςάνει βουλεύματα. J. Waſſe.

2 *Illum adſequebatur.*] Sic Naz. ac Pal. 2. 5, 12. reliqui enim *illam* vel *eam* Pal. vero 8. & 9. non agnoſcunt ullum pronomen, & ejecillem ſine cum codice Merſeburgenſi, niſi alterum illud noſtrum ſuſtentaretur, auctoritate D. *Auguſtini*. Gruter. Omittit *illum* Merſeburg. & *alii* rectius teſte *Rivio*. In MSS. Rivii, Badianis, & Beroaldino rectius, ut putat, *itaque*. Fulvii liber *illam*. Alii, inquit Manutius. *eo magis ſequebatur*. E noſtris Bodl. B. Pub. *magis eam*. Markiani. Martini. Venet. 1478. *illam*. in Pembroch. primitus erat *illum*. Ex interprete eſſe nullus dubito, quia locum mutat apud *Auguſtinum* v, 2. de Civ. Dei. ad hunc modum, *eo illum magis*. Caeterum auctores qui hanc ſententiam a Salluſtio mutuati ſunt, partim legiſſe videntur *illum ſequebatur*, partim *illam aſſequebatur*. *Vellejus Paterc.* II, 127. *actu otioſis ſimillimum, nihil ſibi vindicantem, eoque aſſequentem omnia*. *Phaedrus* I. 5, 8. *Tum quia plus valeo me ſequetur tertia*. *ſequitur* enim pro *aſſequitur*, hoc eſt, *adipiſcitur*, ſimplex pro compoſito, quemadmodum apud Graecos *dicitur* ἔτυχε ΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙ, & ſimiliter ἘΠΙΤΥΓΧΑΝΩΝ. Tranſlatio eſt a materia quolibet morigera, non lenta, aut moroſa. *Livius* IX, 40. *Omnia illis victoriam ſequi*. Vide *Curtium* V, II. *Barthium* in Adverſar. LII, 16. *Virgil.* XII, 775. Pro *petere* apud *Lucanum* IX, 4. *ſemuſtaque membra relinquens*. *Degeneremque rogum*, ſequitur convexa Tonantis. *Seneca* Conſolat. ad Marciam:

LVIII. Poſt-

LVIII. [1] Poſtquam, ut dixi, Senatus in Catonis ſententiam [2] diſceſſit, Conſul [3] optumum factu ratus, noctem, quae inſtabat, [4] antecapere, ne quid eo ſpatio novaretur, [5] Triumviros, quae ad ſupplicium poſtulabat,

Moveret me ſi eſſet cuique pro moribus fortuna, numquam mala bonos ſequerentur. *Livius* xxviii, 43. *Equidem haud diſſimulo, Q. Fabi,* me tuas laudes non aſſequi *ſolum velle, ſed ſi poſſim etiam exſuperare.* vide Nos ad Cap. lxviii. Idem, ſed aliis verbis de Catone *Plinius* in Praefat. ad N. Hiſt. *Apud Catonem, illum ambitus hoſtem, & repulſis,* tamquam honoribus indeptis *gaudentem.* Contrarium vero *Seneca* de Conſtantia i. quod *Catonem aetas ſua parum intellexiſſet, quod ſupra Pompejos & Caeſares ſurgentem, infra Vatinios poſuiſſet.* Ejus mores graphice depingunt *Lucanus* ii, 375. *Vellejus* ii, 35. *Agellius* xiii, 18. *Macrobius* vi, 2. *Victor* de V. Ill. cap. viii. *Valerius* paſſim & *Plutarchus* in ejus vita. Vide Notas ad Cap. lxviii. Habes Palmeni judicium de hoc loco, pag. 295. Quia ille alium plane ſenſum affingit, addam denique *Capitolinum* &, *Claudianum*, qui pro noſtra interpretatione pugnent. Ita ergo Ille in *Antonin. Pio* Cap. vi. *Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit,* unde plus crevit. Ita enim cum *Caſaubono* diſtinguendum, quem tamen editores nuperi non audiunt: ipſe autem admittere non dubito ſummi viri ψῆφον. Jam *Claudianum* audiamus: *Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaque late Fortunae ſecura nitet, nec faſcibus ullis Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi. Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis, Divitiis animoſa ſuis; immotaque cunctis Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce. Hanc tamen* invitam blande veſtigat, & ultro Ambit honor: *docuit toties a rure profectus Lictor, & in mediis Conſul quaeſitus aratris.* J. Waſſe.

1 *Poſtquam, ut dixi, Senatus.*] MS. quidem, *poſtquam autem Senatus.* C. Pop.

2 *Diſceſſit.*] *Diſcedere in ſententiam,* eſt alterius ſententiam approbare. Vide Gell. lib. iii. Noct. Art. cap. xviii.

3 *Optimum factu.*] Veneta. 1470. *factum.* & ſic primitus Markii γ. Gruteri Ed. *factu,* male. *Apulejus* Metam. i. *p.* 11. Optimum *itaque* factum *viſum* eſt. *J. W.*

4 *Antecapere*] Ὑμέτερον δ' ἂν ἔργον προτερῆσαι καὶ προεπιβουλεύειν αὖθις μᾶλλον, ἢ ἀντεπιβουλεύειν. *Thucyd.* i. 33. *expertus quid in rebus tumultuoſis* anteverſio *valet.* Ammianus. xxi, 5. vide ſupra. *Hegeſip.* ii, 16. nequid per noctem *novaret.* *Thucyd.* alicubi, προκαταλαβεῖν τὸ μέλλον. Idem.

5 *Triumviros quae ad.*] Oppido obſcurus eſt hic ſermo, cum ſenſus ſit ſatis manifeſtus, quidam putarunt plurali numero legendum, *poſtulabant,* quod etiam vetus codex habet: ſed aeque in obſcuro manente ſenſu. Ego quid certo dicam non habeo, conjecturas illibenter adfero. *Glareanus.* Proclive & mihi fuiſſet, expungere praepoſitionem *ad,* ut factum Carrioni; neque ſecus accidit a manu emendatrice Pal. ſec. ſed cum extet in MSS. ceteris pene omnibus: praeterquam in Pal. decimo, in quo, *quod ſupplicium, &c.* haud etiam auſim: praeſertim quoniam Commeliniani cenſor non ipſum deleverit, *ad,* ſed, *quae.* unde eſſet ſuſpicari, principio ſcriptum auctori; *Triumviros ſupplicium parare jubet.* ſane Pal. undec. habet: *Triumviros quae ſupplicium ſumendum poſtulabat parare jubet.* octavus autem; *Triumviros quae ad ſupplicium parare poſtulabat, jubet parare.* Gruterus. Praepoſ. retinent MSS. Cypriani fratris, nec puto otioſam; nam Conſul. edicebat ſupplicii genus, & quae ad ejus exſecutionem parari volebat, heic Tullianum & laqueum *A. Popma.* Servant *ad* Mart. Venetiis excuſi, Markiani, Ball. Bodl. Digb. Reg. Arond. B, Pub.

parare

parare jubet: ipſe, diſpoſitis praeſidiis, Lentulum [1] in carcerem deducit: idem fit ceteris per Praetores. Eſt

Pemb. infra: *quod Tullianum* ſic *Valla* III, 19 *J. Waſſe*.

1 *In Carcerem deducit.*] Commelin. *ducit*. Grut. Digb. *eduxit*. vocem *deducere* in re ſimili uſi *Cicero* II. Invent. *Julianus* in *L. interdum* fur. Parag. 1. ff. de furtis. *Tertullianus* ad Mart. II. *J. W.* L 1, 2, 3. *eſt locus in c.* Digb. *Chariſius* p. 58. & *Servius* ad Aeneid. XII. p. 1777. eandem poſituram ſervant. Idem autem *Servius eſt in c. l.* pag. 408. Adverte conſtructionem: Auctor hoc loco nomini proprio, non appellativo, pronomen jungit. Elegans admodum *Tulliani* διατύπωσις & digna, quae ſola in Schematis ejus exemplum adducatur. Placeat animi gratia committere quoſdam ſuper ea re auctores ut videant aequi lectores quinam illorum paucioribus verbis plus horroris incutiunt. En itaque *Prudentium* περὶ στεφ. Hymn. V, 241. *Eſt intus imo ergaſtulo Locus tenebris nigrior, Quem ſaxa*, merſi fornicis Anguſta clauſum ſtrangulant. *Aeterna nox illic latet, Expers diurni ſideris: Hic carcer horrendus ſuos Habere fertur inferos*. &, Hymn. XII. *Antra latent Tyriae Carthaginis altius repoſta Conſcia Tartareae caliginis, abdicata Soli*. Nomen eis *Ancon*, ut patet ex *Procopio* de B. Vandal. I, 20. Omitto, quae de Lautumiis Syracuſanis habet *Thucydides* Lib. VII. & *Seneca* de Conſol. ad Marc. XVII. de *Caeada* Lacedaemoniorum, *Pauſanias* IV, 18. Quaeque in hanc rem extant apud *Livium* XXXIX, 50. *Tertullianum* ad Mart. II. & de Reſur. VIII. *Plutarchus* in Philopoem. pag. 367. Κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον ΘΗΣΑΥΡΟΝ, οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον. *Nonnus* Dionyſ. XLV. pag. 1175. Δέσμιοι εὐρώεντι κατεσφρήγισσε μελάθρῳ, Εἰς γλαφυρόν τινα κοῖλον ἀτέρπεος οἶκον ἀνάγκης, Κιμμερίων μίμημα, δυσέκβατον, ἄμμορον ἠοῦς. Quod *Nonnus* οἶκον ἀνάγκης, *Theophylactus Symocatta* III, 5. vocat aeque eleganter, τέμενος δυσμενείας. Virgilius, *duriſſima regna*. De Carcere Albano *Diodorus* apud Photium, Ἔστι δ' ὁ κάρκαρος ὄρυγμα κατάγειον βαθύ, τὸ μὲν μέγεθος ἔχον οἴκου μάλιστά πως ἐννεακλίνου, σκότους δὲ πλήρης, καὶ δυσοσμίας, διὰ τὸ πλῆθος τῶν παραδιδομένων εἰς τοῦτον τὸν τόπον ἀνδρῶν, τῶν ἐπὶ θανατικοῖς ἐγκλήμασι καταδικαζομένων, ὧν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις οἱ πλείους ἐνταῦθα καθείργνυντο. ἐν οὕτω γὰρ στενῷ συγκεκλεισμένων πολλῶν ἀνδρῶν, ἀπεθηριοῦτο τὰ τῶν ἀτυχούντων σώματα· τῶν τε πρὸς τροφὴν καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν χρείαν ἀνηκόντων πάντων ἐν ταὐτῷ πεφυρμένων, τοιαύτην προσπίπτειν δυσωδίαν συμβαίνειν, ὥστε μηδένα τῶν προσιόντων ῥᾳδίως δύνασθαι καρτερῆσαι. Virgilius Aen. VI. *ſub rupe ſiniſtra Moenia lata videt triplici circumdata muro: Quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis.* Noſter, *eum muniunt undique parietes.* pergit, *Porta adverſa, ingens, ſolidoque adamante columnae, Vis ut nulla virum, non ipſi exſcindere ferro Coelicolae valeant: ſtat ferrea turris ad auras.* Noſter, *atque inſuper camera. Hinc exaudiri gemitus, & ſaeva ſonare Verbera: tum ſtridor ferri tractaeque catenae*, &c. *Cernis cuſtodia qualis Veſtibulo ſedeat? facies quae limina ſervet? Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra Saevior intus habet ſedem:* Noſter. *circiter* XII. *pedes humi depreſſus.* at ille nimis poetice, *tum Tartarus ipſe Bis patet in praeceps tantum tenditque ſub umbras, Quantus ad aethereum coeli ſuſpectus Olympum.* De ipſo Tulliano (nam nomen illud obtinebat aetate *Ammiani*, ut ex illo patet, *p.* 519.) ita *Calphurnius Flaccus*, Declam. IV. *Video carcerem publicum, ſaxis ingentibus ſtructum, anguſtis foraminibus tenuem lucis umbram recipientem. In hunc conjecti*, robur Tullianumque *proſpiciunt: & quoties jacentes ferrati poſtis ſtridor excitat, exanimantur, & alienum ſupplicium expectando, ſuum diſcunt. ſonant verbera, cibus recuſantibus ſpurca manu carnificis ingeritur. Sedet janitor inexorabili pectore: qui matre*

locus

Digitized by Google

ſtare ſic:os teneas oculos. Illuvies corpus aſperat; manum catenae premunt. Pro *expectando* Gronovius *ſpectando*, ipſe propius ad ſcripturam veterem, *aſpectando*. hoc eſt ſaepe & viſu defixus aſpiciendo. *Statius* Theb. III. *& nunc trucis ora Tyranni Nunc ferrum* aſpectans. *Tacitus* An. I, 4. *omnis exuta aequalitate juſſa principis* aſpectare. *Acta MS. Martyrii* S. Chryſanthii. *Erat ima cuſtodia in* carcere Tulliano. *unde putor horribilis aſcendebat, quia cloacarum cuniculis digeſta domorum ſtercora illic jugiter decurrebant. Et in hoc decurſorio erat ima & lutea & ita tenebroſa cuſtodia, ut penitus luciſluus aer nec ſignum diei, nec veſtigium aliquod lucis oſtenderet.* ima cuſtodia, hoc eſt, purum putum *Tullianum*, nam illa pars carceris ita vocabatur quae ſub terra erat, teſte *Varrone* de L. Lat. lib. IV. pag. 36. *Livio* dictus *inferior carcer* XXIV, 45. In inferiorem carcerem demiſſus eſt *necatuſque*, *Plutarcho* βάραθρον. in Mario, pag. 412. de Jugurtha, ὠθεὶς δὲ γυμνὸς εἰς τὸ βάραθρον κατεβλήθη, μεστὸς ὢν ταραχῆς καὶ διασεσηρώς, Ἡράκλεις, εἶπεν, ὡς ψυχρὸν ὑμῶν τὸ βαλανεῖον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐξ ἡμέρας ζυγομαχήσαντα τῷ λιμῷ, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ὥρας ἐκκρεμασθέντα τῆς τοῦ ζῆν ἐπιθυμίας, ἔσχεν ἀξία δίκη τῶν ἀσεβημάτων. Eundem in carcere ſtrangulatum ait *Oroſius* V, 15. Eodem modo apud Scriptores Atticos uſurpatur vox ὄρυγμα. *Dinarchus* in Orat. p. 37. παρωσθέντος τοῦ ἐπὶ τοῦ ὀρύγματος. *& Lycurgus*, p. 177. Tullianum etiam intellegere *Juvenalem*, inquit Interpres vetus ad haec verba, Sat. III. *uno contentam carcere Romam.* Quo in loco *Scholiaſta* ineditus, penes me, citat *Liviana* illa in quibus de Carceris conditore memoratur, ſed paulo aliter, quam in vulgatis habentur. *Quod cum ex variis nationibus eſſet Romae quaedam confuſio & ſaepius mala fierent, in medio urbis aedificavit carcerem ad terrorem creſcentis audaciae.* confer *Livium* I, 33. Caeterum carceris hujus pars adhuc viſitur ſub aede S. *Joſephi*, cui S. *Petro in carcere* nomen, quod D. Petrum ibi detentum vetus traditio eſt. Idem vocatur in *Actis Martyrum Carcer Mamertini*: nempe quia in ipſo vici Mamertini capite ſitus eſt, quod nunc *clivum Marforii* vocatur ab opinatiſſima illa & ſale Italo ſaepius reſperſa Marforii ſtatua, ſub ipſis clivi Capitolini radicibus in octava Urbis regione; illumque optime quadrare ad Salluſtianam deſcriptionem teſtatur *Famianus Nardinus*, qui, quicquid adverſus ejus ſententiam attulerat Illuſtriſſ. *Baronius*, erudite convellit. confer utcunque *Riquium*, qui contra exiſtimat. & *Platinam*, vita Urbani II. Unus adhuc reliquus eſt *Cicero*, qui cum Noſtro conferatur. Ita ergo ille Verrinar. VII. de Latomiis Syracuſanis, *Opus eſt ingens, magnificum, Regum ac Tyrannorum: totum eſt ex ſaxo in* mirandam altitudinem depreſſum, *& multorum operis penitus exciſum. Nihil tam clauſum ad exitus: nihil tam ſeptum undique: nihil tam tutum ad cuſtodias, nec fieri nec cogitari poteſt.* Atque hactenus ſummorum ingeniorum in hac re luſus. verum quicquid Oratores praeclare invenire, quicquid Poetae fingere, aut eloqui Annales valent, Noſter longe melius tacendo effert. Hic enim vim omnem diffundens & diſperdens in levioris momenti circumſtantiis anxie enarrandis, magno opere feneſtras, lapidumque magnitudinem proſequitur: Ille totus in foetore & ſtercore memorando, Scarabaeus potius quam ſcriptor, Lectorem ceu brevibus gyaris dignum, in amoeno loco nimis inhoneſte moratur. Alt. verbera, carnificem, & gemitus adhibet, ut ergaſtulo ſuus horror ſervetur, diriſq; ſedibus illibatus ſtet honos. *Criſpus* autem loci genio fiſus, omnes haſce ideas pauciſſimis complexus eſt: terror ineſt verbis, & ferreis evincta numeris horrendum ſtridet Oratio: Omnia denique denunciant ultimam neceſſitatem. Liceat ergo *Claudiani* ore de illo ſententiam ferre, *Sparguntur in omnes, In ſe mixta fluunt, & quae diviſa beatos Efficiunt collecta tenet.* pro, 12. *pedes* Marlianus habet XX. lib. III. cap. 2. atque ita *Donatus* de Urbe Roma II, 19. Nec ſecus *Famianus Nardinus* V, 11. L 3. VIII. *pedes*. Markii γ. XV. Caeteri XII. pro humi

locus in carcere, quod *Tullianum* appellatur, [1] ubi paullulum eſcenderis ad laevam, circiter XII. pedes humi depreſſus. Eum muniunt undique parietes, atque inſuper camera lapideis [2] fornicibus vincta: [3] ſed incultu,

Reg. *humani.* pro *ejus facies.* Balliol. Bodl. λ. Venetae B. Pub. Reg. Mart. Pemb. *facies eſt.* & *Curtius* VIII, 48. *Praecipue* terribilis *illa* facies erat. Non audio. *J. Waſſe.*

1 *Ubi paululum eſcenderis.*] Dubium eſt, utrum, *ubi aſcenderis, duodecim pedes,* intelligamus: an *locus humi depreſſus duodecim pedes.* Sed poſterius malim, propter reliquam loci deſcriptionem. Quidam codices, *Fornicibus vincta* legunt paulo poſt, a *vincio:* quod alii *juncta,* a *jungo.* & vetus codex *aſcenderis* habet, non *deſcenderis.* Sed judicet Lector. *Glareanus.* deſc. MS. Com. & Bongarſii, ut & a manu ſecunda Pal. ſec. reliquis eſt *aſcenderis,* quod pronum mutare cum Palmerio in *eſcenderis,* niſi vox *depreſſus,* item *demiſſus,* quae ſequitur, innuere viderentur deſcenſum potius fuiſſe quam adſcenſum. *Gruterus.*

2 *Fornicibus vincta.*] Gruteri Ed. L 2. Reg. B. Pub. Mart, Venetae *juncta.* Quidam inquit Glareanus, *vincta.* Certe ita Markii γ. λ. atque, ut opinor, Pemb. & Oxonienſes. Noſter Fr. III, 15. *axe* vinctae *trabes.* MSS. ſcriptura in hiſce verbis non tam ſimilis quam una revera eſt, adeo ut Oedipus ipſe vix diſtinguat, multo minus illi Davi qui in Coenobiis ſcribendo operam dederunt. Magis tamen arridet *vincta.* Hoc vult auctor, Tulliani nempe ſuperiorem partem ex arcuato opere fuiſſe, in quo fornix ſive arcus vinculi vicem obtinuit. quomodo item capio *Varronem* de R. Ruſt. III, 7. Periſtereon *fit, ut teſtudo magna,* camera tectus. Camerae autem ſpecies *teſtudo* & *hemiſphaerium:* illud eſt convavum ſphaericum, haec vero ex duobus arcubus ſeſe in centro ſecantibus conſtat. In teſtudine pars prominula, & quae caeteris eminentior eſt, vocatur *arcus* & *fornix* indifferenter, totumque opus complexu ſuo ſtringit. utrumque reddunt Gloſſae per καμάρα & ἀψὶς, & inde *fornax,* credo a ſimilitudine, apud eaſdem ὄψις audit, aſt meo periculo legas ἀψὶς. utrumque idem valere teſtes *Nonius* in v. & *Iſidorus* Orig. XV, 8. ubi, pro *Capitolia,* MSS. *capitella* rectius. Ita ergo *vincta erat fornicibus camera,* ut parietum frontes anſis aut plumbo, trabeſve ſubſcudibus. de quibus ita *Vitruvius* VIII, 7. *Ex teſta & ſilicibus ordinariis ſtruas bipedales parietes & cum* anſis ferreis *&* plumbo *frontes* vinctae *ſunt.* ibi Codex Arondel. pro *ruinoſos,* exhibet *rimoſos,* prior lectio *Columellam* ipſumque adeo *Vitruvium,* poſterior *Ciceronem* adſerentem habet. Verum, ne quid diſſimulem, vocem *vincire* de lapidum ſtructura neque ille, neque *Plinius,* neque alius, quod ſciam, diſerte uſurpant, ſed verbis dumtaxat exprimunt tantundem valentibus, qualia ſunt *praecingo, alligo, ſedeo, Συνδέω, λύω, δεσμέω,* & ſimilia. *Vitruvius* V, 2. Praecingendi *ſunt* parietes *medii coronis ex inteſtino opere,* hoc eſt, velut cingulis quibuſdam tranſverſis, ne vox, priuſquam ad aures veniat, diſſipetur. *Arnobius* VI. 203. de ſtatuis, vinctionis *vi propemodum* colligati. Paulo ſupra, *Jure dedicationis impulſos deos ac ſimulachrorum coaleſcere* junctioni; imo *vinctioni;* infra enim, *eos in baſibus ita unci retinent, & plumbeae* vinctiones. Neque aliter legendum puto apud eundem, p. 61. cum qua confer. p. 68, 87, 152, 199. *Vitruvius* VIII, 7. *Cubilia & coagmenta eorum* inter ſe ſedentia, *& juncturis alligata.* mallem tam hoc loco quam ſupra, *vincturis,* ſed Arondel. non favet. verum infra, X, 13. pro, *ferrea choragia fixa &* juncta cum *pinnis,* habet *vicla* cum p. lego *vincta.* Statius Sylv. IV, III. *Illi ſaxa* ligant *opuſque* texunt *cocto pulvere* Lucretius. *Glutine materias taurino*

tenebris

tenebris, odore, foeda atque terribilis ejus facies eſt. In eum locum poſtquam demiſſus eſt Lentulus; ¹ vindices rerum capitalium, quibus praeceptum erat, laqueo gulam

ita jungier una. Ut vitio tabulae venarum ſaepius hiſcant, Quam laxare queant compages taurea vincla. Seneca Epiſt. xc. *Demoſthenes inveniſſe dicitur* fornicem, *ut lapidum curvatura, paulatim inclinatorum, medio ſaxo* alligaretur. *Seneca* Controv. II. p. 154. *In hos ergo exitus varius ille ſecatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat, quam* vinctis *ſevere in hoc pavimentum levatum & infuſum tectis aurum.* Sed locus eſt mendoſus. *Catullus* Epig. LXV. circa finem. *Nam ſimul ac feſſis dederit fors copiam Achivis* Urbis *Dardaniae Neptunia* ſolvere vincla. muros intellige a Neptuno extructos. Idem alibi uſus eſt *texta*, quemadmodum & *Lucretius* quomodo apud *Callimachum* in Hymno Apol. αὐτὸς δὲ θεμείλια Φοῖβος, ὙΦΑΊΝΕΙ. Hinc ΛΥ͂ΣΑΙ τὴν γέφυραν, apud *Herodotum*; apud *Xenophontem* καταλύειν τὴν σκηνήν. ad *vincla vitalia tranſtulit. Homerus* Iliad. I. Ὃς δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κάρηνα Ἠδ' ἔτι καὶ ΛΥ΄ΣΕΙ. *Lycophron* 1436. φόνοι μεταίχμιοι ΛΥ΄ΣΟΥΣΙΝ ἀνδρῶν πάλας. ibi pro, Πομπήϊος Λιὸς in Scholiis, legendum Πομπίλιος. Appoſite *D. Joannes* ΛΥ΄ΣΑΤΕ τὸν ναὸν τοῦτον. *Symmachus* & *Theodotio* Hieronymo teſte ad Habac. I. ΣΥΝΔΕΣΜΟΣ ξύλου φθέγξεται αὐτά. Hezichio δέσμοι ἧλοι, vide Schol. *Nicandri* ad vſ. 57. *Theocritus* in Ptolom. καὶ οἱ χρύσεος δόμος ἐν Διὸς οἴκῳ ΔΕΔΜΗΤΑΙ. *Procopius* de Aedificiis Cap. I. ΣΥΝΗΡΜΟΣΕ δὲ αὐτοὺς οὐ τίτανος, &c. ἀλλὰ μόλυβδος ἐς τέλμα χυθεὶς, ὃ μεταξὺ πανταχόσε χωρήσας, τῶν τε λίθων τῇ ἁρμονίᾳ ἐνιζηκὼς, καὶ ΣΥΝΔΕ΄ΩΝ ἀλλήλοις αὐτούς. & Cap. IV. Αἵ τε γὰρ ἀψῖδες τέσσαρες οὖσαι κατὰ τὸν αὐτὸν ἡρμήνευσαι τε καὶ ΣΥΝΔΕ΄ΟΝΤΑΙ ἀλλήλαις τρόπον. *Ariſtot.* in Problem. ψάμμος ὑγρότητι ΔΕΣΜΟΥΜΕ΄ΝΗ. *Statius* X. Theb. 879. *abſiliunt pontes, tectique trementis* Saxea frena *labant.* ibi Lactantius: *compages quadratorum, quae conſtringunt & continent aedificationem,* Auctor de Mundo Cap. VI. ἐν μέσῃ τῇ τοῦ Ἰησοῦ ἀσπίδι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι καὶ ΣΥΝΔΗ͂ΣΑΙ τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας· ὥστε ἐξ ἀνάγκης, εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα ΛΥ΄ΕΙΝ τε καὶ συγχεῖν. J. Waſſe.

3 *Sed incultus tenebris. o. f. &c.*] Sic nullo apice plus minuſque Naz. ac. Comm. caeteri adhaerent vulgatis, habentque *ſed inculta tenebris, odore faeda atque ter.* quod neque ſatisfecit Palmerio. *Gruterus. inculta* B. Pub. Arond. & Regius. Pemb. Markii λ. & γ. Venetae. Martin. Liv. *ſuos honores partem defectos* per incultum *& neglegentiam.* vide *Plaut.* Aſin v. 2. 24. rationem reddit *Thucydides* VI. πάντα δὲ ποιούντων αὐτῶν ἐν τῷ αὐτῷ, &c. ὅσπερ οὐκ ἦσαν οὐκ ἄνευ τῶν. Idem.

1 *Judices rerum capitalium, quibus praeceptum erat, laqueo gulam fregere.*] In vetuſtis eſt, *Vindices rerum capitalium*, pro *triumviri capitales*, quorum interventu ſupplicium de facinoroſis ſumebatur. De his autem hiſtoricum loqui, cum per ſe facile liquet, tum auctor libelli de magiſtratibus Romanis, quem *Feneſtellam* vocant, teſtatur. nam quo loco capitales dictos oſtendit, quod capitalibus quaeſtionibus praeeſſent, mox ibidem, *Eorundem*, inquit, *interventu triumvirorum, in eos qui cum L. Catilina conjuraverant, animadverſum eſt, ut meminit Salluſtius.* Ut autem Salluſtius hic *vindices capitalium rerum*, ſic alicubi Cicero *vindices facinorum & ſceleris* dixit. Eſt apud eundem *peccatorum vindex, vindex ſcelerum.* Rivius. Mire videntur feriata, *quibus praeceptum erat.* ſi quid juris haberem in auctorem; juberem hanc triadem alias ſibi ſedes quaerere. ceterum extat in MSS. aut *indices*, aut *judices*, non *vindices*, niſi forte a calamo primo in Pal. ſec. imo in pleriſque emendatum, *per indices rer. cap.* Naz. autem primum habuit; *Lentulus, dices re-*

rum capitalium, &c. correctumque poſt; *Lentulus & per indices, &c.* ut forte ſuſpicari licet fuiſſe: *Lentulus, ei vindices rerum, &c.* Gruterus. Digb. *laniatores, & v.* Quod nimis ineptum, nam ſicca morte periit; ideoque nec admittendum, ne, cum Gabinius, Ceparius, exitum vitae mitiorem invenere; *ceciditque Cethegus Integer & jacuit Catilina cadavere toto*; uni Lentulo dolendum foret, quod per interpretes integro ſaltem ſibi, mori non licuerit. Utrumque mortis genus Orator voce *confoſſus* extulit pro Sulla, §. 33. & ſimile quid de *obtruncare* Pricaeus ad *Apulejum* obſervavit, p. 381. Caeterum Ball. *judices* at L 3. Reg. *indices. γ. in dices* diviſim. ſuſpicor autem ex laeſa membranarum ſuperficie, primitus fuiſſe *vindices. λ. indices* & ſupra, pro v. L. *judices* quomodo & *Valla* v. 68. Venetiis excuſi 1470, 1478. Mart. B. Pub. Digb. *vindices* quod amplector. Illi ſunt omnino Triumviri capitales; *Plutarchus* in Cic. Lictores vocat. Unde *Rivium*, nullo ſuo merito, culpat *Zanchius*; quod tales viros tam ſordido muneri delegaverit. Pari ego ratione poſſum contra redhoſtire, cum & ille Lictorem, cujus locum adimplere ſervitia non poterant, teſte Lib. XLVIII. *Dione*, ad carnificinam detruſerit. *Sed percuſſio per lictores facta eſt?* At hoc mortis genus honeſtiſſimum, etiam in propatulo, & ante ora ipſius Conſulis fieri ſolebat, ſtrangulatio autem & praecipitatio de robore non item. Verum quid ſi lictores ſervos ſub ſe habuiſſe probaverit *Lipſius* Elect. XXIII. quos hiſce verbis innuere videtur *Livius* III, 57. *Carnificibus non lictoribus ſtipatus.* ſed haec omitto. Tres viri capitales, utpote magiſtratus, licet e minoribus, non tantum curam carceris habebant, eorumque quae poſt labant ſupplicia, ut ex *Pomponio* de Orig. juris colligi poſſit, verum etiam de ſervorum & infimae ſortis hominum ſcelere ad Columnam Maeniam cognoſcebant. teſtes *Cicero* Divin. *Aſconius* in Orat. pro Mil. §. 81. Et foeda haecce miniſteria per ſervos Commentarienſes obibant. Cui enim uſui inſervirent octo Lictores, quos circum ſe habuiſſe memorat in Aſinaria *Plautus*, niſi ut illorum interventu noxii plecterentur? *Ubi ſaepe cauſſam dixeris pendens adverſus octo Aſtutos, audaces viros, valentes* virgatores. Loquitur ibi de Treviris qui propterea ſervos infra ſe habuerunt, quorum miniſterio in ſontes animadvertebant. Quomodo etiam *οἱ Ἕνδεκα* apud Athenienſes vicarium alebant qui venenum Socrati propinaret, qui propterea vocatur a *Platone* Phaed. p. 116. *ὁ τῶν Ἕνδεκα ὑπηρέτης.* Etiamſi itaque vincti, ipſis etiam Triumviris ad necem dedi a *Valerio* v, 3. dicantur, diſtinguit ille nihilominus inter Trevirum & eum qui cuſtodiae praeerat, cujuſq; manibus obſcoenum opus exſequi aggreſſus eſt. Eo ſenſu Triumviri reos peremerunt, quo Tribuni Manlium de ſaxo praecipitarunt, juſſione ſcilicet & verbo, non opere. Mentio fit apud *Horatium* de flagellis Triumviralibus, at male quis inde colligeret illos manu ſua & loris propriis Maenam iuſſiſſe? In carcere ſaltem neceſſaria vis carnificis, unde de Scipione *Livius* VI. *obnoxiam* Carnificis *arbitrio ducere animam*; unde *Cicero* pro Rabirio gloriatur, *ſe carnificem de foro crucem de campo ſuſtuliſſe.* Vindices ergo capitalium rerum ii ſunt, quibus a Cic. Lib. de Leg. praeceptum eſt: *vincula ſontium ſervanto,* capitalia vindicanto, *Triumviri* nimirum *capitales* qui apud *Manilium* v, 415. audiunt *vindices rerum*, neque eo minus a *tortoribus* ſeparantur. *Quaeſitor ſcelerum veniet* vindexque reorum, *Qui commiſſa ſuis rimabitur argumentis. Hinc etiam immitis* tortor, *poenaeque miniſter.* Vindices inquam, non *judices.* Hegeſip. IV, 8. *Prodantur conſcii, deducantur in medium nuntiorum interpretes, ſi tenent,* vindices *prodant, ſi non tenent, quid accuſant.* ita etiam MS. C.C.C. B. Pub. ſic *vindex conjurationis, temeritatis peccatorum.* v. *ſcelerum* carcer, *Cicero* in Catilin. & alibi. Sic in III. Nat. D. *vindices facinorum Furiae*, unde illarum ſedes *Plutarcho* de Conſol. p. 101, dicta τῆς Δίκης καὶ ποινῆς [illegible]. Omnis denique magiſtratus, vel per ſe vel mediante alio *vindex rerum capitali-*

um

fregere. Ita ille patricius, ex clariſſuma gente Corneliorum, qui conſulare imperium Romae habuerat, dignum moribus, factiſque ſuis exitium vitae invenit.

um, ut ex loco *Manilii* patet. Addo *Cyprianum* ad Demetr. p. 7. *Quis inter haec vero ſubveniat? Patronus? ſed praevaricatur & decipit:* Judex? *ſed ſententiam vendit: qui ſedes crimina* vindicaturus *admittit, & ut reus innocens pereat, fit nocens Judex.* infra Noſter, *gulam fregere.* Haud diſtinguunt auctores inter *gulam* & *guttur.* licet illud proprie, canna pulmonis, hoc vero οἰσοφάγος. *Ovidius* autem Met. VI, 134. X, 177. XII. Virg. Aen. VIII, 260. *Lucan.* II, 145. *Sidonius* II, 303. *Tertullianus* in Geneſ. v. *guttura* in hoc negotio uſurpant, alii *gulam*, inter quos *Plautus* Aulul. II, 4. & IV, 4. e contra *guttur* pro *gula*, Plautus Capt. III, 1. *Juvenal.* II, 14. *rarum & memorabile* magni Gutturis *exemplum.* *Prudentius* utrumque Pſychom. 591. *Invadit trepidam virtus fortiſſima duris Ulnarum nodis, obliſo & gutture frangit Exſanguem ſiccamque gulam: compreſſa ligantur Vincla lacertorum ſub mentum & faucibus artis Extorquent animam: nullo quae vulnere rapta Palpitat, atque aditu ſpiraminis intercepto Incluſam patitur venarum carcere mortem.* Eoque modo Lentulus Noſter mortem invenit ejus moribus dignam: nec ſolum conjurationis ſed molliciae & ſocordiae reus erat; gulam alicui potione vincia onerare ... foemineae mortis contumelia afficere. Ita Telemachus Odyſſ. XXII. μὴ μὲν δὴ καθαρῷ θανάτῳ ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην Τάων ... ἀμφὶ δὲ πάσαις Δειρῇσι βρόχοι ἦσαν, ὅπως οἴκτιστα θάνοιεν. *Pacatus* Paneg. p. 403. *Alteri manibus ſatellitum Britannorum* gula *domi fracta, & inuſta foemineae* mortis *infamia, ut ſcilicet maluiſſe vir ferri amantiſſimus videretur, laqueo perire quam gladio.* J. W.

1 *Dignum moribus factiſque ſuis exitium vitae invenit.*] Sic & volumen Fabricianum, & alia duo. In Merſeburgenſi vero ceteriſque vetuſtioribus, *exitum vitae*, quomodo Livius, *Quod nemo eorum ſatis dignum ſplendore vitae exitum habuit.* mihi utra lectio verior, hauddum liquet. *Rivius.* Sic fere manu formiſque ſcripti antiquiores, cujus loco obrepſit deinde *exitum vitae.* minus recte, conſulatur *Nonius Marcellus.* & *Feſtus. Gruter.* In vulgatis fere *exitum.* & ita legit *Auguſtinus* Ep. XLIII. ſed L. 2. Regius, Pemb. Markiani, Venetae. 1470, 1478. *exitium.* Markii 2. pro varia lectione habet *exitum.* *exitium* pro *exitu* uſurpaſſe antiquos auctor eſt *Feſtus*, nullum tamen ejus rei exemplum protulit. pro *eventu* tamen poſuit *Hyginus* Fab. 190. *exitium vitae* nuſquam lego, ſed *exitus vitae* habetur in primis apud *Propertium* III, 5. 69. Exitus *hic vitae ſuperet mihi.* & *Plinium* in Nat. Hiſt. VII, 43. *Age, non exitus vitae ejus, omnium proſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit?* etiam *Paterculus* II, 7. de Gracchis. *Hunc, &c. optimis ingeniis male uſi, vitae mortiſque habuere* exitum. & qui ad hunc ipſum locum alludit, *Trebellius Pollio*, de Aureolo. *Apud Mediolanum occiſus; dignum* exitum *vita ac moribus ſuis habuit.* *Hegeſippus* IV, 20. Noſtri ſimia, *Itaque acerbiſſimus parricida dignum meritis ſuis* vitae exitum *tulit.* & ſic Codd. MSS. C.C.C. & B. Pub. & ſic legendum pro *extremum* ex MS. C.C.C. I, I. paulo infra. idem pro, *commentum eſt ut ſic periret, ne vel mors ſuo ſcelere vacaret*, rectius legunt, *mors ſua.* Apulejus voci *mortis* adjunxit, Met. V, 87. *Inque ſimile* mortis exitium *cecidit.* habes etiam, *exitus eccus malus* apud *Petronium*, p. 198. Var. Ed. & *belli dubii* apud *Juſtin.* XI, 12, 12. *exceptorum* apud *Sueton.* in Nerone Cap. XL. *exitus mortis* apud *Q. Septimium* IV, 15. *Dein percontatus* exitum *paternae* mortis. *Vitruvius* auctius extulit Praef. ad VI. *ad ſummum exitum vitae.* formam loquendi hanc ſequun-

De Cethego, Statilio, Gabinio, Coepario, eodem modo ſupplicium [1] ſumtum eſt.

LIX. Dum ea Romae geruntur, Catilina ex omni copia, quam & ipſe adduxerat, & Manlius habuerat, duas legiones [2] inſtituit; cohortes, pro numero militum

tur Graeci. Δόξας τῇ μεγαλοψυχίᾳ τῶν πεπραγμένων ἀκόλουθον τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν πεποιῆσθαι. &, de Phayllo. Τῆς ἀσεβείας οἰκείως τὸν βίον κατέστρεψε. Noſter dixiſſet, Ἀξίως τοῦ τρόπου. vide omnino *Gronovium* patrem ad *Livium*. v. 27. corrige obiter *Hegeſip*. 1, 1. *uſque ad extremum vitae*. C. C. C. melius *exitum*. Hegeſip. 1, 29. *ferro negato exitum* vitae *invenire*. J. Waſſe.

1 *Sumtum eſt.*] Verbum ſubſtantivum omittunt e Noſtris Arondel. L 1. & B. Pub. etiam *eodem*. Liv. II, 5. *damnati proditores*, ſumtumque ſupplicium. caeterum de Gabinio adi *Cic*. pro Archia. §. 9. *Idem*.

2 *Inſtituit.*] Sic, inſtituere collegium pro *fundare*. Plin. Epiſt. *delectum militum* Caeſar 1. B. Civil. Bibliothecas *Plin*. N. Hiſt. XXXV, 2. valet etiam *condere*. ſic & *Jornandes* iſtud verbum apud *Florum* reddit. pag. 16. cap. III. ſed & praeterea *Tacitus* 1, 54. inſtituere *ſodales Titios*, ut & *Xenodochia* apud *Hegeſippum*. VIII, 8. *in mari rubro claſſem* inſtituit *Eutrop*. VIII, 2. ϛόλον ἐγκατέστησε *Metaphraſtes*. Quo in loco pro *Edeſſios* Codex B. Pub. Cantab. *Meſenios* rectiſſime. licet aliter ſentiat aetatis noſtrae Strabo, Chr. *Cellarius*. ſitum ejus definit *Ammianus*. XXIII, 6. *In omni autem Aſſyria multae ſunt urbes, inter quas Apamia eminet*, Meſene *cognominata*. quam tamen a *Meſene* ſejungit *Plinius* N. Hiſt. VI, 27. *Tigris, &c. luſtratis montibus Gordyaeorum circa Apamiam* Meſenes *oppidum, citra Seleuciam Babyloniam* DCXXV. *m. paſſ. diviſus in alveos duos, altero meridiem ac Seleuciam petit*, Meſenen *perfundens*. nec aliter *Stephanus Byzant*. pag. 91. Ἔστι καὶ ἄλλη Ἀπάμεια, ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ τῷ Τίγριδι περιεχομένη. meminit etiam Μεσηνῶν κόλπου, *Marcianus Heracleota*, p. 16. lege Μεσηνίτου. & eandem regionem ſeu Civitatem eſſe ne dubita, quae *Joſepho* & *Dioni* Paſini vallum *Dionyſii* Geographi natalibus inclitam. firmant enim hoc *Philoſtorgius* & *Dio*, hic *Lib*. III. *cap*. 7. de Tigri. terram interſecans νῆσον αὐτὴν ποιεῖ, πολεμίαν τε ἅμα καὶ θαλαττίαν, ἣν ἔθνος ἐνοικεῖ τῶν Μεσηνῶν ἐπικαλούμενον. Ille autem apud *Xiphilinum*, Lib. LXVIII. p. 784. καὶ τὴν μὲν νῆσον τὴν ἐν τῷ Τίγρειδι τὴν Μεσήνην ἧς Ἀθάμβιλος ἐβασίλευσεν, ἀπόνως ἐκτήσατο. paulo infra, ἐς οἱ τὸν χάρακα δὲ τὸν Τεσπασίνου καλούμενον οἰκοῦντες. legerem ipſe Μεσήνῃ, & pro Σπασίνου quod ex *Leopardo* VII, 2. reponit *Sylburgius*, mallem Πασίνου. licet eidem faveat magnus vir in *Exercitat. Plinianis* pag. 347. ſed haec & hujuſmodi σφάλματα manum expectant amici noſtri O. Oddii Graecis atque Latinis literis juxta, atque doctiſſime eruditi, a quo accuratam *Dionis* editionem expectamus. Hanc gentem deſignat etiam *Joſephus* Lib. I. cap. VII. Antiquit. Judaic. Ἀρμενίαν δὲ Ὄτρος καὶ Γέθερις Βακτριανούς. Μήσας δὲ Μησαναίους, Πασίνου χάρακα ἐν τοῖς νῦν καλεῖται. Fatendum tamen *Joſephum* Lib. XX. pag. 684, 685. bis meminiſſe Σπασίνου χάρακος quemadmodum *Byzantinus* ille *Stephanus* ſemel facit. *Ruffinum* etiam eo loco vocem Σπασίνου omiſiſſe. Verum pro lectione altera pugnant Codex Ptolomaei Palatinus. *Marcianus Heracleota*, p. XVI. *Arrianus*, pag. XX. & *Plinius* in Hiſt. Nat. VI, 27. Ita ille: *Iterumque infeſtatum Paſines Sogdonaci filius, Rex finitimorum Arabum, quem Juba Satrapen Antiochi fuiſſe falſo tradit*, oppoſitis molibus reſtituit, nomenque ſuum dedit. Quibus ipſe potius quam abt. *Leopardo* aut *Salmaſio* crediderim. Quod ad *Ruffinum* attinet,

complet,

complet: deinde, [1] ut quiſque voluntarius, [2] aut ex ſociis in caſtra venerat, aequaliter diſtribuerat; ac brevi ſpatio legiones numero hominum expleverat; cum initio non [3] amplius duobus millibus habuiſſet. [4] Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis inſtructa; ceteri, [5] ut quemque caſus armaverat, [6] ſparos, aut lanceas, alii [7] praeacutas ſudes portabant. Sed poſtquam Antonius cum exercitu adventabat; [8] Catilina per montis iter facere; [9] modo ad urbem, modo in Gal-

quam negligenter in verſionibus ſuis ſeſe geſſerit, norunt eruditi. Venia tamen ei aliquatenus tribuenda quod in uno loco retinuit *Paſini.* Idem.

1 *Ut quiſque voluntarius.*] In ſcripto noſtro legitur: *ut quiſque voluntarius ex agris in caſtra venerat.* Putſchius.

2 *Aut ex ſociis in caſtra venerat.*] In hanc lectionem conveniunt numero quatuordecim; neque dubitandum de ſinceritate ſcripturae, *aut ex ſociis*; ſed potius de hiſce, *aequaliter diſtribuerat; ac brevi ſpatio legiones numero hominum expleverat*: auribus enim magis lenocinaretur, ſi ſcriberetur, *diſtribui*, item, *expleri.* Gruterus. *compleverat* Norvicenſe, *non plus* Nonius, p. 449. *expleverat* al. *rogatus ex ſociis, aut ex aliis* Arond. I. 2. vide *Nonium*, p. 449. *J. Waſſe.*

3 *Amplius duobus millibus.*] Tacit. Annal. 5. *Unciario foenore amplius exerceret.* Cicer. in Oratore: *Non fere ternis amplius.* Et Verr. 5. *Hora amplius in demoliendo ſigno,* dixit: & Noſter *amplius annos* XXX. Ciacconius.

4 *Sed ex omni copia cir. p. q.*] Tres voces *ex omni copia* repetitae videri queant ex ſuperiori periodo; mihi certe ſupervacuae ſunt. *Gruterus.*

5 *Uti quemque caſus armaverat.*] Nonius in *Sparos* legit, *ut quoſque caſus, &c.* Et paulo poſt legendum omnino, *in Galliam verſus.* nam ſic eſt in vv. cc. & Grammatici ita citant. *Varro* etiam ita locutus eſt libro IV. de Ling. Lat. cum dixit: *Conum, quod cogitur in cacumen verſus.* Urſinus.

6 *Sparos.*] Alii Codices *ſparus* habent. Sed illud verius eſt. *A. Gellius* lib. x. c. xxv. eadem tela conjunxit vid. notas ad. Virg. Aen. XI, 682. *Coler.* *Caeſar* I. B. Civil *ſudes, ſtipiteſque* praeacutos. *Statius* Theb. v, 386. vaſtaeque ſudes *fractique molares.* Codd. Joan. & Arond. ut & Crucei quidam *aſtaeque*, cui quidem favet *Virgilius*, at ſequitur, *molares*: unde nihil muto. de Sparo v. *Servium.* Aen. XI, 682. *Silium* VIII, 521. *Siſennam & Feſtum.* J. Waſſe.

7 *Praeacutas ſudes portabant.*] Servius in XI. Aen. vſ. 68. *portare* legit, niſi ſint mendoſi codices, ut ſit enallage modi; quae figura propria hiſtoricorum eſt. ſicuti idem in II. Aen. annotavit. Rivius. ſic legit Codex Dan. at *Nonius*, p. 554. *portabant.* Apulejus M. VIII. *Erant qui ſudes praeacutas attollerent.* *J. Waſſe.*

8 *Catilina per montes iter facere.*] Sic MSS. hodie fere, *montes.* Et paullo inferius, *reliquos Catilina per montes aſperos.* Nec multo poſt, *octo cohortes.* &, *cohortes paullatim incedere jubet.* Adnotavit autem libro v. *Priſcianus*, quae in *ns* & *rs* deſinant, horum accuſativum pluralem fere in *eis* exire. Hinc *fonteis* apud *Virgilium*, *partes* & *bidenteis* apud eundem, *Paventeis* apud *Terentium.* Rivius. *aſperos* Arond. *J. Waſſe.*

9 *Modo ad urbem, modo Galliam verſus ſua caſtra movere.*] Priſcianus ſuper XII. verſus *Virgilii* legit *in Galliam verſus.* Ejus verba ſunt: *Verſus quoque ſuppoſitum,* inquit, *localibus nominibus, adverbium eſſe invenitur.* ut: *Italiam verſus,*

liam

liam verſus caſtra movere; hoſtibus [1] occaſionem pugnandi non dare. [2] Sperabat propediem magnas copias ſe habiturum, ſi Romae ſocii incepta patraviſſent. [3] In-

Galliam verſus. Salluſtius tamen etiam praepoſitionem ei antepoſuit in Catilina, In Galliam verſus. Haec Priſcianus, quem mehercule ipſe memoria lapſum putarem, niſi eodem modo, atque ille citat, *in codice manuſcripto repeiſſem.* Sed & *Vellejus Paterculus* I, 15. *Ante triennium,* inquit, *quam Caſſius cenſor a Lupercali in Palatium verſus theatrum facere inſtituit,* Caeſar VII. *caſtra ex Biturigibus movet in Arvernos verſus.* Idem. VI. *T. Labienum cum legionibus tribus, ad Oceanum verſus in eas partes quae Menapios attingunt, proficiſci jubent.* Non diſſimile illud *Hirtii* v. de bello Africo: *Ad Cercinnam inſulam verſus ire jubet.* & *Claſſem ad inſulas Baleares verſus convertit.* Cort. Tacitus in Germania, *Modico flexu,* inquit, *in occidentem verſus.* Tale forſan videri poſſit illud *Ciceronis* in Laelio. §. 25. *Atque is primum inſtituit in forum verſus agere cum populo:* niſi quis participium eſſe malit τὸ *verſus,* ut intelligas eum primum concionari coepiſſe converſum non ad ſenatum & comitium, ita uti alii fecerint, ſed ad forum. Ut jure hic mireris ruditatem & inſcitiam eorum, qui, ſi diis placet, *verſus agere,* pro habere orationem metro conſtantem interpretantur; hac minus illius, qui in editione Hervagiana operum Tullianorum haec in Indicem conjecit: *C. Licinius Craſſus verſibus cum populo primus agere inſtituit.* Strenuos & induſtrios homines, qui haec in indice annotarunt. *Rivius.* Sic etiam conſtanter membranae noſtrae meliores praemiſſa praepoſitione *in,* quae hodie exterminata ab editoribus non nimis antiquariis. *Gruterus.* L. 2. *ad Galliam.* Arond. L. 1. Pomb. B. Pub. Markii γ. α. Bodl. Pal. Digb. & Reg. omittunt. *in* retinent tamen Venetiis excuſi, 1470, 1478. & Martin. *Livius* XXVII, 15. vide ibi Gro-

novium. confer etiam *Plin.* Nat. Hiſt. VI, 20. & VI, 26. *J. Waſſe.*

1 *Occaſionem.*] i. e. *Opportunitatem* teſte *Feſto.* quo ſignificatu *Varro* R. Ruſt. II, 4. *hoſtes arbitrati* occaſionem *ſe habere victoriae impreſſionem facere tentarunt.* Plin. Ep. 13, 2. *Et tu* occaſiones obligandi *me avidiſſime amplecteris.* Cicero Cornif. Ep. XII, 24. *Ego tamen ut primum* occaſio data *eſt.* Plautus Bacchid. *quoniam* occaſio *ad eam rem fuit.* pro, *copia.* Columel. VIII, 17. aliique. vide ſupra. *Armatus intentusque ſis, neque* occaſioni tuae *deſis, neque* ſuam occaſionem *hoſti des.* Livius XXII, 39. aliena occaſione *uti, utroque hiemem ſuam Barbaris inferre gaudebant.* Plin. Paneg. cap. XII. *Idem.*

2 *Sperabat propediem magnas copias ſe habiturum, &c.*] Cuſae in officinis librariorum *ſe habiturum,* certe pronomen non eſt in MS. Pol. neque alterutrum requiritur, mallem etiam *ſpe propediem, &c.* *Gruterus.* L. 2. *Sperans* & Venetae 1470, 1478. *ſeſe habiturum* Reg. & L. *ſe* Venetae & Martin. *magnas ſeſe* Markii γ. quae inconſtantia firmat Gruteri conjecturam. *J. Waſſe.*

3 *Interea ſervitia repudiebat, cujus initio ad eum magnae copiae concurrebant.*] Legendum, *cujus initio,* ut eſt in manuſcriptis, nam peperam additur *rei,* in libris recentioribus. Tu vide, ſi lubet, *Priſcianum* libro XVII. ubi docet illud *cujus* ſingulare, ad rem & ſenſum potius eſſe, quam ad vocem referendum. *Rivius.* Quidam adjecerant *rei,* ut ſit ſenſus, *cujus rei.* quidam putant per ſyllepſin relativum ad intellectum genus relatum, hoc ſenſu: *cujus generis initio ad eum magnae copiae concurrebant.* Sed hercle relativum ſaepe numerum mutat cum antecedente, ut hic ſingularem plurali. Contrarium eſt hoc *Boetii: Quid vero ſi corpus ſpectes, imbecillius homine reperies*

terea

terea ſervitia repudiabat, cujus initio ad eum magnae copiae concurrebant, opibus conjurationis fretus; [1] ſimul alienum ſuis rationibus exiſtumans, videri [2] cauſſam civium [3] cum ſervis fugitivis communicaviſſe. Sed, poſt-

queat quas ſaepe muſcularum quoque morſus necat. qualia molta ſimilia apud auctores reperias. Vetus codex habet: *interea ſervitia repudiabat, quorum initio ad eum magnae copiae concurrebant.* quae ſi vera eſt lectio, nullam praeterea habet difficultatem. *Gloſſatus.* Adfricata & iſtis multa a gloſſographis, clamat varietas Palatinorum. nam eſt in tert. *repudiare.* in quarto, non viſuntur illa, *ad eum.* ſeptimus vero habet, *concurrerant.* octavus & dec. *quorum initio.* nonus, *cujus initium,* ſed & divertit editio princeps, *in qua magna copia concurrebat*; Equidem, ſi non licet tollere ceu ſpurium, *cujus initio ad eum magnae copiae concurrebant,* finxerim, *interea ſervitia repudiare, cujus initio magnae copiae concurrerant.* Gruterus, Vid. *A. Popmam* de uſu Antiq. locutionis, Lib. 2, Terent. *Adeone homines immutarier ex amore ut non cognoſcas eundem eſſe.* *Varro* de R. Ruſt. *Eos praeeſſe oportet qui periti ſunt rerum Ruſticarum non ſolum debere imperare, ſed etiam facere ut facientem imitentur,* pro, *facientes.* Cujus rei Bal. Bodl. Pemb, Reg. at Valla *quorum.* Arondel. & Pemb. *in initio* Digb. Valla *magna copia* L. 2. & Venet. 1478. omnia heic corrupta, *Priſcianus* tamen, p. 1099. *interea,* &c. ad, *concurrebant* incluſive, ut in Textu. De delectu ex ſervitiis habendo egregie *Silius* x, 44. *ſervis* abeſt L. 1. caeteri omnes agnoſcunt & *Valla* iv, 50. recte. & ſervi erant & fugitivi. *Plautus Menaechm.* 1, 1. *Homines captivos qui catenis vinciunt. Et qui fugitivis ſervis indunt compedes.* Valla *concurrerant.* & *quae opibus.* *Juſtinianus* Inſtitut. Lib. II. Tit. VI. §. 1. *Veluti ſi quis liberum hominem, vel rem ſacram, vel religioſam, vel ſervum fugitivum poſſideat.* Et ſic, Cod. Lib. VI. Tit. 1. §. 2, 2, 4. & §. VII. *ſi quis ſervum fiſcalem putaveris occultandum.* &, Dig. Lib. XLI. Tit. 1, 39. *etiam furtivus ſervus bonae fidei emtori adquirit.*] *Waſſe,*

1 *Simul alienum rationibus ſuis exiſtimans videri.*] Τὸ *exiſtimabat* non eſt in ſcripto noſtro, & ſalvo ſenſu abeſſe poteſt. *Putſchius.* Vox prima non eſt in anilibus membranis Com. Naz. Pal. 2. ultima vero deſtruitur Pal. 4. & hac quidem potius carere poſſet auctor quam illa. *Gruterus.*

2 *Cauſſam civium cum ſervis fugitivis communicaſſe.*] Τὸ *ſervis,* non eſt in vetuſtis quibuſdam, neque id addit *Felicius Durantinus.* forte ex gloſſa irrepſit: nam & apud *Ciceronem* ſaepe ſic reperitur. ut, *Habet legionem, habet fugitivos.* &, *Vivebat cum fugitivis.* & *Arſenio princeps fugitivorum.* in epiſtola tamen Vatinii ad eundem additur *ſervus*; *Dicitur mihi tuus ſervus anagnoſtes fugitivus Vardaei eſſe.* Eſt in Pandectis libro XI. titulus *de fugitivis.* ut ſubaudias, *ſervis.* *Rivius.* Servi enim, neq; infantes jus militiae habebant. Itaque cum ex eo numero Equitum, quos Deiotarus ad Julium Caeſarem miſiſſet, unus ſervus inventus eſſet: haec ei accuſatio objiciebatur. Et hanc aegre excuſat Cicero. At vero Antonio, Octavio, Lepido Triumviris, de ſervo inter numeros deprehenſo ita ſupplicium exactum eſt, ut de rupe Capitolina dejiceretur: manumiſſione tamen prius intercedente, quo magis cum dignitate aliqua condemnatus eſſe videretur. Quinetiam, etſi ſponte ſe obtuleriut non ignari ſuae conditionis, quamquam in numeros nondum relati eſſent, capitali ſupplicio afficiendos Trajanus Plinio reſcripſit. Atque hoc jus valuit uſque ad Juſtiniani tempora, ut patet ex lib. XII. Cod. tit. XXXIII. obſervatum aliter tamen bello Punico II. *aliam formam novi delectus* (ait Livius) *ino-*

quam

quam in caſtra nuncius pervenit, [1] Romae conjurationem patefactam; de Lentulo, & Cethego, [2] ceteriſque, quos ſupra memoravi, ſupplicium ſumtum: plerique, quos ad bellum ſpes rapinarum, aut novarum rerum ſtudium illexerat, dilabuntur: reliquos Catilina per montis aſperos magnis itineribus [3] in agrum Piſtorienſem abducit; [4] eo conſilio, uti per tramites occulte [5] profugeret in Galliam Tranſalpinam. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus [6] in agro Piceno praeſidebat, ex difficultate rerum [7] eadem illa exiſtumans, quae

pia liberorum capitum ac neceſſitas dedit. Octo millia juvenum validorum ex ſervitiis, prius ſciſcitantes ſingulos, vellentne militare (unde Volones appellati, quia ſinguli VOLO *reſpondiſſent) empta publice armaverunt. Hi omnes cum ſtrenue ſe geſſiſſent, a Sempronio Graccho ſunt manumiſſi, & bello confecto, pretia dominis ſoluta.* Aerod. ſub tit. Qui quand. mil. poſſ. Dictio media (*ſerv.*) piſtrino digna aucupanti brevitatem. *Gruterus*. Cic. Ep. v, 9. *Dicitur mihi tuus* ſervus *anagnoſtes* fugitivus *cum Vardaeis eſſe.* L. 3. fugituris. *J. W.*

1 *Romae conjurat.*] Vox ultima abeſt a Cod. B. Pub. qui pro, *patefactum* habet, *patefacta*. & ſic Ball. Bodl. pro *pervenit* Markii λ. *venit*. *inlexerat* B. Pub. *J. Waſſe.*

2 *Ceteriſque, quos ſupra memoravi ſupplicium, &c.*] In ſolas terras ablegandum *quos ſupra memoravi* cui enim id bono inculcetur? *Gruterus.*

3 *In agrum Piſtorienſem abducit.*] Manuſcripta, & item illud a Badio excuſum, conſentiente Beroaldino, *abducit*. utrum rectius, alii judicent. *Rivius.* Arond. L 1, 2. Markii λ. B. Pub. Veneta 1478. Martin. *adducit*. pro *occulte* Regius *occultos*; pro *Galliam* Markii λ. primitus habuit niſi fallor *Gallicam*. *profugerent* L 2. & Markii γ. *J. Waſſe.*

4 *Eo conſilio.*] Bongarſius haec delet ex Cod. Manuſc. neque forſan ſpernendum eſt. *Gruterus.*

5 *Profugeret in Galliam Tranſalpinam.*] In quodam e manuſcriptis reperi, *Ciſalpinam*. Rivius. Sine dubio locus hic corruptus eſt. non enim volebat Catilina in Galliam Tranſalpinam fugere, ſed in Ciſalpinam: ut infra docebimus, auctoritate maxime Ciceronis. quam rem etiam ex *Salluſtii* verbis percipere poſſumus. nullo enim pacto occulte per tramites perfugere potuiſſet in Galliam Tranſalpinam, quae longe ab agro Piſtorienſi diſtat: eſt enim *Piſtoriam*, teſte Ptolemaeo, urbs mediterranea Tuſciae. quare vel expungenda eſt dictio illa *Tranſalpinam*, vel legendum *Ciſalpinam*, pro *Tranſalpinam*, ut Rivius in quodam manuſcripto ſe reperiſſe teſtatur. *Zanch.*

6 *In agro Piceno.*] Julius Obſequens: *C. Antonius cum in agro Piceno Catilinam deviciſſet, laureatos faſces in Provinciam tulit.* Caſſiodorus tamen in Chronico diverſus abit. ſic enim ſcribit: *M. Pupio & M. Valerio Coſſ. Catilina in Piſtorienſi a C. Antonio bello peremptus eſt.* Coler.

7 *Eadem illa exiſtumans, quae ſupra dix. Cat. ag. Ig. ubi iter, &c.*] Ad corvos amandanda *quae ſupra diximus*, fortaſſis etiam *igitur* ut videlicet ſcripſerit auctor. *At Q. Metellus Celer (cum tribus legionibus agro Piceno praeſidebat) ex difficultate rerum eadem exiſtumans agitare Catilinam ubi iter,* cur calculo meo tam durus fuerim trigae illi fecit Pal. 3. in quo *quae*

ſupra

ſupra diximus, Catilinam agitare. Igitur, ubi iter ejus [1] ex perfugis cognovit, caſtra propere movit, ac ſub ipſis radicibus [2] montium conſedit: [3] qua illi deſcenſus erat in Galliam properanti. [4] Neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis aequioribus expeditos, [5] in fugam ſequeretur. Sed Catilina,

praediximus ex ea enim varietate fides mihi facta. Gloſſargi eſſe commentum. *Gruterus.* Noſtri omnes agnoſcunt. L 2. & B. Pub. a prima manu *memoravimus.* ſic hac formula nos alibi pluribus. Quibus adde *Tacitum* An. IV, 29. XIV, 33. XIV, 40. Hiſt. IV, 3. *Plinium* Nat. Hiſt. IV, 23. *Vitruvium* II, 8. IV, 2. V, II. & alibi ſaepe. *J. Waſſe.*

1 *Ex perfugis.*] *Profugis* Markii γ. & ſic Caſtilioneus in notis citat, & ita explicat. *qui metu Catilinae ſuis ex aedibus profugerant*, fretus opinor *Salluſtii* verbis, cap. 38. *duobus ſenati decretis neque praemio inductus conjurationem patefecerat, neque ex caſtris Catilinae quiſquam omnium diſceſſerat.* Sed patefacta conjuratione haec animi vis & obſtinatio elanguit & fracta eſt interea, inquit, *plebs, quae primo cupida rerum novarum nimis bello favebat mutata mente Catilinae conſilia exſecrari, &c.* Cap. XXXI. & Cap. 66. *poſtquam in caſtra nuntius pervenit, &c. plerique, quos ad bellum ſpes rapinarum illexerat dilabuntur. Tacitus* quidem *profugus*, pro, *perfuga* uſurpaſſe videtur. An. I, 57. *ſacerdos apud aram Ubiorum creatus ruperat vittas*, profugus *ad rebelles.* & ſupra etiam, H. 3. 56. profugus *ab altaribus* taurus. ſed aliter caeteri Codd. Noſter. Jug. LX. *Paucis amiſſis* profugi *diſcedunt.* pro, *fugitiva* aut *volubilis* Apulejus I. de Habitud. D. Plat. *Quae mutari & converti poſſent*, labentia, *& ad inſtar fluminum* profuga. *J. Waſſe.*

2 *Montium.*] Apennini. *Appianus* vero & *Sabellicus* ajunt, pugnam, de qua poſtea, commiſſam eſſe ſub Alpium radicibus, quod repugnat *Salluſtio, Ciceroni, Dioni, Julio Obſequenti*, & aliis. *Caſtil.*

3 *Qua illi deſcenſus erat in Galliam properanti.*] Tacitus vel aliquis ejuſdem ingenii dixiſſet, *qua illi deſcenſus in Galliam*, reſecto *erat*, ac *properanti. Gruterus.*

4 *Neque tamen Antonius procul aberat.*] Eadem ratione idem omiſiſſet vocem *aberat.* Idem.

5 *In fugam.*] Ita Ed. *Gruteri.* ſed, teſte ipſo, contra ſcriptos melioris notae quibus, *in fuga.* iis accedunt Digb. Markii λ. & *Priſcianus*, p. 1198. ejuſque codex MS. B. Favet *Juſtinus* noſtri aemulus XVI, 4. Nam caeteri in fugam dilapſi erant. At Bodl. C. C. C. Bong. rectiſſime *fuga.* L 2, λ 3. *ut qui* Bodl. & γ. omittunt *tamen*, & pro *procul* fere omnes *longe.* Interpp. & Valla II, 27. *expeditos in fugam* legunt & exponunt, *ad fugam paratos. Cicero quidem*, expeditus *ad mutandum locum, ad eundem.* verum ſequente *in* cum Accuſativo, vix alibi certe non apud noſtrum invenies. Praeterea MSS. lectio longe elegantior & mage Salluſtiana. Ex quorum mente ſic diſtinguo *expeditos, in fuga, ſeq.* Qua forma *Cicero* pro Mil. 28. *Obviam fit ei Clodius* expeditus, in equo, *nulla rheda, nullis impedimentis.* ibi Codex B. Pub. loco *ſubito ipſe*, exhibet *ſubito impetu*, forte pro, *impete.* Dictys. *Neque verſis bis atque in fuga, parcere.* Ubi *Vindingius*, turpat omnia. Noſter, *Milites palantes, inermes, ac ſine imperio.* Poſtremo ſenſus loci eſt: *utpote qui, quamvis m. . . . locis tamen.* vel *magno quidem ex. et locis. utpote quae.* pro *quae quidem*, habes, opinor, apud *Plautum* in Mil. II, 6. 48. *ſimiliorem mulierem, Magiſque eandem*, utpote quae non ſit eadem, *non reor Deos facere poſſe.* ſi quid mutandum, lege *expedito.* & confer Cap. 49. 68, 77. Virg. *flammam inter & hoſtes* expedior. i. e. elabor, fugio. *J. Waſſe.*

[1] poſtquam videt montibus, atque copiis hoſtium ſeſe [2] clauſum, in urbe res adverſas, neque fugae, neque praeſidii ullam ſpem; [3] optumum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, ſtatuit cum Antonio quam primum confligere. Itaque concione advocata, hujuſcemodi orationem habuit.

LX. [4] *Compertum ego habeo, milites,* [5] *verba virtutem*

1 *Poſtquam videt montibus atque copiis hoſtium ſeſe clauſum.*] Illud *videt*, non eſt in Com. Pal. autem ſeptimus, loco verborum poſtremorum habet, *hoſtium circumventum ſeſe*, at MSS. Bongarſii non agnoſcit, *montibus atque*: adeo ut ſi cui libeat ſuſpicari & hiſce adſuta emblemata interpolatorum, id tuto liceat. *Gruterus.*

2 *Clauſum.*] Catilina undique obſeſſus erat: non poterat enim in Galliam aufugere: Metellus radices montium occupaverat: Antonius vero ab Urbe veniebat. Hinc *Dion Caſſius* lib. XXXVII, Hiſt. Rom. Antonius autem & Metellus, Faeſulis circumſeſſis, nullam ei progrediendi copiam faciebant. *Benn.*

3 *Optumum factu.*] Veneta 1470. *factum*, ut ſupra bene. *J. Waſſe.*

4 *Comp. habeo ... verba non addere.*] In manuſcriptis & impreſſis antiquioribus eſt additum, *ego*, quod perperam in noſtris deeſt. *Rivius.* Pronomen abundat, neque extat in omnibus MSS. reſpuitque editio prima. ſi quis etiam ſuſtulerit, ceu otioſum verbum *habeo*, minime repugnavorim; plus namque efficaciae habuerit Catilina; ſi prae ſe ferat, conſtare experientia omnis aevi, omnium nationum, oratione minime animari, quibus parum animi; quam ſi velit ſibi id compertum. *Gruterus.* Ego abeſt ab L 2: Reg. Markii, γ. Gloſſae [illegible]. Thucyd. VI. [illegible]. ſed nec *viris* agnoſcunt L 1, 2, 3. Reg. B. Rub. Laud. Bodl. aeque eleganter, ſed exemplum ejus formulae apud Auctorem proſaicum non temere occurret. *Varro Octogeſi*, [illegible] *In quo nobilius eſt Philippeum quod accipimus, quam quod bibimus; quum alterum addamus in bulgam, alterum in veſicam.* altera forma *Papinius*, Theb. VII, 282. *Vos etiam noſtris, Heliconia turba venitis* Addere rebus opem. Columella VI, 27. *remedio erit filicula trita & aqua tepida permiſta* dataque *per cornu*. ibi quidem Codex Arondel. *addita* pro *data*, recte. ſic enim *Plinius* N. Hiſt. XI, 53. *ſibi medentur grano Aſſyrii mali, cujus eſt ſuavitas praecipua in* eſculenta additio. & VIII, 38. *biantibus reſupino capite ad morſum*, addita in os clava. &c. *agunt captivos*. ſed & XXIII, 58. *ſi quis*, &c. in os additum *devoraverit*. XXXVII, XI. *Narrant etiam in* ignem additum *movere ſuum frigus*. denique Lib. XXXVII, 10. *ſitim quoque ſedare* in os additae. *Serenus Sammonicus*, Cap. 4. *Balſamum ſi gemini* inſtillans auribus addas: & ſic Cap. XXVI. male ni fallor in fine, Cap. 1. hodie circumfertur. *Qui quondam placidè tectus ſub pelle draconis Tarpeias arces atque* indita *templa petiſti*. mallem *inclyta*. Confer *Virgilium* Georg. I, 513. Aen. IX, 194. *J. Waſſe.*

5 *Verba virtutem non addere.*] Demoſthenes in oratione [illegible]: Ἔστι δὲ [illegible] [illegible] οἱ λέγοντες, [illegible] ἀλλ' ὑμεῖς [illegible], &c. *Manutius.* Τὸ *viris*, non eſt in exemplaribus calamo deſcriptis, neque item in impreſſis paullo correctioribus. *Rivius.* Dictionem *viris* hoc loco reſtituimus in omnibus editionibus omiſſam: eamque addendam eſſe & *Felicius Durantinus* confirmat. Quin & ipſe *Salluſtius* in bello Jugurthino: *plura dicerem, Qui-*

non

non addere; [1] *neque ex ignavo ſtrenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri.* [2] *Quanta cujuſque animo audacia natura, aut moribus ineſt, tanta in bello patere ſolet: Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequiquam hortere; timor animi auribus officit.* [3] *Sed ego vos, quo pauca monerem, advocavi; ſimul uti cauſſam mei conſilii aperirem. Scitis equidem, milites,* [4] *ſocordia, atque ignavia Lentuli, quantam ipſi, nobiſque cladem attulerit; quoque modo, dum ex urbe praeſidia opperior, in Galliam proficiſci nequiverim. Nunc vero,* [5] *quo in loco res noſtrae ſint, juxta mecum omnes intelligitis.*

rites, ſi timidis virtutem verba adderent. Popma. *Verbis, quae timide quoque poſſunt addere mentem. Horat.* vide *Chryſantae* Orat. apud *Xenophontem* III. pag. 84. *Tacit.* 17. *ſtrenuis vel ignavis ſpem metumque adderet.* ſaepe etiam praeſertim apud poetas ſine Dativo. *Tibul.* II, 1. *Martial.* 13. 5. *Ovid.* I, Am. Eleg. VII, 1. v. indicem. *Ubi noſtris animus additus eſt, vertentibus Teleboïs.* Plaut. Auctor apud *Quintilianum* proaem Lib. VIII. *& cultus concessus atque magnificus* addit hominibus. *viris* nihilominus induxi Gruteri & MSS. auctoritate fretus. licet agnoſcere videtur *Statius* Theb. IV, 12. *hortamina fortes Praeveniunt,* timidiſque etiam brevis addita virtus. *J. Waſſe.*

1 *Neque ex ig. ſt. neque f. ex tim. exer. or. im. fieri.*] Tota haec periodus ſupervacua eſſet Laconi, ſed & non Laconi abundaret vox *exercitum* nec non *imperatoris,* certe curſum orationis valde fatigant, conſulantur modo aures. *Gruter.* Reg. a prima manu. *facturum.* L 3. monſtroſe, *exercitum Imperatoris in oratione fieri.* J. Waſſe.

2 *Cujuſque.*] *Cuique* Markii γ. ſed facilis eſt mutatio, *hortaris* etiam Idem. pro, *neque gloria* Martin, *quem gloria neque. p.* J. Waſſe.

3 *Sed e. v. q. p. monerem.*] Pall. 4. non habet *vos* Comm. vero exhibet *admonerem,* at Naz. a manu ſecunda *praemonerem.* Gruterus. *Admonerem* Markii γ. *J. W.*

4 *Socordia.*] L 1. *Secordia* ſic *Plautus* Paenul. IV. *Cato,* & antiqui. ſed *Dictys* etiam III, 1. ſed contra ſtant Codd. MSS. &, *quantum cladis,* ni fallor, Venet. 1470. & Gruter. pro, *ipſi* Bodl. & Bal. *ſibi* ex Gloſſatore. ſupra pro *conſilii,* L 1, 3. *periculi,* male. pro *quoque modo* Arond. *quomodo.*

5 *Quo in loco.*] Reg. *quo loco.* & ſic Pemb. B. Pub. & Markii γ. ſed nihil muto. *Virg.* tamen aſtipulatur, *Quo res ſumma loco. Livius* III. *At enim omnes res per haec loco eſt pejore.* & alibi omittit praepoſ. *Cic.* ad Attic. III, 66. *tota res* quo loco ſit, *velim ad me ſcribas.* Seneca Thyeſte *Obſcuro poſitus* loco. ſed & *Cicero* & *Livius, Caeſar* aliique ſaepe retinent. MS. Rivii fere, inquit, quo in loco *Caeſar.* II. B. G. *Quum ex calonum fuga* quo in loco res eſſet, *quantoque in periculo &c. verſarentur.* Cic. VII. Verrinarum 30. *Recte collocata, & judicio populi digno* in loco *poſitae eſſe videatur.* Juſtin. XXII, 5. 2. Quo in loco *poſitae ſint Syracuſae.* Noſter Jug. *caeteri* in loco *manentes.* Q. Septimius, *paulisper* in loco *retentis militibus* Lib. II. Cap. XXXVI. *juxta mecum* hoc eſt, *aeque atque ego intellego. Themiſtius* hanc formam ita extulit. Orat. IV. p. 117. Ed. Petav. Ἐὶ 5

LXI. *Exercitus hoſtium duo,* [1] *unus ab urbe, alter a Gallia obſtant: diutius in his locis eſſe,* [2] *ſi maxume animus ferat, frumenti atque aliarum rerum egeſtas prohibet. Quocumque ire placet, ferro iter aperiundum eſt. Quapropter vos moneo, uti forti atque* [3] *parato animo ſitis; &, cum praelium inibitis,* [4] *memineritis, vos divitias, decus, gloriam,* [5] *praeterea libertatem, atque patriam,* [6] *in dextris veſtris portare. Si vincimus,* [7] *omnia nobis tuta erunt: commeatus abunde, municipia, atque coloniae patebunt.* [8] *ſin metu ceſſerimus, eadem illa adverſa fient; neque locus, neque amicus quiſquam teget, quem arma non texerint. Praeterea, milites, non eadem nobis, & illis neceſſitudo impendet. Nos pro patria, pro libertate,* [9] *pro*

ὀρθῶς ἡ ῥώμη, κοινωνοὶ γίνονται τῆς γνώμης. J. Waſſe.

1 *Unus ab urbe, alter a Gallia obſtant.*] Sic *Varro* de re ruſt. cap. 7. *Quodque ſunt ſuo quaeque loco poſita, ea minus loci occupant, & minus officit aliud alii, ab Sole, ac Luna, & vento.* Ciacc.

2 *Si animus maxime ferat.*] In manuſcriptis eſt, *ſi maxime animus ferat*, ordine vocum immutato. id, ni fallor, mollius eſt. *Rivius.* Hanc vocem omittunt, L 1, 3. pro, *ferat* B. Pub. *fuerat.* *J. Waſſe.*

3 *Parato animo.*] L 1, 3, *animo parato.* Markii λ. omittit *forti* retinet tamen, *atque.* J. Waſſe.

4 *Memineritis vos divit. &c.*] Aures reſpuunt pronomen, ſuntque libri quibus mutatum in *nos.* Gruterus. Abeſt *vos* a Markii γ. J. Waſſe.

5 *Praeterea libertatem.*] Haec non agnoſcit Digbaei Codex admodum recens. pro, *portare* Balliol. *geſtare.* *Ammianus* alicubi. penitus omittit Markii γ. *viceri mus* L 1, 3. Balliol. ſic, *humeris ſuis ſalutem patriae* geſtantes. *Valer.* 11, 8, 9. eodem ſenſu *Tacit.* An. 1, XXIX. *quamvis plus vulnerum, eadem ciborum egeſtas fatigaret;* vim, ſanitatem, copias, *cuncta in victoria* habuere. *Heliodor.* 11. p. 54. Καὶ βούλεσθαι ἔχειν ἔξεστι ὅσα νικᾶν περιγίνεται. Confer *Dionyſii* Orat. apud *Herodotum* VI, 12: *Xenophon*, Exped. III. pag. 303. Ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες, πάντα ταῦτ' ἀγαθὰ δηλονότι τῶν κρατούντων ἐστί. infra, *memores priſtinae v.* Apulejus Mileſ. IV, 77. *Non tamen* ſui, noſtrique, *vel etiam* priſtinae virtutis oblitus. *Agathias* e contra, Ἔφθαρτοι [illegible], ἀλκῆς [illegible]. Idem.

6 *In dextris.*] Imitator Salluſtii *Curtius* ut aliis in locis, lib. IV. ita loquitur: *In dextris veſtris, jam libertatem, opem, ſpem futuri temporis geritis.* Virgil. *In manibus Mars ipſe viri.* Coler.

7 *Omnia nobis tuta erant.*] Tacit. in vita Agric. *omnia prona victoribus, atque eadem victis adverſa.* Ciacc.

8 *Sin metu.*] *Si metu* L 1. Bodl. Markiani. Reg. & Pemb. a manu ſecunda. B. Pub. *ſed ſi metu* Arond. L 2. L 3. Tacit. H. IV, 20. ſi *nemo obſiſteret, innoxium iter fore:* ſin *arma occurrant, ferro viam inventuros;* Hegeſip. V, 4. *Videns itaque Titus in virtute ſua poſitum ſibi remedium ſalutis.* nec aliter niſi ferro iter aperiendum. ibi Codd. omittunt *ſua.* J. Waſſe.

9 *Pro vita certamus.*] Vita, *pro virtute certamus* L 1, 2. & Venet. 1470. B. Pub. *certaminis* pro, *paucorum pugnare* Markii λ. *certare.* Idem.

vita

vita certamus: illis [1] *ſupervacaneum eſt* [2] *pugnare pro potentia paucorum;* [3] *quo audacius aggredimini, memores priſtinae virtutis.* [4] *Licuit nobis cum ſumma turpitudine in exſilio aetatem agere. Potuiſtis nonnulli Romae, amiſſis bonis, alienas opes* [5] *exſpectare. Quia illa foeda, atque intoleranda viris videbantur,* [6] *haec ſequi decreviſtis Si haec relinquere vultis, audacia opus eſt.* [7] *Nemo, niſi*

1 *Supervacaneum eſt.*] Et hoc a *Demoſthene* ſumſit ex oratione περὶ στεφάνου, in qua dixit: Οὐδὲς δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ· cum ſignificat: *Huic autem ſupervacaneum eſt me accuſare.* Et Suidas περιὸν interpretatur ὑπερβάλλον. *Manutius.* Eo ſenſu περιεστὰ apud *Herodotum* II, 32. φάναι παρὰ σφίσι γενέσθαι ἀνδρῶν δυναστέων παῖδας ὑβριστάς· τοὺς ἄλλα τε μηχανᾶσθαι ἀνδρωθέντας περισσά, καὶ δὴ καὶ ἀποκληρῶσαι πέντε ἑωυτῶν, ὀψομένους τὰ ἐρῆμα τῆς Λιβύης. *Sophocles* in Electra: τὰ μὴ περισσεύοντα τῶν λόγων ἄφες. *Noſter* de *Repub. Ordin. Patres conſilio valere decet, populo* ſupervacanea *eſt calliditas.* J. Waſſe.

2 *Pugnare pro potentia paucorum.*] Haec eſt verborum poſitura manu exaratorum, & editionum primarum, ſequentes mutarunt in *pro potentia paucorum pugnare.* Gruterus.

3 *Quo audacius adgredimini.*] MSS. meliores *adgrediamini*, deteriores *adgrediemini* media videtur opinio. *Gruterus.* *Adgrediamini* Markiani. Bodl. Digb. Reg. L 1, 3. Pemb. B. Pub. *J. Waſſe.*

4 *Licuit vobis cum ſumma turpitudine, in exil.*] Scripturam hanc convincunt falſi, non membranae modo, ſed editi ante *Pomp. Laetum*; in quibus fere, *licuit nobis.* & id profecto revocandum, liquet ex eo quod mox ſequitur: *potuiſtis nonnulli Romae, &c.* ne dicam alterum illud hoc loco indecorum. *Gruterus.* *Vitam & in exilio* II. manus & in marg. exhibet Pemb. *J. Waſſe.*

5 *Exſpectare.*] L 1, 3. & Balliol. *ſpectare.* Digb *ſed quia illa*, pro *opus eſt* A. rond. *opus* quod melius. *J. Waſſe.*

6 *Haec ſequi.*] Ita ſupra, C. 63. ſequimur *inertiam.* Cic. Offic. *Neque enim attinet repugnare naturae, nec quicquam ſequi quod aſſequi non queas.* Columel. IX, 4. *temporis compendia* ſequens. Pallad. Mart. 13. *informa hoc* ſequemur, i. e. *probamus, eligimus:* locus mutilus. dicit enim in admiſſario quatuor ſpectanda. forma, color, meritum, pulchritudo, tria tantum explevit, quae autem ad *meritum* ſpectant, ex Codice C. C. C. cujus copiam fecit amicus doctiſſimus *Rob. Danny*, ea jam exſcribam. itaque poſt *fixa rotunditas*, inſere, *meritum, ut ſit audax animo, pedibus alacris, trementibus membris, quod eſt fortitudinis indicium, quique ex ſumma quiete facile concitatur. vel excitata* (f. ex citata) *feſtinatione non* (f. delendum *non*) *facile teneatur. (nam. Columel. qui ſunt ex placido & ex concitato mitiſſimi.) [motus autem equi in auribus intelligitur, virtus autem in membris trementibus*] quae uncinis incluſa ſunt, *Palladio* abjudico, ſunt enim ex Gloſſargo. caetera fere ex *Columel.* VI, 29. Virg. *micat auribus & tremit artus.* confer. *Geop.* auctores. Lib. XVI. Cap. 2. ubi τράχηλον πλήρη τε καὶ παχύν, cervicem plenam & opimam inepte vertit. *& craſſam.* confer etiam *Oppianum*, Lib. I, 175. *Idem.*

7 *Nemo, niſi victor pace bellum mutavit.*] Pacem ſi vultis, vincatis neceſſe. eſt. arbitrio enim victoris pace bellum mutatur, non victi, & hoc eſt, quod ait in Jugurthino: *Omne bellum ſumi facile, caeterum aegerrime deſinere: non in ejuſdem poteſtate initium eſſe, & finem ejus: incipere, cuivis etiam ignavo licere: non deponi, niſi cum victores velint.* Caſt. Sic. *Tacit.* Annal. III. *Miſeram pacem vel bello*

victor,

victor, pace bellum mutavit. Nam, [1] *in fuga ſalutem ſperare,* [2] *cum arma, quis corpus tegitur, ab hoſtibus averteris,* [3] *ea vero dementia eſt.* [4] *Semper in proelio iis maxumum eſt periculum, qui maxume timent:* [5] *audacia pro muro habetur. Cum vos conſidero, milites, & cum*

bene mutari. In *Jugurth.* alio modo extulit, ſi codex fidelis eſt, *mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare ſolitus.* Poeta vetus, *Exſilioque domos & dulcia limina mutant.* Et, *togam paludamento mutavit*, in fragmentis Salluſtii. *Ciacconius.* Hauſtum ex *Thucyd.* I. §.120. διόπερ καὶ μὴ ὀκνεῖν δεῖ αὐτοὺς τὸν πόλεμον ἀντ' εἰρήνης μεταλαμβάνειν. J. Waſſe.

1 *In fuga ſalutem ſperare, &c.*] Xenophon. Lib. III. Cyrop. Μωρὸν γὰρ τὸ κρατεῖν βουλομένους, τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα καὶ ἄχειρα ταῦτα, ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας. Homerus *Iliad.* θ. v. 94. Πῇ φεύγεις μετὰ νῶτα βαλὼν, κακὸς ὣς, ἐν ὁμίλῳ; Μή τίς τοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ. Manutius.

2 *Cum arma, quibus corpus tegitur, ab hoſtibus averteris.*] In Merſeburgenſi eſt, *quis corpus tegitur*, id rectius eſſe puto. *Rivius.* Si *averteris*, pro *abjeceris* dixit, ut quidam exponunt, diſtinguendum videtur poſt *ab hoſtibus:* ut ſit ſenſus, cum arma averteris, quibus corpus tegitur ab hoſtibus. *Glareanus. Hoſte* L 3. & Ball. *in proelio maximum eſt p.* Reg. *avertere arma* ab hoſte; licet haud alibi invenias tamen pro *auferre* vel *abducere* ponitur. ut apud *Propert.* III, 15. *Saeva canum rabies* morſus avertit *hiantes.* Virg. Aen. I, 104. *tum prora* avertit *& undis Dat latus.* unde conjungit *auferre* & *avertere*, Aen. IV, 189. *auras Aegra fugit, ſeque ex oculis* avertit & aufert. Eodem ſenſu dixit *Tacit.* 15, x. *Non foſſam neque vallum ſibi ſed corpora &* arma in hoſtem *data. Glareanus* locum non capit, tamen juxta illum diſtinguit Pemb. *Ammianus* XVI, 12. *Quo, inquit, cedimus, viri fortiſſimi? an ignoratis* fugam, *quae* ſalutem numquam reperit, *irriti conatus ſtultitiam indicare?* avertimus arma ab hoſte, quando averſi terga praebemus. corrige ergo eundem. XXIV, 6. *adusque Cteſiphontis muros egit praecipitem,* adverſorum *feriens ſuras & terga.* immo, *averſorum.* Firmat conjecturam ipſe *Ammian.* XXV, 3. *exſilivit noſtra ſuccinctior armatura* averſorumque *Perſarum & beluarum ſuffragines concidebat & dorſa.* Liv. XXXIII, 8. *Mox refugientibus ſuis,* &c. *& praeterquam quod* caedebantur averſi. Praeclare in hanc rem *Tyrtaeus* apud *Stobaeum*, XLIX. *J. Waſſe.*

3 *Ea vero dementia eſt.*] Calamo picti quibus aliquid auctoritatis robuſtae, *vera.* Gruterus. *Terent.* id vero ſerio triumphat. & infra, *confecto praelio tum vero cerneres.* 163. J. Waſſe.

4 *Semper in proelio iis eſt maximum periculum.*] *In proelio*, non eſt in codice Fabriciano. verum in ſpatio ipſo tamen quod verſus dirimit, adſcriptum eſt, *S. in proelio.* quo ſignificatur id ſubaudiri, quod nos in contextu habemus. ego relinquendum arbitror, propterea quod in ceteris manuſcriptis ſit. *Rivius.* Naz. non agnoſcit illud *in praelio* haud tamen omino eſt ſupervacaneum. *Gruterus.*

4 *Audacia pro muro.*] Ita Codd. & *Nonius Marcellus*, pag. 431, 442. Aemulati *Tacitus* &, *Hegeſippus.* Hiſt. III, 73. *Fuere qui ex coepto Vitellianorum ſigno, quo inter ſe noſcebantur, ultro rogitantes, reſpondenteſve* audaciam pro latebra haberent. v, 4. *Impoſſibile hoc videtur quomodo potuerit evadere, niſi notum eſſet, in bello plurimum* audaciam *poſſe, quae vel* ſola tibi murus *eſt.* Noſter in principio, *in bello plurimum* ingenium *poſſe.* Et Cicero VII. Verrinar. *Ad omnes enim impetus meos,* quaſi murus quidam *boni nomen Imp. opponitur.* Et ſic fere *Catilin.* IV. Elegantiſſime *Lucanus* VIII, 379. *Non aries illis, non ulla eſt machina belli. Haud foſſas implere valent: Parthoque ſequente,*

facta

Digitized by Google

facta veſtra aeſtumo, magna me ſpes victoriae tenet. [1]Animus, aetas, virtus veſtra me hortantur: praeterea neceſſitudo, quae etiam timidos fortis facit. [2]Nam, multitudo hoſtium ne circumvenire queat, prohibent anguſtiae loci. Quod ſi virtuti veſtrae [3]fortuna inviderit; [4]cavete, inulti animam amittatis; neu [5]capti potius, ſicuti pecora, trucidemini, quam virorum more pugnantes, [6]cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis.

Murus erit, *quodcumque poteſt obſtare ſagittae.* alibi de Scaeva: *ſtat* non fragilis *pro Caeſare* murus. *Horatius*, Epiſt. I, I, 60. *hic* murus aheneus *eſto, Nil conſcire ſibi.* Sic *Sulpicius* Hiſt. Sacr. II, 38. *Qui ſemper eis velut* murus *obſtiterat. Inſcriptio antiqua* ſuper muros *Aſulae*, Caſtelli ad flumen Cleſium. *Aſula ſum* muris circumdata *pulchra* duobus, *Aſula praeſtanti ſplendida facta manu. Deſine, dux belli, de me ſperare Triumphum, Frange opus hoc: hominum pectora* murus *erunt.* Confer *Dictyn.* II, 3. *Pentadium* in Hectorem, Lib. III. Epig. *Silium* VII, 743. & XVI, 68. *Arrianum* de Poro Lib. V. de Callimacho *Polemon Sophiſta*, τεῖχος Ἀττικῆς ἀρετῆς. adde *Claudian.* IV. Conſ. Hon. VI. 108. Quo ſenſu apud *Homerum* vox ἕρκος· ὃς ΜΕΓΑ πᾶσιν ἝΡΚΟΣ Ἀχαιοῖσιν πέλεται πολέμοιο κακοῖο. *Tyrtaeus*, ut opinor, apud *Stobaeum*, Ὥσπερ γάρ μιν ΠΥΡΓΟΝ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶσιν. Ἔρδει γὰρ πολλῶν ἄξια μοῦνος ἐών. *Dionyſius Halicarn.* II, 3. ΤΕΙΧΗ τε ἀνάλωτα τοῦ χωρίου, καὶ κατασκευὰς τοῖς ἑαυτῶν βίοις ἀσφαλεῖς τεχνήσασθαι, τοὺς πρὸς σχολὴν ζῶντας. Hinc etiam *Theocritus* Eid. XXII. Ἀχιλλῆά τε ΠΥΡΓΟΝ ἀέθλων. *Ovidio* Metaph. XIII. interprete, *Graium* murus *Achilles. J.W.*

1 *Animus, aetas, virtus veſtra me hortantur.*] Parum efficax hoic *hortantur* & ſubodioſum *me*: maluiſſem ego, *animus, aetas, virtus veſtra nihil non patraverit.* Gruterus.

2 *Nam multitudo hoſtium ne nos circumvenire queat.*] *Nos*, manuſcripta non habent, nec in impreſſis vetuſtioribus additur; ac ſicuti ego exiſtimo, abeſſe majore cum gratia poterit. ſed nec *Felicius Durantinus* addit. *Rivius.*

3 *Fortuna inviderit.*] Quidam MSS. Cod. *quod ſi forte virtuti.* C. Popma.

4 *Cavete, inulti animam amittatis.*] Ita maluerunt MSS. duo antiquiores Naz. ac Comm. quibus accedit Pal. 5. hactenus vulgatum *cavete ne inulti*, &c. *Gruterus. Praeterea n. &c. fortis facit.* Nonius juxta cum editis. 353. *J. Waſſe.*

5 *Capti potius.*] L 2. non agnoſcit *potius.* Liv. XXVIII, 16. *Inde non jam pugna ſed* trucidatio *velut pecorum fieri.* Hirtius B. Afr. Cap. XXVI. *animadvertebat villas exuri, agros vaſtari, pecus* diripi, trucidarique. ibi MS. Norvic. *diripi, homines.* quae lectio vereor ne ſit magiſtelli alicujus interpretamentum, nam Cap. XXVI. dixerat, Caeſarianos adeo gravi annona laboraſſe, ut alga e litore collecta vitam tolerare neceſſe haberent, & ideo agros vaſtabat Scipio pecuſque trucidabat, ne ea; inimicis uſui eſſent, & ſic fere ſolebant eorum poſſeſſores imminente acie hoſtili, ut graphice oſtendit *Columna Trajana.* Trucidari etiam dicuntur arbores & inanima. *Hor.* Ep. I. 12. 21. *Verum ſeu piſces ſeu porrum & caepe* trucidas. *Plin.* N. Hiſt. XVII, 27. §. 45. *interlucatio arboribus prodeſt, ſed omnium annorum* trucidatio *inutiliſſima.* J. Waſſe.

6 *Cruentam.*] Hirtius de B. Afric. XXX. *referre arbitrabatur cujuſmodi victoria eſſet futura; turpe enim ſibi exiſtimabat, tot rebus geſtis, tantiſque exercitibus devictis, tot jam claris victoriis partis, ab reliquis copiis adverſariorum ſuorum ex fuga collectis, ſe* cruentam *adeptum exiſtimari* victoriam. *Tacit.* H. II, 17. *Magna ea* victoria *neque* cruenta *nobis fuit.* e contra,

LXII. Haec

Digitized by Google

LXII. Haec ubi dixit: paullulum[1] commoratus, ſigna canere jubet; atque inſtructos ordines in locum aequum deducit: [2] Dein, remotis omnium equis, [3] quo militibus exaequato periculo, animus amplior eſſet, ipſe pedes exercitum, [4] pro loco, atque copiis inſtruit. Nam, uti planities erat inter ſiniſtros montis & [5] ab dextera rupes

Graeci ὑμνοῦσι *ἀναίμακτόν τινα καὶ ἀδάκρυον νίκην. Themiſt.* Orat. XIV. p. 342. infra in Jug. *Mario laudi datum quod multa* incruento milite patrarat. *Ovid.* Amor. II, 12. *Haec eſt praecipuo* victoria *digna triumpho: In qua, quaecunque eſt,* ſanguine praeda caret. *Hegeſip.* IV, 30. *Ubi circumventos ſe videre,* haud incruentam *& ipſis Antonius* victoriam ceſſere. Sed & III, 15. *Incautum ſpiculo ferit, ne* impleta *eſſet* incruenta *Romanis* victoria. pro *impleta* MSS. *infleta,* & vocem *incruenta* reſpuunt. mallem, *ne infleta eſſet & incruenta.* denique V, 4. *Ne eorum diſcordia* incruentam *Romanis* victoriam *daret.* Merito ergo Pompejus militibus pugnam depoſcentibus, *Lucan.* VII, 95. *Quis furor, o Caeci, ſcelerum? Civilia bella Geſturi; metuunt, ne non cum* ſanguine vincant. infra, *pugnare ducem quam* vincere *malunt. Joſephus* B. Jud. III, 14. ἀναιμωτὶ δ' ἂν ἦν αὐχῆσαι Ῥωμαίους τέλος τῆς πολιορκίας, εἰ μὴ εἷς ἔπεσεν ἑκατοντάρχης. inde Lucullus apud *Plutarchum,* p. 497. ἐμεγαληγόρησεν, ὡς ὀλίγων ἡμερῶν ἀναιμωτὶ τὸ νίκημα παραδώσων. *Claudianus* in Rufin. *Haec cervix non* ſola *cadet.* miſcebitur alter Sanguis, *nec Stygias ferar* incomitatus *ad umbras, Nec mea* ſecurus ridebit funera *victor.* Sed nec laetitiam tantum & Paeana hoc modo imminuunt, ſed de gloria etiam poſt mortem certant. Pulchre D. *Chryſoſt.* de ſacerdot. III, 14. πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲ τῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ δόξης αὐτοὺς ἀφιᾶσιν ἀπολαῦσαι πάσης· μέρος γὰρ αὐτῆς οὐ μικρὸν συμβαίνει, καὶ τοὺς πεπτωκότας καρποῦσθαι, διὰ τὸ ταῖς ψυχαῖς νικῶντας τοῖς σώμασιν ἡττηθῆναι μόνοις. ὡς εἴ γε αὐτὴν βουλομένους μὴ ἔπιπτεν, μηδὲ ἐπελθὼν ὁ θάνατος αὐτοὺς ἔπαυσεν, οὐκ ἂν ἔστησαν τῆς ἀθυμίας ποτέ. J. Waſſe.

1 *Commoratus*] Balliol. *commoratis. J. Waſſe.*

2 *Deinde remotis omnium equis.*] Manuſcriptum, *dein,* idque rectius. Venetum, *remotis omnibus equis,* id perperam. nam & *Hirtius* eodem fere modo quo Salluſtius: *Caeſar,* inquit, *primum ſuo, deinde* omnium *e conſpectu remotis equis, ut aequato* omnium *periculo, &c.* Eſt & in quibuſdam, *quo perditibus.* velut in Veneto, Argentoratenſi, aliis pleriſque. Nos hoc in medio relinquemus. *Rivius.*

3 *Quo militibus exaequato, &c.*] Vox *militibus* expungenda videtur; certe minime propria eſt neque comparet in ſchedis Polonicis. *Gruterus.* L 1. *omnibus equis,* pro, *quo militibus* L 1. L 3. & Ball. *pro peditibus.* Arond. *quo militum.* B. Pub. *equis omnium.* Huc reſpexit *Tacitus* in Ag. Cap. 18. *Ipſe ante agmen, quo caeteris* par animus, ſimili periculo *eſſet, erexit aciem.* Cap. 35. *Promtior in ſpem & firmus adverſis,* dimiſſo equo *pedes ante vexilla conſtitit.* Livius II, 20. *Poſtquam Juventutis proceres* aequato genere pugnae *ſecum partem periculi ſuſtinentes vidit.* III, 62. *ſexcenti fere ex equis deſiliunt, cedentibuſque jam ſuis provolant in primum, ſimulque & hoſti ſe opponunt, &* aequato primum periculo, *pudore dein animos peditum accendunt.* J. Waſſe.

4 *Pro loco.*] Sic Codd. *Dictys* II, 32. *Tum noſtri viſis contra hoſtibus, armati atque inſtructi* pro negotio, *ſimplicis formae aciem compoſuere.* ita enim diſtinguendum. *Idem.*

5 *Ab dextera rupes aſpera.*] Sic quidem ab emendatrice manu membranae excellentiores: verum fuerat ibi initio tantum, *rupe.* alterum tamen in ceteris

aſpera,

aſpera octo cohortis [1] in fronte conſtituit: [2] reliqua ſigna in ſubſidiis arctius collocat. Ab his centuriones [3] omnis lectos & evocatos, praeterea ex gregariis mili-

viſitur, niſi quod in nonnullis ſit, aut, *dexteram rupem aſperam*, aut, *dextera rupem aſperam*. Gruterus. L 2. Pemb. Markii γ. Venetae. 1470, 1478. & Fulvii liber; alii, teſte Manutio, *a dextris rupes*. at Markii λ. *& ad dextram rupe aſpera*. *a dextra rupe* Regius. rectius ut opponantur, *ſiniſtros montis* & *dextra rupe*. hac forma uſus inter alios *Tacitus*. Hiſt. III, 71. porticus *in latere clivi* dextrae *ſubeuntibus*. Plaut. Amphitr. *Hinc enim* dextera vox aures ut videbatur verberat. *Virg*. *Quo tandem mihi* dexter abis? *Ovid*. Met. *Signaque ſex foribus* dextris, *totidemque* ſiniſtris. hanc conſtructionem cum non intellexerint Librarii locum immutarunt. B. Pub. *montes, & ad loca rupis aſpera*. pro, *in ſubſidiis* Reg. B. Pub. Markii λ. & γ. Pemb. Venetia 1470. Martin. *in ſubſidio*. L 2. *in ſubſido*. J. W.

1 *In fronte.*] *In prima fronte* Pemb. *Idem*.

2 *Reliqua ſigna in ſubſidiis locat.*] Quid ſi legamus? *Reliquas in ſubſidiis artius collocat*. ſic *Ciaccon*. ut ad cohortes praecedentem vocem referamus; nam infra dixit: *Ille cohortes veteranas, quas tumulti cauſſa conſcripſerat, in fronte; poſt eas ceterum exercitum in ſubſidiis locat*. v. c. habet: *Reliquarum ſigna in ſubſidio artius collocat*. Quae ſcriptura noſtram conjecturam aliquo modo confirmat. Paulo poſt v. c. habet, *inermos*, quomodo Tacitus, *ſemermos*. Urſinus. Codices quidam habent, *reliquarum ſigna*: ut ad cohortes reliquas referatur. Vetus codex, *Reliquorum*. Glareanus. Habent codices potiores, *reliquorum ſigna in ſubſidio*, alii vero *reliquarum ſigna in ſubſidiis*. Pal. 3. non agnoſcit adverbium *arctius*, ut quis ſuſpicari poſſet eſſe ab aliquo interprete, neque id ſolum, ſed & verbum ſequens *collocat*, ſubaudiendumque ἀπὸ τῦ κοινῦ, conſtituit. *Gruterus*. Pemb. *reliquarum ſigna*. & ſic L 2. Reg. Markii λ. & γ. Martin. *reliquerunt ſigna* L 3. B. Pub. *reliquarum*. Markii γ. *planities inter ſ. abſque, erat*. Markii *reliquarum* γ. λ. Balliol. Bodl. Digb. Bib. Pub. caeterum omnes agnoſcunt, *ſigna artius*. Markii tamen γ. *artius locavit*. B. Pub. *collicat*. Orthographiae ut ſaepe, neglegens. ſed omnino legendum *reliqua* cum Gruteri potioribus. *ſigna* enim pro *exercitu*, quod fraudi fuit indoctis librariis. *Liv*. VIII, 9. *Ita omnis terror pavorque cum illo latus*, ſigna *primo Latinorum turbavit, deinde in totam aciem pervaſit*. Lucan. VI, 8. *ter collibus omnes Explicuit turmas & ſigna minantia pugnam*. Nec aliter Codd. B. Pub. & Cajenſis. *Florus*. I, 17, 2. *A latere Etruria infeſta quatuor* agminum ſigna *volitabant*. lege ex Jordane, *late per Etruriam*. iterum III, 6. *per turis & balſami ſilvas Romana circumtulit* ſigna. denique III, 5, 21. *Omnis Aſia inter rubrum mare, & Caſpium & Oceanum domita vel oppreſſa*, ſignis *tenebatur*. eodem modo *arma* pro *exercitu* apud *Albinovanum Pedonem* Eleg. I. 157. *Per quae delexis Rhaetorum venerat* armis. *Silius* XV, 715. *Procerae ſtabant* Celtarum ſigna, *cohortes, Prima acies*. Sic apud *Ammian*. XVI, 11. armorum pro *armatorum*. Sagittarii *formidabile genus* armorum. *J. Waſſe*.

3 *Omnis lectos & evocatos.*] Vox *omnis* reſpuit Regius. Bodl. *electos*. Venetae *electos & vocatos*. corrupit locum *Servius* Danielis, ſic enim ille ad Aen. II, 178. *Evocatos in centuriones*. in *Lucii* Editione, *Ipſe omnes ab his evocatos & Centuriones*, utroque loco male. Urſini codex *lectos praeterea*. ibi verbum *lectos*, inquit, eſt gloſſema vocis *evocatos*. eoque nomine excluſit Carrio. *atque vocatos* B Pub. & qui agmen cogit, *Ecce iterum* Criſpinus, & *eſt mihi ſaepe vocandus Ad partes*. ille ſi diis placet, *lectos evocatos* jungit. eadem opera jungat vulpes. tu vero interpoſita diſtinctione hunc ordinem ſerves, *centuriones omnis lectos, & evocatos*. memo-

tibus [1] optumum quemque armatum in primam aciem ſubducit. C. Manlium in dextra, Faeſulanum quemdam in [2] ſiniſtra parte curare jubet: [3] ipſe cum libertis, & colo-

rat noſter tria militum genera, Centuriones, Evocatos, & Gregarios. Evocati enim ſemper ab Auctoribus diſtinguuntur a centurioribus. fuere beneficiarii ab Imp. manipulo expuncti & ſoluti militia, ſed eandem dignitatem obtinebant eademque inſignia. nam vitis geſtamen erat utriſque commune. *Caeſar.* Civil. III, 88. *Cohortes cx. evocatorum circiter duae, quae* ex beneficiariis *ſuperiorum exercituum ad eum convenerant.* Dio. Lib. XLV. p. 276. Τὸ τῶν ΗΟΥΟΚΑ'ΤΩΝ ἢ 'ΟΥΟΚΑ'ΤΩΝ σύστημα δὲ ἀνακλήτους ἄν τις Ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατείας, ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν· τούτους ἤρξατο μὲν νομίζειν ἀφ' οὗ τοὺς συστρατευσαμένους τῷ πατρὶ πρὸς τὰ ὅπλα αὖθις ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἀνεκάλεσεν, ἐτήρησε δὲ καὶ εἰσὶ καὶ νῦν σύστημα ἴδιον, ῥάβδους φέροντες ὥσπερ οἱ ἑκατόνταρχοι. & quamvis fuere Veterani, tamen poſt evocationem non tantum in altiore gradu honoris, ſed & in alio ordine erant, quam milites ordinarii. Vetus Inſcriptio, ARAM EVOCATUS POSUIT QUAM CALIGATUS VOVERAT. inde *evocatus* in Gloſſis ταξίαρχος ordinum ductor. & in agris aſſignandis utriuſque ratio habita eſt, ut patet ex inſigni loco *Caeſaris.* Civil. I, 17. *Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur, quaterna in ſingula jugera & & pro rata parte, centurionibus evocatiſque.* ad hunc modum Galba Cuſtodes ſui Corporis ex equeſtri ordine elegit, evocatoſque appellari juſſit, jure annulorum aureorum manente, quod proprium erat Tribunorum tantum, caeteri ferreis uſi ſunt. ſed alii fuere hi ab Salluſtianorum temporum evocatis. gregarios milites evocatorum numero fuiſſe docet *Caeſar.* de B. Civil. I, XXVII. *expeditos autem ex evocatis, ſagittariis, funditoribuſque.* ubi vide *D. Voſſium* qui diſtinguit inter evocatos ſpe ordinum & praemiorum, hoſque tantum ductores ordinum in Gloſſis exponi putat, & *ordines ducere* minus eſſe *centurionatu* probat. *J. Waſſe.*

1 *Optumum.*] *Optime* Oxonienſes exceptis Laudi Codice recentiſſimo, & Bodleiano. e noſtris Venetae, 1470, 1478. Martin. *optime.* cui lectioni anſam dedit Auctor, Cap. LXV. *Ex omni copia circiter pars quarta erat* militaribus armis *inſtructa.* ſed edita lectio aeque ſatisfacit illi loco, & melius concordat cum iis quae praeceſſerant, *lectos* evocatos. quare nihil muto, accedente inſuper auctoritate *Agroetii* Lib. de Orthographia, p. 2270. *Idem.*

2 *Siniſtra parte.*] Pemb. in marg. & 2 Manu. ſervat *parte.* caeteri etiam agnoſcunt. Noſter Jug. 105. *Sulla cum equitatu apud dextimos, in ſiniſtra parte Manlius cum funditoribus curabat.* Idem.

3 *Ipſe cum libertis & calonibus.*] Perſpicue vera eſt haec lectio, quam repoſuimus ex codice conſultiſſimi *Cujacii,* pro vulgata & recens immiſſa, *cum libertis & colonis.* Gloſſae, Calo, δοῦλος δημόσιος σκευοφόρος. Item: θεράπων, ὑπηρέτης στρατιώτου Calo. *Acro* ad Satyr. II. lib. I. *Bongarſii* liber *colonibus.* *Seneca* ad Lucill. Epiſtola CX. *Quoties occurrit domus ſplendida cohors culta ſervorum, lectica formoſis impoſita calonibus.* Vide *Ciceronem* de natur. Deor. III. *Perſ.* Satyr. V. *Horat.* I. Epiſt. XIV. & eorum interpretes. *Feſtum Pompeium* & alios. *Putſchius.* Sic ex Cujaciano *Putſchius,* & ſecutus eſt *Gruterus,* quia in Naz. & alio *colonibus,* illud *colonis* non ſit nauci: pro quo nonnulli codices *colonis, coliniis, conlocationis:* itaque neſcio quid de cohorte praetoria ſuſpicatur. *Salmaſius* probat *colonibus* ad Hiſt. Aug. ad Capitol. Maximin. C. 2. & *colones* interpretatur clientes Sed quicquid dicant, verum eſt *colonis,* quod nos quoque in membranis aliquot ſcriptum vidimus. Hi ſunt veterani Sul-

nis

nis propter [1] Aquilam adſiſtit; quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuiſſe dicebatur. At [2] ex altera parte C. Antonius, pedibus aeger, [3] quod proelio adeſſe nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, quas [4] tumulti cauſſa conſcrip-

tae poſiti ab eo in coloniis militaribus, civili praeda ſubito locupletes, & ea per luxum ac dedecus conſumpta novo motu novam proſcriptionem quaerentes. Hos ita deſcribit *Cicero* ſecunda in Catilinam: *exercitum collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mendiculis & decoctoribus.* Et rurſus: *Tertium genus eſt aetate jam confectum, exercitatione robuſtum: quo ex genere eſt ille Manlius, cui nunc Catilina ſucceſſit. Hi ſunt homines ex iis coloniis, quas Faeſulis Sulla conſtituit, quas ego univerſas civium eſſe optimorum & fortiſſimorum virorum ſentio: Sed tamen hi ſunt coloni, qui ſe inſperatis repentiniſque pecuniis ſumptuoſius inſolentiuſque jactarunt.* Pro Muraena: *Catilinam inflatum cum ſpe militum, tum collegae mei, quemadmodum dicebat ipſe, promiſſis circumfluentem colonorum Aretinorum & Faeſulanorum exercitu.* Gronovius. Secutus ſum auctoritatem codicis Cujacii tanto quidem promptius, quod eſſet in Nazariano noſtro nec non Pal. 8. *Colonibus*, quomodo item erat in eo quem contulerat Bongarſius, illud *colonis* nauci non eſt, & Pal. 2. ac 5. praefert *coloniis*, nonus *coliniis*, decim. abbreviatura quadam *collocationis*, ſed ea figura literarum, ut fere ſuſpicor fuiſſe primitus, & Con. PR. plane pleriſque manuſcriptis ſervatur *prope*, non *propter* ut forte Salluſtius. *Catilinam ſibi quoque circumdediſſe cohortem quaſi praetoriam.* verum iſtud ſubtimide indicatum velim, imo plus quam ſubtimide, omnia enim mihi in mentem veniunt quae contra objici poſſunt, maluiſſemque veſtigia extitiſſent in MSS unde eſſet fingere *ipſe cum libertis, quaſi praetoria coborte, Aquilam.* Gruterus. *Coloniis* L. 2. Venetae. Mart. *colonis.* J. Waſſe.

1 *Aquilam adſiſtit.*] Comm. *adſiſtit.* *Pal.* 3. *conſiſtit.* unde ſuſpicere eſt *adſtare*. Gruterus. *Prope* Arond. L. 1, 2. Pemb. *adſiſtit.* De illa Aquila *Cicero* 1. Catilin. §. 24. *A quo etiam* Aquilam *illam* argenteam *quam tibi ac tuis omnibus perniciosam eſſe confido, & funeſtam futuram, cui domi tuae ſacrarium ſcelerum tuorum conſtitutum fuit, ſciam eſſe praemiſſam? tu ut illa diutius carere poſſis, quam venerari, ad caedem proficiſcens, ſolebas? a cujus altaribus ſaepe iſtam dextram impiam ad necem civium tranſtuliſti.* & de illa, iterum. *Catilin.* 11. §. 13. tangit obiter hanc rem *Plinius* Nat. Hiſt. x, 4. Romanis eam [Aquilam] legionibus C. Marius in 2. Conſulatu ſuo proprie dicavit. caeterum Gronovii conjecturam firmat *Hirtius*. B. Civil. 1, 34. *a privatis coactas* (naves) ſervis, libertis, colonis *ſuis compleverat.* de *Libertis* ſic *Scholiaſtes Juvenalis* ineditus penes me, ad Sat. 1, 102. *Libertinus & libertus, idem re ſunt: ſed antiqui in ſcribendo diverſa conſtructione his vocabulis ſunt uſi: ut libertinus ſemper illius vel iſtius dicatur, libertus vero meus tuus vel ſuus explicetur.* at *Libertinus* olim qui ex duobus libertis eſſet, poſt Appii Cenſuram demum pro iiſdem accepti ſunt. alterum relativum *ingenui*, alterum vero *Patroni.* J. Waſſe.

2 *Ex altera.*] Balliol. praepoſitionem omittit contra Codd. & *L. Vallam* 111, 18. pro *quod* Valla *in proelio.* Pemb. agnoſcit quod ex manu ſec. *Idem.*

3 *Quod proelio adeſſe nequibat.*] Naz. *nequierat.* ne quid mentiar, videtur verborum haec quadriga ſubintelligi poſſe, ideoque non expreſſa literis a Salluſtio. *Gruterus.*

4 *Tumultus cauſſa conſcripſerat.*] Legendum, *quas tumulti cauſſa*, idque Sal-

Digitized by Google

ſerat, [1] in fronte; poſt eas ceterum exercitum [2] in ſubſidiis locat. Ipſe [3] equo circumiens, unumquemque

loſtianum magis, nec aliter *Nonius Marcellus. v. cohortis*, p. 490. ſic apud eundem Ennius: *Quid hoc tumulti eſt?* pro *tumultus.* ſic Terentius, *Nihil ornati, nihil tumulti.* Sic *Salluſtius* ante, *Senati decreto* pro *ſenatus.* Rivius. *Servius* ad VIII. Aen. *Extemplo turbati animi.* accipit *tumultum* pro bello repentino. de proprietate vocum egregie *Cicero* VIII. Philippic. *Liv.* VII. *Dictator quam* Tumultus Gallici *cauſſa juſtitiam edixiſſet, omnes juniores Sacremento adegit.* nec aliter accepit *Tacitus.* Hiſt. IV, 16. *Frontinus* IV, 5. *C. Caeſar ſeditione in Tumultu civilium armorum, ac tum maxime tumentibus animis legionem totam exauctoravit.* Codex Petrenſis, pro, *ac tum* habet *factu* MS. Colleg. Jeſ. *actam.* Cicero ad Brutum II, 3. *Quod ſcribis de* ſeditione *quae facta eſt in legione quarta.* ergo ut non vere, ſaltem Latine, utitur voce *tumulti* Plautus Caſin. III, 5, 22. Poen. I, 1, 79. *Accius Decio. Nihil neque periculi, neque tumulti eſt, quod ſciam.* Pomponius piſcatoribus: *Quid hoc eſt* tumulti? Turpilius Pedio: *Progredior foras, viſere* quid *hic* tumulti *ante fores.* Afranius Vopiſco: *Hem quid hoc? pertimui, quid* tumulti *exaudii.* J. Waſſe.

1 *In fronte poſt eas ceterum exercitum in ſubſidiis locat.*] Sic ſupra, *octo cohortes in fronte conſtituit, reliquas in ſubſidiis arctius collocat.* Nonius tamen in voce *tumulti*, ſic legit: *In frontem poſitas, ceterum exercitum in ſubſidio locat.* Et veriſimile eſt ita ſcripſiſſe *Salluſtium*: nam *Tacit.* Annal. III. dixit, *In frontem ſtatuere ferratos; in cornibus cohortes; a tergo ſemermos.* Et de vita Agricol. *Veritus ne ſimul in frontem ſimul & latera ſuorum pugnarent.* Ciacconius. Arond. *poſtea.* Markii λ. *Ipſe cohortes.* J. Waſſe.

2. *In ſubſidiis locat.*] Hanc lectionem ipſe probo, quamvis in quibuſdam ſit *collocat.* ſed eodem ſenſu. *Rivius. Collocat* Ball. Bodl. *J. Waſſe.*

3. *Equo circumiens unumquemque nominans.*] Meus lib. *quemque nominans* Ciacconius. Mirum quam hic haeſitent Commentatores, ac contraria & ſentiant, & exponant in re non admodum difficili. Ego per *ille*, Petreium, intelligo: per *Ipſe*, Antonium: quod Lector ipſe, ſimul atque priora cum ſequentibus conferet, facile intelliget. *Glareanus.* Ipſe, i. e. *Petrejus.* nam ei primas partes in hoc praelio tribuit *Cic.* pro Sextio. §. 12. *Si M. Petreji non excellens animo, & amore Reipub. non praeſtans in Reipub. virtus, non ſumma auctoritas apud milites, non mirificus in re militari extitiſſet*, &c. proinde vox *Ille* reſpicit Antonium qui milites conſcripſerat. Adverte morem Imperatorum quem ſervavit Trajanus teſte *Plinio* Paneg. *Inde eſt, quod prope omnes nomine appellas, quod ſingulorum fortia* facta commemoras, *nec habent annumeranda tibi pro Repub. vulnera, quibus ſtatim laudator & teſtis contigiſti.* Thucydides, Lib. VII. Nicias, τῶν τριηράρχων ἕνα ἕκαστον ἀνεκάλει, πατρόθεν τε ἐπονομάζων κ) αὐτοὺς ὀνομαστὶ κ) φυλήν, ἀξιῶν τότε καθ' ἑαυτόν, ᾧ ὑπῆρχε λαμπρότητός τι, μὴ προδιδόναι τινά, καὶ τὰς πατρικὰς ἀρετάς, ὧν ἐπιφανεῖς ἦσαν οἱ πρόγονοι μὴ ἀφανίζειν. Ammian. XX. *Iiſdemque advententibus in ſuburbano, Princeps occurrit, ex more laudans quos agnoſcebat,* factorumque fortium ſingulos *monens, animabat lenibus verbis.* Pro *homo militaris* Tacitus I, 20. II, 66. IV, 20. VI, 12, 44. *homo militiae vetus.* a quo haud longe abeunt *Lucanus* III, 185. *Creta* vetus populis, *Silius* XVII, 297. *Dux* vetus armorum. γ λ. omittunt *iis.* Pemb. a 2 m. & in Marg. tantum ſervat. & infra: *Ne* a ſec. m. Pemb. Unde ingenioſe amicus quidam apud *Hegeſippum* III, 14. *utriuſque* in *veteriſque* refingeret, nec tamen vere, Locus ſic habet: *Vocatoque Praefecto ordinis quinti, cum tribus millibus* utriuſque militiae *viris.* Delicias ſuas βαρβαρίζειν licet aegre ferat ferendum eſt tamen. Nam ita membranae quas

NO-

Digitized by Google

nominans, appellat, hortatur, rogat, *ut meminerint, ſe contra latrones* [1] *inermes, pro patria, pro liberis;* [2] *pro aris, atque focis ſuis certare.* Homo militaris, quod amplius annos triginta, tribunus, aut praefectus, aut legatus, aut praetor cum magna gloria in exercitu fuerat, pleroſque ipſos, factaque eorum fortia noverat, ea commemorando, militum animos accendebat.

LXIII. [3] Sed, ubi, omnibus rebus exploratis, Petreius tuba ſignum dat; cohortes [4] paullatim incedere jubet. idem facit hoſtium exercitus. Poſtquam eo ven-

inſpexi, & *Joſephus* quem exſcripſit Auctor. Per, *ordinis quinti Praefectum* intellige, ἔπαρχον πέμπτου τάγματος, Celerem nempe quintae Legionis Tribunum: per, *utriuſque vero, equites peditesque,* ita *Judaeus* III, 12. μεθ' ἑξακοσίων ἱππέων, καὶ πεζῶν τρισχιλίων πέμπει. Idem tamen I, 15. *Inde vir* militiae vetus. etiam I, 41. veteris militiae *vir.* Solet hic ſcriptor Graeca ineptiſſime reddere, velut III, 9. *duplici* inquit, *acie vallavit urbem & tertio equeſtri ordine.* crederes univerſum adeſſe ſenatum, at ille tantum *equitum coronam* urbem circumveniſſe intelligit. Verum ut redeamus, maxima ſane ſenis in hiſce rebus auctoritas ob rationem ab Auctore allatam. Unde *Lucanus* III, 727. *non ille juventae Tempore Phocaicis, ulli ceſſurus in armis: Victum aevo robur cecidit,* feſſuſque ſenecta, Exemplum non miles *erat.* Ex longo tempore militibus & illi ſibi invicem notus. iterum VII, 287. inquit Caeſar. *cujus non militis enſem Agnoſcam? Coelumque tremens cum lancea tranſit, Dicere non fallar quo ſit vibrata lacerto.* Silius in eandem ſententiam & iiſdem fere verbis IX, 244. XVII, 300. Hinc etiam Conſtantini Imp. in dicendo vim atque pollentiam laudat *Julianus ὁ Παραβάτης,* quod nempe Vetranionem veterem militiae virum imperio & exercitu Oratione una exuiſſet. p. XXXIII. Ἄλλως τε ἐγὼ τὸν ἄνδρα τῆς δίκης οὐχ ἧττον ἔχ, ὡς οἱ πολλοί φασιν συγγνώμονα φρονοῦντα ἀλλὰ πολλαῖς μὲν στρατιαῖς γυμνασάμενον, πρεσβύτην ὃς ἤδη καὶ τὴν ἐμπειρίαν ἐκ τοῦ χρόνου δοκεῖ προσειληφέναι. καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐκείνων ἄρχειν λαχόντα πολὺν ἤδη χρόνον. Ita *Claudianus* in Ruffin. II, 308. & de Laud. Stil. II. *Admonitor facti,* &c. Confer omnino *Syneſium* de Regno. p. XI. *J. Waſſe.*

1 *Inermes.*] Sic vulgati ſed omnino leg. *inermos* cum Fulvii libro. vide Urſinum ſupra: aliter tamen Codd. MSS. omnes. *pro patria; pro libertate, pro liberis.* Bodl. *ſuis* abeſt ab L 1, 3: & *pleroſque ipſe* L 2. *J. Waſſe.*

2 *Pro aris atque focis ſuis certare.*] Bongarſii liber, *cernere,* noſtri tamen pertinaciter propugnant alterum. unde colligamus jam ab aliquot centum annis. mire gloſſographorum ſplenii̇s obductum auctorem. *Gruterus.* Omnes noſtri *certare.* Bertinian. *pugnare,* utrumque forte ex gloſſa. *Lucret. Magnis de rebus inter ſe* cernere certant. uſus praeterea *Accius* ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ: *Ennius, Pacuvius, Plautus, Virg* adeo ut de ejus receptione merito ambigatur. vide *Gronovium* patrem ad *Livium* VII, 9. Codex Thoſanus habet *decernere,* quod ſane mallem quam *cernere.* licet veteres ita locutos dicat *Seneca,* Ep. 58. *J. Waſſe.*

3 *Sed ubi omnibus rebus exploratis, &c.*] Adverbium *ubi* expunxit aliquis corrector in Com. ſi me foret arbitratus, ei praeterea ſocium adjungerem; *ſed.* Gruterus.

4 *Paullatim incedere jubet.*] ſi indu-

tum

tum eſt, [1] unde a ferentariis proelium committi poſſet, [2] maxumo clamore, cum infeſtis ſignis concurrunt; [3] pila omittunt; gladiis res geritur. Veterani, priſtinae virtutis memores, comminus acriter inſtare; illi haud timidi reſiſtunt: maxuma vi certatur. [4] Interea Catilina cum expeditis in prima acie verſari: laborantibus ſuccurrere: integros pro ſauciis arceſſere: omnia providere: [5] multum ipſe pugnare, ſaepe hoſtem ferire:

ceretur *jubet* omnia cohaererent jucundius. *Gruterus.*

1 *Unde a ferentariis proelium committi poſſet.*] Schedae Polonicae heic collocant vocem lineae ſequentis *committi utrinque poſſet,* non inepte niſi abirent ſcripti reliqui quorum in nullis niſi aetatis recentioris vocem *utrinque* conſpicias. *Gruterus.* Adi *Lipſium, Valturium, Roſinum,* alios, de hoc genere militum tantiſper, dum ipſe ſuam lectionem *Hegeſippo* aſſeram. ſic ergo ille, Lib. III. Cap. 9. *proeliatum acriter, ſed ut ſolet fieri in talibus proeliis, plura vulnera quam neces inferebantur, licet ſaepe & excurſus a Judaeis & a Romanis tentarentur eruptiones.* *proeliatum* & *proeliis,* aures, credo, reſpuunt. pro, *fieri in talibus* lege omnino cum membranis B. Pub. *ferentariis.* ſupra dixerat, *Urguebat* (ſic MS.) *Veſpaſianus jaculis, urguebat ſagittis, miſſilibus quoque plurimi Judaeorum ultra muros progreſſi, deſtinata feriendi arte vulnerabantur.* J. Waſſe.

2 *Maxumo clamore cum infeſtis ſignis concurrunt.*] Ita referebant, praeter antiquitus edd. membranae emaculatiores conſenſu ſummo; Commelinianus inquam, ac Pall. prim. ſec. tert. quart. quintus, quibus pro bonitate ſua eum numerum impoſui. nam ſextus primum degenerat, habetque, *cum infeſtis ſignis utrimque concurrunt.* cui & adſtipulatur octavus. quippe ſeptimus ac duodec. ea voce liberi ſunt, habentque ipſam alio loco, nonus quidem, dec. undecimus, hac ſpecie: *utrimque maximo clamore cum infeſtis ſignis concurrunt.* videretur elegantius, *maxumo clamore, infeſtis ſignis concurrunt,* ut repraeſentavit Carrio: ſed quis praeſcribet membranis? emendationes conjecturales inferre in contextum nefas duco: Notis illinere fas, quod facio. *Gruterus.* *Cum infeſtis.* L 1, 2, 3. Reg. Markiani, Bodl. vero & Digb. *infeſtis cum s. utrinque con.* L 2, 3. *utrinque cum* Venetae & Martin. Ball. Digb. pro *geritur.* L 3. Ball. *agitur.* L 1. *igitur.* pro, proelium Reg. *bellum.* ſed committere bellum apud *Livium* eſt, *ſuſcitare* aut *inducere.* *ſed ita forſitan decuit cum foederum ruptore duce, deos ipſos ſine humana ope* committere *re profligare* bellum. pro altera lectione ſtant in primis *Caeſar, Livius, Valerius Flaccus, Ovidius, Silius,* aliique bene multi. *J. Waſſe*

3 *Pila omittunt.*] *Plutarchus* in Lucullo. 510. κελεύσας μηδὲν ἔτι χρῆσθαι τοῖς ὑσσοῖς. ἀλλ᾽ ἐν χερὸς ἕκαστον διαλαβόντα παίειν τῶν πολεμίων κνήμας. J. Waſſe.

4 *Interea Catilina cum expeditis militibus in prima acie verſari.*] Τὸ *militibus* non eſt in manuſcriptis, & impreſſis antiquioribus. *Rivius.*

5 *Multum ipſe pugnare, ſaepe hoſtem ferire.*] Videri poſſet, alterum membrum a gloſſargis: niſi *ferire* poneretur ut illud Ennii: *Hoſtem qui feriet mihi erit Carthaginienſis.* Gruterus. Abeſt pronomen ab. L 1, 3. Balliol. *officia ſtrenui militis* Arond. ſed Pemb. in marg. agnoſcit. & ſic *Tacitus* Hiſt. III, 17. *Nullum in illa trepidatione Antonius conſtantis ducis, aut fortiſſimi* militis officium *omiſit.*

[1] ſtrenui militis, & boni imperatoris officia ſimul exſequebatur. [2] Petreius, ubi videt Catilinam contra, ac ratus erat, [3] magna vi tendere; cohortem praetoriam in medios hoſtis inducit; eoſque perturbatos, atque alios alibi reſiſtentes, interficit: deinde [4] utrinque ex lateribus ceteros aggreditur. Manlius, & Faeſulanus in primis pugnantes cadunt. Poſtquam fuſas copias, [5] ſeque cum paucis [6] relictum videt Catalina, memor generis, atque [7] priſtinae ſuae dignitatis, in confertiſſumos hoſtes incurrit, ibique pugnans confoditur.

& *Caeſar.* B. G. v, 34. *in appellandis cohortandiſque militibus* Imperatoris, *&* *in pugna* militis officia *praeſtabat.* idem fere de Mithridate *Vellejus* II, 18. *Conſiliis dux, miles manu.* de Theodoſio *Ammianus.* Lib. XXVIII, 3. *Cum* ſtrenui militis munia *&* *praeclari ducis* curas *expleret.* Florus IV, 2. *Multus in eo praelio Caeſar fuit,* mediuſque *inter* Imp. & militem. & III, XX. *Spartacus ipſe in primo agmine fortiſſime dimicans, quaſi* imperator *occiſus eſt.* at aliter *Theophraſtus* apud *Plutarchum* in Sertorio: Δεῖ θνάτον ἀποθνήσκειν τὸν στρατηγὸν ὡς πλῆθος τῆς τύχης. & *Arrianus* de Exped. Alex. 346. Πῶρος δὲ μεγάλα ἔργα ἐν τῇ μάχῃ ἀποδειξάμενος, μὴ ὅτι στρατηγοῦ ἀλλὰ καὶ στρατιώτου γενναίου. &c. J. Waſſe.

1 *Strenui militis.*] Videtur reſpexiſſe ad Homericum verſum, quem de Agamemnone ſcripſit. Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. *Popma.*

2 *Petreius.*] B. Pub. *ex eſus.* J. Waſſe.

3 *Magna vi tendere.*] Sic bene Cario, eique adſtipulantur MSS. noſtri male antea, *contendere.* Gruterus. in aliis *contendere* & ſic Venetae. Martin. B. Pub. Ball. Digb. *tendere* in textu Pemb. & ſupra *con* exhibet. Markii λ. *tendere,* & γ. *J. Waſſe.*

4 *Utrinque.*] *Utriſque* L 2. & Norvicenſes. *utrique* Markii γ. caeteros omittit Bodl. hoc eſt quod *Thucyd.* v. §. 10. κατὰ τὰς Θρᾳκίας πύλας ἐπεξελθὼν τοῦ σταυρώματος ἐκφέρεται. ξυνέβη τε τοῖς Ἀθηναίοις αὐτοῦ ἐξαπίνης ἐκφοβηθῆναι τοὺς Ἀθηναίους θορυβηθῆναι καὶ τὸ μὲν εὐώνυμον κέρας αὐτῶν, &c. εὐθὺς ἀπορραγὲν ἔφυγε. J. Waſſe.

5 *Seque cum paucis relictum videt; memor, &c.*] Haud aliter Pall. pretii gravioris; hoc eſt octo novem, item meus Commelinianus. editi inſeruerant, *videt Catilina; memor.* non neceſſario; neque enim heic abeſſe poteſt, ut vox *Romanos;* ſupra capite ſexto: *Igitur reges populique finitimi bello tentare.* Gruterus. Hegeſippus I, 11. ſeſeque *cum paucis relictum.* atque ita Codd. *J. Waſſe.*

6 *Relictum videt Catilina.*] Sic libri, malim *reliquum.* Varro de L. Lat. VI, p. 82. *Multa apud poetas* reliqua *eſſe verba, quorum origines poſſunt dici.* v. tamen indicem. *Apulejus,* Met. x. p. 175. *in exitium* reliqui filii *plenis operabatur affectibus.* Omittit *Catil.* Grut. & Bodl. corrige hinc *Hegeſippum* I, x. *Ceſſit itaque Demetrius ei, quem bello vicerat. videns illum affluentibus paulatim Hebraeis jam pugnae idoneum. ſeſeque cum paucis relictum.* lege, *ſeque. vis animi,* L 1. & Markii λ. & γ. *Livius* VII, 33. *pugna indicio fuit quos geſſerint* animos. memorem *ſe* majorum *ſuorum,* memorem *cognominis.* Liv. III, 18. &, IV, 19. & 34. animo *ac* viribus *par,* memorque generis, *quod ampliſſimum acceptum, majus auctiuſque reliquit poſteris.* J. Waſſe.

7 *Priſtinae ſuae dignitatis.*] Ita ordinata ſunt verba in MSS. *Gruterus.*

LXIV. Sed

LXIV. Sed, confecto proelio, tum vero cerneres quanta audacia, quantaque animi vis fuiſſet in exercitu Catilinae. Nam fere, quem [1] quiſque vivus pugnando locum ceperat, eum, amiſſa anima, corpore tegebat. [2] Pauci autem, quos [3] medios cohors praetoria disjecerat, [4] paullo diverſius, ſed omnes tamen [5] adverſis vulneribus,

1 *Quiſque vivus.*] Vivus quiſque L 1, 3. Reg. Fere eſt ut vocem *vivus* intruſum putem a Grammaticellis propter oppoſitionis amoenitatem ex ingenio ſuo *Salluſtium* aeſtumantibus. Abeſt *Floro* IV, 1. *Quem quis in pugnando ceperat locum, eum amiſſa anima corpore tegebat.* Codex Pal. *quiſque* at meliores *qui*. *Q.* autem *Septimius* vocem *pugnando* omittit. II, 46. *Dein reliqui duces*, ut quiſque locum ceperat, *caedere ſingulos.* Scio autem quandoque opponi *Vivus* & *mortuus* ſeu *amiſſa anima*, ſed fere apud Oratores. Vid. *Ciceronem* pro Mil. §. 69. At apud noſtrum vix umquam. E contra, paullo infra, habetur ſine oppoſito *Vivus*. Favet etiam *Plautus* quem ſequitur Amphitr. I, 1, 83. *Sed fugam tamen in ſe nemo convortitur, Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat: Animam omittunt, priusquam loco demigrent.* Quiſque uti ſteterat, jacet, obtinetque ordinem. *Juſtinus* IX, 3. *Non tamen immemores priſtinae gloriae cecidere, quippe* adverſis vulneribus *omnes, loca quae tuenda a Ducibus acceperant,* morientes *corporibus texerunt.* Lucanus: *jacuere* peremti *Debuerant quo ſtare loco.* Arrianus II. circa finem ξυνεστηκότες ὅμως ἐμάχοντο· καὶ ἀπέθανον πάντες αὐτοῦ μαχόμενοι ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν. Confer *Plutarchum* in Craſſo 549. *J. Waſſe.*

3 *Pauci autem.*] Abeſt *autem*. Digb. *Idem.*

2 *Medios — c. Pr. disiecerat.*] Ita Codd. *Disjectum* opponitur *conducto*. Lucretius I, 651. *Acrior ardor enim* conductis *partibus eſſet: Languidior porro* disjectis, *diſque ſupatis.* vid. I, 398. & *Nonium in* conducere. *Virgilius.* Aen. XII. disjecta *per* agmina. *Cicero* ad Attic. *Nos* disjecta manu *pares adverſariis eſſe non poſſumus. Disjectus* Gloſſae διασκεδασθείς, *palantes* apud *Tacitum* Agric. Cap. XX. *militum in* agmine *laudare modeſtiam,* disjectos coercere. Multus in hoc verbo *Ammianus* XIV, 12. XIX, 8. 11. XX, 6, 7. & ult. XXI, 3. XXII, 8. Idem etiam *disjectare* eodem ſenſu uſurpar, pro *diſcindere* T. *Varro* apud *Gellium* III, 14. Neſcio autem an haec vox reddenda *Caeſari* B. Gall. XXIV. *Ipſe* rejecto *noſtro equitatu*, phalange facta, nam Cap. XXX. *Ea* disjecta, *gladiis deſtrictis, in eos impetum fecerunt.* Fors autem *Lactantio* III, 2. pro *diſſecta* quod hodie obtinet, ſic certe Cauci codex antiquiſſ. ſic Ultraject. & Lipſ. Caeterum, *medios disjecerat*, ut apud *Plautum* Caſin. Illam mediam *diruptam velim*. & alibi: medium *diſtruncabo*. Terentium: mediam mulierem *amplectitur*. Livium; medium *arripuit* Servium. *Horatium: Diviſit* medium. *Virgilium* denique *Aurea compoſuit ſponda* mediamque *locavit*. J. Waſſe.

4 *Paullo diverſius jacebant.*] In manuſcriptis non eſt *jacebant*, & citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. *Rivius*. Retinet tamen L. 1, 2, 3. Arond. & Ball. ceterique univerſi quos viderim. *J. Waſſe.* *Cariſius* autem l. II. *Priſc.* l. XII. & *Diomedes* l. 1. legunt, *Alis alibi ſtantes, omnes tamen adverſis vulneribus conciderunt;* ſive, ut apud Diomedem, *ceciderunt*. Alis autem pro alius, antique dictum. *Priſcianus* libro XV. *Aliter*, inquit, *ab eo quod eſt, hic alis, hujus alis, huic ali, pro, alius, alius, alii, ſecundum ſupradictam analogiam profertur.* Lucretius autem libro primo, *Quando alio ex alio reficit natura; nec ullam rem gigni patitur.* Item: *Sic alio ex alio per te tute ipſe videre Talibus in rebus poteris.* Et: *namque alia ex alio clareſcet, nec tibi coeca Nox*

Digitized by Google

neribus, conciderant. [1] Catilina vero longe a ſuis, inter hoſtium cadavera repertus eſt, [2] paullum etiam ſpirans,

iter eripiet. Et libro II. *Sic alio ex alie nunquam deſiſtit oriri* Et libro V. *Sic alio ex alio peperit diſcordia triſtis.* Catullus quoque de coma Berenices: *cum regium adepta es conjugium, quo non fortior auſit alis.* Varro Meleagris apud Nonium Marcellum: *Cum etiam aliis Menandri tunicam demiſſam habeat ad talos.* Manutius. Haec eſt concors lectio membranarum omnium, tam Pall. quam earum quos excuſſere *Rivius* & alii. neque ſequius quoque in eis quas contulit ſagaciſſimus *Bongarſius*. eadem quoque lectio in Commel. meo, niſi quod is voce poſtrema. *occubuerant.* illud. *paullo diverſi, aliis alibi ſtantes, omnes tamen, &c,* quod e Grammaticellis (a *Cariſio* nempe, *Priſciano Diomede*) auctori noſtro primum induxit Carrio & *Popma*. pus eſt & venenum: itaque dignum latrina tantum, & ſellis Patroclianis. *Gruterus.*

5 *Adverſis vulneribus.*] Vid. VI, XI. & *Gellium* de Siccio Dentato. Hinc trecentos illos laudat *Baſſus*. Anthol. I. *Σπάρτης ὁ στόλος εἶχεν. ἴδ' ὡς πάλι στρέψαντα νῶτα τραπόμενον, κὰν στέρνοις δῆες ἔνεστι μόνοις.* J. Waſſe.

1 *Catilina longe a ſuis.*] Iiſdem verbis utitur *Florus* libr. IV. cap. I. qui hoc amplius: *Pulcherrima morte, ſi pro patria ſic concidiſſet.* Salluſtii autem verba haec in *Virgilii* librum Aen. I. recitat Servius. *Manutius.* Servius *inter hoſtilia cadavera* legiſſe videtur, ut paullo infra. *Ciacconius.*

2 *Paullulum adhuc etiam ſpirans.*] Fabricianum, *paullum etiam ſpirans*, nec vero ſecus in impreſſis vetuſtioribus. niſi quod *paullulum* in his reperitur. Forſan aliquis *etiam*, pro *adhuc* poſitum annotarat. Id poſtea irrepſit in contextum. quamvis non negem, haec conjungi ſimul, poſſe velut apud Ciceronem, *Facimus fortaſſe adhuc in nullo etiam vindicatum.* Rivius. Reg. *paulum e. s.* Bodl. *paululum adhuc etiam ſuſpirans. γ. reſpirans.* Luctatius in Statium *paullulum etiam*, &, *vivus habuerat*, quod rotundius eſt. omittit *que animi.* Sed quid *ſpirans* a *vivo* differt alii viderint. *Thucyd.* de Braſida *ἐς τὴν πόλιν ἔτι ἔμπνουν ἐσεκόμισαν.* addit. *καὶ ᾔσθετο μὲν ὅτι νικῶσιν οἱ μετ' αὐτοῦ.* Ipſe, qui non ignoro quantum ingeniis ſuis auctores in hiſce rebus permiſerint, locum recte habere puto, omnemque illam vitam ei concedo quam apud poetas habere ſolent *aera ſpirantia*, quam Teleſino *Vellejus*, Romanis *Florus*, Hamilcari *Statius*, aliique magnis ducibus attribuunt. *Vivus* autem pro *vivo & valente*, ut apud *Plautum* in Trinum. *liberi quid agant mei, quos reliqui hic, filium & filiam?* S. vivunt, valent nempe. Sane, ut Ille, *Non eſt* vivere *ſed* valere vita; unde *Ovidius* minus valens. *Sed neque* dum vixi *nec vir ut ante, fui.* Largius Deſignatianus ad Valentin. *neque mortales poſſunt ſemper eſſe* validi aut viventes. v. *Nonium* in *Vitulantes*. Sed videamus ut hanc partem adornent Auctores. *Lucretius* III, 654. *Et caput abſciſſum calido viventeque trunco, Servat humi* voltum vitalem, *oculoſque patentes, Donec relliquias animai reddidit omneis.* Vellejus II, 27. *Teleſinus poſtera die* ſemianimis *repertus eſt*, victoris *magis quam* morientis *vultum praeferens.* Florus I, 18. *Omnium vulnera in pectore: quidam hoſtibus ſuis* immortui: *omnium in manibus enſes*, & relictae in vultibus minae, *&* in ipſa morte ira vivebat. & IV, 2. Craſtinus, *qui mox adacto in os gladio, ſic inter cadavera repertus*, libidinem & rabiem *qua pugnaverat*, *ipſa novitate vulneris* praeferebat. *Lucanus* IV, 759. *nondum* facies viventis *in illo* Jam morientis *erat.* VIII, 680. *illa verenda Regibus hirta coma, & generoſa fronte decora Caeſaries, compreſſa manu eſt; Pharioque veruto,* Dum vivunt vultus, *atque os in murmura pulſant Singultus animae, dum lumina nuda rigeſcunt. Suffixum caput eſt.* Statius Theb. III. Servantem vultus, & *torvum in* morte per-

Digitized by Google

¹ ferociamque animi, quam habuerat vivus, in vultu retinens. Poſtremo, ex omni copia, neque in proelio, neque in fuga quiſquam civis ingenuus captus eſt. Ita ² cuncti, ſuae hoſtiumque vitae juxta pepercerant. Neque tamen exercitus populi R. ³ laetam, aut incruentam victoriam adeptus erat. ⁴ Nam ſtrenuiſſumus quiſque, aut occiderat in praelio, aut graviter vulneratus diſceſſerat. Multi autem, ⁵ qui de caſtris viſundi,

acta. & VIII, 756. *Spectat atrox hoſtile caput, gliſcitque tepentis* Lumina torva videns, *& adhuc* dubitantia figi. confer XI, 10. Adde *Silium* V, 670 XIII, 731. *Si ſtudium & ſaevam cognoſcere Amilcaris umbram, Illa eſt, cerne procul, cui* frons nec morte remiſſa Irarum ſervat rabiem. *Paulinus Aquitanus*, Lib. I. p. 855. *Lumina torva nimis* Vultumque in morte minacem. *Sidonius* Carm. V, 254. *ſi forte premantur Seu numero, ſeu forte loci, Mors obruit illos, Non timor, invicti perſtant*, animoque ſuperſunt Jam prope poſt animam, *Curtius* X, 10. de Alexandro. *vigor quoque qui conſtat ex ſpiritu, non deſtituerat vultum, itaque Aegyptii*, &c. *primo non ſunt auſi admovere* velut ſpiranti *manus*. Nazarius Paneg. Cap. XXXI. *Tyranni ipſius teterrimum caput, ac ſiqua referentibus fides eſt, ſuberat adhuc ſaevitia, & horrendae* frontis minas mors ipſa non vicerat. *Latinus Pacatus*, Cap. XLI. *Ut* ſemivivum *ejus caput*, nondum clauſis tota morte oculis, *ex acie referretur*. Aſconius: *caput M. Marii Gratidiani, etiamtum* plenum animae, *&* Spiritus, *ad Sullam*, &c. *detulit*. Cic. de domo. ut in vivi & jam ſpirantis *caput, buſtum ſuis manibus imponeret*. Sulpicius v. M. XVI. *Puella paralyſis aegritudine omni ex parte praemortua, vix tenui ſpiritu palpitabat*, &c. *pater cucurrit* ex animi *pro filia rogaturus*. audaciter ille, ſed MS. Aulae Trin. *exanimis*, curſu nempe, ut ad patrem referatur. ſed male: Auctor infra, *perſtare vehementius flens pater & orare ut* exanimem *viſitaret*. Haec & ſimilia non ſunt ad vivum reſecanda, infra, *ita cuncti ſuae hoſtiumque vitae*. aeque prodigi ſanguinis ſui atque hoſtium. *Noſter* Jug. LXIV. *avidius alteri alteros ſauciare, quam ſemet tegere*. & Catil. 38. *quo minus mirandum eſt, homines egentis, malis moribus*, &c. Reip. juxta ac ſibi conſuluiſſe. *Statius*, Theb. IX. *Idem ardor rabidis externum haurire cruorem, Ac fudiſſe ſuum: nec ſe veſtigia mutant*. Codex Joan. *ſua nec veſtigia*. minus eleganter, & contra caeteros. *Thucydides* I. Ἐν δὲ τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ πόλεως χρῶνται. v. *Juſtin*. XXVIII, 4. J. W.

1 *Ferociamque animi, q. h. v. in vultu retinens.*] Abeſt *in vultu* Pal. decimo. maluiſſem abfuiſſet dictio poſtrema ut conjicere licuiſſet, *ferociamque animi quam habuerat vivus in vultu poſtremo*, ſubaudi *erat* aut *videbatur*. Gruterus.

2 *Cuncti.*] Omittit Reg. L 2. & Valla *copia Catilinae* & Venetae. *J. Waſſe.*

3 *Laetam, aut incr. vict. ad. erat.*] Rus olet vocula *erat*, ejicienda, poſſet etiam aeque nervoſe ſcribi, *neque tamen exercitui Pop. Rom. laeta aut incruenta victoria*. Gruterus. *adeptus eſt*, L 1, 3. omittit *eſt* Balliol. *J. Waſſe.*

4 *Nam ſtrenuiſſimus quiſque.*] Quamvis *Valla* 1, 14. in quibuſdam repererit, *ſtrenuus quiſque*, tamen exemplar manuſcriptum quod penes nos eſt cum vulgata hodie lectione facit. Sed & *Cato* de re ruſtica; *At ex agricolis*, inquit, *& viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur*. & Corn. *Tacitus* lib. XX. *Sumi bellum etiam ab ignavis, ſtrenuiſſimi cujuſque periculo geri*. Rivius. Ciacconii Liber *ſtrenuus quiſque*. Venet. 1470. *bello*. J. W.

aut

Digitized by Google

aut ſpoliandi gratia proceſſerant, volventes hoſtilia cadavera, amicum alii, pars hoſpitem, aut cognatum reperiebant. Fuere item, qui inimicos ſuos [1] cognoſcerent. Ita varie per omnem exercitum laetitia, moeror, [2] luctus, atque gaudia agitabantur.

5 *Qui de Caſtris.*] Sic MSS. virtutis edecumatae, nam ſequiores adhaerent editis, qui *e caſtris*. Gruterus.

1 *Cognoſcerent.*] *Recognoſcerent* Bodl. & Markii λ. Pemb. *omnem* abeſt Markio λ. *J. Waſſe.*

2 *Luctus atque gaudia agitabantur.*] Et hoc bene *Carrio*; neque abeunt Pall. nam editi prius, *gaudium*. quod quis etiam exoriretur, qui controverſiam moverit voci, *agitabantur*, tanquam ſupervacuae; ei equidem, clam palamve aſſenſionem meam commodaverim. *Gruterus.* *Gaudium* Veneta, 1470. Martin. *agitabatur* Ball. *agitabantur*. Markii γ. & ſupra. *ta*. &, pro var. Lectione *alebantur*. pro *atque* Arond. *nec non &*. caeterum hunc ſenſum egregie tractat ſublimis ille *Papinius*, Theb. III, 15. *At nuptae exanimes, puerique aegrique parentes Moenibus effuſi per plana, per invia paſſim. Quiſque ſuas avidi ad lachrimas miſerabile currunt Certamen: quos denſa gradu comitantur euntes Millia ſolandi ſtudio; pars viſere flagrant Unius acta viri & tantos in nocte labores*, &c. Confer item *Senecam*, Controv. II, 1. *J. Waſſe.*

FINIS BELLI CATILINARII.

Digitized by Google

COROLLARIUM
DE
SALLUSTIO,
Quaedam diſſimulante in CATILINAE hiſtoria.

Multa de *Cicerone* Salluſtius in hiſtoria Catalinae ſilentio praetermiſit, eaque cum primis, quae praecipue ad eximiam & ſingularem Ciceronis gloriam ſpectarent, conſultone, ut qui ejus eſſet inimicus, an vero imprudens, haud facile dixerim. Eo tamen potius inclinat animus, ut dedita opera Salluſtium haec de induſtria omiſiſſe credam, & illam hiſtoriae legem, ne qua ſuſpicio gratiae ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis, in his praetermittendis neglexiſſe, quae nequaquam fuerint ſilentio praetereunda. Eorum hic aliqua ſubjicienda eſſe duxi.

I. Primum igitur Ciceroni gratiae ſunt ampliſſimis verbis actae, quod virtute, conſilio, prudentia ſua Remp. periculis maximis liberaſſet: idque ſine caede, ſine ſanguine, ſine exercitu, ſine dimicatione, tanta pace, tanto ocio, tanto ſilentio, ut ipſemet *Cicero* III. Invectiva in Catilinam. De hoc verbum nullum Salluſtius.

II. Dein *Pater patriae* eſt a Q. Catulo, ac M. Catone frequentiſſimo ſenatu nominatus. nec de hoc Salluſtius quicquam. *Juvenalis* vero,

— Roma parentem,
Roma patrem patriae Ciceronem *libera dixit.*

Et in VII. Plinius. *Salve,* inquit, *primus omnium* Parens Patriae *appellate, primus in toga triumphum, linguaque lauream merite.*

III. Praeterea ejus nomine decreta diis immortalibus ſupplicatio eſt: qui honos ante Ciceronem togato contigit nemini. *Atque his decreta verbis eſt,* (ut ipſemet inquit) *quod urbem incendiis, caede cives, Italiam bello liberaſſet. Quae ſupplicatio* (inquit) *ſi cum caeteris conferatur, hoc interſit, quod caeterae de rep. bene geſta: haec una conſervata repub. conſtituta eſt.* Ne hujus quidem facta ab eo mentio.

IV. Ad haec L. *Gellius* ei civicam a repub. deberi dixit. Eſt hoc quoque ſilentio praeteritum, ut caetera pleraque, dum adverſarium Criſpus debita commendatione defraudat. Sed audiamus, quid ipſemet *Cicero* in Piſonem de hoc atque aliis ad gloriam ſuam ſpectantibus: *Me* (inquit) *Q. Catulus, princeps hujus ordinis, & auctor publici conſilii, frequentiſſimo ſenatu* parentem patriae *nominavit, Mihi hic vir clariſſimus, qui propter te ſedet, L. Gellius his audientibus civicam coronam deberi a rep. dixit, mihi togato ſenatus, non ut multis bene geſtae, ſed ut nemini, conſervatae reip. ſingulari genere ſupplicationis Deorum immortalium templa patefecit.* Idem ad Atticum, Cn. Pompejum affirmat in ſenatu, non ſemel, ſed ſaepe, multis verbis Ciceroni ſalutem imperii atque orbis terrarum adjudicaſſe.

V. Poſtremo ſtatua eum inaurata Capuae decuriones decorarunt, & patronum adoptarunt, propter ſalutem illius urbis conſulatu conſervatam ſuo: ut ipſemet pro P. Seſtio teſtatur. Sed & in Piſonem: *Quorum Capuae* (inquit) *te praetextatum nemo aſpexit, qui non gemeret deſiderio mei, cujus conſilio cum univerſam remp.*

cum-

eum illam ipſam urbem meminerant eſſe ſervatam. Me inaurata ſtatua *donarunt, me* patronum *unum aſciverunt, a me ſe habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur.* Haec Cicero. Sed quid de hoc uſpiam Salluſtius? Quaſi vero & haec, & hoc genus alia non multo ad rem magis facerent, quam aut illa veterum Romanorum laus, deque corruptis ſeculi ſui moribus querela: aut vero tam libenter ac prolixe tributum Caeſari Catonique praeconium? Quorum ut uterque fuerit merito laudandus, *Caeſaris* tamen in laudibus, quum & ipſe ſit *conjurationis* creditus *particeps*, tamdiu commorari, ſupervacaneum eſſe mihi videretur, ne dicam praeter decorum. Nam illa de origine Urbis & corruptis populi Romani moribus, initiiſque motuum civilium, ſive a propoſito digreſſio, ſeu verius, altior repetitio, utcunque nominare lubeat, nec aliena prorſus ab hiſtoria argumento videtur, & Lectori accidit non ingrata. Sed de hoc jam ſatis, modo unum addidero. Mire Salluſtius hoc diſſimulat, Caeſarem fuiſſe inter conjuratos habitum. qua de re tam multa interim *Suetonius*, cujus cum primis probatur in hiſtoria fides. Nam his in ſuſpicionem veniſſe illum teſtatur, quaſi conſpirarit cum M. Craſſo conſulari, item P. Sulla & Autronio, poſt deſignationem conſulatus ambitus condemnatis. Cujus conjurationis meminerunt *Tanuſius Geminus* in hiſtoria, *M. Bibulus* in edictis, *C. Curio* pater in Orationibus: de qua & *Cicero* in quadam ad Actium epiſtola ſignificare videtur. Sed & auctores eſſe ait, qui cum Cn. etiam Piſone conſpiraſſe Caeſarem teſtantur. Nam fuiſſe inter ſocios Catilinae nominatum, & apud Novium Nigrum quaeſtorem a L. Vettio indice, & in Senatu a Q. Curio: quorum hic e Catilina ſeſe cognoviſſe diceret, ille chirographum quoque ejus Catilinae datum, polliceretur, *Suetonius* ipſe confirmat. quantumvis hoc diſſimulare noſter ſtudeat. Itaque an hic nulla gratiae in ſcribendo ſit ſuſpicio, aliorum eſto judicium. *Rivius*.

C. CRISPI

C. CRISPI SALLUSTII

JUGURTHA,

SEU

BELLUM JUGURTHINUM.

FALSO queritur de natura ſua genus humanum, quod imbecilla, atque aevi brevis, [2] forte potius,

1 *Falſo queritur de natura ſua genus humanum.*] Pall. nec eodem loco, nec eodem modo ſcriptum habent pronomen. nam ſept. *de ſua natura*, o&t: *de natura ſui*: at Commelimano meo totum abeſt. puto licet. *Gruterus*. Pronomen retinent *Chariſius*, p. 179. *Donatus* ad Andr. III, 2, 25. *Cledonius* in Expoſ. Donati, pag. 1921. *Auguſtinus* de Gram. *Servius* ad Aen. IV, 415. XI, 581. id quod etiam in ſuae aetatis libris inveniſſe *Vindicianum* Archiatrorum Comitem ex Epiſt. ad Valentinianum Imp. patet. *Cum ſaepe, ſacratiſſime Imp. humani generis fragilitas* falſo de Natura ſua queratur. Neque aliter MSS. Codex tamen Reg. vocem *ſua* ſupra adpictam habet. L I, 3. *natura ſui*. *Quintilianus*. *Non minore cura vitandum eſt, quicquid εὔρυθμον, quale eſt apud Salluſtium*, falſo queritur de natura ſua. *quamvis enim vincta ſit, tamen ſoluta videri debet oratio*. Num, falſo queritur de Natura humanum genus? *Donatus* ad Andr. III, 2, 25. *ſua humanum genus*. ſolet alibi Noſter verſus immiſcere, quales ſunt in Catil. *Cn. Pompeii veteres fidoſque clientes*. & infra: *Bellum ſcripturus ſum quod populus Romanus Cum Jugurtha*. Sententiam hanc a ſcholis Philoſophorum mutuatus eſt Auctor. Vide *Ciceronem*, Tuſc. III, 28. *Plutarchum* de Fortuna. p. 97. Eam ita dilatat *Seneca* de Brevit. vitae. I, I. *Major pars mortalium*, *Pauline*, de Naturae *malignitate conqueritur, quod in exiguum aevi gignimur; quod haec tam velociter, tam rapide dati temporis ſpatia decurrant: adeo ut, exceptis admodum paucis, caeteros in ipſo vitae apparatu vita deſtituat*. Providentiam vindicat *Lactantius*, Lib. de Opificio Dei. Cap. III. B. Pub. *brevis aevi* quod rotundius auribus accidit. Quod ad Titulum attinet, Noſtri cum vulgg. conſentiunt. *Cicero* vero non *bellum* ſed *conjurationem* vocat. Nat. D. III. *Cognoſce alias quaeſtiones, auri Tholoſani, conjurationis Jugurthinae*. *J. Waſſe*.

2 *Sorte potius quam virtute regatur.*] Manuſcripta, quaecumque ipſe viderim *Forte potius*, pro, fortuito eventu. nam Fors pro fortuna ſaepe ponitur. Cicero ad Atticum, *Sed haec fors viderit, quae talibus in rebus plus quam ratio poteſt*. Idem, *Quemcumque fors tulerit caſum*. ſed & impreſſa quaedam ſic habent. neque tamen priorem lectionem repudio, quae & ipſa bene habet. *Rivius*. Noſtri *forte*. recte. *Tacitus* A. VI, 22. *Sed mihi haec ac talia audienti, in incerto judicium eſt, fatone res mortalium, & neceſſitate immutabili, an* forte *volvantur*. Manlius: *mundum divino numine verti, Atque ipſum eſſe deum: nec* forte *coiiſſe magiſtra*. Vide *Gronovium* patrem ad Liv.

quam

Digitized by Google

quam virtute, regatur. Nam contra reputando, neque majus aliud, neque praeſtabilius, [1] invenias, magiſque naturae induſtriam hominum, quam vim, aut tempus deeſſe. Sed dux, atque imperator vitae mortalium, animus eſt: [2] qui ubi ad gloriam virtutis via graſſatur, abunde [3] pollens potenſque, & clarus eſt [4] neque

/ 1 / 2

XIII, 5. Noſter autem *Livium* in Andromeda praeeuntem habuit. *Cui* prava natura *magis*, *quam* fors *aut* fortuna obfuit. Cui affine *Homericum*, illud. Ὦ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται. Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κακ᾽ ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ΣΦΗΣΙΝ ἈΤΑΣΘΑΛΙῌΣΙΝ ὙΠΕΡΜΟΡΟΝ ἄλγε᾽ ἔχουσιν. fortunam ſupra fatum poſuit Lucilius: *Cui parilem* fortuna *locum* fatumque *dedit* fors. ibi *fatum* pro *effectu*. E contra, apud *Apulejum* in Hermetis Adloc. idem *fors* & *eventus*. p. 101. Eventus *autem vel* fors *omnibus inſunt permixta mundanis*. Ita fere apud Graecos Τύχη & Ἑιμαρμένη. Seneca: Natura, fatum, fortuna, Caſus, *ſunt omnia unius & ejuſdem dei nomina*. immo potius actionum humanarum. *Quicquid gerimus fortuna vocatur*. J. Waſſe.

1 *Invenies.*] Manuſcripta, *invenias*, pro invenire aliquis poſſit, δυνητικῶς ac per ἔγκλισιν quomodo & ex impreſſis quaedam. eſt autem multo elegantius, quam quod *Gymnicus* habet. *Rivius*. Pro *contra*, L 1, 3. *cuncta* male. Noſtri omnes *contra*. Firmat *Quintilianus*, Inſt. 1, 1. *Falſa enim eſt querela, pauciſſimis hominibus vim percipiendi quae tradantur eſſe conceſſam, pleroſque vero laborem & tempora perdere*. Nam contra, *plures tarditate ingenii* reperias, &c. *deinde*: *manifeſtum eſt, non naturam defeciſſe ſed curam*. vide Jug. LXXXVIII. *Arnobium*, p. 21. & 174. Lucretius I. *Illud in his rebus vereor ne forte rearis Impia te rationis inire elementa, viamque Endogredi ſceleris*; quod contra; *ſaepius olim Relligio peperit ſceleroſa atque impia facta*. Varro de L. Lat. VII. p. 79. *Quae ſi eſſent negant ullum caſum duobus modeis debuiſſe dici*: quod fit contra. *Juven.* IX. 10. *certe modico contentus agebas Vernam equitem, conviva joco mordente facetus Omnia nunc* contra. *Lampridius* Severo XXV. *Hujus imperium incruentum quidam litteris tradiderunt*, quod contra eſt. Adde *Proculum* 8. Ep. Digeſt. 1. Tit. VIII. L. 44. *Hieronymus*, Ep. XLI, 1. vitio librarii praepoſitionem retinet: *aliis vero* e contra *videtur*. Roctius XVII, 3. *Veniantem* contra *chartis intelligit quaeſtionem*. Vel ergo delenda Praepoſitio, vel ſcribendum *e contrario*, quomodo ille, Epiſt. XLVIII. & Comment. in Eſaiam. Cap. 1. Denique ex voce *reperias* apud *Quintilianum* modo laudatum patet ejus libros ſervaſſe *invenias*, licet e noſtris Mant. Venet. L 2, 3. Pemb. ex mala manu, item λ. ex correctione illud alterum ſervent. Markii γ. *invenias* recte. Pemb. pro *praeſtabilius*, habet *praeſtantius*, uti & Reg. a quo abeſt *hominum* non male, ſequitur enim *mortalium*. B. Pub. *vitae*. J. Waſſe.

2 *Qui ubi ad gloriam virtutis via graſſatur.*] Eſt in manuſcripto quodam, *vi graſſatur*. quomodo & *Calepinus* quiſpiam citat. verum priorem lectionem probandam magis eſſe duco. *graſſatur*, pro toto impetu fertur, & quaſi pleno gradu contendit. *Rivius*. Vide *Gellium* XI, 2. *Nonium* & *Feſtum* voce. Gladiatoribus & ſicariis in primis convenit; olim in bonam partem accipiebatur, vel pro *impetu viam affectare*, vel pro *ambulare* ἀτάκτως. unde Gloſſae Ἐμβαδεῖν, βαδίζειν reddunt. *Afranius* Excepto: *Conſimili* graſſantur *via a quibus hic* eſt omnis cultus. *Titinius* Veliterna: *Vende thenſam ac mulos, ſine eam pedibus* graſſari. *Plautus*, Bacch. V, 2, 19. *non vides ut palantes ſolae liberae* graſſentur? & Rud. 1, 4, 31. Hoc ſignificatu vocem uſurpant *Livius*, *Tacitus* Hiſt. IV, 16. *Silius* I, 570. *J. Waſſe*.

3 *Pollens potenſque.*] Ex formula ve-

for-

fortuna eget; quippe quae probitatem, induſtriam, [1] aliaſque artis bonas neque dare, neque eripere cuiquam poteſt. Sin captus pravis cupidinibus, ad inertiam, & voluptates corporis [2] peſſumdatus eſt: pernicioſa lubidine paullisper uſus; ubi per ſocordiam vires, tempus, [3] ingenium difluxere, naturae infirmitas accuſatur: ſuam [4] quippe culpam auctores ad negotia

teri, quae apud *Livium* extat, Lib. I, 24. *ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito quanto magis* potes polleſque uti & VIII, 7, 53. *tanteque magis ferito*, Quo in loco pro *infenſa* legerim, *adeo inſenſe erat coorta plebs*. infra. II, 30. *In eum Coſſ.* acrius coorti *ſunt*. Plautus, Aſin. III, 3, 46. *Videtin' viginti minae, quid* pollent, *quidve* poſſunt. Ad homines poſt *Criſpum* traduxit, *Livius* II, 34. *Cur Sicinnium* potentem pollentemque *video?* Drepanius Florus Hymn. trium P. *Hunc hominum genus* pollens *ratione* potenti, quid ſi *potenſque?* Adde huc ſis *Arnobium* IV. p. 131. *Senecam* de Provid. II. infra: *fortunae* eget Reg. Markii λ. Pemb. De hoc Anacoluthi genere optime Cl. *Perizonius* ad Sanctium. p. 833. *J. Waſſe.*

4 *Neque fortunae eget.*] Eſt in aliis perperam, ut opinor, *neque fortuna eget.* nam & Idem alibi, *Majores noſtri P. C. neque conſilii, neque audacia umquam eguere. Cicero* tamen ablativum fere huic verbo addit. ſicuti & *Salluſtius* interdum. quamquam ad Atticum *Cicero, Egeo conſilii,* inquit. M. *Cato* apud *Gellium, Vitio vertunt,* inquit, *quia multa egeo.* Accuſativum huic verbo τῷ ἀρχαϊσμῷ addidit. Ne quid diſſimulem tamen, eſt in manuſcriptis uno excepto, *fortuna*, caſu ablativo. & haud ſcio, an apiculus ille quo fit diphthongus perperam ſit ibidem omiſſus. Illud quamvis leve, non tamen praetereundum eſſe duxi, *arteis* hic habere vetuſtos codices, non *artes*, idque Salluſtianum magis. Sic poſtea *quaſcumque urbeis* & agros manu ceperat. pro *urbes*, quod in pervulgatis exemplaribus eſt. Habet & Aſcenſianus codex, *ceteraſque artis bonas*, ubi hodie fere, *aliaſque bonas artes*. In manuſcriptis τὸ *bonas* adjectivum poſt ſubſtantivum ponitur. *Rivius.*

1 *Ceteraſque artis bonas.*] Haec lectio in omnibus pervulgatis exemplaribus, & quatuor manu deſcriptis reperitur. Verum in duobus pervetuſtis libris: *Aliaſque bonas artis* ſcriptum animadverti, quomodo & *Donatus* citat, Act. II. Scen. 2. in Eunuchum Terentii. Nos tamen hic vulgatam receptamque lectionem non mutavimus. Etenim apte ſane quadrat cum ille Catilinarii loco: *Namque avaritia, fidem, probitatem, ceteraſque bonas artis ſubvertit.* C. Popma.

2 *Peſſumdatus eſt.*] In Fabriciano atque aliis quibuſdam, diviſim legitur, *peſſum datus.* quomodo *Tacitus* I. *Poſtquam hic ſocordia ſenuerit, ille per libidines peſſum datus ſit.* Rivius.

3 *Ingenium diffluxere.*] Sic in manuſcriptis. ubi hodie fere, *defluxere*. id recte, an ſecus, aliorum eſto judicium. *Rivius.* Ita malui, hortatu membranarum plurium, ac notae primae; quam quomodo fere cuſi, *defluxere.* quam vocem etiam reformandam videri *Senecae* Philoſopho, fide codicum calamo exaratorum, monui in animadverſionibus ad eundem ſcriptorem, c. I. de brevitate vitae. *Gruterus.*

4 *Quippe culpam auctores.*] Arond. L 3. Pemb. Cod. Tollii *quique*, unde ille *ſuam quiſque* extundit, eleganter. quod ſervat Digb. Vide eum ad *Auſon*. Eid VI, 33. favet *Aretinus* Ep. VII, 4. *culpam auctores* quiſque *ſuam ad negotia transferunt*. B. Pub. Reg. Venetae. Oxon. γ. λ. *quippe.* Jucundiore vocum ſonitu omnia procederent, ſi exturbaretur τὸ *actores* ceu emblema interpolatorum arbitrantium tale quid requiri ob verbum

trans-

Digitized by Google

transferunt. Quod ſi hominibus bonarum rerum [1] tanta cura eſſet, quanto ſtudio aliena, ac nihil profutura, multumque etiam periculoſa petunt; [2] neque regerentur magis, quam regerent caſus; & eo magnitudinis procederent, [3] ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent

numeri pluralis *transferunt.* quod falſam eſt. *Gruterus.* Vide Notas ad Jug. XXXIV. Noſtri fere *auctores* ſupra; pro *cupidinibus* Boetius Dial. II. in *Porphyrium* legiſſe videtur *libidinibus.* J. Waſſe.

1 *Tanta cura eſſet, quanto.*] Formam hanc ſervant optimae notae auctores. *Caeſar* B. G. II, 11. tantam *eorum multitudinem noſtri interfecerunt*, quantum *fuit diei ſpatium.* Plinius Paneg. LI. *Cum ſaeviſſimi Domini Effigies,* tanto *victimarum cruore coleretur*, quantum *ipſe humani ſanguinis profundebat.* Auguſtinus de Civ. D. III, 24. ſemibarbare. *Gracchi ipſius caput*, quantum *grave erat*, tanto *auri pondere Conſuli vendidit.* Epit. *Livii* XXXVIII. *Cum Praetor Quaeſtores in bona ejus publice poſſidenda miſiſſet, non modo in iis nullum veſtigium pecuniae regiae apparuit, ſed nequaquam* tantum *redactum,* quantae *ſummae erat damnatus.* Alius aeque elegans vocis *quanta* uſus apud *Livium* I, 35. *praedaque inde* majore, *quam* quanta *belli fama fuerat, revecta.* & Lib. XXXVIII. majore *inde animo pacis opera inchoata, quam* quanta *mole geſſerant bella.* confer XXIX, 19. *Lucanus* I, 580. quanto *clamore cohortes Miſcentur,* tantum *nox atra ſilentibus auris Editur.* infra: *aliena ac nihil profutura.* Et haec ex diſciplina Philoſophorum qui voce *alia* intelligunt τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, bona fortunae, quae *Epicteto* teſte ſunt ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἈΛΛΌΤΡΙΑ. *Laertius* VI, 103. διαφέρειν τοῖς ἈΛΛΟΤΡΊΟΙΣ, Supervacuis nempe ac nihil profuturis. Quo ſenſu *Themiſtius* Orat. IX. p. 251. τὰ λοιπὰ εἶναι δοκεῖ περιττὴν φιλοτιμίαν. & *Ariſtoteles* de Rep. II, 8. Ἱππόδαμος γενόμενος καὶ περὶ τὸν ἌΛΛΟΝ βίον περιττότερος διὰ φιλοτιμίαν. v. *Senecam* de Brev. vitae v, 2. Juvenal. IX. Idem X. *Ergo ſupervacua* aut perniciosa petuntur. *Seneca* Suaſor. V. p. 34. *Bellum ſuſcipiendum fuiſſe pro libertate, pro conjugibus, pro liberis;* pro re ſupervacua *& nihil nocitura ſi fieret, non eſſe ſuſcipiendum.* Huc etiam ſpectat *Arnobius*, p. 76. *Non eſſe Deo a ſuperiore prolata tam* ſupervacua, tam vana, *tam ad nullas pertinentia rationes,* quinimo & noxia, *& neceſſarias importantia laeſiones.* & niſi fallor, *Seneca* de vita beat. *Nec ſanus, cui* offutura *pro* optimis *appetuntur.* Confer *Mamertum* de ſtatu Animae, Lib. I. p. 721. & *Petrarcham,* Epiſt. II, 10. Verba *Salluſtii,* ſuppreſſo tamen ejus nomine, ſic citat *Auguſtinus,* Epiſt. LIV. *Neque apud ipſos qui magno ſtudio, aliena ac nihil profutura,* multoque *etiam periculoſa petunt.* Arond. & Reg. γ. λ. B. Pub. Bodl. *multoque* L 3. *multaque* pro *aliena.* Reg. & Pemb. a manu prima *alia.* non bene. *Cato* de R. Ruſt. V. *opere bene exerceat, facilius* malo *&* alieno *prohibebit.* J. Waſſe.

2 *Neque regerentur.*] Ita manuſcripta volumina, contra quam hodie legitur. ut ſubaudias, *caſibus.* idque magis brevitati Salluſtianae convenit. quale propemodum eſt illud apud *Plinium* libr. VII. de *Cicerone.* *Omnium triumphorum lauream adepte majorum.* nam ſubauditur, *laurea.* quod quidam non attendentes, neque rationem breviloquentiae Plinianae habentes, *triumphorum* pro omni triumpho poſitum per enallagen exiſtimarunt. In Merſeburgenſi eſt, *neque regerentur magis quam ipſi regerent caſus.* Rivius. Et hoc recte *Carrio*; juxtaque praeſcriptum MSS. plerorumque Pall. male editi prius, *neque regerentur magis a caſibus, quam regerent caſus;* aut, *neque regerentur magis a caſibus,* videatur *Rivius*; nam Popmae libri, qui *Caſibus reg.* ſane, aetatem ſuam vere muſteam nimis turpiter detegunt, dum ſtant ab olim vulgatis. *Grut.*

II. Nam uti genus hominum [1] compoſitum e corpore, & anima eſt: ita res cunctae, ſtudiaque omnia noſtra, corporis alia, alia animi naturam ſequuntur. Igitur praeclara facies, magnae divitiae, ad hoc vis corporis, & alia hujuſcemodi omnia brevi dilabuntur; at ingenii egregia facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt. Poſtremo, corporis & fortunae bonorum, ut initium, ſic finis eſt; [2] omniaque orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. animus incorruptus, aeternus, [3] rector humani generis,

Spectat Auctor illa Artabani apud *Herodotum* VII, 49. αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι, καὶ οὐκὶ ὥνθρωποι τῶν συμφορῶν. *Seneca* de Conſol. ad Marc. *deſinat dolor qui perit, quare rogamus, nec nos iſta vis tranſverſos auferat.* Caſus hoc loco, non τύχη, ſed ἡ κατὰ τύχην ἔκβασις, συμφορά. unde *Ammianus* XV, 5. *moderatrix humanorum caſuum* Fortuna. Vide *Ariſtotelem* II. φυσικῆς ἀκροάσεως. *J. Waſſe.*

3 *Ubi pro mortalibus.*] Comm. *uti.* quod etiam in Pal. 6. ac. 9. neque divertit x. niſi quatenus expreſſerit litera minus *ut.* Grut. Noſtri & Oxonienſes *ubi* eleganter. pro *in qua magnitudine.* Plautus Aſin. IV, I, 21. *Ne illi ſit cera,* ubi *facere poſſit literas.* Epid. III, 3, I. *Non oris cauſſa modo homines aequum fuit Sibi habere ſpeculum,* ubi *os contemplarent ſuum. Sed qui perſpicere poſſent cor ſapientiae.* & alibi. *Terent.* Eunuch III, 20. *Sive adeo digna res eſt,* ubi *tu nervos intendas tuos.* & Heaut. IV, 6, 8. Adde *Eutropium* IV, 5. Horat. Sat. I. 3, 60. *Virg.* Eclog. IX, 60. *J. Waſſe.*

1 *Compoſitum e.*] Codex B. Pub. haec verba non agnoſcit. *Plutarchus* in Quaeſt. *Platon.* p. 1002. ea legiſſe videtur. Ἐν δὲ κράσει ἡμῶν ἐκ δυεῖν συνεστῶτος ἔκ τε τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, μικρὸν ἐπὶ τὸ ἡγεμονικὸν καὶ νοερὸν ἐν πολλῷ τῷ τῆς σαρκὸς ὄγκῳ κεκρυμμένον. Pall. Digb. L 3. B. Pub. omittunt *noſtra.* Regio deeſt *omnia*; neque ea voce opus eſt cum praeceſſerit, *res cunctae.* infra: *ceterum ſtudia omnia noſtra ſicut a.* i. s. *Servius* ad Aen. IX, 96. *Idem.*

2 *Omnia orta occidunt.*] Nihil hic opus lectione codicis Ritterſhuſiani, *omniaque orta.* cum clara ſint omnia, & lectio vulgata magis cohaereat. Minucius Octavio. *Quis enim ſapientum dubitat, quis ignorat, omnia quae orta ſunt occidere, quae facta ſunt interire.* Graecorum παροιμία, Πᾶν τὸ γενόμενον καταλυθῆναι ὀφείλει. *Putſchius.* Marcus Imp. IV, 23. Ἐκ σοῦ, ὦ κόσμε, πάντα· ἐν σοὶ πάντα· εἰς σὲ πάντα. *Cyprianus* ad Demetr. *Haec ſententia mundo data eſt: haec Dei lex eſt, ut* omnia orta occidant & aucta ſeneſcant, *& infirmentur fortia, & magna minuantur, & cum infirmata & diminuta fuerunt ſirmantur.* pro *omnia D. Auguſtinus,* Epiſt. VII, XXVIII. legit *corpora orta,* ſed memoriae vitio. Vide *Philargyrium* ad Georg. II. *Baſilium* Homil. VI. in Hexaem. *Varronem* de L. Lat. IV. p. 18. *Joſephum* B. Jud. III. *J. Waſſe.*

3 *Rector humani generis.*] Ita Philoſophi aliique πανδημοί· in primis autem *Pythagoras.* ἩΝΙΌΧΟΝ ΓΝΏΜΗΝ στήσας καθύπερθεν ἄριστον, Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς, Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός. Hinc *Columella* III, 10. *Videmus hominibus inſpiratam velut AURIGAM, rectricemque membrorum animam.* Hierocles: ἐπιβάτην γνώμην, ἀνθυπηρετοῦσι, ὡς ἡνιόχῳ συμπεφυκότι, τῇ τοῦ ὀχήματος ἐπιστασίᾳ. *Demoſthenes* Orat. Amator. p. 162. Ἀπάντων ἀτυχέστατόν ἐστι, καὶ τῇ ΔΙΑΝΟΊΑι ΔΟΥΛΕΥΕΙΝ

agit,

Digitized by Google

[1] agit, atque habet cuncta, neque ipſe habetur. Quo magis pravitas eorum admiranda eſt, qui, [2] dediti corporis gaudiis, per luxum, atque ignaviam aetatem agunt: ceterum ingenium, quo neque melius, neque [3] amplius aliud in natura mortalium eſt, incultu atque ſocordia torpeſcere ſinunt: cum praeſertim tam multae, [4] variaeque ſint artes animi, quibus [5] ſumma claritudo paratur.

σώμα, τὴν δ' ΕΠΙΣΤΑΤΟΥΣΑΝ μετὰ τῶν ἄλλων συνδιαβουλευομένων ἣ δὲ ἔχουσαν, ὅλου ΗΓΕΜΟΝΕΥΟΥΣΑΝ τοῦ βίου, &c. Cui loco geminus plane germanus extat apud *Iſocratem*, Evag. p. 288. Platoni vero Νοῦς ΕΠΙΒΗΤΩΡ, τὸ θυμικὸν, καὶ τὸ θυμητικὸν ejus quaſi equi quos moderatur. *Iſidorus* Peluſiota II, 107. Χρὴ τὸν ΝΟΥΝ οἷα ΒΑΣΙΛΕΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ λογισμοὺς φοβερούς, καὶ πάνθ' ὅπλοις πεφραγμένους πρὸς τὰς τῶν αἰσθήσεων καταστησάμενος πύλας φρουρεῖν, καὶ ἀπελαύνοντας, καὶ εἴρξοντας τοὺς πολεμίους, καὶ μὴ πρῶτον συγχωρήσοντας τὴν εἴσοδον, ὕστερον ἀμφήριστον ἀναδέχεσθαι μάχην. *Terentius* Hec. III, 1. *quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.* Dominatur *corpore toto* inquit *Lucretius*. Apulejus de Dogm. Pl. p. 255. Ed. Colvianae. *Animam vero animantium omnium non corpoream eſſe, nec ſane perituram cum corpore fuerit abſoluta, omniq; omniumq; gignentium eſſe ſeniorem: atque ideo &* impe- rare *& regere ea, quorum curam fuerit diligentiamq; ſecuta: ipſamq; ſemper & per ſe moveri*, agitatricem *aliorum*. Noſter: animae imperio, *corporis ſervitio magis utimur*; quomodo citant *Hieronymus* adv. Jovin. II, 8. & ſuppreſſo auctore *Auguſtinus*, Epiſt. LXIII. Uterque ut id obiter moneam, voces *commune cum* agnoſcunt. *Idem* de Civ. D. II, 6. *Non in domo atque pecunia, non denique in ipſo corpore, quod menti ſubditur; ſed in ipſa mente, in ipſo* Rectore *carnis* animo. Vide omnino *Cic.* Tuſc. II, 20. *Chalcidium*, *Plutarchum* Quaeſt. Platon. pag. 102. *Lipſium* Manuduct. *Stoic.* III, 19. Male itaque per voces *agit atque habet cuncta* Criſpinus intelligit vaſtitatem animae qua cuncta complectitur, quaſi auctor non tam dignitatem & imperium ejus quam memoriam celebraret. *J. Waſſe.*

1 *Agit atque habet.*] Sic *Ariſtot.* προσέχει in Categoriis, & *Cicero* Lib. 9. Epiſt. ult. ad Famil. de Ariſtippo Socratico Philoſopho. *Ciacconius.* Et illud *Demoſthenis*, ἔχω τὴν Λαΐδα καὶ οὐκ ἔχομαι. vide *Florum* IV, 2. *Tacit.* II, 70. *Ovid.* M. *qui vos* habeoque regoque &, form. Aquil. L. 18. H. de Acceptilat. *Ulpian.* in L. Praetor ait H. *ne quid in loco. neque* uſus eſt non praecedente *nec*, eleganter *Plaut.* Amph. *Quippe illi iniqui jus ignorant* neque *tenent*. vide Jug. 86. *Caeſar* B. G. v. 7. *ſi vim faciat*, neque *pareat*, *interfici jubet*. Metaphraſtes, εἰ βίαν ποιήσειε, καὶ οὐ πειθαρχήσειεν, αὐτὸν ἀποκτείνειν ἐπιτείλας. J. Waſſe.

2 *Dediti corporis gaudiis.*] Sic in orat. de repub. ordinanda, *omiſſis pecuniae & corporis gaudiis.* Ciacconius.

3 *Amplius aliud.*] Bodl. *aliquid*, male. infra: *mortalium eſt.* abeſt L 3. verbum ſubſtantivum. pro *per luxum* peſſime Mart. *per luſum.* caeterum Accuſ. cum praepoſ. *per*, pro ſexto caſu eleganter. Ita *Silius* XIV, 454. *bonus ille* per artem *Crudo luctari pelago atque exire procellas.* J. W.

4 *Variaeque artes ſint animi.*] Eſt in manuſcriptis & impreſſis vetuſtioribus, *tam multae variaeque ſint artes animi.* id mollius eſt, alioqui ſibilum efficit inamoenum & inſuavem τὸ s in priore voce extremum, in inſequente primum. *Rivius.*

5 *Summa claritudo.*] Prima vox abeſt Regio, neque apud *Tacitum* alioſque Sal-

III. Verum ex his magiſtratus, & imperia, poſtremo omnis cura rerum publicarum, minime mihi hac tempeſtate cupiunda videntur: quoniam neque virtuti honos datur; neque illi, quibus per fraudem [1] jus fuit, tuti aut eo magis honeſti ſunt. Nam, [2] vi quidem regere patriam, aut parentes, quamquam [3] & poſſis & delicta corrigas,

luſtianae dictionis aemulos invenitur. *Hegeſippus* v, 53. *Nec dehoneſtare veteris indolis* claritudinem. Codices tamen retinent, idque rectiſſime. *Siſennam* ille ſequitur, cujus λείψανα in calce Operis damus, *Quod fortaſſe ex voluntate ſua*, ſumma *cum* claritudine *celeriter confeciſſet*. ſervat etiam *Nonius*, p. 82. infra, *praeclara facies*. vide *Iſidorum Peluſiotam* Ep. 111, 143. pro *quoniam* Nonius *p*. 82. habet *quum praeſertim*. & *Palmerius* ex Thoſano pro *cupiunda* reponit *competenda*; Illum vide. *J. Waſſe*.

1 *Jus fuit, utique tuti aut eo magis honeſti ſunt.*] In manuſcriptis duobus eſt, *quibus per fraudem is fuit.* pro, quibus honos per fraudem contigit. Exemplar Aſcenſianum & Beroaldinum, *quibus per fraudem conceſſum jus fuit.* niſi quis pro *imperio poteſtateque publica*, *jus* accipere velit. τὸ *utique* non habent codices in pergamenis deſcripti. tametſi non me fugit, apud *Ciceronem* aliquoties hanc particulam reperiri, cum primis ad Atticum. ſed & Merſeburgenſe exemplar eam habet, & impreſſa cuncta quotquot ipſe viderim. *Jus* impreſſi quos viderit *Cypr. Popma*. & quidam MS. perantiquus *conceſſum*. Idem. MSS. optimis principio fuit, *fraudem iis fuit*. correctumque inde, *is fuit*, aut *jus fuit*, vel certe *vis fuit*. Gruterus. *vis* fuit L 3. Digb. ibid. *tuti aut eo.* ſic iterum iidem meliores, uti placuerat Carrioni, non, *utique tuti aut eo*. quae mox attexta antiquitus cuſis, ut & chirographis aetatis recentis. *Grut*. L 3. Reg. Pemb. B. Pub. Bodl. γ. λ. Mart. Venet. *utique tuti*. B. Pub. vocem *jus* omittit, ut ſit ſenſus; neque illi quibus fraude partus honos. Et hoc eſt quod infra dicit, Cap. IV. *furtim & per latrocinia potius quam bonis artibus, ad imperia & honores nituntur*. J. Waſſe.

2 *Vi quidem regere patriam, aut parentes.*] Sumſit hoc a Platone in Epiſtola longa ad Dionis propinquos: Πατέρα δὲ ἢ μητέρα οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προσβιάζεσθαι, μὴ νόσῳ παραφροσύνης ἐχομένους. ἐὰν δέ τινα καθεστῶτα ζῶσι βίον ἑαυτοῖς ἀρέσκοντα, ἐμοὶ δὲ μὴ, μήτε ἀπεχθάνεσθαι, μάτην νουθετοῦντα βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ προσφέρειν, ὅταν ἄνευ φυγῶν, καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν, μὴ δυνατὸν ᾖ γίνεσθαι τὴν ἀρίστην. Et ex v. de Legibus: Πατρίδος δὲ οὔσης τῆς χώρας θεραπεύειν αὐτὴν δεῖ μειζόνως, ἢ μητέρα παῖδας. Quam ſententiam expreſſit idem *Plato* in *Critone*, his verbis: Πανταχοῦ ποιητέον, ὃ ἂν κελεύοι ἡ πόλις τε, καὶ ἡ πατρίς· ἢ πείθειν αὐτὴν, ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε. βιάζεσθαι δὲ οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα, οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἧττον τὴν πατρίδα. Hunc Platonis locum *Cicero* cum ſignificare vellet, ſic ait in Epiſtola: *Id enim jubet idem ille* Plato, *quem ego auctorem vehementer ſequor; tantum contendere in Republ. quantum probare tuis civibus poſſis: vim neque parenti, neque patriae adferre oportere.* Et libro I. de Republ. apud Nonium: *Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & eſt antiquior parens, quam ſi quis, ut ajunt, creaverit, major ei profecto, quam parenti debetur gratia.* Manutius.

3 *Et poſſis & delicta corrigas.*] Tollius ad *Auſonium*, Ep. IV, 66. ex conjectura legit *proſis*, ſed contra Codices univerſos. Arondel. voce auctior, habet *poſſis* facere. unde palam eſt, interpretem illum haud agnoviſſe illud *proſis*. Praeterea ſequitur, *fruſtra autem niti*, quod melius opponitur τῷ *poſſis*. Corrigere, hoc loco, per tralationem *emendare* penitus. plus enim valet quam leviter inflectere, ut ex *Cic*. pro Murena patet. & cum voce *emendare* apud eun-

tamen

tamen importunum eſt: cum praeſertim omnes rerum mutationes [1] caedem, fugam, aliaque hoſtilia porten-

dem Acad. I, v. *Tacitum* XV, 5. *Capitolinum* in Antonin. XXVII. *Ammianum* XV, I. *Sidonium*, Ep. IV, 23. Primario ſignificatu valet, *inclinatum dirigere*, &, *rectum facere*. *Cato* de Re. Ruſt. Cap. XXXIII. *Quae jam in perticam ibit, ejus pampinos teneros alligato leviter*, corrigitoque; *uti recte ſpectent*. adde *Columellam* IV, 26. *Macrobium*, Sat. II, 4. *Plinius* Ep. V, 21. *Invenimus qui* curva corrigerent. atque ita *Seneca* in Ἀποκ. *Plinius* Hiſt. Nat. VII. 20. *C. Milonem athletam, cum conſtitiſſet, nemo veſtigio educebat: malum tenenti nemo digitum* corrigebat. VII, 52. *Converſione valvae, quae ſi* corrigatur, *&c.* & alibi ſaepe. *Petronius*, p. 191. *Suſtulit phialam de terra: conliſa erat, tamquam vaſum aeneum; deinde martulum de ſinu protulit, & phialam otio belle* correxit. ſic, corrigere aedificia, L 57. *D. locati Domum*. Cum Praep. quae normam aut amuſſim denotet, utitur *Varro* de L. Lat. p. 102. *una* corrigimus, *& ad* conſuetudinem *communem, & ad aliorum Tricliniorum analogias*. inde *rectus ad ingenium bonum*, idem apud *Plautum* valet atque, tali ingenio accommodum; aliter paullo Idem Trin. I, 2. *Quin eum* reſtituis? *quin* ad frugem corrigis? *Corrigere* etiam figurate, pro *delere*, *expiare* apud *Juſtinum* XXXV, 2. *veterem patris* offenſam *novis* meritis correcturi. Apud infimae Latinitatis auctores pro *regere* & *gubernare* aliquando venit. Theodoſianis temporibus, in Lapide quem exhibet *Reineſius* III, 63. viſitur, CORRECTOR APULIAE ET CALABRIAE. Talem *Corrigidore* nominant Hiſpani, teſte ad Auſonium *Vineto*. A. Victor Caeſ. XXXIX. *Is cum Venetos* correctura ageret. Tandem acceperunt & Graeci, *Juſtinian*. Novel. κορρεκτωρεία Ἀχαΐας. Maluit autem ἐπανορθωτὴν Eutropii *Metaphraſtes*. IX, 9. Graeci veteres ὀρθόω & ex eo compoſitis ad hunc modum utuntur. *Plato* Polit. I. Τὰ ἀλλότρια κακὰ μεταχειρίζεσθαι ἈΝΟΡΘΟΥ͂ΝΤΑ. Ariſtoteles: Οὐκ ἔστιν ἔλαττον ἔργον ἘΠΑΝΟΡΘΩ͂ΣΑΙ τὴν πολιτείαν τὴν διεφθαρμένην, ἢ κατασκευάζειν, ἐξ ἀρχῆς. *Iſocrates* Archid. Τὰς τοιαύτας συμφορὰς αἱ πόλεις ἐπανορθοῦνται πολιτείᾳ χρηστῇ. ſenſum hunc ita extulit Noſter, Fr. VI, 40. *Neque quiſquam te ad crudeles poenas & acerba judicia, quibus civitas vaſtatur magis quam corrigitur*. infra, pro *neque aliud ſe*. Aretinus, Epiſt. IV, 4. *nec aliud ſe*. At longe elegantius *D. Hieronymus*, Ep. 109. *Neque aliud fatigando* omiſſo utroque, ut ſubintelligas *ſeſe alioſque*. Quomodo locutus eſt Auctor, Jug. LXXVI. *Marium*, fatigantem *de profectione*, &c. *domum dimittit*. ita libri omnes. Poſtremo: hujus ſententiae auctor eſt, non tam *Plato* quam *Pythagoras*, qui, referente Stobaeo, XXXVIII. Ἐρωτηθεὶς, πῶς δεῖ ἀγνωμονούσῃ πατρίδι προσφέρεσθαι· εἶπεν, ὡς μητρί. Confer *Hieroclem* apud eundem, p. 228. & *Xenoph*. Memorab. Socrat. I. *Jamblichus*, quem nuper edidit Cl. Ludolphus Neocorus. Πατρίδι τε μάλιστα αὐτῶν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο de vita *Pythag*. Num. 176. τὸ μένειν ἐν τοῖς πατρίοις ἔθεσί τε καὶ νομίμοις ἐδοκίμαζον οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, illi nempe qui ex *Pythagorae* Schola prodierunt, *Charondas*, *Timaratus*, *Helicaon*, *Ariſtocrates*. κἂν ᾖ μικρῷ χείρω ἑτέρων. Τὸ γὰρ ῥᾳδίως ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων νόμων, καὶ οἰκείους εἶναι καινοτομίας, οὐδαμῶς εἶναι σύμφορον καὶ σωτήριον. & infra. Τὸν αὐτὸν δὲ εἶναι λόγον καὶ περὶ τῆς ἑτέρας ἀρχῆς· ὑπὸ γὰρ οἰκίαν οὐ ποτε ἂν οἰκισθῆναι, μὴ ὑπάρξαντος ἀληθινοῦ ἄρχοντος, τῆς ἀρχῆς τε ἑκουσίως. Huc pertinet ejus Symbolum. Στέφανόν τε μὴ τίλλειν, τουτέστιν, inquit Porphyrius, τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι. illud item *Plutarchi* p. 792. ἡ πατρὶς καὶ μητρὶς πρεσβύτερα καὶ μείζονα δίκαια γονέων ἔχουσι. *Ciceronis*, Patria *praeſtat omnibus* officiis. & Offic. I. *cari ſunt parentes, cari liberi, propinqui familiares: ſed omnis omnium caritates Patria una complexa eſt*. J. W.

[1] *Caedem, fugam, aliaque hoſtilia, &c.*] Intrudi cuperet *Popma*, *incendia*; annuit

dant

dant. [1] Fruſtra autem niti, neque aliud, ſe fatigando, niſi odium quaerere, extremae dementiae eſt: niſi forte quem inhoneſta, & pernicioſa lubido tenet, [2] potentiae paucorum, decus atque libertatem ſuam gratificari.

IV. Caeterum ex iis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno uſui eſt memoria rerum geſtarum: cujus de virtute quia [3] multi dixere, praetereundum puto; ſimul, ne per inſolentiam quis exiſtumet memet [4] ſtudium meum laudando extollere. Atque ego credo

que ferme *Urſinus* ac *Ciacconius*. verum cum in nullo extet Pall. aliorumve, imo ne in editionibus quidem exoletis; valeat, adverſatur ſane menti auctoris, quicquid illi dicant: neque unquam auditum incendiis quem graſſatum ad emendationem morum. *Gruterus*.

2 *Fruſtra niti, neque.*] *Plato* in Epiſtola ad Perdiccam, quam *Ficinus Dionis* eſſe putat: Εἰ μὴ μάτην μοι κινδυνεύσειν ᾤμην, πλέον δ' οὐδὲν ποιήσειν. *Manutius*. Nazar. *ſeſe* quod aptius ſonate ait *Gruterus*. J. Waſſe.

3 *Potentiae paucorum decus a. l. ſ. gratificari.*] Tacit. IV. *Odiis Sejani per dedecus ſuum gratificabatur.* Ciacconius. Illud *gratificari*, varie exponunt Commentarii. *Soldus* conjungit, *libido gratificari*, & exponit, *libido gratificandi*. *Badius* addit in expoſitione ſua verbum *velint*, quod nulli contextus habent. ſed ſubjungit: *Si ordo hic eſt, Libido tenet gratificari, ponitur more Graecorum pro gratificandi. Sin, libido tenet gratificari, tenet* ponitur quaſi pro *cogit*. Haec ille. Ego puto ordinem eſſe: *Niſi forte quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet gratificari*, id eſt, gratis donare, *decus atque libertatem ſuam potentiae paucorum*, quaſi diceret: quos juvat fieri mancipia. *Glareanus*. Gratificor, Gloſſae, ἀποχαρίζομαι, χαρίζομαι. *Livius* V, 9. *Neque enim eos aut vitae ullo crimine alio, aut geſti magiſtratus quiſquam arguebat; praeterquam quod* gratificantes patribus, *rogationi Trib. interceſſiſſent.* & caſu adjuncto ut apud Noſtrum XXI, 9. *Ut praepararent ſuorum animos, ne quid pars altera* gratificari *pro Romanis poſſet*. Annales libri apud *Plinium* N. Hiſt. XXXIV, 6. *quod* campum *Tiberinum* gratificata *eſſet ea* (Suffetia virgo Veſtalis) *populo*. Habes apud eundem XXV. §. 8. *gratificationem*. Hac voce pro *favere* aut rem *gratam facere* ſemper utitur Cicero. Vide L. XXII. §. *jubet*. D. ad L. Jul. de adulter. *J. Waſſe*.

3 *Multi dixere.*] Non inſuave quidem auribus Cod. Bongarſii, *quia multi multa dixere*, ſed ambigas an id additamenti requirat contextus. *Gruterus*.

4 *Studium meum.*] Studium ex mente *Ciceronis* eſt, *animi aſſidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio*, unde ad artes infinitas extenditur. Terent. *Ut animum ad aliquod ſtudium adjungant, aut equos alere*, &c. ſtudium linguae *Propert.* III, 20. non ergo inepte reddunt Gloſſae ἐπιτήδευμα, quod ad canes tranſtulit *Xenophon*, κύνας ἐπιτηδευομένας. *Plato* etiam in Axiocho ἐπιτήδευσιν & τέχνην conjungit. Hunc *Salluſtii* locum ſpectat *Tacitus* An. XIV, 43. *Non quia dubitarim ſuper omnibus negotiis melius atque rectius olim proviſum, & quae converterentur in deterius mutari; ſed ne nimio amore antiqui moris* ſtudium meum extollere viderer. Unde ſuſpicari libet illum non inveniſſe in ſuo libro vocem *laudando*. idem de *Hieronymo* dictum velim. ita enim ille Praef. ad Lib. de Nomin. Hebr. *Non quod* ſtudium meum *inſolenter* extollam. Neque eo

fore

fore, qui, quia decrevi procul a Republ. aetatem agere, tanto, tamque utili labori meo nomen inertiae imponant: certe, quibus maxuma induſtria videtur, ſalutare plebem, & [1] conviviis gratiam quaerere. [2] Qui ſi reputaverint, & quibus ego temporibus magiſtratum [3] adep-

pacto locutus alibi Noſter, ſed vel, oratione, verbis, extollere: vel ſimpliciter, tollere, extollere: vel denique ad Coelum tollere, ſine ablativo. At Codices receptam lectionem tuentur; quibus accedunt *Auctor* ad Heren. Lib. II. §. 5. *A rebus ipſis benivolum efficiemus auditorem, ſi noſtram cauſſam* laudando extollemus. & *Cicero* Parad. *An quiſquam in potiundis voluptatibus* gloriando *ſe, & praedicatione* extollit. Idem fecere ac Sophiſtae: *Themiſt.* Orat. IV. [illegible] contra *Flacci* praeceptum, Nec tua laudabis ſtudia: *aut aliena reprendes.* Adde eundem in Haruſp. Reſp. & confer *Polybium* I, I. quem ſequi videtur *Criſpus,* & *Artemidorum* in operis initio. *J. Waſſe.*

1 *Conviviis gloriam quaerere.*] In MSS. eſt *conviviis gratiam quaerere.* pro *colligere gratiam, & captare atque aucupari favorem & benevolentiam multitudinis, apparandis conviviis.* ſed nec *gloriam* repudio. etenim apte ſane quadrat. Quod ſi *gratiam* legere malis, id quod mihi magis arridet, ad liberalitatem & benignitatem opulentorum: ſin *gloriam,* ad magnificentiam & ſplendorem ſpectabis. nam & qui convivia libenter exhibent, aut epulum vulgo dant, *gratiam*: qui laute & ſumptuoſo apparatu, *gloriam* conſequi ſolent. Intelliges autem hunc locum de publicis conviviis, quibus multitudinis ſtudium & amorem ſibi homines ambitioſi conciliabant. qua de re *Cicero* in oratione pro L. Murena. *Rivius.* Qui heic adducunt *gloriam,* tanquam germanum magis; parum attendunt, aut hiſtoriis aut politicis. ſalutant plebem; convivia praebent; non aſſecuti culmen honorum, ſed qui adhuc eo adſpirant; a quibus admodum *longe abeſt.* induſtriae illa proles gloria. & vero MSS. noſtri primam ſcripturam mordicus tenent. *Gruterus.* Palmerius expuncta voce legit, *conviviis quaerere,* nimis acute. *Colerus.* Morem tangit *Livius* I, 34. *Ipſe quoque fortunam benigno alloquio,* comitate invitandi, *beneficiiſque quos poterat, conciliando adjuvabat.* gratiam, hoc eſt, benevolentiam, ſuffragia, *their intereſt. Cicero* pro Murena §. 74. *Agit mecum auſtere, & Stoice Cato: negat verum eſſe* allicere benevolentiam cibo. Horat. Epiſt. I, 19. *Non ego ventoſae* plebis ſuffragia venor Impenſis coenarum, *& tritae munere veſtis.* unde ſalſe Martialis, *Quid tam grande Sophos clamat tibi turba togata? Non tu Pomponi,* Coena diſerta *tua eſt.* Qui epulis capti erant eos eleganter vocat Crates, *Συγκοπτυνδωσφάγυς.* Adi *Torrentium* ad *Sueton.* in Aug. LIII. Claud. XXXIX. *Lipſium* ad Annal. *Taciti* II. *Briſſonium* de Form. Lib. VIII. caeterum & Libri & *Hegeſippus* Palmerii ſolertiam reſpuunt, hi omnes verbum repraeſentant, ille vero nunc *fidem,* nunc *gratiam* retinet. ſic IV, 4. *fallendi artifex, doctus* mendaciis fidem quaerere. I, 9. *Nihil tamen proficiebat ad colligendam* ſibi gratiam. vocem *Salutare* Pemb. ex 2. manu tantum agnoſcit λ. in *conviciis* ſed ex manu correctrici. De ſalutationibus *Seneca,* Epiſt. III. *priore illo verbo* (amico) *quaſi publico uſus es, & ſic vocaſti, quomodo omnes Candidatos,* bonos viros *dicimus, quomodo obvios, ſi nomen non ſuccurrit,* dominos ſalutamus. ibi poſt, *verae amicitiae.* Codex B. Pub. inſerit: *Errat & ille qui amicum in atrio quaerit, non in convivio probat. nullum habet ejus malum occupatus homo, & bonis ſuis obſeſſus, quam quod amicos ſibi putat, quibus ipſe non eſt.* Vincentius Bel. omittit *non.* agnoſcit caetera. pro. *& quales viri* B. Pub. *aequales viri,* male. dein, *& poſtea* non viſitur in

tus

Digitized by Google

tus ſim; & quales viri idem aſſequi nequiverint; & poſtea, quae genera hominum in Senatum pervenerint; profecto exiſtumabunt, me magis merito, quam ignavia, judicium animi mei mutaviſſe; majuſque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, Reipubl. venturum. Nam ſaepe audivi, Q. Maxumum, P. Scipionem: praeterea civitatis [1] noſtrae praeclaros viros [2] ſolitos ita dicere; *cum majorum imagines intuerentur, vehementiſſume ſibi animum* [3] *ad virtutem accendi.* ſcilicet [4] non ceram illam, neque figuram tantam vim in ſeſe habere; ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore [5] creſcere, neque prius ſedari; quam

L 3. &, *audivi ego* L 3. Ball. Bodl. *J. Waſſe.*

2 *Adeptus ſim.*] Ita MSS. Gruteri. ita noſtri. Arond. *& quibus* omiſſo *in.* Idem.

1 *Noſtrae praeclaros.*] *Noſtrae* abeſt Digb. pro *praeclaros* Bodl. L 3. *clariſſimos*, quomodo & Venetae 1470, 1478. ſed alterum illud caſtius. *J. Waſſe.*

2 *Solitos ita dicere.*] Ita omnes MSS. noſtri. amicus tamen meus putabat, aliquot verba cuſa in officinis librariorum, iiſque rejectis legendum: *ſolitos cum majorum imagines intuerentur, vehementer animo, ad virtutem accendi.* non male quidem ſi ſubvenirent membranae; neque altera lectio quaſi teſtimonium exhiberet hujus caloris. *Gruterus.*

3 *Ad virtutem.*] MS. *virtutes* melius. Et notant Grammatici Salluſtio haec talia pluraliter uſurpata, *ut paces, luces, famas.* abſunt in mox ſequentibus ab eodem codice illa, *in ſeſe,* quae ſalva ſententia induci poſſunt. *Putſchius.*

4 *Non ceram.*] Sic quoque MSS. at idem tentabat, ſcilicet *non cerae illam, neque figurae vim ſed, &c.* Gruterus.

5 *Creſcere, neque prius ſedari quam virtus.*] Vox *virtus* abundare videtur. nam in Vet. Cod. *adaequaverint.* Ciacconius. Ita uno ore lectorio MSS. itaque nihil adſuendum, niſi animus minime neceſſario incruſtare auctorem. *Gruterus.* Reg. *creſcere fecit.* L 3. omittit *antea.* & ſic Venetae. & Balliol. vide *Cic.* pro Archia, §. 30. & de Fin. v. 4. locum ita aemulatus eſt *Auctor Paſſionis S. Pionii* apud *Ruinartum*, p. 123. *Referri oportere ac debere memorari ſanctorum merita Apoſtolus praecipit, eo quod ſciat, rerum geſtarum memoria* egregiis viris flammam in pectore creſcere. *Tacitus* Agric. *Id filiae quoque uxorique praeceperim, ſic patris, ſic mariti memoriam venerari, ut omnia facta dictaque ejus ſecum revolvant, famamque ac figuram animi, magis quam corporis complectantur. Non quia* intercedendum *putem cum imaginibus quae marmore aut aere finguntur: ſed ut vultus hominum, ita ſimulachra vultus imbecilla ac mortalia ſunt; forma mentis aeterna, quam tenere & exprimere non per alienam materiam & artem, ſed tuis ipſe moribus poſſis.* importune ibi *intercidendum* legit *Urſinus.* At illud alterum longe elegantius: *intercedere cum imaginibus* idem eſt atque *legi quae de imaginibus fertur ſeſe opponere & prohibere* ne ſtatuatur. Quo ſenſu apud *Livium* habes: *Pronunciavit, Praetori non* intercedere Tribunos, *quo minus ſua poteſtate utatur.* Unde ex more Curiae, ubi intercedere ſolebant ejuſmodi concionales ſenes, uſus voce *Gellius*, ipſe Latinitatis retinentiſſimus. *Ne ſibi* intercedamus, *quo minus ſuapte poteſtate uti*

virtus

virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit. [1] At contra, quis eſt omnium his moribus, [2] quin divitiis & ſumtibus, non probitate, neque induſtria, cum majoribus ſuis contendat? etiam [3] homines novi, qui antea per virtutem ſoliti erant nobilitatem antevenire, furtim, & per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad imperia & honores nituntur. [4] Proinde quaſi Praetura, & Conſulatus, atque alia omnia hujuſcemodi per ſe ipſa clara, & magnifica ſint; ac non perinde habeantur, ut eorum, qui ea ſuſtinent, virtus eſt. Verum ego liberius, altiuſque proceſſi, dum me civitatis morum piget, taedetque. nunc ad inceptum redeo.

liceat. Ipſe denique *Tacitus* Hiſt. I, 19. *Placebat & Laconem praetorii praefectum ſimul mitti.* Is conſilio interceſſit. &, LXXVII. *Quorum* honori, *ne Vitellius quidem victor* interceſſit. Idem efferunt Graeci vocibus ἀνθεστηκέναι, ἀνθίστασθαι. J. W.

1 *At contra, quis omnium eſt.*] In manuſcriptis eſt *quin divitiis & ſumptibus.* pro *qui non.* & ſic identidem *Cicero* hac particula utitur. Jam non *vitiis*, ſed *divitiis & ſumtibus* eſſe legendum, *praeter antiquorum* fidem, etiam *Aſcenſianus* codex indicat. conjunxit autem haec *Salluſtius* alibi quoque nimirum ad *Caeſarem* de rep. ordinanda: *Juventus*, inquit, *probitati & induſtriae, non ſumtibus neque divitiis ſtudeat.* Rivius.

2 *Quin divitiis, &c.*] Sic MSS. omnes aetatis robuſtae, nam adoleſcentiores *qui non divitiis*, certe in nullo comparet *divitiis*, quod damnant antiquitus cuſi in quibus *qui non de divitiis.* Gruterus. Markiani Pemb. Bodl. *qui non*, ut & Venetae. *J. Waſſe.*

3 *Homines novi, &c.*] Poterat brevius *homines novi antea per virtutem ſoliti nobilitatem antevenire.* Gruterus.

4 *Perinde quaſi praetura.*] Legendum *proinde quaſi.* ut in manuſcriptis eſt. quomodo fere ſemper apud Salluſt. *Rivius.* Perinde aeque ac *proinde* ἀναφορικὸν τῶν *adeo*, atque, *prout*, diu, *quam*, quaſi, *tamquam*, apud *Cic. Livium*, *Plautum* alios. utroque uſus Noſter. *Tacitus* An. XII, 60. *decreta eorum* proinde *haberi juſſerat*, ac ſi *magiſtratus Romani conſtituiſſent.* ibi *Pichena* mallet *perinde* ſine cauſſa ſontica, licet alterum hoc apud auctorem hunc longe frequentius occurat. *Terentius* quem hoc loco ſequitur *Criſpus* habet perinde. *quin habeas quae quidem in homine dicuntur bona? Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias, Atque* haec perinde ſunt ut illius animus qui ea poſſidet: *Qui uti ſcit ei bona; illi qui non utitur recte, mala.* Neque aliter γ. λ. Ball. Bodl. vide *Ariſtotelem* in Nicom. v, 2. Idem fere *Iſocrates* in Archid. pag. 186. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν οὔτ' ἀγαθὸν, ἀλλ' ἂν χρήσηταί τις καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς, οὕτως ἀνάγκη καὶ τὸ τέλος ἐκβαίνειν ἐξ αὐτῶν. Idem *Syneſius* de regno, pag. 8. Τὰ γὰρ θυραῖα τῶν ἀγαθῶν, ἅπερ ὀργανικὰ καλεῖν ἔθος Ἀριστοτέλει, &c. ὑπηρετεῖν οἶδε κακοῖς οὐ μόνον, ἢ ἀρεταῖς. Ταύτῃ καὶ τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, καὶ ὅσοι γε ἀπὸ τούτου ῥύακες φιλοσοφίας ἐρρύησαν, οὔτε τῆς ἀμείνονος αὐτὰ προσηγορίας ἠξίωσαν, οὔτε τῇ χείρονι κατεδίκασαν, ἀλλ' ὀργανικὰ καλοῦσι, ΝΥΝ μὲν ἈΓΑΘΑ ΝΥΝ δὲ ΚΑΚΑ, ΤΑΙΣ τῶν ΧΡΩΜΕΝΩΝ ἝΞΕΣΙΝ αὐτὰ χρηματίζοντες. Senſum quam verba retulit *Philelphus*, Ep. IX, 1. *Haec autem omnia, quae corporis commoda appellant Stoici*, talia ſunt, qualis eſt is qui utitur. *J. Waſſe.*

V. Bellum ſcripturus ſum, quod populus R. cum Jugurtha rege Numidarum geſſit: primum, quia magnum & [1] atrox, variaque victoria fuit: dein, quia tum primum ſuperbiae nobilitatis [2] obviam itum eſt. quae con-

* *Piget taedetque.*] Omittit *taedetque* L. 3. male, retinet enim *Mamertus*, Lib. 1. p. 703. *Ego longiuſcule quam volui praefatus ſum, dum praeſentium* piget taedetque. brevius aliquanto *Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. Lib. I. *taedetque. ad inceptum* redeo. ſed *nunc ad* agnoſcunt libri & ipſe alibi *Sulpicius* ut I, I. & 29. *Tacitus* etiam, Hiſt. II, 38. *ſed me veterum novorumque morum reputatio longius tulit:* nunc ad rerum ordinem venio *altius proceſſi.* μικρὸν ὃ ἄνωθεν. *Themiſt.* Orat. IX. p. 190. & Orat. XV. p. 354. εἰ πόῤῥωθεν ἀρξάμενοι, ἐκ τῶν προοιμίων. Confer *Iſidorum Peluſ.* Ep. II, 180, 183. & 293. J. Waſſe.

† *Ad inceptum redeo.*] Comm. caeptum. *Gruterus.* Ad inceptum opus Venetae. Ball. Sic infra. & *Tacit.* An. IV. dicit ſe *redire ad inceptum*, & tamen in id non ingreſſus erat. ſic *redire* dicitur *haereditas*, quae tum primum defertur. Terent. *Ea ad hos redibat lege haereditas.* *Cato* de R. R. Nunc ad rem redeam, *inſtitutum principium hoc erit:* ſic *Plautus* Poen. ait ſe velle ad argumentum remigrare, cum ejus nullam prorſus partem attigiſſet. *remigrare* pro *migrare*, ut *reddere* pro dare, *Muretus.*

1 *Atrox, variaque victoria.*] L. 3. & ſemel *Livius* copulam non agnoſcunt, quod bene faciunt caeteri. Et *Hegeſippus* I, 1. *diuturnum ac frequens* variaque victoria fuit. *belli varii*, hoc eſt, interprete *Plutarcho* in Pompejo, p. 627. τοῦ πολέμου πολλὰς ἰδέας ἔχοντος. Qui alibi ad verbum, in Sylla opinor: ἐν τούτῳ μεγίστῳ καὶ ΠΟΙΚΙΛΩΤΑΤΩ γενομένῳ. Hoc ſenſu apud *Homerum* habes ἑτεραλκέα νίκην. vide *Q. Septimium* III, 16. *Juſtin.* XLIV, 3. *Virgil.* Aeneid. XII, 43. Noſter fortaſſe *Polybium* ſequitur qui ex rerum geſtarum magnitudine, varietate, atrocia, formae regiminis mutationibus, in primis opus ſuum laudat. Hiſt. I. p. 17. *Idem.*

2 *Obviam itum eſt.*] In quibuſdam eſt *dehinc*, velut manuſcriptis. qua particula *Cicero* quoque utitur. Ita Pall. notae melioris item Comm. meus. Carrioni adlubeſcebat, *obviatum eſt*, proque eo juniores deinde arma induerunt tanquam pro Helena ſua. ſed ii profecto nondum norunt quid ea diſtet ab Hecale. *Gruterus.* Rivii Merſeburg. Florent. & Venetum Pincii. *Aretinus* in Fun. Strozae 242. *occurrere atque obviare.* Pemb. Markii γ. & λ. B. Pub. Venetae. Martin. L 2, 3. Bodl. Laud. Ball. ſummo conſenſu, *obviatum.* In facinus juraſſe putes. Arond. *obviatum eſt*, Gloſſae, *obviat* ἀπαντᾷ, obvio, ἐναντιοῦμαι, ὑπαντῶ, ἐνυσχαίνω. *Marcellus*, Lib. XXII. Digeſtorum. *De illo dubitari poteſt, qui, quod per Falcidiam retinere poterat, voluntatem teſtatoris ſecutus ſpoſpondit ſe daturum? ſed magis eſt, ut non poſſit ſuae confeſſioni* obviare. D. XXXIX. Tit. 5. L. 20. Edictum Valentis Theod. & Arcad. Impp. Cod. III. Tit. XXVII. *quod ſervum eſt punire judicio, ſubjungamus Edicto, ut nullus parcat militi, cui* obviare *telo oporteat ut latroni.* habes autem, *obviam itum* apud *Ulpianum*, Lib. 8. de officio Procos. Dig. XLVII. Tit. XI. L. VI. *Annonam adtemptare & vexare vel maxime dardanarii ſolent: quorum* avaritiae obviam itum eſt *tam mandatis, quam Conſtitutionibus.* etiam apud *Juſtinianum*, Cod. II. Tit. 56. de verborum ſubtilitate negligenda. *ut tantum non contradicat, ſed ut etiam ea impleat,* quae obviam ire *non poteſt.* pro *obviare* antiqui fere *obvaricare* & *obvarare*, Ennius Achille. *Nam conſiliis* obvarant, *quibus tamen concedit hic ordo.* vide *Feſtum* in voce: & *Nonium* qui aliter capit. *Vegetius* III, 6. *ut cum hoſtis adveneris, reperiatur inferior, nec audeat* obviare. &

tentio

tentio [1] divina & humana cuncta permiſcuit: eoque vaecordiae proceſſit; ut ſtudiis civilibus [2] bellum; at-

ſic Codd. MSS. Petrenſis & Joannenſis. Macrob. in ſomn. Scip. 1, 6. quae & ſuperioris rapidis motibus obviarent, & inferiora omnia gubernarent. &, Cap. xii. Has ſolis portas Phyſici vocaverunt; quia in utraque obviante ſolſtitio ulterius ſolis inhibetur acceſſio. Martianus Capella, Lib. viii. p. 287. Quod quidem etiam ut verum ſit, meis non poterit rationibus obviari. & Hegeſip. 1, vi. ſed & Oroſius, Lib. iv. Cap. xxiii. quanquam obviantem aſperitatem nequaquam expaveſcerem, ſi interioris ſpem acuminis invenirem. & ſic Codd. MSS. Joannenſis & C.C.C. denique hac voce uſi ſunt Hieronymus. Epiſt. vi. Mamertus Lib. 1, 22. Beda iii, xxii. Hiſt. Angl. Sed obviam itum aevum Salluſtianum ſapit. & ita loquuntur ejus aemuli, Tacitus, Q. Septimius. A. Victor in Epit. S. Severus V. m. 6. ſe ei obvium tulit MS. obviam. & ſic loquitur infra, Cap. xxi. & Epiſt. iii. J. Waſſe.

1 Divina & humana cuncta.] Pal. 3. humana omnia. Bongarſ. liber divina ſimul & humana. nimirum illud cuncta eſt a mala manu. unde etiam in Pall. aliis non eodem conſtituitur loco. Gruter. ſoli γ. abeſt cuncta, minus recte, nam in deditionum formulis ſervatur univerſalitatis nota eleganter. Plautus Amph. i, i, 102. Dedunt ſe, divina humanaque omnia urbem & liberos. In ditionem atque arbitratum, cuncti Thebano populo. Nec aliter Livius i. 38. vii, 31. Hanc formam ſervabant &c. Suetonius, Jul. lxv. Laudationis loco Coſ. Antonius per praeconem pronuntiavit ſenatus conſultum quo, omnia ei divina ſimul atque humana decreverat. alias omittitur, ut apud Plautum Trin. ii, 4, 78. Horat. Lib. ii. Sat. 3. L. 3. divina cuncta & humana. Quid vero per haec verba intelligi debeat ipſe docebit Plautus Amph. i, i. convenit, inquit, qui victi ſint eo proelio, Urbem, agrum, aras, focos, ſeque uti dederent. ſequitur, Teleboas qui victi erant, eo modo ſe in ditionem atque arbitratum Amphitruoni dedidiſſe quo facturum ſe jurarant. hoc eſt, divina atque humana omnia. J. W.

2 Bellum atque vaſtitas.] Vaſta ſunt loca ſola, incolarum vacua, teſtibus Servio ad Aen. i. & Feſto in voce. eleganter ergo pro more Tertullianus, Lib. de Pallio. ii. vaſtitas ingens & orba regio, & fruſtra ager. novo ſenſu pro horreſcere invenitur apud Cic. de Nat. D. Non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, nec ſtirpium aſperitate vaſtari. Verum apud Noſtrum denotat mortem & fugam civium. Quo ſignificatu Attius. Jam hanc urbem ferro vaſtam faciet Peleus. Accius Aſtyanacte, Propter te tot tantaſque habemus vaſtitatis funerum. Gloſſae vaſtitas κνίζα, κνίδη, πόρθησις, ἐρημία. & vice verſa, κνίδη vaſtitas, urtica, &c. At cum in iiſdem ſupra κνίδη habeatur κνῆφη, Auctor, non dubito quin exſcripſerit Suidam; apud quem κνῆφη λεπρώδη, &c. κνίδη βοτάνη· quae verba non intellecta feſtinanti fraudi fuerunt. ſcribe ergo κνῆφη prurigo vaſtans. κνίδη urtica. Hegeſippus v, 44. Denuntiabat quoque ferro & igni gentis & regni urbiſque ipſius vaſtitatem futuram. Locus ita in editis concipitur. Cometes paſſim ignis & gladii quandam praeferens ſimilitudinem, &c. at quid illud paſſim? fallor? an rectius membranae B. Pub. & C.C.C. Nam per annum ferme ſupra templum ipſum Cometes arſit, gladii quadam pendentis ſimilitudine denuncians quoque, &c. Huic emendationi favet Anacaeph. p. 690. qui totidem verbis rem exponit. Firmat tandem Joſephus, B. Jud. vii, 12. Ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον ἔστη ῥομφαίᾳ παραπλήσιον, καὶ παραμείνας ἐπ' ἐνιαυτὸν κομήτης. Vox arſit quam in paſſim librarii immutarunt, huic negotio propria eſt. Virg. Georg. i. nec diri toties arſere cometae. Cicero de ſuo Conſ. Lib. de Divin. tremulos ardore cometas. Julius Obſequens, Cap xii. Coelum arſit. & xviii. v. Senecam N. Quaeſt. vii, 20. Liv. iii, 4. ſtudia civilia heic non denotant artes,

que vaſtitas Italiae finem faceret. [1] Sed prius quam hujuſcemodi rei initium expedio, pauca ſupra repetam; quo, ad cognoſcendum, omnia illuſtria magis, magiſque in aperto ſint. Bello Punico ſecundo, [2] quo dux Carthaginienſium Hannibal, [3] poſt magnitudinem nominis Romani, Italiae opes maxume attriverat; Maſiniſſa rex Numidarum, in amicitiam receptus a P. Scipione, cui poſtea Africano cognomen ex virtute fuit, multa & praeclara rei militaris facinora fecerat: ob quae, victis Carthaginienſibus, & [4] capto Syphace, cujus in Africa [5] magnum, atque late imperium valuit,

aut *ſtudium juris*, ut apud *Tacitum* Agric. XXXIX. An. III. 75. utque apud *Horatium* Civiles curae, undae, quas *ambitionis ſtudia* vocat *Cicero* pro Murena. ſed factiones & fori diſſidia, quomodo locutus *Cicero* in Orat. pro Fontejo. §. 8. *Si inimico teſti credi non oportuit, inimicior Marcello Craſſus, aut Fimbriae Scaurus* ex civilibus ſtudiis *atque* obtrectatione domeſtica, *quam huic Galli?* Vide *Nepotem* in Attic. XVI. *Noſtrum.* Cat. XXVIII. *J. Waſſe.*

1 *Sed prius quam.*] Manuſcripta quaedam, *expedio.* quomodo *Cicero* quoque interdum; velut de Orat. *Sed prius quam illa conor attingere, proponam breviter, &c.* & in Philipp. *Cui prius quam de ceteris rebus reſpondeo, de amicitia pauca dicamus.* Rivius. citat *Valla* I, 28. J. W.

2 *Quo dux Carthaginienſium.*] In MSS. eſt, *Carthaginienſium.* quomodo & alias fere in iiſdem. Vult autem & Priſcianus *Carthaginienſem* dici. Lib. IV. Sed & Ennianus ille verſiculus, quem *Cicero* alicubi citat, cum *Priſciano* facit: *Hoſtem qui feriet mihi erit Carthaginienſis*, niſi quis hoc metri ratione excuſatum velit. Sic infra *Salluſtius*, *Victis Carthaginienſibus* & *bello Carthaginienſi*. Item, *Syphacem & Carthaginienſes*. Eodem modo in Catil. *Cum ſaepe Carthaginienſes in pace*, &c. *Rivius*. Sic ſemper Palatinus Naz. ac Comm. noſter *Carthaginienſium*; cum tamen ceteris locis ſtet ab ſciptura altera. quod adnoto curioſiorum gratia. *Gruterus.*

3 *Poſt magnitudinem.*] Id eſt, *non contentus Romanorum gloriam proculcaſſe* *Criſpinus.* quaſi dixerat: *Hannibalem, fama nominis Romani exciſa, ad opes Italiae denuo viam affectaſſe.* Τὺς πόδας εἰ Κεισπῖνος ἢ τὰς χεῖρας εἶχ' ὁλοκλήρυς, Οὐκ ἂν τὴν κεφαλὴν εἶχε πιαῦθα χαίφων. *poſt m.* hoc eſt, *ab initio magnitudinis Romanae.* ſic Jug. V, *poſt hominum memoriam* pro. ex quo memoria hominum coepit. & Cat. XIX. *poſt conditam urbem peſſimum facinus patratum foret.* hoc eſt, *ab urbe condita.* Graece dixeris, ἀφ' οὗ γέγονεν ἡ πόλις. Hac forma *Lucilius*, Sat. IV. *Samnis ſpurcus homo, vita illa dignu' locoque Cum Placideiano componitur, optimus ille* Poſt homines natos *gladiator qui fuit unus.* J. Waſſe.

4 *Capto Syphace.*] De Syphace & Maſſiniſſa adeas *Polybium* XIV. *Livium* XXIV, XXVII, XXX, &c. *Plutarchum* in Sertorio, p. 572. *Oroſium* IV, 9. *Florum* II, 15. 3. *Apulejum* in Apol. I. p. 323. *Appianum* Pun. p. 106. qui Maſiniſſae fidem dubiam fuiſſe narrat. *Valerium* V, 2. Idem.

5 *Magnum, atque late imperium valuit.*] Ar. L 2. Venetiis excuſi 1470, 1478. *latum.* interpres ad Markii γ. id eſt, *magnifice.* vox *magnum* adverbii vim habet. *Plautus*, Mil. III, 2. *Eho an dormit Sceledrus intus? L. non naſo quidem: Nam eo* magnum clamat. *Gellius* V, 9. *Repente in eum, qui id faceret*, magnum inclamavit. *Virg.* Aen. IV. *Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras Erige.* vid.

popu-

Digitized by Google

populus R. ¹ quaſcumque urbis, & agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Maſiniſſae bona atque honeſta nobis permanſit: ſed imperii, vitaeque ejus, finis idem fuit. ² Deinde Micipſa filius regnum

Voſſium de Conſtruct. Cap. LXI. *Cicero* voce *permultum* de iiſdem uſus eſt pro L. Manil. §. LIV. *Carthaginienſium, qui permultum claſſe maritimiſque rebus* valuerunt. *Virgil.* Aen. I, 753. *Nec non & vario noctem ſermone trahebat Infelix Dido,* longumque bibebat *amorem.* Ruaeus, *ſenſim.* imo *multum* vel *diu.* ut Eclog. III, 76. vel *magnopere* ut Aen. III, 48. ibi pro *plauſum* Sarisber. MS. Petr. Jeſ. Pemb. Codex Rom. Medicaeus alii: *ingeminant plauſu.* & *Silius* XVI, 336. *Conclamant* plauſuſque *fremunt.* verum ut revertar, *Virg.* Georg. III. 27. magnumque fluentem *Nilum. Claudianus* in Ruffin. *ſic fata,* cruentum Mugiit. *Statius,* Theb. III, 290. *quod filia* longum Reptat. Quo in loco Idem de Venere & Marte. *Haud mora diſſiluit curru: clypeoque receptam* Laedit *in amplexu.* ſtultiſſima lectio, inquit immenſae lectionis homo, *Caſpar Barthius,* homo tamen, ut ex hoc lapſu patet. *Quam enim gratioſum amatorium officium, in quo laeſio ulla ſit amati corporis? legendum ergo* illigat. At Codd. Joan. Arond. B. Pub. quos inſpeximus alterum illud afferunt, idque rectiſſime. *Horatius. dulcia barbari* Laedentem oſcula. *Lucretius. Quod petiere premunt arcte,* faciuntque dolorem *Corporis, &* dentes inlidunt ſaepe labellis: *Oſculaque adfigunt, quia non eſt pura voluptas: Et ſtimuli ſubſunt qui* inſtigant laedere id ipſum. Videantur *Achilles Statius,* Lib. II. p. 147. *Euſtathius* de Iſm. Amoribus IV, 38. *Ariſtenaetus,* Epiſt. I, 16. Nobis alio properandum. *J. Waſſe.*

1 *Quaſcumque urbes & agros manu ceperat.*] Legendum, *urbeis,* quomodo in impreſſis quoque vetuſtioribus. *manu ceperat.* pro, *pugnando ceperat.* ut alibi idem loquitur. T. *Livius* III. ab V. C. *Quem agrum miles pro parte virili manu cepiſſet, cum ſenex quoque voce qua una poſſet vindicaret.* Rivius. manu capere eſt, *vi & armis quaerere.* quomodo & *Virgilium* interpretor, Georg. III, 31. *Et duo rapta* manu *diverſo ex hoſte trophaea* non per legatos, ſed proprio Marte inquit *Ruaeus,* ſed fallitur. Idem VII, 603. *cum prima movent in proelia Martem: Sive Getis* inferre manu *lachrimabile* bellum, *Hyrcaniſve, Arabiſve parant.* Quid? annon per legatos etiam? Non hercle crediderim. quid? annon bella intelligit poeta qualitercunque adminiſtrata & quibuſvis auſpiciis? Certe. *Pompon.* de Orig. Juris II. *omniaque* manu *a Regibus gubernabantur.* & Noſter infra: Cap. 106. *Nazarius,* Paneg. XXI. *Quum introitus* vi, manu, *quaereretur.* ita recte diſtinguit *Cellarius.* Noſter Catil. XXXV. *Non* manu, *neque* vi. at *Cicero* fere copulam adhibet. in Verrem I. §. 57. *vi* & *virtute captam.* II, Catil. §. 14. *vi* & *minis.* VII, Verrin. §. 4. *Cum* vi conſilioque *cepiſſet.* §. 12. vi cuſtodiiſque, §. 14. vi ac metu, & in Verrem I, 82. VI, 57, 68. pro Milone, §. 73. hoc eſt, *αὐτόχειρ* & *αὐτουργός.* pro *manu capere* Aeſchines in Timarchum ait: Τοὺς ἐν ΧΕΙΡΩΝ ΝΟΜῼ τοὺς πολίτας καταλύοντας. interpoſita Praepoſitione: ad *vim,* ad *manus,* ad *arma confugere.* ſed non ſemper. Verrin. VI, 56. *Olympum* vi, copiis, conſilio, virtute *cepit.* de Haruſp. Reſp. 58. *Cn. Pompejum* vi, ferro *domum compulit.* pro Sexto 85. *Omnia clamore concurſu,* vi, manu, *gerebantur.* Caeterum vox *manu* pro *manu propria. Lampridius* Severo, L V. *Quum ipſe cornua adiret, ſub ictu teli verſaretur,* manu *plurimum* faceret. *J. Waſſe.*

2 *Deinde Micipſa filius ejus regnum ſolus obtinuit.*] Τὸ *ejus* non eſt in vetuſtis, nec in manuſcriptis ipſis; & ex gloſſa irrepſiſſe videtur, In eiſdem, *Dein* legitur. in Merſeburgenſi, *Dehinc.* Rivius. Pro *obtinuit* Reg. *habuit.* Hegeſip. II, 13. huc reſpexit *Nec tamen is* finis vitae *Hyrcano,* qui poteſtatis *fuit.* J. Waſſe.

ſo-

ſolus obtinuit, [1] Maſtanabale, & Guluſſa fratribus morbo abſumtis. Is Adherbalem, & Hiempſalem ex ſeſe genuit; [2] Jugurthamque, Maſtanabilis fratris, filium, [3] quem Maſiniſſa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat, eodem [4] cultu, quo liberos ſuos, domi habuit.

VI. Qui, ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, ſed multo maxume ingenio validus, [5] non ſe luxu, neque inertiae corrumpendum dedit; ſed, uti

1 *Maſtanabile.*] Antea *Manaſtabile.* Fulvii *Urſini* liber quo uſus eſt *Manutius*, illud alterum exhibet. ſicque *Gruteri* Com. Naz. Pal. 2. & e noſtris, Markii λ. *Maſtabile* & ſupra, *ma* habet *na.* & infra clare, *Maſtanabilis.* atque ita codex Laudi. & *Chariſius*, Lib. 1. pag. 13. *Micipſa*, adeo celebre nomen, ut *Micipſarum* poſuit pro *Numidarum* Juven. v, 89. habes etiam *Manaſtabilem* apud Epitomam *Livii*, Lib. L. ἀλέκειν, &c. Μαστανάβαν, &c. δικάζειν τοῖς ὑπηκόοις τὰ ἀμφίβολα. *Appian.* B. Pun. pag. 64. infra Cap. LXIX. Markii λ. *Maſtanabas* & ſic primitus γ. poſtea factum, *Manaſtabas.* ad eandem formam *Maſtaneſoſi* apud *Cic.* in *Vatinium*, §. 12. *in regno Hiempſalis? fueriſne in regno* Maſtaneſoſi? *J. Waſſe.*

2 *Jugurthamque Manaſtabilis fratris filium, quem Maſiniſſa.* Illud *quem*, non Jugurtham, ſed Manaſtabilem referre quidam putant: ideoque alteram lectionem quam habent vetuſtiores codices non putant rejiciendam, quae ita habet: *Jugurthamque filium Manaſtabilis fratris, quem Maſiniſſa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat.* intelligamus Manaſtabilem Micipſae fratrem ex concubina ortum, non Jugurtham, neque obſtare quod poſtea dicit auctor, *Hiempſalem etiam antea Jugurtham deſpexiſſe, quia materno genere impar erat.* Glareanus.

3 *Quem Maſiniſſa, quod ortus ex concubina erat.*] In MSS. aliiſque vetuſtioribus, *quod ortus*, tametſi eodem ſenſu. *Rivius.*

4 *Eodem cultu.*] Senſu tantum retinuit *Q. Septimius* I, 1. *Neque minus quam regios educaverat.* pro *reliquerat* Pemb. B. Pub. γ. λ. Venet. 1470. Digb. *dereliquerat.* Diomedes p. 332. *pollens v. d. f. ſ. m. m. i. v*, omittit. uti & *Macrobius* 474. ubi etiam pro *ad hoc* legit *idem* male. & *m. de ſe loqui.* Locum ob oculos habuit *Septimius* I, 14. quem vide. *Hegeſippus* I, 22. *Eo cultu quo liberos domi habuit.* Digb. tantum abeſt *ſuos* immerito. infra: *ingenio validus.* Ita libri: malim autem *ingenii.* Quam conſtructionem ſequitur noſtri maxume aemulus *Ambroſius*, Epiſt. IX, 70. *Sampſon* validus *adhuc* conſilii. *Tacitus*, An. XV, 35. *ut genibus principis accidens, proſterneret incautum, premeretque*, animi validus, *& corpore ingens.* & Hiſt. II, 19. idem tamen, *ingenio validus.* Hiſt. I, 57. *J. Waſſe.*

5 *Non ſe luxui atque inertiae corrumpendum dedit.*] Volumen Fabricianum, *non ſe luxu neque inertiae*, pro *luxui.* quomodo veteres loqui conſueſſe annotavit, l. IV. *Gellius* c. XVI. Hinc Terent. *Veſtitu nimio indulgis.* pro *veſtitui.* & Virgilius. *teque adſpectu ne ſubtrahe noſtro.* pro *adſpectui.* &, *Quod nec concubitu indulgent.* & *Parce metu Citherea.* Sed & Caeſarem, in Anticatone *dominatu*, pro *dominatui*, dixiſſe oſtendit. & alibi *ornatu.* pro *ornatui.* Tacitus III. *Per cultum & munditias, copiaque & affluentia luxu propior*, pro *luxui*, & XIV. *Crucia-*

mos

mos gentis illius eſt, [1] equitare, jaculari, curſu cum aequalibus certare: [2] &, cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus eſſe: ad hoc, pleraque tempora in venando agere: [3] leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere, & [4] minimum ipſe de ſe loqui. Quibus rebus Micipſa, [5] tametſi initio lae-

tu aut praemio cuncta pervia eſſe, pro *cruciatui*. Rivius. *luxu* etiam Pall. fidei minime controverſae. non *luxui* quod extat in aliis adpictumque etiam poſtea Naz. ac Commel. a dextra Correctoria corruptrici. *Gruterus*. Atque ita fere noſtri: at *luxui* Diomedes, p. 332. *Macrobius* 474. *luxuriae*. Demoſthenis verbis: Οὐκ ἐστὶ τὸ ῥᾳθυμοῦν ἀπείναι. Olynth. 1. *J. Waſſe.*

1 *Equitare, jaculari.*] Servius haec recitans libr. 11. Aeneid. *equitari* videtur legiſſe. hic ego nihil pronuncio, contentus diverſam lectionem oſtendiſſe. *Manutius*. Diomedes, p. 332. *jac. eq.* Macrobius *& jaculari*, male. A lectione vulgata ſtant omnes MSS. & *Servius*, pag. 553. Caeterum non inepte conjungit Auctor, *jaculari* & *curſu certare*, Cum quia Curſus inter *fera moenera militiai*, ut ait ille, ponitur, tum quod curſu intentatis ictus niſuſque adjuvatur. Ejus rei teſtes affero Tacticos, qui ideo ſex pedum ſpatio diſtare milites inter ſe invicem volunt, ut majore vi ſpicula ſua contorqueant. Liber de re militari Ciceroni falſo adſcriptus, p. 503. *Vehementius enim cum ſaltu* coriiſque *tela mittuntur*. Quin dele ocyus illud *coriiſque* vocem nihili, ejuſque loco ex *Vegetio* repone *curſuque*. Eodem loco pro *hi ad invicem* lege, *hi enim ad vicem*. Sed morem hunc altius repetemus. *Herodotus* VI, 112. Πρῶτοι μὲν γὰρ Ἑλλήνων πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, δρόμῳ ἐς πολεμίους ἐχρήσαντο. *Livius* XXXIV, 39. *cum* procurſu *quo plurimum* concitantur tela. *Tacitus*, An. II, 21. *Sed genere pugnae ſuperabantur; cum ingens multitudo artis locis, praelongas haſtas non protenderet, non colligeret, neque adſultibus aut velocitate corporum* uteretur. Confer An. XII, 35. Hiſt. I, 79. *Polybium* p. 1389. Recte ergo Pompeii conſilium reprehendit *Caeſar* rei militaris ſcientiſſimus, qui in pugna illa decretoria ſuos in procinctu atque veſtigio ſtare, atque ita hoſtem expectare praecepit, *Caeſaris* rationem ita reddit *Plutarchus* in Pomp. p. 656. τῶν τε γὰρ πληγῶν τὸν ἐξ ἐπιδρομῆς τόνον ἀμαυρῶσαι. Confer ipſum Caeſarem de B. C. XCII. infra: *cum omnis gloria anteiret*, Donatus ad Andr. 1, 1. omittit *omnis*. L 3. *gloria ante omnis iret*. bene: ita Noſter Catil. LXII. *Tacitus*, An. XIII, 54. *J. Waſſe.*

2 *Et cum omnes gloria anteiret.*] Legendum, *omneis*. quomodo & *Donatus* in Andriam citat. ut eſt in vetuſtis exemplaribus. *Rivius*.

3 *Leonem, atque alias feras primus aut in primis ferire.*] Sic in Fabriciano eſt, *non primas*, Idem.

4 *Minimum ipſe de ſe loqui.*] In Veneto & aliis quibuſdam, *de ſe ipſe*, legitur. *Rivius*. L 3. *de ſeipſo* peſſime. *ipſe* male abeſt *Macrobio*. Juſtinus XIV, 4. *triumphumque de ſe ipſo*. at Bongarſ. *de ſe ipſe*, recte. *ſequitur exercitus prodito Imp. ſuo, & ipſe captivus, triumphumque* de ſe ipſo *ad victoris ſui caſtra ducit*. Huc alludit *Philelfus*, Ep. IX, 1. *Decet enim plurimum facere ſpectatum adoleſcentem & minimum de ſe loqui*. *J. Waſſe.*

5 *Tametſi initio laetus.*] Audivi nonnullos qui arbitrarentur vocem *tametſi* ſyllaba una longiorem quam debebat, quod ſequeretur ſtatim, *tamen poſtquam*. ſed hic locus ſic rapitur in medicinam, ſiatque *etſi*; idem neceſſe eſt induci locis minimum ſexcentis; ubi duo iſta copulavit auctor: ego potius rapuerim in dubium verbum *exiſtumans, tamquam ſpurium*. *Gru-*

tus

tus fuerat, exiſtumans Jugurthae virtutem regno ſuo gloriae fore: tamen poſtquam hominem adoleſcentem, [1] exacta ſua aetate, & parvis liberis, magis magiſque creſcere intellegit, [2] vehementer eo negotio permotus, multa cum animo ſuo volvebat. Terrebat eum natura mortalium avida imperii, & praeceps ad explendam animi [3] cupidinem: praeterea, opportunitas [4] ſuaeque & liberorum aetatis, [5] quae etiam mediocres viros ſpe praedae

terus. γ. λ. Markii *etſi* & λ. *in initio* ſic Digb. Balliol. pro, *fore affore*, & L 3. Digb. omittit *tamen*. J. Waſſe.

1 *Exacta aetate.*] Mutat locum Pronomen. nam, *exacta ſua* Mar[k]. Pemb. B. Pub. *Rivii* Codex γ. λ. Copulam etiam reſpuit Ar. B. Pub. quam non male. *Cato* de R. R. *ſemen purgari, funes veteres ſarciri*, novoſque *fieri*. ibi Codex Arondel. omittit *que*, ne id quidem male. Auctores fere formulam hanc, abſque pronomine uſurpant. ita *Titinnius* Quinto. *Qui* exacta aetate *ſponſa ſit deſponſa*. Tacit. Ag. III. Hiſt. III, 3. *Liv.* VI, 22. XXX, 26. IV, 3. *Sueton.* de Illuſt. Gram. *Terent.* Adelph. V, 4. *Cicero* VII. Verrin. §. 100. X, 21, & 28. *Ovidius*, Epiſt. IV. Verum ſi *ſua* loco moveas, manca erit ſententia. *Frontinus* IV, 7. 'Si cupidus mortis eſſet, 'laqueo eum vitam poſſe finire: cumque 'demonſtraret ei gladiatorem contemtae 'ſtaturae & prope jam exactae aetatis, ob'jecit ei dixitque. Codices quos inſpexi, *cum deinde ſtaret* pro *cumque demonſtraret*, legendum autumo *cum deinde inſtaret, ei gl. &c.* J. Waſſe.

2 *Vehementer eo negotio permotus cum animo ſuo volvebat.*] Manuſcripta *cum animo ſuo*. addita praepoſitione. quomodo & Aldinum exemplar. *Rivius.* Videtur *eo negotio* ab audacia emendatorum, fortaſſis etiam & biga verborum altera. *Gruter.* Haec locutio neque nova eſt, neque non Salluſtiana. *negotium* ſaepe valet *res*, Catil. XLIX. *ratus id quod negotium poſcebat.* Jug. LXXXVI. *Ne qua* ex eo negotio *ſeditio oriretur.* & alibi. *Plautus*, Moſtell. II, 2. *Quid ego hodie negotii confeci malum!* Plin. Hiſt. Nat. X, 8. *proſperrimi augurii* nuptialibus negotiis. L. 22. §. ult. D. ſiquis omiſſa propria: *juſtam cauſam habuiſſe propter quam nollet* negotiis haereditariis *implicari.* Arnobius, p. 3. *ſed peſtilentias, reſque alias noxias, quibus* negotia *incurſantur humana.* & p. 6. *J. W.*

3 *Cupidinem.*] Venetiis cuſi *cupiditatem* male. *Q. Septimius* I, 8. *Ob quae* cupidine animi *praeceps.* γ. *libidinem.* voces *aut bellum* exulant B. Pub. ſed non recte. bellum & ſeditionem conjungunt Hiſtorici. *Noſter b.* & *turbas.* Fr. I, 3. *Plurimae* turbae *& ad poſtremum*, bella *civilia orta ſunt.* Tacitus, An. II, 15. *Qui ne* bellum *toleraret*, ſeditionem *induerint.* etiam *Cicero* de Fin. I, 44. *Ex cupiditatibus, odia, diſcidia, diſcordiae*, ſeditiones, bella *naſcuntur.* ſeditionem & diſcordiam copulat pro Murena, §. 144. *J. Waſſe.*

4 *Suae, liberorumque aetatis.*] Legendum e vetuſtis: *ſuaeque & lib.* eaque loquendi ratio, hiſtorica magis eſt. *Rivius.* Oxonienſes *ſuae liberorumque*, Ipſe *Rivium* ſequor, hujuſque formulae exempla protuli ad *Catil.* IX. *Tertullianus*, Apol. IV. *Socrate contentus, qui in contumeliam deorum*, quercum hircumque & *canem dejerabat.* ſic enim citat *Vincentius.* ibi etiam pro *plane olim id eſt ſemper*, Idem rectius, *plane olim atque ſemper.* Accedit *Horatii* punctum: *non ſi male nunc & olim ſic erit.* vide etiam, Carm. XI, 5. & Ep. II, 2, 166. *Varro* de R. Ruſt. III, 9. *evitantem caldorem & frigus.* imo legendum ex Arondeliano *caldoremque &.* J. Waſſe.

5 *Quae etiam mediocres viros.*] Rit-

praedae tranſvorſos agit: ad hoc, ſtudia Numidarum in Jugurtham accenſa: ex quibus, ſi talem virum dolis interfeciſſet, ne qua ſeditio, aut bellum oriretur anxius erat.

VII. His difficultatibus circumventus, ubi videt, [1] neque per vim, neque inſidiis opprimi poſſe [2] hominem tam acceptum popularibus, quod erat Jugurtha manu promtus, & appetens gloriae militaris, [3] ſtatuit eum objectare periculis, [4] & eo modo fortunam tentare. Igitur bello Numantino Micipſa, cum populo R. equitum atque peditum auxilia mitteret; ſperans vel [5] oſtentando

terſhuſii liber: *quae res etiam med.* Recte: ſic ſupra in *Catilina* repoſuimus ex ſcriptis, *Si ita res eſſet.* Et ſic amat loqui Criſpus: *Sed ea res longe aliter ac ratus erat evenit.* Paullo poſt: *Quibus rebus ſibi multos ex Romanis familiari amicitia conjunxerat.* Et mox: *Neque ea res falſum me habuit.* Occurrunt haec ſingulis fere paginis. *Putſchius.*

1 *Neque per vim.*] Pro *per vim* Arond. *periculo.* male. *neque per inſidias,* Pemb. Merſeburg. & *Popmae* libri quod & probat. at jure diſplicet *Rivio* & mihi. Markii γ. in ſpatio interlineari tantum agnoſcit, & quaſi ex interpretatione. pro edita lectione caeteri ſtant omnes. *Auctor* infra: per vim *aut* dolis *tentare.* ſaepius tamen, ſequente *in* vel, *ex.* Cat. 52. in pace & per *inducias.* Jug. 79. *talia conſilia* per otium *&* ex oportunitate *capi.* Tacitus in Agric. XLI. *tot exercitus in Germania, &c.* temeritate *aut* per ignaviam *ducum amiſſi.* Sueton. Julio, 16. *Ut comperit paratos qui* vi ac per arma *prohiberent.* Quin & ipſe *Cic.* pro Sexto Roſcio. §. 20. per ſententiam *juſquejurandum alicujus aliquid aſſequi, quod antea,* ſcelere *ac* ferro *aſſequi conſueveris.* Noſter. cap. 25. *aut* per vim, *aut* dolis *tentare.* *Juſtinus* V, 11. *jam non occulte bellum, ſed palam;* *nec* per diſſimulationem, *ſed aperta* profeſſione *parare coepit.* MS. Bongarſii *occulte,* quod praefero. & *ſe* eleganter omittit. *Afranius* apud *Chariſium* II, 186. *Age curre curſim ad Numiſium* occulto. *J. Waſſe.*

2 *Hominem tam acceptum popularibus.*] Sic infra: *hominem nobilem, magnis opibus clarum, acceptumque popularibus ſuis, &* *carus acceptuſq; ei ſemper fuerat.* Et *Tacit.* XII. *carus acceptuſque popularibus.* Ciacc.

3 *Statuit eum objectare periculis.*] Tacit. lib. 2. *Ut ea ſpecie dolo ſimul & caſibus objectaret.* Virg. *Caput objectare periclis.* Idem.

4 *Et eo modo.*] Copulam non agnoſcit Bodl. *Numantio,* L 3. Markii γ. corrupte. *J. Waſſe.*

5 *Oſtentando.*] Ball. *oſtendendo* inepte. *oſtentare,* jactare & efferre ſe. *Auctor* ad *Herennium* II. *artificii ſignificandi, ingeniique venditandi, & memoriae* oſtentandae *cauſſa.* Plautus Curcul. *ibi* oſtentatores meri, *Confidentes, garrulique.* Graece κομπασταί. *Sulpicius* Vita M. *Cruentamque* oſtentans *dexteram, admiſſo recens ſcelere congaudens;* &c. *unum de tuis modo interfeci. Tunc ille,* &c. *quiſnam* hoc caſu *fuiſſet adfectus.* Codex Aulae Trin. *occaſu.* Noſter, quem fere ſequitur, VI, 31. Caſibus *aliorum perculſos.* & *Catil.* XXXVI. *quaſi dolens ejus* caſum. etiam de Caſu fatali. Virg. *Et* Caſum *inſontis mecum indignabar amici.* & Jug. LXXXI. *laetandum magis quam dolendum puto* Caſum *tuum.* hoc eſt mortem. Sed & *Virgil.* Aen. III. *Iliaci cineres & flamma extrema meorum* Teſtor in occaſu veſtro, *nec tela, nec ullas Vitaviſſe vices Danaum.*

Digitized by Google

virtutem, vel [1] hoſtium ſaevitia facile eum occaſurum; praefecit Numidis, quos in Hiſpaniam mittebat. Sed ea res [2] longe aliter, ac ratus erat, evenit. Nam Jugurtha, ut erat impigro, atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, [3] qui tum Romanis imperator erat, & morem ho-

& apud *Ciceronem* occaſus pro *interitu* ſaepiſſime. Utram ergo lectionem amplectar fere Ἐν δοιῇ μοι θυμός. Huc reſpexit *Tacitus*, *Ut ea ſpecie Germanicum ſuetos legionibus abſtraheret: noviſque provinciis impoſitum, dolo ſimul & caſibus* objectaret. *J. Waſſe.*

1 *Hoſtium ſaevitia.*] Supra *Catil.* LIII. *quae belli ſaevitia.* abſolute quandoque pro *ira militari.* Gloſſae [illegible], & *ſaevus* pro *forti.* unde conjungi ſolent. *Lucanus* VI, 560. *At quoties ſaevis opus eſt, ac fortibus umbris.* & *Virgil.* Aeneid XII, 887. *Aeneas inſtat contra, telumque coruſcat Ingens, arboreum, & ſaevo ſic pectore fatur.* Silius XIII, 668. *heu quoties intras mea pectora terror, Quum repeto quam ſaevus eas.* pro *vehementia* Tacitus, An. I, 67. *Cario valde diu ſuſtentata* hoſtium ſaevitia. & I, LXVII. *Quod ſi fugerent, pluris Sylvas, profundas magis paludes, ſaevitiam hoſtium ſupereſſe.* An. XI, 5. *Continuus inde & ſaevus accuſandis reis Suilius.* J. Waſſe.

2 *Longe aliter ac.*] Τὸ *aliter* abeſt λ. Poſt vocem *longe* ſubintelligi ſolere voces *aliter* aut *ſecus* non exiſtimo, *ſitum* autem & *diſſitum* ſaepiſſime. Et hujus rei ignorantia ſaepe Grammaticos torſerit. *Plautus* Caſin. II, 7. *ruri eſſe, ad villam;* longe, nempe a loco in quo ſtamus. Moſtell. II, 1. *Abeamus hinc nos.* T. R. *Non* hoc longe, id eſt: Non tam longe quam eſt a nobis iſtud quod tibi oſtendo, loquitur enim [illegible]. *Terent.* Eunuch. III, 3, 43. *Cum laudo accurrit ad me, quem longe quidem,* ſcilicet ab eo diſtantem. Et locum & ejus diſtantiam addit *Caeſar* quo magis perſpicua eſſet ejus oratio, ſic B. Civ. II, 37. *comperit,* minus V, & XX. millibus longe ab Utica *ejus copias abeſſe,* Scaliger & Ciacon. longe, quaſi ſuperfluum, uncinis includunt, at immerito, nam & Codd. retinent. & ita Auctor ipſe locutus eſt. G. B. VII, 16. Confer B. Alex. XXVI. *Hirtius* B. Afr. XXIV. *novis caſtris factis* III. millia paſſuum longe *conſidunt.* longe, a quibus aut quo loco? nempe ab *Caeſaris* munitionibus ut ſequentia docent. *Virgil.* *Inde Lycum ferit,* &c. *hoc longe Ciſſea durum,* &c. Dejecit leto. Ita, longe mihi, longe illum, longe parentum, longe radices, deſiderantur voces, *abeſt,* ad, contra, domo aut ſimilia. *Ovidius,* Ep. XII, 58. *Quam tibi nunc longe regnum dotale Creuſae.* Criſpinus; *ut tu minime cogitabas.* quo ſenſu? imo quum haec tibi inutilia! Quam non proderunt! ita *Auctor* alibi. *Vade procul, ne longe gloria rerum Quas meruitis, sit.* longe tibi Jupiter abſit. Ellipſin ſupplet etiam *Virgil.* Longe illi dea mater erit. Non eſt praeſens, non auxilio adeſt. *Martial.* de malo vicino ſalſiſſime. *Tam longe eſt mihi quam Terentianus, Qui nunc Niliacam regit Syenen.* *Apulejus,* Met. I. p. 14. *haud ita longe radices platani lenis fluvius in ſpeciem placidae paludis ignavus ibat.* pro *longe ad* vel *e regione* [illegible]. Virgilius ſententiam integre extulit, *Carthago Italiam contra,* Tiberinaque longe Oſtia. hoc eſt, *procul, ex adverſo.* [illegible]. *Apulejus* V. p. 94. *exortes & Lare, & ipſa patria degentes,* longe parentum *velut exulantes.* puto pro *l. ab domo, conſpectu* eorundem. *J. Waſſe.*

3 *Qui tum Romanis imp.*] Haec vera lectio, quamvis & in MS. quodam, & in *Bodlejano* ſit *Romanus imperat.* caſu nominativo. Eſt in Veneta, *praeerat,* ſed haud dubio perperam. *Rivius.* *Tum* exulat Digb. Ball. *parendo ſaepe* omiſſo &. quod agnoſcit *Donatus* Adelph. IV, 15.

ſtium

Digitized by Google

ſtium cognovit; multo labore, multaque cura, praeterea modeſtiſſume parendo, & ſaepe obviam eundo periculis, in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut noſtris vehementer carus, Numantinis maxumo terrori eſſet. Ac ſane, quod difficillumum in primis eſt, & [1] proelio ſtrenuus erat, & bonus conſilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque ſolet. Igitur imperator omnis fere res aſperas per Jugurtham agere, [2] in amicis habere,

Addunt ſuffragia Codices. L 3. *periculis tantam* ſine praepoſitione *in*. Vide *A. Popmam* de uſu antiquae Locut. proque *morem* L 3. *mores* inepte. *Tacitus*, An. I, 6. mos *militiae*. & Noſter, Mos regum *in ſocietate coeuntium*. Adde *Tacitum* XII, 47. Hiſt. V, 17. *J. Waſſe*.

1 *Proelio ſtrenuus & bonus*.] Vide *L. Vallam* de Elegant. I, 15. Ball. Digb. non agnoſcunt *quod difficillimum*. λ. habet, *d. eſt imprimis* & ſic Pemb. quaſi reliquerat Auctor, *quod in primis eſt*, at perperam. Noſter: *Id facinus ego* in primis memorabile *exiſtimo*. ſententiae ex parte anſam praebuit *Thucydides* III, 40. ἈΜΑΘΙ'Α μὲν ΘΡΑ'ΣΟΣ, λογισμὸς δὲ ὌΚΝΟΝ φέρει. Quod paulo aliter poſtea extulit *Menand*. οὐκ ἔςιν ἈΝΟΙ'ΑΣ Ο'ΥΔΕ'Ν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ ΤΟΛΜΗΡΟ'ΤΕΡΟΝ. Huc reſpexit *Plutarchus* in Lucullo, p. 501. Ἀνὴρ ὅσα ΧΕΙΡΟ'Σ ἜΡΓΑ καὶ τόλμης ἐν πολέμῳ διαφερόντως ὑπουργῶν, καὶ ΓΝΩ'ΜΗΝ ἹΚΑΝΟ'Σ ἐν τοῖς μεγίστοις. & p. 511. Ἐν ὀλίγοις τῶν πώποτε ἡγεμόνων τῇ ΜΕΛΛΗ'ΣΕΙ μὲν ἘΝΕΡΓΟΙ͂Σ, τῇ ΤΟΛΜῌ δὲ ὙΠΕ'Ρ ἈΣΦΑΛΕΙ'ΑΣ χρησάμενος. providentia ſine timore, & audacia ſine temeritate in juventutem haud cadunt, juxta mentem *ſemper florentis* Homeri. Οἱ δ' οἷοι νῦν ἄνδρες ὑπερφίαλοι τελέθουσι. Κρατερόφρονες μὲν γάρ τινες, λεπτὴ δέ τε μῆτις, Quem ſequitur *Amphis* Comicus qui *Platonis* aetate vixit. Ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ συντετάχθαι διαφέρει τόλμης φρόνησις ἔστι, διὰ τὸ δεινοὺς τῆς πυκνῆς τινὰς ἀκμάζειν, ἕτεροι δὲ ἐπὶ τὰ προέργου ὁρμῆς ἐγχωρέμενοι. ἡ δὲ διὰ τὸ μὴ ἐπιφοῦς τί ποτ' ἀφ' ἑκάστου πράγματος συμβήσεται, διαλελογίσθαι, δρᾷ τι καὶ νεανικὸν, καὶ θερμουργ. ideoque Jugurtham, hominem adoleſcentem & rei militaris rudem, iis laudibus ornat quae vix umquam fuerunt Imperatorum Senum. *bonus conſilio*, ita Graeci, ἀγαθὸς δ' ἀρετῆς, διὰ τέχνης τὴν διάνοιαν. *Petronius*, pag. 128. *ſicca, ſobria*, bonorum conſiliorum. *Tacitus*, An. I, 3. bonus *militia*. vide *Servium* ad Aen. I, 199. *Hegeſip*. I, I. *Septimium* II, 25. V, 10. Hoc ſignificatu *melior* apud *Apulejum*: ipſaque morte meliorem, *Mileſ*. VII. hoc eſt, *ſuperiorem* ὑπὲρ θάνατον. & *Phaedrum* III, 14. *Claudian*. Nupt. Hon. *quis conſilio, quis juris & aequi Noſſe modum* melior? &, alibi, *inveniens animo quae mente gerenda Efficiens patranda* manu. totius periodi ambitum ita repraeſentat *Hegeſip*. I, 36. *Suppetebat mulieri* odium de flagitio, *fiducia de amore: quia* alterum *dolore nepotis verſabatur*, altero *per obſequium amantis extollebatur*. Diſtinguit Noſter inter *temerarios* & *audaces*, id quod alii etiam fecerunt. in primis *Cicero* ad Attic. *Aut* nos temeritatem *bonorum ſequamur: aut* audaciam *improborum inſectemur*. Livius XXV. *Conſilium prima ſpecie* temerarium *magis quam* audax. *Martialis*, Ep. IV. 42. *Non ſum tam* temerarius, *nec* audax. *Arnobius* II. p. 76. *Namque alios videmus immites, facinoroſos*, audaces, temerarios, *praecipites, caecos*. Confer *Heraldum* in notis ad locum. p. 109. *J. Waſſe*.

2 *In amicis*.] Ar. *in am. eum*. infra:

 magis

[1] magis magiſque eum indies ampleɛti; quippe cujus neque conſilium, neque inceptum ullum fruſtra erat. Huc accedebat munificentia [2] animi, & ingenii ſollertia, [3] quibus rebus ſibi multos ex Romanis familiari amicitia conjunxerat.

VIII. Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures, [4] novi, atque nobiles, quibus divitiae bono honeſtoque potiores erant, [5] factioſi, domi potentes, apud ſocios clari magis, quam honeſti: [6] qui Jugurthae non mediocrem animum pollicitando accendebant, *ſi Micipſa rex occidiſſet, fore,* [7] *uti ſolus imperio Numidiae potiretur: in ipſo maxumam virtutem;* [8] *Romae omnia venalia eſſe.*

res aſperas. Statius, *Sylv.* v, 2. *Ille quoque egregiis multum miratus in armis Bolanum, atque illi* curarum aſperrima *ſuetus Credere, partirique metus.* pro, *conſilium* Ar. *auxilium* improbe, & contra Codd. *Q. Septimius* 11, 15. *Ita vir optimus in exercitu,* cujus neque conſilium *umquam,* neque *virtus* fruſtra fuit. *J. Waſſe.*

1 *Magis magiſque eum.*] Sincerior erit lectio ſi τὸ *eum* expunxeris. *Putſch.*

2 *Animi, & ingenii ſollertia.*] Illa & copula, non eſt in pleriſque vetuſtis. *Rivius.*

3 *Quibus rebus multos ex Romanis ſibi.*] In quibuſdam eſt *quibus rebus Jugurtha.* id quamquam, & ſententia poſtulat, & ambiguitatis evitandae ratio, nam alioqui ad P. *Scipionem* referri verbum poſſet, tamen quia non incommode omitti poteſt, haud magno in diſcrimine pono, addas ipſum, nec ne. *Rivius.* queis Pall. pr. & 2. forſan *rebus* abundat. *Gruterus.* At vide *Caeſarem,* B.G. 1, 31, 41. *Ciceronem* in Verrem VII. §. 33. XV, 43. & ingenii *ſol. q. r. ſ. m. e. r. fam.* in B. Pob. non comparent. L 3. *quibus reb. Jugurtha multos.* Digb. omittit voces *ex Romanis.* λ. habet ſed a manu correctrici. *J. W.*

4 *Novi atque nobiles.*] Apud *Nonium* in voce *Tempeſtas,* p. 407. *ignobiles* legitur: neſcio quam recte, nam ſequitur ſtatim *factioſi, domi potentes,* quod *ignobilibus* non convenit: quare apud Nonium mendum haerere opinor. *Ciacconius.* Ita etiam omnino MSS. noſtri, editique avorum ſaeculo. Nonii *ignobiles,* ortum a ratione ſcribendi priſca, *ignobiles.* Gruterus. Imo, *ignobilis* gloſſae τοῦ novi. *J. W.*

5 *Factioſi.*] Factioſus Gloſſa στασιαστής. apposite ad mentem *Salluſtii.* ſed tamen eſt ex verbis mediae ſignificationis cum tam pro *ſeditioſo,* quam *gratioſo* ac *potente* accipiatur. *Plautus.* Aulul. *Iſtas* magnas factiones, *dotes dapſiles non moror.* Titinnius Fullonibus; *ſed jam hercle marito Caeſo ne nimis ſtulte fecerim, Qui ex* tanta factione *atque opibus ea ſum auſus aggredi.* infra, *domi potentes,* abeſt Mart. *domi.* mallem abeſſet τὸ *magis.* ut apud *Livium* VII, XI. *criminando patres, alliciendo ad ſe plebem, jam aura non conſilio ferri, famaeque magnae malle* quam bonae eſſe. Idem tamen VIII, 7. *Ex juventute quidam Lucanorum pretio aſciti,* clari magis inter *populares* quam honeſti. retinent etiam Codd. *J. Waſſe.*

6 *Qui Jugurthae non mediocrem*] *Non mediocrem,* dixiſſe mihi quidem videtur, pro *non mediocriter*: quod quia Commentatores praeterierant, nobis annotandum fuit. *Glareanus.* imo, valet n. modicum per ſe. *J. Waſſe.*

7 *Uti ſolus regno Numidiae potiretur.*] In aliis eſt, *imperio Numidiae.* quomodo & manuſcripta cuncta habent, ſed eodem plane ſenſu. *Rivius,* Pal. ſec. *impe-*

Sed

Digitized by Google

Sed poſtquam, Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia, & ipſe reverti domum decrevit: donatum atque laudatum magnifice pro concione Jugurtham in praetorium [1] adduxit: ibique ſecreto monuit, *uti potius publice, quam privatim, amicitiam populi R. coleret;* [2] *neu quibus largiri inſueſceret: periculoſe a paucis emi, quod multorum eſſet: ſi permanere vellet in ſuis artibus, ultro illi & gloriam, &* [3] *regnum venturum: ſin properantius pergeret,* [4] *ſuamet ipſum pecunia praecipitem caſurum.*

IX. Sic locutus, cum litteris eum, quas Micipſae redderet, dimiſit; earum ſententia haec erat. *Jugurthae tui bello Numantino longe maxuma virtus fuit:* [5] *quam rem*

rii: ſicque alias legi, adſcriptum Naz. neque ſecus lectio primitus cuſa. *Gruterus.* Ball. *imperium.* J. Waſſe.

8 *Omnia Romae venalia eſſe.*] In MSS. & impreſſis vetuſtioribus. *Romae omnia,* &c. id nimirum rectius eſt. *Rivius.* Commelin. *omnia ven. R. eſſe.* vox ultima ſuperfluit. *Gruterus.* Noſtri *R. o. v. e.* Bodl. *Romae fore.* J. Waſſe.

1 *Adducit.*] Placeret magis *abducit.* Gruterus.

2 *Ne aliquibus largiri inſueſceret.*] Manuſcripta, *neu quibus.* idque melius atque elegantius. *Rivius.* MSS. *Rivii* & Gruteri *neu quibus,* bene: & ſic noſtri. pro *ſecreto* Ar. *ſecretum,* & manu recentiore *ſecreto.* forte pro *ſecreta.* vide *Chariſium* 195. Noſter ubique uſus eſt voce *ſecreto,* uti & *Plautus, Afranius, Cicero, Horat. Livius.* Verum *Tacitus* ſemel, Secretus, *domi, animum firma.* habes etiam *ſecretim,* καθ' ἰδίαν in *Gloſſis.* Aſt heic apud *Salluſtium* nihil muto: librario, haud dubie, impoſuit obſcura dictantis pronunciatio τῶν *ſecretum monuit.* Denique pro *permanere vellet,* λ. a manu prima *valet,* Arond. *periculo a paucis emi,* non *periculoſe a. p.* contra caeteri gregatim & agmine facto. Ita locum expreſſit, *Tacitus,* An. III, 36. *Brutidium artibus honeſtis copioſum, & ſi rectum iter pergeret, ad clariſſima quaeque iturum, feſtinatio exſtimulabat; dum aequalis, dein ſuperiores, poſtremo ſuasmet ipſe ſpes anteire parat; quod multos etiam bonos peſſum dedit, qui ſpretis quae tarda cum ſecuritate, praematura vel cum exitio properant.* J. Waſſe.

3 *Regnum.*] γ. *Imperium* ut ſupra. Codex Daventrienſis *venturam.* unde Cl. *Perizonius* legit perquam eleganter, *ventura.* ſic, alibi Noſter. infra: *earum ſententia,* ita *Septimius* 1, 120. *falſas literas ad D. perfert,* quarum ſententia haec erat. *J. Waſſe.*

4 *Suamet ipſum pecunia praecipitem caſurum.*] Egregia emendatio; petita a pleriſque manuſcriptis, & hujus quidem loci reſtitutio tanti mihi videtur, ut laborem quem in comparandis membranis impendi plus quam aerumnabilem, abunde compenſet. ita, inquam plerique MSS. niſi quod litura adhuc amplius *ſuam. & ipſum pecuniam praecip.* &c. quae tamen litera deleta in Naz. a rubricario. hactenus toleravimus, *pecuniam & ipſum praecipitem caſurum;* quod prae noſtro inſulſiſſimum. *Gruterus. Suam & ipſum pecuniam* Markii γ. λ. B, Pub. Pemb. Mart. Arond. Reg. Bodl. alii Oxonienſes proxime ad verum. *J. Waſſe.*

5 *Quam rem tibi certo ſcio.*] Vaticanus, *certo ſciò,* melius. Supra: *Falſo queritur de natura ſua genus humanum.* Put-

cer-

certo ſcio tibi gaudio eſſe; nobis ob merita ſua carus eſt: ut idem S. P. Q. R. *ſit, ſumma ope nitemur. Tibi quidem pro noſtra amicitia gratulor; en habes virum dignum te, atque avo ſuo Maſiniſſa.* Igitur rex, ubi ea quae fama acceperat, ex litteris imperatoris ita eſſe cognovit, [1] cum virtute, tum gratia viri permotus, flexit animum ſuum; & Jugurtham [2] beneficiis vincere aggreſſus eſt:

ſchius. *Tibi certe ſcio* Ita quidem Comm. & aliquot praeterea Pall. verum Naz. ut & nonnulli alii, nec non *Bongarſianus*, *certo*, quod repudiavimus ob ſonum pinguiorem. *Gruterus*. Ar. λ. *rem tibi certo.* Venetiis excuſi, Mart. Pemb. Oxonienſes. B. Pub. Reg. *certe*. γ. *certus*. L 3. *quam tibi c. gaudio eſſe ſcio.* locum fere exſcripſit *Symmachus* I, 19. *imitabor igitur* Salluſtiani *teſtimonii caſtigationem*. Habes virum dignum te, & *per te, familia conſulari*. J. Waſſe.

1 *Tum virtute, tum gratia viri permotus.*] Manuſcriptum, *cum virtute, tum gratia*. Rivius. ſic & primi tres Pal. *Gruterus*. MS. *cum v. tum*. *Rivius*. Sic noſtri, Ar. tamen *gloria*. & ita legiſſe videtur *Septimius* II, 8. ſed *ubi rex eorum P. virtutem atque* gloriam *viri cognovit*, *&c.* infra: *flexit animum ſuum*, ita Codd. *Tacitus* autem voce *flexit* abſolute utitur. An. I, 13. *Feſſuſque clamore omnium, expoſtulatione ſingulorum*, flexit *paulatim, ut non fateretur ſuſcipi a ſe imperium*. & XXXIII. *Tunc a veneratione Auguſti orſus*, flexit *ad victorias Triumphoſque Tiberii*. &, I, 41. *ſed nihil aeque* flexit, *quam invidia in Treviros*. Verum Antiqui fere caſum addiderunt, interque eos *Noſter*, Jug. LXVIII, CVIII, CX. & ſane locutio a Graecis derivata eſt qui fere ſemper addunt γνώμας, ἦτορ aut quid ſimile, *Homerus*, ἘΝΤΡΈΠΕΤΑΙ φίλον ἬΤΟΡ. *Xenophon*, Exped. *Cyri* Lib. III. ἦν δή τις ΤΡΈΨῌ ἐς ΓΝΏΜΑΣ. *M. Val. Meſſala Corvinus*, Cap. XXVI. animum flexit. *Hegeſippus* I, 19. *Quos ubi confertos Alexander videt*, flexit conſilium *ut retrorſum cederet*. Hoc modo apud *Virgil.* retorquet. *Annuit his Juno, &* mentem *laetata* retorſit. *Terentius* Hec. *Iſthuc eſt ſapere, qui ubicunque opus eſt, poſſis* animum flectere. Itaque nihil mutandum. *J. W.*

2 *Beneficiis vincere.*] Sic infra: *Nunquam pop. Rom. beneficiis victum eſſe.* Et *Apulejus*, Apol. 2. *Malum filium beneficio vinceret, me invidia liberaret*, Sed neſcio an Salluſt. *beneficiis vincire* ſcripſerit. *Cic.* ad Atticum, lib. VI. Epiſt. I. *Mea cauſſa autem alia eſt, quod beneficio vinctus ingratus eſſe non poſſem.* Et lib. XIII, Epiſt. ad Memmium: *Tum viros primos, & homines honeſtiſſimos, ſummo beneficio in perpetuum tibi tuiſque devinxeris.* & Verrin. 6. *Cleomenes ab iſto donis beneficiiſque plurimis devinciebatur.* & aliis infinitis locis. Sic infra Jugurth. *Beneficiis ſuis ratus eſt nobis convictum fore.* Ciacconius. Scimus etiam *Tacitum* reliquiſſe, An. IV, 10. *Corruptam ad ſcelus Liviam, Sejanum Lygdi quoque Spadonis* animum *ſtupro vinxiſſe*. *Sulpicius* in vita D. Martini. V. *Tentavit autem idem Hilarius, impoſiti Diaconii officio, ſibi eum artius implicare*, & miniſterio vincire divino. ita Codex Aulae Trin. *Claudianum* B. Get. 310. *Accipe tu, noſtrae, tellus Oenotria*, mentis Vincula, *communes tecum ſubeuntia caſus.* Ita Latini. faventibus etiam Graecis, iis praeſertim qui amatoria tractarunt. Hi etenim, φιλοτήσιον δεσμὸν vinculum ubique nominant. *Oppianus*, niſi fallor. γάμων ξυνεργὸν δεσμοῦ Νυμφίον ἀμφέπλεξεν, ne alios memorem. Quod autem apud Noſtrum, Cap. X. *convinctum* legit *Ciacconius*, id perperam facit & contra MSS. fidem, qui uno ore clamant *conjunctum*. Quare miror

ſtati-

ſtatimque eum adoptavit, & teſtamento [1] pariter cum filiis heredem inſtituit. Sed ipſe paucos poſt annos, morbo, atque aetate confectus, cum ſibi [2] finem vitae adeſſe intelligeret, coram amicis, & cognatis, itemque Atherbale, & Hiempſale filiis, [3] dicitur hujuſcemodi verba cum Jugurtha habuiſſe.

X. [4] *Parvum ego te, Jugurtha, amiſſo patre, ſine ſpe,*

eundem argumentis adeo inanibus fiſum ſcripturam genuinam, ab omnibus codicibus receptam immutatam voluiſſe. Certe τὸ *vincere* ut huic loco longe aptius & accommodatius, ita uſitatius & aeque elegans. Illud ſi bene defendat numerus, en exemplorum Legionem? Agmen ducat ipſe *Salluſtius* optimus ſui ſermonis aſſertor & vindex. Jug. cix. *P. Rom. numquam beneficiis victum eſſe.* Cicero, Tuſc. ii, 20. *Saepe vidimus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur.* Seneca de Benef. i, viii. Vicit *Aeſchines hoc munere Alcibiadis parem divitiis animum, & omnium juvenum opulentorum munificentiam* vicit, hoc eſt, *obnoxium reddidiſſe.* Lucretius ii. *quis quamvis efferus proles Officiis debet molliri victa parentum.* Propertius i, 17. *Nonne fuit melius dominae pervincere mores.* Tibullus iii, 12. *Ergo ne dubita blandas adhibere querelas, Vincuntur molli pectora dura prece.* hoc eſt, *ſuperantur.* inde *Virgilius* eleganter, *Junoni cane vota libens, dominamque potentem Supplicibus ſupera donis.* Seneca Octav. *Tu modo blando vince obſequio Placata virum.* *Claudianus* de raptu P. i. *Talibus ille ferox dictis, fletuque decoro* Vincitur. Praeiverat Naſo. *Tu* lachrimis evicta *meis.* Confer *Juſtinum* xviii, 5. *Curtius* vi, 8. *etiamſi ipſe vel poenitentia, vel* beneficio tuo victus *quieſcere velit.* Neque inter Scriptores Graecos deſunt qui hoc more & modo loquantur. *Sophocles* Elect. Εἰ δὲ μὴ καλῶς λέγω, σὺ ΝΙΚΑ. *Euripides* Alceſtide. ΝΙΚΑ νῦν, οὐ μὴν ἁνδάνοντά μοι ποιεῖς. Ita *Caeſar*. B. G. v, 30. Vincite, *inquit, ſi ita vultis.* Metaphraſtes, Ἀλλὰ γὰρ ΝΙΚΑΤΕ, εἶπον, ὑμεῖς, ἐπεὶ βούλεσθε. *Suetonius.* Jul. i. *Cum deprecantibus amiciſſimis,* &c. *aliquandiu denegaſſet, expugnatum tandem, proclamaſſe;* vincerent, *ac ſibi haberent.* Hierocles de amore fraterno, ΝΙΚΗΣΟΝ αὐτοῦ τὴν ἀγνωμοσύνην ταῖς ΕΥΠΟΙΙΑΙΣ. Quid plura? τὸ *vincire* heic locum habere nequit, quia Jugurtha ab rege alienatus erat, Cap. xi. *Ad ea Jugurtha tametſi regem ficta locutum intelligebat.* ideoque primo fuit munificentia vincendus, deinde, vinclis arctioribus, retinendus. *J. Waſſe.*

1 *Pariter cum filiis heredem inſtituit.*] Merſeburgenſe, *pariter cum liberis.* verum eodem ſenſu, Paullo poſt. *Rivius.*

2 *Finem vitae.*] *Vitae* abeſt, B. Pub. quomodo & apud *Tacitum*, An. iii, 71. *Caeſar pauliſper ad ſpem erectus, dein feſſo corpore, ubi* finis aderat. xv, 63. i, 4, 16. & alibi ſaepe pro *morte*. & *finire* ſimpliciter pro *mori* apud eundem & *Juſtinum*, alios. at *Noſter* pro ſuo habet infra: *Nunc mihi* natura finem vitae facit. *Lucretius* iii, 956. *Nec potius* vitae finem facis, *atque laboris.* & 1016. *Cicero* vii. *Verrinar.* fecit finem vitae *& victoribus & victis idem dies.* Ipſe etiam *Tacitus*, An. ii, 42. finem vitae *ſponte, an fato* implevit. *J. Waſſe.*

3 *Hujuſcemodi verba.*] MSS. *dicitur h. v.* Merſeburg. Badian. Florent. *Rivius.* *dicitur h. orationem,* Liber perantiquus, C. Popmae. *Spartianus* in Severo *divinam orationem* vocat. *Manutius.* dicitur *h. v.* cum *J. h.* ita ſumma concordia MSS. & antiquitus cuſi uſque ad *Aldum* patrem, qui nobis ingeſſit, *hujuſcemodi v. cum Jug. fertur habuiſſe.* ego potius feciſſem *hujuſc. v. hab.* Gruterus. Cum *Gruterianis* faciunt Noſtri omnes. *J. W.*

ſine

ſine opibus, in meum regnum [1] *accepi, exiſtumans non minus me tibi,* [2] *quam liberis, ſi genuiſſem, ob beneficia carum fore: neque ea res falſum me habuit. Nam ut alia magna, & egregia tua* [3] *facinora omittam, noviſſume rediens Numantia,* [4] *meque regnumque meum gloria honoraviſti; tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amiciſſumos feciſti: In Hiſpania nomen* [5] *familiae renovatum eſt: poſtremo, quod difficillumum inter mortalis eſt, gloria invidiam viciſti. Nunc, quoniam mihi natura finem vitae facit, per hanc dextram, per regni fidem* [6] *moneo, obteſtorque, ut hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fra-*

4 *Parvum ego.*] Ita MSS. omnes. *Auctor* autem Declam. in *Salluſtium,* Cap. xxv. *parvulum* legiſſe videtur. & ſic etiam *Donatus* ad Andr. *Terentii* Act. 1. Sc. 11, 10. Editiones Hackianae. quo loco, pro, *dulcem libertatem fecit operatione & tractatione verborum,* lege *ex oppoſitione.* dixit enim Simo, *feci e ſervo ut eſſes libertus mihi.* J. Waſſe.

1 *Accepi.*] L 3. *ſuſcepi.* & ſupra Markii γ. *Jug. te.* & ſic λ. Pemb. *accivit* autem reponit ex conjectura Palmer. & delet *liberis.* infra. *Valla* 1, 30. *Nec ea res me falſum habuit.* Idem.

2 *Quam liberis ſi genuiſſem.*] Vox, *liberis,* videtur abundare legendumque: *quam ſi genuiſſem.* Itemque paulo poſt tollendae voces, *ex tribus,* ſcribendumque: *Ne medius (quod apud Numidas honori ducitur) Jugurtha foret.* Ad hunc autem locum facit verſus *Virgilii* de Didone, *mediamque locavit,* cum ſupra accumberet Aeneas, infra Achates. *Urſinus* & *Ciacconius.* Sic MSS. omnes. & non injurie quidem expungeretur illud, *liberis,* ut monuit *Urſinus.* ſed quis id audeat ſine decreto membranarum? eadem enim auctoritate aliquis deleverit, *ſi genuiſſem;* quod poſſe fieri, retento illo τῷ *liberis,* ego arbitror. *Gruterus.*

3 *Facta omittam.*] Manuſcriptum *facinora.* Rivius. abeſt haec vox Arond. L 2. Bodl. Markii γ. λ. Pemb. *facta* ex. 2. manu. abeſt a Carrionis. ed. retinet *Gruterus.* ejus loco, *facta* B. Pub. Venetae. Ball. Digb. Pall. omittit etiam *tua.* A. Victor Caeſ. ob egregia vitae. ſupra. Nonius *me falſum h.* at *Quintilianus* IX, 3. eum editis facit. *Liv.* XXX. 30, *tibi quoque inter* multa egregia, *non in ultimis laudum hoc fuerit Annibalem,* &c. *tibi ceſſiſſe.* infra: *gloria invidiam* pro, *viciſti* ſolus Bodl. *ſuperaſti,* Contra quem etiam *Hieronymus,* Prolog. in Trad. Hebraic. *Pedibus margaritas conculcant, livor exarſerit.* J. Waſſe.

4 *Me regnumque meum gloria decoraſti.*] Quanto rectius in MSS. *meque, regnumque meum:* geminata conjunctione. hic eſt enim peculiaris mos loquendi hiſtoricorum. exempla paene ſexcenta apud *Livium, Curtium,* reliquos. *Rivius.* Cpmmel. non adeſt vocula *Gloria,* neque habet etiam Pal. quintus. *Gruterus.* Cic. 1. Divin. §. 88. prope accedit? *Amphiaraum ſic* honoravit fama *Graeciae, deus ut haberetur.* infra: *Valla* 1, 21. *Inv. gloria ſuperaſti.* ſumtum, inquit, ex *Demoſthene.* pro *honoraviſti,* Ar. *oneraſti.* L 3. *decoraſti.* J. Waſſe.

5 *Familiae.*] *Fam. noſtrae* Pemb. ſed a *noſtrae* ſupra. & 2. m. Arond. L 3. Digb. Markii γ. Martin. & Venet. 1470. Idem.

6 *Moneo obteſtorque, ut hos qui genere tibi propinqui.*] Legendum *uti hos.* nam ſic fere *Salluſtius te,* volumen Fabricianum habebat alterius manu additum in ſpatio, quod verſus dirimit. neque eſt in alio praeterea quodam, nec in exemplari

tres

Digitized by Google

tres ſunt, caros habeas: neu malis [1] *alienos adjungere, quam ſanguine conjunctos retinere.* [2] *Non exercitus, neque theſauri, praeſidia regni ſunt,* [3] *verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas:* [4] *officio & fide pariuntur. Quis autem amicior, quam frater fratri? aut*

denique Beroaldino. *Rivius.* Mire delectatus fuit *Salluſtius* tam pronominibus quam verbo ſubſtantivo; abſque eo fuiſſet, poterat ſuccinctius, *uti hos tibi genere propinquos, beneficio meo fratres caros habeas.* Gruterus. *Ob. te* Pemb. Arond. L 3. Reg. B. Pub. Markii λ. male. *J. Waſſe.*

1 *Alienos adjungere.*] Comm. ſervat *conjungere* & ita alias legi ſuper pictum Naz. unde fit ut ambigam de ſinceritate lectionis, amicus meus abjiciebat tam *adjungere* quam *retinere* veluti invecta temeritate ſciolorum ſatis licentioſe. *Gruterus.*

2 *Non exercitus.*] Hunc locum ſumſit ex *Xenophonte,* in oratione quam habuit ejus filiis, atque amicis antequam moreretur. Οἶσθα μὲν οὖν καὶ σὺ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον, τὸ τὴν βασιλείαν διασῷζον ἐστιν, ἀλλ' οἱ ΠΙΣΤΟΙ' ΦΙ'ΛΟΙ σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον· πιστοὺς δὲ μὴ νόμιζε φύσει φύεσθαι ἀνθρώπους (πᾶσι γὰρ ἂν αὐτοὶ πιστοὶ φαίνοιντο, ὥσπερ καὶ τ' ἄλλα τὰ πεφυκότα πᾶσι τὰ αὐτὰ φαίνεται) ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς τίθεσθαι δεῖ ἕκαστον ἑαυτῷ. ἡ δὲ κτῆσις αὐτῶν ἐστιν οὐδαμῶς σὺν τῇ βίᾳ, ἀλλὰ μᾶλλον σὺν τῇ εὐεργεσίᾳ. Εἰ οὖν καὶ ἄλλους τινὰς πειρᾶσαι συμφύλακας τῆς βασιλείας ποιεῖσθαι, μηδαμόθεν πρότερον ἄρχου, ἢ ἀπὸ τοῦ ὁμόθεν γενομένου. καὶ πολῖται ἄνθρωποι ἀλλοδαπῶν οἰκειότεροι, καὶ σύσσιτοι ἀποσκήνων. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος φύντες, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς τραφέντες, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ αὐξηθέντες, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γονέων ἀγαπώμενοι, καὶ τὴν αὐτὴν μητέρα, καὶ τὸν αὐτὸν πατέρα προσαγορεύοντες, ΠΩ'Σ ΟΥ' πάντων οὗτοι ΟἸΚΕΙΟ'ΤΑΤΟΙ; Manutius.

3 *Verum amici.*] Sic in manuſcriptis atque aliis vetuſtis: non, *parantur.* quomodo in Eunucho Terentius, *Cupio aliquos parere amicos beneficio meo.* & in Andria, *Obſequium amicos, veritas odium parit.* ſic alicubi *amicitias parere* dixit *Cicero.* vocum affinitas anſam errori praebuit. *Rivius.*

4 *Obſequio & fide pariuntur.*] Conſuli tres quadrigas MSS. Pall. ſed in nullo reperi Popmae *obſequio.* quod & nauci hoc loco; eſt enim *obſequium* inferiorum erga ſuperiores. *Gruterus.* Pro *pariuntur.* Bodl. *praeparantur.* Digb. Codex *Popmae.* γ. *Vincentius Bellovacenſis* VI, 14. *parantur.* Ar. *patrantur.* Male omnes, quod monuit *Rivius.* vox *pariuntur* erat Monachis plane ignota. Nihil ergo mirum fecerunt, cum illud alterum quaſi notius ejus loco intruſerint. At Noſter a *Cicerone* habuit, qui IV. *Catilin.* §. 1. *feram non ſolum fortiter, ſed etiam libenter, dummodo meis laboribus, vobis populoque Rom. dignitas ſaluſque* pariatur. Eo loco *Priſcianus,* p. 940. omittit vocem *Conſul,* non male; & codex MS. B. Pub. Cant. pro *continetur* clare exhibet *variatur.* lego *verſatur.* Idem, *de Fin.* I, 2. *qui dolorem eum fugiat, quo voluptas nulla* pariatur. & §. 66. *a ſpe* pariendarum *voluptatum. Salluſtium* ſequitur *Livius* VII, 40. *Satis fuit, eritque, unde belli decus* pariatur. *Nepos* Epaminond. paritur *pax bello.* Philippus ad Alexandrum apud *V. Maximum* VII, 2. *Quae te fili ratio in hanc vanam ſpem induxit, ut eos tibi fideles futuros exiſtimares, quos pecunia ad amorem tui compuliſſes? a* charitate *iſtud* praeſtatur. ita editi, ſed codex Pembroch. *pat.* & ſupra *t* abbreviatura illa viſitur, qua deſignari ſolet *tur.* forte ergo legendum *paritur.* Arnobius VII. p. 248. *faſtidium ne immoderatione* paritur. confer. p. 20, 8. *Cyprianus* qui Noſtrum ſequi amat, ad *Donatum,* p. 9. *Nec ad hoc pretiis, aut ambitu opus eſt, ut hominis ſumma vel dignitas vel poteſtas elaborata mole* pariatur. Silius V, 169. *Nam cur haec alia* pariatur *gloria dextra.* vide etiam Lib. X, 146.

Digitized by Google

quem alienum fidum invenies, ſi tuis hoſtis fueris? [1] *Equidem ego, vobis regnum trado; firmum, ſi boni eritis; ſi mali, imbecillum. Nam concordia parvae res creſcunt, diſcordia maxumae dilabuntur. Caeterum ante hos, te, Jugurtha,* [2] *qui aetate, & ſapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet. Nam* [3] *in omni certamine,*

Plato, Ep. VII. μόγις ἐπισώμων 'ΕΝΕ'ΤΕΙΚΕ. ſententiam ipſam habes apud *Ammianum* XXV, 4. *Theonem* Chria I. p. 112. *Libanium*, pag. 343. *Stobaeum*, Serm. CXIV. *Tacitus* eam ad liberos detorquet. Hiſt. IV, 52. *Non legiones non claſſes, perinde* firma imperii munimenta, *quam numerum liberorum.* Demoſthenes, Philipp. IV. p. 160. ΠΟ'ΛΕΩΣ γὰρ ἔγωγε ΠΛΟΥ̃ΤΟΝ ἡγοῦμαι, συμμάχους, πίστιν 'ΕΥΝΟΙΑΝ. Confer omnino *D. Halicarn.* Antiq. II, 3. infra: *quis amicior quam frater.* Haec ille ex *Menandro.* Νόμιζ' 'ΑΔΕΛΦΟΥ'Σ τοὺς 'ΑΛΗΘΙΝΟΥ'Σ ΦΙ'ΛΟΥΣ. *quem alienum*, &c. *fueris*, ita MSS. & *Rodolphus Agricola*, pag. 264. *J. Waſſe.*

1 *Equidem ego.*] *Vobis regnum* B. Pub. *ſin mali* Markii γ. λ. B. Pub. Venet. 1470. L. 2. Reg. *Carrio & Gruter. ſi.* ita inquit MSS. antiquiores, recentiores *ſin*; quod alioquin reſpuunt Edd. priſcae. Gruterianam lectionem firmat *Severus* apud *Spartianum*, Cap. 23. firmum *imperium Antoninis meis relinquemus*, ſi boni erunt, imbecillum ſi mali, L 2. *imbecille.* infra, Carrio, *res parvae.* Bodl. Digb. cui poſiturae favet *Ammianus* qui locum ob oculos habuit. Lib. XXVI. Cap. 2. *ſed ſtudendum eſt concordiae viribus totis, per quam res quoque minimae convaleſcunt.* at *Seneca*, Epiſt. XCIV. parvae res. Et *Lupus Abbas* a *Grutero* & MSS. noſtris ſtat. Ep. 100. *Quia per concordiam parvae res creſcunt, per diſcordiam maximae dilabuntur.* Cujus exemplo mallem apud Noſtrum, *per concordiam*, &c. *diſcordia.* vide adnotata ad Cap. 7. *Callimachus*, Hymn. III, 133. Οὐδ' διχοστασίη τρώγει γένος, ἥ τε καὶ εὖ περ Οἴκους ἐστηῶτας ἐσίνατο. adde *Homerum*, Odyſſ. Z. 181. *J. Waſſe.*

2 *Qui aetate & ſapientia prior es.*] In Merſeburgenſi & impreſſis vetuſtioribus, *quia aetate, &c.* ſed eodem ſenſu. forte aliquo in exemplari ſcriptum erat, *qui aetate*, ut in initio poſterioris dictionis foret diphthongus *ae*. id aliquis non intelligens, illam a vocalem particulae praecedenti addidit. atque ita forſan legi coeptum *quia*, pro *qui*. verum hic nihil admodum pronuntio. tantum diverſam lectionem eſt annotare viſum. *Rivius.* Reg. *caeterum Jug. ante hos te.* Ar. abeſt *te.* Digb. vero poſt *providere* exhibet. a Markii γ. λ. exulat quidem ſed non primitus uti ex lituris patet. *J. Waſſe.*

3 *In omni certamine*] Livius XLII, 63. *Non ob aliam cauſſam quam parvo ſtudio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur, deteriori atque* infirmiori favendo. *Seneca* Phoen. *Quo cauſſa melior, forſque deterior erabit Inclinat animus ſemper* infirmo favens. *Cicero* pro Quint. §. 3. *In ejuſmodi rebus opes ſuas experiuntur; in quibus, quo plus propter virtutem nobilitatemque poſſunt, eo minus quantum poſſint debent offendere.* Tacitus, Hiſt. II, 10. *Contra, apud alios nihil aeque reo proderat, quam nimia potentia accuſatoris.* Caſſiodorus, Var. III, 36. *Et quia in cauſſis ſemper eſt* ſuſpecta potentia, *dum velle* creditur, quod poſſe judicatur. Egregie colorem hunc tractat *Cicero*, pro Murena, §. 58. *Dion Chryſoſtomus*, Orat. XXXIV. Τὰ δὲ νῦν οὕτω Μαλλῶται διαφέρονται πρὸς ὑμᾶς, αὐτοὶ μὲν ἄπαντα ἀδικοῦντες καὶ θρασυνόμενοι. τῷ δὲ ἀσθενεῖς εἶναι, καὶ πολλάκις ἀεὶ μᾶλλον τὴν τῶν ἀδικουμένων τάξιν ἀεὶ λαμβάνοντες. οὐ γὰρ ἃ ποιοῦσιν ἔνιοι σκοποῦσιν, ἀλλὰ τίνες ὄντες· οὐδὲ τοὺς ἀδικοῦντας ἢ βιαζομένους ἐθέλουσιν ἐξετάζειν πολλάκις, ἀλλ' ὡς 'ΕΙΚΟ'Σ ΒΙΑ'ΖΕΣΘΑΙ τοὺς ΔΥ'ΝΑΣΘΑΙ ΠΛΕ'ΟΝ. *Herodianus* IV, 8. Τοῖς μὲν γὰρ ΔΥΣΤΥΧΗ'ΣΑΣΙΝ, 'ΕΛΕΟΣ, τοῖς δὲ

qui

qui opulentior eſt, etiam ſi accipit injuriam, tamen, quia plus poteſt, facere videtur. Vos autem, Atherbal, & Hiempſal, [1] *colite, obſervate talem hunc virum:* [2] *imitamini virtutem: & enitimini,* [3] *ne ego meliores liberos ſumſiſſe videar, quam genuiſſe.*

XI. Ad ea Jugurtha, tametſi regem ficta locutum intelligebat, & ipſe longe aliter animo agitabat: tamen pro tempore benigne reſpondit. Micipſa paucis poſt diebus moritur. Poſtquam illi more regio [4] juſta mag-

κεκτημένοις φθόνος παρακολουθεῖ. ἐ τὸ μὴ ἰσχύειν, δοῖς πάντως ἈΔΙΚΕΙΣΘΑΙ. τὸ δὲ ΝΙΚΗΣΑΝ ἈΔΙΚΕΙΝ δοκεῖ. Totam ſententiam juxta impreſſos, ſuppreſſo tamen Auctoris nomine, citat *Quintilianus* VIII, 5. infra: *talem hunc virum.* Is ordo verborum in MSS. quem *Apulejus* non ſemel turbat. Metam. I. Hunc talem, *quanquam neceſſarium & ſumme agnitum, tamen dubia mente propius acceſſi.* ita etiam *Mileſ.* IX. & Lib. *de Philoſ.* caeterum pro *opulentior* malim propemodum *pollentior.* ſed alterum idem valet. *Plautus* Curc. II, 3. *Nec quiſquam ſit tam opulentus, qui mihi obſiſtat in via. Nec ſtrategus, nec Tyrannus quiſquam, nec agoranomus. Nec Demarchus,* nec *Comarchus, nec cum tanta gloria Quin cadat.* Caecilius Plocio. Opulentitate *noſtra ſibi injuriam factam.* Lucret. V, 1120. *At claros ſe homines voluere eſſe, atque* potentis, *Ut fundamento ſtabili fortuna maneret, Et placidam poſſent* opulenti *degere vitam.* Noſter, *quae pars agro, viriſque* opulentior. *Reſpub.* firma *erat,* opulentia *neglegentiam tolerabat.* v. J. 61. & VI, 45. infra: *ne ego meliores.* λ. *aſſumſiſſe.* eum refellunt caeteri. *Vopiſcus* in Caro. v. *Quare* admitemini ne meliores *peregrini quam veſtri eſſe videantur.* J. Waſſe.

1 *Colite & obſervate talem hunc virum.*] Τὸ &. non eſt in MSS. nec aliis vetuſtioribus & ſic eſt *Salluſtianum* magis. *Rivius.* In omnibus antiquis, noviſque, quae vidi exemplaribus, locus hic mancus, deminutuſque fuit. eum nos replevimus ex Priſciano, locum hunc citante. *Popma.* Nihil plus eſt in noſtris. itaque faceſſat *Popma* cum ſua praeterea, *veneramini.* mihi enim adhuc abundare videtur, *colite.* Gruterus.

2 *Imitamini virtutem.*] Si verum eſt quod ferunt Grammatici, delectatum Scriptorem noſtrum verbis pluralibus, haud aegre admiſerim Priſciani, *imitamini virtutes ejus;* etſi pronomen ſupervacaneum videri queat. *Idem.*

3 *Ne ego meliores liberos ſumſiſſe, quam videar genuiſſe.*] Legendum e Fabriciano, *ſumſiſſe videar, quam genuiſſe.* porro *ſumpſiſſe* pro *adoptaſſe* dixit. *Rivius.* Ita Graeci, *Theophilus* & *Harmenopulus,* λαμβάνειν pro *adoptare* uſurpant. *Coler.*

4 *Juſta magnifice.* In codice Nazar. legitur *juſtitium;* quod excutiant homines libitinae amici, nam mihi profecto ferme ſe probat. *Gruter.* Sicque Pemb. ut videtur primitus. γ. *juſta officia,* vel ex interpretatione vocis *juſta,* vel corruptione τοῦ *juſtitium.* Venetiis cuſum exemplar 1470. *buſta.* Digb. *juxta & magnifice.* Varietas inde nata eſt, quia ſuperfluit *magnifice,* neque eo fere utuntur auctores in hoc negotio. Plerique enim breviter per *juſta peragere, facere, reddere, ſolvere, praeſtare* idem efferunt, quomodo fere Graeci per τὰ νομιζόμενα, ἔθιμα, ἐναγίσματα. ita fere Gloſſae apud quas *jurdum* τύμβος, monſtrum verbi, tu lege, Burgum τύμβον. *Feſtus.* v. Praecedanea. *qui mortuo* juſta *non* feciſſet, *id eſt, glebam non* objeciſſet. lego: *non ob os je-*

nifice fecerant, reguli [1] in unum convenere, ut inter ſe de cunctis negotiis diſceptarent. Sed Hiempſal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, [2] etiam ante ignobilitatem Jugurthae, quia materno genere impar erat, deſpiciens, [3] dextra Atherbalem adſedit: ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Jugurtha foret. [4] Dein tamen, ut aetati concederet, fatigatus a

ciſſet. Cicero II. de Leg. *Priuſquam* in os injecta *gleba eſt.* Confer *Spartianum* in Aelio VI. *Suetonium* Ner. XXX. *Juſtinum* XXVIII, 10. *Tacitum*, An. VI, 1. Verum tam *magnifice* quam *regio more* in ſuis libris inveniſſe videntur *Livius* & *Hegeſippus*, hic Lib. XXVIII, 42. *exercituſque ad cuſtodiam urbis atque Italiae ſcriptos eſſe, non quos* regio more, per ſuperbiam *Coſſ. quo terrarum velint, trajiciant.* ille vero I, 46. *Poſt haec* competenter *atque* magnifice *funus curatum, omni ambitu* regalium *divitiarum praemiſſo ad pompae funebris celebritatem.* Caeterum quod ad Codicis Nazariani ſcripturam attinet, quamvis in morte Principum & Auguſtorum juſtitia indicere ſolebant, quamvis Severum *juſtitio lugendum ſanxere* patres apud *A. Victorem* XX. tamen *magnifice facere juſtitium* nullus invenias. Itaque nihil novandum. Noſter Catil. *Jamprimum juventus, ſimul ac belli patiens erat, in caſtris* per laborem uſu *militiam diſcebat.* alibi, terra marique omnia, &, *hoſtium* more per triumphum *duxere.* alibi addit copulam: inconſulte ac veluti per dementiam *cuncta ſimul agere.* Hunc ſenſum ita extulit *Homerus* Odyſſ. 11. Σῆμα δέ τι οἱ χεῦαν, καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερέϊξαν Πολλὰ μάλ', ὍΣΣΑ ἜΟΙΚΕ. J. Waſſe.

1 *In unum.*] Haec non agnoſcit Digb. *Alcuinus* in Gram. p. 1270. Ed. Pariſ. 1617. *poſtquam Reguli* coire in unum. & ſic in Ed. Putſchiana. pag. 209. ſed cum per totum fere caput *Priſcianum* exſcripſerit, apud quem legitur *convenere*, non eſt ut illi aſſentiamur. Adeas ergo *Priſcianum*, pag. 610. ubi haec lectio a tribus hujus Academiae MSS. ſervatur. Reg. opinor melius *conveniunt.* J. Waſſe.

2 *Etiam ante ignobilitatem Jugurthae.*] Legendum, *antea.* id & plenius eſt & ſonantius. Quid ſi diviſim legas, *& jam antea?* ubi nos conjunctim *etiam.* Rivius.

3 *Dextera Adherbalem adſedit.*] Hinc de Didone dixit *Virgilius* verſu ſupra citato: *mediamque locavit,* quod is locus, ut ait Salluſtius, *apud Numidas honori duceretur.* & fortaſſe voces, *ex tribus,* abundant, ut diximus ſupra. Quod autem paulo poſt ait: *Inter alias res jacit,* id videtur imitatus *Tacitus* cum dixit libro 2. *Quaedam de habitu, cultuque & inſtitutis ejus jecerat.* Urſinus & Ciacconius. Quidam codices habebant, *ante Adherbalem adſedit.* ſane illud *dextra* ambiguum eſt: nihil enim refert, ſive dextra Adherbalis, ſive Hiempſalis intelligas, modo Hiempſal Adherbali proxime adſederit. Sic enim vel ipſe Hiempſal, qua juvenili erat audacia, fiebat medius, vel Adherbal, quod jure poterat. Si itaque *in medio ſedere,* plus erat quam ſuperiore aliquo loco, nihil refert in utram Adherbalis partem aſſederit Hiempſal. Nullo enim pacto fieri potuit medius Jugurtha, ſiquidem duo hi contigui ſedebant. Quare paulo poſt verbum, *in partem alteram,* Jugurthae ſcilicet exponendum eſt, alioqui Adherbal ſe feciſſet medium, unde Jugurtha nihil honoris habuiſſet, fruſtraque fatigaſſet fratrem, ut aetati concederet. *Glareanus.*

4 *Deinde tamen ut aetati concederet.*] Manuſcripta, *Dein tamen.* quae particula ſane eſt in veterum ſcriptis frequens. ita

fratre

fratre, [1] vix in partem alteram tranſductus eſt. Ibi cum multa de adminiſtrando imperio diſſererent, Jugurtha inter alias res [2] jacit; *oportere quinquennii conſulta, & de-*

poſtea, *Dein loca exuſta ſolis ardoribus.* nam ſic exemplar manuſcriptum. ubi hodie fere, *Deinde.* Merſeburgenſis codex, *Dehinc tamen ut aetati, &c.* Rivius. *Priſcianus*, p. 1182. omittit *Adherbalem* contra Codd. Hiemſal dextra Adherbalem adſedit, Jugurthae ergo laeva ſive locus infimus relinquitur. *fatigatus autem a fratre Hiempſal ut aetati concederet, in partem alteram tranſductus eſt.* nempe id rogat, ut Jugurthae medius locus concedatur, ideo quia utroque aetate major ſit. Non ergo petiit ut Jugurtham in ſuum locum admitteret Hiemſal, iſque ſe in locum Jugurthae transmoveret, hoc enim pacto Adherbal medium locum ſibi ſervaſſet neque *aetati Jugurthae*, quod fratrem facere poſtularat, ipſe conceſſiſſet. Verum id velit, ut Hiemſal ad laevam Jugurthae concedat, unde illi medius locus, ipſi Adherbali dextra Jugurthae, ſive ſecundus, Hiemſali Jugurthae laeva, ſive infimus, pro cujuſque aetatis ratione proveniret. Haec eſt genuina hujus loci interpretatio. *Goropius Becanus* dextrum locum honeſtiorem autumat, eum multis refutat *Lipſius* Elect. 11, 2. Quod vero & apud Afros ſecundo honore erat dexter locus, teſtis *Livius* in clade Cannenſi, *Gallos Hiſpanoſque equites prope ripam* laevo in cornu, &c. dextrum cornu *Numidis equitibus datum.* ibi honeſtior locus ipſis Carthaginenſibus, ſecundus vero illorum auxiliariis attribuitur. *Polybius* 1, 29. Ἡγεῖτο δὲ τῶν Καρχηδονίων τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρως Ἄννων, τοῦ δὲ εὐωνύμου εἶχε τὴν ἐπιμέλειαν Ἀμίλκας. At Hamilcar pedeſtribus copiis praeerat, ut patet ex pag. 34. Hanno autem navalibus, proinde in proelio maritimo locum obtinuit honeſtiorem. Et in pugna illa decretoria ad Nadagaram, cujus meminit *Livius* xxx, 33. dextrum Carthaginenſes, *ſiniſtrum* Numidae tenuere. Caeterum, hoc loco, *& apud Numidas* ex Conjectura legit *Lipſius* uti L 1, 2. γ. λ. Bodl. Pemb. Venet. Mart. quod admiſerunt Editionis Gruterianae recoctores, interque eos interpretum facile deterrimus *Criſpinus.* Cui ex ea copula tandem ſuboluit, medium locum etiam apud Romanos ſummo in honore fuiſſe. Pari ipſe ſagacitate & acumine colligo, iſtum non legiſſe *Plutarchum* in vita Catonis, p. 787. in Sulla 453. *Suetonium* Claud. cap. xxvii. *Virgilium, Ovidium, Sidonium*, Epiſt. xx. Lib. iv. *Minutium*, Spartianum, M. *Capellam*, p. 46. *A. Victorem* Epiſt, cap. iv. ne quidem *Lipſium* Elect. 11, 2. alioſque bene multos apud quos in propatulo haec res. Voces *ex tribus* abundare putat *Urſinus* ipſe non item. *Livius* 1, 53. *qui* minimus ex tribus erat. *J. Waſſe.*

1 *Vix in alteram partem traductus eſt.*] In manuſcriptis eſt; *tranſductus.* quod antiquitatem magis redolet, & apud *Terentium* & *Caeſarem* reperitur. *Rivius.*

2 *Ait, oportere quinquennii.*] *Dicit* nonnulli ex *C. Popmae*, MSS. Manuſcriptum, *inter alias res jacit.* pro, inter alia hoc ſignificat & innuit, oportere quinquennii conſulta, *&c.* nam ſic interdum hoc verbo utimur. *Cic.* ad Atticum 11. *Sed illud quid ſit, ſcire cupio, quod* jacis *obſcure, jam etiam ex ipſis quinqueviris loqui quoſdam. Quidnam id eſt?* pro, quod obſcure & tecte ſignificas. T. *Livius* vi. ab V. c. *Adhoc domi concionantis in modum ſermones pleni criminum in patres. inter quos cum omiſſo diſcrimine vera an vana* jaceret, *theſauros Gallici auri occultari a patribus jecit*, pro, *ſignificavit*, quomodo & alias idem. Sed & verbo *jactare Livius* in eodem ſignificato utitur. Ut v. ab V. C. *Jactantibus non obſcure Gallis, haud magna mercede ſe adduci poſſe, ut obſidionem relinquant.* Eſt apud *Tacitum*: Jacere *fortuitos ſermones.* lib. v. idem; *Si qua diſcordes jeciſſent*, inquit. Fuit credo qui quid ſibinam vellet τὸ *jacreta*

creta omnia reſcindi: nam per ea tempora confectum annis Micipſam parum animo valuiſſe. Tum *idem* Hiempſal, *placere ſibi* reſpondit: *nam ipſum* [1] *illum tribus proxumis annis adoptatione in regnum perveniſſe.* Quod verbum in pectus Jugurthae altius, [2] quam quiſquam ratus erat,

cit minus intellexerit. is igitur deceptus ſpecie recti, ut eſt inſcitia, ſubſtituendum putavit, *Ait.* Quod ſi cui vulgata lectio magis arridet, is perſuaſum ſibi habeat, animum errore & vana ſpecie atque imagine veri praeoccupatum in cauſſa eſſe, cur ei minus caſtigatio noſtra placeat. Haec jam annotaram, cum ecce affertur & aliud manuſcriptum, in quo ipſo idem reperi: ut jam nullus ſcrupulus relinquatur. Ceterum *decreta reſcindi* Salluſtius, pro *irrita infectaque fieri,* ſive *pro irritis haberi* dixit: quomodo & Cicero, *Caeſaris acta* reſcindere, *conſtituta ab alio reſcindere,* atque hoc genus alia. pro *infirmare, diſſolvere, labefactare.* nam his verbis interdum eodem modo eſt uſus. *Rivius.* Recte Riv. ſic enim citat *Lactant.* ad *Statium* in Theb. I, 40. *mox ut* jactis ſermonibus *irae Intumuere ſatis.* Tacit. An. III, 8. *Druſus Piſoni, ſi vera forent quae jacerentur, praecipuum in dolore ſuo locum reſpondit.* &, III. Ann. 66. *Mamercus antiqua igitur Latiaris* jacere *fortuitos primum* ſermones. An. IV, 68. & An. XII, 54. & VI, 4. *jactare* etiam *Juſtin.* XII, 12. jecit ſignificationes *Sueton.* Ner. XXXVII. *Q. Septimius* I, 6. interjaciens *memoriam diſcordiarum Ili & Pelopis.* J. Waſſe.

1 *Illum tribus.*] *tribus his* Carrionis Ed. Ar. Pemb. *his tribus.* omittit *his,* & *illum γ.* infra, *adoptione.* adoptio quandoque in ignominia eſt. ut apud *Tacitum* An. I, 17. *Dabat & famae, ut* vocatus electuſque *potius* a Republica *videretur, quam per uxorium ambitum, &* ſenili adoptione inrepſiſſe. unde ad Trajanum *Plinius. Imploratus* adoptione, *& accitus es: ut olim duces magni, peregrinis externiſque bellis, ad opem patriae ferendum revocari ſolebant.* alibi: *alius, atque alius in gratiam uxoris: adſcivit te filium non vitricus ſed princeps.* Ejus formam habes apud *Briſſonium* VIII. p. 723. Ar. Reg. Markii γ. λ. Pemb. *adoptatione,* prope accedit Bodl. *adoptatum,* Gruteriana illud alterum ſervat. Non audio. Conſule *Gellium* V, 19. & Cl. *Daviſium* ad Ciceronis *Tuſculanas* I, 14. ita etiam legendum ex Codice Francii apud eundem in *Orat.* pro *Domo ſuo.* quod miror *Graevium* non animum advertiſſe. Fallitur ergo *Antonius Schorus,* cui recentiorum vocabulum videtur. *Florus* IV, 4. *quum* adoptionem *Juliae gentis inhibere non deſineret.* Codex D. Nazarii, teſte Salmaſio, *conoptationem* vel *cumadoptationem,* unde ille in *cooptationem*; verum cum Codd. Pal. & Veneti habeant *quum adoptionem,* legendum ex optimo illo codice *adoptationem.* J. Waſſe.

2 *Quam quiſquam ratus erat.*] Legendum, *quam quiſquam ratus,* omiſſo illo verbo *erat:* quod ex gloſſa inepti alicujus & inſulſi litteratoris irrepſiſſe credo in contextum. *Rivius.* Secutus antiquorum codicum fidem, locum hunc ſic ſcripſi, damnata vulgata lectione, in qua verbum *erat* omiſſum eſt. Nam paulo ante, *Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit.* Quare minime illis aſſentior qui verbum *erat,* ex gloſſa inepti alicujus & inſulſi litteratoris irrepſiſſe putant. *Popma.* Non video cur *Popma* ita pugnare debeat pro vocula *erat.* mihi ſane, aeque ac Rivio, notha videtur; argumentoque ipſammet MSS. nam in quibuſdam ejus loco comparet *eſſet.* certe abeſt Pallat. octavo. neque culpo Carrionem quod excluſerit editione ſua: idem & ipſe facturus, ubi cognovero abeſſe etiam alteri alicui MSS. haud enim unius teſtimonio ſtandum puto, etſi innocentiſſimi. tale

de-

deſcendit. Itaque ex eo tempore ira, & metu anxius, moliri, parare, atque [1] ea modo cum animo habere, quibus Hiempſal per dolum caperetur. Quae ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox: ſtatuit quovis modo inceptum perficere.

XII. Primo conventu, quem ab regulis factum ſupra memoravi, propter diſſenſionem placuerat dividi theſauros, finiſque imperii ſingulis conſtitui. Itaque tempus ad utramque rem decernitur, ſed maturius ad pecuniam diſtribuendam. Reguli interea in loca propinqua theſauris alius alio conceſſere. [2] Sed Hiempſal in oppido

quid etiam dictum volo, de his quae habemus ſupra c. VII. *Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit.* Gruterus. Omittunt *erat* Bodl. Laud. L 1, 3. male *Hegeſippus* I, 36. *Quod* altius in pectus *Herodis* quam quiſquam ratus erat, *deſcendit.* & I, 36. *aliter ac ratus erat* ita. MSS. C.C.C. B. Pub. Huc item ſpectant, *Tacitus* An. I, 69. *Id Tiberii animum* altius *penetravit.* Juſtinus VIII, 6. *Creſcit diſſimulatione ipſa dolor, hoc* altius demiſſus, *quo minus profiteri licet.* Spartianus in Geta III. *Idque joco dictum, Severus,* altius quam quiſquam praeſentium, *accepit.* & VI, *Quod dictum* altius in pectus *Baſſiani* deſcendit. Claudianus *Invisos odiſſe palam; non* virus in alto Condere. Alio ſenſu *Seneca* de Conſtant. IX. *ut ille omnes injurias* in altum *dimittit, patientiaque ſe ac magnitudine animi defendat.* Lipſii liber *in altum.* unde tentat *in alto.* hoc eſt, inquit ille *ſublimis*: vel, *in altum,* in quod propendet vir magnus. Locus recte habet: *in altum* hoc eſt, *in mare tradere.* Horatius. *Muſis amicus* triſtitiam *&* metum Tradam protervis in mare *Creticum* Ventis. Hinc iram Tiberii *abſtruſam* iracundiam vocat *Paterculus.* ſolebat enim iſte veterator, ut *Taciti* verbis utar, *crimina recondere & diſſimulata offenſione abdere.* Id genus apud Senecam audit, *ira introrſus verſa,* Thucydides: Ἔχθος ἐγκατῳκοδομημένον ἄδηλον. *Homerus* eleganter κευθῶ ΦΡΕΣΙ' ΒΥΣΣΟΔΟΜΕΥ'ΩΝ. a quo accepit *Lucianus.* infra: *ira & metu anxius.* Ita Libri. *Tacitus,* Hiſt. II, 92. *Munia imperii Caecina ac Valens obibant, olim* anxii odiis, *quae, &c.* 97. anxius *proprio* bello IV, 80. favore *militum* anxius, *&* ſuperbia *viri.* Oroſius V, 18. anxius *tantis* malis *Druſus.* & p. 571. periculo. *J. Wiſſe.*

1 *Ea modo in animo ſuo habere:*] Tres libri, *ea modo cum animo ſuo habere.* Melius, *cum animo ſuo habere, agitare, volvere,* Salluſtio familiaria. *Putſchius.* Eſt haec quidem lectio plerorumque MSS. ſed tamen cum Pall. quintus ac decimus ſervet tantum, *modo animo habuiſſe:* Nazar. vero adhuc abjecerit voculam *animo*: diſpiciendum eſt, an non media ſcriptura optima ſit, ac praepoſitio manarit a ſciolis: nam hactenus editum eſt *in animo habere,* quomodo nullae membranae. *Gruterus.* Recte *Gruterus.* Vide nos ad *Livium* lib. XLIV, 24. *Gron.* Sic Corrig. *Grut.* Bodl. Digb. λ. & forte primitus Pemb. B. Pub. aſt γ. *in* ſed a manu correctrici, infra: *primo conventu.* Vide *Palmerium.* L 3. *leniter,* peſſime. *Septimius* III, 2. *pulchritudine virginis capitur: auctoque in horas deſiderio, ubi* animus non lenitur, *ad naves diſcedit.* infra: pro *tempus* γ. *decernitur dies.* alius alio Graecum eſt. *Thucyd.* VII. Ὁ μὲν στρατὸς ἌΛΛΟΣ ἌΛΛΗι κατεσκεδάσθη ... & §. 64. Τοὺς δ' ... ἌΛΛΟΥΣ ἌΛΛΗι διέπεμπον.

Thir-

Thirmida forte ejus domo utebatur, qui [1] proxumus lictor Jugurthae, carus acceptuſque ei ſemper fuerat. Quem ille caſu miniſtrum oblatum [2] promiſſis onerat, impellitque, [3] uti tamquam ſuam viſens domum eat; portarum claves adulterinas paret: nam verae ad Hiempſalem referebantur: ceterum, ubi res poſtularet, ſe ipſum cum magna venturum manu. Numida mandata brevi conficit: atque, uti doctus erat, noctu Jugurthae milites introducit. Qui poſtquam in aedes irrupere: diverſi regem quaerere: dormientis alios, alios occurſantis interficere: ſcrutari loca abdita; clauſa effringere: [4] ſtrepitu & tumultu omnia miſcere: cum interim Hiempſal reperitur, [5] occultans ſe tugurio mulieris ancillae, quo initio pavi-

Confer *Noſtrum* Catil. XXVIII. Jug. XVI. *J. Waſſe.*

2 *Sed Hiempſal oppido Thirmida.*] Manuſcripta cuncta, *in oppido*, addita praepoſitione: quomodo & *Badianum*, & alia quaedam. Exemplar Florentinum, Venetum, atque ex his derivata, *in oppidum Thirmida*: quaſi ad verbum *conceſſere* referatur. ſed perperam meo judicio. *Rivius.*

1 *Proximus lictor.*] Vide Turnebum l. II. cap. 9. & lib. XXVII. c. 21. Alius ab hoc primus lictor, id eſt, πρωτοραβδοῦχος, quem vetus Gloſſarium erudite *primivirgium* exponit. *Coler.* vide etiam *Pancirollum* ad Notitiam Dign. *J. Waſſe.*

2 *Promiſſis onerat.*] V. c. *praemiis onerat*; quod aliquo modo nititur loco inferiore, in quo eſt: *Praemia modo, modo formidinem oſtentare.* Sed nihil mutandum; nam *Tacitus Salluſtii* aemulator dixit, lib. XVII. *Poſtquam vario ſermone callidos, audaceſque cognovit pretio, &* promiſſis *onerat.* & lib. XX. *Multis in Senatu laudibus cumulatum* promiſſis *onerat.* Urſinus.

3 *Uti tanquam.*] Ita rurſus ordinarunt membranae Pall. unde quis poſſet conjicere fuiſſe primitus, *uti tanquam ſua viſens domum eat.* Gruter. *Suam* abeſt Mart. ſupra: *ille caſu*, abeſt pronomen Ar. infra: *verae ad Hiem.* praepoſitionem in ſpatio interlineari exhibet Reg. *magna manu*, ſupra γ. habet *vel parva.* Ar. Mart. Pemb. B. Pub. γ. λ. *manu venturum*, Bodl. vero *m. copia militum venturum.* illud *magna* a mala manu eſſe puto. paulo poſt: in *aedes, irrupere.* λ. *in aedes ſcrutari*; caeterum *adulterinum* opponitur *vero*, in qua voce facete ludit *Ovidius* de Arte III, 643. *Nomina cum doceat, quid agamus, adultera clavis, Quaſque petas, non det janua ſola vias.* J. Waſſe.

4 *Strepitu & tumultu omnia miſcere.*] Rittershuſii lib. *miſceri.* infra. *Puberes omnes interfici*, & gaudet infinitivis Criſp. *Putſchius.*

5 *Occultans ſe in tugurio mulieris ancillae.*] Manuſcripta non habent additam praepoſitionem *in.* Servius in I. Aeneidos hunc locum citans praepoſitionem addit; ni ſint mendoſi codices. Itidem in VIII. At *Donatus* in Andriam quidem *in* omittit, conſentientibus ad unum quotquot ipſe viderim exemplaribus; in Phormionem vero, addit. praeterquam in codice Romano, ubi hic locus contra quam in aliis fere eſt omiſſus. Mihi vulgata lectio haud ſane diſplicet. pro, *deliteſcens in tugurio, abdenſque ſeſe.* niſi quis legendum forte putet, *cum interim Hiemp-*

dus

Digitized by Google

dus, & ignarus loci perfugerat. Numidae caput ejus, uti juſſi erant, ad Jugurtham referunt.

XIII. Ceterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgatur: Atherbalem, omniſque, qui ſub Micipſae imperio fuerant, metus invadit. In duas partis diſcedunt Numidae: plures Atherbalem ſequuntur, ſed illum alterum bello meliores. Igitur Jugurtha quam maxumas poteſt [1] copias armat: urbes partim vi, alias

ſed reperitur occultans in tugurio, &c. accuſativo omiſſo. quomodo ad Atticum Cicero, *Juventus eſt vix in hortis ſuis occultans*, ut videlicet abſolute activum ponatur. *Tametſi* in Merſeburgenſi eſt, *occultans ſeſe.* ut nihil certi quis affirmare queat. *Rivius.* In tugurio *Servius* ad Aen. VIII. p. 1277. & I, 490. ita etiam L 3. Venet. 1470. 1478. recte omittunt caeteri. uti & fere *Gruteriani.* pro *reperitur* *Donatus* ad Phorm. II, 1. *reperiretur.* Gruterus inducendum putat *ſe.* quod exhibent omnes. Caeterum *ancillae mulieris,* ut *vulgus nebulonum hominum* apud *Gellium.* &, *medicinae artis* apud *Septimium* I, 14, ita legendum ut alibi, *avis aquila.* *Auguſtinum* Confeſſ. IV. *Mulier meretrix* apud *Terentium.* ſaxo ſilice apud *Livium* I, 24. *Avienus*, p. 266. *Nam cum vere novo tellus ſe dura relaxat, Culminibuſque cavis blandum ſtrepit* ales hirundo, *Gens devota choros agitat*, cratituque *ſacrato Ludunt.* lege, *cantuque* ibi. etiam pro *Denſa ſerenatoceus*, meo periculo, *denſa ſerenato ceu ſplendent ſydera coelo.* Graece *Dionyſius* ἀπειρέσιον εἴχα νύσαν, *Priſciano* interprete: Sporadas ceu ſtellas aſpicis almas. *Cyprianus* de hab. *Virg.* p. 96. *Nec computari jam potes inter* puellas *&* Virgines *Chriſti.* ita Oxonienſes ἀπαρθενευταί. *Aldhelmus* autem de laude *Virg.* ea citans omittit *puellas &.* Vincentius *Beluacenſis*, copulam tantum, idque rectiſſime. ita enim Scriptores ſacri. V, 9. Deut, XXII, 28. eam Nagnara Bethulah LXX. τὴν παῖδα τὴν παρθένον. Audacius paullo *Marcellus Empiricus*, p. 48. *ſub divo poſitum jubebis ſotidie per* puerum virginem *commoveri.* Martyrologium *Rabani.* viperis ſerpentibus *traditi.* Unum adddo *Ampelium*, p. 24. Ed. Graevianae. *Othryades* vir bellator, *qui Meſſenio bello, quo centeni, id eſt, quinquageni, concertaverunt, & trophaeum ſuo ſanguine ſcripſit, tertiuſque Meſſenio bello, ex oraculo Apollinis, dux ab Athenienſibus per ludibrium miſſus, poenateas vota, militum animos concitavit.* Locus ſine ferro ignique in integrum reſtitui vix poteſt, quare Urc; ſeca audacter. *vir bellator*, in primis recte habet, ita enim loquitur *Hegeſippus* IV, 10. caetera ita legas: quo tercenteni, infeſto utrinque agmine c. &c. pro *tertiuſque* item *Tyrtaeuſque m. b. e. o. A. d. a. A. p. l. m. pede altero claudo.* De *Othryade* vide *Herodotum* Clio *Juſtinum* V, 5. *Senecam* ſuaſor. II. p. 21. *Lucian.* Pſeud. 486. *Pauſan.* II, 156. & *Plutarchum* in Paral. p. 306. qui ex *Chryſermo* rem narrat. apud quem pro Ἀγήνορος legendum omnino Ἀλκήνορος uti habent *Pauſanias* & *Suidas.* De numero militantium fidem facit *Strabo.* De eodem ita *Schol.* Statii ad Theb. IV. Trophaea juſſit attolli, quibus digito ſanguine oblito haec ſcripſit: *κατὰ artron-e prata loyion*; quae ex Conjectura ſic reſtituo: κατὰ Ἀργείων ἐστήσατο Λακεδαιμόνιοι. Denique, apud *Ampelium* Cap. ſupra laudato pro *delegare* ſcribe *delere.* J. Waſſe.

1 *Copias armat.*] In Merſeburgenſi & impreſſis vetuſtioribus, *Copias parat*: pro, *comparat.* In caeteris manuſcriptis eſt vulgata lectio, conſentiente Beroaldino. *Rivius.* Ar. L 3. Ball. *parat.* B.

voluntate imperio ſuo adjungit: omni Numidiae imperare parat. [1] Atherbal, tametſi Romam legatos miſerat, qui Senatum docerent de caede fratris, & fortunis ſuis; tamen fretus multitudine militum, parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen venit, [2] victus ex

Pub. *quam maximas copias p. a.* Caeteri *armas*, recte; illud alterum ſequitur: verum pro *parabat* L 2, 3. Ball. *parat*. Tacitus, An. I, 22. *per gladiatores ſuos, quos in exitium militum habet atque* armat. Hiſt. III, 79. *moeſta omnia accepit: plebem quoque & ſervitia pro Vitellio armari*. II, 8. *mancipiorum valentiſſimum quemque* armavit. *Silius* VII, 1. *Ille quidem ſocios, atque aegrum vulnere praeceps Auſonium* armavit. Et ſic *Livius* XXVIII, 1. aliique. infra, *illum alterum*. ſecunda vox deeſt L 2. Codices vero retinent eleganter. *Hegeſippus*, qui huc reſpexit, I, 13. *ubi confertum plerique relicto Hyrcano*, illum alterum bello meliorem *ſecuti*. J. Waſſe.

1 *At Adherbal.*] *At* particula abundat, niſi fallor, ex prima ſyllaba dictionis ſequentis effecta. *Ciacc.* MSS. Pal. ſine praemiſſa copula *at*. auribus mire alioquin ingrata. Markii γ. *tamen etſi* recte. de qua voce vide *Stewichium* de particulis, p. 138. & ante omnes *Gulielmium* in Veriſimilibus. *J. Waſſe.*

2 *Victus ex praelio profugit in provinciam.*] Liber Bongarſii, *ex praelio* omittit, quae abeſſe poſſunt, Sed retinet Nov. in, *Contendere*; ubi vitioſe legitur: *ſperabat armis contend.* pro *parabat*, Putſchius. Malim *victus praelio, profugit*; niſi etiam tollendum, *praelio*, certe neutrius vocis veſtigium; in Pal. novo, aut Bongarſiano. *Gruterus*. Noſtri omnes, *ex proelio*. & retinet *ex*. J. 56. Fr. 11, 5. Provincia quandoque regionem denotat in P. Rom. poteſtatem quovis modo redactam, vel etiam locum ubi Imp. bellum adminiſtrabat, vel denique pro quacunque publici muneris procuratione ſumitur. Hic autem in primaevo ſignificatu ponitur, pro illa nempe Africae parte, quae ab Carthaginis excidio Romanis belli lege ceſ-

ſerat; *τὸ ἀρχῆθεν* ad regnum Micipſae. Quo ſenſu *Caeſar* B. G. I. *Horum omnium fortiſſimi ſunt Belgae, propterea, quod a cultu atque humanitate* provinciae *longiſſime abſunt*. ubi *hoſtico* opponitur *provincia*. Sunt qui Galliam Narbonenſem ita dictam putant κατ' ἐξοχὴν, inter quos *Aldus* in Quaeſitis per Epiſt. & *Bergierius* de publicis & M. viis III, 83. *Vinetus* ad *Auſonium*, aliique. Et hoc aſſerunt hiſce credo argumentis inducti, tum quod abſolute a *Caeſare* heic & alibi ſaepius efferatur, tum quod ſequior aetas illud, nomine a Latina voce detorto dixerit *Provence* ſive *Provenza*. Neque aliud ab auctore idoneo teſtimonium adducunt, quod huic rei fidem faciat. Verum, quod nomen ipſum attinet, illud quidem nimis infirmum. Pluſima enim nomina locorum Appellativa apud Antiquos in Propria tractu temporis evaſerunt. Quomodo a Victricis ſtatione factum *Vitry* aliaque ejuſmodi; adeo ut nomen *Provence* non magis probet Romanos hanc partem Galliarum per eminentiam vocaſſe *Provinciam*, quam illud alterum *Le pais Roman* in agro Bernenſi, probet illum terrarum tractum apud eoſdem audiviſſe *Ditio Romana* aut *Romaniola*. Imo magis hoc probabile, quia nomen a porta Urbis Romanae, dicta Varroni *Romanula*, non prorſus abſurde deduci poſſit. At certum, hoc quicquid eſt, terrae olim regionis Aemiliae nomine veniſſe. Ut enim agrum Narbonenſem *Provinciam* abſolute vocet ibi *Caeſar*, tamen alibi vocem *Provinciam* uſurpat idem ille, adjunctis vocibus *finitima*, *noſtra*, *omnis*, *Romana*, *ulterior*; quae ſatis oſtendant, ipſum hanc vocem Appellative quam proprie accepiſſe. ſic B. G. VIII, 46. *Narbonem profectus* . . . *paucos dies in provincia moratus* . . . *omnium Galliae civitatum, quam ſu-*

proe-

ſignerat fidelitate atque auxiliis provinciae illius. Sic locum ſupra laudatum accipit Metaphraſtes: ἐκ πολλοῦ ἀφωρισμένα ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐπαρχίᾳ. eamque *provinciam Romanam* vocat *Julius Celſus*. Cato in Origin. *Agrum* Gallicum Romanum. Caeſaris, *ea loca* finitimae provinciae *adjungere* B. G. III, 2. ille vertit, τῇ πλείονι αὐτῶν ἐπικρατείᾳ προσθεῖναι. & pro *Rhodano qui* provinciam noſtram *ab Helvetiis dividit*, I, 2. ille, διὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπαρχίας διαχωρίζοντι. Nec umquam, quod ſciam, aliter. Jam ſi voces *finitimae* & *noſtra* relationem includunt, neceſſe eſt, ut etiam alia loca ſint eo ſenſu provinciae, quo hic eſſe dicitur; proinde vel plura per excellentiam ſic dicta ſunt, vel ille, de quo movetur quaeſtio, ſaltem apud auctores modo allegatos, non eſt. Praeterea haec pars Galliae, *Provincia Narbonenſis*, & *Bracata* vocitatur a *Cicerone*, Epiſt. IX, 5. aliiſque, de qua re adeas *Plinium* Nat. Hiſt. III, 4. & *Diodorum*, apud quos tamen uti & Geographiae ſcriptores, & Hiſtoricos alterius appellationis ne gry quidem. *Tacitus* Hiſt. II, 14. *imminere* provinciae Narbonenſi. Contra, ipſi Plinio, *nulli provinciarum poſtferenda, breviterque*, Italia *verius quam* provincia. hic opinor, vox *provinciarum* κατ' ἐξοχὴν accipi nequit. Quod ſi alias, mirum ni apud Graecos invenire eſſet pro ἐπαρχία; Ναρβωνησία aut ἡ Ναρβωνῖτις, Προβινκία, qua forma apud *Ptolemaeum* Ἐκκεστής, τογᾶτα atque κομᾶτα apud *Dionem*, τόγας apud *Dionyſium*. At *Strabo* ſolummodo τῆς Ναρβωνίτιδος ἐπαρχίας meminit; *Dio* provinciam hanc τὴν Γαλατίαν τὴν Ναρβωνησίαν vocat, *Xiphilinus*, Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα. idque proprie: nam provincia ita a Narbone dicta eſt, ejus rei teſtes dabo Conſules, *Auſonium* de clar. Urb. XIII. *Nec tu Martie* Narbo *ſilebere*, nomine cujus *Fuſa per immenſum quondam* provincia *regnum*. & *Ciceronem* I. pro Fontejo. *Eſt in eadem* provincia *Narbo Martius, colonia noſtrorum civium*, &c. Vide jam ut adjungat *eadem*, neque per totam iſtam Orationem voce αὐθημερινῶς, utatur. Unus eſt locus in orat. pro Quint. §. 12. qui prima fronte contra nos facere videtur, quem tamen omiſerunt adverſarii. *In* Gallia *agi non potuit? At & in* provincia *jus dicebatur; & Romae judicia fiebant*. ibi *provincia* opponitur *Galliae* Lugdunenſi. Saltus Quintii Gallicanus intra Secuſianorum regionem, Roma aberat M. Paſſ. DCC. At Secuſiani teſte Caeſare, *ſunt extra Provinciam primi*. Verum haud liquido conſtat utrum *Sebuſiani* & *Seguſiani* fuerint unus idemque populus necne; deinde voces *Gallia* & *provincia* ſignificare regionem eandem poſſunt. ſententia ſic ſe habet. *Appellandi tempus non erat?* illud ex mente adverſarii, cui contradicendo reſpondit; *at tecum plus annum vixit*. vides nihil concedere. pergit Orator ſub eadem perſona. *In Gallia agi non potuit?* hoc eſt in Gallia ἁπλῶς, in nulla parte Galliae; ergo *provinciam* vocat ille *Galliam*. reſpondit: *at & in provincia jus dicebatur, & Romae judicia fiebant*. In *provincia?* quid hoc ad *Galliam* de qua objectio? Quomodo in Gallia agi potuerit, ſi in *provincia, i. e.* non in Gallia? *& in provincia* inquit. nempe *tam in* provincia *quam* Romae, ergo *provincia* oppoſite ad *Romam* non ad *Galliam*, ut ſaepe alibi. Praeterea Jus ubique dicebatur vel per Procoſſ. vel eorundem legatos, & §. 14. *ait fuiſſe poteſtatem agendi quotidie* Confer Cic. Verrin. X. §. 30, 32, 34. Quod ſi vox *provincia* Narbonenſem Galliam deſignaret, quae ratio reddi potuerit, cur non item vox *Provincialis* ad ſolos ejuſce ditionis homines reſtringeretur? Ut nihil dicam de finibus qui Caeſaris aetate multo latius patebant, quam limites illius quae hodie Provinciae nomine frequentatur. Poſtremo, Sicilia, ſi quae alia provincia, hujus vocabuli praerogativam obtinere debuit, quae *prima provinciarum* dicta *Ciceroni, Livio*, aliis. Quod ſi uni *Caeſari* innitatur Opinio Bergierii, & ipſe aliis locis oſtenderit, ſe eo ſenſu duntaxat Narbonenſem *provinciam* dixiſſe, quo & Aſiam ipſam poſtea Acad. Q. III, I. Macedoniam de Fin. I, 24. quo Africam *Salluſtius*, Cap. XXVII. LXV. XLIII. Cat. XIX. Fr. II, 8. V, 9. *Mela* III, 3.

proelio, profugit in provinciam, [1] ac deinde Romam contendit. [2] Tum Jugurtha, patratis conſiliis, poſtquam omni Numidia potiebatur, in otio facinus ſuum [3] cum animo reputans, timere populum R. neque advorſus iram ejus uſquam, niſi in avaritia nobilitatis & pecunia ſua ſpem habere. Itaque, paucis diebus, cum argento, & auro multo [4] Romam legatos mittit: queis praecipit, uti primum veteres amicos muneribus expleant: [5] deinde novos acquirant: poſtremo, quemcunque poſſint largiundo parare, ne cunctentur. [6] Sed ubi Romam legati venere, & ex praecepto regis, hoſpitibus, aliiſque, quorum ea tempeſtate in Senatu auctoritas pollebat, magna munera miſere; tanta commutatio inceſſit, [7] ut ex maxu-

non eſt temere probanda. Quod vox abſolute effertur id nihil eſt. Idem enim de Apulia uſurpat, *Livius* XXVIII, 9. de Hiſpania XXVI, 20. de Germania, *Florus.* IV, 2. de Aſia *Victor* v. Illuſt. LXX. de Creta *Eutropius* VI, 11. Ubi intelligas neceſſe eſt, ipſam illam provinciam de qua facta ſuperius mentio, vel oppoſite ad Italiam, vel ſaltem ſubaudienda *tota*, haec, *illa*, ſua, & alia id genus. Sed contenti injeciſſe ſcrupulum, rem in medio relinquamus. *J. Waſſe.*

1 *Ac deinde Romam contendit.*] In vetuſtis eſt, *dehinc.* qua voce perſaepe & alias utitur. *Rivius.*

2 *Tum Jugurtha paratis conſiliis.*] In quibuſdam eſt, *peractis conſiliis.* in manuſcripto, *patratis* pro *perfectis quae in animo habuerat.* idque verbi maxime omnium placet. Sic dicimus, *patrare incepta, patrare facinus,* pro *peragere, perficere.* Riv.

3 *Cum animo reputans.*] *Cum animo ſuo,* ſolet dicere, ut ſupra: *Proinde reputaret, cum animo ſuo.* Cato apud Gellium XVI, 1. *Cogitate eum cum animis veſtris.* & Noſter: *reputate cum animis veſtris, num id mutare melius ſit.* Item: *trahere cum animo ſuo.* Etiam: *cum animo ſuo volvere ſolitum.* Tum: *mihi multa cum animo agitanti.* Ciacconius. Sic & Fabricianum, & cetera manuſcripta. quomodo *Cicero* alicubi, *Multa mecum ipſe reputanti,* inquit. verum in quibuſdam tamen eſt, *in animo.* perperam, ut opinor. *Rivius.* Alii codices habent, *in animo reputans,* cum *in* praepoſitione: quod & ſimplicius eſt, & apud auctores frequentius. *Glareanus.*

4 *Romam l. m. quibus.*] MSS. quis ut alias *Rivius.* in notis citat Gruterus *multos Romam,* operarum credo incuria. *J. Waſſe. rom leg.* ea eſt MSS. Pal. poſitura, *Gruter.* ſupra Arond. *argento multo.* Bodl. abeſt *multo.* γ. λ. *auro &c,* ſic alii. infra: *uti primum v. a. magnis.* In MSS. & aliis non eſt, *magnis.* Rivius. Thoſan. *mactatis* unde *mactis* Palmerius. pro *uti primum* 1, 2. Pal. fidei minus ſubleſtae & *Bongarſius* quod ſuavius longe. *Gruterus.* ſic Mart. infra: *hoc modo locutum.* modo a ſecunda manu Pemb. *J. Waſſe.*

5 *Deinde novos acquirant.*] Eſt quidem in Merſeburgenſi atque aliis vetuſtis *exquirant*: ſed in Fabriciano, cujus nos plerumque fidem ſequimur, *adquirant.* Habent eodem modo cetera manuſcripta *Rivius.* *Anquirunt* legendum putat *Giſan.* in indice ad *Lucret.* ut apud *Cic.* in Laelio. *ſemper aliqui anquirendi ſunt.* ita ejus liber. ſic *Liv.* J. Waſſe.

6 *Sed ubi legati Romam venere, & ex.*] Perperam eſt in recentioribus omiſſa coma

Digitized by Google

ma invidia in gratiam & favorem nobilitatis Jugurtha veniret: quorum ſpars ſpe, alii praemio inducti, [1] ſingulos ex Senatu ambiundo nitebantur, ne gravius in eum conſuleretur. Igitur, ubi legati ſatis confidunt, die conſtituto Senatus utriſque datur. Tum Atherbalem hoc modo locutum accepimus.

XIV. *P.C. Micipſa pater meus moriens: mihi praecepit, uti regni Numidiae tantummodo procurationem exiſtumarem meam;* [2] *ceterum jus, & imperium penes vos eſſe: ſimul eniterer domi, militiaeque* [3] *quam maxumo uſui eſſe populo R. Vos mihi cognatorum,* [4] *vos in locum adfinium ducerem:*

pula &, quae eſt in antiquioribus addita. Rivius. *Legati* abeſt Bodl. *J. Waſſe.*

7 *Uti ex maxima invidia & malevolentia.*] In vetuſtioribus quibuſdam eſt *malevolentia* additum: cui *favorem* ſtatim opponat, ſicut *invidiae gratiam.* In manuſcriptis tamen & recentioribus non eſt idem additum, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. *Rivius. Malivol.* retinet L 3. & Ball. Venet. 1470. *pretio* Venetae & L 2. *J. Waſſe.*

1 *Singulos ex ſenatu ambiendo.*] Fabricianum, *ambiundo.* nec aliter Merſeburgenſe. *Rivius.*

2 *Ceterum jus & imperium penes vos eſſe.*] Sic Maſgaba Maſſaniſſae filius apud *Livium*, lib. 45. *Maſſaniſſam meminiſſe regnum a pop. Rom. partum, auctumque & multiplicatum habere: uſu regni contentum, ſcire dominium & jus eorum qui dederint eſſe.* Ciacconius. *Ejus*, non eſt in omnibus vetuſtis: nec ſenſus magnopere requirit. nam genitivus ille *regni Numidiae*, huc eſt referendus qui anteceſſit. *Rivius.* Particula *ejus* diſerte extat in Pal. antiquioribus ut & editis ante Carrionem. alias exturbaſſem & ego. *Gruterus.* Pro *exiſtumarem* L 3. *haberem.* vide quo pacto Iſſ. diſtinguunt inter *procurationem* & *dominium.* Cod. IV, 27. Non multum abit *Juſtinus* XXIX, 2. *Rex à matre hactenus conſtituitur, ut nomen Regis penes filium, vis autem omnis imperii penes matrem eſſet.* Codex B. Pub. Cant. *filium ejus jus*, nec aliter *Vincentius Belvacenſis.* utraque lectio placet, *Tacitus* enim *vim imperii, nomini regis* opponit. An. VI, 43. Idem etiam XV, 31. *apud Rom.* jus imperii *valet, inania tranſmittuntur.* mallem ibi tamen *vis.* quod ad *Juſtinum* attinet cum Ed. Junt. & quidem Bongarſii retineant *vis*, nihil temere mutandum, etſi forte ad haec *Salluſtii* verba reſpexerit. Auctor, cujus mihi nomen excidit: *cui perimbecillo*, verbo datum imperium *videbatur, res autem penes eos erat, qui ſibi exercitum & provincias diſtribuerant.* neſcio an, *re autem* ut apud Noſtrum, re ipſa *bellum aſperum.* &, *Nepotem* XIX, 3. *cauſſam apud Philippum regem* verbo, re ipſa *quidem apud Polyperchontem juſſus eſt dicere.* Thucydides II, 65. Ἐγίγνετό τε ΛΟΓΩι μὲν, δημοκρατία, ΕΡΓΩι δὲ, ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή. & III, 70. *Cratinus* apud *Plutarch.* ΛΟΓΟΙΣΙ προσάγει ΕΡΓΟΙΣΙ δ' οὐ κινεῖ. *Andocides*, Orat. IV. p. 305. τοὺς μὲν ΛΟΓΟΥΣ δημαγωγοῦ, τὰ δ' ΕΡΓΑ, τυράννου παρέχεται. Hoc ſenſu *verbo* pro *nomine* uſus *Cicero.* Verrin. VIII, 133. *Cum vero in foro celeberrimo, tanta frequentia.* hoc verbo & ſimulatione *Apronio*; revera *tibi objectus eſſet.* vide *Cic.* pro Quint. I. §. 7. *Hegeſip.* I, 24. *Ne ſpecies regni ad eum, poteſtas ad illos perveniret.* C.C.C. & B. Pub. ibi *conferendum* pro *confoederandum.* infra,

ſi

ſi ea feciſſem, in veſtra amicitia exercitum, divitias, munimenta [1] *regni me habiturum.* [2] *Quae cum praecepta patris mei agitarem;* [3] *Jugurtha, homo omnium, quos terra ſuſtinet, ſceleratiſſumus,* [4] *contemto imperio veſtro,* [5] *Maſiniſſae me nepotem,* [6] *etiam ab ſtirpe ſocium, atque amicum populi R. regno, fortuniſque omnibus expulit. Atque ego P. C. quoniam eo miſeriarum venturus eram, vellem po-*

ut data ſpe regnandi cujus ad tempus vicarius foret. Codd. recte *ſpecies dominandi.* v. *Liv.* 1, 43. J. Waſſe.

3 *Quam maximo uſui eſſe.*] Ritterſhuſii: *quam maxime uſui eſſe,* magis ad guſtum meum. *Putſchius.* L 3. abeſt *populo Romano.* J. Waſſe.

4 *Vos in locum adfinium.*] Vaticanus: *vos loco affinium:* quomodo & Ritterſhuſ. niſi quod addat *que, voſque.* Putſchius. Ita MSS. aevo priores, quibus aetas minor, *vos adfinium loco ducerem,* quomodo editi ante Carrionem, neque diſplicet. ſic enim etiam habere Vaticanum codicem quem conſulit Bongarſius, indicant ſchedae ejus. *Gruterus.* L 3. *cog.* & *affin. d. l.* Ball. Bodl. Martin. & Venetae *adf. loco.* Xenophon de Cyri Exped. 1. p. 250. Νομίζω γὰρ ὑμᾶς ἐμοὶ εἶναι πατρίδα, καὶ φίλους, καὶ συμμάχους, καὶ σὺν ὑμῖν μὲν ἂν εἶναι τίμιος, ὅπου ἂν ὦ. J. Waſſe.

1 *Regni me.*] Reg. *mei.* infra, *utique* abeſt Markii γ. & Martin. manente litura. alii ejus loco habent *etiam.* ut Pemb. Bodl. Digb. B. Pub. Arond. L 2, 3. etiam Bertin. vide Palmerium. illud *poſſe* non admodum placet, retinent tamen omnes. *J. Waſſe.*

2 *Quae praecepta patris mei cum agitarem.*] Τὸ *mei,* non eſt in omnibus vetuſtis: & eſt ab litteratore forſan aliquo adjectum, qui voluerit explicare, quo de patre loqueretur. proinde ac ſi non id ſatis e ſuperioribus planum perſpicuumque foret. Talia permulta paſſim ſunt cum in *Salluſtio,* tum in ceteris fere omnibus adjecta. id quod facile ſentit, qui ſcripta veterum diligenter evolvit. Nequid tamen diſſimulem, eſt in manuſcriptis duobus hoc loco *parentis mei.* Rivius. Haec eſt lectio & diſpoſitio Vaticani codicis, qui complexus eſt orationes *Salluſtii,* haec membranarum noſtrarum; niſi quod Pal. oct. *Quae cum praecepta patris agitarem;* nonus vero; *quae cum praecepta agitarem parentis mei;* decimus, *quae cum praecepto patris mei agitarem,* editi antea: *quae praecepta patris mei cum agitarem.* aut fallor, aut illa, *praecepta parentis mei,* ſpuria ſunt, *Gruterus.* Digb. abeſt *praecepta* Ball. *mei* & Venetae omittunt, recte. Arond. Pemb. Reg. Mart. *parentis* & ſic Markii γ. λ. B. Pub. *J. W.*

3 *Jugurtha homo omnium.*] Canteri liber hoc modo hunc locum profert; *Jugurtha hominum, quos terra ſuſtinet, ſceleratiſſimus.* non contemnenda lectio. *Popma.* Sic etiam codd. noſtri praeſtantiores: nam alii, *omnium hominum quos.* aut, *homo hominum quos,* aut *omnium homo quos,* ut videatur verius aliorum, *hominum, quos, &c.* rejecto illo *homo.* Gruterus. Recte. *Seneca* Controv. XVII. *Deduxi ad vos reum,* omnium quos terra ſuſtinet, *nocentiſſimum.* Plaut. Pſeud. *Quantum terra tegit hominum perjuriſſime.* J. Waſſe.

4 *Contemto veſtro imperio.*] Manuſcripta, *contemto imperio veſtro.* ut pronomen ſequatur, quomodo & *Badianus* codex, *Rivius.* At *Badian.* 1526. *Con. veſtro imperio.* J. Waſſe.

5 *Maſiniſſae.*] De hoc loco adeundus Palmerius. infra: *a vobis auxilium* Pemb. a 2 manu habet *a vobis,* J. Waſſe.

6 *Etiam a ſtirpe ſocium atque amicum populi R.*] Manuſcriptum, *ab ſtirpe.* Hoc

tius

tius ob mea, quam ob majorum meorum [1] *beneficia poſſe me a vobis auxilium petere, ac maxume deberi mihi beneficia a populo R.* [2] *quibus non egerem;* [3] *ſecundum ea, ſi deſideranda erant, uti debitis uterer. Sed quoniam parum tuta per ſe ipſa probitas eſt; neque mihi* [4] *in manu fuit, Jugur-*

autem ideo Adherbal, quod Maſiniſſae nepos eſſet, qui rex, ſociuſque & amicus fuerat ab Senatu appellatus: cujus nominis honorem & paucis admodum, & pro magnis erga ſe eorum meritis atque officiis dare populus R. conſuevit. *Riv.*

1 *Beneficia a P. R.*] Vox *beneficia* otioſa videtur. *Ciaccon.* Tres dictiones poſtremae Gloſſae affines videntur. *Gruterus.* B. Pub. *beneficia p.* eo caeteri ſervant. *J. Waſſe.*

2 *Quibus maxume non egerem.*] Non eſt in ullo uſpiam manuſcripto, quod ſciam, illa optandi particula, *Utinam:* ac mea quidem ſententia rectius eadem abeſt. Qui locum expenderit, ſi cujus modi eſt in literis judicii, mecum haud dubie faciet. Nec exemplar eam Beroaldinum habet. *Rivius.* [illegible] Ball. & in interlin. Bodl. Venetae. *J. Waſſe.*

3 *Secundum ea ſi deſideranda erant, uti debitis uterer.*] Codices quidam in pergamenis deſcripti, conſentientibus & impreſſis nonnullis: interque hos eo, qui a Pintio eſt Venetiis excuſus, *ſed ea ſi deſideranda erant.* verum priorem lectionem eſſe veriorem, e Priſciano liquet; is enim libro XIIII. de praepoſitione agens, *Secundum*, inquit, *quando pro* [illegible] *accipitur, loco praepoſitionis eſt.* Salluſtius in Jugurthino, *Secundum ea, uti debitis uterer.* Lucan. VIII. *ſecundum* [illegible] *dantur.* Ita Priſcianus videlicet hoc dicit, *Secundum* in *Salluſtii* exemplo, *poſt* vel *proximo* ſignificare: in Lucani, pro, ut mirari ſatis non queam, quid ille ſibi velit, qui pro *ſuper* accipi adnotavit. quem in ſcopulum tamen & *Thomas Linacer* impegit. *Rivius.* Sed ea Fulvii liber Mann. *ſecundum ea* primitus Naz. factumque inde *ſed ea ſi* &c. quomodo etiam ſunt caeteri MSS. illa *ſi deſideranda erant* adulterinum quid reſipiunt, certe abeſſe poſſunt nullo ſententiae damno. *Gruter.* *Sed ſi ea* L. 2. 3. Venetiis euſi 1700, 1708. B. Pub. Mart. Ar. Ball. Digb. *ſed ea ſi* λ. Bodl. γ. & Reg. vero *ſecundum.* poſtea factum *ſed ea.* Priſcianus p. 997. omittit, *ſi deſideranda erant.* agnoſcit *uti debitis.* Apulejus de hab. II. p. 12. *mentemque illam quam vis idem voluntas ſecundum ea, &c. eſſe animi virtutes.* Palmerius ex ſuo libro qui *expenſis* exhibet, legit *expenſo.* J. Waſſe.

4 *In manu.*] In poteſtate. *Plautus* Rud. IV, 3. In manu non eſt mea: *Ubi demiſi rete atque hamum, quicquid haeſit extraho.* Seneca de Clement. I. *qualem quiſque ſortem ſtatumque habeat,* in manu mea poſitum eſt. cum tertio caſu, *Plautus* Bacchid. I. 2. *Sperat quidem animus: quo eveniat,* diis in manu eſt. *Livius* XXI, 35. *praeſidiisque in urbes contraheret, ut ſua cuique Reſp.* in manu eſſet. Idem XXII, 4. alia forma: *vos in manu & tutela, non in ſervitio debetis habere foeminas.* Et *Tacitus* mutat. An. II, 46. *Neque poenitere, quod ipſorum in manu ſit, integrum adverſus Rom. bellum, an pacem incruentam malint.* Seneca *Phoen.* 454. *hic primum nefas Inter ſcientes geritur.* in manu veſtra eſt. *Utrum velitis* Lucanus VII, 253. numero utitur plurativo. In manibus veſtris, *quantus ſit Caeſar,* habetis. *Ariſtides* Orat. in Neptun. p. 48. ἜΧΟΝΤΑ [illegible] ἐν ΧΕΡΣῚΝ. *Thucydides* II, 13. Τά τε τῶν ξυμμάχων ΔΙᾺ ΧΕΙΡῸΣ ἜΧΕΙΝ. Scholiaſta [illegible] non bene. Eodem capite pro δέκατος αὐτὸς fere mallem, Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, στρατηγὸς ὢν Ἀθηναίων δέκατος αὐτός, nempe Lacedaemoniis. Sequitur ὡς ἔγνω τὴν ἐσβολὴν ἐσομένην, ὑποτοπήσας, ὅτι Ἀρχίδαμος αὐτῷ ξένος ὢν ἐτύγχανε, μὴ πολλάκις ἢ αὐτὸς ἰδίᾳ βουλό-

tha

tha, qualis foret: ad vos confugi P. C. quibus, quod mihi miſerrumum eſt, cogor prius [1] *oneri, quam uſui eſſe. Caeteri reges, aut bello victi in amicitiam a vobis recepti ſunt, aut in ſuis dubiis rebus ſocietatem veſtram adpetiverunt.*

XV. *Familia noſtra cum populo R. bello Carthaginienſi amicitiam inſtituit, quo tempore magis* [2] *fides ejus, quam fortuna pendenda erat.* [3] *Quorum progeniem vos, P. C.*

μένῳ χαρίζεσθαι, τὰς ἀρχὰς αὐτοῦ παραλίπῃ καὶ μὴ δῃώσῃ. At Periclem ſummam rerum tunc temporis obtinuiſſe quis dubitat. Confer autem *Thucyd.* Cap. XXII. *Polyaenum* I, 36. *Juſtin.* III, 7. Nec tamen altera loquendi forma abhorret ab indole Auctoris, qui IV, 2. Ἐς Σικελίαν ἀπέστειλαν, &c. καὶ στρατηγοὺς τοὺς ὑπολοίπους, Εὐρυμέδοντα, καὶ Σοφοκλέα. Πυθόδωρος γὰρ ὁ τρίτος αὐτῶν, &c. ſic IV, 75, 38. Adque hunc modum *Statius* Sylv. I, 4. *nec Aoniis*, decima *cum* Pallade, *divas*. Sed & hoc inſuper addo, voces *decimus*, δέκατος non infimum poteſtatis & honoris locum innuere. ſed nos alio properemus. *J. Waſſe.*

1 *Oneri quam uſui.*] Ita Libri. *Apulejus* Apolog. *Quidquid aptam moderationem ſupergreditur*, oneri *potius* quam uſui *exuberat*, & II. Florid. *Rem familiarem abjecit & velut onus tergoris*, magis labori *quam* uſui. *Mamertus de* ſtatu animae p. 719. *incipit* eſſe oneri, *quod erat* uſui. Atque ita fere *Hegeſippus* II, 15. V, 24. & alibi. *J. Waſſe.*

2 *Fides ejus quam fortuna pendenda.*] Reg. Ar. L 1, 2, 3. Pemb. Venetiis cuſi, Mart. Oxonienſes uno ore *petenda* pro *expetenda*: Gruteriana a qua editio haec expreſſa eſt, *pendenda*: utrum ex ingenio an a Codicibus non memorat. v. *Demoſth.* adv. Lept. p. 367. *Stewichius* notis ad *Apulejum*, p. 422. in ſuis invenit *petenda*, unde ipſe *putanda*. Non ineleganter. *putat* Gloſſae δοκεῖ. *putatio* οἴησις. pro reputare, conſiderare. *Terentius* Eun. *Dum haec puto, praeterii imprudens villam.* Videſis *Donatum* ad Aen. VI, 332. & *Nonium.* At aeque elegans nec antiquum minus *pendenda.* hoſt eſt, *majoris aeſtimanda.* Cicero Epiſt. Fam. V, 17. *nos ceterique qui te non* ex fortuna, *ſed ex virtute* pendimus *ſemperque* pendemus. *Tacit.* Hiſt. IV, 28. *per omne id bellum meliore uſi* fide *quam* fortuna. Caeterum per *fides ejus* intellige fidem Populi Romani, illorum ſcilicet erga amicos gravitatem & conſtantiam. Alii, inquit, in ſuis dubiis rebus, & veſtris laetis ob victorias frequentes, ſocietatem veſtram appetiverunt, at Maſiniſſa, cum incerta eſſet alea belli, manente adhuc Carthagine, non tam fortuna quam fide in ſocios qua per Orbem terrarum clari eratis inductus, in clientelam veſtram conceſſit. fides enim, auctore *Cicerone*, dictorum conventorumque conſtantia & veritas. Ideoque viam ad Romanorum benevolentiam ſatis oratorie praeſtruit, fidem publicam, quam implorat, laudando. Interpretes fere Maſiniſſae fidem intelligunt, ſed perperam. *Xenophon.* Hiſt. Graec. IV, 535. Καὶ γὰρ τὸ μὲν ἐν ταῖς εὐπραξίαις πιστοὺς φαίνεσθαι οὐδὲν θαυμαστόν. ὅταν δέ τινες ἐν συμφοραῖς γενομένων φίλοι βέβαιοι φανῶσι, τοῦτ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μνημονεύεται, &c. ὅσῳ δὲ μᾶλλον αἱ ἄλλαι τύχαις σὺν τῇ τύχῃ ἀπεστράφησαν ἡμῶν, τοσούτῳ ὄντως ἡ ὁμολόγου πιστότης μείζων φανείη ἄν, lege ὁμολόγως. v. *Tacit.* A. IV, 56. J. W.

3 *Quorum progeniem vos.*] Legerem, *quorum progenies vos*, hoc eſt, vos, qui illius populi progenies eſtis. *Cic.* de Univerſitate, *veteres, qui ſe progeniem Deorum dicebant.* Varro de R. R. 2. *Ibi contra progenies eorum.* Ciacconius. Vulga-

nolite

Digitized by Google

nolite pati me, nepotem Maſiniſſae, fruſtra [1] *a vobis auxilium petere.* [2] *Si ad impetrandum nihil cauſſae haberem, praeter miſerandam fortunam; quod paullo ante rex genere, fama, atque copiis potens, nunc* [3] *deformatus aerumnis, inops,* [4] *alienas opes exſpecto: tamen erat majeſtatis populi Rom. prohibere injuriam; neque pati, cujuſquam regnum per ſcelus creſcere. Verum ego iis finibus ejectus ſum, quos majoribus meis populus R. dedit: unde pater, &* [5] *avus meus una vobiſcum expulere Syphacem, & Cartha-*

recte habet, eſt enim mutatio numeri pluralis loco ſingularis, *quorum* pro *cujus*. v. nos ad *ſervitia repudiabat* Catilin. *A. Popma.* Multi ad hunc locum multa, ſed aſſentior Ampliſſimo *Jacobo Bongarſio*, exiſtimanti haec verba, *me nepotem Maſiniſſae* gloſſam eſſe, & ex ſuperioribus illis hujus paginae, *Maſiniſſae me nepotem, etiam ab ſtirpe ſocium atque amicum P. R.* huc irrepſiſſe. Refer autem *quorum* ad Maſiniſſam & Micipſam, quorum progenies erat Adherbal. *Putſchius.* Aut legendum *progenies* cum Palmerio, aut delendum primo *vos*, juſſu MSS. aliquot Pall. forſan etiam, *me nepote Maſiniſſae*, nec non, *a vobis*, quae omnia plus quam ſubintelliguntur. *Gruterus.*

1 *A vobis.*] Non agnoſcit L 3. & ſane praeceſſerunt. Balliol. utroque loco delet. infra: L. 2. Ball. *ego rex*, male. ſic Venet. 1470. *J. Waſſe.*

2 *Sed ſi ad impetrandum.*] Illa particula *Sed.* non eſt in codicibus manuſcriptis, nec in ceteris impreſſis. *Riv.* Habent Ven. 1474. Martin. Bodl. Ball. Arond. L 3. Markii γ. verum Pemb. Markii λ. B. Pub. omittunt in Venetiis excuſo 1478. *ſin.* J. Waſſe.

3 *Deformatus*] Ex *Cic.* pro *Murena*, §. 88. deformatum *ignominia.* Sic *Juſtinus, Florus, Q. Septimius.* ſed & antea *Livius* de pace Caudina. *Ut ſuae quiſque conditionis oblitus, ab illa* deformatione *tantae majeſtatis, velut a nefando ſpectaculo averteret oculos.* Virgil. XII. 805. *Deformare domum & luctu miſcere Hymenaeos.* deformati [illegible]. deformatio [illegible]. deformatus [illegible]χωθεὶς. deformari *Matrimonia falſis contumeliis.* L. 30. C. ad L. Jul. de Adult. *Claudianus* de B. Gild. rem tangit: *Si moeſtae ſqualore comae lachrimiſque Senatum, In Numidas pulſus ſolio commovit Adherbal.* vſ. 408. ubi forte legendum, *In Numidam*, ut intelligatur Jugurtha, ſuadent etiam ſequentia. Hunc *quoque nunc Gildo, tanto quem funere merſit.* Hunc *doleat veniſſe ducem.* Verum Heinſiana lectio in MS. C.C.C. comparet. Lamprid. *quem ſaltare etiam nudum*, &c. deformato *vultu.* in Commod. Cap. XI. &, in Antonino Diad. Cap. ult. *Apulejus*, deformatus *lurore.* in princip. Metam. Infra, *tamen erat majeſtatis P. R.* Caeſar de B. G, I, 33. *Quod in tanto* imperio populi Romani *turpiſſimum ſibi & Reip. arbitrabatur.* quod paulo poſt Auctor *veſtra beneficia* dicit. illud *Caeſari P. R. beneficium.* B. Civ. I, 9. inepte antea, *quod pro beneficio.* ſed recte Aldinus: *doluiſſe ſe, quod* Populi Romani beneficium *ſibi per contumeliam ab inimicis* extorqueretur. eadem forma qua Noſter hoc in loco. *Lucanus* I, 399. *Quod non victrices aquilas deponere juſſus Paruerim?* mihi ſi merces erepta laborum eſt, *His ſaltem longi, non me duce, praemia belli Reddantur.* & ſic, *Extorquere per vim* ſuffragium populi, apud *Livium.* J. W.

4 *Alienas opes expecto.*] In aliis eſt, *expeto*, utrumque mea quidem ſententia ſic quadrat, vix ut noris, utrum alteri praeferas niſi quod prius illud in codicibus manuſcriptis. *Cicero* ad Atticum: *Caeſar jam opes meas, non ut ante opem exgini-*

ginienſes. Veſtra beneficia mihi erepta ſunt, P. C. vos in mea injuria deſpecti eſtis. [1] *Eheu me miſerum! huccine, Micipſa pater, beneficia tua evaſere, ut quem tu* [2] *parem cum liberis tuis, regnique participem feciſti, is potiſſumum ſtirpis tuae exſtinctor ſit? Numquam ne ergo familia noſtra quieta erit?* [3] *ſemper ne in ſanguine, ferro, fuga verſabimur?* [4] *Dum Carthaginienſes incolumes fuere, jure omnia ſaeva patiebamur;* [5] *hoſtes ab latere: vos amici procul: ſpes omnis in armis erat. Poſtquam illa peſtis ex Africa ejecta eſt,* [6] *laeti pacem agitabamus: quippe, queis hoſtis nullus erat, niſi forte quem vos juſſiſſetis.*

pectat. Idem alibi *auxilium expetere* dixit, quomodo & *Terentius* in Andria, *auxilium expetens.* Rivius. Ball. Bodl. *expeto.* & ſic Venet, 1470. B. Pub. & Pemb. Markiani. Martin. *expecto.* voce *expectare* alibi non eſt uſus Noſter. vide tamen *Hegeſip.* 1, 34. & 36. *J. Waſſe.*

5 *Avus meus.*] Mutat locum in B. Pub. ibi enim *pater meus.* in caeteris ſedem obtinet. Infra: abeſt L 3. *vos* & Ball. Venet. 1478. non agnoſcit *in.* Infra: *hoſtes* meliores libri *Gruter.* Sic noſtri. L 3. & Venet. abeſt *erat.* J. Waſſe.

1 *Heu me miſerum.*] In tribus manuſcriptis eſt, *eheu.* nec aliter citare *Probus* videtur. quo loco docet hanc interjectionem etiam liberae a numeris orationi, & cumprimis hiſtoriae convenire. Quamquam autem *Valla* hanc particulam nulli caſui ſervire docet, eſt tamen invenire ubi cum accuſativo juncta ſit. *Terentius* in Phormione, *Eheu me miſerum,* inquit. Et *Cicero* in oratione antequam iret in exſilium, *Eheu conditionem hujus temporis.* Sed *Virgilius* nullum ei addit caſum in Buc. *Eheu quid volui miſero mihi.* & iterum, *Eheu quam pingui macer eſt mihi taurus in arvo.* Sed nec Tibullus, *Eheu divitibus video gaudere puellas.* Idem, *Ferreus eſt eheu! quiſquis in urbe manet.* Sunt qui & hoc & ſimilibus locis, *heu heu* legere malint. Sane codex Merſeburg. hic habet, *Heu heu me miſerum.* & eodem modo Florentinus. verum, ne quid diſſimulem, & *heu* ſine caſu ſaepenumero ponitur. ut apud *Ciceronem, Heu quam diſpari domino dominaris.* Virgilius, *Heu fuge nate dea.* &, *Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis.* ſic ſaepe alias. velut 11. Aeneid. *Heu quae nunc tellus,* inquit, *quae me aequora poſſunt Accipere?* & IV. *Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu?* &, *Heu furiis incenſa feror.* Rivius. *Heu heu* Arund. Martin. *J. Waſſe.*

2 *Parem cum lib.*] Vaticano abeſt *tuis.* per me licet qui pene etiam ejicerem *cum.* Gruterus.

3 *Semper ne in ſanguine, ferro, fuga verſabitur?*] Manuſcripti codices & impreſſi quidam, *verſabimur* habent. id mihi quidem magis arridet. *Rivius.* Sic MSS. Pall. potiores; deteriores *verſabitur.* Gruterus. Markii γ. λ. Digb. *verſabitur.* caeteri aliter. *J. Waſſe.*

4 *Dum Carthaginienſes incolumes fuere.*] *Florus* potius dixiſſet duabus vocibus, *Carthagine incolumi.* Gruterus.

5 *Hoſtis a latere, vos amici procul.*] In manuſcriptis eſt, *hoſtis ab latere,* idque melius. *Rivius.* Bodl. *ad latus.* J. Waſſe.

6 *Laeti pacem agitabamus. quippe quibus.*] In manuſcriptis eſt, *queis hoſtis nullus erat.* pro, *quibus.* Ita in Officiis Cicero, *A quis male pugnatum eſt,* inquit. pro, *a quibus.* Salluſtius paullo ante, *Legatos Romam mittit, quis praecipit.* Sic

[1] *Ecce autem ex improviſo Jugurtha, intoleranda auda-cia, ſcelere, atque ſuperbia ſeſe ecferens, fratre meo,* [2] *atque eodem propinquo ſuo interfecto, primum, regnum*

poſtea alicubi, *Quis adjutoribus regem aggreſſus, impellit uti adverſum Romanos bellum incipiat.* Rurſus, *Quis omnia honeſta atque inhoneſta vendere mos erat.* &, *Quis omnia regna adverſa ſint.* Rivius.

1 *Ecce autem ex improviſo.*] Abeſt meo libro *autem.* Ciaccon. Noſtri omnes habent. Ataque ita *Plautus*, Men. v, 2. *Cic.* ad Attic. xiv, 3. *J.W.* Haec vera lectio. eſt in Merſeburg. *de improviſo.* Rivius. Voces *ex improviſo*, quaſi interpretis, tollendas immerito cenſet *Palmerius*, & contra Codices univerſos. apud *Plautum* aut *Terentium* exemplum nullum: at quid inde? *Varro* Eumenidibus. Et, ecce de improviſo *ad nos accedit cana veritas, Atticae philoſophiae alumna. Auctor* Paſſionis D. *Jacobi* apud *Ruinart.* Salluſtium ſequitur. Cap. iii. *Et adſcendebam in illam cataſtam:* & ecce ex improviſo *mihi ſedens ad dexteram ejus judicis* Cyprianus apparuit. Eodem modo cum vocibus *ſubito* & *repente.* Cicero vii. *Verrin.* Ecce autem repente *ebrio Cleomene, eſurientibus caeteris, nunciatur piratarum naves eſſe in portu.* & i. Verrin. Ecce autem repente, *his diebus paucis, Comitiis conſularibus factis.* Alcuinus in vita *Willibrardi*, p. 1458. Ecce repente *lapis ſe protelare locelli Coepit.* Apulejus Metam. ix. *Et ecce nobis repente de tergo manipulus armati ſupersurrit equitis.* Cicero pro Cluent. §. 5. Ecce autem ſubitum *divortium.* Auctor Paſſionis *D. Jacobi.* Et ecce ſubito *ab oculis noſtris ille Judex receſſit.* Auguſtinus Ep. lxi. *opperiebar, &* ecce ſubito. *D. Hieronymus*, Epiſt. xxx. Ecce ſubito *diſcurrentibus nunciis.* Confer eundem vita Malachi. Inverſo ordine, *Cicero* pro Caecin. §. 30. *Viſus eſt mihi,* &c. *tantummodo errare, quod omnes teſtes informares, qui ante eum dixiſſent.* Cum ſubito. Ecce *idem qui ſolet.* Auctores Ed. vulgatae. *Eſdras.* iv, 10. *Et ecce ſubito emiſit ſonitum vocis magnum.* Eſajae v, 26. Ecce feſtinus *velociter veniet.* De *ecce* vide *Servium* ad Aen. ii. *Donatum* ad Adelph. iv, 7. *Gloſſae ineditae* ad Juvenalem vi, 511. *Hac dictione utimur, cum aliquod repentinum volumus ſignificare.* Ecce etiam de *non repentino*, pro *verbi gratia, nempe*, aut quid ſimile. apud *Plinium* Hiſt. N. ſaepiſſime. *ut in carbone* ecce *& cinere.* Juſtinian. Lib. i. Tit. xi. *de Nuptiis.* §. 6. Adfinitatis quoque veneratione a quarundam nuptiis abſtinere neceſſe eſt: *ut ecce,* privignam aut nurum uxorem ducere non licet. & alibi. v. *Laberium* in Prolog. apud *Macrobium*, & *Senecam* Controv. i. p. 66. J. W. *ſeſe efferens.* MSS. partim *ſeſe eferens* unica litera, partim *ſe ecferens.* Gruter. Noſtri nove *efferens* at ſurdo canunt. Vide *Nonium* in *ecferre. contendere. obſervare. faceſſere. eliminare. clandeſtino. ſuffundatum. ſummiſſum ferocia.* Plaut. Merc. v. *Terentius* tamen *Scaurus* effatus non *ecfatus* ſcribendum putat. *Lucilius* xxvi. *Ubi quem ex praecordiis ecfero verſum.* M. *Tullius* de ſignis, ita Grammatici citant Orat. in Verrem ix, 56. *Nimium forſitan haec illi mirentur atque* ecferant. ita *Nonius*; at *Agroetius*, p. 2274. *efferant.* quomodo & Graeviana. *Ennius* apud *Cic.* de Divin. i. *Haec pater* ecfatus. *Varro* Sexageſi. Vix ecfatus *erat, quum more majorum, ultro carnales arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant.* Pacuvius Periboea. Ecfare *quae cor tuum timiditas territat.* Cicero, *Tuſc.* i, 19. *ignibus inſiſtit (animus) ac finem altius ſe* ecferendi *facit.* Optimus Norvicenſis, *haec ferendi*, quod ad veram lectionem quaſi manu ducit. reliquit enim Marcus *ecferendi.* quomodo & *Tuſc.* i, vi, 20. *Lambinus* dederat. Ad hanc formam habet apud *Tacitum* An. xi, 20. *ecfodere.* v. *Canterum* Not. ad *Cic.* Fam. Lib. vii. Ep. 18. *J. Wuſſ.*

2 *Atque eodem propinquo.*] Bodl. ab-

ejus ſceleris ſui praedam fecit: poſt, ubi me iiſdem dolis nequit capere, nihil minus quam vim, aut bellum exſpectantem, [1] *in imperio veſtro,* [2] *ſicuti videtis, extorrem patria, domo; inopem, & coopertum miſeriis effecit, ut ubivis tutius, quam in meo regno eſſem.*

XVI. *Ego ſic exiſtumabam, P. C. uti praedicantem audiveram patrem meum; qui veſtram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem ſuſcipere, ceterum ex omnibus maxume tutos eſſe.* [3] *Quod in familia noſtra fuit, praeſtitit;* [4] *uti in omnibus bellis adeſſet vobis: nos uti per otium tuti ſimus, in manu veſtra eſt, P. C. Pater nos duos fratres reliquit: tertium,*

eſt *eodem*, ineleganter. *Marcus Cato* apud Quintilian. v, 11. *Qui nullam adulteram non eandem eſſe veneficam* dixit. pro *etiam*. Cic. 1. Offic. *Et huic conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licerét.* pro Murena. *Aſiam iſtam refertam & eandem delicatam, ſic obiit ut*, &c. De Nat. D. *Nae ego, inquit, incautus, qui cum Academico & eodem Rhetore congredi conatus ſum.* infra: *ſceleris praedam.* ita Libri. *Q. Septimius* qui Noſtrum fere ſequitur 1, 5. *univerſam domum ejus in* ſcelus proprium *convertit.* Haec, inquit *Anna*, duriora ſunt quam ut recte poſſint explicari. Quidni? in ſcelus, ut *in praedam, & in crimen.* Auctores non vacat excutere, ſed ſe actutum offerunt Ovidius. 1. *Et tua ſim. quaeſo* crimina *ſolus* ego. alibi. *Tempus, Atla, veniet, tua quo ſpoliabitur auro Arbor,* & hunc praedae titulum *Jove natus habebit.* alibi. *Et jacui pigro crimen onuſque toro.* iterum. *parentem Crine ſuum ſpolians*: praedaque *potita nefanda Fert ſecum ſpolium.* Caſſiodorus Var. 1, 37. *Nolumus ea in cujuſquam* praedam cadere, *quos noſtra viſa eſt ſapientia liberare.* Vide *Caeſarem* B. G. vii, 3. *Cic.* pro domo § 132. J. W. *multum laborem.* Urſini codex *m. laboris.* ibid. *diligenter colerent.* Lectionem fere ſuſpectam redderet Commel. in quo a manu principe, *diligerent, colerent.* ſed cum ab eodem calamo ſtatim mutata ſit vox prior in *diligenter*, apparet errorem eſſe exſcriptoris. *Gruter.* Abeſt autem *diligenter* a Regio & Ed. Vet. teſte cl. *Hudſono*, & aliud quid primitus in Pemb. q. d. *v. colerent am.* Martin. *J. Waſſe.*

1 *In imperio veſtro.*] Sic *Caeſar* lib. 1. Belli Gallici: *Imperio pop. Rom. non modo de regno, ſed etiam de ea quam habeat, gratia deſperare.* & lib. 11. *qui minus in imperio noſtro eam rem conſequi poterant*, id eſt, nobis rerum potientibus. *Ciacc.* Omittit praep. Mart. B. Fab. & Arond. vide locum *Caeſaris* ſupra adductum. ad *majeſtatis erat P. R. in* primitus aberat. Pemb. *J. Waſſe.*

2 *Sicut videtis, extorrem patria.*] Fabricianum, *ſicuti videtis.* quomodo & alias fere. *Rivius.* Nonius, p. 14. habet, *ſicuti.* J. Waſſe.

3 *Quod in familia noſtra fuit, praeſtitit.*] Vel deeſt aliquid, vel mendum haeret in voce ultima. nam, de Maſiniſſa iſta haec accipi vix queunt, cum ipſi tamen magis quam Micipſae accommodari poſſint. *Gruterus.* Ar. *praeſtituit*, L 3. *praeſtititum.* Pemb. ſed ex correctione, ut videtur, *praeſtitit.* Donatus tamen Adelph. III, 5. nihil movet. in γ. ex inani ſpatio inter *noſtra* & *fuit* duas minimum literas deeſſe ſuſpicor; forte primo ſcriptum *adfuit.* retinent vulgatam lectionem Caeteri, quae ut ut ſit hoc loco ferenda, apud *Avienum* certe non eſt. ſic enim ille Fab. XXIII. *Convenit hoc illis quibus*

Ju-

Jugurtham beneficiis ſuis [1] *ratus eſt nobis conjunctum fore.* [2] *Alter eorum necatus,* [3] *alterius ipſe ego manus impias vix effugi. Quid agam? aut quo potiſſumum infelix accedam? generis praeſidia omnia exſtincta ſunt: pater, uti neceſſe erat, naturae conceſſit: fratri, quem minume decuit, propinquus per ſcelus vitam eripuit:* [4] *affines, ami-*

eſt permiſſa poteſtas, An praeſtare *magis ſeu nocuiſſe velint* Praeſtare cum tertio quarto, ſexto caſu pro repraeſentare, apud *Cicer. Ovid. Plin. Tertullianum*, pro dare & conſervare apud alios aliquando adjuncta praepoſitione *inter*, ſed nullibi opinor abſolute. Opportune ergo membranae Petrenſes aetatis editae praeferunt *pteſſe*, unde non abs re feceris *prodeſſe*. infra B. Pub. *vobiſcum*. J. Waſſe.

4 *Ut in omnibus bellis adeſſet vobis.*] Manuſcripta, *uti in omnibus bellis*. Merſeburgenſe *adeſſent vobis*, numero pluali. *Riv*.

1 *Ratus conjunctum nobis fore.*] Ita collocantur verba in MSS. Pall. *Gruter*. Abeſt *nobis* L 2. Bodl. *nobis e. f.* Carrio. uti & Venetae, Mart. *Gruterianam* poſituram ſervant γ. λ. Pemb. B. Pub. infra: *tertium Jugurtham*. Thucyd. v, 4 Φαίαξ ὁ Ἐρασιστράτου τρίτος αὐτὸς, hoc eſt, cum duobis Collegis. Confer eundem iv, 2, 38, 75. & quae diximus ad Cap. xiv, Libri *fratres reliquit*. Placeret magis *relinquit*, quomodo legendum apud *Juſtinum* v, 7. ex MSS. Bongarſii Corp. Chriſti Oxon. & Bib. Cantab. xv, 4. ex Codice Bongarſii xviii, 2. ex Bongarſ. & B. Pub. infra: *generis praeſidia*, Andocides 1, 147. Τίνα δὲ καὶ ἀναβιβάσομαι δεησόμενον ὑπὲρ ἐμαυτοῦ; τὸν πατέρα; ἀλλὰ τέθνηκεν. τοὺς ἀδελφούς; ἀλλ' οὐκ εἰσίν. ἀλλὰ τοὺς παῖδας; ἀλλ' οὔπω γεγένηνται. Noſter forte *Ennii* verſus ſpectat, quos nuperrime in notis ad *Ciceronis Tuſculanas* ſuis numeris quaſi poſtliminio reddidit incomparabilis Bentlejus. *Quid petam praeſidi? aut exſequar? quove nunc Auxilio exili aut fugae freta ſim? Arce & urbe orba ſum: quo accedam? quo applicem? Cui nec arae patriae domi ſtant, fractae & disjectae jacent. Fana flamma deflagrata: toſti alti ſtant parietes; Deformati atque abiete criſpa.* Vide *Cic.* pro Murena, §. 41. *Antiphontem* Orat. 1. p. 16. infra: *quem minime decuit*. Antipho. Orat. 1. p. 23. Ἐχθοὺς καὶ ἀκλεῶς περὶ τῶν εἰργασμένων ὑφ' ὯΝ ἭΚΙΣΤΑ ἘΧΡῆΝ τὸν βίον ἐκλιπόντος. *Iſocrates* ad Nicocl. p. 22. Τοὺς μὲν ὑφ' ὧν ἭΚΙΣΤΑ ἘΧΡῆΝ διεφθαρμένους. ſupra Noſter: *ut is potiſſimum ſtirpis tuae extinctor ſit*. & alibi: fratre meo atque eodem *propinquo ſuo interfecto*. J. Waſſe.

2 *Alter eorum necatus eſt.*] In Merſeburgenſi & alio quodam manuſcripto non eſt verbum ſubſtantivum. *Rivius*. Servant tamen Ar. Reg. γ. λ, Ball. Bodl. *J. Waſſe*.

3 *Alter ipſe ego manus impias vix effugi.*] Egregia lectio. membranae tamen quaſi de compacto *alterius ipſe ego*, itaque videtur revocandum; ut fecit Carrion. tunc enim minime videbitur jejuni alicujus Grammatici, *ipſe ego*. Gruterus. γ. λ. Bodl. Digb. Mart. Pemb. B. Pub. *alterius ipſe ego*. forte *alter is, ipſe ego*. hoc eſt, *ipſe alter Hiemſal. alter ille* Terent. Eunuch. *Sidonius* 1, 11. Ep. Ipſe ille meus *amicus*. Cic. pro Murena. *Niſi eum* qui ipſe *miſer eſſet*. alter quiſquam, *Plaut.* Aſini Stich. v, 4. aeque audacter. *Hoc memorabile eſt*, ego tu ſum, tu es ego: *uni animi ſimus*. L 3. *alter ipſe ego*. L 2. *alterius ipſe & manus*. Ball. *alter ejus ipſe ego*. quomodo reponit *Badius*. Palmerius voces *ipſe ego* pro ſpuriis habet, & ſic refingit, *alter manus imp.* denique omittit *ego* Arond. *alter ego*, pro, *ſimilis mei* Cicero Lael. 21. infra. *pars in crucem acti* exulant Mart. *J. Waſſe*.

4 *Affinis amicos propinquos.*] Affinis meos habet Pemb. ſed ex ſecunda manu utrumque. Caeteri reſpuunt pronomen,

cos,

cos, propinquos ceteros meos, [1] *alium alia clades oppreſſit: capti ab Jugurtha, pars in crucem acti, pars beſtiis objecti ſunt: pauci, quibus relicta eſt anima, clauſi in tenebris cum moerore & luctu, morte graviorem vitam* [2] *exigunt. Si omnia, quae aut amiſi, aut ex neceſſariis advorſa facta ſunt, incolumia manerent; tamen, ſi quid ex improviſo mali accidiſſet, vos implorarem P.C. quibus pro magnitudine imperii,* [3] *jus & injurias omnis, curae eſſe decet. Nunc vero exſul patria, domo, ſolus, atque omnium boneſtarum* [4] *rerum egens, quo accedam,*

quibus accedit Vatic. *Gruterus* addit, non magnopere requiri illud *propinquos*. At Noſtri ſic legunt nec immerito. B. Pub. pro *amicos* exhibet *antiquos*. Verum Noſter non raro λόγυς ὅμοια ὑποσημαίνοντας conjungit: arma, tela, *equi, viri*. cognatorum atque affinium LXXXVII. Hoc modo *Terent.* Heaut. amicos, genus, cognatos. *Cicero* ad Caelium II, 13. *florentem aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis,* propinquis, affinibus, amicis. *Plinius*, Ep. VIII, 30. *volo enim eum qui ſit vere liberalis tribuere patriae,* propinquis, affinibus, amicis. *Tacitus* An. I, 61. propinquos & adfines, ſic, II, 10. Hiſt. III, 25, 35. de Moribus Germ. XX. *Caeſar* B.G. II, 4. *propterea quod* propinquitatibus affinitatibusque *conjuncti*. Metaphraſt. autem non agnoſcit *affinitatibusque*, etiam alterum pro *vicinitate* male capit. *Gellius* II, 29. *quum potius imus, & cognatos affineſque & vicinos noſtros oramus, ut aſſint cras tempori ad metendum.* pro *vicinos* Codex Pemb, *amicos*, ſed male ut ex ſuperioribus patet. *Demoſthenes* Orat. Funebr. p. 154. Πᾶσιν ἀρέσκοντες εἰς ἀεὶ, γονεῦσι, ΦΙΛΟΙΣ, ΟΙΚΕΙΟΙΣ. *Thucyd.* I, 71. Ἄνδρας τε ΦΙΛΟΥΣ καὶ ΣΥΓΓΕΝΕΙΣ. Gloſſae. *cognatus*, Εὐγενὴς ἀπὸ θηλείας quis non videt legendum συγγενής; *affinis* ἀγχιστεύμενος ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής. J. Waſſe.

1 *Alium alia clade oppreſſit.*] Manuſcriptum Fabricii, *clades*, conſentientibus & aliis duobus. verum Merſeburgenſe, *clade*, auferendi caſu, *Rivius.*

2 *Exigunt.*] Arond. *agunt.* Markii γ. *ex. vitam.* J. Waſſe.

3 *Jus & injurias, &c.*] Ante haec praecedit in Com. *juſta & injuſta, jus & injurias,* ſciamus licet interpretationem alterius, & vero ſcribitur Nazariano inter lineas pro tali. *Gruterus.* L3. pro *jus &. ejus*, ſic Venetae. at Laud. & Bodl. *vis* & ita quidem in Accuſ. plurali Veteres. Noſter III. Hiſt. *male jam aſſuetum ad omnes vis controverſiarum.* Lucret. alicubi: *& quo quiſque magis vis multas poſſidet in ſe Atque poteſtates.* &, ſic in Gen. ſing. *plus vis quam ſanguinis.* apud *Tacitum* in Dial. Orat. vide de hoc verbo *Chariſium* p. 27. *Priſcian.* VI. p. 707. *Valer. Probum.* p. 1476. in MSS. eodem modo ſcribuntur *vis* & *jus*, ut vix alterum ab altero internoſci queat. Caeterum B. Pub. *jus* & Markii γ. plane. & Pemb. Markii λ. potius *vis*. ut Bodl. Land. receptae lectioni favet *Tacitus:* An. II, 65. *Caeterum neque ſe, neque Senatum, niſi cognita cauſſa,* Jus & injuriam *diſcreturos pro magnitudine* inquit. *Herodotus* V, 49. Ἰώνων παῖδας δούλους εἶναι ἀντ' ἐλευθέρων, ὄνειδος καὶ ἄλγος μέγιστον μὲν αὐτοῖσι ἡμῖν, ἔτι δὲ τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὅσῳ προεστέατε τῆς Ἑλλάδος. J. Waſſe.

4 *Rerum boneſtarum egens, quo accedam.*] Manuſcriptum, *atque omnium boneſtarum egens rerum:* Eſt qui *accidam* hoc loco, non *accedam* legat: idque ex commentariis in Terentium *Donati*. Ac citat

aut

aut quos appellem? nationes ne, an reges, qui omnes familiae noſtrae ob veſtram amicitiam infeſti ſunt? an quoquam mihi adire licet, ubi non majorum meorum hoſtilia monumenta plurima ſint? [1] *aut quiſquam noſtri miſereri poteſt, qui aliquando vobis hoſtis fuit?*

XVII. [2] *Poſtremo, Maſiniſſa nos ita inſtituit, P. C. ne quem coleremus, niſi populum R. ne ſocietates, ne foedera nova acciperemus: abunde magna praeſidia nobis in veſtra amicitia fore: ſi huic imperio, fortuna mutaretur,* [3] *una occidendum nobis eſſe.* [4] *Virtute, ac diis volentibus, magni eſtis & opulenti: omnia ſecunda, & obedientia ſunt: quo facilius* [5] *ſociorum injurias curare licet. Tantum illud*

quidem in Hecyram *Donatus* locum *Salluſtii* quendam, ubi is dixerit, *Quo accidam, aut quo*, ſed non hunc opinor e bello Jugurthino. itaque lectionem vulgatam relinquendam puto. Ceterum *appellare* hic eo plane modo accipitur, quo apud *Ciceronem*, cum ait, *Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem?* &, *Vos etiam atque etiam imploro atque appello ſanctiſſimae deae.* Item, *Quid agendum eſt? qui Deus appellandus? cujus hominis fides imploranda?* Ergo *quos appellem* Salluſtius, pro, *quos invocem? quorum fidem & miſericordiam implorem atque expoſcam? a quibus opem auxiliumque petam.* Rivius. Sed aliis locis compluribus Sall. *accedere* dixit: ut paulo ante *quo potiſſimum infelix accedam?* & poſt: *pleraque loca hoſtiliter cum equitatu accedit.* Item: *Bocchus cum magna multitudine Jugurtham accedit.* Denique: *Jugurtham placandi gratia accedit.* Tacit. *Ixv. ut quamque nationem acceſſerat.* & Hiſt. III. *haec ut quaſque acceſſerat.* Ciacconius. L 3. Reg. Arond. Pemb. Markii 7. Ball. Bodl. Digb. *quo.* B. Pub. *quo acciderat.* Venetae & Martin. *quos.* Noſter ſupra, Cap. 16. *J. Waſſe.* Ita Pall. ita Bongarſiani. Carrion tamen intruſit, *quos accidam?* Gruterus. at ſic Laud. *J. W.*

1 *Aut quiſquam, &c.*] Sic omnibus literis MSS. Pal. & Vaticani, non *aut quiſquam*, ut hactenus cuſi, quod exilius ſonat. *Gruterus.* Noſtri *at.* *J. Waſſe.*

2 *Poſtremo, Maſiniſſa.*] In nonnullis eſt, *Micipſa*, ut de patre ſuo, non avo loquatur. & ſic quoque Florentinum; licet aliter codices in membrana deſcripti. *Rivius.* Micipſa L 3. & Veneta. 1470. *ita* abeſt Bodl. pro *plurima* L 2. *pleria.* infra: *nobis eſſet.* Bodl. Venet. 1470. *n. fore.* vox *eſſes* abeſt L 3. Venet. *afore.* J. W. Haud aliter MSS. noſtri. in nullo ſane, reperitur aliorum *Micipſa*, quod ineptum eſt. nam vixerunt Micipſae liberi etiam ſub *Maſiniſſa.* Gruterus.

3 *Una occidendum nobis eſſe.*] Simili ſententia uſus videtur *Livius* libr. XLV. & forte a *Salluſtio* eam mutuatus eſt, cum dixit: *Maſſaniſſam victoria Romanorum laetari mirum non eſſe, qui ſortem omnem fortunae regnique ſui cum rebus Romanis immiſcuiſſet.* Urſinus.

4 *Virtute ac diis volentibus.*] Sic in Orat. Cottae: *Multa mihi pericula domi, militiae multa fuere; quorum alia toleravi, partim repuli, Deorum auxiliis & virtute mea.* Ciacc. *Caeſar* quoque ita locutus, ut in noſtris ad eum notis oſtendimus. *Urſinus.* Inſcriptio Catonis in Hiſpania. SENATUS. ET. POPULI. ROMANI. IMPERIUM. DEORUM. NUMINE. ET. MILITUM. FORTITUDINE. ET. TUERI. ET. REGI.

ve-

Digitized by Google

cos, propinquos ceteros meos, [1] *alium alia clades oppreſſit: capti ab Jugurtha, pars in crucem acti, pars beſtiis objecti ſunt: pauci, quibus relicta eſt anima, clauſi in tenebris cum moerore & luctu, morte graviorem vitam* [2] *exigunt. Si omnia, quae aut amiſi, aut ex neceſſariis advorſa facta ſunt, incolumia manerent; tamen, ſi quid ex improviſo mali accidiſſet, vos implorarem P. C. quibus pro magnitudine imperii,* [3] *jus & injurias omnis, curae eſſe decet. Nunc vero exſul patria, domo, ſolus, atque omnium boneſtarum* [4] *rerum egens, quo accedam,*

quibus accedit Vatic. *Gruterus* addit, non magnopere requiri illud *propinquos*. At Noſtri ſic legunt nec immerito. B. Pub. pro *amicos* exhibet *antiquos*. Verum Noſter non raro λόγυς ὅμοια ὑποσημαίνοντας conjungit: arma, tela, *equi, viri*. cognatorum atque affinium LXXXVII. Hoc modo *Terent.* Heaut. amicos, genus, cognatos. *Cicero* ad Caelium II, 13. *florentem aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis*, propinquis, affinibus, amicis. *Plinius*, Ep. VIII, 30. *volo enim eum qui ſit vere liberalis tribuere patriae*, propinquis, affinibus, amicis. *Tacitus* An. I, 61. propinquos & adfines, ſic, II, 10. Hiſt. III, 25, 35. de Moribus Germ. XX. *Caeſar* B.G. II, 4. *propterea quod* propinquitatibus affinitatibuſque *conjuncti*. Metaphraſt. autem non agnoſcit *affinitatibuſque*, etiam alterum pro *vicinitate* male capit. *Gellius* II, 29. *quam potius imus, & cognatos affineſque & vicinos noſtros oramus, ut aſſint cras tempori ad metendum.* pro *vicinos* Codex Pemb. *amicos*, ſed male ut ex ſuperioribus patet. *Demoſthenes* Orat. Funebr. p. 154. Πᾶσιν ἀξιόχρεῳ ... γονεῦσι, ΦΙΛΟΙΣ, ΟΙΚΕΙΟΙΣ. *Thucyd.* I, 71. Ἄνδρας τε ΦΙΛΟΥΣ καὶ ΣΥΓΓΕΝΕΙΣ. Gloſſae. *cognatus*, Εὔζωος ... quis non videt legendum συζυγής; *affinis* ἀγχιστεύμενος ... J. Waſſe.

1 *Alium alia clade oppreſſit.*] Manuſcriptum Fabricii, *clades*, conſentientibus & aliis duobus. verum Merſeburgenſe, *clade*, auferendi caſu, *Rivius*.

2 *Exigunt.*] Arond. *agunt*. Markii γ. *ex. vitam*. J. Waſſe.

3 *Jus & injurias, &c.*] Ante haec praecedit in Com. *juſta & injuſta, jus & injurias*, ſciamus licet interpretationem alterius, & vero ſcribitur Nazariano inter lineas pro tali. *Gruterus*. L 3. pro *jus & ejus*, ſic Venetae. at Laud. & Bodl. *vis* & ita quidem in Accuſ. plurali Veteres. Noſter III. Hiſt. *male jam aſſuetum ad omnes vis controverſiarum*. Lucret. alicubi: *& quo quiſque magis* vis *multas poſſidet in ſe Atque poteſtates*. &, ſic in Gen. ſing. *plus* vis *quam ſanguinis*. apud *Tacitum* in Dial. Orat. vide de hoc verbo *Chariſium* p. 27. *Priſcian.* VI. p. 707. *Valer. Probum*. p. 1476. in MSS. eodem modo ſcribuntur *vis* & *jus*, ut vix alterum ab altero internoſci queat. Caeterum B. Pub. *jus* & Markii γ. plane. & Pemb. Markii λ. potius *vis*. ut Bodl. Laud. receptae lectioni favet *Tacitus*: An. II, 65. *Caeterum neque ſe, neque Senatum, niſi cognita cauſſa*, Jus & injuriam *diſcreturos pro magnitudine* inquit. *Herodotus* V, 49. Ἰώνων παῖδας δούλους εἶναι ἀντ' ἐλευθέρων, ὄνειδος καὶ ἄλγος μέγιστον μὲν αὐτοῖσι ἡμῖν, ἔτι δὲ τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὅσῳ προέστατε τῆς Ἑλλάδος. J. Waſſe.

4 *Rerum boneſtarum egens, quo accedam.*] Manuſcriptum, *atque omnium boneſtarum egens rerum*: Eſt qui *accidam* hoc loco, non *accedam* legat: idque ex commentariis in Terentium *Donati*. Ac citat

aut

aut quos appellem? nationes ne, an reges, qui omnes familiae noſtrae ob veſtram amicitiam infeſti ſunt? an quoquam mihi adire licet, ubi non majorum meorum hoſtilia monumenta plurima ſint? [1] *aut quiſquam noſtri miſereri poteſt, qui aliquando vobis hoſtis fuit?*

XVII. [2] *Poſtremo, Maſiniſſa nos ita inſtituit, P.C. ne quem coleremus, niſi populum R. ne ſocietates, ne foedera nova acciperemus: abunde magna praeſidia nobis in veſtra amicitia fore: ſi huic imperio, fortuna mutaretur,* [3] *una occidendum nobis eſſe.* [4] *Virtute, ac diis volentibus, magni eſtis & opulenti: omnia ſecunda, & obedientia ſunt: quo facilius* [5] *ſociorum injurias curare licet. Tantum illud*

quidem in Hecyram *Donatus* locum *Salluſtii* quendam, ubi is dixerit, *Quo accidam, aut quo,* ſed non hunc opinor e bello Jugurthino. itaque lectionem vulgatam relinquendam puto. Ceterum *appellare* hic eo plane modo accipitur, quo apud *Ciceronem,* cum ait, *Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem?* &, *Vos etiam atque etiam imploro atque appello ſanctiſſimae deae.* Item, *Quid agendum eſt? qui Deus appellandus? cujus hominis fides imploranda?* Ergo *quos appellem* Salluſtius, pro, *quos invocem? quorum fidem & miſericordiam implorem atque expoſcam? a quibus opem auxiliumque petam.* Rivius. Sed aliis locis compluribus Sall. *accedere* dixit; ut paulo ante *quo potiſſimum infelix accedam?* & poſt: *pleraque loca hoſtiliter cum equitatu accedit.* Item: *Bocchus cum magna multitudine Jugurtham accedit.* Denique: *Jugurtham placandi gratia accedit.* Tacit. lxv. *ut quamque nationem acceſſerat.* & Hiſt. iii. *haec ut quoſque acceſſerat.* Ciacconius. L 3. Reg. Arond. Pemb. Markii 7. Ball. Bodl. Digb. *quo.* B. Pub. *quo acciderat.* Venetae & Martin. *quos.* Noſter ſupra, Cap. 16. *J. Waſſe.* Ita Pall. ita Bongarſiani. Carrion tamen intruſit, *quos accidam?* Gruterus. at ſic Laud. *J. W.*

1 *Aut quiſquam, &c.*] Sic omnibus literis MSS. Pal. & Vaticani, non *aut* *quiſquam,* ut hactenus cuſi, quod exilius ſonat. *Gruterus.* Noſtri *an. J. Waſſe.*

2 *Poſtremo, Maſiniſſa.*] In nonnullis eſt, *Micipſa,* ut de patre ſuo, non avo loquatur. & ſic quoque Florentinum; licet aliter codices in membrana deſcripti. *Rivius.* Micipſa L 3. & Veneta. 1470. *ita* abeſt Bodl. pro *plurima* L 2. *plerna.* infra: *nobis eſſet.* Bodl. Venet. 1470. *n. fore.* vox *eſſet* abeſt L 3. Venet. *afore.* J. W. Haud aliter MSS. noſtri. in nullo ſane, reperitur aliorum *Micipſa,* quod ineptum eſt. nam vixerunt Micipſae liberi etiam ſub *Maſiniſſa.* Gruterus.

3 *Una occidendum nobis eſſe.*] Simili ſententia uſus videtur *Livius* libr. XLV. & forte a *Salluſtio* eam mutuatus eſt, cum dixit: *Maſſaniſſam victoria Romanorum laetari mirum non eſſe, qui ſortem omnem fortunae regnique ſui cum rebus Romanis immiſcuiſſet.* Urſinus.

4 *Virtute ac diis volentibus.*] Sic in Orat. Cottae: *Multa mihi pericula domi, militiae multa fuere; quorum alia toleravi, partim repuli, Deorum auxiliis & virtute mea.* Ciacc. *Caeſar* quoque ita locutus, ut in noſtris ad eum notis oſtendimus. *Urſinus.* Inſcriptio Catonis in Hiſpania. SENATUS. ET. POPULI. ROMANI. IMPERIUM. DEORUM. NUMINE. ET. MILITUM. FORTITUDINE. ET. TUERI. ET. REGI.

ve-

vereor, ne quos privata amicitia Jugurthae, [1] *parum cognita, tranſvorſos agat:* [2] *quos ego audio maxuma ope niti, ambire, fatigare vos ſingulos, ne quid de abſente, incognita cauſſa, ſtatuatis: fingere me verba, & fugam ſimulare, cui licuerit in regno manere. Quod utinam illum, cujus impio facinore,* [3] *in has miſerias projectus ſum,* [4] *eadem haec ſimulantem videam: & aliquando* [5] *aut apud vos, aut apud Deos immortalis rerum humanarum cura oriatur: nae ille, qui nunc ſceleribus ſuis ferox atque praeclarus eſt,*

Vide *Plautum* Mil. & Perſ. Catonem de Re Ruſt. Noſtrum III, 3. *J. Waſſe.*

5 *Sociorum injurias curare licet.*] Sic ſupra, *quibus pro magnitudine imperii, jus & injurias omnes curae eſſe decet.* Verum meus liber, *tutare licet.* Plaut. in Mercat. *Invoco vos lares diales me tutetis.* Et Naevius. *Tuos qui celſos terminos tutant.* Vide Nonium. *Ciacc.* & *Urſin.* Non abeunt ab hac Scriptura MSS. Pall. *tutare* Urſini, ingenioſius forſan quam verius, habemus tamen *tutare pericula* infra, oratione Lepidi. *Gruterus.* Pemb. *tutare.* ſed Noſtri & Oxon. *injurias curare,* quod me alibi haud legiſſe memini. *Plautus* huic verbo Dat. adjungit *Truc.* I, 2, 34. in *Trin.* IV, 3, 50. *Apulejus* Gen. V. Motam. *Macrob.* V, 17. Graecorum more, pereleganter. poteſt autem Noſter eo ſenſu Accuſ. adhibere, quo *Virgilius* Georg. I, 54. curare *triumphos,* &, *nec munera curat Alexis.* ſed & Aen. XI, 535. habes vocem *curet,* pro, *ulciſcatur,* teſte ad locum *Servio.* vel, cum *Donato,* pro, *quae nefaria commiſſa vindicet. At tibi pro ſcelere exclamat, pro talibus auſis Dii (ſi qua eſt Coelo pietas quae* talia curet) *Perſolvant grates dignas.* Graece dixeris θεοὶ δοῖεν αὖθις ἀντάποινα ἐμοῦ παθεῖν. confer etiam *Juven.* XIII, 101. *Demoſthenes* Ol. I. Εἶπε ὙΠΕ'Ρ ΣΩΤΗΡΙ'ΑΣ αὐτῶν ΦΡΟΝΤΙ'ΖΕΤΕ. Nam *curare injuriam* alicujus, idem eſt ac moerore affici ob inj. ſive illam, non aequis oculis aſpicere. *Virg. Jam jam nec maxima Juno, Nec Saturnius haec* oculis *pater aſpicit* aequis. ſic, Plato Apol. Οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα. contra dixeris: ἐξημέληται τῶν θεῶν αὐτῷ. *Demoſthenes* alicubi οὐκ ἐπιμελὲς ἦν κακῶς ἐμοὶ ποιεῖν. Pracivit *Homerus:* Ὢ πόποι Αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, οὐκέτι νῶϊ Ὀλλυμένων Δαναῶν κεκαδησόμεθ' ὑστάτιόν περ; Οἵ κεν δὴ κακὸν οἶτον ἀναπλήσαντες ὄλωνται. J. Waſſe.

1 *Parum cognita.*] Planius fuerit *parum cogniti,* Gruterus.

2 *Quos ego audio ſumma ope niti.*] Manuſcripta *maxima ope niti.* quomodo & Badianum exemplar & Beroaldinum. *Rivius.* Eruditi nonnulli viri legendum arbitrantur: *maxima ope niti.* priorem lectionem in meis libris inveni, & confirmat *Salluſtius* in initio *Catilinarii:* Popma. neque unquam alibi occurrit *maxuma ope.* Servius. IV. Aen. 8, 24. omittit *m. o. niti* quo in loco cave accedas *Fabricio* qui ex MS. legit: *Cyllenius ore locuto Mortalis:* βροτῷ ἀνδρὶ ἐοικώς. uti & Lib. IX. quaſi eſſet nominandi caſus τὸ *mortalis.* Venetae Bodl. *ſumma.* J. Waſſe.

3 *In has miſerias projectus ſum.*] Cic. antequam iret in exſilium: *projicitur Tullius in exſilium.* Ciacconius.

4 *Eadem haec ſimulantem.*] Forte *eadem ſic ſimulantem.* Vide ad *Livium* libro XXVII, 7. *Gronovius.*

5 *Aut apud vos.*] Abeſt *aut.* Ar. infra *apud Deos.* abeſt *apud* Ball. loco *projectus* B. Pub. exhibet *dejectus. aut apud vos,* ſupra lineas & a ſecunda manu Pemb. *Terent.* Quod te *per hanc dextram.* v. *Gronov.* in *Liv.* XXVII, 7. infra: *nae ille qui.* reduxi quod erat in Pall. Nazariano, virilioris paulo ſenſus

Digitized by Google

[1] *omnibus malis excruciatus, impietatis in parentem noſtrum, fratris mei necis, mearumque miſeriarum gravis poenas reddat.* [2] *Jam jam frater animo meo cariſſume, quamquam tibi immaturo, &, unde minime decuit, vita erepta eſt,* [3] *tamen laetandum magis, quam dolendum puto caſum tuum.* [4] *Non enim regnum, ſed fugam, exſilium, egeſtatem, & omnis has,* [5] *quae me premunt, aerumnas cum anima ſimul amiſiſti. At ego infelix in tanta mala* [6] *praecipitatus, ex patrio regno, rerum humanarum ſpectaculum praebeo: incertus quid agam, tuas ne injurias perſequar, ipſe auxilii egens, an regno conſulam, cujus vitae, neciſque poteſtas* [7] *ex opibus alienis pendet. Utinam, emori, fortunis meis honeſtus exitus eſſet:* [8] *ne vivere contemtus*

quam alterum illud, *ut ille qui, &c.* quomodo hactenus vulgati. *Gruter.* Noſtri ſervant *ut.* J. Waſſe.

1 *Omnibus malis excruciatus.*] In quibuſdam additur, *ipſe.* Rivius. Sic, Ball. Caeteri reſpuunt. *J. Waſſe.*

2 *Jam jam frater.*] L 3. *jam frater* tam frigide, quam contra Libros, & *Servium* ad Aen. XII, 676. *Apulejus* facete μιμικῶς. Metam. I. Jam jam *grabatule* animo meo cariſſime. *Quintilianus* Decl. III, 40. Jam jam commilito, *quicunque caſus manet, etiam ſi te Imp. damnaturus eſt, habes ſolatium: ſatius eſt quam a patre occidi.* Virgilius Aen. IV. *Num lachrimas victus dedit, aut miſeratus amantem eſt? Quae quibus anteferam?* jam jam *nec maxima Juno, Nec Saturnius haec oculis pater aſpicit aequis.* XII. Jam jam *fata ſoror, ſuperant: abſiſte morari, Quo Deus & quo dura vocat fortuna, ſequamur.* Accius Antig. Jam jam *neque dii regunt. neque profecto, deum ſummus rex omnibus curat.* Valla in Eleg. perperam *cariſſume frater.* eum redarguit *Apulejus.* J. Waſſe.

3 *Tamen laetandum magis quam dolendum caſum tuum puto.*] Manuſcripta *quam dolendum puto caſum tuum.* Riv.

4 *Non enim regnum ſed.*] Senſus, *non tam regnum quam,* &c. ut recte obſervaverat acerrimi ingenii Theologus *P. Parkeſius.* Codex D. Voſſii ad hunc locum inſerit *ſolum* teſte ipſo ad *Vellejum* II, 28. e noſtris B. Pub. Ball. *tantum* regnum ineleganter. λ. *amiſti.* Confer omnino *Gronovium* ad *Senecae* Troad. vs. 148. *Cicero* de Orat. III. *Ii tamen Reip. Caſus conſecuti ſunt, ut mihi* non erepta *L. Craſſo a diis Im. vita, ſed donata mors eſſe videatur.* J. Waſſe.

5 *Quae me premunt aerumnas.*] Scripti quidam libri: *quae me premunt miſerias.* ut paulo ante: *cujus impio facinore, in has miſerias projectus ſum.* & iterum: *fratris mei necis, mearumque aerumnarum graves poenas reddat.* Si quis tamen non *miſerias,* ſed *aerumnas* legendum exiſtimat, habet codices quos ſequatur. *Popma.* Haec eſt concors ſcriptura Pallat. omnium, ne quis forte auſcultet ad *Popmae, miſerias.* Gruterus.

6 *Praecipitatus.*] Reſtitui optimam lectionem, ejecta dictione *pulſus,* obſidente nuperas editiones, cujus nec ullum veſtigium in primariis, non magis quam in MSS. Pall. & Bong. *Gruter.* Ar. Reg. B. Pub. L 1, 2, 3. Mart. Ball. Bodl. γ. λ. omittunt *pulſus.* at Caeteri Oxon. Venet. 1470, 1478. *praecipitatus, pulſus.* Noſter infra: *quam gravis caſus in ſervitium ex regno foret.* J. Waſſe.

7 *Ex alien. opibus pendet.*] Manuſcripta

 viderer,

viderer, ſi defeſſus malis injuriae conceſſiſſem. [1] *Nunc neque vivere lubet, neque mori licet* [2] *ſine dedecore, P. C.*

ex opibus alienis. ut adjectivum ſequatur. *Rivius.*

8 *Ne vivere contemtus viderer.*] Commelin. meus, prius habuit, *neu vere contemptus*, & ab emendatrice dextra, *neu vivere contemptus*. Pal. nonus *ne vivere contentus*, quam ſcripturam agnoſcunt etiam quidam ex Interpretibus, mihi quidem utraque obſcura eſt. *Gruter.* Reg. B. Pub. L 3. *ne jure contemptus*, ſicque primitus Pemb. Ball. *conſentus*. B. Pub. Pemb. *contemtus*. Caeteri *ne vivere contentus*. Legendum opinor, *neu vivere.* Cicero pro Quint, Vita turpis ne morti quidem honeſtae locum relinquit. *Ovid.* M. III. *Utinam tormenta viriſque Moenia diruerent: ferrumque igniſque ſonarent! Eſſemus miſeri ſine crimine: ſorſque querenda, Non celanda foret*: lachrimaeque pudore carerent. *Q. Septimius* IV, 13. *Viro egregio bellandi ne* honeſtam *quidem* mortem, *aut aliter quam in obſcuro oppetere licuerit:* J. Waſſe. Locus corruptus. Badius legit *contentus*, & explicat ſuo more. Palmerius *vixe* pro *vixiſſe*, nimis comice. Ego, *nec vivere contemtus viderer*, unica addita literula, qua toti ſententiae medeor. Utinam, inquit, mors mea cum honeſtate conjuncta eſſet; tot injuriis affectus mihi vitae finem facerem. nec etiam in poſterum hominibus contemtus viverem ſi ego ſtirpe regia ſatus, tot malis defatigatus, injuriae cedam. Nunc quoniam neque vivere mihi libet, cum nequeam fratris mortem & injurias meas perſequi; neque mori licet ſine dedecore: Rogo vos P. C. ſubvenire miſero mihi. Atque haec mihi loci hujus ſententia videtur, quam tamen modeſte propono examinandam. *Putſchius.* *Neu vivere* ex veteribus nonnullis reſtitui, & ipſo ſenſu. Duo *optabat*, unum ut honeſte mori poſſet, alterum, ne videretur ob ignaviam contemtus vivere, ſi cederet injuriae. at illud non licebat, hoc non lubebat. *A. Popma.* Omnes codices habent, *contemptus*, atque ita etiam *Soldus* legit: quippe qui exponat. *Contemptus, id eſt, neglectus, ſpretus.* Badius autem putat, *contentus* legendum eſſe, quid illum moverit, non hercle intelligo, ſed admonendus erat Lector, ſi forte alii aliud ſuccurrerit, quod me fugerit. Idem Badius non ita multo poſt, de *L. Opimio*, cum alii legant: *Eum Jugurtha, tametſi Romae in amicis habuerat; ipſe in inimicis*, pro *in amicis* legit, propter illud *tamen*, quod proxime ſequitur; *tamen accuratiſſime accepit:* & habet ſane veri ſpeciem, ſed lector judicet. *Glareanus.*

1 *Nunc neque vivere.*] Exterminavi adverbium *quoniam*, quod comparet jam unam alteramque aetatem in edd. omnibus, non libens hercle, ſed coactus auctoritate omnium MSS. editionumque primarum. *Gruter.* Noſtri fere reſpuunt *quoniam*, ſervant quidam ex Oxonienſibus, & *Criſpinus*. confer *Antiphontem*, Orat. III. p. 32. Hanov. 1619. Optatus Milevitanus, *ne beneficium de mortis compendio conſequi viderentur, dum non eſſent digni vivere, iis nec mori conceſſum eſt.* Menander, Καλὸν τὸ θνήσκειν οἷς ὕβριν τὸ ζῆν φέρει. *Ambroſius*, Ep. IX, 70. *ſi non licuit mihi vivere ſine eorum fraude, ſaltem liceat mori ſine ſcelere veſtro.* infra: *per vos.* abeſt *per* L 2. Bodl. Venetis; primitus habuit γ. alii inferciunt *obteſtor* invenuſte. infra: *ab Numidis*. Praepoſitio abeſt L 3. pro *ob ſaevitiam* aliud quid fuit in Commel. neſcias *ſeductiam* an ſaevitiam *Gruter.* γ. *ſevitia* eraſa inter *e* & *u* media litera. *J. Waſſe.*

2 *Sine dedecore, P. C. oro vos per liberos atque p. v.*] Fulvii liber, *Sine dedecore, per vos, per lib. &c.* quomodo locutus alibi idem *Salluſtius* ſaepius. Et *Livius* libr. IX. belli II. Punici: *Per vos fidemque veſtram P. C. Priuſquam eorum ſcelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quidquam rei geſſeritis.* Manut. Sic contubernium MSS. ſatis quidem ab-

per

[1] per vos, per liberos, atque parentes veſtros, per majeſtatem populi Rom. ſubvenite mihi miſero: ite obviam injuriae: nolite pati regnum Numidiae, quod veſtrum eſt, per ſcelus, & ſanguinem familiae noſtrae tabeſcere.

XVIII. Poſtquam rex finem loquendi fecit, legati Jugurthae largitione magis, quam cauſſa freti, paucis reſpondent: *Hiempſalem, ob ſaevitiam ſuam, [2] ab Numidis interfectum: Atherbalem ultro bellum inferentem, poſtquam ſuperatus ſit, queri, quod injuriam facere nequiſſet. Jugurtham ab Senatu petere, [3] ne ſe alium putarent, ac Numantiae cognitus eſſet; neu verba inimici ante facta ſua ponerent.* Deinde utrique Curia egrediuntur. Senatus ſtatim conſulitur: fautores legatorum, praeterea [4] magna pars gratia depravata, Atherbalis dicta contemnere; Jugurthae virtutem [5] extollere laudibus; gratia, voce, denique omnibus modis pro alieno ſcelere, & flagitio, [6] ſua quaſi pro gloria, nitebantur. At contra pauci, qui-

rupte imperitis, niſi aliquid tertiatis verbis ſimile, hoc loco appoſitiſſimum eſſet. a libris membranaceis nihil recedunt primitus impreſſi, quam quod ſupplendae ſententiae interpoſuerint; *ſine dedecore. Patres conſcripti oro vos per liberos.* ſatis ruſtice, minus forſan inſubide fingi potuiſſet. *ſine dedecore. Quare P. C. per vos;* ut *quare* periiſſet ob ſoni adfinitatem quae ei cum poſtremis elementis verbi *dedecore.* Gruterus.

1 *Oro vos per liberos atque parentes veſtros.*] In manuſcriptis non eſt *oro*, neque in *Beroaldino*, ſed tantummodo *per vos, per liberos, &c.* quae lectio haud dubium quin melior ſit. nec aliter fere *Livius* IX. ſecundi belli Punici, *Quibus per vos fidemque veſtram P. C. prius quam eorum ſcelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quidquam rei geſſeritis.* Rivius.

2 *A Numidis interfectum.*] Codex Fabricianus, *ab Numidis.* Idem.

3 *Ne ſe alium.*] *Ne alium* B. Pet. *Capitolinus* Max. IV. *p̄xiitque ut quod avus ejus judicii circa ſe habuerat, ipſe haberet.* Sempronius *Aſellio.* Fr. XCII. *facta ſua ſpectare oportere, non dicta, ſi minus facundioſa eſſent.* Noſter. *Quid, &c. enumerem? quando res plus valent quam verba.* Jug. LXXXVIII. *Quae illi literis, ea ego militando didici, nunc vos exiſtumate, facta an dicta pluris ſint.* Appianus, p. 307. Συμφέρειν δ' ἐπὶ μὲν πεπραγμένοις ὅτι πολεμεῖν ὑμῖν ὁμολογήσει, ἀλλ' ἐς τὰ ΕΡΓΑ αὐτοῦ μᾶλλον, ἢ τοὺς ΛΟΓΟΥΣ ἀφορᾶν. J. W.

4 *Magna pars.*] Sic etiam e noſtris MSS. Naz. nam alii adtexunt *pars ſenatus gratia* quod eſſe a gloſſa res ipſa loquitur. *Gruter.* Retinent vocem *Senatus* Pemb. γ. λ. Bodl. Mart. Venetae. *depravatus* λελωβημένος. uſi eo *Terent. Cicero, Seneca, Hirtius* 1, 17. *Sulpicius* Hiſt. 1, 13. *Eutropius* de Commodo. *Luxuria, & obſcoenitate* depravatus. *Metaphraſtes* διεφθαρμένος. J. Waſſe.

5 *Extollere laudibus; gratia, voce, &c.*] Revocavi poſteram MSS. codd. & antiquitus cuſorum. abſque eis fuiſſet, haerere poſſemus, an non etiam diſtinguendum: *extollere: laudibus, gratia, voce, denique, &c.* Gruterus.

bus bonum & aequum divitiis carius erat, [1] ſubveniundum Atherbali, & Hiempſalis mortem, [2] ſevere vindicandam cenſebant. Sed ex omnibus maxume [3] Aemilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factioſus, avidus potentiae, honoris, divitiarum; ceterum vitia ſua callide occultans. Is poſtquam [4] videt regis largitionem famoſam, [5] impudentemque, [6] veritus, quod in tali re ſolet, [7] ne polluta licentia, invidiam accenderet, animum a conſueta lubidine continuit.

XIX. Vicit tamen in Senatu pars illa, quae vero pre-

6 *Sua quaſi pro gloria nitebatur.*] In manuſcriptis atque item impreſſis vetuſtioribus, *nitebantur*, numero plurali. id rectius eſſe puto. *Rivius.* *Sua* eliminat mala manus ex Pemb. Arond. omittit *pro.* *Ciceronem* ſequi videtur, qui in Quint. §. 1. *quod eorum gratia & potentia factum eſt*, qui, quaſi ſua res aut honos *agatur*, *ita diligenter S. Naevii, &c.* J. Waſſe.

1 *Subveniendum Adherbali.*] Manuſcriptum, *ſubveniundum*. Jam conſtat ita fere antiquos loqui ſolitos, ut in gerundiis loco *e*, vocalem *u* frequenter ponerent: id quod paſſim in fabulis *Terentii, Plautique* occurrit. ſic apud Jureconſultos *familiae herciſcundae, finium regundorum, communi dividundo*, pro, *herciſcendae, regendorum, dividendo.* Annotavit hoc 1. libro *Priſcianus.* quamquam autem is hoc fieri dicat in his verbis, quae a tertia conjugatione naſcantur, tamen in quarta etiam fieri conſtat. nec eſt *Priſcianus* male locutus. nam apud veteres una eademque conjugatio erat tertia & quarta. id quod vel e *Donati* methodo liquet. nam is ſolum tres conjugationes ponit. ut omittam *Probum, Diomedem, Victorinum, Servium*, qui idem faciunt. Quartam ipſi tertiam productam vocant, cujus & *Phocas* meminit. *Rivius.*

2 *Severe vindicandam.*] Nonnulli codices *dire vindicandam*. Sed nos priorem lectionem ſequemur, quam plurima exemplaria comprobant. *Popma.* Mirum mihi in nonnullis aliorum libris repertum *dire vindicandam* cujus vocis veſtigium nullum in Pall. noſtris. *Gruter.* Noſtri *ſevere.* neſcio an ſcripſerit auctor *ſeveriter.* *Apulejus* M. 111. Severiter *vindicare.* quo uſi *Ennius, Titinnius*, alii. *J. Waſſe.*

3 *Aemilius Scaurus homo nobilis.*] Hic, ut puto, pater eſt ejus Scauri, cujus Aedilitas celebratur a ſcriptoribus, & in ejus denario deſcribitur, cum titulo: M. SCAVR. AED. CUR. In quo item denario, ejuſdem ſub Pompejo Magno Pro Quaeſtura, & in Syria Praefectura, & geſta contra Aretam regem Arabum expreſſa ſunt. *Urſinus.*

4 *Videt Regis.*] Haec abſunt *Nonio*, p. 306. at MSS. omnes retinent. ſupra: *vitia ſua.* *D. Hieronymus*, Ep. 48. *Nec tu tam* callidus *eras, ut* prudenter *tua vitia celares.* J. Waſſe.

5 *Imprudentemque.*] Lege, *impudentemque.* affinitas verborum, locum errori fecit. eſt autem in manuſcriptis *videt*, tempore praeſenti: contra quam *Gymnicus* habet. *Rivius.* Vetus editio, & MSS. *impud.* quod pronuncio, quia video *Rivium* heic laborare. *Gruterus.*

6 *Veritus, quod in tali re fieri ſolet.*] Tò *fieri* non eſt in aliis. ac ſi quid ego judico, majore cum gratia abeſſe poterit. nec in manuſcriptis voluminibus reperi. ſed & alibi Salluſtius, *Simulque id quod in tali re ſolet, alii portenta atque prodigia nuntiabant.* deeſt *fieri.* Rivius.

7 *Ne polluta licentia.*] Forte: *polluti* & *accenderent.* *Ne polluti* ſcilicet ea har-

tium

tium aut gratiam ante ferebat. Decretum ſit, *uti decem legati regnum, quod Micipſa obtinuerat, inter Jugurtham, & Atherbalem dividerent*. Cujus legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, & tum in [1] Senatu potens, [2] quia Conſul C. Graccho, & M. Fulvio interfectis, acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat.

gitione *accenderent invidiam*, majorem ſibi & graviorem facerent, *licentia*, quod nimis manifeſti eſſent. *Gronovius*.

8 *Quae vero.*] L 3. omittit *quae*. ſed MSS. & *Nonius*, p. 366. retinent. *Livius* XLII, 47. Vicit tamen ea pars Senatus, *cui potior utilis quam honeſti cura erat*. XXI, 4. *Pauci ac ferme optimus quiſque. Hannoni aſſentiebantur: ſed, ut plerumque fit*, major pars meliorem vicit. *J. W.*

1 *Senatu potens.*] Solus Thoſanus *pollens*. vide nos ad Cap. 32. *Idem*.

2 *Qui Coſſ. C. Graccho & M. Fulvio interfectis, acerrime vindictam, &c.*] Omnes fere vulgati, impreſſique codices: *Quia Conſul C. Graccho & M. Fulvio interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat*, [habent Reg. *M. Fulv. Flacco*. & Bodl. Markii γ. B. Pub.] Ego hanc ſcripturam, quam in antiquis libris inveni, elegantiorem verioremque arbitror. Cum enim C. Gracchus tribunus plebis, legem agrariam tuliſſet, eaque poſt tribunatum abrogaretur, cum Fulvio Flacco, vi ſceleratorum hominum corroborata, Aventinum occupavit: quos tamen L. Opimius conſul, ex ſenatus decreto, quo cautum erat, ne quid reſp. detrimenti caperet, immiſſis ſagittariis oppreſſit. Neque Opimio auctores ſeditionis necaſſe ſatis fuit, ſed & tria millia hominum interfecit. quare a Q. Decio in judicium vocatus, defendente Carbone ſenatus eum periculo liberavit. Tandem a Jugurtha magnitudine pecuniae a bono, honeſtoque in pravum abſtractus, reus Manlianae rogationis factus, ejectus eſt a patria. *Cicero* invectiva prima in Catilinam. *Decrevit quondam ſenatus, ut L. Opimius videret, ne quid reſpub. detrimenti caperet. nox nulla interceſſit. mox interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus clariſſimo patre natus, avis, majoribus: Occiſus eſt cum liberis M. Fulvius conſularis*. Pro Seſtio: *Unus in hac civitate, quem quidem ego poſſum dicere praeclare vir de repub. meritus, L. Opimius indigniſſime concidit, cujus monumentum celeberrimum eſt in foro, ſepulchrum deſertiſſimum in littore Dyrrachino relictum eſt, atque hunc tamen flagrantem invidia propter interitum C. Gracchi ſemper ipſe P. R. periculo liberavit, alia quaedam civem egregium iniqui judicii procella pervertit*. Et in Piſonem: *L. Opimius ejectus eſt a patria, is qui praetor, & conſul a maximis rempub. periculis liberarat non in eo cui facta eſt injuria, ſed in iis qui fecerunt, ſceleris, ac conſcientiae poena remanſit*. Vide eundem in Bruto, & de Legibus. *A. Popma*. Et hujus loci reſtituti gratia minime poenitet excuſſiſſe pulverem librorum pergameneorum. jam enim ſeculum eſt, quod legebatur, *acerrimo vindictam nobilitatis*, omnino contra mentem auctoris, quam praeter MSS. adhuc conſervarunt typis excuſi ante annos ſexaginta. *Gruterus*. vide *Plutarchum* in Graccho. pag. 843. de Opimio *Lucillium* Sat. XI. Lib. *Quintus* Opimius *ille* Jugurthini pater hujus. & ſane Lucil. B. Numant. claruit. Mart. Venetae, Markii γ. λ. Pemb. Arond. Ball. Bodl. *victoriam*, uti &, L. 1, 2, 3. fuit etiam primitus in Pemb, *conſul*. poſtea factum *conſulibus*. & ſic etiam in Markii λ. Ball. & Bodl. habent *Coſſ*. neſcio tamen an a manu prima. *victoriam exercere*: Noſter in Catilin. ad hanc formam *Cic*. VII. Verrin. crudelitatem inſatiabilem *exercere non ſolum in vivo ſed etiam in mortuo. inimicitias*, Liv. *iras*, Ovidius. *J. Waſſe*. Opes

Digitized by Google

cuerat. Eum Jugurtha, [1] tametſi Romae in amicis habuerat, tamen [2] accuratiſſime recepit: dando, & pollicendo multa, perfecit, uti fama, fide, poſtremo omnibus ſuis rebus commodum regis anteferret: reliquos legatos eadem via aggreſſus, pleroſque capit: paucis carior fides, quam pecunia fuit. In diviſione, quae pars Numidiae Mauritaniam attingit, agro viriſque opulentior, Jugurthae traditur: illam alteram, ſpecie, [3] quam uſu, potiorem,

ait in ſenatu habuiſſe hoc ob ipſum, quod ſaevitia & ira implacabili in Gracchanos promeruiſſet, ut unicus defenſor ejus ordinis exiſtimaretur: ideo omnes nobiles & locupletes illum aſpectaſſe, ſecutos, coluiſſe, ut propugnatorem ſenatus majeſtatiſque vindicem ſuae, quod de Appio *Livius*. Non igitur forte aptius, *qui conſul*, quam *quia*, ut viſum viro docto. *Gronovius*.

1 *Tametſi Romae in amicis habuerat, &c.*] Meus Commelin. initio aperte habuit, *in inimicis*, aut tale quid, & ita etiam invenitur fere in editionibus aliquot, nempe, *Romae inimicum*, a quibus nihil divertit Pal. ſept. niſi quod is *Romae inimicos*. ſed nihil novare placet, neque permittit ratio. *Gruterus*. *L. inimicum* ut habent teſte Grutero aliquot editiones. i. e. non faventem ſuae parti. *Gronov.*

2 *Accuratiſſime accepit.*] MSS. & Beroaldinum *recepit*. *Riv.* Non eſt quod dubitet ſtare pro hac lectione *Rivius*, propugnante etiam Pall. noſtris. *Gruter.* Ex meis ſolus Ball. & B. Pub. *accepit*. infra: *uti famae fidei.* Non culpo *Carrionem* cujus habet editio *fama, fide*, nam & ſic quoque praefert Nazar. item a calamo primo Commelin. adeo ut ſic videatur emendandum; niſi forte fuit *famae fide*. Gruter. *Fama, fide* B. Pub. Pemb. verum Ar. Mart. exemplaria Venet. *γ. λ. fidei*, pro pollicendo *γ. pollicitando*. Aſſentior Grutero *famae* reponenti, nam *fide* hoc in loco ἀρχαϊκῶς pro *fidei*. Sic Noſter Fr. *Dubitavit* acie *pars*. Horat. I. Sat. III, 95. *Prodiderat commiſſa* fide. *Plautus* Aulul. IV, 6. Fide *cenſebam maximam multo fidem eſſe*. Ovid. Metam. III, 431. *Prima* fide *vociſque ratae tentamina ſumſit Caerula Liriope*. Criſpinus quidem cui latuit priſca inflexio, reponit; *Prima fidem*, verſumque ita interpretatur, *prima tentavit fidem vocis certae*. ut ſit ordo: *ſumſit fidem vocis rataeque tentamina*. O Jupiter tantam eſſe in animo inſcitiam! Tu Lector ὀβέλιζε. Idem VI. Faſt. *Utque* fide *pignus dextras utriuſque popoſcit*. J. Waſſe.

3 *Quam uſu p.*] Naz. noſter principio habuit *uſui*. vel certe *uſus*, extrita enim ſcalpello litera poſtrema. *Gruter.* Noſtri omnes *uſu*. infra: *paucis exponere*. voces hae oculis meis occurrunt tamquam adfictae eſſent a Commentatoribus. utique cum deinde ſequatur: *caetera quam pauciſſimis abſolvam*. Gruter. Libri retinent, quibus etiam adſtipulatur *Apulejus* Mileſ. IV. qui huc reſpexit. Res *ac tempus ipſum, locorum ac ſpeluncae illius deſcriptionem* exponere *flagitant*. & IX. Res ipſa *mihi* poſcere videtur, *ut hujus quoque ſervitii mei diſciplinam* exponam. infra: *attingere* ſolus B. Pub. *attinere*, nam *γ.* habet quidem a manu prima ſed correctrice. Certe vox οὐ πονηροῦ κόμματος. quidni enim *attinere* pro attingere, ut *pertinere* pro pertingere, de quo adeas *Gronovium* ad *Livii* XXV, 24. & Cl. *Daviſium* ad Caeſarem. Gloſſae *attineo* ἀνήκω, infra: pro *item ſolitudines* Ball. L. 2. Venetae *inter* male. *de iis haud facile compertum narraverim*. J. W. Non acquieſcit animus huic clauſulae ob diſſidentes ſcripturas membranarum, Commel. enim praefert. *facile haud compertum narravo-*

quae

quae portuoſior, & aedificiis [1] magis exornata erat, Atherbal poſſedit. Res poſtulare videtur Africae ſitum paucis exponere, & eas gentis, quibuſcum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. [2] Sed quae loca, & nationes ob calorem, aut aſperitatem, item ſolitudines minus frequentata ſunt, de iis haud facile compertum narraverim: cetera quam pauciſſumis abſolvam.

XX. In diviſione orbis terrae plerique [3] in parte tertia Africam poſuere: pauci, tantummodo Aſiam, & Europam eſſe; ſed Africam in Europa. Ea finis habet ab Occidente, [4] fretum noſtri maris & Oceani: ab ortu ſolis,

rim. Pall. XI. *facile haud comp. n.* an fuit, *de iis haud facile comp. caetera.* Gruter. Noſtri cum vulgata. ſed *Priſcianus* 1008. *caetera h. f. c. n.* & ſic 3. Codd. ejus MSS. *J. Waſſe.*

1 *Magnis exornata.*] Ex ſcriptis tribus legend. *magis exornata*, quod vel antecedens *portuoſior* oſtendit. *Putſchius.*

2 *Sed quae loca & nationes, ob calorem & aſperitatem, item ob ſolitudines minus frequentata ſunt.*] In manuſcriptis atque aliis vetuſtioribus eſt omiſſa praepoſitio, *item ſolitudines.* id rectius eſſe puto. *Rivius. Loca nationes,* Bodl. *J. Waſſe.*

3 *In parte tertia.*] Commelin. *in partem tertiam.* Noſtri & *Valla* IV, 90. vulgatam ſervant. Commeliniani Codicis ſcripturam tuetur *Auguſtinus* C. D. XVI, 17. nec ſane inelegans eſt. *Gruter.* Pro *poſuere* Pemb. & in marg. & recentiore manu *dixere*, ex interprete. *Ponere* enim eſt *ſcribere.* Horat. *ſcriptor honoratum ſi forte reponit Achillem.* Cicero ad Brutum. *Ponam in extremo quod ſentio.* Ovid. IV. Pont. III. *Conquerar, an taceam? ponam ſine nomine crimen.* Cic. I. Verrin. *Male in aliorum ſpe relinquere, quam in oratione mea ponere.* voces *ſed Africam in Europa* in L 3. non comparent. Codices tamen retinent, idque recte. *P. Paullinus* apud *Auſonium,* Ep. XIX, XI. *Europamque Aſiamque duo vel maxima terrae Membra, quibus* Libyam *dubie* Salluſtius *addit* Europae adjunctam: *poſſit quam tertia dici.* Idem probat orationis contextus, *ea finis habet*, Africa ſcilicet. Atque ita in ſuo libro invenit Interpres vetus ad *Priſciani* Perieg. teſte, in Adverſariorum ingenti opere, Barthio. XI, 25. Confer *Aethicum*, pag. 51, 62. qui fere ſua minima maxima. a p. 51. ad finem, ab *Oroſio* habuit, a quo etiam paſſim emendari poteſt. Adde *Polybium* III. pag. 265. *Ciceronem* pro Roſc. Amer. §. 36. Favet etiam *Lucanus* IX, 411. *Tertia pars rerum Libyae ſi credere famae Cuncta velis; at ſi ventos Coelumque ſequaris, Pars erit* Europae. *Auguſtinus* de Civ. Dei XVI, 17. *quae univerſa Aſia nuncupatur; quam quidem in alteram duarum. plerique autem* in tertiam *totius orbis* partem poſuerunt. Noſtrum ſequitur *Jornandes*, pag. 114. Caeterum inter paucos illos qui Orbem bifariam dividunt *Iſocratem* numeres; ita ille in Paneg. Τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ ΔΙΧΑ τετμημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δ' Βορείας καλουμένης. Eique comitem adjungas licet *Varronem* de L. Lat. p. 13. *J. Waſſe.*

4 *Fretum noſtri maris.*] Hoc eſt *Plinio* teſte III, 5. fretum Herculeum. vide *Apulejum* De mundo. p. 391. Eoque modo opponit Oceano, quo eidem Mediterraneum mare *Polybius* III, 265. Ἀδιαλείπτως κατὰ τὸ συνεχές, ἀπὸ τῆς ΚΑΘ' ἩΜΑΣ θαλάττης, ἕως εἰς ΤΗΣ ἘΚΤΟΣ. quid vero ſit *fretum noſtri maris* explicat *Mela* I, I. *Id omne qua venit, quaque*

de-

1 declivem latitudinem : quem locum Catabathmon in-

diſpergitur, uno vocabulo noſtrum mare *dicitur. Anguſtias introitumque venientis, nos* fretum, *Graeci* πορθμὸν *appellant.* Noſtrates *Frith* ſive *Forth,* ne quos offendant *fretum maris* quia poetis utrumque idem denotat. Et tamen illi quandoque, *Oceani freta.* &, fervet *fretis* ſpirantibus *aequor.* maris aequor. Noſter autem proprie loquitur, *Oceani* abſolute & ſine voce *maris,* quod fere addunt *Caeſar, Cicero, Victor* aliique. *Juvenalis* XI, 3. Litore *ab* Oceani *Gallis venientibus.* Codd. *Divei.* Pemb. & optimus Budenſis Amſtelod. & Suſianus *Oceano,* bene. ibi *Scholiaſtes* in Ed. Amſtelod. 1684. *Officium ſacerdotis & Aruſpicis dii fecerunt, ſacerdotum more fugientibus.* Henniniana, *ſacerdotibus timore fugientibus,* ſi a libris nihil moveo, ſin minus lege mecum: *fungentibus,* nam timor ſacerdotum & aruſpicum, nihili eſt. *J. Waſſe.*

1 *Declivem latitudinem.*] Ciacconius volente *Colero,* & Iſ. *Voſſio,* legit *altitudinem;* Idque, quia *vallem devexam* vocat *Mela* & quia καταβαθμὸς eſt καταβάσις. Huic conjecturae, inquit *Gruterus,* obſtat vox Graecanica, adjectivum *declivem,* & locus *Melae* quem adducunt. At ille lectionem ſtramineam plumbeis argumentis impugnat. Nam nec vim vocis *altitudo* capit, cui certe non obſtat καταβαθμός. Vide nos ad *Fragment.* Hiſt. vett. p. 257. Cap. 121. & *Plinium* Nat. Hiſt. XXII, 45. *Cicero* de Nat. D. II. concavae altitudines *ſpeluncarum.* Acclivis ergo, ſurſum altus, declivis deorſum altus. *devexum* Gloſſae recte κατωφερὴς hoc eſt, καταῤῥεπὴς deorſum vergens, & reſpondit τῷ ἀνάῤῥοπος. *Plin.* IV, 8. *leniter* convexis jugis. III 25. *juga* molli devexitate *conſidunt.* Jam, cur vox *devexa* monti convenit, *altitudini* non conveniat nullus video: praeſertim, cum quod ipſi *Pomponio devexa* id Plinio ſit *repente convexa,* quo non tam lente ſe demittens clivus, quam pronum & abruptum denotatur, ut ex ejuſdem VI, 11. patet. *Porta Caucaſiae, ingens naturae opus* montibus interruptis repente, *&c.* Porro, *altitudo devexa* aeque commode dici poſſit atque *altitudo praerupta,* quomodo locutus in Lib. de B. Africano Hirtius. *Erat convallis ſatis magna latitudine,* altitudine praerupta. Verum enim vero, quo minus in *Ciacconii* ſententiam tranſeam faciunt omnes MSS. (excepto Codice Ball. qui *altitudinem*) & *Valla* de Eleg. III, 19. qui illud alterum retinent. Sed *latitudinem declivem* pro fine regionis durum eſt fortaſſe? ſit ſane, dummodo ſic loquantur Auctores. Nempe, *latitudo* non tantum pro cujuſlibet rei ſpatio ſumitur, ſed etiam, pro re ipſa in latum extenſa, & pro *magnitudine* ſimpliciter. *Plin.* Nat. Hiſt. IV, 12. eo ſenſu quo Noſter. *A Cimmerio vero oppido trans fretum ſito Mil. M. D. Paſſ.* Haec ibi latitudo *Aſiam ab Europa* ſeparat, hoc eſt, *mare Mil. M. D. Paſſ. latum.* Sequitur *Solinus,* Cap. XII. *Atque omnis* haec latitudo *quae Europam Aſiamque* dividit, *in ſeptem ſtadiorum anguſtias ſtringitur.* Plinius iterum II, 26. *Perinthus* latitudine ducentorum paſſuum *Continenti adnexa.* Cicero de *Leg. Agrar.* II, 26. *Qui* latitudinem poſſeſſionum *tueri non poſſunt.* Sed vallis naturae minus conveniunt *latitudo* & καταβαθμός? imo vero maxume. Nam & ipſa Africa qua Nilum attingit, latiſſima eſt. *Mela* I, 1. deinde a Catabathmo, magno continuus eſt in Aegyptum deſcenſus. *Usque inde,* inquit *Mela,* hoc eſt a Nilo, *procedit, ita media praecipue in juga exſurgens, pergit* incurva *ad occaſum.* Et ſi pleraque ſuae regionis nomina Cyrenenſibus accepta referri debeant, ſi haec vallis in Aegyptum devexa non fuiſſet, potius ἀναβαθμὸν vocaſſent, quod *Voſſio* obſervatum. Rem extra controverſiam ponit *Dionyſius.* Ἄγχι δὲ Μαρμαρίδαι ΠΡΟΝΕΝΕΥΚΟΤΕΣ Αἰγύπτοιο. *Priſciano* interprete, *Marmaridae poſt hos Aegypti ad flumina* vergunt. Hinc *Catabathmus,* quod pro voce Punica habuit *Soldus,* haud ita inepte a *Solino* vocatur *Aegyptium limen;* totam enim

colae

colae appellant. [1] Mare ſaevum, importuoſum. [2] Ager frugum fertilis, bonus pecori, [3] arbori infoecundus: coelo, terraque penuria aquarum: genus hominum ſalubri corpore, velox, patiens laborum: pleroſque ſenectus diſſolvit, niſi qui ferro, aut beſtiis interiere. Nam morbus haud ſaepe quemquam ſuperat. [4] Ad hoc, malefici

illam regionem ſignificat quae deſcenſum ipſum & *Alexandriam* interjacent. *Strabo* XVII. pag. 838. Μεταξὺ δ᾽ ἐστὶ μέγαν λιμένα, ἄλλος λιμὴν Φυκοῦς, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν Τελεσπαύεγον. Τὸ δὲ λοιπὸν μέχρι Παραιτονίου, καὶ κάτω εἰς Ἀλεξάνδρειαν· καλεῖται δ᾽ ὁ τόπος Καταβαθμός. Vox *incolae* abeſt Regio, retinet *Oroſius*. J. Waſſe.

1 *Mare ſaevum importuoſum.*] Τὸ &, non eſt in manuſcriptis, nec impreſſis vetuſtioribus. *Rivius*. Nec habet antiquus *Fulvii* liber. *Servius* tamen haec recitans in *Virg.* Aen. lib. I. copulam addit. *Mamutius*. legit, *id eſt*, *imp.* J. Waſſe.

2 *Ager frugum fertilis, bonus pecori.*] Citatur a Servio I. Aeneid. ex Salluſt. *frugum, pabuli laetus ager*. Tacit. de morib. Germ. *frugiferarum arborum impatiens, pecorum foecunda*. Ciacconius. Ne hic quidem copula additur in manuſcriptis; in duobus *frugum ſterilis* legitur, ſed perperam. *Rivius*.

3 *Arboribus infoecundus.*] MSS. *arbori* Rivius. ſic fere noſtri, Venetae & γ. *arboribus* ineleganter. *Columella* II, 2. Arboribus *altitudo quatuor pedum abunde eſt*. Codex Ar. *arboris*, Legendum *arbori*. Tertullianus de Pat. XIV. *Non illae in* pecore *divitiae*. Lucanus IX, 697. *foecundaque* nulli *Arva* bono. Cajenſis male *nullis bonis*. Iſidorus XIV, 4. *Regio* vero *fortis & ſolida*. ſed MSS. Breuli & noſtri, *regio* viro *fortis & ſolo laeta*, recte. *Oroſius* I, 2. quem in hoc capite ſequitur, *Mevania ſpatio non parva*, ſolo commoda. *Pomponius* II, I. *Nec Coelo* laeta *nec* ſolo. *Apulejus* Flor. II. *Ager frumento piger, aratro irritus*, foecundior oliveto. *Tacitus* de Mor. Germ. *frugiferarum arborum impatiens* pecori foecunda. *Hegeſippus* III, 36. malit *fructibus* infoecunda. infra, *Coelo terraque*. Servius ad Aen. I. & L. 3. copulam omittunt. *Curtius* IV. *Terra coeloque aquarum penuria eſt*. interpretatur *Mela* I, 4. *ob ſitim coeli terrarumque*. ſitis in hac re eleganter. *Ovid.* Met. *Quaeque ſitim tulerant, ſtagnata paludibus ument*. Lucan. IX. ſed & *haec non* fontibus *ullis* Solvitur: *Arctoos raris Aquilonibus* imbres Accipit, *& noſtris reficit ſua rura ſerenis*. Confer *Solinum*, Cap. XXXVIII. Badiana & Ball. *Coeli terraeque*. aliter caeteri, & *Servius* ad Aen. I, 26. Palmerius *a beſtiis*. Noſtri elegantius omittunt praepoſitionem, De hac regione *Sulpicius* Dial. I, 3. *Non quod ibi vis imbrium ulla timeatur* [fuiſſe autem illic pluviam nequando quidem auditum eſt] Neſcio cur uncinis includantur haec verba, cum ea agnoſcant exoletae vetuſtatis membranae, quae in Bibl. Aulae Trin. Cantab. ſervantur. *ne quando* valet μήποτε *ne forte*, & in hac ſententia habere locum nequit, quid tum poſtea? ſcribatur *ne fando*, ad exemplum Plauti. *Quae neque fieri Poſſunt*, neque fando *umquam accepit quiſquam, profers Carnufex*. & *Ciceronis* pro Quint. *Verum ante hoc tempus* ne fando quidem audita. intra: & *Libyes* non habent Ball. aut Venet. 1470. pro *pauciſſimis* Reg. *pauciſſime*. J. Waſſe.

4 *Ad hoc malefici.*] Non videntur haec apte poſita, mallem adhaererent ſupra illis, *penuria aquarum, ad hoc malefici*. niſi potius velimus aliunde ab docto aliquo invecta ut confirmaret a beſtiis ibidem homini periculum, quod ſtrenue ſuſpicor, eo quidem magis, quod poſt iſthaec eraſae ſunt in Nazariano literae minimum duodecim, quibus forte indicabatur nomen auctoris unde haec ſententia deſumta. *Gruterus*.

generis plurima animalia. Sed qui mortales initio Africam habuerint, quique poſtea acceſſerint, aut quo modo inter ſe permiſti ſint; quamquam ab ea fama, quae pleroſque obtinet, [1] diverſum eſt: tamen, uti ex libris Punicis, qui regis Hiempſalis dicebantur, [2] interpretatum nobis eſt; uti que rem ſeſe habere cultores ejus terrae putant: quam pauciſſumis dicam. Ceterum fides ejus rei penes auctores erit.

XXI. [3] Africam initio habuere Gaetuli, & Libyes, [4] aſperi, incultique; queis cibus erat [5] caro ferina, atque [6] humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cujuſquam regebantur: [7] vagi, palantes, [8] quas nox coegerat, ſedes habebant. Sed poſt-

De hac tranſpoſitione egit Cl. *Perizonius* in notis ad Sanctium. verba, *genus hominum*, &c. *interiere* citat *Valla* Eleg. IV, 88, 89. Venetae. Bill. γ. L 2, 3. *in initio.* inale. *Tacitus*, Agr. 11. *Caeterum Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenae an advecti, ut inter Barbaros, parum compertum.* J. Waſſe.

1 *Diverſum eſt.*] Verbum *eſt.* non habet v. c. & fortaſſe illud, *pleroſque*, in, *plerumque*, mutandum eſt. *Urſinus.* Ita MSS. omnes, quod ſignificare libet, quoniam locum iſtum laudo ad Epiſtolam *Salluſtii*, quae incipit: *Populus Romanus antea obtinebat regna atque imperia fortunam dono dare.* ibi enim libenter legi cuperem: *Populum Romanum anteà obtinebat, &c.* Gruterus. vide nos ad locum. *J. Waſſe.*

2 *Interpretatum nobis eſt.*] *Interpretatum* paſſive uſurpavit. nam ea deponentia olim erant communia, ut apud Graecos ſunt μέσα auctore *Priſciano.* & *utique* duae ſunt dictiones, pro *&* *uti*, id eſt, *& quemadmodum.* Gothi codex habebat, *atque*: quod placet, propter vitandum ambiguitatem. *Glareanus.* Reg. omittit *nobis.* B. Pub. & Pemb. *e. n.* ſed *nobis* ex 2. manu. Pemb. at L 2. *putant Hiemp.* vox *regis* in Bodleiano non habetur. Glareani *atque* non placet: MSS. omnes *utique rem ſeſe* habere, nec aliter *Probus*, pag. 1422. *J. Waſſe.*

3 *Africam habuere.*] Manuſcripta *initio habuere*, praepoſitione omiſſa, quomodo paulo ante, *Sed qui mortales initio Africam habuerint.* Rivius.

4 *Aſperi incultique.*] Scholiaſta *Juven.* ined. Sat. V, 53 *aſperi & inculti.* contra omnes MSS. eoſque firmantem *Pomponium* III, 3. *victus ita* aſperi incultique, *ut cruda etiam carne veſcantur.* Lucanus IX. Inculti *Garamantes habent.* J. Waſſe.

5 *Caro ferina.*] Recte *caro.* ſic Ammian. XIV, 4. *Victus univerſis* caro ferina *eſt lactiſque abundans copia.* caeterum *pabulum* proprie pecudum. at hic pro *cibo humano.* ſic *Tertullian.* Apol. Cap. VIII. de jejun. XI. *Idem.*

6 *Humi pabulum uti pecoribus.*] Voces, *uti pecoribus*, alienas exiſtimo: nam *Mela*, qui hunc locum aemulatus eſt, *Humi*, inquit, *quies, epulaeque capiuntur, cibus eſt caro plurimum ferina.* Et infra, *ubi dies deficit, ibi noctem agunt.* Ciac.

7 *Vagi, palantes qua nox coegerat, ſedes habebant.*] Codices in membrana deſcripti praeter unum *quas nox coegerat*, ut ſubaudias *habere.* hoc eſt, ubicumque nox eos oppreſſerat, ibi commorabantur, cum alioqui ſedem ſtabilem & domicilium certum non haberent. Exemplar a Pin-

quam

Digitized by Google

quam in Hiſpania Hercules, ſicuti Afri putant, interiit: [1]exercitus ejus compoſitus ex variis gentibus, [2]amiſſo duce, ac paſſim multis ſibi quiſque imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, [3]Perſae, &

cio Venetiis excuſum; ut & alia pleraque, *quo nox coegerat.* quomodo fere a doctis citatur. pro, quem in locum nox compulerat, ibi manebant. *Rivius.* Lege ex ſcriptis *qua.* & infra: *ea vero conſueti.* & poſtea, *ea paullum proceſs.* dein, *eadem regreditur.* Putſchius.

8 *Qua nox coegerat.*] Lectio olim edita *qua nox*, quod item probare poſſem ſuſtentatum Pallat aliquot quaſi tibicinibus, niſi eaedem eſſent aetatis recentioris, Commelin. enim meus diſerte habet ſcripturam priorem, ac fuiſſe item in optimo Naz. indicat raſura, quid, quod totidem literis iſthaec expreſſit *Sulpicius Severus* Dialogo prim. de Virtutibus Monach. Orient. lectione XI. interpretatio loci petenda a Rivio. *Gruterus. Qua* Bodl. L 2. Mart. B. Pub. *quam.* ſed L 3. Venet. 1478. *quo.* Pemb. γ. λ. & caeteri *quas.* apud *Sulpicium* Codex veterrimus Aul. Trin. habet *qua.* Hieronymus, Ep. IV. Cap. 3. *qui habitabant in tentoriis, & quas nox* compulerat *ſedes habebant.* J. Waſſe.

1 *Exercitus ejus.*] Abeſt *ejus* Reg. caeterum ita citat *Luctatius* ad Stat. VI. bella Hercules geſſit in Africa teſte *Salluſtio*, qui ait: *poſtquam Hercules in* Africa *ſicut putant, interiit, exercitus ejus variis gentibus permixtus eſt.* Iſidorus tamen IX, 2. nihil mutat. tantum mutata poſitura legit, *variis gentibus* uti & Regius. receptam lectionem firmant Hiſtorici. quibuſcum confer *Strabonem.* XVII. p. 821. de Herculis tranſitu per Africam vide *Solinum*, Cap. XXV. *J. Waſſe.*

2 *Amiſſo duce, ac paſſim multis ſibi imperium petentibus.*] Manuſcripta, *multis ſibi quiſque imperium petentibus*: verum perperam, niſi quis malit *quiſque*, pro *quibuſque* poſitum. facit cum manuſcriptis Florentinum, atque item Beroaldinum. *Rivius.* Graeco genere loquendi, quomodo *Ariſtoteles* lib. III. Rhet. dixit μετὰ δὲ ταῦτα δήλων ὄντων, καὶ οἷα καὶ ἡλίκα, εἰς τὰ πάθη ἄγειν τὸν ἀκροατήν. Varro de vita pop. Rom. lib. II. apud Nonium: *Suum quiſque diverſi commodum focillantur.* Manutius. Abeſt *quiſque* L 3. Venet. Ball. & γ. *J. W.* Nihil in hac lectione vitii, ut viſum *Rivio*: ſtabilitque eam, tum editio vetus, tum MSS. noſtri, quorum tantum unus e junioribus: *multis ſibi imperium petentibus quiſque dilabitur.* Gruterus. Hoc eſt, πανδημεὶ ubique, *in ſingulis locis.* χύδην. *prout quiſque vult.* indiſtincte, ſine delectu, promiſcue. *Tacit.* XV, 43. *Caeterum urbis quae domus ſupererant, non ut poſt Gallica incendia, nulla diſtinctione, nec* paſſim *erectae ſed dimenſis vicorum ordinibus.* Veget. III, 8. *Incautum eſt plerumque diſcriminis exercitum* paſſim *ſine aliqua munitione conſidere.* &, I, 7. *Nec leve hoc officium putetur, aut* paſſim quibuſcunque *mandandum.* Arnob. I, 21. *Que velut caecos* paſſim, *ac ſine ullo Rectore gradientes.* & Lib. II. *An numquid haec fieri* paſſim & inaniter *creditis? fortuitis incurſibus adſumi has mentes?* Victor Caeſ. XXIV. *Quippe ubi* paſſim confuſaque *omnia, neque ſuo feruntur modo, quique fas putant, uti* per turbam *rapere aliena officia quae regere nequeunt.* vide quantum ſibi permiſerint qui ibi *ſparſa confuſaque* obtrudunt. L 1. §. non paſſim. D. de rebus eorum: *Non* paſſim *tutoribus ſub obtentu aeris alieni permitti debuit venditio.* vide etiam *Cenſorin.* Cap. X. Ed. Cantab. 1695. cui praeerat amicus noſter pereruditus, at tum admodum juvenis *Carolus Daubuz. M. Felix.* p. 39, 81, 88. *Senecam.* N. Queſt. II, 48. *Quintilian.* Decl. IV. p. 51. *Lactant.* III, 9. *J. Waſſe.*

3 *Perſae & Armenii.*] Salmaſius ad *Solinum* ſatis audacter ex Conjectura, *per*

Digitized by Google

Armenii, navibus in Africam tranſvecti, proxumos noſtro mari locos occupavere. [1] Sed Perſae intra Oceanum magis: iique alveos navium inverſos pro tuguriis habuere: quia [2] neque materia in agris, neque ab Hiſpanis emendi, [3] aut mutandi copia erat. [4] Mare magnum, & ignara lingua commercia prohibebant. [5] Hi paullatim

ſe comites hoc eſt, inquit, *ſua ſponte* pro *Perſae* Mela & *Solinus* habent *Pharuſii*, at ſic olim appellati *Perſae*; teſtis mihi *Plinius* N. Hiſt. v, 8. Conſule omnino *Bochartum*. J. Waſſe.

1 *Sed Perſae intra Oceanum magis.*] Hoc, *intra Oceanum*, Badius & recte & erudite exponit *introrſus ad Oceanum*, ſive Salluſtius Oceanum, poſt Atlantes ad occaſum, ſive poſt Gaetulos ad meridiem crediderit. nam ſequentes loci complures ita exponendi. & intelligendi. Perſarum enim & Gaetulorum commercium cum Hiſpanis, tum Oceanus, tum Libyes medii, qui ad fretum Herculeum agitabant, prohibebant. Itaque illos, hoc eſt Perſas, *mare magnum*, id eſt Oceanus, & *ignara lingua* prohibebant, quo minus cum Hiſpanis commercia haberent. At Libyes, etſi lingua diverſi, propinquitate tamen locorum facile cum Hiſpanis res commutare poterant. Et vide, num *ignara lingua* dictum ſit pro *ignorata*. ut infra, ad finem pugnae Metelli cum Jugurtha, de Numidis loquens: *Pleroſque*, inquit, *velocitas & regio hoſtibus ignara tutata ſunt. Ignoratus* tamen apud eundem hunc auctorem eſt, ubi de Jugurtha victo ac vagante ait: *Ipſe cum delectis equitibus Metellum ſequitur, nocturnis aviiſq; itineribus ignoratus Romanos palanteis repente aggreditur.* Nam quod Badius exponit, *Et lingua Perſarum ignara linguae, ſcilicet Hiſpanorum*, non ſatisfacit mihi, cum auctori verba addat, quae in nullis inveniuntur codicibus. *Glar.*

2 *Neque materia in agris.*] Lege ex libro Bongarſii: *neque materies.* Supra Catilina: *Ea materies omnium malorum fuere.* Putſchius. Venet. 1470, 1478. *materiam lignorum* peſſime. nam materiae appellatione ligna omnia comprehenduntur. Liv. *Multam materiam ceciderat miles.* Columel. v, xi. *inter corticem* & materiem. ſic *Curtius* vii, 3. J. Waſſe.

3 *Mutandi copia erat.*] Antea *mutuandi*, nos *mutandi*, repoſuimus ex Fulvii libro. ſic enim locutus idem Salluſtius: *Eaque mutare cum vino advectitio, & aliis talibus.* & hac ipſa pagina. *Freto diviſi ab Hiſpania, mutare res inter ſe inſtituerant.* Manutius.

4 *Mare magnum & ignara lingua.*] Mare magnum hic non pro Oceano, ut in illo: *Ecce maris magni claudit nos obice Pontus*, accipitur, ſed pro ſaevo & importuoſo ut *Criſpus* loquitur ipſe. *Nam ubi* mare magnum *eſſe, & ſaevire ventis coepit.* Lucretius libro ſecundo rerum naturalium: *Suave* mari magno *turbantibus aequora ventis.* Virgilius Aeneid. iii. *Continuo venti volvunt mare magnaque ſurgunt Aequora.* apud quem lib. i. ejuſdem divini operis in quibuſdam codicibus vitioſe cuditur: *Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.* Cum omnino ex re ipſa, & doctiſſimo *Servio*, ultimam literam abjiciendo legendum ſit *tollere vento*, quod mirum quam ad *Salluſtium* facit, quod enim hic *Mare magnum & ſaevire ventis* vocat, ille *tollere vento* dicit. *Putſchius. Mare magnum* ut in illo, *ecce maris magni claudit nos obice pontus.* Gruterus.

5 *Hi paullatim per connubia Gaetulos ſibi miſcuere.*] Manuſcripta, *ſecum miſcuere.* pro *conjunxere ſibi.* additur enim huic verbo interdum illa *Cum* praepoſitio cum ſuo caſu. Cicero, *Cum quibus tanquam purpuram miſceri oporteat.* Idem, *Parentalia cum ſupplicationibus miſceri. Livius* dativum ix. dec. iv. *Cum concilii*

per

per connubia Gaetulos ſecum miſcuere: & quia ſaepe tentantes agros, alia deinde, atque alia loca petiverant, ſemet ipſi Numidas appellavere. Ceterum adhuc aedificia Numidarum agreſtium, quae [1] *mapalia* illi vocant,

noſtri eam fecerimus, & nobis miſcuerimus. Idem III. belli Punici ſecundi. *Quod connubium vetuſtum multas familias claras ac potentes Romanis miſcuerat.* Rivius. Ita etiam membranae cum optimae, & ſenſus eſt: auctus acceſſione Gaetulorum. *Gruterus. Secum* abeſt Arond. Reg. agnoſcit Pemb. ſed ex ſec. manu. *Medi cum Lybiis ſe miſcuerunt,* Iſidor. IX, 2. *J. Waſſe.*

1 *Mapalia illi vocant.*] Viri docti a Servii compilatore, & gloſſarum auctoritate decepti, nullam fere inter *Mapalia* & *Magalia* differentiam agnoſcunt, ſi excipias primae ſyllabae modulum: quin ut prorſus idem ſint fecere *Gloſſae Philoxeni,* in quibus *Mappalia p.* geminato ſcribitur, quod voci Syrorum propius accedit. Sed ut diſtincte loquamur, *Mapalia* ſunt agricolarum Maurorum Caſae; idque, vox *Palea* Syris *agricola* unde deducitur, oſtendit. At hae ſemper mobiles, illae vero, quae a vallo caſtrorum *magar*, vel *magal*, unde & Graecum μέγαρον, quomodo *clibanus* a κρίβανος, *paulum* a παῦρον, dicebantur *magaria* ſeu *magalia*, illae inquam inſtar villarum fixae erant. & quandoque, teſte in Fragm. Noſtro, *Civitatibus oppidiſque circumjectae.* Neque haec duo umquam temere confundunt Auctores. *Gloſſae* quidem utrumque voce καλύβαι interpretantur, at corrigendae ſunt; & pro, Magalia καλύβαι Ἀφρῶν. Magalia & Mapalia καλύβαι ἀφρῶν. legendum *m.* ΚΑΛ. ΑΦ. *mapalia* καλύβαι ἀγρῶν. quomodo legit *Diomedes,* pag. 315. Praeterea, καλύβη & *tugurium* & *tentorium* denotare videtur. *Thucyd.* I, 133. σκηνησαμένου καλύβην, certe opponitur *aedibus* II, 52. ΟἸΚΙΩ͂Ν γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν. ἀλλ' ἐν ΚΑΛΥ'ΒΑΙΣ πνιγηραῖς ὥρᾳ ἔτους διαιτωμένων. καλύβαι ergo *attegiae* quaedam inconditae & ſubitaneae, quo vocabulo *Joſephi* σκηνοποιεῖν ſatis Latine vertit *Rufinus.* Mapalia vero ſemper paſtorum Nomadum, ideoque mobilia, tam apud vinctae quam ſolutae orationis auctores. Virgil. *Quid tibi paſtores Libyae, quid paſcua verſu Proſequar, aut raris habitata* mapalia *tectis?* Quid, inquies? *tectis,* num & illa circumforanea? ita quidem. audi *Silium* qui verſum ita aemulatus eſt. *Qualia Maurus amat* diſperſa mapalia *paſtor.* etiam *V. Flaccum: coit o* ſparſo *concita* mapali *Agreſtum manus.* pergit Maro. *Omnia ſecum Armentarius Afer agit,* tectumque laremque *Armaque Amyclaeumque canem Creſſamque pharetram.* & ne cum illo apud *Ciceronem,* quaeras, quae ferramenta, qui vectes tantae molis operi ſufficiant; addit, omnia minimo fieri negotio: *Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis Injuſto ſub faſce viam cum carpit,* ita Afer ille μετανάστης ſua ſecum portat cum hac una differentia, quod ille humeris aut mulo Mariano, hic plauſtro utatur. Ita diſerte *Plinius* N. Hiſt. v, 3. Hinc *Lucanus* IV, 684. *Et ſolitus vacuis* errare mapalibus *Afer Venator.* Livius XXXIX, 34. *familiae aliquot cum* mapalibus *pecoribuſque ſuis (ea pecunia illis eſt)* perſecuti *ſunt regem.* Tacitus, An. IV, 25. *Numidas* poſitis mapalibus *conſediſſe.* Frontinus IV, I. caſtra, *velut* mapalia, conſtituere *ſoliti.* confer *Tacitum,* An. III, 74. Hiſt. IV, 51. *Lucan.* I, 89. *Plin.* Tom. I. pag. 532. *Melam* I, 8. Diſtinguit haſce caſas ab oppidis, invito *Criſpino* Salluſtius. *Ex oppidis & mapalibus Praefecti regis obviam ibant,* id quod ſuadet *Hieronymus,* Epiſt. ad Demetr. VIII, 3. *Cunctae per Aphricam Eccleſiae quondam exultavere tripudio, non ſolum ad urbes,* oppida viculoſque, *ſed ad ipſa quoque* mapalia *celebris fama penetravit.* formam & materiam eorundem alii praeoccuparunt. verum, quod neſcio an obſer-

ob-

[1] oblonga, incurvis lateribus tecta, quaſi navium carinae ſunt. [2] Medis autem & Armeniis acceſſere Libyes. Nam hi propius mare Africum agitabant: Gaetuli ſub ſole magis, haud procul ab ardoribus: hique mature oppida

vatum, quae Noſter *oblonga*, Silius *longa* vocat 11, 85. *Ipſa autem gregibus per longa mapalia lectos Ante aciem oſtentabat equos.* Calamo aut ſcirpis tegi ajunt. Idem XVII, 89. *Plin.* XVI, 37. idque monente *Lucano*, μάλ' αὐτοσχεδίως. *Surgere* congeſto *non culta mapalia culmo.* Abuſive itaque villam ſuam excultiſſimam, tuguria atque mapalia appellat *Sidonius*, Ep. II, 2. Verum *magalia* ſunt ſane agreſtia aedificia, ſed ſtativa; eoque nomine in primis veniebant ipſius Carthaginis ſuburbia, ut ex *Plauto*, *Appiano*, aliiſque pridem obſervavit eruditiſſimus *Bochartus*, Phaleg. I, 24. Eoque alludit poetarum doctiſſimus, quod Interpretes ejus fugiſſe adeo demiror. *Ut primum alatis tetigit* magalia *plantis.* &. *Miratur molem Aeneas* magalia *quondam.* Neque enim alibi utitur. *Apollon. Collatius*, p. 376. *omniſque timore Concutitur Judaea novo*, magalia *flammis Concrepitant* tectiſque *ſuis uruntur agreſtes.* idem tamen, p. 746. haud ita proprie. *Quod nemus ante fuit*, habitata mapalia *triſtis Cogitur ipſe manu propria conſternere paſtor.* v. *Victorem Uticenſem*, Lib. I. Haec cum ita ſint, *Iſidorum*, qui hunc *Salluſtii* locum citans, legit *magalia* in vitioſos codices incidiſſe putem, niſi ipſe potius ab librariis a Virgiliana lectione calentibus depravatus eſſe videatur. MSS. enim noſtri & aliorum eandem cantilenam canunt. Sed, ne illum auctorem unquam inemendatum praeteream, facit immane erratum, quod, dum ipſam hanc paginam perluſtro, ferit oculos. *Arcifinius ager dictus eſt, qui certis linearum menſuris continetur.* Nihil pote falſius. recte ergo membranae, *non continetur*, uti ex Agrimenſoribus patet. *Frontinus.* ager *eſt* arcifinius *qui* nulla menſura *continetur.* Quod infra dicit *Hiſpalenſis*, in iſtiuſmodi agris nihil ſubciſivorum intervenire, hoc vult; quod ab eo nihil paluſtre aut inutile reſcinditur in diviſura, vel ſaltem non tantum quantum efficiat jugerum. C. C. *J. Waſſe.*

1 *Oblonga incurvis lateribus tecta, quaſi navium carinae ſunt.*] Cato *Mapalia rotunda veluti cohortes eſſe* ait. & Hieron. in prologo Amos, *agreſtes quidem caſae, & furnorum ſimiles, quas Afri appellant Mapalia.* Ciacc. Diſtinguendum omnino: *incurvis lateribus. tecta quaſi navium carinae ſunt.* Praeit *Severus Sulpitius* Dialogo primo, de virtutibus monachorum orientalium: *parvum tugurium inter arenas conſpicio, cujus tectum, ſicut* Salluſtius *ait, quaſi carina navis erat.* Putſch. ita diſtinguit Markii γ. & λ. *J. Waſſe.*

2 *Medis autem & Armeniis acceſſere Libyes.*] Meus liber, *Medi autem & Armenii arceſſere Libyes*: ut ſupra, *hi paulatim per connubia Gaetulos ſecum miſcuere.* Ergo ut Perſae Gaetulos, ſic Medi & Armenii Libyes arceſſere. *Ciacc.* & ſic Reg. L 2, 3. Arond. B. Pub. & Venetae, Ball. Bodl. Pemb. at ex 2. manu caeteri vulgatam lectionem retinent. Ita quidem concepit Naz. & aliquot alii. Sed interim, & primitus impreſſi & Com. noſter. *Medi autem & Armenii acceſſere Libyes.* Gruter. L 3. *curvis.* J. Waſſe. Ita vulgata habet lectio. atqui, ut Perſae advenae acceſſere Gaetulis, ita Medi ac Armenii externi Libybus acceſſere; non Libyes Medis ac Armeniis. quare magis placet vetuſta lectio, quae ita habebat: *Medi ac Armenii acceſſere Libybus.* quod quidam temere mutarunt, horrentes dativum *Libybus*, rarius apud Latinos auditum, quamquam taleis aliquando invenimus. Quidam codices etiam habebant *Libyas* accuſativum Graecum. hoc ſenſu: *Medi ac Armenii acceſſere Libyas*, praepoſitione ad verbum lata. quam lectionem ego neutiquam rejicio, & eam ſecutus ha-

Digitized by Google

habuere, Nam, [1] fretu diviſi ab Hiſpania, mutare res inter ſe inſtituerant. Nomen eorum paullatim Libyes corrupere, barbara lingua *Mauros* pro Medis appellantes. Sed res Perſarum brevi adolevit: ac poſtea [2] Nomo-Numidae propter multitudinem, a parentibus digreſſi, poſſedere ea loca, quae [3] proxuma Carthaginem Numidia appellatur. Deinde, utrique alteris freti, finitimos ar-

eſt Badius. Porro quae proxime ſequuntur verba. (*Nam hi propius mare Africum agitabant, Getuli ſub ſole magis haud procul ab ardoribus*) in parentheſi legit Soldus, recte. Et illud, *hi*, ante *propius Libyas* refert, qui Gaetulis conferuntur: at illud alterum, *hique*, quod poſt parentheſin ponitur, refert *Medos atque Armenios*: quod Badius, qui poſt Soldum ſcripſit, non advertit. Quamquam illud lector fortaſſis magis miretur; cum *Perſarum* nomen in *Numidarum*, *Medorum* in *Maurorum* commutatum fuerit, in quid *Armeniorum* ſit mutatum nomen. Sed credendum eſt, vel abjecta prima ſyllaba, cum *Medis* in *Mauros* conceſſiſſe *Armenios*; aut non admodum certam hanc, quod & auctor aſſerit, eſſe hiſtoriam. Varia hujuſmodi noſtri etiamnum aetate in gentium nominibus invenimus, ut id nullo pacto mirum videri queat. *Glareanus.*

1 *Fretu diviſi.*] Antea, *freto.* Martin. *fretu.* proba lectio; ſed aliter Codd. univerſi. *Plinius*, Lib. VI. dubii Sermonis: Porcium Licinium ita locutum inſit, citante *Chariſio*, pag. 103. *Cic.* apud eundem: *A Gaditano* fretu. Auguſtus ad Antonium: Fretu *ceſſi.* ibid. confer *Priſcianum*, Lib. VI. pag. 715. *Arnob.* I. Ennius: *Craſſa pulvis oritur.* omnem *pervolat coeli* fretum. plura adducit *Nonius* in voce ex *Naevio*, *Lucillio*, *Varrone.* ſed & *Lucret.* VI, 363. *Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus & aeſtum. Anguſtoque fretu rapidum mare dividit undas Italiae terrarum oras a finibus ejus.* Cic. Verrin. V. &, I. *Ut ille in dolore cruciatuque moriens, perangusto* freto *diviſa ſervitutis ac libertatis jura cognoſceret.* Gell. XIII. ſic Noſter, in Fragmentis, *vadus* pro vadum, *ſublimus*, *orocum*, *ferum.* & in Catilin. *ſparos* & ſimilia. proinde cum *fretu* a Librariis eſſe non poſſit, cumque ad normam *Salluſtianam* optime quadret, in textum recipio. eadem forma, *ſonu* apud Ammianum. XX, 9. *Exclamabatur undique vocum terribilium* ſonu. & alibi. *J. Waſſe.*

2 *Numidae nomine.*] Alii *Numidiae nomo*, delendum *nomine.* notarat quidem *Numidae* a *Nomo* deductum *Ciacconius.* alii Codd. *nemo* pro *nomo.* Urſin. Libri A. Popmae *nomine.* MSS. *Gruteri* fere *nomine numidae.* olim cuſi *Numidae nomine.* B. Pub. *nomine Numidiae*, ſic etiam γ. λ. Pemb. Reg. vero *nomine numedae* uti & Ball. Venet. Mart. etiam Bodl. linea per vocem *nomine* ducta. Nos *Gruterum* & *Carrionem* inviti ſequimur. *Martianus*, p. 216. *Numidia nomine celebrata Numidae; Nomades dicti.* ſic ſcripti codices. Salmaſius tamen ad *Solinum*, pag. 309. legit. *N. Maſiniſſae nomine celebrata* quomodo fere *Plinius* N. Hiſt. V, 3. quem exſcripſit *Capella.* forte *Nomo numidae* ad diſtinctionem; ſunt enim Nomades Indiae, Parthi Nomades, Nomades Arabiae ſeu Scenitae. Et Nomades Aethiopes. infra: *Mauros pro medis*, Vir adprime doctus *Joannes Clericus*, dictos autumat ἀπὸ τοῦ mer quod *mutare* & *tranſire* ſignificat. Ipſum hac de re adeas Libris commentariis ad Geneſin, Cap. X. p. 77. & Cl. *Harduinum* ad *Plin.* V, 3. *J. Waſſe.*

3 *Proxima Carthaginem Numidia appellatur.*] Fronto in *Proxima*, ſic. *Proxima Carthaginem Numidia appellatur.* Manutius.

mis,

mis, aut metu ſub imperium ſuum coegere, nomen gloriamque ſibi addidere; [1] magis hi, qui ad noſtrum mare proceſſerant: quia Libyes, quam Gaetuli, minus bellicoſi: denique Africae [2] pars inferior pleraque ab Numidis poſſeſſa eſt; victi omnes in [3] gentem nomenque imperantium conceſſere.

1 *Magis hi ad.*] Numidae, inquit, qui domo digreſſi proxime Carthaginem conſedere, majorem belli gloriam adepti ſunt, quoniam facilius Libyas proximos, qui minus bellicoſi erant, ſuperaverunt. Numidae vero, qui interiorem Africam habitabant, minorem ſibi gloriam addidere: quippe quibus res erat cum Gaetulis, qui non ita facile ſubigi poterant. in uno tamen ex noſtris exemplaribus legitur: *Magis quam hi, qui ad mare noſtrum proceſſerant*; quam lectionem ſequuntur nonnulli, & ita interpretantur: Medi & Armenii, qui ſibi Libyes adjunxerunt, minorem belli gloriam adepti ſunt, quam Numidae, qui ſe Gaetulis per connubia miſcuere: quoniam Libyes minus bellicoſi erant, quam Gaetuli; ſed (ut opinor) *Salluſtius* de utriſque Numidis, non de Mauris loquitur; quare priorem lectionem magis probo. adjuvant etiam interpretationem noſtram ſequentia verba: *Denique Africae partem, quae eſt ad mare noſtrum, non quae ad meridiem vergit.* Pro *denique* L 2. Ball. Markii γ. *deinde.* pro *magis hi* aliud quid fuit primitus in Markii λ. *hique* Pemb. *J. Waſſe.*

2 *Pars inferior pleraque a Numidis poſſeſſa eſt.*] Illud *inferior* Soldus exponit de parte, quae magis in plagam Auſtralem deſcendens, meridiem reſpicit. Ego vero puto referendum eſſe ad curſum fluminum Africae, quae fere a meridie in Septentrionem currunt, ut Bragada Ampſaga, Mulucha, & reliqua. Quanquam poteſt & inferior intelligi, quae ad occaſum eſt, ut Caeſarienſem quoque Mauritaniam complectatur. Nam eo Syphacis regio pertinebat, quam Maſiniſſa a Romanis poſtea habuit: & ipſe *Salluſtius* paulo poſt dicturus eſt: *Et Numidae uſque ad flumen Mulucham ſub Jugurtha erant.* Mela autem flumen prope Mulucham, apud Ptolemaeum duas ſeparat Mauritanias. Sane quanquam *Salluſtius* praetor in Africa fuerit, multa tamen negligenter de ea ſcripſiſſe videtur, quae ad loca attinent, quod in poſterioribus oſtendemus. Quod & de *Livio* in Annotationibus noſtris, maxime in tertiam Decada non ſemel conqueſti ſumus. *Glar.* B. Pub. *Africae pars Libyae inferior.* ſed voci *Libyae* ſubjecta virgula. caeteri a vulgatis ſtant. de hac Africae parte ita Interpres ad oram codicis Regii. inferior pars *Africae eſt a Numidia uſque ad Carthaginem.* Auctori Declam. in *Salluſtium, interioris Africae* nomine venit ipſa Numidia, de qua hoc loco Noſter. aſt ibi omnino legendum *inferior.* illa enim cujuſque regionis pars quae ad mare vergit, & per quam flumina decurrunt, apud Hiſtoricos ita audit. inde apud *Herodotum* II, IV. Πλὴν τοῦ Θηβαϊκοῦ νομοῦ πᾶσαν Αἴγυπτον εἶναι ἕλος· καὶ αὐτῆς εἶναι οὐδὲν ὑπερέχον τῶν νῦν ἔνερθε λίμνης τῆς Μοίριος ἐόντων. ibi docet omnem oram maritimam, infra ſtagnum Myrios, ex Nili aggeſtionibus ortum habuiſſe. apud *Sozomen.* II, 23. Delta & loca quae mari adjacent, opponuntur, Thebaidi, tamquam ſuperiori. hunc tractum *Ptolemaeus* vocat τὴν κάτω χώραν. Heptanomis vel proprie Thebais ſemper Geographis *Aegyptus ſuperior.* Idem de Germania & Armenia Geographi. interior autem Africa ea eſt quae a Cyrenaica regione ad uſque Garamantas extenditur, ut patet ex *Theophraſto.* Hiſt. IV, 4. *Plin.* XIII, 19. *Martian.* pag. 217. *Aethico.* pag. 63. & Noſtro, cap. XXII. *Seneca* N. Quaeſt. III, 6. etiam *Dione* p. 63. *J. Waſſe.*

3 *Gentem nomenque.*] Sic Codices: quibus adſtipulatur *Hegeſippus* II, 9. *Ubi*

XXII. Po-

XXII. Poſtea Phoenices, alii multitudinis domi minuendae gratia, [1] pars imperii cupidine; ſolicitata plebe, [2] & aliis novarum rerum avidis, Hipponem, [3] Hadrumetum, Leptim, aliaſque urbes in ora maritima condidere: [4] Haeque brevi multum auctae, pars [5] originibus

eſt ſolus navium veſtrarum qui obſideat freta, percurrat maria Romanorum? In ipſorum enim nomen elementa etiam tranſierunt in *quos etiam tranſivit orbis terrarum, qui Romano imperio clauditur, & definitur: denique a pleriſque Orbis Romanus appellatur.* Non enim audio Codicem B. Pub. Cantab. pro voce *nomen, poteſtatem* reponentem. Idem I, 15. de iiſdem: *non laceſſendos, quorum* in nomen ac poteſtatem *totus prope Orbis terrarum* conceſſerat. *Claudianus* de B. Get. 333. *Primo fonte breves, alto mox gurgite regnant, Et fluvios cogunt unda coeunte minores.* In nomen tranſire ſuum. quod *Auſonio* in Moſella *conſumere nomen.* J. Waſſe.

1 *Pars imperii cupidine ſollicitata plebe, &c.*] Dictiones *plebe, &c.* otioſas puto. ait enim partem Phoenicum imperii cupidine ſolicitatam, alios novarum rerum avidos. *Ciacconius.* In ſcripto ſic legitur: *pars imperii cupidine ſolicitata, & alii novarum rerum avidi.* Quid ſi? *ſolicita, & alii, &c.* Putſchius. Haec lectio viſa mihi potior, utpote quam tuerentur & Naz. & Comm. caeteri enim non ejuſdem ſenectae, & *alii novarum rerum avidi,* quomodo item editio prima, ſunt quoque Chirographi quibus eadem ſcriptura, ſed deſtituuntur copula *&.* quod primum poſui hanc habet ſententiam, Phoenicum quoſdam duabus de cauſſis exiſſe terris, atque eduxiſſe una ſecum non modo ſuam plebem, ſed & multos vicinorum novarum rerum avidos. *Gruter.*

2 *Et alii novarum rerum avidi.*] Manuſcripta quaedam, *& aliis novarum rerum avidis.* quomodo & Badianum. ut ſint duo ablativi abſolute poſiti. Beroaldinum, *cupidis* habet, pro *avidis.* verum id ex gloſſa, ni fallor, irrepſit. *Riv.*

3 *Hadrumetum.*] Ita & Naz. niſi quod in eo *Hadru-metum*, eadem adſpiratio durat quoque in Pall. reliquis: abeſt tamen Comm. meo. *Gruterus.* Ita etiam Markiani ſed P. B. Pub. *Hadrumentum.* uti apud *Melam* Voſſii, Nummi & lapides ſaepius Hadrumetum. *J. Waſſe.*

4 *Haeque brevi multum auctae.*] Manuſcriptum, *eaeque brevi, &c.* Rivius.

5 *Originibus.*] *Ita* dictae Nationes, a quibus profecti ſunt Urbium conditores, & duces coloniarum inſtituendarum. *Liv.* XXVI. *Albam unde oriundi erant, a fundamentis proruerunt, ne ſtirpis, ne memoria* Originum *ſuarum exſtaret.* &, XXXVIII. *Ilienſibus Rhoeteum & Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam* originum *memoria.* Tertullianus de Anima: *Nam &* origines *nunc in ſuis ſedibus permanent, & alibi amplius gentilitatem feneraverunt.* Ulpianus de Officio Procos. Dig. XLVIII. Tit. XXII. L. VII. §. 12. *Per contrarium autem is qui* originis provinciae *praeeſt, non eſt nanctus jus interdicendi ea provincia quam incolit is qui relegatur.* Cod. X. Tit. XXXVIII. de Municipibus. *Filios apud* originem patris, *non in materna civitate, etſi ibi nati ſint, ad munera poſſe compelli, explorati juris eſt.* Juſtinus XIII, 2. *auctores quoque ſuos Lucanus bello vicerant,* &c. *tanta feritas animorum erat, ut nec* origini ſuae *parcerent.* eo ſenſu *Aborigines* apud *Tertullianum* & *Plinium* IV, 23. Carthaginis ſitum & formam petas ab Appiano, pag. 95. *Polybio* 103. Adone Viennenſi, pag. 343, qui *Oroſium* fere exſcripſit, eique medicinam praebet. ſic enim ille IV, 23. *viginti millia paſſuum muro amplexa.* in Marcodurano & vetuſtis MSS. *viginti duo,* & ſic *Ado* & Codex Joannenſis quem ipſi olim cum Edd. contulimus, propius

ſuis praeſidio, aliae decori fuere. Nam de Carthagine [1] ſilere melius puto, quam parum dicere: quoniam alio properare tempus monet. [2] Igitur ad Catabathmon: qui locus Aegyptum ab Africa dividit, [3] ſecundo mari

veritatem. Epit. *Liv.* Lib. L I. *Carthago in circuitu* viginti *tria millia paſſus patens.* confer Strabonem, Lib. XVII. p. 832. & *Diodor.* Eclog. II. p. 889. pro, *Origine* Graeci μητρόπολιν utuntur. *Thucyd.* I. §. 24. de Epidamno. Ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δ' ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου Κορίνθιος γένος, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς ΜΗΤΡΟΠΟ'ΛΕΩΣ κατακληθείς. ibi Schol. ὁ παλαιὸς νόμος οὐκ ἀπὸ τοῦ γένους ἐκάλει, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ΜΗΤΡΟΠΟ'ΛΕΩΣ, τουτέστι τῆς πατρίδος. quo ſenſu, & μήτηρ apud *Plutarch.* Sympoſ. VIII. *Themiſtius* Orat. III. p. 54. Ed. *Petavianae.* Ἐπιδείξειεν ἂν τῶν βοτρύων ὑπερφυὲς τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, ὃ ἀνήγαγεν εἰς τὰς ΜΗΤΡΟΠΟ'ΛΕΙΣ, ὥσπερ οἱ γενεαλόγοι τῶν ἐπιφανῶν εἰς τὰς ἀποικίας. *Sophocles* de Athenis. *Oedip.* Colon. 739. Ἄλλον δ' ἂν οὐκ ἔχων Μάλιστα πόλεως τῆσδ' ἐχθίστων, &c. Et quae Romanis *Metropoles* eae Graecis Πρῶται; adeas immenſum *Spanhem.* de Numiſm. confer item *Herodotum* VII, 51. *J. Waſſe.*

1 *Silere melius.*] Ita *Apulejus* in Coſmog. *Servius* Danielis. *Petrarcha* Ep. II, 13. Vincentius Beluacenſis & Codices at *Quintilianus*, Inſt. II, 13. *tacere ſatius.* Servius autem Lucii, *quam pauca.* L. Aretinus in Orat. Fun. p. 230. *de m. imperii* tacere *omnino* ſatius eſt, *quam pauca dixiſſe.* Petrarch. Ep. IV, 8. *tacere melius eſſe quam pauca dixiſſe.* Sidonius Apollinaris I, 1. *Nam de M. Tullio* ſilere *in ſtylo Epiſtolari* melius puto. quae ſecus accipit *Petrarcha* in Praef. ad Epiſt. Noſter ab editis ſtat Jug. LXXXIV. melius *eſſe ratus, ex commodo pugnam facere,* & LXXXVII, et XLVI *ſed bono vinci* ſatius *eſt quam malo more injuriam* vincere. LXXXII. *Jug. poſtquam ſeſe* parum *expurgat.* LXXXIII. parum *cognovi.* & LXXXIX. parum *id ſuppie.* Simile illud apud Hebraeos Pſalm. LXV, 2. Lecha dumi jah tehillah Elohim betzion. Verſio Anglicana vetus admodum frigide, ut alias. *Thou, O God, art praiſed in Sion.* altera veritati propior, *Praiſe waiteth for thee.* Apollinarius, Σοὶ μάκαρ ἐν Σιῶνι μελιζομένοισιν ἄναξ ὕμνος. *Buchananus.* Te manent laudes Deus in Sione. imo, *tibi ſilet laus*: infra majeſtatem tuam cadit; ideoque ſilere de nomine tuo ſatius eſt, quam pauca dicere. Rationem reddit *Ariſtides*, Orat. in Romam. Τὴν δὲ πόλιν ᾄδουσι μὲν πάντες, καὶ ᾄσονται· ἐλάττω δὲ ἐλέγχουσιν ἢ σιωπῶντες. ὅσα μὲν γὰρ τῆς σιωπῆς, οὔτε μείζονα οὔτ' ἐλάττονα ἐποίησαν τοῦ ὄντος, ἀλλ' ἀκέραιος τῇ γνώσει μένει. οἱ δὲ λέγοντες τοὐναντίον ἢ βούλονται ποιοῦσιν· ἐπιδείκνυσι γὰρ ὁ λόγος οὐκ ἀκριβῶς ὃ θαυμάζουσιν. Huc etiam ſpectat *Auguſtinus*, Lib. de Doctrina Chriſti I, 6. *Quae pugna verborum, ſilentio cavenda potius quam voce pacanda eſt. J. Waſſe.*

2 *Igitur ad Catabathmon.*] Hunc locum mendoſum eſſe ea quae ſupra poſui, ſatis oſtendunt: nam ab Aegypto pergentibus poſt Catabathmon prima Cyrene eſt; legendum ergo haud dubie, *Igitur a Catabathmo. Secundo autem mari.* Ciacconius.

3 *Secundo mari.*] L 3. *a Catabathmo.* Morkii λ. & B. Pub. *a Catabathmon.* Caeteri ut in textu. Tabula Peutingeriana has aras collocat fere ad Syrtim minorem, contra pleroſque Geographos. Quae poſitio, ſi vera eſt, recte habet Noſter, qui ideo reprehenditur, non, ut vult *Criſpinus*, quia Philenorum aras poſt duas Syrtes poſuerit, ſed quia poſt *Leptim* adnumeraverit. ejus ſententia haec eſt: *poſt duas Syrtes, interque eas, primo Leptis magna, ſecundo arae Philenorum.* eodem pacto locutus *Pomponius* I, 8. *inde ad Catabathmon Cyrenaica provincia eſt.* Palmerius reponit *mare*, & ſecundo pro *ſecundum* accipit. ego nihil muto. Nam & Oroſius I, 2. *Haec incipit a civitate*

prima

prima Cyrene eſt, colonia Thereon, ac deinceps duae Syrtes, interque eas Leptis: deinde Philenon Arae: quem locum Aegyptum verſus finem imperii habuere Carthaginienſes: poſt aliae Punicae urbes. Cetera loca uſque ad Mauritaniam Numidae tenent: [1] proxume Hiſpaniam Mauri ſunt: ſuper Numidiam Gaetulos accepimus, partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare: [2] poſt eos Aethiopas eſſe. [3] dein loca exuſta ſolis ardori-

Paraetonio & montibus Catabathmon: *inde* ſecundo mari *uſque ad aras Philenorum extenditur*. alii habent, *ſecundum mare*. ſed membranae C.C.C. illud alterum rectius exhibent, quemadmodum & *Aethicus* qui locum tranſcripſit. Ipſe *Oroſius* iterum VI, 21. *qua extentum Pyrenaei jugum haud procul* ſecundo Oceano, *ſub ſeptentrione deducitur*, quae eſt conſtans lectio tam aliorum Codicum quam Jeannenſis & C.C.C. ſi ergo colligi poſſit quid ſit apud eum *ſecundo Oceano*, ſaltem inde conſtabit quo ſenſu *Salluſtius* ceperit. At patet *Oroſium* loqui de Oceano Cantabrico, ſecundum quem, harum gentium ſedes erat; ab Artabro nimirum promontorio aduſque Pyrenaea. quam ſententiam his verbis complexus eſt *Florus*, quem in hoc capite ſequitur. *Pacata fere omnis Hiſpania, niſi quam Pyrenaei deſinentis ſcopulis inhaerentem citerior alluebat Oceanus.* unde palam eſt, *ſecundo Oceano* apud *Oroſium* idem valere ac, *ſecundum oceanum*. caeterum pro *Curgonios* & *Aurigonas* apud *Florum*, habet *Oroſius*, *Turmodigos* & *Autrigones*, poſterius recte, prius extat apud *Plin.* N. Hiſt. III, 3. Cl. *Harduinus* contra libros reponit, *Morbogi* dicitque alias non legi. Lectionem Oroſianam firmat *Caeſar* VII, 58. B. G. *Refecto ponte quem ſuperioribus diebus hoſtes reſciderant, exercitum traducit, &*, ſecundo flumine *ad Lutetiam iter facere coepit*. hoc eſt, *per ripam, juxta fluminis decurſum*. & Codex Norvicenſis ex gloſſa *ſecundum flumen*. κατὰ τὸν ποταμὸν vertit *Metaphraſtes*. & Cap. LX. *adverſo flumine* uſus eſt auctor cum motum contrarium exprimeret. eandem rem ita effert. *Liv. Dum lux viam oſtenderet*, ripa fluminis *ſigna ferri jubet*. Melae placuit *ſecundum* II, 1. ſecundum *Boriſthenida & Olbiam egreditur*. Salluſtianam formam ſervat *Apulejus*, *Flor.* circa finem. *Enimvero fanum Junonis antiquitus famigeratum, id fanum* ſecundo littore, *ſi recte recordor, viam viginti haud amplius ſtadia oppido abeſt*. male *Colvius* ſecundum littora. *M. Felix* pag. 21. immutatis verbis: *Itaque cum diluculo ad mare* inambulando littore *pergeremus*. Nigidius apud Agellium: *Eteſiae & Auſtri anniverſarii* ſecundo ſole *flant*: hoc eſt, *juxta ſolis curſum*. de qua re adeantur *Salmaſius*, & *Rutgerſius*. Liv. XXVII, 24. Secundis collibus *via nuda ac facili decurrentes*. de voce *ſecundo* vide *Chariſium*, p. 195. *Priſcianum*. L. 29. D. de acquirend. rerum domin. & L. 30. §. 1. *Noſter*, 56. adverſo colle *evadunt*. potes etiam retinere *mare* pro *mari*, Ovid. Triſt. V, 2. *Exiguum pleno de* mare *demat aquae*. ſic *Varro Atacin. Plautus* aliique. *J. Waſſe*.

1 *Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt.*] Fulvii liber, *Hiſpanias*. Fronto. *Proximi Hiſpaniae Mauri ſunt*. Manutius. Agell. III, 2. eo die fieri dicuntur qui *proximus eam noctem* illuceſcit. *Hiſpaniam* Valla II, 12. *J. Waſſe*.

2 *Poſt eos Aethiopes eſſe.*] In manuſcriptis legimus *Aethiopas*. & ſic rectius, ut ſit accuſativus Graecus αἰθίοπας. *Rivius*. Vide *Cellarii* Geogr. p. 74. *J. Waſſe*.

3 *Deinde loca exuſta ſolis ardoribus.*] Manuſcripta, *dein*. atque ita rectius. Ri-

bus. Igitur bello Jugurthino pleraque ex Punicis oppida, & finis Carthaginienſium, quos noviſſume habuerant, populus R. per magiſtratus adminiſtrabat: Gaetulorum magna pars, & Numidae [1] uſque ad flumen Mulucham ſub Jugurtha erant: Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, praeter nomen, cetera ignarus populi R. itemque nobis neque bello, neque pace antea cognitus. De Africa, & ejus incolis, ad neceſſitudinem rei [2] ſatis dictum.

XXIII. [3] Poſtquam, diviſo regno, legati Africa deceſſere; & Jugurtha contra timorem animi praemia ſceleris adeptum ſeſe videt; [4] certum ratus, quod ex [5] amicis a-

vius. Locutio ferme inſolens. *Noſter* ſupra: *ſub ſole magis, haud procul ab ardoribus*. ſed ita Codd. λ. tamen *ardoribus ſolis*. γ. *calore ſolis ardoribus*, etiam, quod mireris, a manu prima correctrici. Vulgatam tuetur *D. Hieronymus*, Ep. XXII, 3. *In illa vaſta ſolitudine, quae* exuſta ſolis ardoribus, *horridum Monachis praeſtat habitaculum*. neſcio an *torridum*, nam illud alterum non valide diſplicet. Accedit *Sulpicius*, Hiſt. Sacr. I, 43. *Igitur ſuſpenſis coelo aquis, cum loca omnia* aduſta ſolis ardoribus, *non pabulum jumentis daret*. Nec longe abit *Plinius* Nat. Hiſt. VI, 23. *Ariana regio*, ambuſta fervoribus. *Iſidorus* XIV, 5. *Circa* ſolis ardorem *Aethiopia*. dein verba *Salluſtii*, ſuppreſſo auctore, profert in hunc modum, *inde loca*, &c. *ardor* pro *igni* ſaepius. *Cicero*. Divin. II, 44. *ſi autem nubium conflictu* ardor *expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen*. Lucretius, *Aera percipiat calidis fervoribus* ardor. V, 1098. *Et micat interdum flammai* fervidus ardor, VI, 283. (*fulmen*) *ferturque coruſcis Omnia luminibus luſtrans loca* percitus ardor. Aeque audacter voce *vapor* utitur *Plinius* Nat. Hiſt. II, 42. *Caniculae ex ortu* accendi ſolis vapores. pro *intendi*. Pereleganter Lucanus, *Itque ſuper Libyen, quae nullo conſita cultu* Sideribus Phoeboque vacat: premit orbita ſolis *Exuritque ſolum*. Pemb. L 3. Grut. *deinde*. al. *dein*. J. W.

1 *Uſque ad flumen Mulucham*.] Fabricianum, *ad flumen uſque Mulucham*. *Rivius*. Carrionis editio *ad flumen uſque Mulucha* praeter MSS. & Pall. & Bong. & Comm. *Gruter*. Fabricianum *ad flumen uſque M*. Riv. omnes MSS. *Mulucham* ut III. Hiſt. *Turiam*. Priſcian. VI. *Ea nomina vel maſculina ſunt vel foeminina*. qui *Mulucha* perperam legunt, moti ſunt auctoritate *Phocae*, qui ea apud noſtrum pro neutris uſurpari tradit. *A. Popma*. Caeterum *Mulucha* nomen etiam urbis *Flor*. III, 1. v. *Pomponium Melam* libro I, 5. v. ter occurrit apud Noſtrum. Ar. Reg. L 3. *uſque ad fl. M.* B. Pub. *muluchum*. γ. *mulucha* χολωχαὶθ *Ptolemaeo*, forte leg. Μαλυχαὶθ. inter: *neceſſitudinem rei*. poſtremum non agnoſcit Reg. L 3. *neceſſitatem*, male. pro *apud Numantiam* L 3. rectius *ad* N. Codicibus aliter viſum. *Sceleris* abeſt γ. *J. W.*

2 *Satis dictum eſt*.] Tò *eſt* manuſcripta non habent, ac rectius abeſt. Sed & ſtatim ante, *De Africa & de ejus incolis*. in manuſcriptis non repetitur illa praepoſitio *De*, nec in Aſcenſiano, aut Beroaldino. *Rivius*.

3 *Poſtquam diviſo regno legati Africa diſceſſere*.] Sic & manuſcripta. perperam in quibuſdam eſt, *ab Africa*. nam & inferius. *ubi eos Africa diſceſſiſſe ratus eſt*, inquit, *Idem*.

4 *Certum ratus*,] Sic quoque ſine illo

pud

pud Numantiam acceperat, *omnia Romae venalia eſſe*; ſimul & illorum pollicitationibus accenſus, quos paullo ante muneribus expleverat, [1] in regnum Atherbalis animum intendit. Ipſe acer, bellicoſus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus injuriae; metuens magis, quam metuendus. Igitur ex improviſo finis ejus cum magna manu invadit: multos mortalis cum pecore, atque alia [2] praeda capit: aedificia incendit: pleraque loca hoſtiliter cum equitatu accedit. Deinde cum omni multitudine in regnum ſuum [3] convertit, exiſtumans dolore [4] permotum Atherbalem [5] injurias ſuas manu vindicaturum, eamque rem belli cauſſam fore. At ille, quod neque ſe parem armis exiſtumabat, & amicitia populi Romani magis, quam Numidis, fretus erat; legatos ad Jugurtham de injuriis [6] queſtum miſit: qui tametſi contumelioſa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum ſumere: quia tentatum antea [7] ſecus ceſſerat. Neque eo magis cupido Jugurthae minuebatur: quippe qui to-

eſſe Pall. noſtri, aguntque in eo ſecundas Rivianis. *Gruterus.*

5 *Amicis apud Numantiam acceperat.*] Sic & manuſcripta: in aliis *ad Numantiam*. quomodo perfrequenter *Cicero* loqui conſuevit. Sic Virgilius *ad Trojam* dixit; pro *apud Trojam*, & Livius, *dum haec ad Vejos agebantur*, pro *apud Vejos*. Hoc ni fallor, e gloſſa nimirum irrepſit, nam annotarat forte aliquis, *ad* pro *apud* eſſe poſitum. *τὸ eſſe* ibidem, non eſt in manuſcriptis, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. *Rivius*. ad, nulli e libris. *Gruterus.*

1 *In regnum Adherbalis animum intendit.*] Infra: *Ad bellum quod geſturus erat animum intendit*. Ciacconius.

2 *Praeda capit.*] Reg. in Textu *rapit*. in ſpatio interlineari, *capit*. omittit *accedit* L 2, 3. Arond. Markii γ. ejus loco ſubſtituit *incendit*, male. Venet. 1470. habet, *petit*. J. Waſſe.

3 *Convertit.*] Sic Pall. & cuſi omnes ab ultima origine, Comm. ſolum *convertitur*. Gruterus.

4 *Adherbalem dolore permotum.*] Manuſcripta, *dolore permotum Adherbalem*. quae collocatio verborum melior. *Riv.* Reg. *dolore motum*. Ball. omittit *manu* peſſime. v. indicem. *J. Waſſe.*

5 *Injurias ſuas manu vindicaturum.*] Sic infra: *vindicandum in eos, qui hoſti prodidere rempublicam: non manu neque vi.* Et: *qui dicerent manu vindicandum. Ciacconius* Vide ancipitem reciprocationem in verbo, *ſuas*, Jugurthamne referat, qui intulerat, an Adherbalem, cui illata erat. *Ipſius*, quod medium verbum inter *ſuas* ac *ejus* Grammatici ponunt, ſuſtuliſſet hanc dubitationem. *Glareanus.*

6 *Queſtum miſit.*] Ita Libri & *Valla* 1, 28. J. Waſſe.

7 *Secus ceſſerat.*] Infra: *quod ubi ſecus procedit*. Ciacconius.

tum.

tum ejus regnum [1] animo jam invaſerat. Itaque non, uti antea, cum praedatoria manu, ſed magno exercitu comparato, bellum gerere coepit, & aperte totius Numidiae imperium petere. Ceterum, qua pergebat, urbes, agros vaſtare, praedas agere; ſuis animum, hoſtibus terrorem augere.

XXIV. Atherbal, ubi intelligit eo proceſſum, uti regnum aut relinquendum eſſet; aut armis retinendum; neceſſario copias parat, & Jugurthae obvius procedit. Interim haud longe a mari [2] prope Cirtam oppidum utriuſque exercitus [3] conſedit: & quia diei extremum erat,

1 *Animo jam invaſerat.*] Hoc eſt, *propoſito, ſpe, opinione.* Cicero Verrin. III, 95. *Qui jam* ſpe & opinione *praedam iſtam devoraſſet.* Livius. *Ii quoque quibus ingens erat in Scipione fiducia & victoriae ſpes, quo magis in propinquam eam* imminebant animis, *eo curae intentioris erant.* ſic, *animo complecti* apud *Juſtinum* XII. 3. *mente peregi* apud *Virg.* Joſephus Iſcanus I, 27. *Hunc ubi combiberit avidae ſpes ardua mentis* ubi, pro, *fremit* lego, *Premit ultio noxas, Tunc gravior cum tarda venit.* 8. vſ. 83. omnino pro *dubius* repone dubia. *Stat* dubia *novus hoſpes aqua, reditumque fugamque Ludentis pelagi miratur.* Sed haec obiter. *Auctor* vitae *Alexandri,* elegantiam hanc aemulatus eſt melius quam pro aetate ſua; cujus verba, quia Liber, ſemel tantum Pariſiis impreſſus, rariſſimus eſt, ex MS. B, Pub. Cantab. apponere non gravabor. *Qualiter Hyrcanis cum forte leunculus arvis Cornibus elatos videt ire ad pabula cervos, Cui nunquam totos deſcendit robur in armos, Nec pede firmus adhuc, nec dentibus aſper aduncis, Palpitat. & vacuum ferit improba lingua palatum. Effuditque prius* animo *quam* dente *cruorem.* Miror hanc omiſiſſe locutionem R. *Stephanum.* Cod. B. Pub. *totum regnum* non male. *J. Waſſe.*

2 *Prope Cirtam oppidum.*] Strabonis codex libro ultimo Geographiae habet, Atherbalem & obſeſſum, & occiſum ad Uticam: ubi plane mendum puto. Utica enim hoc tempore in provincia erat Romanorum, qua legati paulo poſt Jugurtham literis evocant. Nemo igitur hunc locum ex Strabonis libro, ſed contra illum ex hoc, qui bene habet, emendare conetur. *Glareanus.* Vide *Cuperum* ad *Lactant.* de *M. P.* p. 235. *Tacit. Hist.* IV, 19. *Debellatum eo* die *foret, ſi Rom. claſſis ſequi maturaſſet.* J. Waſſe.

3 *Conſedit: & quia diei extremum erat.*] Infra: *& diei veſper erat.* Item: *& jam die veſper erat.* Ceterum *Fabius,* qui multa hujuſmodi a *Salluſtio* accepit Hist. III. *extremo jam die,* inquit, *ſua quiſque in tentoria dilabitur.* Glarc. Τὸ jam in manuſcriptis non eſt. *Rivius.* Poſitis caſtris, quo ſenſu, *ſubſidere, inſidere, ſedere* &, *oriri* apud Hiſtoricos. *Liv.* I, 14. *in inſidiis.* &, 1. B. Pun. *quaſi valles occultiores* inſediſſent coorti *in pugnam.* Nepos in Datam. Cap. VIII. *congredi* ... *cum tantis copiis refugere aut tamdiu* uno loco ſedere: vide etiam *Liv.* III, 6. aliquando pro, *ſtare in gradu,* et apud Noſtrum in Jug. LIII. conſederant equi *Numidaeque inter virgulta.* non quod equi revera decubuerant ſed figurate, ſumta a feris beſtiis tralatione, praedam eo ſtatu captantibus. ſic noſtrates? *lie in ambuſcade!* Quod Hirtii locutum in mentem revocat, qui ſane quoties occurrit toties mihi riſum movet. Ille eſt hujuſmodi. *Vide conſilium ſui recipiendi inierunt: faſces ubi conſede-*

proe-

proelium non inceptum. Sed ubi [1] plerumque noctis proceſſit, [2] obſcuro etiam tum lumine, milites Jugurthini, ſigno dato, caſtra hoſtium invadunt; ſemiſomnos partim, alios arma ſumentes fugant, funduntque: Atherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit: &, ni multitudo [3] togatorum fuiſſet, [4] quae Numidas inſequentes moenibus prohibuit, [5] uno die inter duos reges coeptum, atque [6] patratum bellum foret. Igitur

rant [*nam in acie* ſedere *Gallos conſueſſe ſuperioribus Commentariis declaratum eſt*] *frumenti etiam ac virgultorum quorum ſumma erat* in caſtris *copia*, &c. *uno tempore incenderunt*. at quis umquam fando audiverit Gallos in acie ſediſſe? quovis pignore contendam, illa uncinis incluſa, ab aliquo Monacho qui minus intellexerit vim *τοῦ ſidebat* huic auctori adſuta eſſe, *faſces enim ubi conſederant*, hoc eſt ut ipſe poſtmodum explicat, in caſtris: *quorum ſumma erat*, inquit *copia*; in acie? non opinor, ſed in caſtris; ibi ergo conſederant. certe nec illius Commentarii qui nunc ſuperſunt, neque alterius cujuſquam memoria hujus meminerint. miror Voſſium nequaquam rem tractaſſe. ſcio equidem, *ſedere* &, *Conſidere* aliquando denotare ſedendi actum, uti apud *Liv.* I, 25. conſederant *pro caſtris duo exercitus*. at non pugnaturi ſed ſpecimen virtutis Trigeminorum viſuri. [illegible] Triarios ſub vexillis conſediſſe ait, etiam in ipſo rei diſcrimine, [illegible] ſtatu ſcilicet militari, *ſiniſtro genu porrecto* [illegible] illumque pugnantium habitum excogitavit Chabrias; de quo *Diodorus*, *Polyaenus*, *Nepos*. verum *ſeſe ſedere* inter pugnandum, novum eſt & inauditum. confer *Florum* III, X. & VI, 6. *Liv.* I, XXI, 44. XXIII, XXVIII, & XXXIII, 28. XXXV, 29. *J. Waſſe*.

3 *Plerumque noctis proceſſit.*] Sic infra. *plerumque noctis barbari more ſuo laetari*. Et: *Sed ubi plerumque noctis proceſſit*. Infra: *multum diei proceſſerat*. dixit. *Ciacc.*

2 *Obſcuro etiam tum lumine.*] Citatur a Nonio fragm. ex IV. Hiſtor. *Cum inter* [illegible] *lumine etiam incerto*. in voce, *Galliae*. Idem. *L. Valla* I, 20. *Signo de*, &c. *fugant*. J. Waſſe.

3 *Togatorum.*] Intelligit negotiatores Italicos. Virg. *Romanos rerum dominos gentemque togatam*. Ennius Annal. *Dum quidem unus homo Romae toga ſuperescit*. *homo toga* eſt, *homo togatus*. ut *hoſpes Epheſo*, *vinum Leſbo*, *vultur ſylvis*, ut recte *A. Popma*. Laberius in Ephebo apud *Macrob.* VI, 5. Sat licentiam ac lubinem, ut tollam petis Togatae *ſtirpis*. & infra. *Idcirco ope noſtra dilatatum eſt dominium togatae gentis*. Propert. IV, 2, 56. *Sed facias divum ſator, ut Romana per aevum Tranſeat ante meos turba togata pedes*. togas etiam foeminas habuiſſe oſtendit ad locum Virg. Servius. *J. Waſſe*.

4 *Quae Numidas inſequentes a moenibus prohibuit.*] In manuſcriptis & impreſſis quibuſdam omiſſa praepoſitio eſt, *moenibus prohibuit*. utrumque mihi placet, & utroque modo *Cicero* loqui conſuevit. *Caeſar*, I, belli Gallici, finibus *prohibere* dixit ſine addita praepoſitione. *Rivius*.

5 *Uno die inter duos reges coeptum atque patratum bellum foret.*] Sic *Tacit.* XII. *Ac ni proelium nox diremiſſet, coepta patrataque expugnatio eundem intra diem foret*. & III. *tum demum liberius ortum patratumque bellum Senatui ſcripſit*. Eſt autem *patrare bellum*, conficere ſive perficere. Quint. lib. VIII. cap. III. *Ductare exercitus*, & *patrare bellum*, apud Salluſtium *dicta ſancte atque antique*, *ridentur a nobis*. Ciacconius. V. C. *uno eodemque die*. Urſinus.

6 *Patratum.*] Quod forte Eutropio reddendum II, 10. *tertio anno in Sicilia contra Hieronem bellum paratum eſt*. ſupra

[1] Ju-

[1] Jugurtha oppidum circumſedit: vineis, turribuſque, & machinis omnium generum expugnare aggreditur: maxume feſtinans tempus legatorum antecapere, quos ante proelium factum ab [2] Atherbale Romam miſſos audiverat. Sed poſtquam Senatus de bello eorum accepit, tres adoleſcentes in Africam legantur; qui ambos reges adeant; S.P.Q.R. verbis nuncient, [3] *velle, & cenſere eos ab armis diſcedere:* [4] *de controverſiis ſuis, jure potius, quam bello diſceptare:* [5] *ita ſeque, illiſque dignum eſſe.*

XXV. Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romae, dum proficiſci parant, de proelio facto, & oppugnatione Cirtae audiebatur: [6] ſed is rumor clemens erat. Quorum Jugurtha accepta oratione reſpondit: *ſibi neque majus quidquam neque carius auctori-*

dixerat: A. *Claudius* de Afris & rege Siciliae Hierone triumphavit. hac voce uſus eſt infra. p. 106, 14. Ed. Oxon. confer *Florum* II, 2. *Oroſium*, p. 237. qui hoc geſtum narrat Anno U. C. 483. & ſic 2. MSS. Codd. *Polybium*. I, XI. *J. W.*

1 *Jugurtha oppidum circumſedit.*] In manuſcriptis eſt, *Igitur Jugurtha.* nec aliter in impreſſis quibuſdam. *Rivius.* Prima vox abeſt Venetis, L 2, 3. Ball. immerito. *J. Waſſe.*

2 *Romam ab.*] Nomen abeſt L 3. Reg. *Atherbale Romam.* J. Waſſe.

3 *Velle & cenſere, &c.*] Ita MSS. optimi cum copula, tamen deſtitutae Edd. primae, & Nazar. videtur initio caruiſſe *velle*, &c. ejuſque loco unam alteramque habuiſſe literam quae deinde eraſa. *Gruter.* Codd. noſtri nihil movent. *Liv.* VI, 17. denuntiatum Senatus verbis, *facesſerent ex urbe.* VII, 32. denunciarent *Samnitibus* P. Rom. ſenatuſque verbis *ut*, *&c.* Sic IX, 39. *J. Waſſe.*

4 *De controverſiis ſuis jure potius.*] Locus hic in omnibus vulgatis libris, mancus, deminutuſque fuit: quem nos additis his verbis: *De controverſiis ſuis jure potius, quam bello diſceptare,* ſupplevimus ex codice Parcenſi quem nobis praeſtitit Goſuinus *Rivius*, vir cum religioſus, tum humanus. & ſane abeſſe non poſſunt: ſed negligentia librariorum omiſſa ſunt, qui auctorem noſtrum & aliis locis frequentiſſime male multatum reliquerunt. ablatis aliquot verbis, quod & aliis accidit. C. *Popma.* Sententia iſthaec in nulla extat membranarum noſtrarum, in nulla editionum antiqq. quia tamen aſſeverat *Popma* inveniſſe in calamo exaratis codd. haud auſus ſum excludere, praeſertim, cum optime quadraret clauſulae proxime ſequenti. *Gruterus* B. Pub. L 3. Reg. Oxonienſes omnes, Pemb. Markiani, Venetae, Martin. omittunt. neſcio item an Arond. & L 1, 2. *J. Waſſe.*

5 *Ita ſeque illiſque dignum eſſe.*] Tres libri *dignum fore,* quod probo. Sic infra, ubi vulgatur, *Itaque delicta occultiora fuere,* Bongarſii codex praefert *occultiora fore.* Putſchius. Cum extent codd. in quibus, *dignum fore.* nihil certius, quam ejiciendam & hanc & aliam, retenta ſolum, *ita ſeque illiſque dignum.* Gruterus.

6 *Sed is rumor clemens erat.*] Hoc eſt, non firmus aut conſtans, ut Cic. loquitur. *Ciacconius.* Perperam in Merſeburgenſi & aliis pleriſque, *his rumor.* Porro *clemens*, pro *non nimius* ponitur. cujus & *Priſcianus* meminit. *Rivius.* Venetae Martin. L 2. *demens*, peſſime. caeteri omnes

tate

tate [1] *Senati:* [2] *ab adoleſcentia ſua ita ſe eniſum, ut ab optimo quoque probaretur:* [3] *virtute, non malitia, P. Scipioni, ſummo viro, placuiſſe:* [4] *ob eaſdem artes a Micipſa, non penuria liberorum, in regnum adoptatum eſſe; ceterum, quo plura bene, atque ſtrenue feciſſet, eo animum ſuum injuriam minus tolerare: Atherbalem dolis vitae ſuae inſidiatum:* [5] *quod ubi comperiſſet, ejus ſceleri*

ſapiunt. firmat etiam *Priſcian.* pag. 1202. & adducit locum *Platonis,* πρὸς τοῦδε ἠπίως ἔχω, ad alia ἠπίως. *clementer. non nimium.* Q. Septimius IV, 10. *Namque antea rumorem proditionis ortum* clementer, *per exercitum in verum traxerant.* Eodem fere ſenſu apud *Statium,* Theb. IV, 346. *fama mollis.* plebes, *Moeſta ducis furiis nec* molli *territa* fama. & *Apulejum* Metam. *Nec ſui* molliorem *provocaverat.* J. Waſſe. Male heic *Ciacconius.* vult enim auctor, rumorem infra verum fuiſſe, minuſque atrocia vulgaſſe quam erant. *Gruterus.*

1 *Senati eſſe.*] Vox poſtrema ſpuria eſt quod vel detegat Commelin. noſter, in quo viſitur poſt *quodquam* non poſt *Senati.* Idem.

2 *Ab adoleſcentia ſua ita ſe eniſum.*] Auguſtanus delet τὸ *ſua,* Supra: *Ita ab adoleſcentia vitam inſtituiſſe.* Putſchius. Sic MSS. meliores omnes abſque, *ſua* quod interſparum patrum primum memoria, neque adgnoſcit editio primaria una atque altera. *Grut.* abeſt L 3. Ball. Martin. *J. W.*

3 *Virtute non malitia P. Scipioni ſummo viro plac.*] Incerta eſt diſtinctio, ſitne dictum, *virtute* & *malitia,* ad priora referendum, an ad poſteriora. *Badius* ad poſteriora retulit, fortaſſis quod magis quis malitia placet, quam probetur: at ego puto aeque malitia neminem placere, atque neminem probari. Ideoque ambiguum eſt. *Glareanus.*

4 *Ob eaſdem artes a Micipſa.*] Legendum, *artes.* Rivius.

5 *Quod ubi comperiſſet, ejus ſceleri obviam iſſe.*] Tò *ejus,* non eſt in omnibus vetuſtis, & addititium mihi videtur, ut & alia pleraque. ſed in manuſcriptis quibuſdam eſt tamen. Porro *obviam ire,* hic eſt reſiſtere: ſic *Cicero, malorum conatibus obviam ire* dixit. *Rivius.* Alius forte ſcripſiſſet *eo ſceleri obviam iſſe,* rejecto, *quod ubi comperiſſet* ceu ſupervacuo. *Gruterus.* Infra, Bodl. & Markii λ. *regno adoptatum eſſe.* pro, *neque recte* Bodl. *bene.* L 3. omittit *neque.* receptam lectionem firmat *Apulejus* Apol. 11. *ſi haec reputans, formae aut divitiarum gratia, me ad aliam conditionem reſervarem: neque* pro amico *neque* pro Philoſopho *facturum.* Caeſar. B.G. V, 7. *Nihil hunc ſe abſente,* pro ſano facturum *arbitratus.* hoc eſt, *amice ſane.* Plaut. Menaechm. Pro ſano *loqueris, qui me meo appellas nomine.* Liv. XXXIX. *Primum adeo incredibilis viſa res,* ut *non* pro vano *modo, ſed vix* pro ſano *nuncius audiretur.* Propert. alicubi. *Neu tibi* pro ſano *verba benigna cadant.* Ovid. Triſt. I. Eleg. VII. *Illud amicitiae ſanctum & venerabile nomen Re tibi* pro vili *ſub pedibuſque jacet.* Epiſt. III. *At mea* pro nullo pondere *verba cadunt.* Noſter C. VII. *facta* pro maxumis *celebrantur.* Ovid. Amor. II, XI. *Omnia* pro veris *credam ſint ficta licebit.* & 13. *Eſt mihi* pro facto *ſaepe, quod eſſe poteſt.* Tacitus An. XII. *Pugna nobis* pro meliore *fuit.* Apulejus, Metam. V. pag. 163. *Placet* pro bono, *duobus malum conſilium.* Celſus III, 22. *ſive biliosa urina eſt, ſive ſanguis fluxit,* pro veneno eſt. *Tacitus* An. XIV, 60. *Poſtquam cuncta ſcelerum ſuorum* pro egregiis *accipi videt.* Terent. *Adelph.* III, 2. pro virgine *dari nuptam non poteſt.* i. e. *virgo* inquit *Donatus.* ut nunc plane eſt

Digitized by Google

obviam iſſe: populum R. [1] *neque recte, neque pro bono facturum, ſi ab jure gentium ſeſe prohibuerit: poſtremo, de omnibus rebus legatos* [2] *Romam brevi miſſurum.* Ita utrique digrediuntur. Atherbalis appellandi copia non fuit. Jugurtha ubi eos Africa deceſſiſſe ratus eſt, [3] neque propter naturam loci Cirtam armis expugnare poteſt: vallo, atque foſſa moenia circumdat: turres exſtruit, eaſque praeſidiis firmat: praeterea dies, noctesque, aut per vim, aut dolis tentare: defenſoribus moenium praemia modo, modo [4] formidinem oſtentare: ſuos hortando [5] ad virtutem erigere: prorſus intentus cuncta parare. Atherbal ubi intellegit omnis ſuas fortunas in extremo ſitas, hoſtem infeſtum, auxilii ſpem nullam, pe-

pro nova. i. e. *nova.* Juſtin. XXXIII, 3. *Itaque cum conſerto proelio ſuperior fuiſſet, quoniam tamen a Sicilia* abiret, pro victo fugere *viſus eſt.* Illud *fugere* ab interprete aliquo additum exiſtimo, certe elegantius abeſſet ſi per libros liceret. *J. W.*

1 *Neque recte, neque pro bono facturum.*] Apulejus Apolog. II. *Si haec reputans, formae aut divitiarum gratia, me ad aliam conditionem reſervarem; neque* pro amico, *neque* pro Philoſopho *facturum.* Ciacconius.

2 *Romam brevi ſe eſſe miſſurum,*] In manuſcriptis hae duae voces, *ſe eſſe*, deſunt. an autem elegantius abſint, aliorum eſto judicium. *Rivius. Romam* in Marg. tantum exhibet Pemb. nec eo opus eſt. *J. Waſſe.*

3 *Neque propter naturam loci.*] Manuſcriptum, *neque propter loci naturam.* quomodo & ex impreſſis quaedam: Merſeburgenſe vero, *neque per loci naturam.* ut ſit ſenſus. Loci natura obſtabat, quo minus expugnare Cirtham poſſet. *Rivius.*

4 *Formid. oſtentare.*] *Iſte tum petere ab illis, tum minari, tum ſpem, tum metum oſtendere.* Cic. Verrin. IX, 75. *J. W.*

5 *Ad virtutem arrigere.*] In manuſcriptis eſt, *erigere.* ſed & prior lectio mihi placet, nam & alibi *Salluſtius, Eos non paullum*, inquit, *oratione ſua Marius arrexerat.* Rivius. Revocavi ſcripturam omnium ſcriptorum editionumque veterum, quorum nullus agnoſcit Carrionis *arrigere.* Gruterus. Markii λ. *arrigere.* Pemb. B. Pub. &, Codex Laudi. ſic Noſter I, 13. Jug. 98, 86. *erigere* animum apud *Cic.* ſaepiſſime. alterum maluit *Virg.* Aen. V. 138. *Exſultantiaque haurit Corda pavor pulſans laudumque* arrecta cupido. *Georg.* III, 105. *Cum* ſpes arrectae *juvenum.* utroque loco MSS. noſtri minus bene *arreptae. arrepta.* at Aen. I, 579. *His animum* arrecti *dictis.* Sicque 3. Codd. MSS. Male tamen eundem interpretatur: *Suſtulere animos.* Ruaeus XII, 251. ibi valet *advortere animos*, ut apud Ter. *Arrige aures.* atque animum *Liv.* arrecti *ad bellandum* animi VIII. U C. *Tacit.* An. III, IX. Puto apud alios ſaepius mutatum in *erigere* quia alterum in obſcoenis, ut apud *Suetonium*, & *Martialem* ſaepiſſime. *Auſon.* Paneg. ſed alio ſenſu; *ſed tamen ad hoc dictum* erexerant animos. pag. 723. U. C. 40. *Sulpicius Severus* Dial. I. cap. 7. *Quae cum reprimi Sacerdotum auctoritate non poſſet, ſcaevo exemplo ad* regendam *Eccleſiae diſciplinam Praefectus aſſumitur.* Membranae antiquiſſ. Aul. Trin. a prima manu *erigendam.* recte. paulo infra, pro, *quem nunc*, idem MS. *qui. n. i.* Lucanus VII,

nuria

Digitized by Google

nuria rerum [1] neceſſariarum [2] bellum trahi non poſſe; ex iis, qui una Cirtam profugerant, duos maxume impigros delegit: eos, multa [3] pollicendo, ac miſerando caſum ſuum, confirmat, uti per hoſtium munitiones noctu ad proximum mare, dein Romam pergerent. Numidae paucis diebus juſſa efficiunt: [4] literae Atherbalis in Senatu recitatae, quarum ſententia haec fuit.

XXVI. *Non mea culpa* [5] *ſaepe ad vos oratum mitto,* P. C. *ſed vis Jugurthae* [6] *ſubigit:* [7] *quem tanta lubido ex-*

384. *Voce ducis flagrant animi, Romanaque* virtus Erigitur VIII, 76. erige *mentem. Et tua cum fatis pietas decertet & ipſum Quod ſum victus amo.* Mallem ubique apud Noſtrum legi *arrigere*, vide *Diomedem*, pag. 446. Sic Cat. XL. *vetus certamen animos eorum* arrexit. Unus ex omnibus Mart. *erexit*, quomodo & *Hegeſippus* I, 30. erectis *univerſorum animis.* J. Waſſe.

1 *Neceſſariarum.*] *Neceſſariam* Reg. Martin. niſi fallor, Venetae, *Aldina* 1526. *Criſpini.* Parei Edd. & Amſtelod. 1675. & ſane Markii λ. *neceſſarium* ex manu emendatrici habet. caeteri Codd. *Carrionis* & *Gruteri* Edd. eam quam exhibuimus lectionem repraeſentant. Oxonienſes omnes *neceſſariam.* J. Waſſe.

2 *Bellum non poſſe trahi.*] In manuſcriptis & aliis, *bellum trahi non poſſe.* Rivius.

3 *Pollicendo.*] Bodl. *pollicitando miſerando caſum* recte libri. v. Jug. 66. Cat. 53. & 41. *Lucret.* III, 883. *Proinde ubi ſe videas hominem* miſerarier ipſum, *Poſt mortem fore, ut aut puteſcat corpore poſto Aut flammis interfiat maliſve ferarum.* &, VI, 1228. Illud in *his rebus* miſerandum *& magnopere unum Aerumnabile erat.* *Miſero* pro *miſeror* etiam apud *Attium* in Athamante: *Atque ita de illis merui, ut jure haec numquam* miſerarent mala. *Liv.* XXII, 491. abſolute: *Cave fruſtra* miſerando, *exiguum tempus e manibus hoſtium evadendi abſumas.* Caeſar formam *Salluſtianam* ſequitur B. G. I, 29. *Hic (timor) primum ortus eſt a Trib. militum, ac Praefectis, reliquiſque qui ex urbe amicitiae cauſſa* Caeſarem *ſecuti*, magnum periculum miſerabantur, *quod non magnum in re militari uſum habebant.* Peſſime ibi, ut fere ſolet, Urſinus, *rebantur.* eodem enim Capite: *Cum familiaribus ſuis* commune periculum miſerabantur. Nec aliter VII, I. & B. Civil. II, 41. vide *Nonium Marcellum* pag. 445. *J. Waſſe.*

4 *Litterae Atherbalis in ſenatu recitatae ſunt.*] *Sunt,* non eſt in manuſcriptis neque ceteris vetuſtioribus. *Rivius.*

5 *Saepe ad vos oratum mitto.*] Vaticanus, *ſaepe vos oratum mitto,* pro vulgato, *ad vos.* deinde: *Micipſae patris beneficia,* omiſſo vulgato *mei.* *an fame acrius urgear incertum eſt,* ubi vulgati *incertus ſum,* forte delendum τὸ *eſt.* Putſchius. *Ad vos ſaepe* Valla I, 28. *J. Waſſe.*

6 *Subigit.*] Male Venetae Bodl. Ball. *ſubegit.* *adortatum* Markii γ in textu, in marg. pro varia lectione *oratum.* caeterum *ſubigo* eleganter, pro, *cogo.* Gloſſae ὑποβιάζομαι, βιάζομαι. alibi Noſter pro *domare* poſuit. verbum plane ruſtre. *Varro* R. R. II, 4. *paſtum exigunt, aeſtate mane, & antequam aeſtus incipiat,* ſubigunt *in umbroſum locum.* pro, *abigere* pecus. item pro κατεργάζομαι, *colere, arare.* Cic. pro lege Agrar. glebis ſubigendis *exercitati.* Columel. II. *tempora* ſubigendi arvi, *Gloſſae* etiam, μαλάσσω ἄλευρα ἢ πηλόν. eo ſenſu *Cato* de R. R. *farinam in mortarium indito, aquae paulatim addito,* ſubigitoque *pulchre.* pro *fodere.* Virg. ſenobibus *mandet mutata* ſubactis. primo ſignificatu.

 ſtin-

ſtinguendi me invaſit, ut neque vos, neque Deos immortales in animo habeat; ſanguinem meum, [1] *quam omnia, malit. Itaque quinctum jam menſem* [2] *ſocius & amicus populi Romani armis obſeſſus teneor: neque mihi Micipſae patris mei beneficia, neque veſtra decreta auxiliantur: ferro, an fame acrius urgear, incertus ſum. Plura de Jugurtha ſcribere* [3] *dehortatur fortuna mea:* [4] *etiam ante expertus ſum, parum fidei miſeris eſſe.* [5] *Niſi tamen intellego*

Plautus Amph. v, 2. *mea* vi ſubacta *eſt facere.* Rud. III, 3. *metus has id ut faciant,* ſubigit. *Truc.* IV, 2. *Pſeud.* I, I. *Curt.* IV, XI. *Virg.* Aen. III, 257. adde *Liv.* I, 22. pro *domare* Juſtin. XXXI, 6. ubi ſe nequaquam expediunt interpretes. *cum Romano, ſeu occupaveris prior aliqua, ſeu viceris,* tum *etiam cum victo & jacente luctandum eſſe.* error ex ſcripturae compendio natus: recte membranae Cantab. *tamen etiam.* quod vox *cum* geminatur, id ſatis ex more *Juſtini,* qui reduplicationes amat. ſic in eo Capite. *ſin vero* quis *illis Italia,* &c. *ac ſi* quis. VII, I. pulſo *deinde Mida,* &c. *aliiſque regibus* pulſis. ſic, *vos* II, 12. *in* XIII, I. *propter* XIII, 2. *tunc* XIX, 2. *cum* I, 8. XXXVII, II. *Nam & eo quo genitus eſt anno, & eo quo regnare primum coepit.* &, XXXVIII, 8. *ſequantur* ſe *modo fortiter, & colligant; quid* ſe *duce.* ſic, ibidem, *vocibus voces,* & ſimilia ſexcenta. Sed revertamur. *Avienus* in ora Marit. *ſed ſi* voluntas *forte quem* ſubigerit. eo ſenſu quo *Terentius: tu coactus tua voluntate es.* Noſter Catil. *aut metus aut injuria te* ſubegit *Arnobius,* pag. 39. *Quid ergo vos* ſubigit, *quid hortatur maledicere?* J. W.

7 *Quem tanta libido exſtinguendi me invaſit.*] Sic in cunctis. alioqui ſuſpicari poſſis. *exſtinguendi mei* legendum, ut videlicet vocales concurrentes locum errori fecerint. ſed nihil immuto. *Riv.*

1 *Quam omnia.*] V. Cap. LXXI. *abnuentes* omnia. *Liv.* II, 39. *Plebes* omnia *quam bellum malebant.* Ovid. Metam. XII, 202. *da foemina ne ſim,* Omnia *praeſtiteris.* XIII, 404. *Priameia conjux Perdidit infelix hominis* poſt omnia *formam.* XIV, 272. *dicta acceptaque ſalute Diffudit vultus & reddidit* omnia *votis.* Catullus Voſſii p. 49. *jocaris una, Haeres ad latus,* omnia experiris, *Demoſthenes* contra *Cteſiph.* p. 319. Οἱ μὲν ἀναίσθητοι Θηβαῖοι; φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα, τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο· ΠΑ'ΝΤ' ἐκεῖνος ἦν αὐτοῖς. Apulejus II, *Flor.* p. 225. *Nondum ejus* omnia *commemoravi.* Statius, Theb. VI, 330. *ipſi etiam* poſt omnia, *comminus ipſi Stabitis?* Thucyd. v. 100. ΠΑ͂Ν πρὸ τοῦ δουλεῦσαι ἐπεξελθεῖν, Noſter, vertit, *denique* omnia malle *quam victi abire.* J. 81. *Cicero Quint.* §. 26. *quid haec immaturitas tanta ſignificat? non vim? non ſcelus? non latrocinium? non denique* omnia *potius,* quam jus, *quam officium, quam pudorem?* & *Tuſc.* v, I. *Nihil eſt enim* omnium, *quae in philoſ. tractantur, quod gravius magnificentiuſque dicatur?* J. Waſſe.

2 *Socius atque amicus.*] Sic Codd. omnes, recte. ſupra noſter C. 16. *His* amicis ſociiſque *confiſus.* & VI. ſociis *atque* amicis *auxilia portabant.* magis ex formula *Sulp. Severus* H. Sac. II, 23. *decreto Senatus* ſocii atque *amici appellati.* at nihil mutant MSS. aut antiquitus cuſtomei om. Gruteriana. habent Noſtri. *J. W.*

3 *Dehortatur me fortuna mea.*] Τὸ *me,* licet in Fabriciano ſit, non reperi tamen in aliis vetuſtioribus. ac elegantius abeſſe poterit, nullo ſenſus detrimento. *Rivius.*

4 *Etiam antea expertus. &c.*] Eſſet rotundius, *etiam ante expertum, parum fidei.* om. *mihi* Ball. L 2, 3. Gruterus.

5 *Niſi tamen intelligo.*] *Niſi* valet, *ſed,* quomodo idem locutus cap. 67. *Niſi, quod*

tellego

tellego illum, ſupra quam ego ſum, petere, neque ſimul amicitiam veſtram, & regnum meum ſperare: [1] *utrum gravius exiſtumet, nemini occultum eſt. Nam* [2] *initio*

illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus, inteſtabiliſque videtur. Et *Niſi tamen reſp. pariter ac ſaeviſſimo imperio bene atque decore geſta.* Sic & ab aliis uſurpatur, dixit enim *Cicero* Epiſt. I. Lib. XIII. ad Memmium: *Niſi tamen multo minus tibi concedi poteſt.* & ibidem, Epiſt. 73. *De re nihil poſſum judicare: niſi illud mihi certe perſuadeo, te talem virum nihil temere feciſſe* & ad Atticum Epiſt. XIV. Lib. V. *Niſi tamen id erit mihi gratiſſimum.* & ad eundem Epiſt. 6. Lib. XI. *Niſi illud erat infinitum.* & ibidem, Epiſt. 23. *Niſi illud quidem mutari non video poſſe.* & ad *Hirtium*, Lib. IX. apud Nonium: *Dicis, quid quaeſo iſtuc intererat? neſcio. niſi tamen id erat mihi jucundum.* Item in oratione pro Sex. Roſcio: *Quid erat, quod Capitoni primum nunciarit, neſcio. niſi hoc video, Capitonem in his bonis eſſe ſocium.* Et *Plautus* in Epidico, act. II. *Si placebit, utiminor Conſilium: ſi non placebit, reperitote rectius. Mihi iſtic nec ſeritur nec metitur. niſi ea, quae vis, volo.* Et in Perſa act. II. *Dii Deaeque te omnes perdant. Niſi hodie, ſi prehendero, defigam in terram colaphis.* Et in Sticho act. I. ſc. 2. *Miror, quid fiet: Niſi ut periculum fiat, viſam quid velit.* Et Terentius in Andria act. IV. ſc. I. *Neſcio niſi mihi deos fuiſſe iratos ſcio, Qui auſcultaverim.* Quo in loco *Donatum* foede erraſſe, mihi videtur, mutilum locum eſſe exiſtimans; haec enim dicit: *Deeſt. Quia; ut ſit, Niſi quia.* Et Eunuch. A. IV. Sc. 4. *Neque ſatis mirari, neque conjicere Niſi, quicquid eſt, procul hinc libet prius, quid ſit, ſciſcitari.* Et Act. V. Scen. I. *Neſcio niſi amaſſe credo Pamphilam.* Et Act. V. Scen. 6. *Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum. Niſi quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo.* Et Heaut. Act. II. Sc. II. *Joco an ſerio, illaec dicat, neſcio: Niſi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.* Et Actu IV. Sc. I. *Niſi aliquid video, ne, eſſe amicam hanc gnati reſciſcat ſenex.* Et Adelph. Act. I. Sc. II. *dixit velle uxorem ducere: Sperabam jam deferbuiſſe adoleſcentiam: gaudebam. ecce autem de integro, niſi quidquid eſt volo ſcire, atque hominem convenire.* Et Actu IV. Sc. II. *Nequeo ſatis decernere: Niſi me credo huic eſſe natum rei ferundis miſeriis.* quo in loco male *Donatus*. Et Act. IV. Sc. 5. *Neſcio, niſi quia tam miſero hoc cupio eſſe verum, eo vereor magis.* Et Phormione Act. III. Sc. I. *Neſcio, niſi Phaedria haud ceſſavit pro te eniti.* Et Act. V. Sc. VII. *Neſcio, niſi me dixiſſe nemini, id certo ſcio.* Et Hecyra Actu I. Sc. II. *Quid egerint inter ſe, nondum etiam ſcio: Niſi ſane curae eſt, quorſum eventurum hoc ſiet.* Et Act. III. Sc. III. *Nec qui hoc mihi eveniat ſcio: Niſi pol filium multis modis jam exſpecto ut redeat domum.* Gellius quoque Lib. X. cap. 12. *Item aliud, inquit, quod hercle an ponerem, dubitavi, ita eſt deridiculae vanitatis, niſi idcirco plane poſui, quod oportuit nos dicere.* Et *Plinius* Lib. XXXV. Cap. XI. *Niſi accitus a rege, &c.* ſic enim legendum ex omnibus antiquis libris; non, ut in pervulgatis, *Sed.* De Graecis autem *Ariſtophanes*: Εὖ ἴσθι λέξειν ἔμοιγε φαίνεσθον πάνυ, πλὴν ἓν μόνον φι-δοιγε. *Manutius. Niſi annum* quidam, teſte *Glareano.* & ſic Colonienſis, unde Palmerius. *niſi an.* noſtri *tamen*, L 3. *tantum.* J. W.

1 *Utrum gravius exiſtimet.*] Omnino legendum *utrum gravius aeſtimet.* Caeſar. Lib. VII. *haec ſi gravia aut acerba videantur, multo illa gravius aeſtimari debere.* & Lib. III. de Bello civili, *Leviuſque tempeſtatis quam claſſis periculum aeſtimaverunt.* Sic enim legitur in manuſcriptis exemplaribus, non, *exiſtimaverunt.* Ciacconius. Com. praepoſuit & *utrum. Gruterus.*

2 *Initio.*] B. Pub. *initia.* Arond. L 2, 3. *in initio* male. *J. Waſſe.*

occidit

occidit Hiempſalem fratrem meum: deinde patrio regno me expulit. Quae ſane fuerint noſtrae injuriae, [1] *nihil ad vos. Verum nunc* [2] *regnum veſtrum armis tenet: me, quem vos* [3] *imperatorem Numidis poſuiſtis,* [4] *clauſum obſidet: legatorum verba quanti fecerit, pericula mea declarant. Quid eſt reliquum, niſi* [5] *vis veſtra, qua moveri poſſit?* [6] *nam ego quidem vellem, & haec quae ſcribo, & illa quae antea in Senatu queſtus ſum, vana forent potius,* [7] *quam miſeria mea fidem verbis faceret. Sed quoniam eo natus ſum,* [8] *ut Jugurthae ſcelerum oſten-*

1 *Nihil ad vos.*] Dictiones haſce tres ſuſpicor manaſſe a Gloſſographis. *Gruterus.*

2 *Regnum veſtrum.*] Pronomen abeſt Balliol. infra, Reg. omittit *vos* in, *vos Imp.* Digb. L 1, 3. Venetae *quid reliquum niſi.* J. Waſſe.

3 *Imperatorem Numidis poſuiſtis.*] In Catil. *Lacedaemonii devictis Athenienſibus, triginta viros impoſuere.* Ciacconius. Petron. pag. 389. *Quum interim* Imperator provinciae *latrones juſſit crucibus adfigi.* i. e. *Praeſes.* J. Waſſe.

4 *Clauſum obſidet.*] Ita reſtitui, obelo transfixis *clauſum tenet atque obſidet,* quod mediae illae voces in nullo invenirentur MSS. in nulla Editionum veterum, ne in Aldina quidem; natas puto a Carrione. *Gruterus.* Deſunt Venetis. Mart. Pemb. Markii γ. Ball. ſed Reg. Arond. agnoſcunt & Oxonienſes quidam. Markii λ. *clauſum tenet* male, cum vox ultima praeceſſerit. *J. Waſſe.*

5 *Vis veſtra.*] Hoc eſt: cum privatorum monitus & legatorum verba neglexerit, reliquum eſt ut aperta vi armiſque ab incoepto dimoveatur. opponuntur, inter ſe *vis* & *verba,* ut apud *Xenophontem,* Exped. VII, 421. Οἱ δ᾽ ἂν φανεροὶ ὦσιν ἀλήθειαν ἀσκοῦντες, τούτων οἱ ΛΟ'ΓΟΙ, ἤν τι δέωνται, οὐδὲν μεῖον δύνανται ἀνύσασθαι, ἢ ἄλλων ἡ ΕΙ'Α. *Pellitur e medio* ſapientia vi *geritur res.* Terent. Eun. IV, 6. *Uſque adeo ego illiuſ ferre poſſum ineptias, & magnifica verba,* Verba *dum ſint: verum enim ſi* ad rem *conferentur, vapulabit.* Cicero Catil. *Haec ſi ſecum patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam ſi* vim *adhibere non poſſit?* inde apud *Tacitum.* legiones *quartam & duodeviceſimam quarum ſeditio non in* vim *eruperat dicuntur non ultra* verba *ac voces erraſſe.* Noſter Fr. 1, 16. *Quouſque cunctando Remp. intutam patiemini,* & verbis arma *tentabitis? delectus adverſum vos habiti: pecuniae publicae & privatim extortae, praeſidia deducta atque impoſita: ex lubidine leges imperantur; cum interim vos legatos &* decreta *paratis.* Il. Ἀλλ᾽ ἄτε ἜΠΕΣΙΝ μετ᾽ ὀνείδεσιν. *&c.* J. Waſſe.

6 *Nam ego quidem.*] Servius Fuldano ad 1. Aeneidos melius ſic citat: *Nam ego quidem vellem, & haec quae ſcribo, & illa quae antea in Senatu queſtus ſum, vana ferrent potius, quam miſeriam meam verbis fidem.* Videtur poſſe legi, *vana fore potius, quam miſeriam meam verbis fidem facere.* Putſchius.

7 *Quam miſeria mea fidem verbis faceret.*] In nonnullis eſt: *vobis faceret.* ſed alterum, quod in manuſcriptis quoque eſt, magis probarim: pro, ad credendum mihi vos impelleret: ſeu, ad habendam fidem verbis meis induceret. *Rivius.* L 1. Venetae *vobis.* Markii γ. *miſeriae meae f. verbis.* J. Waſſe.

8 *Ut Jugurthae ſcelerum oſtentui eſſem.*] Id eſt, ut oſtenderem: alias ut oſtentarem. Infra: *Illa deditionis ſigna*

tui

Digitized by Google

tui eſſem; [1] *non jam mortem, neque aerumnas,* [2] *tantummodo inimici imperium, & cruciatus corporis deprecor. Regno Numidiae, quod veſtrum eſt, uti libet, conſulite:* [3] *me ex manibus impiis* [4] *eripite, per majeſtatem imperii, per amicitiae fidem; ſi ulla apud vos memoria remanet avi mei Maſiniſſae.*

XXVII. His litteris recitatis, fuere qui exercitum in Africam mittendum cenſerent, [5] & quamprimum Atherbali ſubveniendum; [6] de Jugurtha interim uti conſuleretur, quoniam non paruiſſet legatis. Sed ab iiſdem illis fautoribus regis [7] ſumma ope eniſum, ne tale decretum fieret. [8] Ita bonum publicum, ut in pleriſque negotiis

oſtentui credere: licet paulo diverſiore ſignificatu. Tacit. XII. *Auribus decisis vivere jubet, oſtentui clementiae ſuae.* Et XV. *Itaenum Tiridatem* oſtentui *gentibus, quanto minus quam captivum.* Et, *Ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut oſtentui eſſet multum vitalis ſpiritus egeſtum.* Eſt ergo, *ut in me Jugurthae ſcelera oſtenderentur.* Ciacconius. Hac forma uſi *Spartianus* in Severo, Cap. XIX. *Poſtea irruadentibus multis Remp. res Romana praedonibus* direptui fuit. *Capitolinus* in Vero. Cap. VII. Riſui fuit *omnibus Syriis.* Vopiſcus Aureliano. XXX. *Triumpho mulierem reſervavit, ut P. Romani oculis eſſet* oſtentui. v. *Tacitum* etiam I, 29. XII, 14. Hiſt. I, 78. apud eundem, Hiſt. I, 49. pro, *metus temporum obtentui* Mirandulanus, *mores obtinuerat.* receptam lectionem tuetur *Cl. Ryckius.* vide An. I, 9. *Apulejus* Metam. I. pag. 14. *ac ſimul e promtuario oleum* unctui, *& lintea* terſui. Apol. I. *levia* ſuſtentui, *gravia* demerſui. *Lactant.* de Mort. P. v. Legatiſque noſtris ſemper oſtentui. Sulpic. *Severus* Hiſt. Sacr. II, 41. *promiſſo eidem Conſulatu ſi* rem effectui *tradidiſſet.* J. Waſſe.

1 *Non jam.*] Reg. *non tam aerumnas n. m.* caeteri cum editis. *J. Waſſe.*

2 *Tantummodo inimici imperium & cruciatus corporis deprecor.*] Haec nimirum vera lectio eſt. quamvis in Beroaldino ſit, *cruciatus corporis ut evadam deprecor.* [uti & Reg.] Fuit credo qui non intellexerit elegantem uſum verbi *deprecor,* is ea quae ſuperſunt adjecit de ſuo. atque hoc deinde forte e ſpatio irrepſit in contextum. *Rivius.*

3 *Me ex manibus.*] Praepoſ. abeſt L 3. Arond. B. Pub. Bodl. Markii λ. Pemb. L 2. *de m. cr. imp.* Aldina *m. ab im.* eorum auctoritate induxi. *J. Waſſe.*

4 *Eripite per Maj. &c.*] Intruſerant alii *eripite per vos, per majeſtatem,* &c. ſed abdicunt MSS. ſimul & olim publicati. *Gruterus.*

5 *Et quam primum Atherbali ſubveniendum.*] Τὸ *&*, in duobus manuſcriptis non erat. *Rivius.*

6 *Interim de Jugurtha conſuleretur.*] Sic in manuſcriptis. niſi quod in Fabriciano τὸ *uti,* quod *Gymnicus* habet, additum in ſpatio erat. *Idem.*

7 *Summa ope eniſum eſt, ne tale decretum.*] Ita aliis, *ſumma ope eniſum,* omiſſo verbo ſubſtantivo, & ſic codices in membrana deſcripti. *Idem.* Servant e noſtris R. L 3. Mart. γ. Ball. Bodl. *ſumma ope,* ita reddit *Thucyd.* Πάσῃ τῇ γνώμῃ. J. W. *Eniſum eſt,* dixit paſſive, tanquam *enitor* eſſet paſſivum, ut ſupra *interpretatum* ab *interpretor.* Glareanus.

8 *Ita bonum pub.*] *Uti pleriſque* L 3.

ſo-

Digitized by Google

ſolet, privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam majores natu nobiles [1] amplis honoribus uſi: [2] in queis fuit M. Scaurus, de quo ſupra memoravimus, Conſularis, [3] & tum in Senatu princeps. Hi, quod res [4] in invidia erat, ſimul & a Numidis obſecrati, triduo navim aſcendere: deinde brevi [5] Uticam adpulſi, litteras ad Jugurtham mittunt, *quam ocyſſume ad provinciam accedat*; [6] *ſe ad eum ab Senatu miſſos*. Ille, ubi accepit homines claros, quorum auctoritatem Romae pollere audiverat, contra inceptum ſuum veniſſe: primo commotus metu, atque lubidine, divorſus agitabatur. Timebat iram Senati, ni paruiſſet legatis: porro [7] animus cupidine caecus ad [8] inceptum ſcelus rapiebat. Vicit tamen in avido

ſic etiam Venet. 1470. *Tacitus*. H. 1, 72. *Quia peſſimus quiſque diffidentia praeſentium mutationem pavens, adverſus publicum odium* privatam gratiam *praeparat*. *Q. Septimius*, I, 10. *Ita, ad poſtremum*, bonum publicum *materna* gratia *eſt* devictum. Sed & Bodl. agnoſcit *devictum eſt*, at male. *Thucyd*. v, 90. Καταλύειν τὸ κοινὸν ἀγαθόν. J. Waſſe.

1 *Amplius honoribus uſi*.] Legendum *amplis honoribus*. id quod frequens eſt apud *Ciceronem*. Operarum incuria hoc mendum irrepſit. quamvis eodem modo codex Baſilienſis. *Rivius*. *Uſi* non conſpicitur in Comm. noſtro, & deleri debet forſan etiam *nobiles*. Gruterus. Vide Doctiſſimum *Perizonium* ad *Q. Septimium*. J. Waſſe.

2 *In quis fuit M. Scaurus*.] In aliis, *M. Aemilius Scaurus*. ut Bodl. *In quis*, pro *inter quos* dixit: eſt enim Graeciſmus, quomodo in Laelio Tullius, *niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe*. pro *inter bonos*. Riv.

3 *Et tum in Senatu princeps*.] Manuſcripta duo, *Senatus princeps*. Quanquam utrumque recte, & utroque modo *Cicero* loquitur. Sed in inſcriptione quadam Arimini, Princeps in Senatu, legitur: ubi alias fere, *Princeps Senatus*. Livius: *Princeps* (inquit) *Senatus tertium lectus P. Scipio Africanus*. Hoc genus honoris, ut in Africani vita teſtatur *Plutarchus*, iis tantum deferri conſuevit, qui auctoritatem & gloriam maximis in remp. meritis, praeſtantiſſimiſque rebus geſtis eſſent conſecuti. *Rivius*.

4 *In invidia*.] L 3. & B. Pub. omittunt *in* &, *ſimul*. Reg. *r*. *in invidiae*. & ſic Markii λ. pro *aſcendere* L. Valla legit *Legati*, &c. *conſcendere*. III, 54. J. W.

5 *Uticam adpulſi*.] Utica igitur in Romana erat provincia, quam accedere poſtea Jugurtham juſſerunt Legati. *Glareanus*.

6 *Seque ad eum ab ſenatu miſſos*.] In manuſcriptis eſt omiſſa conjunctio, *ſe ad eum, &c*. quomodo & in impreſſis vetuſtioribus. *Rivius*. *Seque*, Ball. Bodl. Pemb. Markii λ. γ. B. Pub. Venetae Mart. *ſe*, & ſic Arond. & L 1, 2, 3. J. Waſſe. MSS. meliores cum copula *ſeque ad eum*, &c. *Gruterus*.

7 *Animus cupidine*, &c.] Manuſcripta duo, *rapiebat*: ut ſubaudias Jugurtham, ſed utrum rectius, aliorum eſto judicium, nam ego mihi non liquere fateor. *Rivius*. Hanc lectionem comprobant Naz. ac Com. item Bong. non *rapiebatur*. *Gruterus*. Bodl. *divulſus*, prave. *J. Waſſe*.

8 *Inceptum ſcelus*.] Abeſt Ball. *ſcelus*. Bertinianus, teſte *Palmerio*, *ad celerani-*

ingenio pravum conſilium. Igitur, exercitu circumdato, ſumma vi Cirtam irrumpere nititur, maxume ſperans, diducta manu hoſtium, aut vi, aut dolis ſeſe caſum victoriae inventurum. Quod ubi ſecus procedit, [1] neque, quod intenderat, efficere poteſt, ut prius, quam legatos conveniret, Atherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. [2] Ac tametſi Senati verbis graves minae nunciabantur, [3] quod ab oppugnatione non deſiſteret; multa tamen [4] oratione conſumta, legati fruſtra diſceſſere.

XXVIII. Ea poſtquam Cirtae audita ſunt, Italici, quorum virtute moenia defenſabantur; confiſi, [5] dediti-

dum rapiebatur: quod praefert. atque ita e noſtris Arond. L. 3. Ball. Bodl. Martin. Venet. 1470. *Q. Septimius* 1, 4. alterum tuetur. *Et quanquam atrocitas facti ad indignationem, ulteriusque injuriae* rapiebat. *J. Waſſe.*

1 *Neque quod intenderat ef. poteſt, uti, p. q. l. c. A. p.*] V. c. *Adherbale*, & ita legit *Servius*; licet pro *conveniret*, habeat, *videret*: Nonius tamen, *conveniret*, ut vulgatae editiones. *Urſinus.* Adherbalis *Priſcian.* p. 1193. *J. W.* Aut haec omnia pro gloſſa haberi poſſunt aut reformanda *neque prius quam legatos conveniret, Atherbalis potiri.* Gruterus.

2 *Ac tametſi Senatus verbis.*] Sic in vetuſtis. ac ſi quid ego judico, elegantius adjectivum ſequitur. porro *ſenatus verbis*, pro nomine ſenatus dixit. *Rivius.*

3 *Quod ab oppugnatione non deſiſteret.*] Sine praepoſitione dixit lib. Hiſtor. II. *ut actione deſiſteret.* Et Terent. Phormione. *Quid vis tibi dari in manu, herus his deſiſtas litibus.* Ciacconius. In manuſcripto quodam eſt praepoſitio omiſſa, quomodo. *Virgil. Mene incepto deſiſtere victam.* Sed praepoſitionem addas, nec ne, parum ſane refert. Caeſar, *oppugnatione deſtitit*, inquit Cicero: *Quaſi deſtiterim priſtina cauſſa.* Sic Caeſari *conſilio deſiſtere. itinere deſiſtere* dicit. *Cicero* praepoſitionem interdum addit, *ut ab illa mente* *deſiſteret.* Item, *Cur ſibi a cauſſa deſiſtere neceſſe eſſet.* Rivius. Melius Commel. noſter, *quod oppugnatione non deſiſteret. Gruter.* Markii γ. *non diſcederent ab*, in marg. pro v. Lect. *deſiſteret.* J. Waſſe.

4 *Oratione conſumpta.*] Q. Septimius II, 24. *Sed poſtquam invicem* multa conſumta oratione, *certamen eorum ad manus proceſſerat.* infra, graves minae. Bodl. *precibus*, ſtulte. R. *graves minae.* iniquae apud *Claudianum* in Rufin. II, 140. *liceat Stilichonis* iniquas *Evitare* minas. alii minus recte *manus*, & nominatim codex Rogerſiii qui nunc ſervatur in Bib. C.C.C. *Silius* XI, 120. *referunt haec inde citati* Mixta minis & *torva trucis reſponſa Senatus.* Unde Decretum regis Babyloniorum, Dan. III, 6. ob poenam vivicomburii intentatam, *conditionales minas* vocat in Scorpiace, Cap. VIII. *Tertullianus* exempla obvia Μή σε γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο &c. σκαιότερος ὥς κε νέηαι. *Seneca* de Benef. IV, 4. ingentes minas *interventu ſuo ſolventia beneficia deorum.* inde *leges* per *verba minacia* deſignat *Ovidius* Met. I, 91. *Nec verba* minacia *fixo Aere legebantur.* vox eſt ergo forenſis, & ſanctionem reſpicit. *J. Waſſe.*

5 *Deditione facta,*] Vereor ne ſint a ſciolis *deditione facta*; certe tortuoſe pro-

ſolet, privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam majores natu nobiles [1] amplis honoribus uſi: [2] in queis fuit M. Scaurus, de quo ſupra memoravimus, Conſularis, [3] & tum in Senatu princeps. Hi, quod res [4] in invidia erat, ſimul & a Numidis obſecrati, triduo navim aſcendere: deinde brevi [5] Uticam adpulſi, litteras ad Jugurtham mittunt, *quam ocyſſume ad provinciam accedat;* [6] *ſe ad eum ab Senatu miſſos.* Ille, ubi accepit homines claros, quorum auctoritatem Romae pollere audiverat, contra inceptum ſuum veniſſe: primo commotus metu, atque lubidine, divorſus agitabatur. Timebat iram Senati, ni paruiſſet legatis: porro [7] animus cupidine caecus ad [8] inceptum ſcelus rapiebat. Vicit tamen in avido

ſic etiam Venet. 1470. *Tacitus.* H. 1, 72. *Quia peſſimus quiſque diffidentia praeſentium mutationem pavens, adverſus publicum odium* privatam gratiam *praeparat.* *Q. Septimius,* I, 10. *Ita, ad poſtremum,* bonum publicum *materna* gratia *eſt* devictum. Sed & Bodl. agnoſcit *devictum eſt,* at male. *Thucyd.* v, 90. Καλωλύειν τὸ κοινὸν ἀγαθόν. J. Waſſe.

1 *Amplius honoribus uſi.*] Legendum *amplis honoribus.* id quod frequens eſt apud *Ciceronem.* Operarum incuria hoc mendum irrepſit. quamvis eodem modo codex Baſilienſis. *Rivius.* *Uſi* non conſpicitur in Comm. noſtro, & deleri debet forſan etiam *nobiles.* Gruterus. Vide Doctiſſimum *Perizonium* ad *Q. Septimium.* J. Waſſe.

2 *In quis fuit M. Scaurus.*] In aliis, *M. Aemilius Scaurus.* ut Bodl. *In quis,* pro *inter quos* dixit: eſt enim Graeciſmus, quomodo in Laelio Tullius, *niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe.* pro *inter bonos.* Riv.

3 *Et tum in Senatu princeps.*] Manuſcripta duo, *Senatus princeps.* Quanquam utrumque recte, & utroque modo *Cicero* loquitur. Sed in inſcriptione quadam Arimini, PRINCEPS IN SENATU, legitur: ubi alias fere, *Princeps Senatus.* Livius: *Princeps* (inquit) *Senatus tertium lectus P. Scipio Africanus.* Hoc genus honoris, ut in Africani vita teſtatur *Plutarchus,* iis tantum deferri conſuevit, qui auctoritatem & gloriam maximis in remp. meritis, praeſtantiſſimiſque rebus geſtis eſſent conſecuti. *Rivius.*

4 *In invidia.*] L 3. & B. Pub. omittunt *in* &, *ſimul.* Reg. 1. *in invidia e.* & ſic Markii λ. pro *aſcendere* L. Valla legit *Legati,* &c. *conſcendere.* III, 54. J. W.

5 *Uticam adpulſi.*] Utica igitur in Romana erat provincia, quam accedere poſtea Jugurtham juſſerunt Legati. *Glareanus.*

6 *Seque ad eum ab ſenatu miſſos.*] In manuſcriptis eſt omiſſa conjunctio, *ſe ad eum, &c.* quomodo & in impreſſis vetuſtioribus. *Rivius.* *Seque,* Ball. Bodl. Pemb. Markii λ. γ. B. Pub. Venetae Mart. *ſe,* & ſic Arond. & L 1, 2, 3. J. Waſſe. MSS. meliores cum copula *ſeque ad eum,* &c. *Gruterus.*

7 *Animus cupidine,* &c.] Manuſcripta duo, *rapiebat:* ut ſubaudias Jugurtham, ſed utrum rectius, aliorum eſto judicium, nam ego mihi non liquere fateor. *Rivius.* Hanc lectionem comprobant Naz. ac Com. item Bong. non *rapiebatur.* *Gruterus.* Bodl. *divulſus,* prave. *J. Waſſe.*

8 *Inceptum ſcelus.*] Abeſt Ball. *ſcelus.* Bertinianus, teſte *Palmerio, ad celerani-*

ni-

ingenio pravum conſilium. Igitur, exercitu circumdato, ſumma vi Cirtam irrumpere nititur, maxume ſperans, diducta manu hoſtium, aut vi, aut dolis ſeſe caſum victoriae inventurum. Quod ubi ſecus procedit, [1] neque, quod intenderat, efficere poteſt, ut prius, quam legatos conveniret, Atherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. [2] Ac tametſi Senati verbis graves minae nunciabantur, [3] quod ab oppugnatione non deſiſteret; multa tamen [4] oratione conſumta, legati fruſtra diſceſſere.

XXVIII. Ea poſtquam Cirtae audita ſunt, Italici, quorum virtute moenia defenſabantur; confiſi, [5] dediti-

dum rapiebatur: quod praefert. atque ita e noſtris Arond. L 3. Ball. Bodl. Martin. Venet. 1470. *Q. Septimius* 1, 4. alterum tuetur. *Et quanquam atrocitas facti ad indignationem, ulcumque injurias* rapiebat. *J. Waſſe.*

1 *Neque quod intenderat ef. poteſt, uti, p. q. l. c. A. p.*] V. c. *Adherbale*, & ita legit *Servius*; licet pro *conveniret*, habeat. *videret*: Nonius tamen, *conveniret*, ut vulgatae editiones. *Urſinus.* Adherbalis *Priſcian.* p. 1193. *J. W.* Aut haec omnia pro gloſſa haberi poſſunt aut reformanda *neque prius quam legatos conveniret, Atherbalis potiri.* Gruterus.

2 *Ac tametſi Senatus verbis.*] Sic in vetuſtis. ac ſi quid ego judico, elegantius adjectivum ſequitur. porro *ſenatus verbis*, pro nomine ſenatus dixit. *Rivius.*

3 *Quod ab oppugnatione non deſiſteret.*] Sine praepoſitione dixit lib. Hiſtor. II. *ut actione deſiſteret.* Et Terent. Phormione. *Quid vis tibi dari in manu, herus his deſiſtat litibus.* Cracconius. In manuſcripto quodam eſt praepoſitio omiſſa, quomodo. *Virgil. Mene incepto deſiſtere victam.* Sed praepoſitionem addas, nec ne, parum ſane refert. Caeſar, *oppugnatione deſiſtit.* inquit Cicero: *Quaſi deſtiterim priſtina cauſſa.* Sic Caeſari *conſilio deſiſtere. itinere deſiſtere* dicit. *Cicero* praepoſitionem interdum addit, *ut ab illa mente deſiſteret.* Item, *Cur ſibi a cauſſa deſiſtere neceſſe eſſet.* Rivius. Melius Commel. noſter, *quod oppugnatione non deſiſteret. Gruter.* Markii γ. *non diſcederent ab*, in marg. pro v. Lect. *deſiſteret.* J. Waſſe.

4 *Oratione conſumpta.*] Q. Septimius II, 24. *Sed poſtquam invicem* multa conſumta oratione, *certamen eorum ad manus proceſſerat.* infra, graves minae. Bodl. *precibus*, ſtulte. R. *graves minae.* iniquae apud *Claudianum* in Rufin. II, 140. *liceat Stilichonis* iniquas *Evitare* minas. alii minus recte *manus*, & nominatim codex Rogerſii qui nunc ſervatur in Bib. C.C.C. *Silius* XI, 120. *referunt haec inde citati* Mixta minis & *torva trucis reſponſa Senatus.* Unde Decretum regis Babyloniorum, Dan. III, 6. ob poenam vivicomburii intentatam, *conditionales minas* vocat in Scorpiace, Cap. VIII. *Tertullianus* exempla obvia Μή σε γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο &c. σαώτερος ὥς κε νέηαι. *Seneca* de Benef. IV, 4. ingentes minas *interventu ſuo ſolventia beneficia deorum.* inde *leges* per *verba minacia* deſignat *Ovidius* Met. I, 91. *Nec verba* minacia *fixo Aere legebantur.* vox eſt ergo forenſis, & ſanctionem reſpicit. *J. Waſſe.*

5 *Deditione facta,*] Vereor ne ſint a ſciolis *deditione facta*; certe tortuoſe pro-

one facta, propter magnitudinem populi Rom. inviolatos ſeſe fore, [1] Atherbali ſuadent, uti ſeque, & oppidum Jugurthae tradat: tantum abeo vitam [2] paciſcatur, de ceteris Senatui curae fore. At ille, tametſi omnia potiora fide Jugurthae rebatur; tamen, quia penes eoſdem, [3] ſi advorſaretur, cogendi poteſtas erat, ita, uti cenſuerant Italici, deditionem facit. [4] Jugurtha in primis Atherbalem excruciatum necat: deinde omnis puberes Numidas, atque negotiatores [5] promiſcue, uti quiſque armatus obvius fuerat; [6] interfecit,

XXIX. Quod poſtquam Romae cognitum eſt, [7] & res in Senatu agitari coepta, iidem illi miniſtri regis, interpellando, ac ſaepe gratia, interdum jurgiis trahendo

cedunt verba, & ſatis illud ſubintelligitur. *Gruterus.*

1 *Atherbali ſuadent, uti ſeſe & oppidum Jugurthae tradat.*] Manuſcripta, *uti ſeque & oppidum.* Hic eſt peculiaris fere loquendi mos Hiſtoricorum & Comicorum. *Salluſtius* poſtea, *Aqua modo ſeque & jumenta onerare.* Idem, *Philaeni conditione probata, ſeque vitamque ſuam reip. condonavere.* Idem in Catilin. *Aequitate ſeque & remp. curabant.* Rivius.

2 *Paciſcatur.*] Ex pacto mutare vitam libertate. *Hi proprium decus, & partum indignantur, honorem Ni teneant: vitamque volunt pro laude paciſci.* Virg. Aen. v, 230. & alibi. Terent. Phorm. *Ut mihi liceat, quod amo, frui Jam depaciſci morte cupio.* ſic *Statius* alibique. *J. Waſſe.*

3 *Si adverſaretur.*] Fabricianum, *advorſaretur.* quod antiquitatem magis redolet, quam unice obſervat Criſpus. *Rivius.*

4 *Jugurtha in primis Atherbalem excruciatum necat.*] Fabricianum, *Igitur Jugurtha in primis,* &c. perperam hoc in impreſſis omiſſum videtur. cum mire interim ad ſententiam faciat: quamvis non ſit in Merſeburgenſi atque aliis. Idem Retinent plerique noſtrum, ſed Gruterum ſequi malnimus. Similiter *Polyb.* II. I, 3. Σφενδόνιλις ἀπέκτειναν. & *Hegeſip.* IV, 32. *Sabinum Vitellius* excruciatum necat. &, v, 22. *Nec Matthiam quidem quo autore in urbem receptus eſt* excruciatum necavit. non conſtat ſententia niſi legeris *in excruciatum* cum Codicibus noſtris. *Martyrolog. Rom.* Febr. XI. *graviſſimis* excruciati *ſuppliciis.* Sueton. *Aug.* 14. *queſt eundem mox & diſcruciatum necaſſet.* vide *Curt.* VIII, 8. *Liv.* XXV, 25. *Cic.* pro L. Manil. plenius effert. §. XI. *vinculis ac verberibus, atque omni ſupplicio* excruciatum necavit. *J. Waſſe.*

5 *Promiſcue.*] Sic Codd. at neſcio an *promiſce* reponendum ſit. noſtrum ita locutum teſtatur *Gellius* X, 21. *Q. Septimius* noſtri ſimia I, 19. Promiſce *per pecora atque exercitum graſſari.* pro. eo *Plautus* & *Varro* uſi *promiſcam* Probus p. 1426. *interfecit* Graece dixeris ἐξεδίδου ἐκτεῖναι. *J. Waſſe.*

6 *Interfecit.*] Maluerim *interficit* niſi id verbi potius tollendum eſt, ut ſubaudiatur ſuperius *necat.* Gruterus.

7 *Et res in ſenatu agitari coepit.*] Manuſcripta, *agitari coepta.* Quanquam idem eſt utrobique ſenſus. *Cicero* in Bruto; *Quam in urbe primum literis oratio eſt coepta mandari.* pro *coepit.* III. de Oratore, *Poſt adhiberi coepta eſt ad ornatum etiam & dignitatem.* Livius 181. ab V. C. *Sed*

tempus,

Digitized by Google

tempus, atrocitatem facti leniebant. Ac ni C. [1] Memmius, tribunus pl. deſignatus, vir acer, & infeſtus potentiae nobilitatis, populum Rom. edocuiſſet *id agi*, [2] *uti per paucos factioſos Jugurthae ſcelus condonaretur*: profecto omnis invidia, [3] prolatandis conſultationibus, dilapſa foret: tanta vis gratiae, atque pecuniae regis erat. Sed ubi Senatus [4] delicti conſcientia populum timet, [5] lege Sempronia provinciae futuris Conſulibus Numidia, atque Italia [6] decretae: Conſules declarati P. Scipio Naſica, [7] L. Beſtia Calpurnius; Calpurnio Numidia, Sci-

contemni, inquit, *coepti erant a finitimis populis*. pro, *coeperant*. Rivius. *Coepit* Venetae, Mart. Markii γ. Ball Bodl. infra, pro *facti* Bodl. *rei*. J. Waſſe.

1 *Memmius*.] Is eſt, qui poſtea, cum peteret conſulatum, a Saturnino tribuno plebis fuit interemptus, ut *Livius* libro 69. *Cicero* in Oratione IV. in Catilinam, *Oroſius* libro V. cap. 17. *Florus* lib. III. & *Appianus* Bellorum civilium lib. I. literis mandarunt. Fuit Memmius mediocris orator, ut ait *Cicero* in Bruto. *Caſt*.

2 *Uti per paucos factioſos, Jugurthae ſcelus condonaretur*.] Sic & manuſcripti codices, & ceteri vetuſtiores. atque ita mollius eſt. Quam duriter enim & aſpere concurrunt, *factioſos ſcelus*! Hoc quamvis leve, non tamen praetereundum eſſe duxi. *Rivius*.

3 *Prolatandis conſultationibus*.] Fulvii liber, *Protelandis*. quomodo item cap. 43. Catilin. idque magis olet antiquitatem. *Manutius*. Vide notas noſtras ad C. 44. e. de Coſſ. v. *Obſequentem* p. 15, 16. etiam *Oroſium* de U. C. Lib. V. Cap. 15. ibi MSS. 635. *J. Waſſe*. Sic quoque MSS. Pall. ideoque minime admittendum aliorum, *protelandis*. Gruterus.

4 *Delicti conſcientia*.] L 3. *conſcia*. Martin. omittit *delicti*. ſupra, noſtri omnes, *prolatandis*. & Oxonienſes. v. indicem. *Quintilianus* Declam. III. hac voce uſus, ſed codex Joannenſis ejus loco habet *ampliando*, quod merum eſt alicujus nugitoris interpretamentum. *Apulejus* in Habitud. doct. II. eodem ſenſu ponit, *promulget*. pro quo Codices Florent. & Cajenſis *promulcet*. lego *promuscet*, quod teſte *Nonio* valet *extendere & porro facere*. in Gloſſis *prolato* protelo. *J. W*.

5 *Lege Sempronia*.] Quae ſit illa lex, mihi non conſtat; nec ſatisfaciunt Commentarii. quorum alter ait: *Sempronius Gracchus legem tulerat, ut Italia & Numidia provinciae per Coſſ. regerentur*. Badius autem: *Sempronium legem tuliſſe*, inquit, *ut ſi quando bellum timeretur, Coſſ. futuri in provincias deſtinarentur*, haec ille. Atqui magis ſollicitum me tenet, quomodo Memmius, deſignatus tantum Tribunus, populum edocuerit, per nobilium avaritiam Jugurthae ſcelus condonari; num concione advocata, an per alias technas? Ac idem illud cum ait, *Coſſque declarati*; quid illud *declarati*, proprie hoc loco ſignificet? nam *deſignati*, id eſt, in futurum annum pronuntiati, quod *Badius* exponit, non placet, cum ſtatim hic Conſul in Africam proficiſcatur; neque vero ante initum magiſtratum in provincias ire conſueverunt. Et ipſe Calpurnius, non ita multo poſt, Romam ad magiſtratus rogandos proficiſcitur. Fieri poteſt, ut non integris annis, ſed dimidiatis (quod quidam ſcriptis prodidere) ante deſignarentur, quam inirent magiſtratus. *Glareanus*.

6 *Decretae ſunt, conſuleſque declarati ſunt*.] Tò *ſunt*, neutrobi habent codices manuſcripti: & irrepſiſſe ex gloſſa videtur. Sed & *conſules*, ibi nulla addita conjunctione legitur. *Rivius*.

Digitized by Google

pioni Italia obvenit. Deinde exercitus, qui in Africam portaretur, ſcribitur: ſtipendium, [1] aliaque, quae bello uſui forent, decernuntur.

XXX. At Jugurtha, contra ſpem nuncio accepto, [2] quippe cui, Romae omnia venire, in animo haeſerat; filium, & cum eo duos familiares ad Senatum legatos mittit; iisque, uti illis, quos Hiempſale interfecto miſerat, praecipit, [3] *omnis mortalis pecunia adgrediantur*. Qui poſtquam Romam adventabant; Senatus a Beſtia conſultus eſt, *placeretne legatos Jugurthae* [4] *recipi moenibus*: iique decrevere, [5] *niſi regnum, ipſumque deditum veniſſent, uti in diebus proxumis decem Italia decederent.* [6] Conſul Numidis ex Senati decreto nunciari jubet.

7 *L. Beſtia Calpurnius.*] V. c. non habet nomen *Calpurnius*, quod videri poteſt adjectum ab aliquo, vel certe ſcribendum, *L. Calpurnius Beſtia*. Urſinus. Bodl. abeſt *Calp.* J. Waſſe.

1 *Aliaque quae bello*, &c.] Fuiſſet ſatis *aliaque bello uſui* amputatis caeteris, eſt in Comm. *aliaque quae bello uſui forent*. Grut. *Contra ſpem*, ita Codd. *Apulejus* Mileſ. VI, 112. Contra ſpem ſuam *repulſa Pſyche*: vocem *ſuam* addit infra c. XCII. Salluſt. nec alibi hoc modo locutus eſt. *J. Waſſe.*

2 *Quippe cui Romae omnia venum ire, in animo haeſerat.*] Livius lib. 3. *legem fecerunt, ut liberi liberaeque venum irent.* Tacit. *veno* dixit lib. 14. *& poſita veno, irritamenta luxus.* & lib. 13. *niſi in his quae veno exercerent.* Ciacc. V. C. habet, *omnia venire.* Urſinus. Manuſcripta duo, *venire* habent. ſed vulgata lectio melior, *venum ire.* Id enim eſt, quod & initio dixit, & poſt repetit. *Omnia Romae venalia eſſe.* Rivius. Neſcio cur ab hac lectione abhorreat Rivius, nixa duobus ejus MSS. extat ſane etiam in Pall. ſelectioribus: ideoque ejeci, *venum ire.* Gruterus. L. 2. 3. B. Pub. Mark. λ. γ Pemb. Bodl. Ball. Venetae, *venum ire.* ſed Arond. Reg. niſi fallor, illud alterum habent. *J. Waſſe.*

3 *Ut omneis mortalis pecunia aggrediantur.*] In quibuſdam, *omneis mortaleis uti pecunia aggrediantur*: ut ſit ὑπέρβατον, legitimo dictionum ordine mutato, quomodo Cicero, *Vix ut intelligantur*, inquit. pro, *ut vix.* Sed & Salluſtius poſtea, *Alii ſigno dato locum uti deſererent.* Tametſi, ne quid diſſimulem, in manuſcriptis non eſt *ut.* rectiuſque ſubaudiendum videtur. Nec eſt eo in exemplari quod Aſcenſius excudit, caſtigavit Aleander. *Rivius.*

4 *Recipi moenibus*] *Algido Tuſculum petiit: nec receptus moenibus; infra Tuſculum dextrorſus Gabios* deſcendit. Liv. XXVI. 9. & VI. B. Pun. *eum ne quis urbe, tecto, menſa, lare* reciperet. Virg. Æn. 11. *Nos* recipi portis, *aut duci in moenia poſſimus* pro, *intra* urbem, *ad menſam* &c. adde etiam Liv. XXXV. 46. & *Sulp. Severum*, Dialog. III, 12. Trebellium Poll. Gall. 7. Apoll. Collatius. *Hi caſtris, illi muris atque* urbe recepti. *Hirtius* B. Civ. I, 13. *Imp. bene de Repub. meritum, tantis rebus geſtis* oppido moenibuſque prohiberi. *J. W.*

5 *Niſi regnum ipſumque deditum veniſſent.*] In aliis, *ni regnum.* Rivius. Ita Pall. omnes *in regnum.* Gruterus.

6 *Conſul Numidis &c.*] Pall. 2. & conſul *ex ſen.* ſine voce *Numidis*, ut forte fuerit, *id conſul ex Senati decreto &c.* Idem.

[1] ita infectis rebus, illi domum diſcedunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, [2] legat ſibi homines nobilis factioſos, quorum auctoritate, quae deliquiſſet, [3] munita fore ſperabat: in queis fuit Scaurus, [4] cujus de natura & habitu ſupra memoravimus. Nam in Conſule

1 *Illi infectis rebus ita domum reverſi ſunt.*] Concinnius duo libri: *Ita illi infectis rebus domum reverſi ſunt.* Sic ſupra Catilina: *Ita illi janua prohibiti tantum facinus fruſtra ſuſceperant.* Sic infra ex ſcripto legendum, *Ita Jugurtham ſpes fruſtrata, qui copias in quatuor partes diſtribuerat.* Putſchius. Sic mſſ, ſic impreſſi omnes etiam Aldini: ut mirer unde invexerit editioni ſuæ Carrio, *illi infectis rebus ita domum reverſi ſunt.* At hunc tamē alii deinceps conſtantiſſime ſecuti, luſcum ducemus cæci; quibus tamen de ſe ſi creditur ipſis, omnes excuſſæ membranæ, omnes editiones: tam quidem ſuperſtitioſe, ut plus de auctore noſtro meriti ſint, quam de Theſeo extracto ab inferis ipſemet Hercules. *Gruterus.*

2 *Legit ſibi homines nobiles, factioſos.*] In Fabriciano eſt, *legat ſibi.* Quomodo & exemplar habet Merſeburgenſe, a verbo *legare.* quemadmodum *Cicero* ſaepe, velut, *Dolabella me ſibi legavit,* & *Caeſar Caſſium ſibi legavit.* Item, *Ego me a Pompejo legari ita ſum paſſus, ut &c.* Item, *Ipſi quos legatos tute tibi legaſti.* &, *Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompejo expetenti.* Facilis autem & proclivis error fuit, unius immutatione literae. Quod ad ὀρθογραφίαν attinet, legunt alii *Calphurnius,* addito ſpiritu. ſed *Volateranus* alterum magis probat: qui cum origo ipſa nominis facit. nam *Plutarchus* in vita Numae ἀπὸ τοῦ Κάλπου, qui fuerint e Numae liberis, τοὺς Καλπουρνίους dictos putat. *Rivius.* Id eſt legatos ſibi aſſumit. Erant autem Legati, qui ſingulis legionibus praeerant: erantque plerumque praetura functi. *Ciaccon.* haec lectio etiam in Chirographis Pall. Grut. l. 2. 3. B. Pub. Bodl. Venet. Mart. *legit* meliores illud alterum ſervant. *Tacitus* An. IV, 56. *Cenſuitque Vibius Marſus, ut M. Lepido, cui ea provincia obvenerat, ſuper numerum legaretur, qui templi curam ſuſciperet.* Gloſſae, lego λεγατεύω. διαπρεσβεύω. *Curtius* IV, 5. *decernunt, ut duodecim* legarentur *ad regem.* ibi Codex Petrenſis *delegarentur* male. X, 8. *Eoſdem rurſus* legat *petituros ut &c.* Idem Codex iterum prave *legati.* at paulo ſupra *igitur a Rege* legatur Paſus &c. ſervat & iſte. *Victor* de Viris Ill. LIII. *Conſul Antiochum Regem Syriae,* legato fratre &c. *vicit.* Ita fere apud eundem *ablegare* LXIV. *Naſica ut invidiae ſubtraheretur, per ſpeciem* legationis *in Aſiam* ablegatus eſt. *J. Waſſe.*

3 *Munita fore.*] Quid ſi legas *Impunita fore.* Id certe ſenſus ipſe reſpuere non videtur, quamvis reclamantibus exemplaribus. Niſi *munita* poſitum dicas, pro, velut praeſidio quodam confirmata, & quaſi in tutum collocata. Sed & ſupra: *C.* (inquit) *Baebium tribunum plebis magna mercede parat, cujus impudentia contra jus & injurias omnes munitus foret.* pro, armatus & quaſi ſeptus atque vallatus. *Rivius.* Inſignis figura, quam tuentur MSS. omnes, itaque ne admittamus aliorum *impunita.* Gr. Noſtri *munita.* J.W.

4 *Cujus de natura & habitu.*] Supra c. XVIII. Sed ibi nihil de *habitu.* Ciacconius. Vir doctus vim vocis minus intelligit. habitus valet *indoles* ſive ingenium. *Statius* Theb. VII, 222. *His ille auditis* mentemque habitumque *recepit.* Codex quidem B. Pub. *m. animumque* juxta *Virgilium.* at MS. Arond. nihil movet. Firmat vulgatam Scholiaſta. *audita oratione Jovis uno tempore* ornatum laetitiamque *recepit.* Tacitus Hiſt. I, 8. *Et hic quidem Romae, tamquam in tanta multitudine,* habitus animorum *fuit.* Cicero Tuſc. I. *Quod ſi tanta vis eſt ad* habitum mentis,

noſtro

Digitized by Google

noſtro [1] multae, bonaeque artes animi, & corporis erant: quas omnis avaritia praepediebat. Patiens laborum, acri ingenio, ſatis providens, belli haud ignarus, [2] firmiſſumus contra pericula & inſidias. Sed legiones per Italiam Rhegium, [3] atque inde Siciliam, [4] porro ex Si-

in his quae gignuntur in corpore. Seneca Ep. LXXXII. I, *qua coepiſti: & in iſto te vitae habitu compone, placide, non molliter.* Confer Epiſt. XXVIII. XCIV. *Gellius* in Argument. Lib. VIII. *de natura & habitu* memoriae. *Lactantius* III, 3. *Deſcribamus, ſi placet,* mores habitumque *civium.* Ambroſius Hexaem. VI, 9. Mentis habitum *ſpecie ſui prodat frons.* Gloſſae, habitus animi ἦθος recte; pro eo uſus voce ἕξις *Ariſtoteles* Ethic. I, 5. ἝΞΕΙΣ δὲ λέγω καθ' ἃς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς. *Philelfus* Epiſt. IX, 1. *Nam* mentis habitum *ſermonis cultus ſolet declarare.* Idem.

1 *Multae bonaeque.*] Sic ſolus Naz. caeteris abeſt copula *que.* poterat quis longe brevius, *nam in conſule noſtro multas bonaſque animi & corporis artis, omnis &c.* Gruter. Soli Pemb. deeſt *que* idque a manu ſecunda. *Nepos* I, 8. *Sed* in Miltiade *erat cum ſumma humanitas, tum mira comitas.* ubi voces *in* & *erat* male abſunt Cod. Trin. infra: *quasomnis.* vox poſterior in Reg. non comparet. Paulo poſt, *ſed legiones &c.* Sed ibi valet, *ſed ut ea omittam* vel, *ſed de his ſatis.* novum enim ſenſum inchoat pereleganter. Confer *Catilinar.* XVIII. XXIV. XXVI. XXXVII. *J. Waſſe.*

2 *Firmiſſimus contra pericula.*] L. 3. & e Rivianis nonnulli, *fortiſſimus,* ex interprete. caeteri omnes uti & MS. Rivii vulgatam obtinent. *firmus* Gloſſae στερεὸς, ἑδραῖος, βέβαιος reddunt. ſenſum ita alibi exprimit Noſter: *advorſum divitias invictum animum gerebat.* Lucan. II, 2. *Quamquam* fortiſſima *pubes Hiſedeat caſtris.* At Codices Cajenſis & B. Pub. *firmiſſima,* recte. Idem infra 631. firmior aetas. Ovid. III. Faſt. *Inde datae leges, ne* firmior *omnia poſſet.* ibi quidam *fortior.* Metam. VII, 457. *quiquam quam milite, quamquam Claſſe valet, patria tamen eſt* firmiſſimus *ira.* Q. Septimius I, 23. *adverſus infortunia firmiſſimus.* Quo loco haec in tranſcurſu notanda. *Omnes laeti Agamemnonem adeunt. Eumque interitu filiae permoeſtum conſolati, honorem regni rurſum concelebrant.* Certe, hic haereo, inquit, Anna Perenna. Lege ergo & diſtingue, *Eumque, interitu f. p. c. honore regni r. c.* Duces nempe Agamemnonem quod filiam immolare noluiſſet honore regio ſpoliarant cap. XX. quo, re tandem patrata, illum quaſi poſtliminio auctum voluere. *Salluſtium* ſequitur *Tatius* Hiſt. II, 82. firmus adverſus *largitionem* IV, 5. Quo firmior adverſus *fortuita.* Contra, Q. *Septimius* II, 15. imbecillum adverſus *dolores animi.* MSS. accedunt *Caeſar, Liv. Columella, Curtius* VII, 5. *Phaedrus* I, 19. *Vellejus* II, 110. *Juſtin.* XXII, 4, 3. *Plin.* N. H. III, 120. *Sueton.* Tiber. Hoc ſenſu apud *Homerum* Καρτερόθυμος διαφέρως cui reſpondent τῷ πονεῖν καρτερικοὶ ut ait *Agatho* apud Ariſtotelem. etiam τλήτικος pro ὑπομενητικὸς interprete *Cicerone,* qui eſt animo firmo, qui non ſuccumbit affectibus. Sic *mulier firma* Varroni de R. R. hoc eſt labori non cedens; tali opponitur *turpis,* & eo plane modo quo apud *Plutarchum* adverſus Colotem στερεὰ & μαλθακά. unde στερεὰς apud *Hippocratem* περὶ ἀρχ. ἰητρικ. IX, 24 exponitur a Gloſſis MSS. ἰσχυρῶς. J. Waſſe.

3 *Atque inde Siciliam.*] Omittit aliquando praepoſitiones *Salluſtius* in provinciarum nominibus, additque urbibus, quod *Cic.* etiam & alii faciunt: Sed maxime omnium *Tacit.* ut Annal. I. *Et comite uno Fabio Maximo Planaſiam vectum.* & lib. 7. *Samum trajecerunt.* Ciacconius.

cilia

Digitized by Google

ctiae [1] in Africam tranſvectae. Igitur Calpurnius, [2] initio paratis commeatibus, [3] acriter Numidiam ingreſſus eſt: [4] multoſque mortalis, & urbis aliquot pugnando cepit.

XXXI. Sed ubi [5] Jugurtha per legatos pecunia tentare, bellique, quod adminiſtrabat, aſperitatem oſtendere coepit: animus aeger avaritia facile converſus eſt. [6] Ceterum ſocius, & adminiſter omnium conſiliorum aſſumitur Scaurus: qui tametſi a principio, pleriſque ex factione ejus corruptis, acerrume regem impugnaverat; tamen, magnitudine pecuniae a bono, honeſtoque in pra-

4 *Porro ex Sicilia in Africam tranſvectae ſunt.*] Salluſtius addit hic praepoſitionem, quam in verbis quae praecedunt, omiſit, cum dixit: *Per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam.* Sic Tacitus lib. I. *Et comite uno Fabio Maximo Planaſiam vectum;* & lib. VII. *Samum trajecerunt.* Quod vero ſequitur, *pugnando cepit*, id pertinet ad antiquam formulam, de qua alibi diximus. *Urſinus.*

1 *In Africam tranſvectae ſunt.*] Tò *ſunt* in MSS. *non eſt.* Rivius.

2 *In initio paratis commeatibus.*] Manuſcripta non habent additam praepoſitionem *in.* quomodo & *Cicero* frequenter, ut in epiſtolis, *Quemadmodum ſenatus initio cenſuit.* & iterum, *Redeo ad illud quod initio ſcripſi.* Item alibi, *Iſte qui initio proditor fuit, deinde perfuga.* Sic & alias. *Idem.*

3 *Acriter Numidiam ingreſſus eſt.*] In quibuſdam *aggreſſus eſt*, pro invaſit. ſed prior lectio eſt in manuſcriptis. *Rivius.* Ball. & L 3. Venetae. *aggreſſus eſt*, male. Arond. omittit verbum ſubſtantivum, ſed omnino retinendum propter, *multoſque m.* *Q. Septimius.* II, 18. *Iter ad Phrygas convertit: ingreſſuſque earum regionem, Teuthrantem* & 41. Non abſimiliter, *Capitolin.* in Maximin. Cap. XXI. Acrior *denique Italiam* ingreſſus eſt. *J. W.*

4 *Multos mortales & urbes aliquot pugnando cepit.*] Legendum *mortaleis*, nam ſic fere *Salluſtius.* Porro peculiare eſt hiſtoricis *mortales* dicere, pro hominibus. neque id adeo eſt apud oratores frequens. Verum hiſtorici & verbis & figuris Poeticae licentiae ſaepenumero utuntur, locutionibuſque & dicendi modis non perinde aliis ſcriptoribus uſitatis. Hinc *proſapia* apud illos pro progenie, vox ab ultimis repetita temporibus, ut *Fabius* inquit, *Tempeſtas*, pro tempore. Hinc illud *que* geminatum, velut *Meque regnumque meum.* Hinc ἀπαρέμφατα illa modi, *feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obviam ire*, pro feſtinabant, parabant, *&c.* Hinc ellipſis verbi ſubſtantivi ſaepe ac aliorum. Hinc frequens Synecdoche, ceteraque hoc genus pleraque ut *arma*, pro bello. Tacitus, *Et unum militem, quo tam civilium armorum partem*, pro civilis belli, *Rivius.*

5 *Jugurtha per leg.*] Haud aliter item verborum ordo in MSS. noſtris. *Gruterus.*

6 *Ceterum ſocius & miniſter.*] In manuſcriptis eſt, *ſocius & adminiſter.* quomodo Cicero, *Timarchides omnium rerum tranſactor & adminiſter.* & alibi, *Adminiſtri & ſatellites Sex. Naevii.* Vocat autem *adminiſtrum* Salluſtius participem negotii, & adjutorem in re agenda. *Idem.* Uſus ea voce *Cic.* in Catilin. valet, *praecipuus miniſter*, ſive *adjutor* ad rem quam quis parare animo habet. Vide *Caeſ.* de B. G. VI, 17. *Varronem* de L. Lat. p. XXIV. *Capitolinum* Maxim. Hoc ſenſu apud *Polybium* III, 223. voces ζυνεργός, καὶ χειρουργός. J. Walle.

vum

vum abſtractus eſt. Sed Jugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, exiſtumans ſeſe aliquid interim Romae pretio, aut gratia effecturum: [1] poſtea vero quam participem negotii Scaurum [2] accepit; in maxumam ſpem adductus recuperandae pacis, ſtatuit cum eis [3] de omnibus pactionibus praeſens agere. [4] Ceterum interea fidei cauſſa mittitur a Conſule Sextius quaeſtor in oppidum Jugurthae [5] Vaccam: cujus rei ſpecies erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperaverat: quoniam deditionis mora induciae agitabantur. Igitur rex, uti conſtituerat, in caſtra venit: ac pauca praeſenti conſilio locutus [6] de invidia ſui facti, atque uti in deditionem acciperetur; reliqua cum Beſtia, & Scauro ſecreta [7] tranſigit: [8] dein poſtero die, [9] quaſi per

1 *Poſtea vero quam p. &c.*] Comm. *acceperat*, & ita alias legi notatum ad Naz. ut ſuſpicer prius fuiſſe *poſtea vero participe Scauro in maximam*. Gruterus. *quam* abeſt L. 1. caeteri retinent. *J. Waſſe.*

2 *Accepit.*] Arond. & L 2. *acceperat* & ſic Markii γ. ſed ſupra ex 2. manu *accepit*. ſic etiam Venetae. ſapiunt heic quod mireris, Oxonienſes univerſim uti & noſtri, L 3. *pervenit*. Thoſanus, infra, *in caſtra venerat*. infra, *ſpecies*, pro *obtutu*. *Demoſthenes* de Corona 323. ΠΡΟΦΑΣΙΝ μὲν ὡς τὸν σῖτον παραπέμψοντα, &c. βοηθήσοντα δὲ, &c. *J. Waſſe.*

3 *De omnibus pactionibus praeſens agere.*] Vocem *pactionibus* otioſam puto. *Ciacconius.* In manuſcripto quodam *agitare* legitur. ac ſolet plerumque frequentativo *Salluſtius* pro perfecto uti. *Rivius.*

4 *Ceterum interea fidei cauſſa mittitur.*] Infra: *Non poſſum fidei cauſſa imagines, &c. oſtentare.* Ciacconius.

5 *Vaccam.*] Pall. aetatis inferioris *Vaccam*. ſuperioris *vagam*. Gruterus.

6 *De invidia ſui facti.*] Manuſcripta *facti ſui*. ut ſequatur pronomen, atque id nimirum rectius. *Rivius.*

7 *Tranſigit.*] Ita Naz. non ut huc uſque legimus *tranſegit* quod minus aptum rei. *Gruterus.* Oxon. *tranſegit* B. Pub. *tranſigit*. Ar. tranſegerat. *J. Waſſe.*

8 *Deinde poſtero die.*] Manuſcripta, *dein*. Rivius.

9 *Quaſi per Saturam legem, ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur.*] Lactantius Lib. 1. Cap. 21. *Peſcennius Feſtus in libris hiſtoriarum per ſaturam refert.* *Ciacc.* Manuſcripta, *quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis*: ut ſubaudias *legem*. *Saturam* vero pro *ſatyram*. quomodo ubique *Sullam* hic auctor, pro *Syllam*. nam *y* in *u* Latinis ſaepe mutatur. unde in antiquis inſcriptionibus, *Polucarpus* legitur, & *Poluandrion*. & *Ennius*; ut teſtatur Cicero, *Purrhum* ſemper, nuſquam *Pyrrhum*; *Phruges*, non *Phryges* dixit. quod ipſum antiqui declarant libri. Sed & *Diomedes* cum manuſcripto facit, libr. III. nam quo loco docet veteribus *ſatyram* farciminis genus fuiſſe, variis rebus refertum (unde poſtea ſatyra nominata ſit lex, quae uno rogatu multa ſimul comprehendat) mox ibidem, *Cujus*, inquit, *legis* Lucilius *meminit in* I. *Per ſaturam aedilem factum qui legib. ſolvat.* & *Salluſtius* in Jugurtho, *Dein quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis, in deditionem accipitur.* Videlne, ut hic in

Satu-

citatione *Diomedes* legem omittat? Sed nec in Merſeburgenſi additur. *Sex.* quoque *Pompejus* eodem modo citat, quomodo in manuſcriptis eſt. *Satura*, inquit, *eſt cibi genus ex variis rebus conditum. eſt & lex multis aliis conferta legibus. Itaque in ſanctione legum adſcribitur.* NEVE PER SATURAM ABROGATO AUT DEROGATO. *Annius Luſcus* in ea quam dixit adverſus Tib. Gracchum: *Imperium quod plebes per ſaturam dederat, id abrogatum eſt.* Paullo poſt idem hoc e Jugurtha *Salluſtii* exemplum affert. *Dein poſtera die, quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur.* Quamquam hodie corrupte in exemplaribus hic locus apud *Feſtum* legitur. Sic autem *ſatura* ſine addito ſubſtantivo dicitur, ut apud Fabium *civica*. *Divus Auguſtus*, inquit, *cum ei Galli torquem aureum C. pondo dediſſent, & Dolabella per jocum, tentans tamen joci ſui eventum, dixiſſet, Imperator torque me dona: Malo te, inquit, civica donare.* ſubauditur autem *corona*. Sic apud *Senecam* de beneficiis v. Sunt & alia hujuſcemodi pleraque, quae ſine ſubſtantivo addito ponuntur. velut cum dicimus *tertiana, quartana, cotidiana*. deeſt enim febris. Sic *Tuſculanum*, *Ocriculanum*, *Narnienſe* ſubauditur *praedium*. Sed & abſolute interdum *ſuilla*, *bubula*, *ferina* dicimus. ut ſubaudiatur, *caro*. Sic & *repetundarum damnatus* apud *Vellejum*, ubi deeſt ſubſtantivum *pecuniarum*. Sed ut ad *ſaturam* revertar. Quid ſi nihil ibi ſubaudias, ſed ſimpliciter intelligas, ut verba ſonant? *Per ſaturam exquiſitis ſententiis*, hoc eſt; nullo ordine in ſententiis exquirendis ſervato, nec ut ſeniores prius ſententiam rogarentur, ſed ut conſuli ipſi libuiſſet. quomodo *Juſtinianus* in praefatione quadam digeſtorum, *ſparſim & quaſi per ſaturam collectum opus* dicit *utili inutilibus mixto, maxima tamen parte inutilibus deputata*, ut ipſe inquit. nam variarum rerum mixturam ſparſim ac nullo ordine congeſtarum, *ſatyram* veteres appellabant. Mecum *Alciatus* facit. Neque admodum eorum probo opinionem, qui hic *ſaturam legem* intelligunt, quae multas ipſas res complectatur, quemadmodum Jugurtha ſit in deditionem acceptus, ſed multis praeſcriptis conditionibus. ut XXX. daret elephantos, pecus atque equos multos cum magno argenti pondere. nam ſic fere & *Eraſmus Roterodamus*, & *Franciſcus Philelphus*. Verum prior ſententia magis arridet: ut videlicet, per *ſaturam*, ad participium *exquiſitis*, non ad verbum *accipitur*, pertinere judicemus. *Rivius.* Dictionem, *legem*, ſuſtulimus, veterum exemplarium auctoritate adducti. *Manutius.* A ſuis MSS abfuiſſe teſtatur etiam *Schottus* Obſervat I, 3. in vet. Tab. aenea. *extra quam ſei* quid in Saturam ferretur. *Idem.* Sic *Juſtinianus* in praefatione quadam Digeſtorum: *ſparſim & quaſi per ſaturam collectum opus dicit: utili inutilibus mixto, maxima tamen parte inutilibus deputata.* Et *Caniſius* Lib. II. *Omnia in ſe capit, quaſi collecta per ſaturam* (ſic enim lego non *collectam*) *conceſſa ſibi rerum varia poteſtate.* Vide & *Diomedem* & *Feſtum*, a quo miror hunc *Salluſtii* locum iiſdem verbis in voce *Satura* recitari, ex L. Laelii oratione, quam pro ſe dixit; cum proculdubio *Salluſtii* ſit. *Idem.* Lex porro Satyra, lege Caecilia & Dedia abrogata fuit, id quod *Cicero* in Orat. pro domo ſua teſtatur; ubi tumultuarie, ac promiſcue fiebat rogatio, ſententiae dicebantur exquiſitae per ſaturam. *A. Popma.* Quicquid *conjunctim, confuſe*, non ſervato, aut temporis aut rerum ordine fiebat, id *per Saturam fieri* dicebatur. Auctor Panog. Conſtant. dict. *ſeparatim uti que dicam, neque quaſi per* Saturam *confundenda ſunt beneficia.* v. A. Marcellin. XVI. *&c.* Lex per Saturam Gloſſ. *νόμος πολλὰ περιέχων.* Gloſſ. Reg. Satyra lex *praecipiebat, ut Conſul ſine communi conſilio aliquid faceret.* Lactant. I, 22. *Poſtumius Feſtus in libris hiſtoriarum* per Saturam *refert.* ibi, pro *nemore Aviano* lego Aricino. Ovid. Faſt. III, 261. *Nympha, mone, nemori ſtagnoque operata Dianae: Nympha, Numae conjux ad tua facta veni. Vallis Aricinae Silva praecinctus opaca. Eſt lacus.* deinde, *Egeria eſt quae praebet aquas.* J. Waſſe.

Saturam ſententiis exquiſitis, in deditionem accipitur. Sed, uti pro conſilio imperatum erat, elephanti xxx. pecus, atque equi multi, [1] cum parvo argenti pondere, Quaeſtori traduntur. Calpurnius Romam ad magiſtratus rogandos proficiſcitur. [2] In Numidia & exercitu noſtro pax agitabatur.

XXXII. Poſtquam res in Africa geſtas, quoque modo actae forent, fama divulgavit; [3] Romae per omnis locos & conventus, de facto Conſulis agitari: apud plebem gravis invidia: [4] Patres ſoliciti erant: probarentne tantum flagitium, an decretum Conſulis ſubverterent, parum conſtabat. Ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor & ſocius Beſtiae ferebatur, a vero, bonoque impediebat. At C. Memmius, [5] cujus de libertate ingenii, & odio potentiae nobilitatis ſupra diximus; inter dubitationem & moras Senati, concionibus populum ad vindicandum hortari: monere, ne Rempubl. ne libertatem ſuam desererent: [6] multa ſuperba, & crudelia facinora nobilitatis oſtendere: [7] prorſus inten-

1 *Cum parvo.*] Carrio *non parvo.* ſic Mart. Venetae. Oxon. B. Pub. at Markii γ omittit notam negationis, recte. λ. retinet a 2. manu. Pemb. Reg. abeſt prorſus uti ex vet. Codd. *Urſini.* J.W. Sic libuit reſtituere, ſuadentibus libris antiquiſſimis Naz. ac Com. alii enim adhaerent editis, habentque, *cum non parvo, &c.* quod cur heic admitti neceſſe ſit, non video. *Gruterus.* γ. abeſt *non* uti & Reg. *J. Waſſe.*

2 *In Numidia.*] Praepoſitio abeſt Ball. *J. Waſſe.*

3 *Romae per omnis locos & conventus.*] Legendum *per omnes.* Rivius.

4 *Patres ſolliciti erant.*] Duae voces *ſolliciti erant* non quidem videntur irreptitiae, procederent tamen omnia pronius, ſi legeremus *Patribus probarentne*, poſſet tamen ferri *ſolliciti*, ejecto ſolum *erant*, quod alioquin aliquot abeſt MSS. *Gruterus.* L 3. omittit *ne. Erant* abeſt MS. *Putſchii. J. Waſſe.*

5 *Cujus de libertate, &c.*] Obliviosis iſthaec conſuluerunt, non etiam attentis lectoribus, quare ſiquis ſpuria duxerit, is me ſibi habet aſſentatorem. *Gruter.*

6 *Multa ſuperba.*] L 3. Ar. *crudelia & ſuperba multa.* forte abeſſe debet *multa*; Gruteriana *ſuperba & crud.* & ſic Reg. B. Pub. γ. λ. Venetae Mart. infra. *populum ad vindicandum hortari.* B. Pub. populum *r. ne libertatem, &c.* caeteris omiſſis. abeſt γ. *populum* a ſec. ut videtur manu. ſequitur, *monere P. R.* deinde litura eſt, *ne libertatem* λ. *hortabatur.* voces *ne Remp.* abſunt Bodl. γ. pro *potentia* B. Pub. *conſtantia Scauri*, & ſupra illud alterum. *J. Waſſe.*

7 *Prorſus intentus.*] Merum rus neque tamen odori illi medeor. Pall. 7. non adeſt vox *intentus*, ejuſque loco geminavit *prorſus*, undecimus refert *omnino plebis.* Gruterus. Ball. pro, *omnimodo*, *omnino* & L 3. *J. Waſſe.*

tus

tus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempeſtate Romae Memmii facundia [1] clara, pollenſque fuit; decere exiſtumavi, unam ex tam multis orationem ejus perſcribere: [2] ac potiſſumum ea dicam,

1 *Clara pollenſque.*] Regius, at ſolus, *potenſque*, utrumque bene. magis tamen placeret illud ultimum ſi modo addicentes MSS aves haberet. *Lucretius* v. *Quis potis eſt dignum* pollenti pectore *carmen Condere, pro rerum majeſtate hiſque repertis?* Lucan. VI, 685. *Tunc* vox *Lethaeis cunctis* pollentior *herbis Excantare deos.* Apulejus de Deo Socr. pag. 43. *Homines ratione plaudentes*, oratione pollentes. *Prudentius* Steph. XIII. *Incubat in Libya ſanguis, ſed ubique* lingua pollet. *Claudian.* Prob. & Olybr. *Pieriis pollent ſtudiis, multoque redundant Eloquio.* &, VI. Conſ. Honor. *quanta tuis* facundia pollet Ingeniis, *noſtrum digno ſonet ore parentem.* Vopiſcus Numeriano II. praepollens eloquentia. Paſſio Pionii apud *Ruinart.* Cap. XVII. *Rufinus quidam* pollens eloquentia, *atque oratoria arte praecellens.* Hoc ſenſu etiam *potens.* Auctor ſupra. *In ſenatu* potens. *Cicero* pro Coel. Potens, *gratioſus*, diſertus *homo.* Seneca Rhetor de Caſſio Severo Lib. III. Controv. *Omnia nitentia, & intenta aliquo*, potentia, *nemo magis in ſua poteſtate habuit audientium affectus.* Seneca de Conſol. ad *Polyb.* XXI. *quamdiu ſteterit aut Latinae linguae* potentia, *aut Graecae gratia.* Conſol. ad Marc. *animo alacrem*, ingenio potentem. *Ovid.* Am. III, II. *Deſine blanditias, & verba* potentia *quondam Perdere.* Sidonius Ep. VI, 21. *Cum caetera* potenter, *tum* potentiſſime *condidit verſus.* Statius Sylv. IV, 4. *Nec enim tibi ſola* potentis Eloquii *virtus.* Arnob. p. 118. *Vir* ingenio praepotens. *Auſonius* Moſel. 406. *legumque catos* fandique potentes. in Baſi ſtatuae Numeriani. *NUMERIANO. CAESARI. ORATORI. TEMPORIBUS. SUIS. POTENTISSIMO.* Hegeſippus I, 10. *Propius quippe acceſſerat Nicanor, dum putat aliquem profectum fore pacis futurae, ſi ſibi conferendi ſermonis daretur copia*, qui potens *& validus ad tentandos audientium animos aeſtimabatur.* ibi & *Tacitum* aeque ac noſtrum, ſequi videtur. ſic enim ille An. IV, 21. *maleficae vitae ſed* orandi validus. Sed voces *qui potens* impediunt ſententiam; adeamus ergo Codices, quid illi? nempe *cujus potens*; id perplacet. *Joſephus*, B. Jud. VI, 7. Πεϱιφϱονούμενος. εἰϱωνικὰ τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους, οὐ γὰρ ἀγνοοῦντ[illegible] ἦν διαλέγεσθαι. hoc ſenſu *valens* apud Ovid. I. Art. *Saepe* valens *odii littera cauſſa fuit.* Longinus. Ταῦτα δὲ ΔΥΝΑΣΤΕΙ'ΑΝ καὶ βίαν ἄμαχον προσφέροντα. Rhetorica & Dialectica ΔΥΝΑ'ΜΕΙΣ *Alexandro Aphrodiſienſi* in Topica Ariſtotelis. *Thucydides*, λέγειν τε καὶ πϱάσσειν ΔΥΝΑΤΩ'ΤΑΤΟΣ. *Menander* 'ΙΣΧΥΡΟ'ΤΕΡΟΝ δέ γ' οὐδέν ἐστι τοῦ λόγου. *Iſidorus* Peluſiota III, 123. 'Αμείνων τοῦ λέγειν εἰς ὑπεϱβολὴν ΔΥΝΑΤΟΥ. *Anonymus* qui vulgo praeponitur *Ariſtophani*, Eupolidem ait ΔΥ'ΝΑΤΟΝ τῇ λέξει, καὶ ζηλοῦντα Κϱατῖνον. quae quare *ſtylo rudem* verteret *Herſelius* cauſſam non video, praeſertim cum eundem inter elegantes veteris Comediae poetas recenſent *Macrobius* aliique. *M. Capella.* V. potentem *omnium rerum reginam eloquentiam* appellat. *Hilarius* de Machabaeis. 227. *Haec tua libertas & dura* potentia linguae. *Prudentius* in Symmach. II. *fallendi docta* poteſtas. Caeterum, de Memmio Vide *Plutarchum* Lucul. p. 517. vox *Romae* habetur tantum in Marg. Pemb. a ſec. manu neque ea opus eſt. *J. Waſſe.*

2 *Ac potiſſimum, &c.* Ita etiam MSS. notae minime vulgaris, nam juniores, *eam dicam quam*, neutrum mihi ſapit, mallem caeteris excluſis, *ac potiſſimum, quae poſt redditum, &c.* ita certe loqui

quae in concione poſt reditum Beſtiae hujuſcemodi verbis diſſeruit.

XXXIII. [1] *Multa me dehortantur a vobis, Quirites, ni ſtudium Reipub. omnia ſuperet; opes factionis, [2] veſtra patientia, jus nullum; ac maxume, quod innocentiae plus periculi, quam honoris eſt. Nam illa quidem piget dicere, [3] his annis* XV. *quam ludibrio fueritis ſuperbiae paucorum; quam foede, [4] quamque inulti perierint veſtri defenſores;*

decebat minime Aſiaticum. *Gruter.* At ita, Bodl. Markiani, Balliol. Arond. Reg. Pemb. Venetae, Martin. nequid diſſimulem. Fulvii liber *ea quae.* Fabric. & MS. Rivii. J.W.

1 *Multa me dehortantur a vobis Quirites.*] Dictiones *a vobis* non ſunt in meo libro. Ceterum hoc orationis initium ſcriptum eſt ex oratione Catonis contra Sergium Galbam 7. Orig. *Multa me dehortata ſunt huc prodire: anni, aetas, vox, vires, ſenectus: verum enim vero cum tantam rempub. agier arbitrarer.* Ciacc.

2 *Veſtra patientia.*] In malam partem, pro ſervili atque abjecto animo. *Tibullus* III, 2. *Non ego firmus in hoc: non haec patientia noſtro Ingenio.* Ovid. Met. XIV, 486. *Quid ſupereſt, quod jam patientia veſtra recuſet?* Virg. Aen. V. *Tum ...tam patiens, nullo certamine tolli Dona ſinet?* Livius II, 44. *partim patrum conſiliis, partim* patientia plebis, *jam ad extremum veniſſe.* Seneca de Ira Cap. ult. *Non puto parum momenti hanc ejus vocem ad incitandas conjuratorum mentes addidiſſe, ultimae enim* patientiae *viſum eſt, eum ferre qui Jovem non ferret.* addo III, 28. Conſol. ad Marc. XX. *Plinius* Ep. II, 10. Cic. Cat. I, I. & Ep. ad Lentulum I, 8. *Si quidem homines* patientius *eorum potentiam ferre potuerint.* Tacitus III. *Tam projectae ſervientium* patientiae *taedebat.* Continet haec vox in ſe ſervitutis notam, unde Noſtrates eam interpretentur *obedience*, ut in illo *Taciti* Ag. XVI. *Britanniam unius praelii fortuna* veteri patientiae *reſtituit.* a *ſervili* tamen diſtinguit *Apulejus* Met. V. p. 94. *Et nequidnos ſtrenui videris, quam* patienti *vel potius* ſervili *haec perferas animo.* Vide Q. Septimium II, 34. *Quintilian.* Decl. XIX. *Quis enim in hac civitate non novit neceſſitatis meae rigorem? quis ignorat quia cuncta ſoleam perferre patienter?* at pro *quam cuncta*, Codex Jo...enſis *quam multa cuncta*, ſcribe quam *inulte*. Noſter. *Quam foede, quamque inulte perierint!* J. Waſſe.

3 *His annis quindecim.*] Haud dubie de eo loquitur tempore, quo poſt Gracchos occiſos, nobiles victoria clari, in plebem immodice ſaeviebant. Caeterum a Tiberii Gracchi caede hic viceſimus tertius decurrit annus, a Caji autem undecimus. Quare quid ſibi hoc in loco numerus quindecim annorum velit, non ſatis intelligo. corruptum eſſe valde vereor, ſed judicet Lector. *Glareanus* Ego legerem, *his annis viginti:* vel, *his annis viginti quinque*; ut non ſit ſubtilis annorum computatio: in manuſcripto tamen Codice, qui eſt in Bibliotheca Divi Salvatoris, ſcriptum eſt, *his annis duodecim*; ut fortaſſe intelligat auctor id tempus, quod fuit a caede C. Gracchi & M. Fulvii. *Ciacc.*

4 *Quamque multi*] Fulvii liber, *Quamque inulti.* malo *multi*. jecit nec *inulti*, rejicio. *Manutius* Ita legendum e manuſcriptis; non, ut vulgo, *multi perierint*, hoc eſt, nulla de his ſumpta poena, qui inſectati eos fuiſſent. Similitudo ſcripturae anſam errori praebuit. nam ex praepoſitione illa *in*, facile ... ſit, ſi parum animum attendas. *Rivius.* Sic etiam reponendum apud *Hegeſipp.* I, ... *Diu ſub armis bellum ſuſtinere inaequalium, irruentibus in ſeſe hoſtibus.* multi *occubuitui*

Digitized by Google

ut vobis animus ab ignavia, atque ſocordia corruptus ſit: qui [1] *ne nunc quidem, obnoxiis inimicis exſurgitis; atque etiam nunc timetis eos,* [2] *quibus vos decet terrori eſſe. Sed quamquam haec talia ſunt: tamen, obviam ire factionis potentiae animus ſubigit. Certe ego libertatem, quae mihi a parente meo tradita eſt, experiar: verum id fruſtra, an ob rem faciam, in veſtra manu ſitum eſt, Quirites.*

ere. imo, ſi quid video, *inulti*, ſed tacent ſcripti Codd. uti & II, 10. qui locus aeque meudoſus. ubi arma depoſuere, &c. *Ab Eleazaro & ſociis factionis* multi *obtruncantur*, quid ergo pars tantum caeſa? immo *Idem* infra, *omnes itaque interfecti*. Dictys v, 12. *Sed poſtquam univerſos qui in manus venerant, foede, atque* inultos *obtruncavere*. J. W.

1 *Ne nunc quidem obnoxiis inimicis exſurgitis.*] Sic Manuſcripta quaedam, non *obnoxii*. quomodo & ſenſus ipſe expoſcit: pro, reis & cauſam dicturis inimicis. *Rivius*. Ita diſerte etiam Nazar. noſter; ſed extrita deinde litera ultima in *obnoxiis*; peſſimo facinore meo quidem animo, nam qui probant *obnoxii*, id ſibi ſolis probent non mihi. *Gruterus*. γ. Bodl. Venetae B. Pub. *obnoxii*, omnino contra mentem Oratoris, qui foedam pacem a Conſule factam exagitat. Pemb. *obnoxiis* neſcio tamen an a manu prima. & ſic Reg. Ar. & Oxonienſes quidam. λ. primitus habuit *obnoxiis*, at ultima litera hodie eraſa eſt. Vide *Palmerium*, & *Tacitum* Hiſt. III, 35. II, 56. Reg. & Bodl. *inſurgitis*, id ἐμφαλικώτερον. inſurgo ἐπανίσταμαι. *Ovid*. Met. IX, 444. *credenſque ſuis* inſurgere regnis. *Florus* III, 18. *ſemper in malis major, totis denique* viribus inſurrexit: *aggreſſique ſinguli populos*, &c. Seneca Hippol. 1065. *contra feroci gnatus* inſurgit *minax Vultu*. Hoc ſignificatu Hebraeis *kamim* pro motu hoſtili. *Virg*. *Oſtendit dextram* inſurgens *Entellus*. Idem alibi: *te Lari maxime; teque Fluctibus & fremitu* aſſurgens *Benace marino*, malim ibi *inſurgens*, quomodo citaſſe memini *Aretinum* in Epiſt. licet in ea lectione parum conſtans ſit, quippe qui ad vulgatam delabatur Ep. VII, 7. Idem eodem loco legit: *indignatum magnis* clamoribus *aequor*. quod aptius reſpondet τῷ *indignatum*. certe *ſtridet* nimis exile & caeco maris murmuri magis convenit quod tempeſtatem praecedit. Eoque modo recte alibi utitur: *Tum ſonus auditur gravior, tractimque* ſuſurrant. *Frigidus ut quondam ſylvis immurmurat Auſter. Ut mare ſollicitum* ſtridet *refluentibus undis*. At ubi mare magnum eſſe & ſaevire ventis coepit, tum illud audacius *clamare* dicatur. Virg. *Ter ſcopuli* clamorem *inter cava ſaxa* dedere. *Silius* IV, 526. *Spumea ſaxoſis* clamat *convallibus* unda. *Hieronymus* Ep. XLI. *Totam circa Inſulam fremitu inſanum mare, & ſinuoſis montium illiſum ſcopulis* aequor reclamat. J. Waſſe.

2 *Quibus vos decet terrori eſſe.*] Manuſcripta, *quibus decet*, omiſſo pronomine, quod rectius ſubauditur. nec aliter in impreſſis quibuſdam. *Rivius*. Ita v. c. cum in aliis deſit, *vos*. ſupra in Bell. Catil. dixit: *His obnoxii, quibus ſi reſp. valeret, formidini eſſemus*. Urſinus. Reg. & L 3. B. Pub. Arond. Ball. Bodl. Laud. omittunt *vos*. Pemb. retinet, ſed a 2. manu & poteſt abeſſe. Mark. γ. λ. *nec nunc*. pro *atque etiam* Arond. *at etiam*, quod vehementius eſt, nam, *At etiam* indignantis: *Terent*. Eunuch. At etiam *primo callidum & diſertum credidi hominem*. Andr. *Quid vis?* D. At etiam *rogas?* Eunuch. *Exi foras ſceleſte*, at etiam reſtitas? Etiam *irriſioni* ſervit, *Cic*. I. de Fin. At etiam *de ſanctitate, de pietate, adverſus deos ſcripſit Epicurus*. J. Waſſe.

XXXIV.

XXXIV. *Neque ego vos hortor, [1] quod ſaepe majores veſtri fecere, uti contra injurias armati eatis. Nihil vi, nihil ſeceſſione [2] opus eſt: neceſſe eſt, ſuomet ipſi more praecipites eant. Occiſo Tib. Graccho, quem regnum parare ajebant, in plebem Romanam quaeſtiones habitae ſunt. Poſt C. Gracchi, & M. Fulvii caedem, veſtri item ordinis multi mortales in carcere necati ſunt: utriuſque cladis non lex, verum libido [3] eorum finem fecit. [4] Sed ſane fuerit regni paratio, plebi ſua reſtituere. [5] Quid-*

1 *Quod ſaepe majores veſtri fecere.*] Manuſcripta, *majores noſtri*, ſed vulgata lectio magis arridet. *Rivius.*

2 *Opus eſt.*] Verbum *ſub* abeſt B. Pub. & ſane ſequitur *neceſſe eſt*, unde delendum puto. retinent caeteri. *ſuimet ipſi* Reg. & λ. ſed in marg. retinet *ſuomet*. infra, *Carrio* dedit *quaeſtiones graves*, vox poſterior abeſt. *Gruter.* etiam Arond. Reg. Markianis. Pemb. B. Pub. quorum auctoritate motus induxi fere invitus. omittit etiam editio prima, Naz. Commelin. Ait *Gruterus* nullas quaeſtiones graves eſſe, proinde non debere addi, ſed fallitur vir magnus. Habes enim apud *Livium* eodem ſenſu IV. 50. *Aſperiora omnia fecit*, acerbis quaeſtionibus, *crudelibus ſuppliciis.* Vellejus II, 7. Crudeleſque *mox* quaeſtiones *in amicos clienteſque Gracchorum habitas.* Sulpicius H. Sac. II, 29. Ed. Vorſtianae. *actaeque in innoxios* crudeliſſime quaeſtiones. ubi pro, *interim vero jam etiam.* lego, *interim Nero jam etiam.* Ammian. pag. 239. *Ut* quaeſtiones *agitari juberet ſolito* acriores. Lib. XXVI, 10. *Carnifex & unci &* cruentae quaeſtiones, *ſine diſcrimine ullo aetatum, per fortunas omnes & ordines graſſabantur.* Arnobius adhuc auctius. ad fin. Lib. II. p. 98. Quaeſtionum *numquam afficere ſe gravibus atque immanibus exiſtimet* poenis. Hoc ſenſu, Auctor de B. Afric. XLVI. *Ignominiae cauſſa dimittendos ab exercitu,* graviſſimumque *in eos* edictum *proponendum curavit.* J. Waſſe.

3 *Eorum finem.*] Pronomen an ſit ab auctore ambigo. *Grut.* Noſtri omnes ſervant. *J. Waſſe.* infra: *ſed ſane fuerit. Seneca* dixiſſet, ſed fuerit ſane regnum, plebi ſua reſtituere. *Gruterus.*

4 *Sed ſane fuerit regni reparatio, plebi ſua jura reſtituere.*] Manuſcripta ut Beroaldinum, *regni paratio*, pro eo quod eſt affectatio. nam & ante dixit; *quem regnum parare ajebant.* τὸ *jura* non habet ullum manuſcriptum, neque ex impreſſis quaedam. *Rivius.*

5 *Quidquid ſine ſanguine civium ulciſci nequit, jure factum ſit.*] In MSS. duobus eſt, *nequitur*: quomodo veteres loqui ſolitos teſtatur Sex. Pompejus. *Nequitum,* inquit & *nequitur, pro* non poſſe *dixerunt.* Plaut. *in Saturione; Retrahi* nequitur, *quoquo progreſſa eſt ſemel.* Cato *Originum* I. *Quod Termino fanum fuit, id* nequitum *exaugurari.* Diomedes quoque adnotavit I. veteres & *quitur* & *poteſtur* interdum dixiſſe; affertque hujus rei ex Poetis *Accio, Caecilio,* & *Ennio* exempla, quae nobis non neceſſe eſt ſubjicere hoc loco. Cum manuſcriptis facit Beroaldinum. *Rivius.* L 2. Reg. Bodl. Markii γ. *nequit.* ſic Venetae. Mart. *nequivit.* turpiter omnes. *Plautus.* Rud. IV, 4, 20. *ut* nequitur *comprimi!* Cato Orig. L. I. *Fana in eo loco quam plurima fuere, ea exauguravit: praeterquam quod Termino fanum fuit, id* nequitum *exaugurari.* Apulejus Apolog. *ſola virginitas, cum ſemel accepta eſt, reddi* nequitur. *Priſcian.* in verſione Dionyſii. *Hic naſci lapidem, qui tacto accenſus ab igni*

quid

Digitized by Google

quid ſine ſanguine civium ulciſci nequitur, jure factum ſit. Superioribus annis taciti indignabamini [1] aerarium expilari: [2] reges, & populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere; penes eoſdem & ſummam gloriam, & maxumas divitias eſſe: tamen haec talia facinora impune ſuſcepiſſe, parum habuere: itaque poſtremo leges, majeſtas veſtra, divina, & humana omnia hoſtibus tradita ſunt. Neque eos, qui ea fecere, pudet, aut poenitet: ſed [3] incedunt per ora veſtra magnifici; Sacerdotia, & Conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes: perinde quaſi ea honori, non praedae, habeant. [4] Servi aere parati injuſta im-

Extingui nequitur. *Q. Septimius*: II, 21. *conſequens fuit arma capere: juſque per vim extorquere, quod amice impetrare* nequitum. *Hegeſippus* 1. quod abs te magno pretio impetrare *nequitum eſt*. Codex B. Pub. male *nequit*, ipſe enim infra, v, 21. *ſed ubi* nequitum *occurrere*. J. Waſſe.

1 *Aerarium expilari.*] Merſeburgenſe, *exſpoliari*. ſed vulgata lectio melior. Eſt apud *Ciceronem* frequens hoc verbum, ut pro Cluent. *Expilato armario, pecunia ablata.* & pro L. Manil. *expilare ſocios, diripere provincias.* Sed & alibi, *Proſerpinae fanum expilavit*. Rivius. *exſpoliari* Reg. *J. Waſſe.*

2 *Reges & populos liberos vectigal pendere.*] Idem in Catil. *nam poſtquam respublica in paucorum potentium jus atque ditionem conceſſit, ſemper illis reges, tetrarchae vectigales eſſe; populi, nationes ſtipendia pendere.* Ciacconius.

3 *Incedunt per ora veſtra.*] Apud *Tacit.* IV. praeter *ſuorum ora* legitur. & *Liv.* XXXVIII. praeter *omnium oculos*. Sed Liv. XXI. *veſtros liberos* traductos per ora hominum. Ciacc. v. c. magnifici *Urſin.* ſic Fulvii liber. *A. Manut.* incedere eſt cum dignitate, jactantia, aut faſtu ut pomparum fercula ambulare. vide *Servium* ad Aen. I. *Lucret.* III. ante oculos *illum eſſe potentem, Illum aſpectari, claroque incedere* honore Ennius: *volito vivu' per ora virum.* *Juſtin.* XV, 5. in *triumphi modum* per ora civium *trahit.* XXXVI, 1. *traductus* per ora *civitatum*. Sophocles Ajace Fl. Ἥκω τραφεὶς ἂν μητρὸς εὐγενοῦς ἄπο Ὑψηλ' ἐκόμπεις, Κ' ἈΠ' ἌΚΡΩΝ ὩΔΟΙΠΌΡΕΙΣ. *Lycurgus* Orat. adv. Leocr. pag. 192. Οὕτως ἀναιδῶς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν πεπονθότων τὰς ἐκείνων συμφορὰς ἡγεῖται δεῖν ἀναστρέφεσθαι, *Interpres vetus* 1. Sam. XVII, 41. *Ibat autem Philiſtaeus incedens.* Locum reſpicit *Tacitus* Hiſt. I, 2. *Nec minus praemia delatorum inviſa quam ſcelera: cum alii* Sacerdotia & Conſulatus, *ut ſpolia adepti, procurationes alii & interiorem potentiam, agerent, ferrent cuncta.* J. W.

4 *Servi aere parati.*] Sumtus locus ex Catonis lib. de Falſis pugnis, ubi ita loquitur, *Servi injurias nimis aegre ferunt; quid illos bono genere natos, magna virtute praeditos, &c.* Gellius, lib. X. cap. 3. *Ciacconius.* Sic & manuſcripta & impreſſa fere. & hanc veram eſſe lectionem arbitror. Ceterum Venetum, Argentoratenſe, alia pleraque, *Servi aere comparati*, habent, pro *pecunia emti*. Quod ad ſenſum attinet, haud magno in diſcrimine ponam, utrum legas. nam & *parare* & *comparare*, pro *emere* interdum ponitur. Inde apud Ciceronem, *Trans Tiberim hortos aliquos parare.* &, *Agros ſibi uſpiam parare.* Item, *ſtudioſe comparare ſupellectilem.* Sic & apud *Suetonium* in C. Julio Caeſare, *Gemmas, te-*

peria

peria dominorum non perferunt: [1] *vos, Quirites, imperio nati, aequo animo ſervitutem toleratis? At qui ſunt hi, qui Rempubl. occupavere? homines ſceleratiſſumi, cruentis manibus, immani avaritia,* [2] *nocentiſſumi, idemque ſuperbiſſumi; quibus fides, decus, pietas, poſtremo honeſta, atque inhoneſta omnia quaeſtui ſunt. Pars eorum, occidiſſe tribunos pl. alii quaeſtiones injuſtas, plerique caedem in vos feciſſe, pro munimento habent.* [3] *Ita, quam quiſque peſſume fecit, tam maxume tutus eſt: metum a ſcelere ſuo* [4] *ad ignaviam veſtram tranſtulere:* [5] *quos omnis, ea-*

reumata, ſigna, tabulas operis antiqui comparare. pro *emere.* Idem in Caligula, *Magiſteria ſacerdotii ditiſſimus quiſque & ambitione, & licitatione maxima vicibus comparabant.* & poſtea ibidem, *Cum ad ſaginam ferarum muneri praeparatarum, carius pecudes compararentur.* pro *emerentur.* Columella quoque, *Qui nequam vicinum,* inquit, *ſuis nummis parat.* Rivius. Ita omnes MSS noſtri, non *comparati.* Gruterus. E noſtris ſoli Ball. L 3. *Horat.* Serm. II. Sat. III, 129. *Servoſque tuos quos* aere pararis. Gloſſae *paro* κτάω. Vitruv. I, 2. *Ea non quaerat quae non poterunt inveniri, aut* parari *niſi magno.* ibid. *aliud alio loco naſcitur, quorum* comparationes *difficiles ſunt & ſumtuoſae.* Arondel. *Comportationes,* quod libro ſuo inſerere dedignatus *Jo. de Laet.* tamen auctor. Cap. v. *ſeu, &c. habuerint* comportationes *expeditas.* vid. II, 5. *Tacit.* I, 9. *Hegeſip.* II, I. injuſta imperia in cives exercuiſſe. *Cato* Fr. L I. Servi injurias nimis aegre ferunt, *quid illos bono genere natos, magna virtute praeditos, opinamini habuiſſe, atque habituros dum vivent?* Livius XLII, 41. *qui ne in* ſervos *quidem ſaeva atque* injuſta imperia *probant.* J. Waſſe.

1 *Vos, Quirites, in imperio nati.*] Quidam libri praepoſitionem omittunt. utrumque ſententiam habet ſatis commodam. *Manutius.* Merſeburgenſe, *imperio nati,* omiſſa praepoſitione, pro, *ad imperandum aliis nati.* quomodo ſequentia probe quadrant. *Rivius.* nata *ſervituti mancipia.* Tacit. Agric. V. c. *Vos Quirites imperio nati.* & ſic locutus eſt *Cicero,* cum dixit in oratione de provinciis conſularibus: *Syri natio, nata ſervituti.* Urſinus. Secutus ſum codices Rivianos, nam noſtris aderat etiam praepoſitio *in Imperio,* perperam. vos inquit natos ad imperandum, ſervire, minime ferendum. Gruterus. *in imp.* Pemb. Laud. Ball. Markii γ. *J. Waſſe.*

2 *Nocentiſſumi iidem ſuperbiſſumi.*] Legendum, *iidemque ſuperbiſſumi.* ex manuſcriptis. *Rivius.* Omnes MSS noſtri & Edd. antiquae ſimplici iota, non *iidemque.* Gruterus. Markii γ. *& idem.* ſic Pemb. Venetae. B. Pub. Bodl. *iidem.* ſupra, *immuni* Codd. Stanei & Colon. vid. Palmerium. *J. Waſſe.*

3 *Itaque quam quiſque.*] Manuſcripta. *Ita quam quiſque.* &c. *ut ſit* ἐμφατικῶς. ubi interdum utimur illa particula, *ita, adeo,* & ſimilibus. Leve hoc quidem, ſed non ideo praetereundum. ſicut nec illud quod ſtatim ſequitur. *Rivius.* ſic legit *Valla* I, 16. v. F. III. 9. *J. Waſſe.*

4 *Ad ignaviam.*] Tacit. III, 34. *Fruſtra* noſtram ignaviam ad alia vocabula transferri: *nam viri in eo culpam, ſi foemina modum excedat. porro ob unius aut alterius imbecillum animum, male eripi maritis conſortia rerum ſecundarum adverſarumque.* vide & J. I. *ſuam quiſque* culpam *auctores* ad negotia transferunt. *Cic.* IX. Verrin. 91. *Mihi numquam vedem*

dem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere in unum coegit. Sed haec inter bonos amicitia, *inter malos* factio *eſt.*

XXXV. [1] *Quod ſi tam vos libertatis curam haberetis, quam illi ad dominationem accenſi ſunt; profecto neque Reſpubl. ſicuti nunc, vaſtaretur; & beneficia veſtra penes optumos, non audaciſſumos, forent. Majores veſtri parandi juris, & majeſtatis conſtituendae gratia,* [2] *bis per ſeceſſionem armati Aventinum occupavere: vos pro libertate, quam ab illis accepiſtis, non ne ſumma ope nitemini? atque eo vehementius,* [3] *quo majus dedecus eſt, parta a-*

riſimile viſum eſt, adoleſcentem illo loco natum, patronum Siciliae, nomen ſuum iſti ad tranſlationem criminis *commodaturum. Verum tamen ita res mihi tota praeviſa atque praecauta eſt, uti ſi maxime eſſet inventus, qui in* ſe ſuſcipere iſtius culpam crimenque *cuperet: tamen is proficere nihil poſſet.* transferre, hoc eſt, terrorem ſuorum ſceleri debitum, in veſtram ignaviam derivare: ſocordia veſtra utuntur pro munimento. *Demoſthenes* de foedere *Alexand.* p. 89. Εὐτυχοῦσιν, ὅτι ἐναποχρῶνται τῇ ὑμετέρᾳ ῥᾳθυμίᾳ. *avertere* malit *Livius* I, 58. avertendo *noxam ab coacta in auctorem delicti.* J. W.

5 *Quos omnes cupere eadem.*] Legendum, *quos omneis.* Rivius. *Donatus* ad Hecyr. I, 2. omittit, *omnis eadem cupere.* Martin. & B. Pub. *eadem odiſſe.* legit, *odiſſe &* Donat. confer *Joan. Sarisberienſem* de Nugis Curialium III, 12. ibi legiſſe videtur, *vera amicitia.* dicitque tale quid *Ciceroni* placuiſſe. quem vide Ep. x. Attic. & de Am. §. 5. Plane. §. 33. loci ſenſum ita complexus eſt *Apulejus* de Philoſophia, p. 277. Bonos *omneis inter ſe oportet* amicos *eſſe, etſi ſunt minus noti: & poteſtate ipſa, qua mores eorum, ſectaeque conveniunt, amici ſunt habendi. Patria quippe a ſimilibus non abhorret. Unde inter* ſolos bonos *fidem* amicitiae *eſſe conſtat.* Seneca de vita B. II. *In gratiam ex odio (ſi modo ulla* inter malos gratia eſt*) redii.* Hegeſippus III, 25. *Feſtinemus itaque dum adhuc diffident, ne forte* periculi metu in gratiam redeant. *J. Waſſe.*

1 *Quod ſi tantam.*] Manuſcripta, *Quod ſi tam vos curam,* & quae ſequuntur. ut invicem reſpondeant, *tam* & *quam.* Rivius. Sic omnino MSS. noſtri. abeat igitur Carrionis; *quod ſi vos tantam libertatis, &c.* etſi non negem poſſe adhuc deleri pronomen *vos.* Gruterus. Ex *Demoſthene* ſententia, cujus verba adducuntur in extrema parte Orat. *Lepidi.* Lib. III. Hiſt. v. *Livium* III, 39. VI, 18. *J. W.*

2 *Bis per ſeceſſionem armati.*] Utramque ſeceſſionem ponit *Livius.* Sed primam quidem Lib. II. ex opinione *Piſonis,* qui Sicinio quodam auctore injuſſu Conſulum ſcripſerit plebem ſeceſſiſſe in Aventinum. Idem tamen *Livius* magis probat opinionem eorum, qui non in Aventinum, ut *Piſo,* ſed in ſacrum montem ſeceſſiſſe primam plebem dicunt, trans Anienem amnem tria ab urbe millia paſſuum. Deinde iterum in Aventinum montem: Ad quam opinionem reſpexiſſe videtur *Salluſtius* Lib. I. Hiſtor. cum dixit: *Tunc plebs armata montem ſacrum, & Aventinum inſedit, &c.* quibus verbis utramque ſeceſſionem indicavit. *Urſinus.*

3 *Majus dedecus eſt parta amittere.*] Πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι. Demoſthenes. Similia illa in Catilina: *Virtus atque ſapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in*

mittere, quam omnino non paraviſſe? [1] *Dicet aliquis, quid igitur cenſes? vindicandum in eos, qui hoſti prodidere Rempubl.* [2] *non manu, neque vi; quod magis, vos feciſſe, quam illis accidiſſe, indignum eſt; verum quaeſtionibus, & indicio ipſius Jugurthae.* [3] *Qui ſi dediticius eſt; profecto juſſis veſtris obediens erit:* [4] *ſin ea contemnit; ſcilicet aeſtumabitis, qualis illa pax, aut deditio ſit, ex qua ad Jugurtham ſcelerum impunitas, ad paucos potentis ma-*

nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Et in Jugurtha: *Nobilitatem certe peperiſſe, quam acceptam corrupiſſe, melius eſt.* Et *Thucydides* Lib. II. p. 119. §. 62. in concione Periclis: Αἴσχιον, ἔχοντας ἀφαιρεθῆναι ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι. *Manutius.* Gruter. *paruiſſe*, male. *J. Waſſe.*

1 *Dicit aliquis, quid igitur cenſes? vindicandum in eos, qui hoſti prodidere remp.*] In hunc modum exemplar in pergamenis deſcriptum. Sed quam male ſit hic locus in recentioribus diſtinctus, facile videbit qui conferre non gravetur. *Rivius*, v. *Donzam* Fr. 111, 9. *J. Waſſe.*

2 *Non manu, neque vi.*] Quidam: *non manu neque vi cenſeo*, legunt, ſed in meis MSS. & codice Aldino, verbum *cenſeo* omiſſum eſt. praecedenti enim verſu, *quid igitur cenſes.* inquit; idque errori occaſionem dedit. & in Catilinario Salluſtius: *Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinae? minime: ſed ita cenſeo; Publicandas eorum pecunias, ipſos in vinculis habendos per municipia, quae maxime opibus valent, neu quis de his poſtea ad ſenatum referat, neve cum populo agat: qui aliter fecerit, ſenatum exiſtimare eum contra rempub. & ſalutem omnium facturum.* Neque enim hoc loco verbum *cenſeo*, bis repetitum eſt in antiquis, & impreſſis quibuſdam libris: & ob id, cum multo verior, tum elegantior eſt haec lectio, *Popma. Utique cenſeo non m.* B, Pub. Reg. *neque vi cenſeo.* J. Waſſe.

3 *Qui ſi deditus eſt.*] Sic in quibuſdam reperi, velut Merſeburgenſi, Veneto, atque aliis, ſed Gymnicus hoc loco recte *Dediticius*: pro, Si in deditionem venit. Utitur hac voce *Cicero* quoque ad Brutum, quum inquit: *Id S. C. plerique interpretantur etiam ad tuos ſive captivos, ſive dediticios pertinere.* Titus *Livius* VII. ab U. C. *Quicquid deinde patiemur dediticii veſtri paſſuri.* & paulo inferius; *Ut dediticiis ſuis parcerent.* Sed & *Caeſar* identidem hac voce in Commentariis uſus eſt. Cum Gymnico facit exemplar Fabricianum. In Badiano, quod caſtigavit Aleander, *Deditivus* eſt, ſed haud dubie perperam. Niſi quis ita *Salluſtium* pro *Dediticio* dixiſſe *deditivum* putet, uti *Marcellinus* alicubi *Subditivos* dixit, pro *ſubditicios*, Lib XXVI. Sed quid ſi incuria librariorum hoc commiſſum forte eſt? uam fuit proclivis ex alterutro in alterum lapſus. Quanquam & *Plautus* in *Amphitryone* (ſi mendo vacant codices) *Subditivum* pro *ſubditicio* dixit. *Rivius.* *Deditus* L. 2, 3. Bali. *dedititius* B. Bub. Pemb. Markii λ. ibi in marg. *deditus* γ. *dedititius* Gloſſae: οἱ μετὰ τὸ ληφθῆναι τῇ τῶν νικησάντων πολεμίων ἐξουσίᾳ ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαντες. v. *Iſidor.* IX, 4. uſi praeterea *Sueton.* Aug. XV. Tit. IX. *Cajus* Inſt. I. Tit. I. *Ulpian.* in *Inſt.* I. Tit. I. *Tacitus* An. XII, 17. & Juſtin. *deditos.* Curt. VII. ult. ibi Codex Petrenſis, pro, *deditorum dedititiorum* forte legendum, *dediticiorum.* apparet tamen alibi *dedite.* v. *Lactant.* M. P. 5. *Petron. Sulpic.* J. W.

4 *Sin ea contemnit. ſcilicet exiſtimabitis qualis illa pax aut deditio ſit.*] MSS. vero *aeſtimabitis.* id quod ſenſus magis poſtulat. *Rivius.*

xumae

xumae divitiae, [1] in Rempubl. damna, atque dedecora pervenerint. Niſi forte nondum etiam vos [2] dominationis eorum ſatietas tenet: & illa, quam haec tempora, magis placent, cum regna, provinciae, leges, jura, judicia, bella, atque [3] paces; poſtremo divina, & humana omnia penes paucos erant: [4] vos autem, hoc eſt, P. R. *invicti ab hoſtibus, imperatores omnium gentium, ſatis habebatis animam retinere. Nam ſervitutem quidem quis veſtrum re-*

1 *In rempub. damna.*] V. c. *At in remp. damna*: Illud vero, *At*, a librariis in, *Ad*, converſum ex conſuetudine mutandi *t*, in *d*, occaſionem dedit aliis ſcribendi, *Ad rempub. &c.* Urſinus.

2 *Dominationis eorum ſatietas.*] Notant Grammatici a Salluſtio, *Satias*, pro *Satietas*, ſcriptum eſſe, ut Lib. II. Hiſt. *ex inopia gravi ſatias facta*: quod à *Cicerone*, *Terentio*, aliiſque uſurpatum eſt, & a Cornel. *Tacito* ac *Livio*: quare videndum an hoc etiam loco, *Satias*, ſit legendum. *Ciacconius.*

3 *Paces.*] Sic Codices, agnoſcitque *Sergius* in artem Donati. Corrige ergo *Charisium* I. *Diomedem* I. & *Phocam* in arte. *Plautus* Perſ. V, I. *Hoſtibus victis, civibus ſalvis, re placida*, pacibus perfectis. item Rud. VI. ult. *Lucretius* V, 1228. *Non Divum pacem votis adit? ac prece quaeſit Ventorum pavidus paces, animaſque ſecundas.* & Horat. *Hoc paces habuere bonae ventique.* Incerti Auctoris Paneg. Cap. XIV. *componendis* pacibus *leges imponere.* Iſidor. V, 3. *Jus gentium eſt ſedium occupatio, &c. foedera* paces, *induciae.* Ad hunc formam habes apud *Plautum* perfidias, apud *Varronem* paupertates. *Cic.* avaritias, *Noſtrum*, & *Arnobium* famas. *neces* apud *Oroſium* VI, 21. *Parvos filios colliſos humi, in hoſtium ora jaciebant, in ſingulis filiorum* nece bis *parricidae.* ſic quidem Moguntina & MS. Coll. D. *Joan.* at Veneta *necibus bis*, quomodo legendum puto. Membranae C.C.C. *necibus parricidae.* Idem vult auctor quod hiſce *Lucanus* XI, 205. *peraguntque cadavera partem Caedis: viva graves elidunt robora trunci.* & Apollonius Collatius, p. 742. *Obnixi tendunt pars utraque, pondere naves Mergere, & alterno miſeranda cadavera jactu Projiciunt, iteruntque intendunt proelia functi.* Habes denique *pices* apud *Auguſtin.* Civ. D. III, 31. ſupra vox *jura* ex 3. manu Pemb. *J. Waſſe.*

4 *Vos autem, hoc eſt populus Romanus, invicti ab hoſtibus, &c.*] Injuſte haec mutilant homines [*Ciacc.* & *Popma*] minime attendentes emphaſi egregia inferri, *hoc eſt populus Rom.* & vero comparent in Naz. ac Com. ut etiam in Pall. caeteris atque edd. primis. *Gruterus.* Voces *hoc eſt p. Rom.* in E 3. non comparent, caeteri retinent. Firmat MSS. lectionem unice *Demoſthenes*, quem Noſter lubens ſequitur. *Olynth.* III. pag. 14. Νῦν δὲ τουναντίον, κύριοι μὲν τῶν ἀγαθῶν οἱ πολιτευόμενοι, καὶ διὰ τούτων ἅπαντα πράττεται. ὙΜΕΙ͂Σ ΔῈ Ὁ ΔΗ͂ΜΟΣ, ἐκνενευρισμένοι. & Orat. de concord. ὙΜΕΙ͂Σ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι· τὸ δ' ὙΜΕΙ͂Σ ὅταν εἴπω, τὴν ΠΌΛΙΝ λέγω. adv. *Timocr.* p. 466. Τίς ἂν μόνη φυλακὴ καὶ δικαία καὶ βέβαιος τῶν νόμων; ὙΜΕΙ͂Σ ΟἹ ΠΟΛΛΟΊ. Simile quid apud *Cic.* Tuſc. II, 13. *ſi nudus, da jugulum: ſin tectus Vulcaniis armis*, id eſt, fortitudine, *reſiſte.* & III, 28. *Quid ille Terentianus, ipſe ſe puniens*, id eſt ἑαυτὸν τιμωρούμενος. *Apulejus* Metam. I. p. 8. *Cum tota domo*, id eſt cum parietibus *& ipſo ſolo, & omni fundamento*, &c. *tranſtulit.* ita Codd. omnes: male ergo *Wowerius* & *Elmenhorſt.* Juſtin. XVIII. 5. *ſtatuto annuo vectigali pro ſolo urbis*, *Quintilian.* Inſt. XII, 2. *Neque ſpe, ne-*

cuſare audebat? [1] *Atque ego tametſi viro flagitioſiſſumum exiſtumo impune injuriam accepiſſe;* [2] *tamen, vos hominibus ſceleratiſſumis ignoſcere, quoniam cives ſunt, aequo animo paterer, niſi miſericordia in perniciem caſura eſſet.*

XXXVI. [3] *Nam & illis, quantum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe,* [4] *niſi deinde faciundi*

que metu declinatus animus, quo minus optimis ſe partibus, hoc eſt, Reipub. *jungeret.* Poterat tamen abeſſe *hoc eſt,* ut Fr. 111, 7. *Cum interim, more pecorum, vos multitudo ſingulis habendos fruendoſque praebetis.* Ita fere *Livius* VIII. *Pareantque ei conſules, regia poteſtas.* I. *virgineſque Veſtae legit, Alba oriundum Sacerdotium, & genti conditoris haud alienum.* v. etiam II, 54. J. Waſſe.

1 *Atque ego tametſi virum.*] Secutus ſum conjecturam *Rivii* libris non allucentibus: vulgo quippe legebatur *virum flagitioſiſſimum,* quomodo etiam in pleriſque MSS. nam Naz. noſter habet *viros flagitioſiſſimos.* ſuperſcriptumque alias legi, *virus flagitioſiſſimum.* Gruter. Quid ſi legas, *tametſi* viro *flagitioſiſſimum,* pro foediſſimum atque turpiſſimum. Id e manuſcripto propemodum colligo; nec aliter ſenſus ipſe poſtulat. *Rivius.* Scripti *viros flagitioſiſſimos,* alii variant. *Virum, vero, verum.* Sed legendum uti, repoſuimus *viro flagitioſiſſimum.* Miror tamen cur illud *Rivius* ejecerit, cum alias nullus ſenſus commode elici queat. Atque illud quidem cum emphaſi hic poni capiendum eſt. ut ſupra: *Verba* viris *virtutem non addere.* Et: *At ego vobis ſi* viri *eſſe vultis.* Et: *Memineris te* virum *eſſe.* Valerius Flaccus: *Sed turpe* viro *timuiſſe futura.* Conjecturam hanc non modo probare, ſed & confirmare *Janum Douſam* notis ad fragmenta, I, 7. poſtea comperi. Deinde in noſtro ſcripto legitur: *Niſi demum faciundi licentia eripitur, & vobis alterna ſolicitudo remanebit.* Putſchius. Suſpectus locus, quod ſi *virum,* deleas, quomodo in *Gryphianis* libris impreſſum eſt, haec erit ſententia: *Tametſi flagitioſiſſimam rem exiſtimo, ut aliquis injuriam acceperit impune;* id eſt, impunito eo, qui injuriam ipſam intulerit: tamen, &c. *Alii* Viro, *reponunt. quod improbo, impreſſam* lectionem comprobat *Fulvii liber.* Manutius. *Virum* [& intra, i. e. Jugurtham. Reg.] B. Pub. Pemb. Markiani. Arond. L 1, 2, 3. Mart. Venet. 1470. Mart. *feciſſe.* ipſe autem retineo conjecturam *Rivii*; *Thucydidem* enim ſequi videtur. qui Lib. I. §. 20. ἈΝΔΡΩ͂Ν γὰρ ΣΩΦΡΌΝΩΝ μέν ἘΣΤΙΝ, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν. ἀγαθῶν δέ, ἀδικουμένους, ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν. Bodl. *nam & illi.* ſic L 2. Venetae. B. Pub. primitus forte, *impunitatis. Iſocrates* ad Demon. pag. 10. Baſ. 1570. Ὁμοίως ΑἸΣΧΡῸΝ νόμιζε τῶν ἘΧΘΡΩ͂Ν ΝΙΚΑ͂ΣΘΑΙ ταῖς ΚΑΚΟΠΟΙΐΑΙΣ, καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις. *Herodianus* III, 18. Ὥσπερ δὲ ἄδικον, τὸ ἄρχειν ἔργων πονηρῶν, οὕτως ἌΝΑΝΔΡΟΝ τὸ ΜῊ ἈΜΎΝΕΣΘΑΙ αὐτὸς ἀδικούμενον. *J. Waſſe.*

2 *Tamen vos ſceleratiſſimis. hominibus ignoſcere.*] Legendum, *hominibus ſceleratiſſimis.* id & ſonantius & lenius, & praeterea *Salluſtianum* magis eſt, nec aliter codices in membrana deſcripti. *Rivius.*

3 *Nam & illis quantum importunitatis habent.*] M. I. *quantum importunitati habent.* Sed locus eſt obſcurus. *Ciaccon.* In manuſcriptis aliiſque vetuſtioribus eſt, *illis,* caſu dativo. *Rivius.* Com. noſter *oportunitatis,* editio autem prima, *inopportunitatis.* [& ſic L 2.] ſed nihil mutandum cenſeo; etſi non ſatisfaciat lectio vulgata. niſi enim, *quantum importunitatis habent,* notat idem, atque *pro ea qua ſunt importunitate;* non adſequor quid velint. *Grut.* V. *Perizon.* ad *Suet.* 223. J. W.

licentia

Digitized by Google

licentia eripitur: & vobis [1] *aeterna ſolicitudo remanebit, cum intellegetis aut ſerviendum eſſe, aut per manus libertatem retinendam.* [2] *Nam fidei quidem, aut concordiae quae ſpes eſt? Dominari illi volunt, vos liberi eſſe:* [3] *facere illi injurias, vos prohibere: poſtremo ſociis veſtris veluti hoſtibus, hoſtibus pro ſociis utuntur. Poteſtne in* [4] *tam divorſis mentibus pax, aut amicitia eſſe? Quare*

4 *Niſi deinde faciundi licentia eripiatur.*] Manuſcripta fere, ut & Beroaldinum, *eripitur*; indicandi modo, quam veriorem eſſe lectionem puto. *Rivius.*

1 *Aeterna ſolicitudo.*] Alii libri, *alterna.* Ciacconius. In nonnullis eſt, ſed impreſſis, *alterna ſolicitudo.* pro, *quae viciſſim jam de hoc, jam de illo angat & cruciet.* Sed hic nihil pronuntio, tantum diverſam lectionem indico, ſuum cuique judicium relinquens. *Rivius.* B. Pub. L 3. λ. *alterna* & forte a manu prima Pemb. caeteri aliter. Si genuinum ſit *alterna,* tum idem valebit atque *ſecunda quaeque ſoll.* ſive, *altera ex duabus ſollicitudinibus viciſſim,* quod dictu audituque aſperum. Vox *alterna* ſucceſſionem & ordinem includit manifeſte. Unde Graeci ἐξ ὑπερβολῆς, ἀντιλήψεως. ἐναλλάξ: & alternantes *Homero* fere ἀμειβόμενοι. alternans ſententiis *Plutarcho* ἐπαμφοτερίζων τοῖς λογισμοῖς, quod faciunt teſtes aliud ſubinde atque aliud teſtimonium perhibentes, inde ICt. *alternantes* dicti. Et hoc eſt, *ſub alternatione dicere.* Labeo Dig. XLVII, T. X. L. 7. *Certum eum dicere ait, qui dicat nomen injuriae: neque* ſub alternatione, *puta,* illud aut illud, *ſed illam injuriam ſe paſſum.* Hoc ſenſu apud *Cic.* Vatin. 11. *alterna concilia.* quae nempe hodie reus, cras accuſator, alterna vice rejicere poteſt. At non eſt idem concilium: illa enim Decuria quam rejicere capit reus, ex ejus inimicis: quam autem accuſator, ex amicis conſtat. Verum, inquies, *Ovidius* unum eundemque vultum, huc illuc obverſum objectorum reſpectu *alternum* dixit. *nunc hunc nunc Perſea* vultu Alterno *ſpectans, petat hunc ignores, an illum.* At *vultus* ibi pro oculis, proinde *alterno vultu* ſignificat, altero quoque oculorum ictu. Habes ergo viciſſitudinem, quae in hiſce Auctoris nulla plane eſt. Eadem quippe foret ſollicitudo, ſive ex ſenſu ſervitutis ſeu armorum neceſſitate oriretur. Cum *alterna,* nimis ſubtile ſit, omnino legendum *aeterna,* quod ſuadet & vox *remanebit,* & ipſe *Salluſtius* Ep. de Repub. Ord. *neque quemquam a multis metuendum eſſe, quin ad eum ex multis formido recidat: eam vitam* bellum aeternum *atque* anceps *gerere.* Origo labis ex eo quod ſcioli *aeterna* tempus interminabile ſemper denotare exiſtimaverint. vide *Livium* III, 9. *J. W.* Libenter ſtrangularem duas illas voces *cum intelligetis* tanquam adulterinas. *Gruterus.*

2 *Nam fidei & concordiae quae ſpes eſt?*] In manuſcriptis eſt, *aut concordiae,* conjunctione disjunctiva. quomodo & in impreſſis vetuſtioribus. *Rivius.*

3 *Facere illi injurias. vos prohibere.*] Sic & manuſcriptum exemplar. perperam in nonnullis eſt, *injuriam.* Sic alicubi Cicero, *facere injurias omnibus.* &, *Graviſſimas injurias voluntaria oblivione contriveram.* Idem.

4 *Tam divorſis mentibus.*] Pro *advorſis. Thucydidis* mentem repraeſentat, qui ita III, 10. Εἰδότες οὔτε φιλίαν ἰδιώταις βέβαιον γιγνομένην, οὔτε κοινωνίαν πόλεσιν ἐς οὐδὲν, εἰ μὴ μετ' ἀρετῆς δοκούσης ἐς ἀλλήλους γίγνοιντο, καὶ τἆλλα ὁμοιότροποι εἶεν. ἘΝ γὰρ τῷ ΔΙΑΛΛΑ'ΣΣΟΝΤΙ τῆς γνώμης καὶ αἱ ΔΙΑΦΟΡΑΙ' τῶν 'ΕΡΓΩΝ ΚΑΘΙ'ΣΤΑΝΤΑΙ. Cum nempe in uno eodemque homine raro inveniantur contraria. Excerpta ex *Polybio.* p. 1383. Καίτοι γε οὐκ εἰκὸς ἦν περὶ τὰς αὐτὰς φύσεις τὰς

moneo,

Digitized by Google

moneo, hortorque vos, ne tantum ſcelus impunitum dimittatis. [1] *Non peculatus aerarii factus eſt; neque per vim ſociis ereptae pecuniae: quae quamquam gravia ſunt, tamen conſuetudine jam pro nihilo habentur.* [2] *Hoſti acerrumo prodita Senati auctoritas, proditum imperium veſtrum: domi, militiaeque Reſpubl. venalis fuit. Quae niſi quaeſita erunt, niſi vindicatum in noxios, quid erit reliquum, niſi ut illis, qui ea fecere, obedientes vivamus? Nam impune quaelibet facere, id eſt,* Regem eſſe. [3] *Neque ego vos, Quirites, hortor, ut malitis civis veſtros perperam, quam recte, feciſſe; ſed ne, ignoſcendo malis, bonos perditum eatis. Ad hoc, in Republ. multo* [4] *praeſtat, beneficii, quam maleficii, immemorem eſſe. Bonus tantummodo ſegnior fit, ubi neglegas: at malus improbior. Ad hoc, ſi injuriae non ſint, haud ſaepe* [5] *auxilii egeas.*

ʼΕΝΑΝΤΙΩΤΑ'ΤΑΣ ΔΙΑΘΕ'ΣΕΙΣ ὑπάρχειν. *J. Waſſe.*

1 *Non peculatus aerarii.*] Pall. aliquot & Bong. excluſerant dictionem poſtremam & hercle vacat. *Gruter.* *Obmittatis* Arond. L. 3. *omittatis* Markiani. Venetae. Mart. Reg. L. 3. B. Pub. infra, L. 2. *niſi illis.* infra, *vindicatum in n. fuerit* Arond. *Diomed.* p. 361. *vind. fuerit.* vox *fuerit* abeſt fere caeteris. *J. Waſſe.*

2 *Hoſti acerrimo prodita Senatus auctoritas.*] Tacit. Annal. I. *An cives vos appellem quibus tam projecta Senatus auctoritas.* Sed *Livius* utraque junxit: *Projectas,* inquit, *ac proditas ad inconſultam atque improvidam pugnam legiones.* Ciacconius. *Projecta* igitur dixit, pro eo quod *Salluſtius* dicit *prodita.* Urſinus.

3 *Neque ego vos, &c.*] Ego autem puto hoc eum dicere velle: *Si puniantur ſcelerati,* quod tota oratione, ut fieret, egit, *non toties egebitis auxilio tribunitio,* quippe non tot injuriae erunt. *Glareanus.*

4 *Praeſtat beneficii.*] Valla I, 16. *maleficii quam ben.* Reg. inepte *memorem.* J. Waſſe.

5 *Auxilii.*] *Auxilium* Reg. a manu prima. recte, ſic Noſter infra, *pauca munimenta egebat.* cap. 103. *Cato* apud *Gellium* XIII, 22. *Si quid eſt* quod utar, *utor: ſi non eſt egeo.* Suum *cuique per me* uti *atque frui licet. Vitio vertunt, quia,* multa egeo: *at ego illis, quia nequeunt egere.* *Plautus* Perſ. II, 3: *Nam hoc argentum alibi* abutar. vide Indicem. *Juſtin.* XXXI, 1. *Ita eos omnia officia militaria intermiſiſſe: prorſus quaſi ferri* auxilio *non* indigerent *quia abundarent auro.* Codex Cant. *auxilia.* ſic, potiri adminiſtrationem XXXVII, 1. idem Codex ablativum ſuppoſuit male. Confer XII, 7. 10, VI. IV, 8. *Tacit.* An. III, 73. *Flor.* I, 1, 28. utque, *munimenta* egebat. ſic apud *Vitruv.* I, 1. pauca manu *infinitum numerum,* &c. *cum ſuperaviſſent.* infra, *Ne* quid *ex his* indigeat. Quo loco Auctor: *ab aetate puerili his gradibus diſciplinarum ſcandendo, ſcientia plurium literarum & artium nutriti pervenerint ad* ſummum templum Architecturae. Male putat *Philand.* alludere ad aſſamenta tranſverſa, quae culmine aedificiorum ſupra Canterios ponuntur. Niſi enim fallor *Lucretium* heic, ut ſaepe alias, ſequitur, apud quem *templa* pro *artis faſtigio* & *doctrinarum apice.* II, 7. *Sed nil dulcius eſt, bene quam munita te-*

XXXVII.

Digitized by Google

XXXVII. [1] Haec, atque alia hujuſcemodi ſaepe indicendo, Memmius populo Rom. perſuadet, uti [2] L. Caſſius, qui tum Praetor erat, ad Jugurtham mitteretur: eumque, interpoſita fide publica, Romam duceret, quo facilius indicio regis, Scauri, & reliquorum, quos pecuniae captae [3] arceſſebant, delicta patefierent. Dum haec Romae geruntur, qui in Numidia relicti a Beſtia exercitui praeerant, ſecuti morem imperatoris ſui, plurima & [4] flagitioſiſſuma facinora fecere. [5] Fuere, qui auro corrupti, elephantos Jugurthae traderent; [6] alii perfugas venderent, pars [7] ex pacatis praedas agebant. [8] Tanta

vere Edita doctrina ſapientum templa ſerena Deſpicere unde queas alios paſſimque videre Errare. Virgil. in Ciri: Si me jam ſumma ſapientiae pangeret arce. Certe figurate loqui confitendum eſt. Quid enim ſummum templum Architecturae? niſi pro arce illa accipiatur, unde alios, ut ille, Deſpicere queas. confer Lib. II, 1. cum Lucretii 2, 923. citat etiam Epicurum Lib. 11. Juſtin. 11, 6. Literae certe ac civilis facundia, &c. veluti templum Athenas habent. Hac forma apud Plautum Curcul. 1. 2, 46. & alibi. ſic Utor cum Accuſ. obſervante Rodolph. Agric. ad Boethium Conſ. p. 938. Ed. Baſ. 1570. citat Quintilianum Inſt. 1. Utendum eſt enim ſermonem. Juſtin. 11, 6. glandem veſcentibus. ita B. Pub. Bong. MSS. Idem xxv, 2. quaſi ſervi auxilio non indigerent. ac codex Cantab. auxilia. quod perplacet. J. Waſſe.

1 Haec atque alia.] B. Pub. alia talia h. pro iis dicendo. Carrio dedit ſaepe dicendo. Ball. Bodl. Venetae, Ar. Reg. indicendo. ſed B. Pub. γ. Gruteriana indicendo. Vox autem Romano abeſt Bodl. Reg. B. Pub. Pemb. γ. λ. Carrio & Grut. ſervant, ego omnino inducendam puto, nam ſenſus abſque eo ſatis apertus; ſed Monachi, homines non nimis acuti, aliorum captum ex ſuo aeſtumare ſolebant. J. Waſſe.

2 L. Caſſius,] Hic eſt, L. Caſſius, qui non multo poſt conſul a Tigurinis in Gallia caeſus eſt. quod ſcribunt Livius lib. lxv. Caeſar de Bello Gallico libro 1. & Oroſius lib. v. cap. 15. Caſt.

3 Arceſſebant.] Haud aliter Naz. ac Pall. ſec. vulgo erat acceſſebant. Gruter. Accerſebant. Bodl. γ. Reg. Ar. arceſſebant Venetae Mart. J. Waſſe.

4 Flagitioſiſſuma facinora fecere.] Mallem facere. Gruter. Facere L. 2. B. Pub. facere fac. J. Waſſe.

5 Fuere qui auro corrupti, elephantes Jugurthae traderent.] Manuſcriptum, elephantes. Nota eſt varietas inflexionis in hoc nomine, ut quod modo per tertiam, modo per ſecundam declinetur. Cic. in Catone majore, Nec adoleſcens vires tauri aut elephantis deſiderabam. Idem alibi. Elephanto belluarum nulla prudentior. Rivius. Sic ſcriptura membranarum vetuſtior: porro qui heic haerent in re, non in verbis, eos expedire eſt ſi dixeris habere idem eſſe, quod reddere, nempe elephantos a Jugurtha nuper acceptos, eidem modo redditos dicit auctor, idque verum, arguit directe locus capitis xxxii. qui Elephantos, quique perfugas tradidiſſent. Gruterus.

6 Alii perfugas, &c.] Potius fuit vendere item agere idque tanto proclivius ſuſpicor, quod extet in Bong. agerent. Grut. Agere L. 2. vendere L. 2. J. Waſſe.

7 Ex pacatis,] Ita Codd. ſine adjecta voce agris, regionibus, arvis, locis, quomodo loqui amant Livius. 11, 59. xxxvii,

VIS

vis avaritiae in animos eorum, veluti tabes, invaſerat. At Caſſius Praetor, perlata rogatione a C. Memmio, ac [1]perculſa omni nobilitate, ad Jugurtham proficiſcitur: eique timido, & ex conſcientia diffidenti rebus ſuis, perſuadet; [2]*quoniam ſe populo R. dedidiſſet*, [3]*ne vim, quam miſericordiam ejus, experiri malit.* [4]Privatim praeterea fidem ſuam interponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat. Talis ea tempeſtate fama de Caſſio erat.

XXXVIII. Igitur Jugurtha, [5]contra decus regium, cultu quam maxume miſerabili, cum Caſſio Romam venit.

46. XL, 35. *Caeſar* B. G. III, 11. *Ovid.* I. Pont. III. Gloſſae *pacata* νενομένα. Noſtrum ſequitur *Seneca* N. Quaeſt. VI, 7. *Hinc qui medius inter* pacata *& hoſtilia fluit Danubius.* Curtius etiam IX, 34. *quippe haud procul a Perſide aberant, non* pacata *modo, ſed etiam opulenta.* Caeſar alicubi *pacatis* pro *pacatis hominibus.* Hoc modo *ſua* & *noſtra* apud *Ammianum* XVII, 1. *Ut ponte compacto tranſgreſſus, in ſuis requireret barbaros, cum nullum reliquiſſet in* noſtris. Et apud *Thucydidem* τοὺς ἐν τῇ ὑμετέρᾳ. J. Waſſe.

8 *Tanta vis avaritiae in animos eorum, veluti tabes invaſerat.*] Sic & codex in pergamenis deſcriptus, in vetuſtis nonnullis omiſſa praepoſitione legitur, *animos eorum invaſerat.* quomodo & in Catilina, *Tanta vis morbi, atque uti tabes, pleroſque civium animos invaſerat.* Sed utrumque recte ac Latine dicitur, & utroque modo *Cicero* loquitur. nam in Offic. *Panaetius*, inquit, *negat ullam peſtem majorem in vitam hominum invaſiſſe.* Idem in epiſtolis, *Mirus furor invaſit improbos* Rivius. Vide *S. Severum* H. Sacr. II, 46. *Livium* II, 23. *J. Waſſe.*

1 *Perculſa omni nobilitate.*] Sic infra: *Nobilitas, noxia, atque ideo perculſa.* &: *Ita perculſa nobilitate.* Ciacconius.

2 *Quoniam ſe p. R. d.*] Niſi fere & primae edd. *quo ſe pop. Rom. dedidiſſet,* ſolus Com. *qua,* ſed forſan verborum haec pempitas ſpuria eſt. *Gruter.* Noſtri fere *dediſſet.* J. Waſſe.

3 *Ne vim.*] L. 2. Martia. diſpiciendum an non lateat elegantia. *neu* pro *ne.* vel *non*, uſus *Plautus, Virg.* II. Aen. *Caeſar* B. Civil. Neu *ſe neu Pompejum.* caeteri Codd. a vulgatis ſtant. *Curtius* VIII, 2. *coepit hortari, ut* fidem quam vim, *Macedonum mallet experiri.* J. W.

4 *Privatim praeterea ſuam fidem interponit.*] Cic. pro Sext. Roſcio: *Si hanc ei rem privatim Sextus Roſcius mandaviſſet, & cum Chryſogono tranſigeret atque decideret, inque eam rem fidem ſuam interponeret.* Et *Caeſar* lib. V. de Bell. Gall. *inque eam rem ſe ſuam fidem interponere.* Ciacconius. Tanta eſt virtutis & innocentiae vis, ut majorem auctoritatem conciliet quam faſces lictoris. Hinc, *Xenocratis* verbum pro juramento acceptum. *Iſidorus Peluſiota* Ep. II, 148. Ὁ μὲν τῆς τοῦ βελτίστου λόγος, ὅρκου πιστότερος. J. W.

5 *Contra decus regium.*] Sic infra: *alio atque alio loco ſaepe contra decus regium noctu requieſcere.* Tacit. Hiſt. I. *donec Otho contra decus imperii thoro inſiſtens.* Ciacc. *Q. Septimius* III, 20. *Priamus lugubri veſte* miſerabile *tectus, cui dolor non* decus regium, *non ullam tanti nominis atque famae ſpeciem reliquam fecerat.* vellem abeſſet vox *lugubri*, quae mera interpretatio eſt τοῦ *miſerabili*, nam ſic legerem pro, *miſerabile.*

Digitized by Google

nit. Ac tametſi in ipſo magna vis animi erat; confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut ſcelere cuncta [1] ea geſſerat, quae ſupra diximus, [2] C. Baebium tribunum pl. magna mercede parat, cujus impudentia [3] contra ius, & injurias omnis munitus foret. [4] At C. Memmius advocata concione; [5] quamquam regi infeſta plebes erat, & pars *in vincula duci* jubebat, [6] pars, *ni ſocios ſceleris ſui aperiret, more majorum de hoſte ſupplicium ſumi*; [7] dignitati quam irae magis conſulens, ſedare motus, & animos eorum mollire; [8] poſtremo confirmare, *fidem publicam* per ſeſe inviolatam fore, poſt, ubi ſilentium coepit, producto Jugurtha, verba facit: *Romae, Numi-*

Corippus. II, 79. *immemor ibat Turba ſui ſexus* cultu miſerabilis *ipſo*. Oroſius II, 46. *Detrahuntur trementibus velamenta membris, & ut graſſaturas manus totum corpus admitteret, nudatur* mirabilis *ac deflenda macies*. membranae Joan. *miſerabilis*, recte. ſic, miſerabile *corpus*, pro, *macie affecto*, apud *Naſonem* Epiſt. XXI. Reg. L 3. Pemb. Bodl. Laud. Ball. Markiani Mart. Venetae. *Gruter.* Carrio, *miſerabili. cum Caſſio.* caeteri non agnoſcunt *cum Caſſio*, neque *Servius* ad I. Georg. L. 2. habet, *fidem publicam*, inſulſe. *Juſtin.* XII. *quem*, contra decus regium *Alexander diu luxit.* J. Waſſe.

1 *Ea geſſerat quae ſupra diximus.*] Carrio *quae ſ. memoravimus*. Venetae Mart. Markiani B. Pub. Ball. Bodl. *Gruter.* & ex correctione Pemb. *diximus*. Arond. omittit *ea*. quia in caeteris variant Codd. omnino legendum videtur *q. p. aut ſc. cuncta geſſerat C. Baebium.* infra pro, *ſumi* Bodl. B. Pub. *ſumendum.* J. Waſſe.

2 *C. Baebium, &c.*] Ita ſcripti, non ut retro editi, *Caium tamen Baebium*. Gruterus.

3 *Contra vis & injurias omnis munitus foret.*] In editione Coleri, peſſimo exemplo mutatum. *jus & injurias*. credo uſum vocis hujus non aſſequebatur, quem exponit *Priſcianus* lib. VI. *Lucretius* lib. II. *Sed quam multarum rerum vis poſſidet in ſe. Atque poteſtates.* M. Meſſala Augur apud Macrob. *Quae vis coeli maxima, duas vis diſpares colligabat.* Putſchius. MSS. *vis*. Fuit Baebius ex illis, qui, ut *Iſaei* verbis utar: τὴν ἀναίδειαν, οὐδεμίαν ζημίαν εἶναι νομίζουσι. J. Waſſe.

4 *At Cajus Memmius advocata concione, &c.*] Ita meliores MSS. non *ac*, quod eſt in vulgg. *Gruterus.*

5 *Qamquam regi infeſta plebs erat.*] In vetuſtis pleriſque, *plebes*. idque cum antiquius eſt, tum *Salluſtianum* magis. *Rivius.*

6 *Pars niſi ſocios ſceleris ſui aperiret.*] In vetuſtis, *ni ſocios ſceleris aperiret* pro, ni conſcios & participes ſceleris indicaret. *Idem.*

7 *Dignitati quam.*] L 2, 3. *d. magis quam*; abeſſe debet τὸ *magis*. Reg. *animos mollire*. infra, *vultu*. R. *voltu* ὰρχαϊκῶς. Servant hanc vocem univerſi. firmat *Tacitus* An. XVI, 29. *Cum per haec atque talia Marcellus, ut erat torvus & minax, voce, vultu, oculis, ardeſceret.* vide *Senecam* de ira I, 16. *J. Waſſe.*

8 *Poſtremo confirmare fidem publ. per ſeſe inviolatam fore.*] Vide num neceſſe ſit geminare verbum *ſeſe*. Si *Memmium* refert, ut *Soldus* expoſuit, non videtur geminandum: ſin *rempub.* ut *Badius* effert, fortaſſis videbitur, quod omnes codices ita habent. *Glareanus.*

diaeque facinora ejus memorat; *ſcelera in patrem, fratreſque* oſtendit: *quibus juvantibus, quibuſque miniſtris ea egerit, quamquam intelligat populus Rom. tamen velle manifeſta magis ex illo habere:* [1] *ſi vera aperiret, in fide, & clementia populi Rom. magnam ſpem illi ſitam: ſin reticeat, non ſociis ſaluti fore,* [2] *ſed ſe ſuaſque ſpes corrupturum.* Dein, ubi Memmius dicendi finem fecit, & Jugurtha reſpondere juſſus eſt, C. Baebius tribunus pl. quem pecunia corruptum [3] ſupra diximus, regem tacere jubet: ac, tametſi [4] multitudo, quae in concione aderat, vehementer accenſa, terrebat eum clamore, vultu, ſaepe impetu, atque aliis omnibus, [5] quae ira fieri amat;

1 *Si vera ap.*] Sic vetus editio, ſic MSS. Pall. ſanctiores, profaniores enim ut & nuperrime vulgati *ſi verum aperiat.* Gruter. *Si vera aperiat y.* ſed *tint* ex correctione, ſic Venet. 1470. *J. Waſſe.*

2 *Sed ſe ſuaſque ſpes corrupturum.*] M. l. *opes corrupturum.* Ciacconius.

3 *Supra diximus.*] Nullo intervallo iſthaec ſcripſerat, ut plus quam ſupervacuum fuerit id heic iterare, haberi queunt pro adſcitiis. *Gruter.* Ita ille ſaepius. Ita locutus Criſpus *Catilinar.* v, XVI. LXV. LXVI. *Jugurth.* XII. XXVII. XXX. XXXII. XXXVIII. bis. XLI. XLIV. LVI. LXXII. LXXVIII. LXXXV. CI. Neque variant Codices. Ita *Cato*, brevitatis amantiſſimus, de Re Ruſt. Cap. I. & *Quadrigar.* I, 4. quos noſter auctores habet. Tale apud *Nepotem* XVI, 5. *ſicut oſtendimus.* apud *Livium* I, 37. *ante dictum eſt.* vide etiam XXXIV, 19. *Caeſarem* B. G. v, 19. *ut ſupra demonſtravimus* v. & B. *Civ.* III, 104, 108. *Digeſt.* XLI. Tit. I. §. 2. *Cic.* Tuſc. II, 21, 23. III, 5, 22. IV, 38. v, 38. praeſertim *Tuſc.* I, 8. ubi locus eſt, opinor, mendoſus. *dividatur* craſſus *hic &* concretus aer, *qui eſt terrae proximus: calidior eſt enim, vel potius ardentior animus, quam eſt hic aer, quem modo dixi craſſum atque concretum.* paucis interjectis: *ut eo facilius animus evadat ex hoc aere quem ſaepe jam appello, eumque perrumpat.* Poſt vocem *appello* inſerendum, *craſſum atque concretum.* & Vulgg. *craſſum* addunt. Nam ni ita ſcripſerat, cauſſa nulla ſubeſſet quare veniam peteret. Confer eundem *Acad. Quaeſt.* I, 26, 42. *Auſonius* in Paneg. p. 718. *Verum quoniam gratiis agendis jamdudum ſuccumbo materiae.* infra: *Jamdudum autem, quam grati animi, tam ſermonis exigui.* ut ſupra dictum eſt, *ſuccumbo materiae.* Vide *Sulpicium* Hiſt. Sacr. I, 25. *Auguſtinum* C. D. XV, 12. *Juſtinum* v, 5. II, 9. X, 2. XXXVIII. 9. *A. Vict.* Orig. Cap. XII. *Curtium* v, 2. *Lactantium* de Opif. Cap. IV. *Aretinum* Epiſt. III, 9. Habes apud *Ariſtotelem* Eudem. VI. p. 348. ὥσπερ ἐλέχθη. *Platonem* Euthyphr. p. 6. [illegible]. *Herodotum* VIII, 119. ὡς καὶ [illegible]. *Polybium* καθάπερ ἀνώτερον εἶπον. p. 12. idque paſſim. Vide pag. 31, 36, 106, 143, 164, 167, 168, 178, 189, 191. Hiſt. III, 227. pag. 1060, 1056, 1166. v. *Liv.* IV, 19. V, 18. VII, 39. VIII, 9. *J. W.*

4 *Multitudo quae in concione aderat.*] Voces, *in concione* additas eſſe auguror. Ciacconius.

5 *Quae ira fieri amat.*] Sic infra: *Scilicet ea quae ſecundae res amant, laſcivia atque ſuperbia inceſſere.* alias autem Salluſtius, *amat*, dixit, pro *ſolet*, Graecorum imitatione, qui φιλεῖ *amat* & *ſolet*

vicit

vicit tamen impudentia. Ita populus, ludibrio habitus, ex concione [1]diſcedit: Jugurthae Beſtiaeque, & caeteris, quos illa quaeſtio exagitabat, animi augeſcunt.

XXXIX. Ea erat tempeſtate [2]Romae Numida quidam, nomine Maſſiva, Guluſſae filius, Maſiniſſae nepos: qui, quia in diſſenſione regum, Jugurthae advorſus fuerat, dedita Cirta, & Atherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. [3]Huic Sp. Albinus, qui proximo anno poſt Beſtiam cum [4]Q. Minucio Rufo Conſulatum gerebat, perſuadet, quoniam ex ſtirpe Maſiniſſae ſit, [5]Jugurtham ob ſcelera invidia cum metu urgeat, re-

dicunt. Notavit hoc *Quintilianus* libr. IX. cap. III. *Ex Graeco*, inquit, *tranſlata* Salluſtii *plurima: quale eſt. vulgus* amat *fieri.* Sic *Tacit.* Annal. IV. *ut fere* amat *poſterior adulatio.* Apul. lib. Florid. III. *Quod genus in Comoedia fieri amat.* Ciacconius. Q. Septimius I, 3. *Per omnem inſulam, ſicut in tali re* fieri amat, *fama in majus divulgatur.* Horat. II. Od. I. *Qua pinus ingens albaque populus Umbram hoſpitalem conſociare* amant. Od. XII. *hic magnos potius triumphos. Hic* ames dici *pater atque princeps.* Et, Epod. *Od.* VIII. Pro *gaudere* etiam II. Serm. amaſque *quod nuſquam tibi ſit potandum.* Pro *ſolet.* Tacitus IV. *Memoriae Druſi eadem quae in Germanicum decernuntur, pleriſque additis, ut ferme* amat *poſterior adulatio.* Auſonius ad Grat. I. *Ut apud deum* fieri amat. vid. *Plin.* N. Hiſt. XIII, 4. recte ergo Gloſſae φιλέω *ſoleo.* Noſter a *Thucydide* habuit, qui Lib. II. Τοῦτο ΦΙΛΕΙ̃ ὅμιλος ΠΟΙΕΙ̃Ν. III, 81. Πᾶσά τε ἰδέα κατέστη θανάτου, καὶ οἷον ΦΙΛΕΙ̃ ἐν τῷ τοιούτῳ ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ. adde VII, 79. Eoque ſignificatu alibi uſus voce ἀγαπᾶν. Ὁ πόλεμος ἐν τοῖς ἄλλοις οἷς ὁ πόλεμος ἈΓΑ'ΛΛΕΤΑΙ. Vide alium uſum τοῦ ἀσπάζειν. VI, 36. Idem valet apud *Q. Calabrum* vox φίλον, I, 440. ἀλλ' ἄρα τῇσι ΦΙ'ΛΟΝ πέλει ἰθύντα μάρνασθαι. *Ariſtophanes* Nub. ΦΙΛΕΙ̃ γὰρ πῶς τὸ τοιοῦτ' ἐπιέναι τρίπτυχον. Praiverunt *Heſiodus.* Ἡμέρ. ΦΙΛΕ'ΕΙ δέ τι χείρονα βάζειν ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους, κρυφίους τ' ὀαρισμούς. & *Herodot.* VII, 9. Αὐτόματον γὰρ οὐδέν, ἀλλ' ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι ΦΙΛΕ'ΕΙ ΓΙ'ΝΕΣΘΑΙ. Adi *Eutropii Metaphr.* Lib. III, 6. Poſtremo, *amare* pro *placere.* Cicero ad *Attic. In eo valde* me amo. *J. Waſſe.*

1 *Diſcedit.*] Reg. Ball. γ. Venetae. Pemb. *diſceſſit.* quemadmodum Q. etiam *Septimius* I, 8. Ita infectis rebus, populus contemtui habitus, non ſine pernicie ſua domum *diſceſſit.* Fabricianum, Rivii, Naz. Pall. 2. *diſcedit*, recte. *Gruterus* haſce tres voces irreptitias putat. *Mamertin.* Paneg. Cap. I. *Milites ſaepe anteactis temporibus* ludo habiti. *J. Waſſe.*

2 *Romae quidam nomine Maſſiva.*] Manuſcripta, *Numida quidam, &c.* nec ſecus in impreſſis vetuſtioribus. *Rivius.*

3 *Huic Spurius Albinus, is qui proximo anno, &c.*] Sic codex in pergamenis deſcriptus. in recentioribus pronomen *is* deeſt. *Idem.* Libri omnes *Popmae* carent *is. erat ea* Gr. contra, noſtri. *J. W.*

4 *Q. Minucio.*] Marcum Minucium appellat *Livius* Lib. LXV. *Caſt.* Conſule *Pighium* Faſt. vol. III. pag. 139, & de Maſſiva Epit. *Liv.* LXIV. J. Waſſe.

5 *Jugurtham ob ſcelera invidia cum metu urgeat.*] Naz. ac Pall. ſec. *Jugurthamque*; nec eſt quod refugiamus tales nexus. *Gruterus. que* Reg. Pemb. Venet. 1470. caeteri omittunt. *J. Waſſe.*

gnum Numidiae ab Senatu petat. Avidus conſul belli gerundi, moveri, quam ſeneſcere, omnia malebat. [1] Ipſi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat. Quae poſtquam Maſſiva agitare coepit: neque Jugurthae in amicis ſatis praeſidii eſt; quod eorum alium conſcientia, [2] alium mala fama, & timor impediebat: Bomilcari proxumo, ac maxume fido ſibi, imperat, *pretio, ſicuti multa confecerat, inſidiatores Maſſivae* [3] *paret, ac maxume occulte: ſin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat.* Bomilcar mature regis mandata exſequitur: & per homines talis negotii artifices, [4] itinera, egreſſuſque ejus, poſtremo loca, atque tempora cuncta explorat: deinde, ubi res poſtulabat, inſidias tendit. Igitur [5] unus ex eo numero, qui ad caedem parati erant, paullo inconſultius Maſſivam aggreditur, [6] illum obtruncat:

1 *Ipſi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat.*] Sic & manuſcripta. in quibuſdam eſt, *obvenerat*, quomodo Cicero, *Simul atque ei ſorte provincia obvenit*. Grut. *Verri ſorte provincia obvenit.* Utitur & verbo *obtingere* nonnunquam in hunc modum. velut ad Atticum, *Aſiam Quincto ſuaviſſimo fratri obtigiſſe audiſti.* Idem in Vat. *Cum tibi aquaria provincia ſorte obtigiſſet.* Exemplar Badianum, *evenerat*. Superius tamen Salluſtius, *Scipioni Italia obvenit*, inquit. *Livius* quidem verbo *evenire* plerumque utitur, velut. III. ab U. C. *Cui ea provincia evenerat.* & IV. *Cui ea provincia ſorte evenit.* neque umquam forte aliter *Livius*. In VII. tamen ſemel quod ſciam *Ea*, inquit, *provincia Cn. Manlio obvenit.* pro quo *obtigit* alibi dixit. *Rivius.* Ball. & alius e noſtris *obvenit*. J. Waſſe.

2 *Alium mala fama & timor animi impediebat.*] Ex ſcripto repoſuimus, *timor animi impediebat.* quod vere Salluſtianum. Supra: *timor* animi *auribus officit.* Et, *virtus animi.* Infra: *Sed nec illos qui procul manſerant timor* animi *ſatis muniverat.* Poſt de Metello: *Vir egregius in aliis artibus nimis molliter aegritudinem* animi *pati.* Sic ibi lego ex ſcriptis. *Putſchius.* Sic MSS. primarii omnes; notae deterrimae *& timor animi*, vel *timor populi*, ſcias utrumque figmentum interpretum. *Gruter.* Abeſt Arond. Pemb. Reg. L 2, 3. Markianis Laud. Ball. Bodl. Martin. Venetis. infra, *ſibi* abeſt L 2. Arond. *tetendit*: Hegeſip. *Res poſtulare videtur.* III, 21. *populi* a *Cic.* Catil. I. *J. W.*

3 *Paret ac. max. occulte.*] Scio quid dici queat pro lectione vulgata. ſed tamen cum inſidiae non procedant niſi clanculum, poſſet omitti illud, *ac maxime occulte.* Gruter. Libri omnes & *L. Valla* II, 26. retinent. *J. Waſſe.*

4 *Itinera egreſſuſque ejus.*] Tacit. XVI. *Et quia aditu Neronis prohibebatur, egreſſus obſidens, audiret inſontem.* Ciacconius. L 3. reſpuit *cuncta*. J. Waſſe.

5 *Unus ex eo numero.*] Numerus hoc loco vel pro *factione, grege.* ut *Catil.* 34. & apud *Dictyn.* IV, ult. vel certa & definita unitatum collectione. *Thucyd.* VI. Ξυμπληρώσαντες ἑξήκοντα ναῦς ἐκ πασῶν. J. Waſſe.

6 *Illumque obtruncat.*] Manuſcripta conſentiente Beroaldino. *illum obtruncat.* omiſſa conjunctione *que*. Rivius.

[1] ſed

Digitized by Google

[1] ſed ipſe deprehenſus, multis hortantibus, & in primis Albino Conſule, indicium profitetur. [2] Fit reus magis ex aequo bonoque, quam ex jure gentium [3] Bomilcar, comes ejus, qui Romam fide publica venerat. At Jugurtha, manifeſtus tanti ſceleris, non prius omiſit contra verum niti, quam [4] animum advortit, ſupra gratiam, atque pecuniam ſuam, [5] invidiam facti eſſe. Igitur quamquam in priore actione ex amicis quinquaginta vades dederat, regno magis, quam vadibus [6] conſulens, [7] clam in Numidiam Bomilcarem dimittit, [8] veritus, ne

1 *Sed ipſi deprehenſus multis hortantibus.*] Vide ut acceperit illud *hortantibus*; certe pro *jubentibus* ac *cogentibus*. verum id puſillum. Puto enim auctorem hoc dicere velle, *quando Bomilcar contra jus gentium peccaverat, & fidem publicam facto irritam fecerat, quippe qui perfugam occiderat, & prorſus hoſtilia fecerat; tamen clementia ac benignitate Romanorum*, ex aequo & bono, *hoc eſt, aequitatis conſuetudine magis fit reus quam jure gentium, qui jam judicatus erat: quod regem haud latuit. ideoque eum in Numidiam remiſit, ne judicio damnatus occideretur, regno in hoc magis quam vadibus conſulens rex*. Glareanus.

2 *Fit reus magis ex aequo & bono, quam ex jure gentium Bomilcar.*] Manuſcripta conſentiente Beroaldino, *magis ex aequo bonoque*. Porro quid *jus gentium*, quid *aequum & bonum*, de eo prolixe *Budaeus* in annotationibus in Pandectas. Ideo autem Bomilcarem Salluſtius, *magis ex aequo bonoque reum fieri, quam ex jure gentium* ait, quod cum comes eſſet ejus qui Romam fide publica venerat, tutum eſſe eum ab omni injuria par erat. ſed interim reclamabat aequitas, ut qui facta caede fidem ipſe publicam violaſſet, non de homicidio reus fieret. Niſi contra quis hunc eſſe ſenſum velit, Bomilcarem quamvis ob reſciſſam ab ſe patrata nece publicam fidem, nullo modo foret ad cauſſae dictionem admittendus, tamen clementia quadam populi R. hoc eſt, ex aequo bonoque magis quam jure ſummo rerum factum eſſe, cum potius fuiſſet indicta cauſſa mox ad ſupplicium rapiendus. *Fidem publicam* Salloſtius pro eo poſuit, quod vulgo *ſalvum conductum* vocant. inde apud Ciceronem *poſtulare fidem publicam*, &, *fidem alicui publicam dare*. quod Salluſtius *interponere fidem publicam* ſupra dixit. *Rivius*.

3 *Bomilcar comes, &c.*] Neſcio an non omnia videri queant ab interprete praeter dictionem primam; quis enim dubitet eadem fide comprehenſos Jugurthae comites qua Jugurtham. *Gruterus*.

4 *Animadvortit.*] Arond. *animum advortit*. quem ſequor. caeteri cum vulg. & infra, *clam Numidiam*. J. Waſſe.

5 *Invidiam facti.*] *Invidia* pro *mala fama* vel *odio publico*. Noſter, alibi. *Hi quod in invidia res erat. Thucydides:* ἐπιφθόνως διακεῖσθαι. *Cic.* Lentulo. *illius regiae* largitionis invidia. Salloſtium ſequitur *Hegeſip.* I, I. *Atque ut* facti invidiam *levaret*. uſum hunc leviter inflectit Veget. I, 16. *de funda deſtinati ſagittis ſunt omnibus graviores: cum membris integris, letale tamen vulnus importent: &* ſine invidia ſanguinis, *hoſtis lapidis ictu intereat*. J. W.

6 *Conſulens.*] Arondel. inepte *conſidens* receptam lectionem praeter Codd. ſcriptos, tueri poteſt *Hegeſippus* v, 50. qui huc alludens dixit: *ſaluti potius quam* regno conſulens. Caeterum in utroque loco mallem abeſſet τὸ *potius*. Confer *Livium* II, 4. VII. VIII. J. Waſſe.

reliquos

Digitized by Google

reliquos popularis, metus invaderet parendi ſibi, ſi de iſto ſupplicium ſumtum foret. [1] Et ipſe paucis diebus profectus eſt, juſſus a Senatu *Italia decedere*. Sed poſtquam Roma egreſſus eſt, fertur, ſaepe eo tacitus reſpiciens, poſtremo dixiſſe: *Urbem venalem, & mature perituram,* [2] *ſi emtorem invenerit.*

XL. Interim Albinus, [3] renovato bello commeatum, ſtipendium, aliaque, quae militibus uſui forent, maturat [4] in Africam portare; ac ſtatim ipſe profectus, uti ante comitia, quod tempus haud longe aberat, armis, aut deditione, aut quovis modo bellum conficeret. At contra, Jugurtha trahere omnia, & alias, deinde alias morae cauſſas facere: polliceri deditionem, ac deinde metum ſimulare: inſtanti cedere, & paullo poſt, ne ſui diffiderent, inſtare: ita belli modo, modo pacis mora Conſulem ludificare. Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum conſilii regis exiſtumarent; neque ex tanta properantia tam facile [5] tractum bellum ſecordia magis, quam dolo crederent.

7 *Clam in Numidiam Bomilcarem demittit.*] Legendum, *dimittit*, ita ut & codices in pergamenis deſcripti, & impreſſi fere habent. nec aliter ſenſus poſtulat. *Rivius.* Confer *Andocidem* Orat. I. p. 193. *J. Waſſe.*

8 *Veritus ne reliquos populares metus invaderet parendi ſibi.*] Fabricianum exemplar, *populareis.* qua terminatione antiquitas uti amat. *Rivius.*

1 *Et ipſe paucis, &c.*] In nullo noſtrorum comparet illud *poſt* productum Rivio. *Gruter.* In quibuſdam libris, *Paucis poſt diebus.* [velut in MS. *Rivii*] ſed perperam. non enim mutatione opus eſt: cum *paucis diebus*, idem ſit, quod, *paucis poſt diebus*, quod *Ciceronis*, aliorumque exempla declarant. *Manut.* Livius Lib. LXIV. ait Jugurtham ob Maſiniſſae caedem, cum Romae periclitaretur (cauſam enim capitis dicere juſſus eſt) clam profugiſſe. *Caſt.*

2 *Si emtorem invenerit.*] Eutropius, Paulus Diaconus, *inveniret.* Ciacconius. *Cic.* Offic. *Utinam inquit Pontius Samnis, ad illa tempora me fortuna reſervaſſet, & tum eſſem natus, ſiquando Romani dona* accipere coepiſſent! *Non eſſem paſſus eos diutius imperare.* Locum reſpexit *Oroſius* VII, 73. J. Waſſe.

3 *Renovato.*] B. Pub. Pemb. *revocato*, alterum in marg. exhibet. J. Waſſe.

4 *In Africam portare.*] Vox poſtrema a nemine patienter legi poteſt, adeo & viſu & odore eſt deformitatis nothae, ſed & nares acutiorum ſuboffendant adhuc praecedentia, tanquam quinque vocibus prioribus immiſcuerint ſe tres ſpuriae, ſcribendumque fuerit, *aliaque militibus uſui maturat.* Gruter. *Portare* damnat. *Gronov.* ad *Liv.* XXXIX, 45. J. Waſſe.

5 *Tractum bellum.*] Abeſt *bellum.* Bodl. male. alibi Noſter, bellum trahi *non poſſe.* &, *penuria rerum neceſſarium*, bellum trahi *non poſſe.* Liv. Et trahi bellum *ſalubriter, & mature perfici* poteſt. ſic, *Oroſius* III, 2. ubi pro *atque ille* lege ex

XLI. Sed

XLI. Sed poſtquam, dilapſo tempore, comitiorum dies [1] adventabat; Albinus, Aulo fratre in caſtris propraetore relicto, [2] Romam deceſſit. Ea tempeſtate Romae ſeditionibus tribuniciis atrociter Reſpubl. agitabatur. [3] P. Lucullus, & L. Annius, [4] tribuni pleb. reſiſten-

MS. Joan. *At nunc increpet haec tempora, atque illa collaudat.* Codex C.C.C. pro *increpet*, *reputet* male. ſcribit enim contra aevi Chriſtiani obtrectatores, ut ex Cap. iv. patet. idem argumentum fuſe tractant *Arnobius*, pag. 143, 155, 180, 221, 235, 456. & *Auguſtinus* C. D. 1, 31. *Cyprianus* p. 189. ad *Demetr.* vide item *Oroſii* v, 22. vi, 1. *Apollonius Collatius* p. 749. *Longa dies nec* traxit opus, *ſpectavit eoo Orbe procul naſcens Titan fundamina prima: Tertius Heſperias crinem merſurus in undas, Jam conſummati reſpexit ſumma laboris.* Eutrop. vi, 6. *Quae ambo* tracta ſunt *per annos* x. Metaphraſtes Ἐπὶ δεκάτῳ ἐκλεύθησαν ἐνιαυτῷ. infra, *Morae cauſſas facere.* Cato de R. Ruſt. Cap. ii. *Ubi eas* aliaſque cauſſas multas dixerit, *ad rationem operum revoca.* ibi *veteres* abeſt Codici Arund. *Heliodorus*: Ἄλλοτε μὲν ἀκτῖσιν ἀστράπτειν [illegible], [illegible] καὶ αἴθρας ἄλλοτε ἀστραπῆς [illegible]. Confer *Terent.* Eunuch. 1, 2, 58. *Tacitum* xv. *Ciceronem*, alios. *J. Waſſe.*

1 *Adventabat.*] Carrio procurat, *adventabant*, ſed contra MSS. noſtros. *Gruterus.* *Adventabat* B. Pub. λ. Pemb. pro *maturat* B. Pub. *matura.* J Waſſe.

2 *Romam diſceſſit.*] Sic & e manuſcriptis duo, & Venetum quoddam. ſed *deceſſit*, quomodo *Gymnicus*, mihi magis placet. nam id proprie ſignificat a mandato cuſtodiae ſuae loco recedere. Unde conſules, proconſules, praetores dicuntur *e provincia decedere.* item praeſidia de urbibus atque caſtellis, ita uti diligenter annotavit *Valla*. Cum Gymnico facit unum e manuſcriptis. *Rivius.* Sic iterum reponendum putavi, ejecto aliorum *deceſſit*; ob conſenſum membranarum ac vett. edd. *Gruter.* Sic γ. λ. Venetae, Martin. λ. *receſſit.* & ſic Pemb. ex emendatione *diſceſſit*. ita Graeci ἐπανήκω *revertor*. Horat. Sat. 1. *hac mente laborem. Seſe ferre, ſenes ut in otia tuta* recedant. & Carm. ii, 19. Virg. *omnis & una Dilapſus calor, atque in ventos vita* receſſit. i. e. *revertebatur*, ex mente Platonicorum. non, ut Ruaeus, *abiit*. Gloſſae *recedet*, ὑποστρέψει. Hinc *Spiritum reddere*, recipere; ſic ἀπέρχομαι pro ἐπανέρχομαι redire. & ἀπῆλθε πάλιν pro ἐπανῆλθεν. Verum contra Codd. optimos nihil mutandum. *J. Waſſe.*

3 *P. Lucullus.*] Aliter: *Lucilius.* quidam codices formis excuſi habent, *Lucinus.* Caſt. Sic L 2. *Lucius* L 3. Venet. *J. Waſſe.*

4 *Tribuni plebis continuare magiſtratum nitebantur.*] Tribunatus pl. *magiſtratus* appellatur. proprie tamen, ſi *Plutarcho* credimus, magiſtratus non eſt; cum neque lictores habeat, neque jus dicat, neque purpura utatur. quibus etiam alia Plutarchus adjungit, ut probet non eſſe magiſtratum. Cum quo ſentire videtur *Livius* Lib. ii. *Ardere*, inquit, *ira tribunus, viatorem mittit ad Conſulem, Conſul lictorem ad tribunum, privatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu.* Sed utrumque refellit *Cicero* in Ep. vii. Lib. 1, Fam. cum ait: *Quo quidem tempore, ut perſcripſi ad te antea, cognovi Hortenſium percupidum, tui ſtudioſum Lucullum, ex magiſtratibus autem L. Racilium, & fide & animo in te ſingulari.* Quem enim hic *in magiſtratu* eſſe dicit, eum tribunum pl. nominat Ep. 1. & v. Lib. ii. ad Quintum Fratrem. Et in oratione pro Quinctio de tribunis pl. *Per eum magiſtratum qui auxilii cauſſa conſtitutus eſt.* Et Lib. 1. de Oratore: *Exierant cum Craſſo adoleſcentes, C. Cotta qui tribunatum pl. tum petebat, & P. Sulpicius,*

tibus

tibus collegis, [1] continuare magiſtratum nitebantur: quae diſſenſio totius anni comitia impediebat. Ea mora in ſpem adductus Aulus, [2] quem propraetorem in caſtris relictum ſupra diximus, aut conficiundi belli, aut terrore exercitus ab rege pecuniae capiundae, milites menſe Januario [3] ex hibernis in expeditionem evocat;

qui deinceps eum magiſtratum petiturus putabatur. Et in libris de claris Oratoribus: *ita tacitus Craſſi tribunatus, ut niſi in eo magiſtratu coenaviſſet apud praetorem Granium, idque nobis narraviſſet Lucilius, tribunum pl. neſciremus fuiſſe.* Apud *Nonium* autem *Feneſtella* his verbis: *Ut magiſtratum inierunt tribuni pl. C. Cato Ptolemaeo regi & Lentulo Conſuli aſſiduis concionibus invidiam concitare coepit.* Et *Aſconius* idem ſignificat in Commentario Verrinae II. Cum interpretans illud Ciceronis, *Magiſtratum ineat neceſſe nonis Decembribus. Eo,* inquit, *die tribunus pl. futurus.* Et idem in orationem pro Cornelio; *C. Cottam legem tuliſſe, ut tribunis pl. liceret poſtea alios magiſtratus capere,* duobus in locis ait. Et ibidem: *Tiberium Gracchum tribunum M. Octavio collegae ſuo, magiſtratum abrogaſſe,* tradit. Mirari equidem aliquis poſſit, quod ſcriptum *Plutarchus* reliquit, *tribunus pl. purpura non eſſe uſos,* cum in oratione pro Cluentio de tribuno pl. Quinctio legantur haec: *Facite ut non ſolum mores ejus & arrogantiam, ſed vultum & amictum, & illam uſque ad talos demiſſam purpuram, recordemini.* Verum non eſt inter eos controverſia, notat enim *Cicero* purpuram in Quinctio tribuno pl. tanquam indicium inſolentiae, quod amictu uteretur, ceteris tribunis inuſitato. *Manutius.*

1 *Continuare magiſtratum nitebantur.*] Tacit. Lib. II. *Id quoque morum Tiberii fuit continuare imperia.* Ciacconius.

2 *Quem propraetorem in caſtris.*] Scribendum. *Quem Pro Praetore in caſtris, &c.* cum autem hic idem *A. Albinus* paulo poſt Legatus dicatur, integra ejus inſcriptio erit, *Legatus Pro Praetore.* Sic enim in antiquis numiſmatibus reperitur, Leg. Pro pr. *&c.* ut in notis ad *Caeſarem* diximus. *Urſinus. Pro Praetore* B. Pub. & Markiani, Gruteriana, & Antverpiana *propraetorem,* ſed Gruterus ante notas, retinet *propraetore.* & ſic ex emendatione Pemb. J. W. *ſ. dix.* Dictum ſane ſupra, & vix tribus lineis intercedentibus. quapropter ſi cui a gloſſa videbuntur, ei facile ſubſcripſerim. *Gruterus.*

3 *Ex hibernis*] Sic & Aldinum exemplar, ni fallor, & manuſcripti codices habent, in quibuſdam tamen, velut Argentoratenſi, & Veneto eſt, *ex hibernaculis.* qua voce *Livius* aliquoties utitur, pro, *ubi milites hiberno tempore commorentur.* ut v. dec. IV. *Deinde in hibernacula milites deduxit.* & X. ejuſdem *Loca pacata me ad hibernacula electurum.* Tacitus II. *Legionum aliae itinere terreſtri in hibernacula remiſſae.* Haec alias *hiberna* proprie dicuntur. nam *hibernacula* fere vocamus ipſa tentoria, quando ſub pellibus hiemem agere miles, non in oppidis neque ſub tecto cogebatur. Quocirca mihi quidem lectio prior magis arridet. Nam & frequens eſt apud Ciceronem, *cohortes in* hiberna *mittere.* Et, *Exercitum in* hiberna *dimittere,* hoc eſt, in oppidum aliquod commodius, ubi per hiemem agant. Salluſtius poſtea, *Metellus,* inquit, *cunctos ſenatorii ordinis ex* hibernis *propere acceſſi jubet.* [L 2, 3. Ball. *hibernaculis* Venet. 1470. *tabernaculis* Arond. *Hiberna.* caeteri *hibernis.* B.Pub. a prima m. *tabernaculis.* J.W.] Eſt apud *Ciceronem* & *hibernare* verbum. velut cum inquit. *Quomodo milites hibernent.* &, *Ubi ſis hibernaturus,* pro quo Salluſtius inferius dicit *hiemare: Nam omnis exercitus deductus in provincia hiemabat.* Rurſus, *Ceterum exerci-*

magniſ-

Digitized by Google

magniſque itineribus hieme aſpera pervenit [1] ad oppidum Suthul, ubi regis theſauri erant. Quod quamquam, & ſaevitia temporis, [2] & opportunitate loci, neque capi, neque obſideri poterat: nam circum murum, ſitum in praerupti montis extremo, planicies limoſa

tum in provincia, quae proxima eſt Numidiae hiemandi gratia collocat. Sed & *Cicero* hoc verbo utitur aliquoties, ut in Epiſtolis, *Cupio ſcire ubi ſis hiematurus*: & in Verrem, *ubi piratae quotannis* hiemare *ſolent*. Salluſtius, ut adnotavit alicubi Seneca, *aquis hiemantibus* in Hiſtoria dixit. Hunc imitaturus *Aruntius* quiſpiam, quem idem *Salluſtianum* fuiſſe teſtatur, cum dicere vellet frigidum annum fuiſſe, ait, *Totus hiemavit annus. Hiemare* apud *Tranquillum* in Auguſto, pro *affligi incommodo hiemis* ponitur. *Quamvis parum*, inquit, *ſalubrem valetudini ſuae urbem hieme experiretur, aſſidueque in urbe hiemaret.* Caeſar itidem ut *Cic.* pro *hiemem tranſigere* poſuit. velut. II. *Ita populi R. exercitum* hiemare *atque inveteraſcere in Gallia moleſte ferebant.* & III. *Uti in iis legionem* hiemandi *cauſſa collocaret.* Ibidem, *Alteram partem ejus vici Gallis ad* hiemandum *conceſſit.* &, *Inde* in Allobrogas perduxit, *ibique* hiemavit. Sic & alias ſaepe. *Rivius.*

1 *Ad oppidum Suthul, ubi regis theſauri erant.*] Strabo Lib. ult. *Capſam* ait vocatam, ubi regis Jugurthae fuerint theſauri: ſed puto errorem eſſe. qualem paullo ante [Cap. XXI.] indicavimus. Nam *Salluſtius* poſtea de Capſa diſſerens, nihil de regis theſauris meminit, verum locum quendam alium ad flumen Mulucham denotat. Haec nobis ideo referuntur, ut locorum nomina diligentius emendentur, maxime locorum facta diligenti comparatione. *Glareanus.*

2 *Et opportunitate.*] In quibuſdam eſt, *inopportunitate loci.* pro eo quod eſt, *iniquitate loci.* Sic autem praeter alia & Beroaldinum, & Venetum exemplar habet quae excudit Pincius, *Pomponius* caſtigavit, ſed utrum rectius, alii viderint. Ut autem ab *opportuno* deducitur *opportunitas* quid ni ita ab *inopportuno*, nam hac voce utitur *Cicero*, deduci *inopportunitas* queat? Niſi quis *importunitate loci* legere malit: quomodo inferius dicit, *Aggeribus turribusque & aliis machinationibus fuiſſe locum importunum.* Ego vulgatam lectionem probo. nam *opportunitatem loci* tum propter incolas & cives, pro quibus illa erat; tum ob hoſtes Romanos, adverſus quos erat, mihi dicere videtur. Sic enim alibi, *Statuit*, inquit, *urbes quae viris aut loco pro hoſtibus, & adverſum ſe* opportuniſſimae *erant, ſingulas circumvenire.* pro, quae urbes munitiſſimae erant. *Rivius.* Ita libri noſtri gentium ut ita dicam majorum, nam reperi in minoribus *& inopportunitate*, de quo Rivius. *Grut.* λ. recentiore atramento, ſpatio inter verſus *inopp.* L. 3. per *opportunitatem*, intelligit locum eſſe defenſoribus opportunum: alibi: *cavere necubi hoſti* opportunus fieret. *Liv.* Urbs *opportuniſſima* portu. *Tacit.* alicubi. Locorum opportuna *communivit.* Frontinus I. 4. *Cum anguſtias maris tranſnavigare propter Athenienſium claſſem, quae* opportunitatem loci cuſtodiebat, *non poſſet.* ubi pro, *excepiſſe viſi* Codex B. Pub. *e. gaviſi.* locus eſt depravatus. *Philippus* enim expeditionem in terram Amphiſſenſium parabat, ut patet ex *Polyaeno*, ſed Amphiſſa Urbs primaria *Ozolorum* LX. ſtadia Delphis aberat, *Cyaneae* vero in ore Boſphori Thracici ab his regionibus immane quantum diſtant. pro *Cyaneae* MSS. Codd. Coll. Jeſ. Petr. B. Pub. unanimes exhibent, *Cyena*, unde proclive eſſet & facere *Cirrha*, ſive ut *Pauſanias* effert, *Cirrhae* oppidum Delphorum idemque navale, a quo etiam incipit ſinus Criſſaeus. Nam cum claſſe ad Amphiſſam alio accedere non potuit

[1] hiemalibus aquis paludem fecerat: tamen, aut ſimulandi gratia, quo regi formidinem adderet; [2] aut cupidine caecus, ob theſauros oppidi potiundi, vineas agere, aggerem jacere; [3] aliaque, quae incepto uſui forent, properare.

XLII. At Jugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, [4] ſubdolus ejus augere [5] amentiam: miſſitare

quam per ſinum Corinthiacum, & promontoria, *Rhium* & *Antirrhion*. Sed *Polyaenus* claſſem non memorat, neque ex eo liquet, terrane an mari, res geſta fuerit. *J. Waſſe.*

1 *Hiemantibus aquis.*] Scriptus *hiemalibus aquis*. Varias conjecturas adferunt Critici, ſed vulgatam defendit *Seneca* Epiſtola cxiv. *Dixit*. Salluſtius *hiemantibus*. *Arruntius in libro primo belli Punici ait, Repente* hiemavit *tempeſtas*. Et quae ſequuntur. Dicat quis neſcire nos locum hunc innuat *Seneca*, an vero alium ex deperditis Hiſtoriarum libris. malim tamen aſſerere locum hunc in animo habuiſſe *Senecam*, quam temere quid mutare, aut fruſtra inveſtigando in hiſtoriarum libris fatigari. *Putſchius.* Produxit editio Carrionis, *hiemantibus aquis*; neque culpo. ſed noſtrum tuetur ſe toto grege manuſcriptorum Pall. neque aliter Commelinianus. *Gruterus.* Arond. *genialibus*, corrupte opinor, pro, *gelualibus* quod, teſte *Palmerio*, praefert Codex Thoanus. Baud. *hiemantibus* recte. caeterum pro *Suthul*, L 2. *Subthul*. & ſic Venetae. *Oroſius* v, 15. *Galamam* nominat. MS, C.C.C. *Calamam*, cujus meminit *Optatus* 1. p 39. etiam *Auguſtin.* de Civ. Dei xxii, 8. *Poſſidius.* Notitiae Africae. & ſic, apud *Oroſium* reponendum. *J. Waſſe.*

2 *Aut cupidine c. &c.*] Duplex vocum biga *ob theſauros op. p.* a fine ſpurium quid redolet. *Gruter.* *Ob th. op.* omittunt L 3. & Ball. & ſane ſupra dixit: *ubi regis theſauri erant*. caeteri tamen mordicus tenent. *J. Waſſe.*

3 *Aliaque quae coepto uſui forent, properare.*] Quamvis & manuſcriptum, & Badianum exemplar *praeparare*, tamen *properare* magis placet, pro feſtinanter comparare. Sic apud Tacitum, *properare deditionem*. Item, *voluntariam mortem properare*. pro celeriter ſibi conſciſcere. Virgilius viii. *Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris*. pro, *properanter facit*. & eſt honeſta locutio, inquit *Servius*. In manuſcripto volumine, pro *coepto*, *incepto*, legitur. ut & impreſſis quibuſdam; ſed vulgatam lectionem relinquendum eſſe duco. *Rivius.* Vide ſupra Cap. xxi, & xxii. Sic etiam noſtri meliores, niſi quod Comm. *praeparare*, at ego potius dixiſſem *aliaque incepto uſui properare*: neglectis caeteris. *Gruter.* L 3. *alia quae incepto*, non male. *J. Waſſe.*

4 *Subdole ejus augere amentiam.*] In manuſcriptis eſt, *ſubdolus*. quae nimirum verior lectio eſt. *Rivius.* Sic & antiquus *Fulvii* liber. *Subdolus*, repoſui, quod ita ſcriptum in pleriſque antiquis libris comperiſſem. *Manutius.* Sic & noſtri libri meliores, ſolum remanet in vitioſioribus ſubdole. *Gruter.* Nomen pro adverbio alias. infra: C. xlviii. *praedas certantes agere*. &, lxxiii. *exercitum inter hiberna Rom.* juſſus *habebat*. J. Waſſe.

5 *Amentiam.*] Reg. L 2. Venetae *dementiam* male. Haec vox non ſolum *vanitati*, & *imperitiae* additur, ſed etiam, *timori*, *invidiae*, caeteriſque affectibus quis vacui debent eſſe de rebus dubiis conſultantes. *Liv.* de L. Papiria Curſore viii, 3. *venire* amentem invidia, nempe quia magiſter equitum injuſſu ſuo proſpere pugnaſſet, atque, ut ille ſupra, *arma hoſtilia concremaſſet, ne ſuae gloriae fructum caperet, nomenque ibi ſcriberet, aut ſpolia*

ſuppli-

ſupplicantis legatos: ipſe, quaſi [1] vitabundus, per ſaltuoſa loca, & tramites exercitum ductare. [2] Denique Aulum ſpe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones ſeſe, veluti cedentem, inſequeretur: [3] ita delicta occultiora fore. Interea per homines callidos [4] die, noctuque exercitum tentabat: centuriones, ducesque turmarum partim, uti transfugerent, corrumperet, alii, ſigno dato, locum uti deſererent. Quae poſtquam ex ſententia [5] inſtruxit, intempeſta nocte de

in triumpho ferret. quaeritur quid ſit, *nomen ſcribere?* at hunc morem *Auctor* ſupra explicaverat. IV, 20. Titulus *ipſe* ſpoliis inſcriptus; *illos neque arguit nominibus ea Coſſum cepiſſe.* patet ibi ex Thorace linteo ad Jovis Feretrii, Impp. ſua nomina ſpoliis indidiſſe. Ejus rei formulam ſervat Poeta. *Aeneas haec de Danais victoribus arma.* Vellejus II, 104. *Decreto ei (Agrippae) cum ſpecioſiſſima inſcriptione operum ornamenta Triumphalia.* Liv. XXXVIII, 35. *Sejuges in Capitolio aurati a P. Cornelio poſiti.* conſulem dediſſe, *inſcriptum eſt.* Tacit. An. II. *Laudatis pro concione auctoribus,* Caeſar congeriem armorum *ſtruxit* ſuperbo cum titulo: Debellatis inter Rhenum Albimque nationibus exercit. Tib. *Caeſaris* ea monimenta Marti & Jovi Auguſto ſacraviſſe. Liv. IV. *Fabius Vibulanus &c. opima ſpolia cum ſolemni dedicatione dono fixit.* Dio de Tropaeis Pompeji. Ἐπὶ πάντων ἐν παρὰ ... ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ... ἔχον. confer *Herodotum* I, 51. *Pauſaniam, Anthologiam.* Virg. II, 15. *Quod ſuper eſt; haec ſunt ſpolia, & de rege ſuperbo Primitiae: manibuſque meis Mezentius hic eſt.* infra, *inimicaque nomina ſugi.* idque Triumvirorum munus fuiſſe clare ſatis innuit *Livius* XXV, 7. *Quibus (comitiis) creati ſunt quinque viri, muris turribuſque reficiendis: & Triumviri bini, uni ſacris conquirendis, donisque perſignandis, alteri reficiendis aedibus.* Dedicationis formulam exhibent *Statius* Theb. II, 715. *Silius* XV, 492. titulus, iſte *Tibullo* IV, 1. *index.* Vide *Ovid.* Ep. II, 68. VII, 76. *J. Waſſe.*

1 *Vitabundus.*] Vitans, fugiens. Conſiderent docti, num *Diomedes* Grammaticus hunc locum citet Lib. I. Cap. V. p. 379. ubi ſic ait: *Itaque quaſi legimus apud* Salluſtium. *Vitabundus*, inquit, *per ſaltuoſa loca recedebat.* Caſt. Petr. & ſ. loca. *Servius* ad Aen. X. p. 1485. *quaſi* omittunt λ. L. 3. *Valla* I, 9. *per t. & ſalt.* *L.* J. Waſſe.

2 *Denique Aulum ſpe pactionis perpulit, uti Suthule relicto.*] Manuſcripta perpulit. Rivius. *Hegeſipp.* V, 17. *invitare factionum principes ad ſpem deditionis. J. W.*

3 *Ita delicta occultiora fore.*] Sic Pall. ſept. Editiones patrum memoria natae. vox ultima videtur adſuta ab interpretibus, eam certe arguunt falſitatis variae lectiones membranarum; nam Naz. prima ſcriptura expuncta eſt, repoſitumque a manu ſecunda *occultiora fuerunt.* Pall. 2. 4. 5. ceterique nec non Com. *fuere* tert. *forent.* Gruter. *Fore* Mart. *forent* Bodl. *fuere* Pemb. B. Pub. λ. *J. Waſſe.*

4 *Die, noctuque.*] Servius in I. Georg. profert alium *Salluſtii* locum huic ſimilem, in quo eſt: *Die noctuque laborare, feſtinare.* Tacitus Lib. XV. *Continuum die noctuque iter properabant.* infra tamen dixit Salluſtius, *Diu, noctuque.* ut Lib. I, Hiſtor. citante *Chariſio*, in quo erat: *Noctu diuque ſtationes & vigilias tentare.* Item: *Diu noctuque fatigare animum.* Urſinus.

5 *Inſtruxit.*] Reg. *extruit. inſtruit.* Arond. L. 2. Venetae. Pemb. γ. λ. B. Pub. & ſic legendum, licet aliter Gruteriana & Plantin. *Plautus* Caſin. qui poſtquam amo *Caſinam.* Trucul. *heus tu,* jam poſt-

 impro-

improviſo, multitudine Numidarum [1] Auli caſtra circumvenit. Milites Romani, perculſi tumultu inſolito, arma capere alii; alii ſe abdere; pars territos [2] confirmare; trepidare omnibus locis; vis magna hoſtium: coelum nocte, atque nubibus obſcuratum: periculum anceps: poſtremo, fugere, an manere, tutius foret, [3] in incerto erat. Sed ex eo numero, quos [4] paullo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum, cum duabus turmis Thracum, & paucis gregariis militibus, tranſiere ad regem: & centurio primi pili tertiae legionis per munitionem, quam, uti defenderet, acceperat, locum hoſtibus introeundi dedit: [5] eaque Numidae cuncti irrupere.

quam *In urbem crebro* convenio, *hic factus jam ſum cavillator.* Captiv. III, 3, 27: *Terent.* Adelph. *Neque ego hucumquam* poſtquam ſum natus, *intra portam penetravi pedem.* vide *Noſtrum* in Jug. Cap. LXVI. & *Q. Septimium* IV, 3, 4. *J. Waſſe.*

1 *Auli caſtra circumvenit.*] Non poſſum quin indicem Nazarianum a prima ac ſecunda manu variare perpetuo in nomine *Auli.* a prima enim eſt, *Albini*; a ſecunda, *Aulini*: niſi fine capitis XXXVI. ibi enim initio fuit, *Albinus Aulo fratre in caſtris*; mutatum tamen & ibi ſtatim *Aulino.* Gruterus.

2 *Confirmare. trepidare omnibus locis. vis magna hoſtium.*] Introduxit aliam diſtinctionem ab ea, quae hactenus fere obtinuit; coactus auctoritate membranarum, ſed & alioqui prima editio, *confirmare. Trepidare omnibus locis, vis magna hoſtium.* quam diſtinctionem minime poſthabuerim vulgatiori, praeferente, *confirmare; trepidare: omnibus locis vis magna hoſtium.* *trepidare* heic notat, ſatagere cum fructu. *Gruterus.*

3 *In incerto.*] L 2. *incerto* infra λ. *pauli ex.* a manu tamen emendatrice, hercle non male. *eſſet* a manu prima Pemb. *foret* a 2. in marg. *J. Waſſe.*

4 *Paullo ante corruptis, &c.*] Deleverim *paullo ante*, potuiſſet adhuc brevius unica voce *ex numero corruptorum.* pro *tranſiere* Naz. Pall. 2. *tranſire* forſan melius. *Gruter.* & ſic primitus, ni fallor γ. *J. Waſſe.*

5 *Eaque Numidae.*] Pemb. Arond. foede *eaqueparte*, & ſic Venetae. γ. Pemb. etiam, ſed a manu recentiore. B. Pub. λ. Mart. Reg. *eaque* L 3. *ea.* Bodl. *eoque.* Arond. omittit *cuncti.* &, *hoſtis.* inde notum ſtrategema. confer *Polyaenum* III, 7. *Frontinum* II, 13. cujus verba adſcribam ut ad ſanitatem reducantur. *Galli pugnaturi cum Attalo, aurum omne & argentum certis cuſtodibus tradiderunt, quibus ſi acie fuſi eſſent parceretur, quo facilius colligenda praeda hoſtem impeditum effugerent.* Quid ergo? num eo nomine, *certis cuſtodibus*, ut illi mortem effugerent, at quomodo hoc pacto victoris impetum ſufflaminarent? nullus dubito quin Petrenſis commodiorem lectionem praeſtiterit. clare itaque ille, pro, *quibus ſi acie fuſi parceretur; quae ſi in acie fugiſſent ſpargerent*, legendum: *ſi acie fuſi eſſent. ſpargerent.* inepte enim Coll. Jeſ. *aciem fugiſſent.* Quod idem ille Petrenſis *Athalio* pro *Attalo* exhibet, id vero nihil eſt. recte vulgata. illum Attalum intelligo qui poſt Eumenem proxime in regnum acceſſit. de quo haec *Pauſanias* I, VIII. Γαλάτας δὲ τὴν γῆν ἣν ἔτι καὶ νῦν ἔχουσιν ἀναφυγεῖν ἠνάγκασεν Περγαμηνῶν. vide *Athenaeum* V, 16. *Photium ex Arriano*,

No-

Noſtri foeda fuga, plerique abjectis armis, proxumum collem occupavere. Nox, atque praeda caſtrorum, hoſtes, quo minus victoria uterentur, remorata ſunt. Deinde Jugurtha [1] poſtero die cum Aulo in colloquio verba facit: *tametſi ipſum cum exercitu* [2] *fame, ferroque clauſum tenet; tamen ſe humanarum rerum memorem, ſi ſecum foedus faceret, incolumes omnis ſub jugum miſſurum: praeterea, uti diebus decem Numidia decederet.* [3] Quae quamquam gravia, & flagitii plena erant; tamen, quia [4] mortis metu mutabantur, [5] ſicuti regi libuerat, pax convenit.

p. 226. *Euſebium* ad Olymp. 147. L 3. *noſtris foede f.* ſed aliter caeteri, & *Donat.* in *Eunuch.* II, 3. infra *tamen ſe memorem.* illud *tamen* ex ſec. manu correctrici, & in Marg. Pemb. *J. Waſſe.*

1 *Poſtero die.*] Aliquot e MSS. *poſtera.* Gruter. Noſtri *poſtero.* ſed alibi invenio. Scipio apud *Liv.* XXXVIII. Hac die *Quirites Carthaginem vici. Juſtinus Liv. Tacitus* paſſim. *J. Waſſe.*

2 *Fame ferroque clauſum tenet.*] Eſt in quibuſdam, *teneat.* id Latinitatis ratio expoſcere magis videtur, niſi ſi ἀτρίπωνι modi eſſe malis. *Rivius. Fame & ferro tamen ſe h. r. m.* Libri C. Popmae *fame ferro cl.* λ. infra, *quamquam gravia* Reg. numerum copiarum recenſet *Oroſ.* V, 15. confer item *Veget.* III, 10. *J. Waſſe.*

3 *Quae quanquam gravia, & flagitii plena erant.*]. Manuſcriptum, *Quae gravia quanquam.* & ſic ſaepe *Tacitus.* velut V. *Haec* mira quamquam, *fidem ex eo trahebant.* Laur. *Valla,* haud ſcio an memoria lapſus, *flagitio plena* legit libro elegantiarum III. quo loco docet Ciceronem *Plenus* cum genitivo jungere ſolitum pleroſque eodem ſaeculo cum ablativo. Mox enim ſubdit, cum *Varronis* e tertio de re ruſtica. *Utrum his piſcibus ſtagnum habeas plenum, an ranis,* tum hoc e *Salluſtio* exemplum, *flagitio plena;* quo id comprobet. Quod *Ciceronem* affirmat ſemper hoc nomen cum genitivo jungere conſuevisse, in eo plane eſt memoria lapſus. id quod exempla ſequentia oſtendunt. *Ornamentis fanorum plena domus.* & *Otioſa vita, conferta & plena voluptatibus.* &. *Litterae graviſſimis verbis ſententiiſque plenae.* Sed & *noctem plenam timoribus,* apud eundem legis. *Rivius.*

4 *Mortis metu mutabantur.*] Sic in Catil. *Pace bellum mutavit,* & in orat. Philippi: *Quorum nemo non diurna mercede vitam mutaverit.* Hunc locum non recte interpretatur *Turneb.* Lib. Adverſ. XVIII. Cap. VII. cum enim illi miſeri mortem exſpectarent, eum mortis metum cum ignominia commutatum facile tulerunt. infra: *cunctaque praeſenti ignominia mutaſtis.* Nonius, *mutare, aliud pro alio accipere. Lucill. Publicanus vero ut Aſiae fiam ſcripturarius, pro Lucillio; id ego nolo, & uno hoc non muto omnia.* Ciacc. Placet Glareano *urgebantur,* ut infra. *populus militia atque inopia* urgebantur. Codex perantiquus C. Popmae *cogebantur.* & *nitebantur,* ille vero ex plurimis ſuis *minitabantur.* J. W. *Mutabantur* a manu prima Naz. ac Pall. 2. quorum uterque interpolatus a correctore: oſtentatque primus *motabantur;* alter vero *minitabantur,* quod ultimum in aliquot membranis, addita tamen litera; *minitabantur.* Commelin. valde abit a caeteris, ut & Bongarſ. hic quippe habet *tenebantur;* ille *agitabatur;* eſt in Pall. 5. *mulctabantur.* 6. *urgebatur.* 7. *tenebantur.* 8. *mutabantur.* Scio quae alii commentati ſint; nec placent. libet enim arbitrari vocem illam turbatricem omnino exterminandam, u-

Digitized by Google

XLIII. [1] Sed ubi ea Romae comperta ſunt; metus, atque moeror civitatem invaſere: pars dolere pro gloria imperii: pars inſolita rerum bellicarum, timere libertati. Aulo omnes infeſti, ac maxume qui bello ſaepe praeclari fuerant; quod armatus dedecore potius, quam manu, ſalutem quaeſierit. [2] Ob ea conſul Albinus, ex delicto fratris invidiam, ac deinde periculum timens; Senatum de foedere [3] conſulebat: & tamen interim [4] exercitui ſupplementum ſcribere: ab ſociis & nomine Latino auxilia arceſſere; denique omnibus modis feſtinare. Senatus [5] ita, uti par fuerat, de-

naque dictionem *quia*; ut fiat, tamen mortis metu, ſicut regi libuerat, pax convenit: ſententia aperta. *Gruterus*. Laud. Bodl. *nutebantur* pro *mutabantur*, quomodo *Tacitus* Hiſt. I, 76. *Nec Aquitania quidem quanquam a Julio Cordo in verba Othonis obſtricta, diu manſit. nuſquam fides aut amor;* metu *ac neceſſitate*, huc illuc mutabantur. *Valla* Eleg. III, 34. *mulctabantur*. at Reg. B. Pub. Pemb. γ. λ. *mutabantur*. γ. λ. pro varia lectione *urgebantur*. Arond. *tegebantur* forte pro *tenebantur*. Venetae *nutabantur*.. Aldina & Martin. *nutabant*. Palmerius *nutabant*. ut apud *Tacitum* II, 23. III, 44. IV, 13. *Ammian*. XXV, 8. XXXI, 7. Ego nihil muto. *mutabantur* eo ſenſu apud *Statium* Theb. IV, 193. *Sed perfida conjux* Dona viro mutare *velit*. Juſtin. XX, 4. mutaſſentque vitam luxuria *ni*, &c. *J. W.* Infra, *invaſere*. maluiſſem *invadere*, ſed & patienter tulerim deleri illud *civitatem*. Gruter. Pro *ſed ubi ea*. Priſcianus *Haec ubi*. caeterum vocem quam pro ſpuria habet Gruterus, agnoſcit *Q. Septimius* II, 8. Metus *atque* moeror *univerſos invaſere*. Turpem hanc Albini deditionem memorat *Ammian*. p. 404, 10. infra: *& tamen interim*. L 3. omittit *&*. legitque *exercitui interim*. pro *quaeſiverit* Venetae Mart. Reg. λ. & Pemb. a manu correctrice *quaeſiverat*. J. Waſſe. Manuſcripta & alia quaedam, *mutabantur*, pro permutabantur: id eſt, quia haec patienda potius quam moriendum cenſebant. vel quia vitam hac re ſuam redimebant. Nam mutatio fit, quum aliud pro alio ſubſtituitur, Legitur & *multabantur*. Rivius.

5 *Sicuti regi libuerat*.] Paſſim in omnibus exemplaribus excuſis ſic legitur. Libri duo calamo exarati: *Sicuti regi placuerat*: quo verbo ſaepe *Salluſtius* utitur: nam ſupra: *propter diſſenſionem placuerat dividi theſauros*. & infra: *neque hoc animum a principio tibi placuiſſet*. & iterum: *Ita Jugurthae placuerat ſperanti max effuſos hoſtes invadi poſſe*. Nos tamen nihil mutamus. *Popma*.

1 *Sed ubi ea Romae comperta ſunt*.] Vulgati receptio; codices ita habent. Priſcianus: *Haec ubi Romae comperta ſunt*, legit. Sed & ipſe *Salluſtius* in Catilinario: *Haec*, inquit, *ubi Romae comperta ſunt. Senatus Catilinam, & Mallium hoſtes judicat*. Nos tamen nihil mutamus. *Idem*.

2 *Ob ea conſul, &c*.] Videtur figmentum Commentatoris *ex delicto fratris*: ut certe *ob ea Conſul* Gruteriana pro, *deinde*, *demum*. contra MSS. J. Waſſe.

3 *Conſulebat*.] Jucundius fuiſſet *conſulere*. Gruterus.

4 *Exercitui &c*.] Naz. primo habuit vel *exercitu* aut certe *exercitus*. Idem.

5 *Ita uti*.] Ball. λ. Reg. L 2. Venetae abeſt *ita*, ſed minus eleganter. *J. Waſſ*.

cernit,

cernit, *ſuo atque* [1]*populi injuſſu nullum potuiſſe foedus fieri.* Conſul impeditus a tribunis pl. ne, quas paraverat copias, ſecum portaret, paucis diebus in Africam proficiſcitur. Nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus in provincia hiemabat. [2] Poſtquam eo venit; quamquam perſequi Jugurtham, & mederi fraternae invidiae [3] animo ardebat; cognitis militibus; [4] quos praeter fugam, ſoluto imperio, licentia, atque laſcivia corruperat, [5] ex copia rerum ſtatuit, nihil ſibi agitandum.

XLIV. [6] Interea Romae C. Mamilius Limetanus Tr.

1 *Populi injuſſu.*] Sic *Livius* Lib. IX. *Coſſ. profecti ad Pontium in colloquium cum de foedere victor agitaret, negarunt injuſſu populi foedus fieri poſſe, nec ſine fecialibus, caeremoniaque alia ſollemni. Itaque non, ut vulgo credunt, Claudiuſque etiam ſcribit, foedere pax Caudina, ſed ſponſione facta eſt, &c.* Et paulo inferius: *Spurius Poſthumius, qui ſponſionem fecerat, in Senatu, ſententiam a Coſſ. rogatus, ita diſſerit: Quae ſententia teſtis erit, mihi an legionibus veſtris pepercerim: cum me ſeu turpi ſeu neceſſaria ſponſione obſtrinxi: qua tamen, quando injuſſu populi facta eſt, non tenetur populus Romanus; neque quicquam ex ea, praeterquam corpora noſtra debentur Samnitibus. Dedamur per fecialos nudi, vinctique exſolvamus religione Populum, ſi qua obligavimus, &c.* Et paulo inferius: *Neque ego inficias eo, Patres Conſcripti, tam ſponſiones, quam foedera ſancta eſſe apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur: ſed injuſſu populi nego quicquam ſanciri poſſe, quod populum teneat.* Ciaccon. Adde Cic. pro Caecin. & ad Quir. poſt Red. *J. Waſſe.*

2 *Poſtquam eo venit.*] In nonnullis eſt, *Poſtquam eo ventum eſt.* quomodo & alias. *Rivius.* Sic. L 2, 3. Venet. Ball. *J. W.*

3 *Animo ardebat.*] *Ardere ira, dolore, deſiderio* dixit Ciccro, &, *ardet animus*: ut Sall. in orat. de repub. ord. *ardet omnibus animus.* Caeſar 7. *Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas civitates adjungeret.* Ciacconius. In quibuſdam, *animus ardebat*: videlicet Albini conſulis. Sed prior lectio melior, pro, ſtudio & cupiditate flagrabat. ſic enim & manuſcripta. *Rivius.*

4 *Quos praeter fugam ſoluto imperio, licentia atque laſcivia corruperat, & copia rerum.*] In manuſcriptis ceteriſque vetuſtioribus, ex copia rerum, *ſtatuit ſibi nihil agendum.* pro, *ut res ſeſe dabant*, ſive *pro ſtatu & conditione rerum.* Sic poſtea Salluſtius, *Tum Marius ex copia rerum conſilia trahit.* id eſt, *ex tempore.* vel, *pro re nata.* Tacitus; *Ex re conſulere*, dixit. *Idem.*

5 *Ex copia rerum ſtatuit nihil ſibi agitandum.*] Sic infra: *Marius ex copia rerum conſilium trahit.* contra: *Tamen ex inopia quod optimum videbatur, conſilium capit.* Ciacconius. Carrio invexit primum *agendum* invitis MSS. *Grut.* At ſic, L 2. Arond. Ball. γ. *agitandum* pro v. Lect. λ. pro, v. l. *agendum.* Pemb. *agendum* ex manu correctrice. *agitandum* B. Pub. a pr. m. at vere *Gruterus.* ita locum aemulatus *Sulpicius Hiſt. Sacr.* II, 94. *Ita tum Ithacius ſtatuit, ſibi rebus dubiis novi Imp. adventum expectare*, interim ſibi nihil agitandum. *J. Waſſe.*

6 *Interea Romae C. Mamilius Limetanus.*] Hic tam varia eſt in exemplaribus lectio, ut quae potiſſimum probanda, haud facile judicare poſſis. In Veneto eſt, *C. Mamilius Limetanus tr. pl.* nec ſe-

pl. ro-

cus in Argentoratenſi. atque aliis pleriſque. In Pariſienſi, quod eſt a Badio excuſum, caſtigatum ab Aleandro, *C. Mamillus Limentanus.* In Fabriciano, quam lectionem maxime omnium probandam puto *C. Mallius Limetanus.* Quamquam in ſpatio quod verſus dirimit, adſcriptum ibidem eſt, *Mamillus.* Sed & poſtea ubi in aliis fere, *ex Manlii rogatione*; in Badiano, *ex Malliana.* Sed quid multis? Aut haec lectio vera eſt quam habet manuſcriptum, aut ea quae in pervulgatis eſt exemplaribus dialogi de claris oratoribus quem *Brutum* vocant, quo loco *Cicero* de C. Galba Sergii F. loquens hujuſce trib. pl. meminit. *nam rogatione,* inquit, *Manilia, Jugurthinae conjurationis invidia cum pro ſe ipſe dixiſſet, oppreſſus eſt.* Ibidem paullo poſt de L. Beſtia loquens. *Nam invidioſa lege Manilia quaeſtio C. Galbam ſacerdotem, & IV. conſulares L. Beſtiam, C. Catonem Sp. Albinum, civemque praeſtantiſſimum L. Opimium,* & quae ſequuntur. Niſi quis *Mamilia* ibi, non *Manilia* legendum eſſe contendat, ita uti de doctis quidam cenſent: tametſi *Eraſmus* quidem in poſtrema editione Chiliadum, *rogatione Manilia* legit, hunc *Ciceronis* e *Bruto* locum citans. Similis fere error eſt in *Octavio* illo *Tuſculano,* apud T. *Livium* I. ab U.C. quem *Mamilium* alii vocant, alii *Manilium.* quod poſterius in Anthropologia comprobat Volaterranus, qui cum eruditi quidam faciunt. Sex. Pompejus F. *Mamiliorum familiam* diverſam facit ab ea quam *Manliam* alii vocant. *Mamilia,* inquit, *turris, intra Subura regionem, a Mamilio nomen accepit. Mamiliorum familia a Mamilia filia Telegoni, quam Tuſculi procreavit, eſt appellata, quando id oppidum ipſe condidiſſet.* Mox, *Manliae gentis patriciae decreto, nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affectaſſet, damnatus necatuſque eſt.* Haec totidem ferme verbis repetit Sipontius. Quod niſi mendum eſt in exemplaribus Sex. *Pompeii,* ut eſſe ſuſpicor, errat & Volaterranus ipſe, & quicumque alii *Manilium* vocant principem illum Latini nominis *Octavium Tuſculanum.* Sed mihi legendum apud *Feſtum* videtur, *Maniliorum familia, a Manilia, &c.* Livii exemplaria variant. nam eſt in aliis *Manilius,* in aliis *Mamilius.* Sed & auctor libelli de magiſtratibus R. *Mamilium* vocat, cum *Manilium* alias legi, ſit in margine adnotatum. Contra, qui de viris illuſtribus ſcripſit, eundem *Manilium* appellat, quemadmodum & *Florus* Lib. I. & e recentioribus *Alexander Neapolitanus,* Quin & apud *Ciceronem* II. de natura deorum, quo loco ſic Hervagius, *Cum A. Poſtumius dictator cum Octavio Mamilio Tuſculano praelio dimicaret, &c.* ibi Aldus, *Manilio* excudit; tametſi idem *Aldus* in Epiſtolis ad Atticum, *Manlium* dicit, *Male,* inquit, *Tarquinius, qui Porſenam, qui Octavium Manlium contra patriam.* quomodo & aliud quoddam Venetiis impreſſum, & aliud Baſileae ab Hervagio excuſum. Cura mehercule non deeſſet, ut *Livii* noſtri verbis utar, ſi qua ad verum via inquirentem ferret. Nunc mirari magis, adeo diſcrepare inter ſe codices, quam quid veri ſit, diſcernere queas. Quod ſi Graeci nobis exemplaris copia D. *Halicarnaſſ.* foret, perfacile huic rei inveniri remedium poſſet. Sed de hoc ſatis. M. *Manlius* qui Capitolium defendit, a *Plutarcho* Μάλλιος dicitur. Is vero unde lex *Manilia* nomen habet, Μανίλιος ab eodem in *Ciceronis* vita; ſed in *Pompeii,* Μάλλιος, mendoſe ut opinor, & incuria librariorum: quando, ut dixi, diverſa Romae fuit proſapia *Manliorum* & *Maniliorum.* Hoc ceu auctarium addere libuit. Pro *Interea,* eſt in manuſcriptis *Interim,* nec aliter in impreſſis vetuſtioribus. *Rivius.* Alii *Limentanus.* quod mendoſum eſt. Sincerum autem, *Limitanus,* aut, *Limetanus*: cum *i,* & *e* viciſſim veteres uſurpaverint. Eſt autem hic C. *Mamilius* is, qui legem *Mamiliam* celebrem tulit de limitibus, cujus mentio eſt in libro *De limitibus & Aggenum Urbicum* de agrorum condit. & apud *Ciceronem* De legibus, & in *Bruto.* Nummum praeterea argenteum ipſi vidimus apud clariſſimum virum Andream Lauretanum, patricium Venetum, in quo eſt, C. MAMILII. LIMETAN. *Manutius.* Et ſic, *Urſini*

Codd.

pl. rogationem ad populum promulgat, *uti quaereretur in eos, [1] quorum conſilio Jugurtha Senati decreta [2] neglexiſſet; quique ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepiſſent; qui elephantos, quique perfugas tradidiſſent; item, qui de pace, aut bello cum hoſtibus pactiones feciſſent.* Huic rogationi partim conſcii ſibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte reſiſtere non poterant, quin illa, & [3] alia talia placere ſibi faterentur; occulte per amicos, ac maxume per [4] homines nominis Latini, & ſocios Italicos impedimenta parabant. Sed plebes, incredibile memoratu eſt, [5] quam intenta fuerit, quantaque vi rogatio-

Codd. *J. W.* Sic Naz. & Comm. nam caeteri *Limitanus.* ſic Ball. Bodl. Mart. Gruter. L 2. *Limentinus.* J. Waſſe.

1 *Quorum conſilio Jugurtha ſenatus decreta neglexiſſet.*] Manuſcripta duo, *ſenati decreta.* quia eſt genitivus antiquus, atque ob id *Salluſtio* antiquario magis conveniens. ſic Plaut. *Senati columen* dixit. *Rivius. Senatus conſulta* Pemb. in marg. ſecunda manu *decreta.* J. Waſſe.

2 *Neglexiſſet.*] L 3. *negl. & qui elephantos & perfugas tradidiſſent, quique in l.* haec verba habentur ſupra, Cap. 37. retinent tamen caeteri Codd. Arond. *elephantos vendidiſſet quique* infra: *non poterant,* Mark κ. *nequibant.* Idem.

3 *Alia talia.*] Sic Libri omnes. Noſter etiam infra Cap. LXVIII. *Poſtquam haec atque* alia talia *dixit.* ibi Reg. L 3. *talia alia,* male. iterum Cap. xc. *Sudorem, pulverem, &* alia talia, *relinquunt nobis.* Non abſimiliter *D. Marcus* VII, 8. τὰ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα. *Ariſtot* N. Hiſt. V, 30. περὶ δὲ πλειάδα καὶ χειμοφόρον, &c. καὶ τὰ τοιαῦτα. J. Waſſe.

4 *Homines Latini nominis.*] In MSS. ceteriſque vetuſtioribus, *per homines nominis Latini.* nam hoc ordine verborum & alias quoque utitur. *nec aliter in vetuſtis Inſcriptionibus, ubi fere primis tantum litteris haec verba notantur, in* hunc modum, N. L. quibus litteris ſignificatur, *nominis Latini.* unde conjicere licet, hac ſerie fere collocanda eſſe haec verba, & hunc fuiſſe uſum publicum & obſervationem communem. idque maxime, ſi obſcenius alioqui concurrant litterae, niſi ordinem verborum immutes. T. Livius. *Quina millia ſocium Latini nominis,* inquit, quomodo & alias idem ſaepe. Sed cum tale obſtat nihil, ordine priore verborum fere utitur. velut X. dec. IV. *Fabius ſociis atque* nomini Latino *remittere delectum* & II. dec. ejuſdem, *Circa* nomen Latinum *a praetoro miſſae litterae.* Sic alibi, *Ut ſocii nominis Latini,* inquit, item, *Ut cum ſociis ac nomine Latino, &c.* Rivius.

5 *Quam intenta.*] Carrionis Ed. *quantum.* ſic, Venetae. Aſcenſian. Baſil. 1563. Markii γ. Arond. Reg. Oxonienſes. L 3. Pemb. in marg. a manu ſec. ſed B. Pub. λ. L 1, 2. &, Gruteriana *quam.* Commel. *quantum,* ut inferioris ſaeculi Codd. Nazarianus tamen praefert alterum, Grutero teſte. *Agellius* IX, 13. *quod genus, & quam formidandae vaſtitatis, &* quantum inſolens *provocator, & cuimodi fuerit pugna decertatum.* hoc eſt, *quam multum.* quae ſignificatio ab hoc loco non abhorret. ſimili ſignificatu *Quantus.* Virg. Aen. IX, 667. Quantus *ab occaſu veniens pluvialibus haedis Verberat imber humum: quam multa grandine nimbi In vada praecipitant,* &c.

nem [1] juſſerit, decreverit, voluerit, magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura Reipubl. tanta libido in partibus erat. Igitur, ceteris metu perculſis, M. Scaurus, quem legatum Beſtiae fuiſſe ſupra [2] memoravimus, inter laetitiam plebis, & ſuorum fugam, trepida etiam tum civitate, cum ex Mamiliana rogatione [3] tres quaeſitores rogarentur, effecerat, ut ipſe in eo numero crearetur. [4] Sed, quaeſtione exercita aſpere, violenterque ex rumore, & libidine plebis, ut ſaepe nobilitatem, ſic ea tempeſtate plebem ex ſecundis rebus inſolentia ceperat.

XLV. [5] Ceterum mos partium popularium, & Senati factionum, ac deinde omnium malarum artium, [6] paucis ante annis Romae ortus eſt otio, atque abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt. Nam ante

A. Victor, Ep. Cap. xxx. *Ne ſi plures raperentur, quantis odio eſſet, intelligeretur.* J. Waſſe.

1 *Juſſerit. dec. vol.*] De hac formula vide *Briſſonium*. Arnob. 1. pag. xxviii. *Illud ſolum audire deſiderat, an ſine ullius adjunctione materiae, id eſt, medicaminis alicujus, ad tactum morbos juſſerit ab hominibus avolare.* imperaverit, fecerit. ii. pag. 75. ordinaverit, juſſerit, *& ſua ſancire conſtitutione* praeceperit. *Idem.*

2 *Memoravimus.*] Mira inconſtantia! B. Pub. *diximus*. Reg. L. 2. Bodl. λ. Venetae Mart. *docuimus*. neſcio an abeſſe utrumque debeat. *J. Waſſe.*

3 *Tres quaeſitores.*] MSS. nonnulli *tris*. *Gruterus.*

4 *Sed quaeſtione exercitata.*] Manuſcripta duo, *exercita*. idque haud ſcio an melius. nam & judicium & quaeſtio exerceri dicitur. Cicero, *Qui cum praetor quaeſtionem inter ſicarios exercuiſſet.* Liv. *Quam acriter quaeſtiones exercuiſſet.* Neque tamen priorem lectionem repudio: nam peculiare eſt *Salluſtio* noſtro frequentativis uti pro primitivis; quomodo alicubi *agitare praedas*, pro *agere* dixit, & *ductare exercitum*, pro ducere. *Rivius.*

Exercitata. Venetae Mart. Ball. Bodl. λ. B. Pub. L. 2, 3. Pemb. *exercita* a 1. manu Markii γ. vid. J. 74. *Hegeſip.* 1, 41. *Statuitur Tyro cum filio, exercetur deinde ſimul* quaeſtio: Codices ſcripti recte *de indice*. J. Waſſe.

5 *Ceterum mos partium.*] Valde diſcrepant libri. editio princeps praefert, *& Senatorum factionum*. Naz. *mos partium popularium & factionum*, ſine voce *Senatis*, quae nec in Comm. niſi a calamo recenti: etiamque interpolata in Pall. ſec. nam tert. *mos partium popularium. Senatus factionum*, ſine copula ſext. *mos partium & mos Senatus, &c.* niſi fallor reſtituendum: *ceterum mos partium & factionum*, omiſſis ceteris. imo ſi quis adhuc amputarit, *& factionum*, ei apud me praemium. *Gruterus.* De voce *partium* Cicero Philip. xiii. §. 39. Partes, *furioſe, dicuntur in curia. bellum contra patriam nefarium ſuſcepiſti*, &c. *cuncta contra te Italia armata, eſt in iſtas tu partes potius quam a Pop. Rom. defectionem vocaris.* pro *populus & Sen.* Pemb. a manu prima *plebs & Senatus Rom.* J. Waſſe.

6 *Et paucis ante annis.*] Τὸ *&* perperam eſt in Gymnico additum. *Rivius.*

Digitized by Google

Carthaginem deletam, populus, & Senatus R. placide modeſteque inter ſe Rempub. tractabant: neque gloriae, neque dominationis certamen inter civis erat: [1] metus hoſtilis in bonis artibus civitatem retinebat. [2] Sed ubi illa formido mentibus diſceſſit, [3] ſcilicet, ea, quae ſecundae res amant, laſcivia, atque ſuperbia [4] inceſſere. Ita, quod in advorſis rebus optaverant, [5] otium poſtquam adepti ſunt, aſperius, acerbiuſque fuit. [6] Namque coe-

1 *Metus hoſtilis in bonis artibus civitatem retinebat.*] Alii *continebat*, ſed eodem ſenſu; quamquam poſterius mihi quidem magis arridet: nam & *Florus* eadem de re loquens, eo ipſo verbo Libro IV. uſus eſt. *Rivius.* v. *Vellejum* Lib. II. & *Auguſtin.* de Civ. Dei. II. *J. Waſſe.*

2 *Sed ubi illa formido mentibus deceſſit.*] Manuſcripta, *diſceſſit*. Tu vide utrum rectius. Diſcedere ſpem *alicui*, eſt apud *Caeſarem*. ut & *formidinem diſcedere*, non abſurde forſan dicere poſſis. *Rivius.* *Illa form.* Arond. R. L. 2. Pemb. γ. λ. B. Pub. ſic *Gruterus*, quem ſequor. *J. W.* Produxi cum Carrione ſcripturam MSS. codicum *diſceſſit*, improbato illo, *deceſſit*. Grut. *Diſceſſit* B. Pub. γ. λ. Pemb. a manu prima. Venetae, Mart. *Liv.* IV, 52. *At ubi hae* ſollicitudines diſceſſere, *omnia quibus turbari ſolita erat civitas, domi diſcordia, foris bellum exortum.* confer *Plutarchum* in Catone M. 352. *J. Waſſe.*

3 *Scil. ea quae.*] Non multum habet quod heic agat *ſcil. ea.* Grut. *ilicet* alii, ſed ex mera Palmerii conjectura, malo exemplo in Textum irrepſit. neſcio an L. 1, 2, praeferant, *ilicet*. caeteri omnes aperte, *ſcilicet*. hoc eſt δῆλον, *nempe*, *nimirum*. ut ſaepe apud *Salluſtium*. Cat. XVI. & in principio, Cat. LX. Jug. IV, *animum ad virtutem accendi.* ſcilicet *non ceram illam, neque figuram tantam vim in ſeſe habere, ſed memoria rerum geſtarum*, &c. XXXV. *ſi deditiitius eſt; profecto juſſis veſtris obediens erit: ſin ea contemnit*, ſcilicet *aeſtimabitis, qualis illa pax*. Valde tamen arridet illud *Palmerii*, & firmat nonnihil *Paterculus* de eadem re verba faciens Lib. II. *remoto Carthaginis metu, ſublataque imperii aemula*, non gradu, *ſed* praecipiti curſu, *a virtute deſcitum, ad vitia tranſcurſum.* Florus huc reſpexit. II, 12. *Dum ſincera adhuc & innoxia paſtoritiae illius ſectae integritas, dumque Poenorum hoſtium imminens metus, diſciplinam veterem continebat.* ſupra: pro, *mortales ducunt*, quidam e noſtris peſſime, *dicunt*. at contra potiores Codd. & *Donat.* in Eunuch. I, 1. *Sulp. Severus* Dial. I, 5. habet, *putant*, ſic quoque Noſter *Catilin.* XXXVII. *Cicero* Tuſc. IV. 31. *ſint ſane iſta bona* quae putantur, *honores*, *&c.* Noſter, Philoſophum agit. eorum enim haec & hujuſmodi. *J. Waſſe.*

4 *Inceſſere.*] Arond. *invaſere*. ſed ex Interprete. *Liv.* I, 17. Inceſſit timor *patres ne*, &c. IV, 57. *patribus* gravior cura. *Tacitus* I, 5. inceſſerat *rumor*, I, 16. *ſeditio*, I, 55. *ſpes*. II, 51. *certamen*. An. III, 71. *Religio*. & valetudo ibid. *Hegeſip.* II, 15. *formido*. MS. inepte *ſucceſſerat*. &, I, 18, *fames*. inceſſere enim eſt, *aggredi*, *invadere*, εἰσβάλλειν. J. Waſſe.

5 *Otium poſtquam adepti ſunt, aſperius acerbiuſque fuit.*] Ita ſine ullo diſſenſu Pall. ut mirer quid *Popmae* venerit in mentem iſthaec foede interpolanti [*otium poſtquam adepti fuere, acerbius aſperiuſque tulere*], etiam contra conſenſum editionum exoletarum. *Gruterus.*

6 *Namque coepere.*] Sic eſt in manuſcriptis, quae ipſe viderim, contra quam Gymnicus habet; utra lectio verior, aliorum eſto judicium. *Rivius.* Libri ſcripti praeferunt: *coepere nobilitas dignitatem in ſuperbiam, populus libertatem.* alii codi-

Digitized by Google

pere nobilitas dignitatem, populus libertatem in libidinem vertere: ſibi quiſque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partis abſtracta ſunt. [1] Reſpubl. quae media fuerat, dilacerata. Caeterum [2] nobilitas factione magis pollebat: plebis vis ſoluta, atque diſperſa, [3] in multitudine minus poterat: paucorum arbitrio belli, domi-

ces: *nobilitas dignitatem in dominationem.* [ſic Mart. Venetae Ball. Bodl.] Multus eſt *Salluſtius* in commemoranda ſuperbia nobilitatis. Paullo poſt: *nobilitas factione pollebat* legendum, inducto *magis*, quod abeſt a ſcriptis. *Putſchius.* Sic MSS. aetate provectiores. & recte, nam libidine laboratum aeque in plebe juxta ac nobilitate. Libri plane recentes, duo Pall. ſept. ac dec. ignoratione vocis *lubidinem*, invexerunt amplius, *nobilitas dignitatem in dominationem, populus, &c.* vel etiam, *nobilitas dignitatem in ſuperbiam.* ſtulte. tollenda enim utraque vox: fortaſſis quoque praeterea, *coepere.* Gruterus.

1 *Reſp. quae media fuerat.*] Ita Libri. *Plutarchus* in *Bruto* pag. 997. Τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τούτων πρεσβύτερα Κίννᾳ καὶ Μαρίῳ, καὶ Κάρβωνι, ἌΘΛΟΝ ἘΝ ΜΈΣΩι καὶ λείαν προθέμενοι τὴν πατρίδα μόνον, οὐχὶ ῥητῶς ὑπὲρ τυραννίδος ἐπολέμησαν. Et ſic fere *Ariſtoteli* in Rhetoricis μεταξύ. φίλος ἢ ἐχθρὸς ἢ ΜΕΤΑΞΥ. hac utique ſententia. Dum unusquiſque privati compendii ſatagit, bonum publicum negligitur. Reſp. quae neque harum aut iſtarum partium eſt, dilaceratur. vide *Gronov.* ad *Livium* IV, 43. *Oroſius* VI, 9. *Cum quaeque civitas tantis concurſibus* media, *inevitabiliter periclitabatur.* Hegeſippus V, 8. *Quibus certantibus inter ſe, praeda erat in medio populus, eorum qui vicerant; & praemium certaminis huc atque illuc eventu vario transferebantur.* Sed Noſter *Thucydidem* ſequitur III, 82. Οἱ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι προστάντες, μετ᾽ ὀνόματος ἑκάτεροι εὐπρεποῦς, πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς, καὶ ἀριστοκρατίας σώφρονος προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες ἆθλα ἐποιοῦντο. παντὶ δὲ τρόπῳ ἀγωνιζόμενοι ἀλλήλων περιγίγνεσθαι, ἐτόλμησάν τε τὰ δεινότατα, ἐπεξῇσάν τε, τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους οὐ μέχρι τοῦ δικαίου καὶ τῇ πόλει ξυμφόρου προθέντες, ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις που αἰεὶ ἡδονὴν ἔχον ὁρίζοντες, καὶ ἢ μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως, ἢ χειρὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν, ἑτοῖμοι ἦσαν τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν ἐμπιπλάναι. ὥστε εὐσεβείᾳ μὲν οὐδέτεροι ἐνόμιζον. εὐπρεπείᾳ δὲ λόγου, οἷς ξυμβαίη ἐπιφθόνως τι διαπράξασθαι, ἄμεινον ἤκουον. τὰ δὲ ΜΕΣΑ τῶν ΠΟΛΙΤΩΝ ὑπ᾽ ἀμφοτέρων ἢ ὅτι οὐ ξυνηγωνίζοντο, ἢ φθόνῳ τοῦ περιεῖναι, διεφθείροντο. *Livius* II, 57. *Dum Tribuni Conſuleſque ad ſe quiſque omnia trahunt, nihil relictum eſſe virium* in medio: *diſtractam* laceratamque Remp. *magis quorum in manu ſit,* quam ut incolumis ſit, *quaeri.* Idem etiam Athenienſibus vitio vertit Orator. Ol. II, 9. Πειρᾶσθαι τοίνυν ὑμᾶς ἀλλήλοις ἐρίζειν καὶ διεστάναι. τὰ κοινὰ δὲ ἔχειν φαύλως. Redonanda vox haec *Quintiliano* Declam. I, 10. *Miſerrimus eſt maritus, quiſquis inducit filio novercam, quod uxori non videtur poſſe utrumque amare.* multo melius Codex Joannenſis, *quod,* medius *uxori filioque, non videtur, &c.* Aliam τοῦ medii notionem ſuppeditabunt *Ammianus* XXIV, 3. *Eutrop.* VIII, 5. *Sidon.* II. Ep. VI. *Vopiſcus* Caro IV. *Lucan.* I, 88. II, 31. pro *populus* Pemb. a manu prima *plebs.* J. Waſſe.

2 *Nob. f. magis poll.*] Ita MSS. omnes praeter unum cui defuit *magis* peſſime. *Gruterus.*

3 *In multitudine diſperſa*] Contra infra: *In patribus ſumma auctoritas erat, vis multo maxuma in plebe.* Ciacc. Reduxi poſituram verborum ac diſtinctionem, quae in MSS. editiſque vett. quibus tamen *in multitudine,* ut forſan binae illae dictiones ſint ab librariis; certe prae-

que

que [1] agitabatur. Penes eoſdem aerarium, provinciae, magiſtratus, gloriaeq, triumphique erant: populus militia, atque inopia urgebatur; praedas bellicas imperatores cum paucis diripiebant. Interea parentes, aut parvi liberi militum, [2] uti quiſque potentiori confinis erat, ſedibus pellebantur. Ita cum potentia, avaritia ſine modo, modeſtiaque invadere, polluere, & vaſtare omnia; nihil penſi, neque ſancti habere, quoad [3] ſemet ipſa praecipitavit. Nam [4] ubi primum ex nobilitate reperti ſunt, qui veram gloriam injuſtae potentiae anteponerent; moveri civitas, & diſſenſio civilis, [5] quaſi permixtio terrae; oriri coepit.

poſitio, quae alioqui non eſt in Pall. nono. *Gruterus. in multitudine* γ. Pemb. λ. B. Pub. Reg. L 3. *J. Waſſe.*

1 *Reſp. agitabatur.*] *Reſp.* non eſt in ullo manuſcripto, nec in codice Beroaldino. *Rivius.* Ball. Mark. γ. in ſpatio interlin. Venetae, Mart. retinent. omittunt B. Pub. λ. Pemb. Grut. & Carrio. ideo induxi L 2. Pop. Rom. *agitabatur.* J. W.

2 *Uti quiſque potentiori confinis erat.*] Quamvis in quibuſdam ſit *affinis*, tamen prius illud magis arridet, & ad ſenſum magis facit: pro, *conterminus*, ut *Plinius* loquitur. *Rivius.* Ball. *adfinis.* ſic etiam Venetae. L 2, 3. & primitus B. Pub. Markiani vero. Pemb. Carrio, & caeteri, *confinis.* recte. ſic Gruteri potiores. Varro de R R. I, 16. *ſi quid ita eſt in confinibus fundis ut noſtris agris proſit.* Arond. omittit, *ita.* &, *egregios.* Liv. IV, 49. *excurſiones inde in* confinem *agrum Lavicanum factae erant.* &, XLV, 29. ſic etiam *Valer. Flaccus* Arg. II. *Senec.* de Ira. Gloſſae Συνόρμος, σύγχωρος, ἀστυγείτων. inde, *lineae* confinales apud *Latinum* U. P. *Togatum* p. 310. & apud *Gellium* pag. 7. *confinitima.* Caeſar. B. G. VI, 3. quinam ſunt *confines agri*, docet L. IV. §. *non ſolum*, ff. Fin. reg. vide etiam Paulum L. *qui duo.* 29. ff. de Servit. Ruſt. non ſunt autem *confinales* quos dirimit via publica; aut flumen. L. IV. ff. §. fin. reg. §. *hoc judicium.* v. *Plin.* Nat. Hiſt. VI, 5. *Ammianus.* XIV, 2. *Loca petivere mari* confinia. *Ovid.* Pont. II, 5. *ſtudio* confinia *carmina veſtro.* Jornandes de Reb. Get. confinis *Germaniae terrae.* p. 84. *Auguſtin.* de Civ. Dei II, 17. *Quae filias ſuas ad matrimonium corregionalibus, &* confinalibus *ſuis negaſſet petitas.* III, 13. *Quantis ac quam multis utrinque vulneribus, ac funeribus, tam propinquorum quam* confinium *iſtae victoriae conſtiterunt.* Cyprianus ad *Donat.* p. 8. *Sed & quos divites opinaris, continuantes ſaltibus ſaltus; & de* confinio *pauperibus excluſis.* i. e. a vicinitate. Capella p. 6. *Quicquid vero terrae* confine *ac propinquum.* & p. 278. *Huic circulo* confinis *ſolſtitialis.* pag. 193. *At cum Arcton converſio ſupra verticem volvatur Heſperiae apud Troglodytas Aegyptiumque* confinem *ignoto occultoque penitus ſydere neſcitur.* membranae C.C.C. vetuſtiſſimae. *Aegyptumque*, recte. firmat *Plinius* quem excripſit, Nat. Hiſt. II, LXX. ibi etiam legendum: *occaſivis regionibus* ſic enim tres Codd. MSS. confer denique *Ruffinum* in verſione *Joſephi* I. I, 14. J.W.

3 *Semetipſam praecipitavit.*] Legendum, *ſemetipſa.* ex vetuſtis quibuſdam. *Rivius.* Pemb. B. Pub. *ipſa.* J. W.

4 *Ubi.*] Parei Ed. *uti.* noſtri omnes. *Grut.* & *Carrio*, ubi. *J. Waſſe.*

5 *Quaſi permixtio terrae oriri coepit.*]

XLVI.

XLVI. Nam poſtquam Tiberius, & C. Gracchus, quorum majores Punico, atque aliis bellis multum Reipubl. addiderant, vindicare plebem in libertatem, & paucorum ſcelera patefacere coepere: nobilitas noxia, atque eo perculſa, modo per ſocios, ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos ſpes ſocietatis a plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam

Verba duo poſtrema non videntur legitima auctoris. Naz. habet, *quaſi permixtione terra fore coepit.* emendatamque deinde, *terrae oriri*, ac refert Commel. *quaſi permixtione terrae oriri coepit*, quomodo a manu recenti. Pall. ſec. cui prius fuerat, *quaſi permixtione terrere coepit*. ſed nec ſatis intelligo hanc permixtionem terrae. *Gruter.* Arond. *anecp. coepit mi civium & d. c. oriri.* Venet. 1478. *moveri civitas* neſcio an pro *movere* Liv. xxxv, 34. *omnia velle* novari. B. Pub. *diſſensione civilis q. p.* verum *ei* a manu correctrice. abeſt etiam *coepit* L. 3. & Bod. Caeteri nihil movent. Fr. *Gronovius*, aetatis ſuae *Bentlejus*, ex ingenio *permixtio rerum.* Badius ita explicat: *quaſi terrae motu orto omnia permiſcerentur.* Quaſi nimirum omnia fierent ex voto Illius apud *Suetonium* in Ner. xxxviii. *Dionem* lviii. & *Senecam* de Clement. ii, 2. Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. Equidem, voces *moveri*, *oriri*, modo genuinae ſint, ad talem ſenſum & imaginem quaſi manu ducunt. Verum in hujuſmodi tremoribus enarrandis nuſquam uſi ſunt Auctores *permixtione terrae*. At de ſeditionum concitatoribus & Reſp. turbamentis frequenter uſurpant *mixta*, permiſcere, permiſtio. Appoſite ergo, acute, & verum proxime Vir maximus, ſuper hoc loco ſententiam rogatus, ex veſtigiis Nazarii, *quaſi permixtione terra foro coepit*, nec tamen in ea divinatione ſibi placuit. Tentaram aliquando *p. coeli atque terrae oriri.* Livium ſecutus: qui iv, 3. *Quid tandem eſt, cur coelum ac terras miſceant.* poſtea vero: *quaſi permixtione terrae coepit.* Terram pro *terra Italia* vel *orbe Romano* accipiebam, ut ſententia foret: *agitari civitas, & diſſenſio civilis tamquam prorſus confuſo, & ab imis ſedibus convulſa Reip. mole, oriri.* Hoc ſenſu *miſcere* & *movere* conjunctim apud *Livium* xxxv, 12. *Ubi nihil uſquam moveri viderunt, agitandum aliquid miſcendumque rati.* & miſcere *ſeditiones* xxxv, 13. quomodo apud Graecos Κυκᾶν. *Eupolis* de Pericle. Ἤστραπτ', ἐβρόντα, ΣΥΝΕΚΥΚΑ τὴν Ἑλλάδα. confer *Iliad.* λ. 129. Schol. *Oppiani* Hal. ii, 231. Sed & *permixtio* cum per ſe ponitur, confuſionem *ſeditionemque* denotat. *Vegetius* ii, 23. *Illud vero majus quiddam, ordines ſervare diſcunt, & vexillum ſuum in tantis permixtionibus, in ipſa proluſione comitantur, nec inter doctos aliquis error exiſtit cum multitudinis ſit tanta* confuſio. ibi *permixtio* & *confuſio* idem valent. inde alterum quandoque pro altero. *Q. Septimius* i, 21. *praeterea terrae mariſque ingens motus, atque ad poſtremum* confuſione *aeris ereptum lumen.* D. Auguſtin. Civ. xv, 22. *Facta eſt* permixtio, *& iniquitate participata, quaedam utriuſque* confuſio *civitatis.* Q. Septim. ii, 41. *Rurſus globus barbarorum ingruens, Alexandrum e medio rapit. Interim in ea* permixtione, *dum noſtri trepidant.* A. Victor qui *Salluſtium* fere ſequitur *Caeſ.* xli. *Cujus gratia* Reipublicae permiſtionem *fore, oſtentorum mira prodidere.* Quintilianus Decl. *Cum mixtis omnibus & uno modo rumore varentibus.* Thucyd. iii, 82. Πᾶν τὸ Ἑλληνικὸν ἘΚΙΝΗΘΗ. Noſter Fr. vi, 51. *Sed non inſcius, neque imprudens ſum, cum ea res agatur; quae ſaevitia, quaeque tempeſtates hominum nobilium fu-*

ierat:

ierat: & primo Tiberium, [1] deinde paucos poſt annos eadem ingredientem Cajum, [2] Trib. alterum, alterum triumvirum coloniis deducendis, cum M. Fulvio Flacco ferro necaverat. Et ſane Gracchis, cupidine victoriae, haud ſatis moderatus animus fuit. Sed bono vinci [3] ſatius eſt, quam malo more injuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas [4] ex lubidine ſua uſa, [5] multos mortalis ferro aut fuga exſtinxit; pluſque in reliquum ſibi timoris, quam potentiae, addidit. [6] Quae res plerumque magnas civitates peſſum dedit: dum [7] alteri alteros vincere quovis modo, & victos acerbius ulciſci volunt. [8] Sed de ſtudiis partium, & omnibus civitatis moribus ſi ſingillatim, aut pro magnitudine parem diſſerere;

turas ſuas, cum indignabuntur omnia funditus miſceri, *antiquis civibus hanc ſervitutem imponi*. Vide Cic. Verrin. II, 51. *J. Waſſe.*

1 *Deinde paucos poſt annos.*] Manuſcriptum *dein*. Rivius.

2 *Tribunum alterum, al. triumvirum.*] Ita MSS. noſtri, ſine eo *plebis* quod editionibus aliis immixtum eſt plane e ſupervacuo. *Gruterus.*

3 *Satius eſt.*] L 3. Venetae. *ſanctius*. B. Pub. *ſatiatus*, niſi fallor, poſtea factum *ſatius* atramento recentiore. γ. *ſantius* vel, *ſatius*, eraſa ſuperne abbreviatura. caeteri cum Textu. in aliquibus legitur *ſatius*. unde facilis in *ſanctium* lapſus. *Vincentius Beluac.* omittit *more*. retinet vero *ſatius*. Seneca de Ira II, 32. *ſaepe autem ſatius fuit diſſimulare, quam ulciſci.* & ſupra, *Non enim ut in beneficiis honeſtum eſt, merita meritis repenſare: ita* injurias injuriis. *illic vinci turpe eſt, hic* vincere. Plato in Crit. Οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν ... ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν. *malo more vincere injuriam* idem eſt, atque infra, *quovis modo*. hoc eſt, *quo jure quave injuria*, vel ut ille ſe explicat, &, *victos acerbius ulciſci*. injuriam *vincere* eſt, injuriam *perſequi*, vel ut alibi, *fieri injuria validior*. vel *ſolvere* eam, aut denique *manu vindicare*, quomodo loqui amat noſter. ſententia hauſta a *Philemide* Comico. Ὑπὸ τοῦ ἈΔΙΚΟΥ δ' ὑπὸ ἩΤΤΑΣΘΑΙ κρεῖττον ſupra, L 3. Pemb. λ. B. Pub. *moder. animus fuit*. ſic etiam Reg. *J. Waſſe.*

4 *Ex lubidine ſua.*] Vox *ſua* mihi ſuſpecta eſt. Ciacconius.

5 *Multos mortales.*] Legendum *mortales*. Rivius.

6 *Quae res plerumque magnas civitates peſſumdedit.*] Manuſcriptum, *peſſum dedit*, ut ſint duae dictiones non una compoſita. Corn. Tacit. III. *Quod multos etiam bonos peſſum dedit*. Sic & *peſſum ire* diviſim dicitur: velut apud Plin. *Peſſum iere vitae pretia*. & Plaut. *Peſſum abeat*. Ne multis, *peſſum dedit* ſic diviſim dicitur, ut in oratione Lepidi Salluſtius *venum datum*, dixit, *quaſi Cimbricam praedam venum aut dono datam*. & Livius, *Ignaros omnium ſe venum a principibus datos*. pro, *venundatos*. Apulejus V. *Niſi tam peſſum de tantis opibus ejecero*. pro, *niſi exturbaro atque evertero tantis bonis*. Idem.

7 *Alteri alteros vincere.*] Ex Catone hoc ſumtum apud Gellium, *alteri alteros occidere*. Ciacconius.

8 *Sed de ſtudiis, &c.*] Poſſet tolli illud *omnibus*, tanquam otioſum, aut praeterea. *Gruterus.*

ſerere; [1] tempus, quam res, maturius deſeret. Quamobrem ad incoeptum redeo.

XLVII. [2] Poſt Auli foedus, exercituſque noſtri foedam fugam. Metellus, & Silanus Conſules deſignati, provincias [3] inter ſe [4] partiverant: [5] Metelloque Numidia evenerat, acri viro, & [6] quamquam adverſo populi partibus, fama tamen [7] aequabili, & inviolata. Is ubi primum magiſtratum ingreſſus eſt, alia omnia ſibi

1 *Tempus quam res maturius me deſeret.*] In manuſcriptis quibuſdam non reperi *me.* ac citra detrimentum ſenſus omitti poteſt. *Rivius.* ſic plerique Codd. *Grut.* tamen retinet. *J. Waſſe.*

2 *Poſt Auli foedus exercituſque noſtri foedam fugam.*] In aliis *fugam foedam.* quomodo ſupra: *Noſtri* fuga foeda, *plerique abjectis armis, proximum collem occupavere.* Eſt autem *foedum, turpe & flagitioſum, dedecoriſque & ignominiae plenum.* Nec inepte hoc epitheton tribuitur formidoloſae fugae. *Cicero* ad Atticum, *Mitto illam fugam ab urbe turpiſſimam.* Idem, *Quid* foedius, *quid perturbatius hoc ab urbe diſceſſu? ſive potius turpiſſima fuga?* Titus Livius IV. ab U.C. *Per averſam portam* fuga turpi *deferuntur.* Idem VI. belli Punici ſecundi, *Hinc omne Punicum nomen, maria, terraſque* foeda fuga *impleturum.* & II. ejuſdem, *Cum multa caede ac* foeda fuga *retro ad naves compulſi ſint.* Idem I. belli Macedonici. *Vix tentato certamine, turpi fuga repetunt caſtra.* & VII. *Deinde redire in pugnam jubebat, pavorem & turpem fugam increpans.* Idem. In MSS. tribus melioribus habetur omnino *Albini*; quod iterum moneo ob cauſſam. *Gruter.* Sic loquitur *Jornandes* de Regn. ſucc. p. 15. Ed. Lindenbrog. ſed ex *Floro.* J. Waſſe.

3 *Inter ſe.*] Reg. *inter ſe p. p.* contra caeteri, *Servius,* ad Aen. I, 195. & *Cledonius.* p. 1916. Idem.

4 *Partiverant.*] Valde veriſimile eſt *Salluſtium* ſcripſiſſe *paraverant,* ut exiſtimat *Victorius.* Vide L. I. Obſ. I, 10. *Gronov.*

5 *Metelloque Numidia evenerat.*] Sic & manuſcriptum. quamvis in aliis, *obvenerat*: ſed eodem ſenſu. *Rivius.* Sic etiam Pall. optimi, pejores enim *obvenerat.* Gruter. ſic. L 3. & Ball. *J. Waſſe.*

6 *Quanquam adverſo, &c.*] Lectio haec quidem in editis omnibus & a ſcriptura noviſſima in membranaceis, ſed enim referunt antiquiores partim, *adverſo populi partium,* partim *adverſo populis partium.* Grut. *Adverſos populi partium* Pemb. Ar. Reg. *adverſo populis partium.* pro Var. Lect. Pemb. *adverſus populi partibus.* forte pro, *averſus.* ſed a manu recentiore. in textu primitus, *adverſo p. p.* poſtea factum, *adverſos.* y *adverſo populi partium.* & ſupra. *adverſo s.* ſic & λ. B. Pub. & Mart. Venetae vero, *adverſo populi partibus.* J. Waſſe.

7 *Aequabili.*] L 2. Ball. *aequali.* male. *Tacit.* IV, 20. *Neque tamen temperamenti egebat, cum* aequabili *auctoritate & gratia apud Tiberium viguerit.* hoc eſt non ſolum *apud omnes eadem,* ut ait *Criſpinus,* ſed, ut *Senecae* verbis utar, *ſemper indepravata fama, & tenoris ſui, quae* non ex impetu, *nec* ſubito, *ſed* aequaliter *valet.* Ep. LXXVI. ibi editi: *inventus eſt, qui flammis imponeret manum: cujus riſum non interrumperet tortor.* Codex MS. B. Pub. *interpolaret,* recte. idem valet ac *interponere, depravare,* vel, *contaminari,* ut loquitur *Terentius.* vid. *Cic.* Verrin. *Amphit.* I, I. 161. *Plin.* Nat. Hiſt. XXIX, 3. XXXVI, 26. & ſic ipſe *Seneca,* N. Q. I, 17. licet ibi *interpellari* ſuppoſuerit Gronov. *Curtius* VI, 2. *Satietatem epularum ludis* interpolabat. Codex quidem Petrenſis *interpellabat.* Sed ipſe qui magno Gronovio non

cum

Digitized by Google

cum collega [1] ratus, ad bellum, quod geſturus erat, animum intendit. Igitur diffidens veteri exercitui, [2] milites ſcribere, praeſidia undique [3] arceſſere: arma, tela, equos, & cetera inſtrumenta militiae parare, ad hoc commeatum affatim, denique omnia, [4] quae in bello vario, & multarum rerum egenti, uſui eſſe ſolent. Ceterum ad ea patranda Senatus auctoritate, ſocii, nomenque Latinum, [5] & reges ultro auxilia mittendo, poſtremo omnis civitas ſummo ſtudio adnitebatur. Itaque, ex ſententia omnibus rebus paratis, compoſitiſque, in Numidiam proficiſcitur, magna ſpe civium, [6] cum propter bonas artis, [7] tum maxume quod advorſum di-

ſum audiens. ejus auctoritati haud lubens paruerim. Ipſe Auctor ſeipſum & *Senecam* firmat. *Vacam tamen ſilentium & ſi nihil aliud, certe* gemitu interpolabo. ibi nihil Petrenſis. Habes ſimilia apud *Hegeſippum*. Caeterum de v. *aequabili* adi *Ciceronem* Caecin. §. 70. & pro Cluent. §. 46. *Lactant.* Inſtit. v, 14. *J. Waſſe.*

1 *Communia ratus.*] Τὸ *communia*, non reperi in ullo manuſcripto, nec impreſſis vetuſtioribus, at ſenſus tamen id expoſcere videtur, ut opinor. *Rivius.* Nec habet *Fulvii* Lib. *Manut.* Agnoſcit Reg. Arond. L 3. male. Ball. Bodl. Libri *Palmerii* reſpuunt. Formula diſceſſionis in Senatu, de qua *Plin.* Ep. VIII, 14. *Qui haec ſentitis, in hanc partem: qui* alia omnia, *in illam partem ite, qua ſentitis.* *Qui* alia omnia; *animadvertis ut non contenta lex dicere,* alia, *addiderit,* omnia. *His verbis* (inquit Feſtus.) *praeit, omnis videlicet cauſſa, ne dicat,* Qui non cenſetis. Hirtius B. G. VIII, 53. *Sententiiſque dictis. diſceſſionem faciente Marcello, qui ſibi omnem dignitatem ex* Caeſaris *invidia quaerebat, ſenatus frequens in* alia omnia *tranſiit.* vide *Cic.* ad Lentulum Ep. 1, 2. Hoc ſenſu *Iſaeus* Orat. VII. p. 515. 'ΟΥΔΕ'Ν τῶν 'ΟΜΟΙΟΝ ἦν ΜΟΙ αὐτῆς τῦ ἔν. *J. Waſſe.*

2 *Milites eligere, ſcribere.*] Τὸ *eligere*, non eſt in manuſcripto. *Rivius.*

3 *Arceſſere.*] Sic potiores MSS. non *acceſſere*, ut eſt in vilioribus. *Gruterus.*

4 *Quae in bello vario, &c.*] Deſtituuntur aliquot MSS. vocula; *in* plures etiam copula &, probo utrumque, ampliuſque adhuc ſuſtulerim *vario* tanquam interpretis. *Gruterus.*

5 *Et reges ultro auxilia mittendo.*] Magis *Salluſtiane* ſcriptus: *auxilia mittere.* Putſchius. Maluiſſem *auxilia mittere*, item *ſtudio adniti* primam certe mutationem ſtabilire eſt fide Pall. 3, 4, 6, 7, 10. *Gruter.* L 3. Bodl. Venetae, Mart. *mittere*, γ. λ. B. Pub. *mittendo.* J. Waſſe.

6 *Cum propter bonas artes.*] In antiquis, *arteis b.* ſic inferius, *certanteis.* ubi hodie *certantes*, ſequitur autem adjectivum in MSS. & impreſſis vetuſtioribus. *Rivius.* Themiſtius apud *Stobaeum* XLIV. ὅτις ΔΥΣΑ'ΛΩΤΟΣ μὲν ὑπὸ χρυσίου. De Pericle *Plutarchus*, ἐφύλαξεν ἑαυτὸν 'ΑΝΑ'ΛΩΤΟΝ ὑπὸ χρημάτων. *Apulejus* Apolog. 1. *Paupertas olim Philoſophiae vernacula eſt: frugi ſobria, parvo potens, aemula laudis*, adverſum divitias *poſſeſſa.* Hegeſip. 1, 15. *quoniam* integer animus adverſus corruptelam pecuniae *laqueis avaritiae non capiebatur*, ibi omnino legendum cum noſtris *infidus* pro *invidus.* J. W.

7 *Tum maxime, &c.*] Curtius dixiſſet *tum adverſum divitias invictum animum* omiſſis reliquis; niſi forſan adſu-

vitias invictum animum gerebat: & avaritia magiſtratuum ante id tempus in Numidia noſtrae opes contuſae, hoſtiumque auctae erant.

XLVIII. Sed, ubi in Africam venit, [1] exercitus ei traditur Sp. Albini proconſulis, iners, imbellis, neque periculi neque laboris patiens, lingua, quam manu, promtior, praedator ex ſociis, & ipſe praeda hoſtium, ſine imperio, & modeſtia habitus. Ita imperatori novo plus ex malis moribus ſolicitudinis, quam ex copia militum auxilii, aut bonae ſpei, accedebat. Statuit tamen Metellus, [2] quamquam & aeſtivorum tempus [3] comitiorum mora imminuerat; &, exſpectatione eventi, civium animos intentos putabat; non prius bellum attingere, [4] quam majorum diſciplina milites laborare coegiſſet. Nam Albinus, Auli fratris, exercituſque clade perculſus, poſtquam decreverat non egredi provincia, [5] quantum temporis aeſtivorum in imperio fuit, plerumque milites [6] ſtativis caſtris habebat; niſi cum odos, aut pabuli ege-

mendum quoque *maxime*. Grut. Tempus abeſt B. Pub. Bodl. Reg. *minuerat*. Venetae, *imminebat*, *imminuerat* ex 2. m. Pemb. *J. Waſſe*.

1 *Exercitus ei traditur Spurii Albini proconſulis iners.*] Ita optimi codicum, Naz. ac Com. non ut alii, editique, *traditur a Spurio Albino proconſule.* quod ſi cui libitum reſecare adhuc illud *proconſulis*, faciet auctoritate Pall. quarti. *Grut.* De voce *proconſule* vide quae annotata ſunt a Fabricio, in vita M. *Ciceronis* U. C. DCLI. & in notis ad Orat. pro Ligario. *J. Waſſe.*

2 *Quanquam & aeſtivorum tempus.*] Bong. codex *aeſtivum tempus*; neutrum placet, conjeci aliquando in Suſpicionibus *quanquam & aeſtiva comitiorum, &c.* Gruterus.

3 *Comitiorum mora.*] *Mora* nominandi caſu dictum eſt, ut recte expoſuit *Badius*. Soldus putavit auferendi caſum eſſe, ideoque hunc locum mire exponit. *Glareanus*.

4 *Quam majo. diſcip. &c.*] Pall. pr. Sec. ſept. *labore*, ut ſuſpicio ſit vocem *laborare* tollendam inquinatamque ultimam, ac fuiſſe forſan *coercuiſſet*, aut *correxiſſet*. Gruterus.

5 *Quantum temporis in imperio fuit, plerumque milites in ſtativis caſtris habebat.*] Manuſcriptum, *ſtativis caſtris*, quomodo Cicero. *Iſte novus imperator pulcerrimo Syracuſanum loco ſtativa ſibi caſtra faciebat.* Caeſar III. de bello civili, *Eodemque die uterque eorum ex* caſtris ſtativis *a flumine Apſo exercitum educunt.* Ibidem, *Scipio in* caſtris ſtativis *biduo moratus*. Rivius. V. c. addit praepoſitionem, *in*, nam habet: *in imperio fuit*. Urſinus. Ejeci praepoſitionem *in* juſſu MSS. ſelectorum. ſed nec comparet in olim cuſis. *Gruter*. L 3. *imperium* omiſſa praep. & ſic Venetae. Ball. *in imperium*. *J. Waſſe.*

6 *Stativis.*] In *ſtativis* Carrio. primus induxit praepoſ. *Gruter.* faventibus, Reg. Ball. Bodl. γ. λ. B. Pub. Pemb. *ſtativis in* infra, *ducebantur* Carrio; cum Grutero

ſtas

ſtas locum mutare ſubegerat. [1] Sed neque more militari vigiliae deducebantur: uti cuique libebat, ab ſignis aberat. Lixae permiſti [2] cum militibus, [3] diu, noctuque vagabantur: & palantes agros vaſtare, villas expugnare: [4] pecoris & mancipiorum [5] praedas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, & aliis talibus: praeterea, frumentum publice datum vendere, [6] panem in dies mercari: poſtremo, quaecumque dici, aut fingi queunt ignaviae, luxuriaeque probra, in illo exercitu cuncta fuere, & [7] alia amplius.

faciunt Reg. γ. λ. B. Pub. Mart. caeteri, *ducebantur*. Pſeudo *Cicero* inter *Tacticos* p. 506. *A tubicine omnes vigiliae* admittuntur, *finitis horis a cornicine revocantur.* imo legendum, *committuntur. committere* pro *incipere*. *At tuba* commiſſos *medio canit aggere ludos*. eodem loco pro *teſſeram aſſunt*, lege, *ad clepſydram*. de tota re adi *Lipſium*. J. Waſſe.

1 *Sed neque more militari vigiliae deducebantur.*] Quod heic interſerat *Bopma*: *Sed neque muniebantur ea, neque more militari, &c.* ſciamus oportet, nihil tale inveniri in libris Palatinis, adeo ut putem codicem ejus antiquiſſimum nihil habere praeter nomen. plane, ſi examinaverimus trigam illam verborum, reperiemus falſum eſſe: non modo, quod ubi caſtra, ibi etiam munitio; ſed quod veroſimile, galeatos iſtos lepores probe ſibi caviſſe vallo ac foſſa a ſupervenientibus hoſtium. *Gruter.*

2 *Cum militibus.*] An. *commiſti mil.* γ. omittit *cum*. Venet. 1470. *cum equitibus*. pro, *advectitio*, B. Pub. *adventitionali*. J. Waſſe.

3 *Diu noctuque.*] Adducitur a Cariſio alter locus ex I. Hiſtor. *noctu diuque ſtationes & vigilias tentare*. & infra: *diu noctuque fatigare animum*. Cracconius.

4 *Pecoris & mancipiorum praedas certantes agitare.*] Manuſcripta duo & ex impreſſis quaedam, *agere*, quomodo *Plautus*, *Nae ille pulcram praedam agat*, inquit. Sed alterum forte magis *Salluſtianum*; tametſi idem poſtea, *Ex ſociis noſtris praedas agentes*, inquit. Libenter autem *Salluſtius* verbo *agitare*, nec eodem modo ſemper utitur: ut, *Mente quid agitare*, in Catilina, pro, *verſare*. Item, *vitam, imperium, remp. agitare.* Sic *gaudium & laetitiam agitare*. & in Jugurtha, *Pacem agitare, noctem agitare, moras agitare, praecepta patris agitare, agitare praedas* Rivius.

5 *Praedas certantes, &c.*] Confirmant hanc ſcripturam Pall. neque hi ſolum, ſed & Editiones remotiores quarum in nulla *certatim* aliorum. *Grut.* Imo L 3. *certatum*, ſed alterum mage genuinum. v. notas ad *magnifici incedere*. Sic alibi, frequentes *incederent*. & Cap. LXV. occultus *venias*, vide Cap. XLII. *J. Waſſe.*

6 *Panem indies mercari.*] Laur. *Valla* libro elegantiarum tertio, quo loco docet, *In diem* aliud eſſe, quam *In dies*. hic ita legit, *panem in diem mercari*: quaſi dicat, inquit, praeſentis diei habere rationem, nihilque cogitare de craſtino, cum quo facit *Linacer*. Exemplaria quotquot ipſe viderim, *in die*, habent. neque aliter citat in *Terentii* Eunuchum Donatus. *Rivius* Sic & MSS. noſtri; reſpuitque aliorum *in diem* ipſamet euphonia. *Gruter.*

7 *Alia amplius.*] *Amplius* eleganter cum ſec. quarto, ſexto Caſu conjungitur. *Plautus* Ciſtell. *Gaudeo tibi mea opera liberorum eſſe amplius*. *Virg.* noctem *non amplius unam Falle dolo*. Cicero VII. Verrin. *Qui quum amplius centum cives haberet*. Livius. *Pugnatum* amplius

Digitized by Google

XLIX. Sed in ea difficultate [1] Metellum non minus, quam [2] in rebus hoſtilibus, magnum, & ſapientem virum fuiſſe comperior: tanta temperantia inter ambitionem, ſaevitiamque moderatum. [3] Namque edicto primum adjumenta ignaviae ſuſtuliſſe, [4] *ne quiſquam in caſtris panem,* [5] *aut quem alium coctum cibum venderet; ne lixae exercitum ſequerentur; ne miles gregarius in caſtris,*

duabus horis *eſt.* Hoc loco valet *praeterea.* uti apud *Ciceronem* Ep. ad Paetum. *Obtemperare cogito praeceptis tuis: hoc amplius, navicularum habere aliquid in ora maritima* v. pro Caecin. §. 27. Arnob. III. p. 26, 102. *Florus* IV, I. *Suet.* Jul. XXXVIII. *Vitruv.* II, 4. *Apulejus* Adlocut. p. 86. *Tertullian.* Apol. Cap. XLVIII. Ita vertit Auctor *Thucydidis* καὶ ἔτι περαιτέρω *Euripides* Hecuba. Ἀπώλεσ', οὐκ ἀπώλεσ' ἀλλὰ μειζόνως. *J. Waſſe.*

1 *Metellus non minus, quam in rebus hoſtilibus, magnum & ſapientem virum fuiſſe comperio.*] Manuſcripta, *comperior,* ut ſit deponens, idque rectius eſt, nam hoc verbo *Salluſtius* eſt alias quoque uſus. ſed & *Tertullianus* & Apulejus *comperior dixere,* pro comperio. nimirum ad imitationem Salluſtii. *Rivius.*

2 *In rebus hoſtilibus.*] Abeſt *in* Reg. & *comperio* L 2. Venet. Ball. 1470. λ. ſed a manu correctrici. retinent caeteri & *Tacitus.* An. IV, 20. *Hunc ego Lepidum, temporibus illis, gravem & ſapientem virum fuiſſe* comperio. paulo poſt, *neque tamen* temperamenti *egebat.* Juſtin. II, 2. *Tanto* temperamento *inter plebem ſenatumque egit.* uſus autem *temperantia.* XXXII, 4. *Eutropius* IV, II. de Metello. *Is exercitum, ingenti* ſeveritate *& moderatione correctum, cum nihil in quemquam cruentum faceret, ad diſciplinam Rom. deduxit.* Mallem *civilitate & mod.* Metaphraſtes ἐπιεικῶς πάνυ. ita loquitur VII, I4. *tantae* civilitatis *in imperio fuit, ut nullum omnino puniret.* Metaphr. Κοινὸς καὶ μέτριος, ibi etiam Codex B. Pub. *convictos adverſum ſeſe conjurationis dimiſerit & in eadem,* &c. ad Graecam verſionem quam maxime. vide *Caſſiodor.* Var. I, 44. *Frontinus* autem *ſeveritatem* hac in re uſurpat. *hoſtilibus* mediae ſignificationis vox tam inimicum atque infenſum animum quam res bellicas denotat. *Gloſſae* hoſtilis πολέμιος. *Bellicum* & *hoſtile* conjungit *Cicero* III. Offic. *Conditiones pactioneſque* bellicas *&* hoſtiles *perturbare.* De *ambitione* confer *Valerium* II, 7, 2. *Florum* III, I, 10. *J. Waſſe.*

3 *Namque edicto primum adjumenta &c.*] Non male quidem editi, *edicto primo;* ſed contra optimos MSS. Pall. pr. ſec. Com. nam nonus vocem eam habet, tantum a correctore; & vero impune omitti poſſe valde ſuſpicor. *Gruterus.*

4 *Ne quiſquam.*] Ita plerique MSS. non *quiſpiam* ut in aliis vulgatis. *Grut.* B. Pub. λ. *quiſpiam* & ſic Pemb. primitus habuit; caeteri *quiſquam.* J. Waſſe.

5 *Aut quem alium coctum cibum venderet.*] Eſt in plerisque manuſcriptis, *aut quem alium cibum coctum.* quae collocatio verborum, ſi quid eſt in me judicii, melior. Sed & *Val. Maximus* Lib. II. quo loco de militari diſciplina agens hujuſce rei meminit, eodem ordine verborum utitur. *Namque lixas,* inquit, *e caſtris ſummovit,* cibumque coctum *venalem proponi vetuit.* Rivius. *Frontinus* IV, 4. de Metello. *cum inſuper prohibuiſſet, alia carne, quam aſſa elixave milites uti.* at milites tantum interdicti ſunt coctorum emtione, quo panem ipſi ſibi pararent. Nam & hoc ex diſciplina militari. de *Caracalla Herodianus* IV. p. 547. Ἄρτον τε σφαιροειδῆ αὐτοσχέδιον, σῖτον γὰρ ἀλέσας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ, ὃ ἤρκει μόνῳ, μάζαν τε ποιήσας, καὶ ἐπ' ἀνθράκων ὀπτήσας, ἐσιτεῖτο. ἐν πάντων

neve

neve in agmine ſervum, aut jumentum haberet; ceteris [1]arte modum ſtatuiſſe: praeterea tranſvorſis itineribus quotidie caſtra movere: juxta ac ſi hoſtes adeſſent, vallo, atque foſſa munire; vigilias crebras ponere, & eas ipſe cum legatis circuire: item in agmine in primis modo, modo in poſtremis, ſaepe in medio adeſſe, ne quiſquam ordine egrederetur; ut, cum ſignis frequentes incederent, miles cibum, & arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis, quam vindicando, exercitum brevi confirmavit.

L. Interea Jugurtha, ubi, quae Metellus agebat, [2]ex nunciis accepit; ſimul [3]de innocentia ejus certior Romae factus, diffidere ſuis rebus, ac tum demum veram

μεθ' ἣν καλλιελαίων ἀπείχετο· ὅσον δὲ εὐτελέστατον, καὶ τοῖς πενεστάτοις στρατιωτῶν εὐπορεῖν. τούτοις ἐχρῆτο. Atque ita Noſtrum intelligit *Valerius* II, 7, 2. *lixas e caſtris ſummovit*, cibumque coctum venalem *proponi vetuit*. Praeterea, carnibus aſſis aut elixis veſci, in coena tantum militibus permiſſum. ergo alia carne quandoque uſi ſunt. *Polyaenus* de Scipione VIII, 722. Ἐκέλευσεν ἀεὶ σιτεῖσθαι ὀρθοὺς ἄπυρον ὄψον, δειπνοῦντας δὲ σιτοφορεῖσθαι τὸ κρέας ὀπτὸν ἢ ἑφθόν. Unde *Frontinum* praeſertim in tanto & tam alto MSS. Codd. ſilentio ex ingenio ſic reſtituo. *cum inſuper prohibuiſſet, venali carne, aſſa, elixave milites uti*. Haec ſcripſeram cum opportune ſe obtulit *Lipſius* in L. de Mil. Rom. legitque *a ſe aſſa elixave*; quod perplacet. Confer *Ammianum* VIII, 4. *Themiſtium* Orat. X. p. 340. *Spartianum* Peſcen. X. *Eutropium* IV, 7. *Livii* Epit. LVII. *Salvianum* de Provid. p. 268. De cibis militaribus vide *Spartianum* Adriano Cap. X. Mirantur quidam *M. Catonem*, hominem nimia ſeveritate gaudentem, lixas tamen in exercitu habuiſſe. *Lucan.* IX, 595. *Stat dum* lixa *bibat.* Sed haec ſunt poetarum, a quibus, ipſomet alibi teſte, vera minime petenda. *annoſo famam quia derogat aevo Qui vates ad vera vocat.* J. Waſſe.

1 *Arte modum.*] γ. pro Var. Lect. *apte*, quod non probo. infra: *in agmine* Reg. omittit praepoſitionem. pro *circuire* Ar. Ball. Venet. 1470. *circumire*, ſic *Livius* XLV, 37. *Tacitus* An. II, 29. & alibi. *Nepos*, *Juſtinus* alii. paulo poſt: *prohibendo a delictis.* Agricola apud *Tacitum* XIX. *Omnia ſcire non omnia exequi: parvis peccatis veniam, magnis ſeveritatem commodare: nec poena ſemper, ſed ſaepius poenitentia contentus eſſe.* Caſſiodorus Var. I, 30. *Benigni principis eſt, non tam delicta velle punire, quam tollere: ne aut acriter vindicando aeſtimetur nimius, aut leviter agendo putetur improvidus.* J. W.

2 *Ex nuntiis accepit.*] Hic locus a *Nonio* citatur in voce, *Innocens*: & in veteri exemplari legitur, *ex nuntiis acceptis*, ut referatur ad *certior factus*: quod non diſplicet. infra tamen, *Marius ubi ex nuntiis quae Ligus egerat, cognovit*. Ciacconius.

3 *De innocentia certior Romae factus.*] *Roma*, legitur in *Nonio* hunc locum recitante in *Innocentia*. Manutius. *Popma* iterum perſuadere nititur, ſubſtituamus *Roma*. non male, niſi adverſarentur omnes ad unum MSS. noſtri, etiam editio princeps: ac vero adfine videri queat, Jugurthae compertam innocentiam Metelli, cum Romae eſſet. *Gruterus.*

[1]dedi-

Digitized by Google

[1]deditionem facere conatus eſt. Igitur, [2]legatos ad Conſulem cum ſuppliciis mittit, qui tantummodo ipſi, liberiſque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano. Sed Metello jam antea experimentis cognitum erat, genus Numidarum infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum eſſe. Itaque legatos alium ab alio diverſos aggreditur; ac paullatim tentando, poſtquam opportunos ſibi cognovit; multa pollicendo perſuadet, *uti Jugurtham maxume vivum, ſin id parum procedat, necatum ſibi traderent:* ceterum palam, quae ex voluntate forent, regi nunciari jubet. Deinde ipſe paucis diebus, intento, atque infeſto exercitu in Numidiam [3]procedit: [4]ubi, contra belli faciem, tuguria plena hominum, pecora, cultoreſque [5]in agris erant: ex

1 *Veram deditionem, &c.*] Duae voces poſtremae abundant, maluiſſemque ego, *veram deditionem conari.* Gruterus.

2 *Legatos cum ſuppliciis mittit.*] Hoc eſt, cum ſupplicum velamentis, vel cum precibus, infra: *fatigati regis ſuppliciis.* Item: *legatos ſupplices mittere.* Ciacc. *Supplicia* hic poſuit pro iis, quas Graeci ἱκετηρίας vocant. *Urſinus.* Supplicia *ſunt quae caduceatores portant, ea ſumebantur ex verbena felicis arboris.* Feſtus. Graecis ἱκετηρίους κλάδους. ἱκετηρίους θαλλοὺς vocat *Herodian.* VII. vide *Livium* XXIV, 30. XXV, 15. de altera vocis notione adi nos ad *Catilin.* Cap. 60. confer *Frontinum* I. VIII. *Themiſtium* Orat. XIII. p. 303. *cum ſuppliciis* ergo idem ac apud *Virg.* XII. *Velati lino & verbenis tempora vincti.* Hinc Plautus: *Orare velatis manibus.* Quae Latini *velatum oleam* Graeci fere ςέμματα, κλάδους. *Euripides* Οἱ ςέμματα ἔχοντες ἱκετηρίους θεοῖς Ἔρχ. *Dinarchus* contra *Demoſth.* p. 14. ἱκετηρίαν ἔχοντες, καὶ κλάδους ἀπεστεμμένους ἐκ τῶν θεμάτων. Hiſce inſtructi erant, Syenaci apud *Heliodorum* IX. 11. Κλάδους εἰς ἱκετηρίαν αἰωρούμενοι, κλάδους τε ἐκ δάφνης ἀνέχοντες, καὶ ἃ ἱερὰ γένη, καὶ εἴδη τῶν θεῶν ἀναφέροντες ἀπεσθλημένοι. *Achilles* Tatius IV. p. 251. ἀνέχοντες αὐταῖς ἱκετηρίους ῥάβδους φοινικίνας. Confer *Apulejum* III. Metam. p. 48. *Lactantium* ad Statii XII. Theb. 492. *Paſchalium* de Coronis XI, 17. *Nonnum* Dionyſ. XXII. pag. 581. *Schol.* ad Sophoclis Ajacem p. 1. Cur olea potiſſimum huic negotio deputabatur docet *Joan. Chryſoſtomus* Orat. III. de incomprehenſ. Dei natura. In ore aeque ac manibus geſtaſſe ſupplices, & lauri ramos quandoque, quandoque velamina lanae alba, teſtis Scholiaſta *Euripidis* in Androm. & Oreſt. *Aeſchyli* in Supplicibus. *J. W.*

3 *Procedit.*] Aliud quid initio fuit in Nazar. forſan procedere. *Gruterus.*

4 *Ubi contra faciem belli.*] Tacit. XIII. *dum poſitis loricis in faciem pacis veniretur.* & in vita Agricol. *Ea enim pugnae facies erat.* Ciacc. *Tacitus* Hiſt. II, 12. *Pleni agri, apertae domus, occurrentes domini juxta conjuges & liberos ſecuritate pacis, & belli malo circumveniebantur.* Liv. VI, 26. *Nec fuit cum* Tuſculanis *bellum; pace conſtanti vim Romanam arcuerunt, quam armis non poterant. Intrantibus fines Rom. non demigratum ex propinquis itineri locis, non cultus agrorum intermiſſus: patentibus portis urbis togati obviam frequentes Impp. proceſſere: commeatus exercitui comiter in caſtra ex urbe & ex agris devehitur.* J. Waſſe.

5 *In agris erant*] Praeſtaret tolli

oppidis

oppidis, & mapalibus, praefecti regis [1] obvii procedebant, [2] parati frumentum dare, commeatum portare, poſtremo omnia, quae imperarentur, facere. Neque Metellus iccirco minus, ſed pariter ac ſi hoſtes adeſſent, [3] munito agmine incedere, late explorare [4] omnia, illa deditionis ſigna oſtentui credere, & inſidiis locum [5] tentare. Itaque ipſe cum [6] expeditis cohortibus, [7] item funditorum & ſagittariorum delecta manu [8] apud primos erat; in poſtremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in [9] utrumque latus auxiliarios equites tribunis le-

erant ceu corrumpendo curſui orationis. *Gruterus.*

1 *Obvii procedebant.*] Ita Naz. ac Pall. ſec. unde ſuſpicio illud *procedebant* irrepſiſſe e gloſſa, factum dein *obviam procedebant.* ut hactenus editur. *Grut.* Reg. B. Pub. Bodl. *obvii* Fulvii Liber. ſic primitus. λ. & pro Var. Lect. χ. & ſic Cap. LIV. *J. Waſſe.*

2 *Parati frumentum dare.*] Sic infra: *proinde parati intentique eſſent ſigno dato Romanos invadere.* ut Virgilius. *Et cantare pares, & reſpondere parati.* Tacit. Hiſt. v. *paratuſque diſcernere.* Ciacc.

3 *Munito agmine.*] Hoc eſt, quadrato. ei contrarium erat *longiſſimum agmen.* Caeſar B. G. v, 31. *Sic proficiſcuntur, ut quibus eſſet perſuaſum, non ab hoſte. ſed ab homine amiciſſimo conſilium datum,* longiſſimo agmine *magniſque impedimentis.* Liv. XXI, 34. *Nequaquam ut inter pacatos.* compoſito agmine *duces eorum ſequitur.* ſic quidem *Gronov.* Ed. 1678. ſed mendum eſt operarum incuria profectum. ex *Polyb.* III. & ſenſu loci legendum, *incompoſito.* Tralata inde locutio ad vineas. *Columel.* III, 17. *Nam ubi magna vis & incurſus eſt pluviarum, procellarumque, ubi frequentibus aquis vitis labefactatur, ubi praecipitibus clivis velut pendens plurima praeſidia deſiderat, ibi quaſi* quadrato *circumformanda eſt* agmine v. *Livium* X, 14. *Ammianus.* XXIV, 1. *Metuens ne per locorum inſolentiam inſidiis caperetur occultis,* agminibus *incedere* quadratis *exorſus eſt.* vide etiam, XXI, 3. XXV, 2. XXXI, 16. *Heg.* I. 24. *valida manu &* munita armis. *J. W.*

4 *Omnia illa deditionis ſigna oſtentui credere.*] Sic & exemplar Fabricianum; verum quod ad diſtinctionem attinet, τὸ *omnia* referri ad ſuperiora illa poſſet, *late explorare*; tametſi nihil immuto. Eſt praeterea in quibuſdam, *oſtentui eſſe credere*: pro, *in ſpeciem oſtentari, cum re vera non ſit deditionem facturus.* In manuſcriptis non eſt *eſſe*, idque fortaſſe rectius. *Rivius.* Vetuſtus codex verbum, *omnia,* ad ſuperiora nectit, *late explorari omnia*; idem *fore* pro *eſſe* legit. Aldinus codex utrumque ſuſtulit, quod placet. At illud, *Et inſidiis locum tentare*, ita ſubjungitur, quaſi Metellus inſidiis locum tentet, cum ad regem referatur. non dubitavit enim Metellus Jugurtham his technis locum inſidiis quaerere. *Glareanus.*

5 *Tentare.*] Legendum: *tentari.* nempe ab Jugurtha. *Gronovius.*

6 *Expeditis.*] Bodl. *delectis.* J. Waſſe.

7 *Item, &c.*] *Dehinc,* pro, *item,* eſt apud *Nonium,* haec recitantem in comment. De gen. arm. *Manutius.*

8 *Apud primos erat.*] Videtur tolli poſſe *erat* ut ſubintelligatur curabat ſequens. *Gruter.* Pro *erat* L. 2. *eat.* Mart. *adeſſe.* J. Waſſe.

9 *Utrumque latus equites.*] Markii γ. *ad m. l. qui diverſis gentibus convenerant.* Cum annotatione hac in margine, a prima manu: *deeſt in aliis libris.* quod ſane de noſtris omnibus verum eſt. infra, γ. o-

gionum,

gionum, & praefectis cohortium diſpertiverat: ut cum his permixti Velites, quocumque accederent, equitatus hoſtium propulſarent. Nam in Jugurtha tantus dolus, tantaque [1]peritia locorum, [2]& militiae erat, ut, [3]abſens an praeſens, [4]pacem an bellum gerens perniciosior eſſet, [5]in incerto haberetur. Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum; [6]ubi & incolere, & mercari conſueverant Italici generis multi mortales. [7]Huc Con-

mittit, *cum*, ſed retinent *Nonius* & MSS. de Velitum uſu fuſe *Valer.* II, 3, 3. & *Liv.* XXVI. de equitibus ita *Pſeudo Cicero* p. 507. *A fortioribus namque* peditibus *peditum protegenda ſunt latera, & a velocioribus atque expeditis hoſtium cornua ſuperfundenda.* Ain vero? at *equitum* munus erat ſociorum latera firmare, lege ergo *equitibus.* Sic *Veget.* III, 16. ſed & *Auctor* ipſe paulo ſupra. • *Constructa acie peditum, equites ponuntur in cornibus, ita ut loricati omnes* conſtructi *juncti ſint peditibus.* ibi etiam, pro *conſtructi*, reponendum *& contati.* Modeſtus legit *contecti*, & ſic Codex MS. B. Pub. *J. Waſſe.*

1 *Peritia locorum, inerat,*] Ita MSS. noſtri, non *inerat*; ſi meo uterer arbitrio utrumque auferrem ceu ſupervacaneum. *Gruter.* *erat* Fulvii liber, & noſtri. *J. W.*

2 *Et militiae inerat.*] Quamvis in manuſcripto ceteriſque vetuſtioribus *erat* legitur; tamen priorem lectionem magis probo. nam libenter geminabant praepoſitionem antiqui, ut oſtendit *Priſcianus.* Sic Cicero, *Nullum dedecus reperiri poteſt, quod in hoc non inſit.* Manut. *Ineſt enim natura philoſophia in hujus viri mente quaedam.* Rurſus. *Manere in vita, in qua nihil inſit niſi miſeria.* Sic perſaepe alias. *Rivius.*

3 *Abſens vel praeſens.*] Ita editiones principes, ita MSS. pretii majoris. nam alii, partim *abſens & praeſens*; partim, *abſens an praeſens.* ex quibus varietatibus animadverto, reſtituendum, *abſens praeſens*, ſine ulla voce intermedia. *Gruterus.*

4 *Pacem an bellum gerens.*] Neſcio an aliquid hic deſit. *Ciacc.* Bongarſii vetus liber, *pernitior*, quod ſi tolerari poteſt; reſtituendum item ejuſdem formae verbum infra Cap. V. *tanto horum ſocordia flagitior*; ſic enim idem liber, pro eo quod vulgo eſt, *flagitioſior.* quod utrumque adnotatum ad libri oram amico illi meo e multis certis certiſſimo. *Gruterus.*

5 *In incerto.*] Reg. L 2. omittunt, *in* Bodl. *incertum*, etiam ſine praepoſ. infra, Arond *portare.* J. Waſſe.

6 *Ubi & incolere & mercari, &c.*] Sic nulla diſcrepante littera Pall. omnes quod uni atque alteri e vulgaribus *huic conſul.* Bong. codex. *ubi & incolae mercari & Italici generis multi mortales conſueverant. Huic Conſul.* Nihil cenſuerim mutandum. *Gruterus.*

7 *Huic conſul ſimul tentandi gratia, &c. praeſidium impoſuit.*] Manuſcripta, *Huc conſul*; ut ſit adverbium. Sic poſtea, *igitur Vaccenſes, quo Metellus initio Jugurtha pacificante praeſidium impoſuerat.* Quamquam autem vulgata lectio bene habet, altera haec tamen verior. *Rivius.* Hic locus mirum in modum corruptus eſt, neque in ullo codice mihi recte emendatus. Juvant tamen Lectorem aliqua parte ex diverſis, quamquam corruptis, codicibus collati loci. *Badius* conatus eſt hunc emendare, ſed non potuit: exiſtimavit enim Metellum praecepiſſe praeſidii militibus importare oppi-

ſul,

ſul, ſimul tentandi gratia, [1]&, ſi paterentur opportunitates loci, praeſidium impoſuit: praeterea imperavit frumentum, & alia, quae bello uſui forent, comportare: [2]ratus id, quod res monebat, [3]frequentiam negotiatorum, & commeatum juvaturum exercitum, & jam paratis rebus munimento fore. Inter haec negotia Jugurtha impenſius modo legatos ſupplices mittere, pacem orare: praeter ſuam, liberorumque vitam, omnia Me-

danis frumentum, quod nunquam facerent Romani, niſi alia cauſſa urgeret. Ceterum, pro, *huic*, etiam putat legi poſſe *huc*, & pro, *paratis rebus*, *pacatis rebus*, quod non rejicio. deinde quod *comportare* pro *praeparare* quidam codices habent, nihil refert, cum neutrum requirat ſenſus & ego utrumque plane ſuppoſititium exiſtimo. *Imperare frumentum, & quae bello uſui forent*, cum Latine, tum frequenter dicitur. Quare hunc locum ita legendum exiſtimo: *Huic COS. ſimul tentandi gratia, ſi paterentur, ſimul propter opportunitates loci, praeſidium imponit. Praeterea imperavit frumentum, & alia, quae bello uſui forent: ratus, id quod res monebat, frequentia negotiatorum, & commeatum juvaturum exercitum, etiam pacatis rebus, munimento fore.* Glareanus.

1 *Et ſi paterentur opportunitates loci, praeſidium impoſuit.*] Legendum exiſtimo, *Et ſi pateretur.* ut inde colligeret, pacem, firmam ne, an fictam crederet. *Et ſi pateretur, loci ipſius opportunitate adductus praeſidium imponere ſtatuit.* Ciacc. *Opportunitates.* nam duplicem cauſſam refert, cur Metellus voluerit praeſidium Vaccae imponere, una ut tentaret, num oppidani paterentur praeſidium imponi, altera op. loci. *A. Fopma.* Reg. *paterent* Badius omittit *&*, vide *Palmerium*. qui ſi, pro *an*, accipit. *J. Waſſe.*

2 *Ratus id, quod.*] *Id* heic ut ſupra ... eleganter. *ſimul* id *quod in tali re ſolet, alii portenta nunciabant.* Apuleius Apol. p. 35. Ed. Pricaeanae *Quod ſi nihil remanet ſuſpicionis, neque in piſcatoribus mercede invitatis* (id quod ſolent) *ad piſcem capiundum,* &c. ibi Colvius & Pricaeus voculam *id* falſo delendum autumant. *Terent.* Eunuch. *Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem.* & Adelph. *Verum cogito,* id quod res eſt, *quando eum quaeſtum occoeperis*: ibi *Donatus* interpretatur, id quod verum eſt. *Plautus* Amph. IV, 2. M. *quid nunc vis? A. ſceleſte! at etiam quid velim, id tu me rogas.* Captiv. II, 1. *Si Dii Im.* id *voluere vos hanc aerumnam exſequi, Decet id pati aequo animo.* Caeſar B.G.I. *Caeſari quum* id *nunciatum eſſet, eos per provinciam noſtram iter facere conari.* IV, 29. *compluribus navibus fractis, reliquae cum eſſent ad navigandum inutiles, magna* (id quod neceſſe erat accidere) *totius exercitus perturbatio facta eſt.* Livius IV, 44. *ab iiſdem Trib. mentio in ſenatu de agris dividendis illata eſt,* &c. ratis id quod erat, *aut depoſita cauſſa leviorem futurum apud Patres reum &c.* v. *Senec.* Suaſor. XLIII. J. W.

3 *Frequentiam negotiatorum, & commeatum juvaturum exercitum.*] Alii libri *commeatu*, & infra, *paratis rebus.* quid ſi *patraris* legas? In vetuſtis quibuſdam, ſed impreſſis, deſunt haec verba, *juvaturum exercitum,* [ut L 3. Venetae] at ſi quid eſt in me judicii, rectius omittuntur; praeſertim cum illud participium *juvaturus* nuſquam fere lectum ſit, niſi apud *Plinium* in Epiſtolis ſemel, nec ejus ulla uſquam apud *Priſcianum* mentio, qui alioqui diligentiſſime ſolet, ſi quid tale uſpiam exſtat in veteribus, adnotare: praeterea quamvis in cunctis fere, quae ipſe viderim, exemplaribus legatur, *etiam paratis rebus*; tamen ego libentius profecto

tello dedere. [1] Quos item, uti priores, Conſul illectos ad proditionem domum dimittebat: regi pacem, quam poſtulabat, neque abnuere, neque polliceri, & inter eas moras promiſſa legatorum exſpectare.

LII. Jugurtha ubi Metelli dicta cum factis compoſuit, [2] ac ſe ſuis artibus tentari animadvertit; quippe cui verbis pax nunciabatur, ceterum re bellum aſperrimum erat, urbs maxuma alienata, [3] ager hoſtibus cognitus, animi popularium tentati; coactus rerum neceſſitudine, ſtatuit [4] armis certare. Igitur, explorato hoſtium itinere, in ſpem victoriae adductus ex opportunitate loci, quam maxumas poteſt copias [5] omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli antevenit. Erat in ea parte Numidiae, quam Atherbal in diviſione poſſederat, flumen oriens a meridie, [6] nomine *Muthul*; [7] quo aberat mons ferme millia paſ-

legerim, *pacatis*, hoc eſt, *tranquillis*, cum jam nullum fuerit bellum. & ſic quoque ſenſus ipſe poſtulat. *Rivius*. Ipſe potius legerem, *patratis*. vide Palmerium. *J. W.* Tanquam minus Latinum inducit *Palmerius*, quam bene ipſe viderit, ego ſcio quodcunque in bonis auctoribus a Grammaticorum legibus abhorret non ſtatim inducendum aut cenſoria virgula damnandum eſſe: hoc eodem itidem utitur elegantiſſimus *Petronius* in Satyrico. *Nam neque ſacra quenquam vulgaturum, & ſi quod praeterea aliud remedium ad tertianam Deus illi monſtraſſet*, adjuvaturos *nos divinam providentiam vel periculo noſtro*. Putſch. Ita quoque MSS. meliores, niſi quod unica voce repraeſentent, *etiam*; quae tamen dictio abeſt Naz. poniturque inter lineas. at enim Pall. octavus non agnoſcit, *juvaturum exercitum*; ut nec Editiones primae Valentiniana ac Mediolanenſis; ut arbitrer invectum a temeritate ſciolorum, ejiciendumque, reſtituto: *frequentiam negotiatorum ac commeatum, etiam paratis rebus munimento fore*. Grut.

1 *Quos item conſul.*] In vetuſtis, *Quos item uti priores conſul inlectos*. Haec collocatio verborum melior; mihi mehercules illa inverſio ordinis verborum, nullo modo ferenda videtur, quantumvis alii forſan negligant. Porro *inlectos* quondam dixere, ubi hodie fere *illectos* dicimus. id quod & mollius & ſuavius eſſe videtur. *Rivius*.

2 *Ac ſe ſuis artibus, &c.*] Sic collocant MSS. haereas tamen annon ſuperfluat particula *ac*. Grut. Pro, *compoſuit*. L. 3. *comparavit*. male, aliter enim *Nonius* & MSS. *J. Waſſe*.

3 *Ager hoſtibus cognitus.*] Contra mox inf. *Regio hoſtibus ignara*. Ciacconius.

4 *Armis certare.*] *Tentare* B. Pub. at *Nonius* & MSS. a vulgatis ſtant. infra, *per tramites*, &c. citat *Lactantius* ad *Statii Achill.* Lib. VI, de voce *tramites*. adeas indicem. *Hegeſippus* 1, 22. *quoniam de Flaminia in Appiam* compendiariis tramitibus *Magnum ſequebatur*. J. Waſſe.

5 *Omnium generum.*] Bertinienſis, teſte Palmerio, *omne genus*, quod elegantius, ſed MSS. nihil mutant. *J. Waſſe*.

6 *Nomine Muthul.*] L. 3. Ball. abeſt *nomine*, male. Bodl. *a*. J. Waſſe.

7 *A quo mons aberat ferme millia paſ-*

ſuum

Digitized by Google

ſuum xx. [1] tractu pari, vaſtus ab natura, & humano cultu: ſed ex eo medio quaſi collis oriebatur, in immenſum [2] pertingens, veſtitus oleaſtro, ac myrtetis, aliiſque generibus arborum, [3] quae humi arido, atque arenoſo gignuntur. Media autem planicies deſerta, penuria aquae, praeter flumini propinqua loca: ea conſita arbuſtis, pecore atque cultoribus frequentabantur.

ſuum xx.] Nonius hunc locum adducit in *Vaſteſcant*; & ibi xxx. legitur, ſed ſi diligentius conſideremus, propinquum ſatis locum cognoſcemus: nam ab eo monte praemiſſus Rutilius ad flumen eodem die eo pervenit, & caſtra munivit; ac cum vacuum animo eſt adortus Bomilcar, praelioque victus; & tamen Metello obviam proficiſcitur. quae omnia, ſi tantum ſpatii interceſſet, fieri minime potuiſſent. Quare legendum videtur, *millia paſſuum* 3. tribus x. in tres I. ut a librariis ſaepe fit, verſis; aut certe 7. Et praeterea in quibuſdam *Nonii* codicibus, *vaſtatus*, legitur, non, *vaſtus*, in aliis, *Vaſtus*, &, *humano cultu*, ut male acceptus hic locus jam olim fuerit. *Tacit.* Annal. 11. *mileſque nullo illic hominum cultu, fame abſumtus.* Ibidem, *inſulam immitem & ſine cultu hominum eſſe.* Ciacc. Ita Naz. ſine praepoſitione *a*, quae hactenus occupavit Editiones minime neceſſaria. *Grut.* Sic B. Pub. caeteri, *a quo.* J. Waſſe.

1 *Tractu pari*] Hoc eſt, vel, *monte & flumine pari inter ſe ſpatio diſtantibus.* vel, monte, pari *altitudine ſurgente*; excepto medio, ubi collis erat. *Sidonius* Epiſt. 11. 2. *Mediam vallem* rectis tractibus *proſequuntur latera clivorum uſque in marginem villae.* Idem valet apud Lucretium *ductus*: *Porticus aequali quamvis eſt denique ductu Stanſque in perpetuum paribus ſuffulta columnis; Longa tamen parte ab ſumma cum tota videtur, Paullatim trahit anguſti faſtigia coni.* infra: *ex eo medio.* Locum hunc ob oculos habuiſſe videntur *Zozimus* II. pag. 90. Στοὰ δὲ ἰδίᾳ, &c. ἐς τὸ μέσον μέρος ἀνίσχει λόφος τῷ δὲ κατωφερεῖ, ὅμοιος ἰδεῖν, ὁ λόφος, &c. συντίθησι τὰ δὲ ἀναπεπταμένον ἐκδέχεται πεδίον καὶ εἰς ἄπειρον. *Hemsterh.* & *Hegeſippus* IV, 1. *Dein quaſi montem quendam cervicis medio attollens, caetera praerupta atque invia.* pro, *montem* C.C.C. *tenorem* & B. Pub. *mortem.* forte *tumorem.* infra: *vaſtus ab natura* non habentur apud *Nonium*, retinent autem Codd. & *Servius* p. 1223. Reg. *&c. h. e. alienus.* L 2. *alienatus.* Bell. Bodl. *alienata.* L 2. *omni ab natura.* male omnes. *J. Waſſe.*

2 *Pertingens.*] Sic legit *Gruterus*, ſed ſuſpicatur vocem eſſe a commentatoribus. *Gronov.* ad *Liv.* XXV, 24. legit, *pertinens*: recte opinor, nec tamen ideo in textum recipio, reclamantibus univerſim codicibus. vide *Palmer.* Noſter ita locutus alibi. & hac voce uſus, inter alios *Ammian.* p. 337, 398, 618. *J. Waſſe.*

3 *Quae humo arida atque arenoſa gignuntur.*] Fabricianum, *arido atque arenoſo.* recte an ſecus, aliorum eſto judicium. Ipſe conjecturam meam ſubjiciam. Adnotavit igitur Libro VI. Priſcianus, *humum* neutro etiam genere inveniri apud veteres, citatque illud *Livii* in Adone, *Humum humidum pedibus fodit*, & Gracchi in Thyeſte, *Murſit ſequentis humidum plantis humum.* Jam in manuſcripto, *humi* quidem jam legitur, ſed aut *humo* ibidem, aut *humu* fuit; nam eraſa eſt littera ultima, & ſuppoſitum *is*. Porro *humus* veteres pro *humo* dixiſſe teſtatur alicubi *Non. Marcellus.* Ecce autem cum jam haec adnotaſſem, ac *Priſcianum* forte in manus ſumſiſſem, idem reperi quod in Fabriciano. Nam Lib. XVIII. 1214. *Humi*; inquit, *ſum, os, eſt. Sall. in Jugurth. quae humi arido atque areno-*

Digitized by Google

LIII. Igitur in eo colle, [1] quem tranſvorſo itinere porrectum docuimus, Jugurtha extenuata ſuorum acie [2] conſedit: [3] elephantis, & parti copiarum pedeſtrium Bo-

ſo gignuntur. Quid ſi *Salluſtius* eſt ita locutus, ut identidem *Tacitus?* velut I. *Ut occulta ſaltuum ſcrutaretur, pontesque & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret.* Rurſus. *Illi ſanguine ſuo & lubrico paludum lapſantes.* Sed & *aridum* ſubſtantive poſitum videri alicui poſſit, ut ſubaudias *ſolum.* Caeſar IV. *Cum illi aut ex* arido, *aut paullulum in aquam progreſſi, &c.* Idem paullo inferius, *Noſtri ſimul in* arido *conſtiterunt.* & poſtea, *Quasq. in* aridum *ſubduxerat,* pro, *in terram.* Atque hoc modo *humi* adverbialiter poni neceſſe eſt. Nos hic nihil pronuntiamus, contenti & diverſam lectionem oſtendiſſe, & conjecturam noſtram ſubjeciſſe, tametſi & in altero quodam manuſcripto fuerit eodem modo, id quod etiam nunc videre licet. Sed & Beroaldinum volumen habet, *quae humi in arido atque arenoſo loco gignuntur.* unde ut nihil aliud, illud certe colligitur, mendoſam eſſe hodie lectionem vulgatam. *Rivius.* Sic Libri *Manutii.* & ſic quoque Naz. ac Palat. ſec. reliqui enim *quae humo arida & arenoſa, &c.* Comm. noſter praefert, *quae humo aridaque arena gignuntur.* Grut. *Hegeſip.* IV, 16. *In diebus aeſtatis immodicus per ſpatia campi exaeſtuat vapor, unde coaleſcente vitio nimiae ſiccitatis atque* humo arido *corruptior aer miſerandas accolis conficit aegritudines.* MS. *humi. incolis.* Idem tamen V, 41. *vidimus etiam mortuae terrarum naſcentia,* humum aridam. & ſic Codd. MSS. firmat *Ambroſius* in Lucam V, 25. At, Lib. de fide Reſurrectionis *Salluſtium* ſequitur: *Denique multa gignentia,* humo arido arenoſoque *naſcuntur, quoniam ipſa ſibi terra humorem ſufficit.* Lib. III. de Virginibus: *Si non aſpero montium, non* humi arido *expers quietis exiſtat.* Markii λ. & *arido,* ſupra exhibet, *loco.* B. P. Pemb. Reg Bod. *arido,* caeteri *arida,* λ. *arida atque in arenoſa,* corrupte ſatis, ut ex allatis teſtimoniis patet. *Virgil.* Aen. IX, 214. *Mandet* humo ſolita. at Codd. Pet. & Pemb. *ſolito.* Servius autem *ſolita,* & ſic fere libri Euphoniae gratia. ſed ita uſus G. III, 297. Aen. X, 731. XI, 669. G. II, 184. Quibus in locis ſilent. 5. Codd. MSS. *Lactantius* in Statium *Theb.* V, 16. citat *veſtitus,* &c. ad vocem *arborem* ut in editis exemplaribus, apud quem ad vſ. 53. pro *Tydei* repone *Terei.* J. Waſſe.

1 *Quem tranſverſo itinere porrectum docuimus.*] Niſi Latiniora eſſent, quam ut facile venirent ſub ſtylum gloſſatorum, dicerem ſpuria. Interim errat inſigniter *Ciacconius;* arbitratus nuſquam hoc ante prodidiſſe *Salluſtium.* factum enim linea ab hac fere quinta; ibi eſt: *Sed ex eo medio quaſi collis oriebatur in immenſum, &c.* Gruter. Nempe, monte viam ad rectos angulos inſecante. potuit autem dixiſſe, *tranſvorſum itineri montem.* utroque modo *Lucret.* II, 112. Tranſverſosque *volare per* imbres *flumina cernis,* non item, *tranſverſa flumina.* & V, 1329 *Nam* tranverſa *feros exibant dentis adactus* Jumenta. VI, 189. Nubila *portabunt venti* tranſverſa *per auras.* & apud eundem, *ex tranſverſo* valet *a lateribus* VI, 1016. *Columella* de R. R. II, 5. pro *tranſverſe. ſed in arando maxime eſt obſervandum ut* tranſverſus mons *ſulcetur. Nam hac ratione difficultas acclivitatis infringitur.* Donatus ad Eunuch. III, 5. *limis* eſt *tranſverſus:* unde *limen* dicitur quoque, quod ingredientibus exeuntibuſque *tranſverſum* eſt. Gloſſae tranſverſo gradu πλαγίῳ βαθμῷ, & *tranſverſus* ἀντιστρατευόμενος. Cicero Acad. IV. pro *e contra.* §. 120. *Livius* idem voce *obliqua* effert IX, 35. *Sed equites Rom. praevecti* per obliqua campi. *J. Waſſe.*

2 *Conſedit.*] Sic Codd. *Priſcian.* 1168. *monte inſedit* inepte. codex B. *reſedit.* caeterum mons tranſverſo itinere porrectus, huic fraudi accomodus. *Liv.* I. *Ha-*

milca-

milcarem praefecit; eumque edocet, quae ageret: [1] ipſe propior montem cum omni equitatu, & peditibus delectis ſuos collocat: dein ſingulas turmas, & manipulos circumiens monet, atque obteſtatur, *uti memores priſtinae virtutis, & victoriae, ſeſe regnumque ſuum ab Romanorum avaritia defendant: cum iis certamen fore, quos antea victos ſub jugum miſerint: ducem illis, non animum, mutatum:* [2] *quae ab imperatore decuerint, omnia* [3] *ſuis proviſa; locum ſuperiorem,* [4] *uti prudentes cum*

de ſubito exorti Romani, tranſverſam *invadunt hoſtium* aciem. formulam ſervat *Frontinus* II, 4. *Agaſones mulis inſidentes, ramoſque per terram trahentes, a* colle tranſverſo *magno tumultu decurrerent.* dele ibi *ut,* auctoribus membranis. *Veget.* III, 6. *Inſidiatores* tranſverſos *frequenter incurſant,* noſtro idiomate, *charge the Flank.* Statius I, Theb. *venti* tranſverſa frementes *Confligunt.* Ubi corrige obiter Schol. pag. 35. *Danao fuit virilis ſexus* 50. *numerus filiorum: e diverſo Egypto par numerus filiarum.* Danaus enim *filiarum* pater, inde *Danaides* dictae. confer eundem p. 79. ubi *Hyginum* exſcripſit Fab. 168. & *Servium* p. 1501. Legendum autem apud *Hyginum. compluribus* ex *Schol.* in *Germanicum* p. 131. & pro, *filiis, uxores.* etiam, *eaſque filiis ſuis uxores.* Caeterum apud eundem p. 178. pro *Europam* lege *Aeropam.* quam lectionem firmant *Hyginus* p. 86. & *Servius* pag. 1593. *J. Waſſe.*

3 *Elephantis.*] Peſſime hodie apud *Ciceronem,* ſi diis placet, de re militari, legitur. *A. Et Jugurtha in India copioſos habuerunt (elephantes)* pro, *India* reſcribe *Numidia.* ibidem pro, *uni alter cedit, uni abſcidit.* Monſtra ſunt quae praecedunt, *Elephanti in praeliis magnitudine corporis, pariter horrore formae, ipſius novitate.* lege, & diſtingue: *m. corporis, barrituſque horrore, formae ipſius novitate.* J. Waſſe.

1 *Ipſe propior monti.*] In manuſcripto eſt, *propior montem.* quomodo *Hirtius* VIII. belli Gallici. *Alter quo propior hoſtem in vallo collocatus eſſet, &c.* nec aliter in Florentino, & Beroaldino. *Rivius.* 7. pro V. L. *propius.* MSS. *montem.* J. W.

2 *Quae ab Imperatore decuerint omnia ſuis proviſa.*] Videndum an ſcribi debeat; *Quae ab Imperatore debuerint, &c.* nam *Tacitus* qui hunc locum imitatur libro XXI. ſic ait: *Quae* provideri *aſtu ducis* oportuerit *providiſſe. campos madentes. & ipſis gnaras, paludes hoſtibus noxias.* Urſinus. Vide omnino *Gronov.* ad *Livium* XXVII, 15. *J. Waſſe.*

3 *Suis proviſa.*] Sic Codd. *Tacitus* II, 14. *Auctus omine, addicentibus auſpiciis, vocat concionem, & quae* ſapientia praeviſa, *aptaque imminenti pugnae diſſerit.* legendum ex hoc loco *proviſa.* Idem H. V, 17. *Quae* provideri *aſtu ducis oportuerit,* providiſſe, *campos madentes, & ipſis gnaros, paludes hoſtibus noxias.* Ita Codd. pro *praeviſa* apud *Suetonium* Tiber. XIV. providere enim non *perſpicere,* ſed *in futurum etiam conſulere.* ideoque plus in ſuo ſignificatu involvit quam *praevidere.* hoc fere *vatis* illud *Imperatoris* eſt, qui teſte *Demoſthene*, praeoccupare & antevenire debet eventum, non ſequi. Orat. *Phil.* III, 19. Δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμου ἡγουμένους, οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων, &c. ut ut non diſtinguant Gloſſae. Noſter *Cic.* ſequitur. *Omnia &* proviſa, *& parata, & conſtituta ſunt.* Catilin. IV. §. 14. III. *Catilin.* §. 18. *Ut deorum Im. nutu, atque conſilio, & geſta &* proviſa *eſſe vi*

impe-

imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut [1] *rudes cum bello melioribus manum* [2] *confererent: proinde parati, intentique eſſent, ſigno dato, Romanos invadere:* [3] *illum diem*

deantur. Noſter, xcv. *contra tantas difficultates* conſilio *ſatis* providere *non poterat.* Cic. de Leg. Agr. 102. *Ea ne accidere poſſent,* conſilio *meo, ac* ratione proviſa *ſunt.* Aeſchylus Prom. vinct. Ὥστοι πάλαι δὴ καὶ βεβούλευται τάδε. Cic. *Tuſc,* I, 27. *quod & praeterita teneat, & futura* provideat, *& complecti poſſit praeſentia.* IV, 42. Verrin. Proviſa *mihi res tota, &* praecauta *eſt.* *Seneca* Conſol. ad Marc. *Quae multo ante* praeviſa *ſunt, languidius incurrunt.* ibi legendum etiam, *proviſa.* Et ſic *Eraſmi* Codices. *Cic.* III. Divin. *Medicus morbum ingraveſcentem ratione* providet, *inſidias imperator.* Tacitus An. IV, 25. *Ab Romanis confertus pedes, diſpoſitae turmae, cuncta proelio* proviſa. *Seneca* etiam de Diis: *Quae repentina putamus, illis* proviſa *veniunt ac familiaria.* de Benef. IV, 32. *Liv.* XLIV, 34. *Se quod ſit officium Imp.* proviſurum, *ut bene gerendae rei occaſionem eis praebeat.* Liv. V, 49. *Omnia quae arte belli ſecunda ſuis eligi, praepararive poterant,* providit. *Plautus* Capteiv. III, IV. 110. *Exploratum atque* proviſum *hoc tibi.* Nepos XXII, 9. *Vidit autem vir omnium callidiſſimus, magno ſe fore periculo, niſi quid* praevidiſſet. olim tentaram, *providiſſet.* quam conjecturam firmant aperte membranae Trin. pro *cavere* Andr. I, 3, 3. *Quae ſi non aſtu* providentur, *me aut herum peſſundabunt.* Curtius IV, 44. *Quod mearum fuit partium, exercitum comparavi: equos, arma diſtribui, commeatus ne tantae multitudini deeſſet,* providi. *Veget.* III. 6. *In neceſſitate ſubita quae terrent,* proviſa *non ſoleant eſſe formidini.* vide Caeſarem B. G. III, 20. Liv. XXX, 6. *Ut quantum nox* providentiae *adimat, tantum diligentia expleant, curaque.* v. *Tacitum.* XV, 59. XIV, 31. *Vellejum* II, 16. *Lucan.* III, 71. *Haec ubi ſunt* proviſa *duci.* valet ergo p. *praevidere* cum effectu. *Virg.* *Omnia quae multo ante memor* proviſa

repones. & ſic tres MSS. *J. Waſſe.*

4 *Ut prudentes cum imperitis.*] Legendum, *uti.* ſic enim fere ſemper Salluſtius. *Rivius.*

1 *Rudes cum bello melioribus.*] *Belli* Fulvii liber. *Manutius.* Tacit. I, 70. *Nihil ſtrenuus ab ignavo, ſapiens a prudenti, conſilia a caſu differre.* Codex, ſi fas credere, Mirandulanus, *ab rude,* ut ex ingenio *Frienſhemius* recte. nam *aprudens* uno verbo non legitur. Caeterum vox *prudens* tam Marti quam Mercurio apta. Noſter infra: *impigre* prudenterque *ſuorum & hoſtium res pariter attendere.* Gloſſae, P. ἐμπειρία, *prudentia.* *Tacitus* II, 23. *Prudentium officia corrumpebat miles caſuum maris ignarus.* Hirtius B. Al. XXVII. *prudentes* opponuntur *improbis* apud *Caeſarem* B. Civ. XXXI. Prudentem *ex aequo bellatorem.* *Ammian.* XVI, 12. *Hegeſip.* III, 4. *Vir acrioris ingenii, & ex aequo prudens* bellator. Codd. noſtri, *acrioris conſilii,* quam lectionem ſi admittas, lege *acrioris ingenii.* Sed nihil mutandum. *Veget.* II. prolog. *Verum tranquillitas tua, Imp. invicte,* altiori conſilio, *&c.* IV, 41. *Eatenus quatenus eos imperitiae uſus inſtruxit quam* altior doctrina *firmavit.* MS. pro. *eos, magis,* ſed male. Noſter ſaepe ita loquitur. confer *Hegeſip.* IV, 11. *Vopiſcum* in Numer. Cap. XIII. *Joſephus* locum hunc in oculis habuiſſe videtur. ita loquitur B. *Jud.* III, 1. Οἱ δὲ τοὺς ΕΜΠΕΙΡΟΥΣ γε πολέμων ΑΠΕΙΡΟΙ, καὶ πεζοὶ τοὺς ἱππεῖς, ΑΣΥΝΤΑΚΤΟΙ τε τοὺς ΗΝΩΜΕΝΟΥΣ, καὶ τοὺς ὁπλίταις ἐξηρτυμένους εὐζωνότεροι ὡπλισμένοι, θυμῷ τὸ πλέον ἢ βουλῇ στρατηγούμενοι, τοὺς εὐπειθεῖς καὶ νεύματι πάντα πράττοντας ἀντιπαρατασσόμενοι κατεῖχον ῥᾳδίως. *J. Waſſe.*

2 *Confererent.*] Com. *conferrent,* ſed nihil eum juvant membranae reliquae, adeo ut ſit emblema ſcribarum. *Gruterus.*

3 *Illum diem aut omnes labores, &c.*] Hunc locum ſic imitatus eſt *Tacit.* Annal.

aut

Digitized by Google

aut [1] *omnis labores, & victorias confirmaturum, aut maxumarum aerumnarum initium fore.* Ad hoc viritim, uti quemque ob militare facinus pecunia, aut honore extulerat, commonefacere beneficii ſui, & eum ipſum aliis oſtentare: [2] poſtremo, pro cujuſque ingenio pollicendo, minitando, obteſtando, alium alio modo excitare: [3] cum interim Metellus, ignarus hoſtium, [4] monte degrediens cum exercitu [5] conſpicatur. Primo dubius, quidnam inſolita facies oſtenderet, (nam inter virgulta equi, Numidaeque conſederant, neque [6] plane occultati humili-

XII. *Enimvero Caractacus huc illuc volitans, illum diem, illam aciem teſtabatur, aut recuperandae libertatis, aut ſervitutis aeternae initium fore.* Et Hiſt. IV. *iſque praecipuus illi dies magnae offenſae initium & magna gloria fuit.* Thucydides II. ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει. Plautus Capteiveis: *Hic ille eſt dies, cum nulla vita meae ſalus ſperabilis eſt.* Ciacc.

1 *Omnis laboris.*] Legendum, *omneis.* ita & hoc, & ſuperius illud in vetuſtis. *Riv.*

2 *Poſtremo pro.*] Reg. Bodl. Pemb. γ. λ. omittunt *pro.* B. Pub. *cujuſque pro.* Gruterus & caeteri Codd. retinent, paullo ſupra, *ſui* abeſt L 3. Ball. Venetis. *J. W.*

3 *Cum interim Metellus ignarus hoſtium monte digrediens, cum exercitu conſpicitur, Primo dubius, quidnam inſolita facies oſtenderet.*] Sic in cunctis fere, quae ipſe viderim exemplaribus reperi. ceterum *Donatus* in *Terentii* Eunuchum II, 3. *conſpicatur* hic legit, non *conſpicitur.* idque ita ſenſus quoque exigere videtur ut ſit a *conſpicor* deponenti, quod eſt, *videre.* nam hoc dicit *Salluſtius,* Metellum vidiſſe ipſum quidem hoſtes qui ſe occultarant, ſed ita uti non ſatis eos propter virgulta, inter quae conſederant, internoſcere, aut quid tandem rei eſſet, dijudicare poſſet; id enim eſt quod ſequitur, *Primo dubius, quidnam inſolita facies oſtenderet.* Florentinum, *cum exercitu conſpicit eos,* non, *conſpicitur.* Rivius. Mire mutatum dicendi genus. Cum enim dicere vellet, Jugurtham ante abſconditum, nunc Metello viſum, ait: *Metellus cum exercitu conſpicitur.* Omnia enim continuo ſequentia indicant; Jugurtham nunc primum Metello videri, qui in eo colle, quem tranſverſo itinere porrectum auctor docuit, conſederat. Metellus dubius erat, non Jugurtha. Verum id magis mirandum; quomodo Metellus monte digrediens hic dicatur, quem nuſquam aſcendentem deſcripſit. Sed neque ſemel hoc dixiſſe contentus auctor, bis paulo poſt repetit, ut hunc locum non dubitem prorſus corruptum. Prima quidem verba, ſi non bis poſtea *deſcendiſſe* repetiſſet, ita legi poterant: *Cum interim Metello ignaro hoſtium monte digrediens cum exercitu conſpicitur,* ſcilicet Jugurtha. Inde enim dubius primum Metellus, ſtatim deinde agmen conſtituit. Plura dicere nolo. Commentatores nihil ad rem dicunt, & nos conjecturas noſtras referre noluimus. Lector ipſe ſibi judicium ſuum reſervet. Adjuvat judicium noſtrum, quod quidam codices habent paulo poſt, *incerti cum natura loci tum dolo ipſi.* Ubi alii habent *incertum,* ut non ſit mihi dubium locum eſſe mutilum. *Glareanus.*

4 *Monte digrediens.*] Sic ſupra *neque colle digredi.* Tacit. Hiſt. I. *Caecina propiore tranſitu Peninis jugis digredi juſſus.* [καταβαίνω Gloſſae.] *Ciacc.*

5 *Conſpicatur.*] Sic quidem citatur Donato, ac MSS. Noſtri unanimiter *conſpicitur.* Grut. Quibus accedunt etiam noſtri. *J. Waſſ.*

tate

Digitized by Google

tate arborum, & tamen, quidnam eſſet, [1] incerti, cum natura loci, tum dolo ipſi, atque ſigna militaria, obſcurati, dein, brevi cognitis inſidiis, paulliſper [2] agmen

6 *Plane occultati.*] Sic Codd. noſtri. at Bodl. *plene*, male. Auctor de *B Afric.* Cap. VII. de Mauris equitibus. *Latent enim in inſidiis cum equis inter convalles, & ſubito* exiſtunt, *non ut in campo comminus depugnent.* *exſiſtunt* eleganter. ἐκπηδᾷν *prodire*, &, *cum impetu exſurgere.* Lucret. II, 792. *nequeunt ſine luce colores Eſſe, neque in lucem* exiſtunt *primordia rerum* V, 212. *Si non foecundas vertentes vomere glebas Terraique ſolum ſubigentes cimus ad ortus Sponte ſua nequeant liquidas* exſiſtere in auras. *Priſcian.* 865. corrupte *auraque cimus ad ortus.* MSS. ejus, *aurarum.* Cic. de claris Orat. §. 15. *Tum etiam magiſtri dicendi ſubito* extiterunt. de Divin. I, 126. *ſummerſus equus de voraginibus non* extitit. &, 103. *Repente laetus* extitit. *Gloſſae* reddunt per vocem ἀνακύπτω quod iiſdem interpretibus valet *emergo.* Et ſic utitur *Chryſoſtomus :* ἀνέκυψα τȣ̃ βιωτικȣ̃ κλύδωνος. ſic etiam *Xenophon.* in Oecon. aliique. Itaque vocem accepit *Aſconius* III. Verrin. *Plin.* II, 7. N. Hiſt. *Impoſito liquore in ſaxum quoddam ibi ſacrum protinus* flammam exiſtere. hoc eſt, *emicare.* Seneca Thyeſt. *at pueri ſtatim Pectore receptus enſis, in tergo* exſtitit. *Gruterus* malu. it, *exiit.* ſed contra membranae Etruſcae. Ovid. Metam. XV, 274. *Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu* Exſiſtit *procul hinc alioque renaſcitur ore.* Multus eſt in hoc verbo *Hirtius* ipſe. ſed & *Nepos.* VII, 3. *Ne qua repentina vis in civitate* exiſteret. & ſic Codex Trin. unde prorſus rejicienda lectio membranarum Cant. apud *Senec.* Ep. XL. *Cicero quoque noſter, a quo Romana eloquentia* exiluit. omnino recte Edd. vulgatae *exſtitit.* Nec audiendus ad locum Lipſius. *Curtius* IX, 8. *ſubito e terra* exiſtebant. quod *Quintil.* Decl. 255. per *emergere* reddit. confer denique *Vegetium* II, XI. VII, 10. VI, 4. *Livium* III, 13. *Manilius* I. *Diverſus quoque per faeies accenſa feruntur Lumina, quae* ſubitis exiſtunt *nata* tenebris. *J. Waſſe.*

1 *Incerti quidnam eſſet.*] Forte, *incertati*, a verbo *incerto.* vide *Nonium* : ut ſit, *incertati, occultati, obſcurati.* Ciacc.

2 *Agmen conſtituit.*] Ita Noſtri & *Gruteriani* omnes. B. Pub. *inſtituit*, inepte id quidem. Volumen Fabricianum *conſtitit*, quod vulgatae praeferunt *Rivius, Ciacconius, Gruterus* viri celeberrimi. Liceat mihi contra ſentire; nam ſi in his rebus aliquid video, illud *conſtitit* merum eſt alterius vocis interpretamentum. *Conſtituit* hoc loco valet *repreſſit.* Livius, Conſtituunt agmen, *& expedire tela. animoſque militibus juſſit.* Caeſar B. G. IV, 23. *Aperto ac plano littore* naves conſtituit. *Metaphraſtes* εἰς ὁμαλὸν, &c. ὥρμισεν. & 24. *quod naves, propter magnitudinem, niſi in alto* conſtitui *non* poterant. ibi *Graecus* ſegniter, μένειν, *Homeri* ſui oblitus, qui *Odyſſ.* XII, 185. dixerat ΝΗ͂Α ΚΑΤΆΣΤΗΣΟΝ, ἵνα νωϊτέρην ὄπ' ἀκούσῃς. & Ἄψ δ' εἰς Αἰγύπτοιο διϊπετέος ποταμοῖο ΣΤΗ͂ΣΑ ΝΈΑΣ. pro *ſiſtere* Cicero Verrin. X, 1. *Ipſe arripuit M. Aquillium*, conſtituitque *in conſpectu omnium.* pro Cluent. *Et hominem ante pedes Q. Manlii, qui tum erat Triumvir,* conſtituunt. Vide *L.* XXXIX. ff. *de Excuſatione*, Virgil. *candentem in littore taurum* Conſtituam *ante aras voti reus.* pro *deponi.* Catullus LXIX. ad Mallium. *Intulit, & trito fulgentem in limine plantam Innixa, arguta,* conſtitit in *ſolea.* inamoena repetitio praepoſitionis aures verberat. Codices omnes *Achillis* Tatii *conſtituit ſolea.* ſcilicet ita legendum. *Vellejus* II, 32. *reliquias eorum contractas, in urbibus, remotoque a mari loco, in certa ſede* conſtituit. Ad hanc formam *deſtituit* apud *Caecilium* Symbolo. Deſtituit *omnes ſervos ad menſam ante ſe.* Naevium. *In alto navem jubet* deſtitui *anchoris.* hoc eſt, inquit *Nonius*, *rurſum ſtatui.* Stephanus in Lex. interpretatur

conſti-

conſtituit. Ibi commutatis ordinibus, [1] in dextro latere, [2] quod proximum hoſtes erat, triplicibus ſubſidiis aciem inſtruxit: inter manipulos funditores, & ſagittarios diſpertit: equitatum omnem in cornibus locat: ac pauca pro tempore milites cohortatus, aciem, ſicuti inſtruxerat, [3] tranſvorſis principiis in planum deducit.

LIV. Sed, ubi Numidas quietos, neque colle degredi animadvertit, veritus ex anni tempore, & inopia aquae, [4] ne ſiti conficeretur exercitus, [5] Rutilium legatum cum expeditis cohortibus, & parte equitum praemiſit ad flumen, uti locum caſtris ante caperet, exiſtumans hoſtes crebro impetu, & tranſvorſis proeliis [6] iter ſuum remoraturos, &, quoniam armis diffiderent, laſſitudinem & ſitim militum tentaturos. Deinde ipſe pro re, atque

diſſolvi, cum nullus intellego. Gloſſae d. *διαρρω* recte. *Cicero* Verrin. III, 26. *alios in publico cuſtodiri*, deſtitui *alios* in convivio. & alibi. *Plautus* Rud. III, 5. *Ita duo* deſtituit Signa *hic* cum clavis *Senex*. *Ovid*. Epiſt. XI. *Jamque dari parvum canibuſque avibuſque nepotem Juſſerat*, in ſolis deſtituique locis. *Liv.* II, 13. *Apulejus* Met. II. p. 37. *Muſtela contra me conſiſtit, obtutumque acerrimum in me deſtituit.* i. e. viſum defixit. Gracchus apud *Gellium* X. 3. *Palus* deſtitutus *eſt in foro*. Vide *Gronovium* patrem ad *Liv.* XXVII. 16. qui noſtrae ſententiae, inſtar omnium unus, accedit. *J. Waſſe.*

1 *In dextro latere, quod proximum hoſtib. erat.*] Manuſcripta duo, *quod proximum hoſtes erat.* pro eo fortaſſe quod eſt, *proxime hoſtes.* nam *Cicero* quoque loqui identidem ſic conſuevit. velut cum ait, *Ut cum ſuis copiis quam proxime Italiam ſit.* & iterum, *Habemus exercitum quam proxime hoſtem.* ſic & alias idem. Sed & *Salluſtius* ſupra. *Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt.* Si quis nomen eſſe malit τὸ *proximum* haud multum equidem reluctabor. *Rivius.*

2 *Quod proximum hoſtis, &c.*] Ita Codd. auctoritatis conſpectioris; nam alii firmant vulgatum *proximum hoſtibus*. Gruterus.

3 *Tranſvorſis principiis.*] Paullo poſt: *Ipſe cum ſiniſtrae alae equitibus, qui in agmine principes facti erant*, Ciacconius. vide *Gron.* v. Lib. IV. Obſerv.

4 *Ne ſiti, &c.*] Com. non agnoſcit voculam *ne*, & poterat abeſſe. *Grut.* Pro *tempore* Pemb. primitus *temperie*. J. Waſſe.

5 *Rutilium legatum.*] Hic eſt P. ille *Rutilius Rufus*, ut puto, qui Conſul fuit cum C. *Manlio* anno ab U. C. 648. nec multo poſt innocentiſſimus, in judicium vocatus de pecuniis repetundis damnatus eſt. *Cic* in *Bruto*, pro Fonteio, pro C. Rabirio Poſthumo, In Piſonem, de Oratore Lib. I. de Officiis Lib. II. *Livius* Lib. 70. *Tacitus* L. III. *Paterculus* in priori volumine, *Valerius Max.* Lib. VI. Cap. IV. *Oroſius* Lib. V. Cap. 17. *Aſconius* in Divinationem. *Seneca* de Beneficiis Lib. V. & VI. Epiſtolarum Lib. III. de Divina providentia. *Caſt.*

6 *Iter ſuum.*] Abeſt pronomen Ball. & Venetis infra: *paullatim*; Pricaeus ad oram ſui codicis legit, *palatim*: πεπλανημένως ſed contra Codd. & rectam rationem. infra, *principes* i. e. *vicem obtinentes Principum*, reſpectu hoſtium p. erant.

loco, ſicuti monte deſcenderat, paullatim procedere: Marium poſt principia habere: ipſe cum ſiniſtrae alae equitibus eſſe, qui in agmine principes facti erant. At Jugurtha, ubi extremum agmen Metelli primos [1] ſuos praetergreſſum videt, praeſidio quaſi duum millium peditum montem occupat, qua Metellus deſcenderat: [2] ne forte cedentibus adverſariis receptui, ac poſt munimento foret; [3] dein, repente ſigno dato, hoſtes invadit. [4] Numidae alii poſtremos caedere: pars [5] a ſiniſtra, ac dextra tentare: [6] infenſi adeſſe, atque inſtare; omnibus locis Romanorum ordines conturbare; quorum etiam qui firmioribus animis obvii hoſtibus fuerant, [7] ludificati incerto proelio, [8] ipſi modo eminus ſauciabantur, ne-

y. b. ut apud *Florum* IV. *prima acies, quae* proxima hoſtem. *J. Waſſe.*

1 *Suos praetergreſſum videt.*] MSS. omnes fere a manu prima *praetergreſſos*, aut *praetergreſſus* praeter Pall. 5. & 7. in quibus reſtat lectio vulgata, nam refert Pall. 3. *ſuos praeter videt* ſine *greſſum*, quod forſan inveniet defenſores ſuos. Grut. *Praetergreſſum* a 2. manu Pemb. uti & x. y. *praetergreſſos*. Grut. infra: Venet. 1470. L 2. abeſt *peditum*. J. Waſſe.

2 *Ne forte cedentibus adverſariis receptui.*] Vox *adverſariis* gloſſema eſſe videtur. *Glareanus.*

3 *Deinde.*] Fabricianum, *dein*. Rivius. Arond. ſolus *deinde*. ſupra pro *poſt*, Arond. *pro munimento*. hoc eſt quod apud Graecos ἐφορμητήριον παρέχειν. *J. Waſſe.*

4 *Numidae alii poſtremos caedere.*] Ita MSS. non *poſtremo cedere*. Atque ita ſenſus quoque ipſe poſtulat. *Rivius.*

5 *A ſiniſtra.*] Abeſt praepoſ. L 2. Ball. Bodl. Venetis. forte legendum: p. *ſiniſtra, dextra* r. ſupra, L 3. omittit, *dato*. infra, idem Codex. *Dein ſigno undique ſimul clamor oritur.* non male. *J. Waſſe.*

6 *Infenſi adeſſe.*] Hunc locum reſpexit *Hegeſippus* I, 26. *Totam infeſtabat provinciam, atque omnibus locis infenſus erat.* Sic editi, nullo plane ſenſu. repone ergo ex MS. Codice. *infenſus aderat.* Virg. *Omnibus umbra* locis adero. *Joſephus B. Jud.* I, 8. Τὰ πολλὰ τῇ Συρίᾳ παρεῖχεν. ibidem: *Excitabat hic ſermo, ſecundo plebis rumore, aemulationem ſuae laudis fraternae, ut Phaſelus juniorem quem adaequaret mentis benignitate,* &c. At rectius membranae: *quem adaequare virtute non poterat, adaequaret mentis benignitate.* Ball. *inf. adeſſe, inſtare. y. ſigno hoſtis invad.* L 3. ſic infra Cap, 61. omiſſa voce *dato*. infra, *Romanos ord.* Grut. Contra Noſtri. J. Waſſe.

7 *Ludificati in incerto proelio.*] Manuſcripta, *incerto proelio*, omiſſa praepoſitione, idque rectius. *Rivius.* Non diverſus a moribus Jugurthae Tacfarinas apud *Tacitum* An. III, 21. *Spargit bellum, ubi inſtaretur cedens, ac rurſum in terga remeans. & dum ea ratio barbaro fuit, irritum feſſumque Romanum impune ludificabatur.* *Nazarius* in Paneg. *Diducta acie, in irrevocabilem impetum hoſtes effuſos: dein quos* ludificandos *receperas, reductis agminibus incluſis.* vide *Silium* VIII, 214. 646. *Tacitum* I, 46. *Ammianum* XVII, 13. *Non congreſſibus nec armis fretus aut viribus, ſed latrociniis aſſuetus occultis,* aſtu, & ludificandi *varietate, jam inde ab inſtituta gente noſtris quoque majoribus formidatus.* vide XXIV, 1. XXXI, 12. *J. Waſſe.*

que

Digitized by Google

que contra feriendi aut conſerendi manum copia erat. Ante jam docti ab Jugurtha equites, ubicumque Romanorum turma inſequi coeperat, [1] non confertim, neque in unum ſeſe recipiebant, ſed alius alio quam maxume divorſi. Ita numero priores, ſi a perſequendo [2] hoſtis deterrere nequiverant, disjectos ab tergo, aut lateribus circumveniebant: [3] ſin opportunior fugae collis, quam campi fuerant; [4] ea vero conſueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere; noſtros aſperitas, & inſolentia loci retinebat.

LV. Ceterum facies totius negotii varia, incerta, foeda, atque miſerabilis, [5] diſperſi a ſuis, pars cedere, alii inſequi: neque ſigna, neque ordines obſervare: ubi quemque periculum ceperat, ibi reſiſtere, ac propulſare: [6] arma, tela, [7] equi, viri; hoſtes, cives permixti, ni-

8 *Ipſi modo eminus, &c.*] Sic quidem Pall. at Comm. noſtro non adſunt *ipſi modo*, forſan bene. Gr. *turba* Reg. T. *J. W.*

1 *Non confertim in unum ſe recipiebant.*] Manuſcripta *non confertim, neque in unum.* quomodo & *Aldinus* codex. *Rivius.* *conferti* γ. J. Waſſe.

2 *Hoſtes.*] Reg. *hoſtis.* Pemb. poſtea mutatum in *hoſtes.* J. Waſſe.

3 *Sin op. f. c. q. c. fuerant.*] MSS. omnes *fuerat*, neque aliter olim cuſi, emendatumque in Naz. *campus*, ut fortaſſis vox *fuerant* veniat delenda. *Grut.* Reg. Venetae. γ. Ball. B. Pub. *fuerat.* quam vocem retinet & defendit Ampliſſimus *Perizonius* ad *Sanctium.* pag. 815. noſter alibi: *ſigna militaria obſcurati.* infra: *Ea vero conſueti.* Sic olim cuſi, ſic a manu prima membranacei non *eo*, quod placuit Carrioni. *Gruterus.*

4 *Ea vero conſueti Numidarum.*] Duo ex manuſcriptis, *eo vero conſueti &c.* ut ſit, ad eum collem. *Rivius.* *Ea vero* Venetae. Pemb. a 2. manu γ. λ. & pro Var. Lect. *eo.* ſic, B. Pub. *J. Waſſe.*

5 *Diſperſi a ſuis. pars cedere, alii inſequi.*] In quibuſdam, *Diverſi a ſuis.* verum eodem plane ſenſu, pro disjecti & disjuncti. *Rivius.*

6 *Arma tela.*] Sic Codd. & *Liv.* v, 6. L. *Horatius* arma, tela, *frumentum, quaeque belli alia tempora poſcent, provideat.* ſic vi, 6. x, 4. *Cuſtodiae in portis, vigiliae vicatim exactae; arma tela in muros congeſta:* & ſic x, 28. xxii, 57. xxvi, 14. xxvi, 47. xxx, 11. xxxiv, 52. xxxvi, 17. *Plutarchus* copulas adhibet: Ἑλληνικὰ κράνη, καὶ πέλτας, Μακεδονικὰς, καὶ σαρίσσας. *D. Ambroſ.* Hexaem. vi, 8. *Niſi forte illud miraris, quod abundant*, auro, argento, pecunia. *Noſter* etiam Cap. x, 8. *omnia conſtrata* telis, armis, *cadaveribus.* *Latinus Pacatus* Cap. xxxvi. Arma, tela, *equi, homines, viva perempta, prona, ſupinaque corpora paſſim, vel in acervo jacere.* Tacitus de Mor. Germ. 29. *Exempti oneribus (Catti) & tantum in uſum proeliorum ſepoſiti, velut tela atque arma bellis reſervantur.* ſic etiam, Cap. xxxiii. Caeſar *quod omnem apparatum belli*, tela, arma, *tormenta ibi collocaverat.* Civ. B. iii, 44. atque ita *Hirtius* B. Alex. Cap. ix. *Auctor de B. Afric.* Cap. 89. *Ovid.* ii. Pont. i. Armaque cum telis *in ſtrue juncta ſuis.* Q. Septimius i, 16. vide *Gellium* x, 25. qui *tela* a jaculis diſtinguit. item *Cic.* de Orat. iii, 42. & pro Caecina §. 31. *Ovid.*

hil conſilio, neque imperio agi: [1] fors omnia regere. [2] Itaque multum diei proceſſerat, cum etiam tum eventus in incerto erat. [3] Denique, omnibus labore, & aeſtu languidis, Metellus, ubi videt Numidas [4] minus inſtare, [5] paullatim milites in unum conducit: [6] ordines reſtituit, & cohortes legionarias quatuor advorſum pedites hoſtium collocat. Eorum magna pars ſuperioribus locis feſſa conſederat. [7] Simul orare, hortari milites, *ne deficerent, neu paterentur hoſtes fugientis vincere:* [8] *ne-*

Metam. IX, 200. *Sed nova peſtis adeſt: cui nec virtute reſiſti Nec telis armiſve poteſt.* *Demoſthenes* pro Corona 340. τῇ χειρὶ καὶ ΒΕΛΕΣΙ ἐν ὍΠΛΟΙΣ. *Plutarchus* de Deo Soc. p. 584. ... ὍΠΛΟΙΣ καὶ ΒΕΛΕΣΙΝ ἡμᾶς ... *Seneca* Herc. 479. *Non tela ſunt*, non arma, *non ignis minax*. infra, *ordines obſervare*, ita Codd. recte; compoſitum pro ſimplici. *Sulpicius Severus* I, 33. *non imperia exequi, non* ordines obſervare. ubi vocem *obſervare* fruſtra ſollicitat *Joannes Vorſtius*. e contra, *ſervare* pro *obſervare* invenitur apud *Cic.* alioſque, *ſervare de coelo*. *hoſtes*, *cives* ſuperfluunt, Noſter tot verbis *ἀσυνδέτως* vix alibi utitur. infra: *omnia* arma tela, loca, tempora, *denique naturam ipſam*. &c. alibi, *ſequi, fugere, occidi, capi*. &, *fama pudicitia liberis, patria* atque parentibus *J. Waſſe.*

7 *Equi, viri, hoſtes atque cives permixti*] Τὸ *atque*, non eſt in duobus manuſcriptis. *Rivius.*

1 *Sors omnia regere.*] Manuſcripta, *Fors*, pro fortuna. ſed eſt idem utrobique ſenſus. Facit cum manuſcriptis Florentinum atque alia pleraque. *Idem.*

2 *Itaque multum diei proceſſerat.*] Videtur ſcribendum, *Et jam multum diei proceſſerat*, vel ut eſt in v. c. *die*, pro *diei*. Sic enim habetur infra v. c. *Et jam die veſper erat*. Item: *Jamque dies conſumtus erat.* *Die* vero ἀρχαϊκῶς dixit, ut *Plautus* Pſeudolo: *Vides jam die multum eſſe*. & *Virgilius* Georgicis, *Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas*. Urſinus & Ciaccon. *Q. Septim.* III, IV. *Jamque diei plurimum proceſſerat.* Livius III, 60. *poſtquam multa jam dies erat*, *J. Waſſe.*

3 *Denique omnibus modis &c.*] Τὸ *modis* non habent codices in membrana deſcripti, neque ceteri vetuſtiores. *Rivius.*

4 *Inſtare.*] Blanditur quidem oculis Bongarſii ſcriptus, *mitius*, ſed ſi examines reperietur natum ab ignorantia librarii. *Gruter.* Dixiſſet noſter, lenius *agere*. *Atque hae ipſae & incendi & leniri poſſunt.* Celſus Lib. II. Cap. XV. *J. Waſſe.*

5 *Paullatim milites in unum conducit.*] *Tacit.* Annal. IV. *At Sabinus donec exercitum in unum conduceret.* Lib. XV. *Et auxilia regum in unum conducta.* Ciacc.

6 *Ordines reſtituit.*] Sic Pall. ac Com. *conſtituit.* Gruterus.

7 *Simul orare & hortari milites.*] Illa & copula non eſt in omnibus vetuſtis. Et jam ſaepe monui, libenter *Salluſtium* facere, uti aſyndeto utatur. quod, ut alias, ita hic quoque habet inſtans ac urgens quiddam, ac ſententiam mire juvat. Sic noſtri; Gruter. & J. W. *Riv.*

8 *Neque illis caſtra eſſe, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent.*] Fabricianus, *neque illis munimentum ullum*. ut pronomen *illis* denuo repetatur. nam interdum per pleonaſmum abundat hoc pronomen, ſed non ſine gratia; velut apud Virgilium. *Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.* & *Terent.* in Adelphis, *Quem neque fides, neque jusjurandum, neque illum miſericordia repreſſit, neque reflexit.* Sit haec conjectura; quamquam mihi quidem ad ſententiam mire facere videtur haec repeti-

que

Digitized by Google

que illis caſtra eſſe, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent: in armis omnia ſita. Sed nec Jugurtha quidem interea quietus erat; circuire, hortari, renovare proelium, & ipſe cum delectis tentare omnia: ſubvenire ſuis, hoſtibus dubiis inſtare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere.

LVI. Eo modo inter ſe duo imperatores ſummi viri, certabant: ipſi pares, ceterum opibus diſparibus. Nam Metello virtus militum erat, locus advorſus: Jugurthae alia omnia, praeter milites, opportuna. Denique Romani, ubi intellegunt, neque ſibi [1] perfugium eſſe, neque ab hoſte copiam pugnandi fieri; [2] & jam die veſper erat; advorſo colle, ſicuti praeceptum fuerat, evadunt. Amiſſo loco Numidae fuſi, fugatique, pauci interiere: pleroſque velocitas, & regio hoſtibus ignara, tutata ſunt. Interea [3] Bomilcar, quem elephantis, & parti co-

tio pronominis, & non gratiam modo, ſed & vires addere ſenſui, & affectum orantis atque hortantis quaſi ob oculos ponere: id aliquis non intelligens, ut eſt audax inſcitia, cum fruſtra repetitum crederet, e medio illud removit. *Idem. Neque illis caſtra eſſe, neque ullum munimentum.* Ita omnes MSS. praeter Naz. qui habet repetito pronomine; *neque illis caſtra eſſe, neque illis munimentum ullum.* de quo viſantur caſtigg. Rivii; nam mihi videtur analphabetarii interpretatio; etſi enim hiſce talibus ſua venuſtas, ſua vis in re oratoria; at non inſtitutum heic *Salluſtio* pandere eam artem: argumenta tantum, veluti punctis, ſignaſſe ſufficit; itaque adimi adhuc poſſit vocula una atque altera, & ſcribi *neque caſtra, neque munimentum ullum.* Gruterus.

1 *Perfugium eſſe.*] Ita MSS. auctoritatis ſolidioris, in aliis *profugium* quod hactenus fuit in vulgatis. *Grut.* L 2, 3. Pemb. Venetae Mart. *profugium.* infra: *Et jam die veſper erat.*] Sic a manu principe Pall. tres & Commelin. meus videatur *Rivius.* Gruterus, infra: *Adv, c. ſ. p. fuerat, &c.*] Commel. *erat* ut putem id vocis a ſtilo extraneo. *Idem.* γ. *erat.* J. Waſſe.

2 *Et jam diei veſper erat.*] In manuſcriptis duobus eſt, *Et jam die veſper erat,* pro *diei.* ut ſit genitivus antiquus, cujus & *Priſcianus* 8. meminit, & *Gellius* ipſe 9. ubi docet C. *Caeſarem* in Lib. de Analogia 11. *hujus die* & *hujus ſpecie* dicendum putare: ſeque in Jugurthae *Salluſtii* ſummae fidei & reverendae vetuſtatis libro, *die* caſu patrio ſcriptum inveniſſe, ubi ille inquit: *Vix decima parte die reliqua.* Sed & *Servius* alicubi Salluſtium *acie* pro *aciei* dixiſſe teſtatur. Ridiculum vero, quod in manuſcripto, neſcio quis, annotarat, *die*, ſubaudiendum *deficiente.* Rivius. γ. *veſper diei.* caeteri *diei veſper erat.* & ſic. *Q. Septim.* 111, 8, 19. vide *Frontinum* 11, 1. *Hegeſippus* 11, 7. luce diei, *atque in medio urbis.* J. Waſſe.

3 *Bomilcar quem, El. &c.*] Scripſiſſem ego, *Bomilcar Elephantinae parti peditum praefectus,* expunctis caeteris repetitionis odioſae. *Gruterus.*

piarum

piarum pedeſtrium praefectum ab Jugurtha ſupra diximus, ubi eum Rutilius praetergreſſus eſt, paullatim ſuos in [1] aequum locum deducit: ac, dum legatus ad flumen, quo praemiſſus erat, [2] feſtinans pergit, quietus, uti res poſtulabat, aciem exornat: [3] neque remittit, quid ubique hoſtis ageret, explorare. Poſtquam Rutilium conſediſſe jam, & animo vacuum accepit, ſimulque ex Jugurthae proelio clamorem augeri; veritus, ne legatus cognita re, laborantibus ſuis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte ſtatuerat, quo hoſtium itineri officeret, latius porrigit; eoque modo ad Rutilii caſtra procedit.

1 *Aequum locum.*] Hoc eſt, vel *planum* ut LXXIX. cum quo *aequum* conjungit *Cicero* Acad. II. vel, *non ſuum*, ſed hoſti, aeque ac ſibi faventem. *Oroſius* V, 16. *Cimbri poſtquam continuo triduo circa Rom. caſtra pugnarunt, ſi quo pacto eos excuterent vallo, atque in* aequos campos *effunderent.* ibi Colon. & Joannenſis *in aequor c.* Unde vocem *campos* a gloſſatore profectam aſſerit *Lautius*; *Maronis*, & *Lucani* immemor. *Non* aequo *dare ſe* campo, *non obvia ferre Arma viros, ſed caſtra fovere.* etiam: *dimitte fugam, & te comminus* aequo *Crede* ſolo, & campum *miles deſcendat in* aequum. mons enim alteri parti ad pugnam inopportunus; unde & apud *Statium* Theb. IV, 402. ex Codice Arond. ita lego. *qui ſolus avita Gramina*, communemque *petis defendere* campum. Eodemque loco pro, *aeternis* idem codex *Aetnaeis*, quod etiam amplector. Aetnaeis *potius me Bacche pruinis Trans & Amazoniis ululatum Caucaſon armis.* Habes *aequum campum.* Liv. II, 50, 64. V, 38. XXXIII, 33. XXXVI, 17. XXXVII, 18. IV, 16. *Aequimelium*, v. *Varronem.* L. L. IV, pag. 37. *Ovid.* Arte II, 71. Aeſchylo autem, quia quod undique patet oculis rotundum videtur, nomine κυκλῶν venit. Inepte ergo *Homeri* ἀν' ἀσπίδιον πεδίον *Scholiaſta* & Interpp. *ſtratum clypeis campum* vertunt. Sed *Crates* apud Etymologum pleno ſapit pectore; ἀσπίδιον ait, quia diffunditur aequaliter, undique verſum ἀσπὶς ἀσπίδιον πάντοθεν ἴσης. tales campos vocant *Euripides* τὰ πεδίων ἐδάφη, *Zozimus* II. ἀναπεπταμένα, *aequor* denique poetarum, teſte *Cicerone*, Acad. II. qui tamen uſus eſt I. Divin. §. 152. id quod Auguſtaei aevi Scriptoribus haud frequentatum. vide tamen *Sidonium* Epiſt. IV, 8. *aequa* itaque *loca* ſic opponuntur *iniquis*, quemadmodum *impeditis*, arctioribus, *libera.* Hegeſip. I, 24. ubi vulgati corrupte. *niſi Antipater videns totum in quo Mithridates erat* dextrum cornu a cohorte urgeri. Egregia ſane cohors! quae cum haberet tantum 1005. pedites, equites 132. auſa eſt univerſum cornu, in quo fuere cohortes ad minimum decem, loco pellere. *Hirtius* enim, licet de numero nihil prodiderit, magnas tamen copias Mithridatem adduxiſſe aſſerit. B. Alex. XXXVII. Facile ergo aſſentior Codici Cantabr. pro, *a cohorte* legenti *ab hoſte.* J. Waſſe.

2 *Feſtinans.*] *feſtinus.* Mart. ſed VI, 21. *a* feſtinans *cohortes compoſuerat in ſecunda.* J. 25. *legati in Africam* maturantes *veniunt.* *J. Waſſe.*

3 *Neque remittit.*] Ex ſcripto legend. *neque interim remittit quid, &c.* Putſchius. Editiones mediae infarcierunt heic adverbium *interim*; ſed non conſpicitur in ullo MSS. niſi inter lineas; neque agnoſcunt editionum primae. *Gruterus.*

LVII.

LVII. Romani, ex improviſo, pulveris vim magnam animadvertunt; nam proſpectum ager arbuſtis conſitus prohibebat. Et primo rati humum aridam vento agitari: poſt, ubi aequabilem manere, &, ſicuti acies movebatur, magis magiſque appropinquare vident; [1]cognita re properantes arma capiunt, ac pro caſtris, ſicuti imperabatur, conſiſtunt. Deinde, ubi propius ventum eſt, utrimque magno clamore concurritur. Numidae tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant, poſtquam eos impeditos ramis arborum, atque ita disjectos circumveniri vident, fugam faciunt: ac plerique, abjectis armis, collis, aut noctis, quae jam aderat, auxilio integri abeunt. Elephanti quatuor capti, reliqui [2]omnes numero quadraginta interfecti. At Romani quamquam itinere, atque opere caſtrorum, & proelio [3]feſſi, laetique erant; tamen, quod Metellus

1 *Cognita re.*] Pulvis hoſtis adventantis certiſſimus nuntius, teſte Aeſchylo Ἑπτ. ἐπ. Θηβ. v. 80. Ῥεῖ πολὺς ὅδ᾽ ἄλλ λεὼς πρόδρομος ἱππότας· Αἰθερία ΚΟ'ΝΙΣ ΜΕ ΠΕΙ'ΘΕΙ ΦΑΝΕΙ͂Σ, ἄναυδος, ΣΑΦΗ'Σ, ἜΤΥΜΟΣ ἌΓΓΕΛΟΣ. *Virg.* Aen. IX, 33. *J. W.*

2 *Omnes numero quadraginta.*] Eſt in manuſcriptis, *numero* XXX. nec aliter in Florentino. *Rivius.* Ita emendatum in pleriſque MSS. quamvis aliquot referant, XXX. Commel. quidem initio habuerat XXXX. ſed eo deleto repoſitum eſt, XL. ut pateat errorem inde ortum quod arbitrarentur ſcribae, quadragenarium numerum minime exprimendum quatuor X. *Grut.*

3 *Feſſi laetique erant.*] Haud mihi recedendum putavi a lectione MSS. Palatinorum; praeſertim cum ab ea etiam conſtanter ſtarent membranae Rivianae. regnat quidem in hunc uſque diem per editiones, *feſſi laſſique:* ſed quae differentia utriuſque vocis? mihi enim ambo idem notant. Noſter, hoc vult; nihil obſtitiſſe Rutilianis laſſitudinem ac gaudium, quo minus *Metellianis* obviam irent: quod inſolens. nam huic, effectus talis, ut nolit obtemperare praefectis; illi, ut nequeat. haud aliter iſtaec intellecta veteribus, haurire eſt ex Palatino tertio, ubi verba ad hanc faciem: *quamquam itinere atque opere* feſſi, *& praelio* laeti *erant, &c.* Grut. Pemb. Ar. B. Pub. Reg. Ball. *feſſi laetique* Mart. L 2. *lentique.* ſic *Colerus*, improbante *Popma*, *Putſchius* ex codice Lugdunenſi & L 1, 3. *laſſique.* ſed Grutero hac in re auſcultandum. Noſter enim inf. 1. *alius alium* laeti *appellant.* aliter legerim *laeſique.* Vulgatam unice firmat *Livius* XXI 1, 60. *Sed quum* feſſis *pugnando* hoſtibus, *tum* victoria laetis, *& ipſis pleriſque regreſſis in caſtra ſua, noctem ad erumpendum liberam habuiſſent, &c.* Ubi *Polybium* expreſſit. I, 26. Ἐπικεχυμένης τῆς νυκτὸς καὶ διὰ τὴν ἐκ τῶν ΚΑΤΟΡΘΩΜΑ'ΤΩΝ ΧΑΡΑ'Ν, καὶ διὰ τὸν ΚΟ'ΠΟΝ ῥαθυμότερον ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν χρωμένων, &c. Habes his locis *laſſitudinis* & *laetitiae* effectus. *Livius* alibi vocem *feſſi* tantum adhibet XXI, 27. ſic VIII, 24. *Pervenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem vis aquae abſtulerat,* indicantem iter. *quem quum incerto vado, tranſiret agmen,* feſſus *metu ac labore miles.* ibi *Faber*, *denegantem.* imo potius *indignantem.* Pontem in-

amplius

amplius opinione morabatur, inſtructi, intentique obviam procedunt: Nam dolus Numidarum [1] nihil languidi, neque remiſſi patiebatur. Ac primo obſcura nocte, poſtquam haud procul inter ſe erant, [2] ſtrepitu, velut hoſtes adventare, [3] alteri apud alteros formidinem ſimul, & tumultum facere: [4] & paene imprudentia admiſſum facinus miſerabile, ni utrimque praemiſſi equites rem

dignatus *Araxes.* At forte hoc nimis poeticum quid ſi ergo *inſecantem? pleno quem flumine cernis Stringentem ripas & pinguia* culta ſecantem. *Plinius.* Hiſt. Nat. VI, 27. *Tigris ejuſdem gentis tergo campos Cauchas* ſecat. Verum edita lectio non admodum diſplicet; campi inundabantur, at pontis ruinae viam inter aquas commonſtrabant. Verum ut redeamus. Qui ut lectionem alteram adſtruant cum *Servio* ad Aen. VIII. inter *feſſos laſſoſque* diſtinguunt, nugas agunt maximas. ſaepenumero verba nectuntur quae plane idem ſonant. *Plautus* Trin. *Nihil eſt profecto* ſtultius *neque* ſtolidius. antiquom & vetus. Moſtel. II, 27. *Demoſthenes* adv. Androt. 420. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲ ΑΡΧΑΙ͂Α καὶ ΠΑΛΑΙΑ'. *Homerus,* Il. XXII. Εἰ μὴ οἱ ΠΥΜΑΤΟ͂Ν τε καὶ ὝΣΤΑΤΟΝ ἧκε τ' Ἀπόλλων. *Odyſſ.* β. Λεῖβον δ' ἈΘΑΝΆΤΟΙΣΙ θεοῖς ἈΕΙΓΕΝΕΤΗ͂ΣΙΝ &, *Od.* XII. ΝΕΚΡΩ͂Ν Ἐλπήνορος ΤΕΘΝΕΙΩ͂ΤΑ. *Memoria* immortalis & ſempiterna. Mil. III, 3. *Qui homines ſitis neque* novi *neque* ſcio. Mil. II, 6. *ſupplicium* longum diutinumque. Terent. *Neque quo quenquam plus* amem, *aut* diligam. *Plaut.* Bacchid. II, 3. palam *atque* aperte. *Tacitus.* An. XV, 15. *Sed qui ingredi auſi ſunt,* validum & firmum *intellexere.* ibi *Rhenanus,* cui iſte verborum cumulus inſolens erat, *fidum* reponit. *Plin.* Hiſt. Nat. XXXVI, 2. clam occulteque. *Cicero* de Nat. D. I, 42. *Fe verunt que ut eorum* bella, pugnas, proelia, *viderimus.* Ammianus XX, 5. *Res ardua* poſcit *ac* flagitat. *J. Waſſe.*

1 *Nihil languidi.*] Huc ſpectant *Ammiani* verba Lib. XVI, 2. *Ubi vero proeliorum ardor* nihil perpeti *poterat* ſegne. *Themiſt.* Orat. XI. pag. 262. ὑπομένοιμ' ἂν εἴη μὴ μαλακίζεσθαι. *Taciti* etiam A. II, 14. *Poſtquam crebras pro munimentis cohortes & nihil* remiſſum *ſenſere.* Ammianus iterum XXV, 1. *Fervente certaminum mole, clypeorum ſonitus, & virorum armorumque lugubre ſibilantium fragor,* nihil perpetiens *jam* remiſſum. *Hegeſip.* I, 36. *Ad ulciſcendum vehementior;* nihil occultum, nihilque inultum *patiebatur.* J. Waſſe.

2 *Strepitu veluti hoſtes adventare, alter apud, &c.*] Reduxi ſcripturam antiquam, etiamnum conſpicuam in edd. rejectitiis; minus recte hodie libros occupat, *adventarent.* nam *adventare* eſt infinitivus, loco imperfecti, forma locutionis auctori creberrima. *Grut.* Reg. L. 3. B. Pub. Markiani, Pemb. Ball. Venetae, *adventare* recte. *J. Waſſe.*

3 *Alteri apud alteros.*] Nos ac Comm. noſter *alteri apud alterum.* Grut. infra: *Milites alius alium, &c.*] Venuſtius foret, *milites alius alium laeti appellare, acta edocere atque audire, ſua quiſque fortia facta ad coelum ferre.* plane ultimum iſtud membrum hac forma comparet in aliquot MSS. *Gruterus.*

4 *Et paene imprudentia eſſet.*] In manuſcripto quodam, *foret* reperitur, non *eſſet.* in Fabriciano vero, neutrum horum eſt, ut nec Beroaldino. *Rivius. Hegeſipp.* I, 18. *Ac pene* incidiſſet facinus miſerabile. & V, XI. *Ac pene* adm. erat fac. miſ. *J. Waſſe.* Qui heic adtexit e duobus MSS. *foret,* [*Popmam* intellige] oportet aures habeat parum exercitatas ad elegantiam Latiarem, neque, vel per ſomnium, meminerit eorum quae occurrunt *Agellii* L. V. C. VIII. Palatini certe neu-

explo-

exploraviſſent. [1] Igitur pro metu repente gaudium [2] exortum, milites alius alium laeti appellant, acta edocent, atque audiunt: [3] ſua quiſque fortia facta ad coelum fert. Quippe res humanae ita ſeſe habent: in victoria vel ignavis gloriari licet: [4] advorſae res etiam bonos detrectant.

tiquam agnoſcunt id vocis, etiamſi eorum nonnulli exarati a librariis non admodum doctis. unde eſt, quod apparet in tertio; *admiſſum facinus miſerabile eſſet paratum, &c.* Gruterus.

1 *Igitur pro metu repente gaudium exortum eſt.*] Τὸ *eſt*, non reperi in manuſcriptis. id cum hoc loco, tum alias ſaepe ex gloſſa addita irrepſit in contextum. Adnotavit autem & Gellius, *Eſt, erat, fuit*, plerumque abeſſe cum elegantia, ſine detrimento ſententiae, Libro v. Capite VIII. *Rivius.* Sic C. *Popmae* libri. *Priſcian. repente gaudium mutatur.* J. Waſſe.

2 *Exortum.*] Sic Codd. at *Priſcian.* 1175. *mutatur.* id eſt (inquit) *metus gaudio mutatus eſt.* Horat. I. *carm. ſaepe Lucretilem mutat Lycaeo.* ſupra adduxerat hujus formae exemplum ex *Iſocrate*, unde patet ejus exemplaria non eſſe corrupta, conſentiunt etiam ejus manu exarati Codd. *J. Waſſe.*

3 *Sua quiſque fortia facta ad coelum effert.*] Manuſcripta, *ad coelum fert.* utrumque apud *Ciceronem* reperitur, *in coelum ferre, & in coelum efferre laudibus.* Rivius. Ex ſcripto, *ad Coelum ferre.* Putſch. vide *Lucanum* IV, 200. J. Waſſe.

4 *Adverſae res etiam bonos detractant.*] Ita plerique habent codices, *detractant*; per *a* in ſecunda ſyllaba: Aldinus vero *decretant* legit, quod verbi non intelligo. Soldus more ſuo tranſſilit, in expoſitione tamen ait: *Apud victos etiam, qui fortes; tamquam ignavi vituperantur.* Badius, *Res adverſae*, inquit, *detractant, id eſt, deprimunt & vituperant etiam bonos.* Ego (ſi modo recte legitur *detractant*) exponerem: *Res adverſae bonos detractant, hoc eſt, bonis derogant.* Nam inde Detractores, qui famae alicujus derogant, dicti videntur. Fuiſſe tamen priſcum aliquod verbum per ſciolos amotum valde vereor. *Glareanus.* Sic fere etiam MSS. noſtri, niſi quod ſeorſim abeat Nazarianus cui haec quidem lectio adpicta fuerat a neſcio quo ſcriba, ſed iterum deinde reſtituta ea quam habebat initio *etiam bonos detractant* in Pall. tert. nuſquam extat vox *bonos*, ſolumque habet, *adverſae res etiam decretant.* Grut. B. Pub. *decretant*, & ita Pemb. primo, dein factum *decractant.* λ. *decretant* vel potius *detretant*, at in margine a manu prima *detactant*, pro interpretatione *debilitant.* caeteri *detrectant.* Legendum *detractant*, quomodo ex antiquis Codicibus probavit Broukhuſius *Propert.* II, 2. licet illud alterum malit *Dacerius* in ſuis ad *Feſtum* notis. Confer *Columbum* ad *Lactantium* de Mort. Perſ. IX, 10. Gloſſae παρέλκει· καθαιρεῖ δόξας. &, detrectator ἀπηθής, καταφρονητής. detractans διαδρῶν immo λοιδορῶν. detractaverit διαψηλαφήσωσι. detractio διασυρμός. Pro *detrectant* apud *Apulejum* de Deo Socr. p. 54. Aldus *decurritant.* Rom. *decuritant.* Putaram aliquando *detexunt* vel ſimile quid, pro, *nudant* ingenia, & oſtendunt quales viri ſint, juxta Horatiana iſta. *Sed convivatoris uti* ducis ingenium res adverſae nudare *ſolent. celare ſecundae*, quomodo fere alicubi *Livius.* Quod obſervatum *Demoſtheni* Ol. II. pag. 98. διέξουσι τὴν ἐκείνου γνώμην κακοδαιμονίας ἐπὶ τοῖς εὖ φρονοῦσιν. ἀλλ' οἶμαι, νῦν μὲν ἘΠΙΣΚΟΤΕΙ τούτοις τὸ κατορθοῦν. αἱ γὰρ ΕΥΠΡΑΞΙΑΙ δειναὶ ΣΥΓΚΡΥΨΑΙ ἢ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη. Haec certe alibi adumbravit Noſter. *Quia* ſecundae res mire ſunt vitiis obtentui; *quibus labefactatis, quam formidatus eſt antea, tam contemnetur.* Eo ſpectat *Hegeſip.* III, I. *Quantus iſte vir, cujus armis* vitia Neronis *apud exteras gentes* abſcondebantur. Orator au-

LVIII. Metellus in iiſdem caſtris [1] quatriduo moratus, ſaucios [2] cum cura reficit; meritos in proeliis more militiae donat, univerſos in concione laudat, atque agit gratias: hortatur, *ad cetera, quae levia ſunt, parem animum gerant:* [3] *pro victoria ſatis jam pugnatum, reliquos labores* [4] *pro praeda fore.* [5] Tamen interim transfugas, & alios opportunos, Jugurtha ubi gentium, aut quid agitaret, cum paucis ne eſſet, an exercitum haberet, ut ſeſe victus gereret, exploratum miſit. At ille ſeſe in loca ſaltuoſa, & natura munita receperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem, ſed [6] hebetem, infirmumque, agri ac pecoris magis, quam

tem *Iſocratem* exſcripſit, qui in *Archid.* 199. Αἱ μὲν γὰρ ΕΥΤΥΧΙΑΙ, καὶ τοῖς φαύλοις τῶν ἀνθρώπων τὰς κακίας ΣΥΓΚΡΥΠΤΟΥΣΙΝ: αἱ δὲ ΔΥΣΠΡΑΞΙΑΙ ταχέως ΚΑΤΑΦΑΝΕΙΣ ΠΟΙΟΥΣΙΝ, οἷοίπερ ἕκαστοι τυγχάνουσιν ὄντες. Nunc vero legendum puto *bono detrectant* cum Nazario & quibuſdam *A. Popmae.* ut ſit ſententia: *adverſa fortium opinionem & gloriam imminuunt.* Salluſtius *Thucydidis* verba leviter, ut ſuſpicor, inflectit. II. §. 62. ΑΥΧΗΜΑ μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ ἀμαθίας εὐτυχοῦς, καὶ ΔΕΙΛΩι τινὶ ΕΓΓΙΓΝΕΤΑΙ· καταφρόνησις δὲ, ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιστεύῃ τῶν ἐναντίων προέχειν. Neſcio an huc ſpectet *Apulejus* Met. VII. *Varias opiniones, imo contrarias nobis attribuit: ut malus boni fama glorietur: innocentiſſimus quiſque noxiorum more plectatur.* L 3. *inanis gloriari.* & L. 2. Pemb. *licet gloriari.* Confer *Tacitum* Hiſt. II, 70. *J. Waſſe.*

1 *Quatriduo moratus.*] Notae minus bonae MSS. *triduo* aut *quatriduo*. Grut.

2 *Cum cura.*] L 2. Venetae. Mart. omittunt *cum*. verum, praeter caeteros Codd. retinet *Seneca* de Benef. I, 2. *Nihil tam neceſſarium, aut magis,* ut ait *Salluſtius*, cum cura *dicendum, quam quod in manibus eſt.* Seneca Controv. I. pag. 64. *Illam* cum cura *ſcrutabor*. Aliter tamen *Terentius* Phorm. VI, 35. *maxuma ſua* cura *haec ſola fecit.* *Livius* XLII, 20. Ea *omnia* cum cura *facta* XXIII, II. *Ennius* apud *Cic.* Divin. I, 107. *Curantes* magna cum cura, *concupientes Regni, dante operam ſimul auſpicio augurioque.* ibid. *more militiae.* hoc eſt, *more militari.* &, ſic locuti *Q. Septimius* II, 34. X, 36. *Ammianus* XXVI, 9. *militiam* pro *bello* Oroſius V, 4. *Plurimis nobilium qui ei militiae aderant, interemtis.* Capitolin. in Maximo. 3. *Locis etiam* militiae a *Severo adjutus.* hoc eſt: *donatus praepoſituris locorum militarium.* Hegeſip. III, 13. *Pleriique Romanae* militiae *viri, conſtricti anguſtiis.* Tertullian. Apol. VIII. *Stat.* II, 66. *Tacitus*, An. II, 52. more militiae *per turmas & vexilla componere.* & An. XI, 18. *Nepos* Iphic. II. *Quem quidem ſic omni diſciplina militari erudivit, ut,* &c. Codex Trin. *militum*, forte, militiae. J. Waſſe.

3 *Pro victoria ſatis pugnatum.*] In quibuſdam, *ſatis jam pugnatum*, Mox, *praedae fore*. pro ad praedam ſpectare, ſeu praedae gratia ſubeundos eſſe, licet manuſcripta *pro praeda* habeant. *Rivius.*

4 *Pro praeda.*] *Praedae fore* Ball. Bodl. Venetae Mart. L 2, 3. at a vulgatis recte ſtant potiores Codd. Pemb. Markiani, B. Pub. Arond. Reg. L 1. v. *Liv.* IV, 55. J. W.

5 *Tamen interim, &c.*] Adverbium *tamen* furcam ferre meretur, ejicique Hiſtorici noſtri contubernio. *Grut.* Fuit primitus in λ. *tamen etiam* ni fallor. *J. W.*

belli, cultorem. Id ea gratia eveniebat, [1] quod praeter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem ſequitur: quo cujuſque animus fert, [2] eo diſcedunt: neque id flagitium militiae ducitur: ita ſe mores ha-

6 *Hebetem infirmumque.*] Apud noſtrum *hebes ingenium* opponitur *exercito.* inde Gloſſae, hebes & *hebetius* ἀμβλὺς, ἀμβλύτερος. *hebetem* & *rudem* conjungit *Cicero* II. Divin. & de Orat. 129. etiam, *lentum tardum, & languidum,* interpretatur ad *Attic.* II, 190. *Feſtus,* quod eſt retuſi acuminis. *Celſus* I, 1. *Ignavia corpus hebetat, labor firmat.* hebes ergo corpus, languidum & & luxu diffluens. Quid vero inter *acutos* & *hebetes* interſit docent *Cicero* Tuſc. IV, 14. ubi haec habet. *malitia certi cujuſdam vitii nomen eſt,* vitioſitas *omnium, ex qua concitantur perturbationes quae ſunt, turbidi animorum concitatique motus.* Vir ſummus R. *Bentlejus,* pro concitantur *oriuntur* legit. Vulgg. *cogitantur,* unde ipſe *oriuntur,* quod, cum ſignificet multa ſimul oriri, numero plurativo τῶ *perturbationes* haud abſurde convenit. ſic *Auctor* III. Verrin. *Tum ſubito tempeſtates* coortae *ſunt maximae.* Sed, vox *hebes* a ferri ad oculorum aciem traducitur, quomodo a Graecis ἀμβλὺς, κωφὸς, μωλὺς, παχὺς ἀνειρος: *Hezich.* ἀμβλύτερον ὀκνηρότερον, & Schol. *Thucyd.* ἀσθενέστερον. *Lucian.* Tim. λαμπρῶς καὶ ἀμβλυώττεις πρὸς τὰ γινόμενα. & alibi, ἀμβλυωπεῖ κριταί. *Plutarchus* Alcib. milites ſocordes & minus promtos vocat ἀμβλυτέρους πρὸς τὴν μάχην. Idem Fabio Max. p. 187. ἡ δ' ὄρεξ ἘΞΗΜΒΛΥ'ΝΕΤΟ καὶ κατεστέλλετο τοῖς ἀλγεινοῖς ἀγῶσι. Hoc ſenſu apud *Homerum* κωφός. ΚΩΦΟ'Ν γὰρ ΒΕ'ΛΟΣ ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο. egregie prorſus Maro. *telumque imbelle* ſine ictu *Conjecit.* apud *Nicandrum* in Theriacis μωλὺς. ἰσαδίοισιν γῆρας ΜΩ'ΛΥΣ ἐπισπέχων. item κωφὸς apud *Lucianum,* apud *Ariſtophanem* ἄκαρπος & παχύς. Γνώσῃ δὲ σαυτὸν ὡς ἀμαθὴς εἶ καὶ παχύς. Vix inter Scriptores Latinos extat unus & alter qui vocem hanc ad Martis famulos accommodaverit. *Petronius* p. 169. *Unus alicujus flaturae fuit, Thrax. qui & ipſe ad dictata pugnavit. ad ſummum. poſtea ſecti ſunt. adeo de magna turba ac* hebete *acceſſerant plane fugae merae.* Tacitus Hiſt. II, 77. *Acriore hodie diſciplina victi, quam victores agunt; hos ira, odium, ultionis cupiditas, ad virtutem accendit; illi per faſtidium & contumaciam* hebeſcunt. & II, 99. *Non vigor corporibus, non ardor animis: lentum & rarum agmen, & fluxa arma, ſegnes equi: impatiens ſolis, pulveris, tempeſtatum, quantumque* hebes ad ſuſtinendum laborem miles, *tanto ad diſcordias promtior.* hebeti contrarius apud *Frontinum* I, 3. exercitus vehemens. *Alexander Macedo,* cum *haberet* vehementem *exercitum, ſemper eum ſtatum belli elegit, ut acie confligeret.* Vide *Ammianum* XXXI, 10. XX, 11. XXI, 11. XXV, 7. XXVII, 2. XXVIII, 2. *Oroſium* IV, 4. V, 5. J. Waſſe.

1 *Quod praeter regios equites.*] Manuſcripta duo, *praeter equites regios.* ut adjectivum ſequatur. *Rivius.* Quidam codices habebant *ſequebatur,* & ita legiſſe videtur Badius, ſed verba ſequentia optime indicant legendum eſſe *ſequitur,* in praeſenti, non *ſequebatur* in praeterito imperfecto. Paulo poſt: *Minore detrimento illos vinci;* minore damno Numidarum intelligendum, ut recte exponit Badius, & inde legendum, *quam ſuos vincere:* ubi verbum *ſuos,* in quibuſdam exemplaribus male omiſſum eſt. *Glareanus. Sequebatur* Arond. *flagitium militiae.* Tacitus An. II, 14. de Germanis. *Nulla vulnerum patientia ſine pudore* flagitii, *ſine cura ducum abire, fugere.* Noſter *Thucydidem* ſequitur, IV. §. 126. Οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες, αἰσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινα χώραν βιαζόμενοι. ἥ τε φυγὴ καὶ ἡ ἔφοδος αὐτῶν, ἴσην ἔχουσα δόξαν τοῦ καλοῦ, ἀνεξέλεγκτον καὶ

bent.

bent. Igitur Metellus, [1] ubi videt animum regis etiam tum ferocem eſſe; bellum renovari, [2] quod niſi ex illius lubidine geri non poſſet; [3] praeterea inimicum certamen ſibi cum hoſtibus; minore detrimento illos vinci, quam ſuos vincere: ſtatuit non proeliis, [4] neque acie, [5] ſed alio more bellum gerundum. Itaque in Numidiae loca opulentiſſima pergit: agros vaſtat: multa caſtella, & oppida, [6] temere munita, aut ſine praeſidio, capit, incenditque: puberes [7] interfici jubet: alia omnia militum

τὸ 'ΑΝΔΡΕΙΟΝ 'ΕΧΕΙ. *militiae* pro *militare*, ita *Sulp. Severus* de v. m. Cap. III. Confer *Tacitum* Hiſt. II. 12. *J. Waſſe.*

2 *Eo diſcedunt.*] Sed & otiatur dictiuncula *eo.* Gruterus.

1 *Ubi videt, &c.*] Mire variat verborum poſitura MSS. primis, nam Pall. prim. ac ſec. *ubi videt regis etiam tum animum ferocem,* Com. *ubi videt tum etiam regis animum ferocem,* tert. *ubi videt etiam regis animum tum ferocem eſſe,* potuiſſet commode ſcribi, *igitur Metellus ubi videt animo regis etiam tum feroci bellum ren. &c.* Gruterus.

2 *Quod niſi ex illius libidine geri non poſſet.*] In quibuſdam, *lubidine,* quomodo veteres fere, ut alibi oſtendimus, ſic & *libet* & *lubet* dicimus. *Rivius.*

3 *Praeterea inimicum certamen.*] Legendum, *iniquum certamen;* ita ſenſu poſtulante, & conſentientibus quibuſdam vetuſtis; quamvis manuſcriptis reclamantibus. Sed cur *iniquum?* quia minore detrimento hoſtes vinci ait, quam ſuos vincere. *Idem.* Nihil heic innovaſſem, niſi inſtitiſſent MSS. veterumque edd. qui ad unum omnes una cum Rivianis, praeferunt *inimicum,* damnato illo altero, quod libros hodie occupat, *iniquum.* & cur ita loqui non poſſet auctor? *Grut.* Sic Pemb. Ar. Reg L 2. Venetae γ. λ. B. Pub. Gloſſa Cod. Regii ad haec verba: *Vincitur haud gratis jugulo, qui provocat hoſtem.* verſus extat apud *Lucanum* IV, 275. Virg. *Accipiunt* inimicum *imbrem.* etiam alibi, *pugna congreſſus* iniqua. *J. W.*

4 *Neque in acie.*] Et hoc eſt a MSS. iiſdem & olim cuſis, recentiores enim deſtituuntur praepoſitione *in;* non male ſi jure noſtro quidvis detrahi poſſet aut addi. Pall. tert. loco *in acie* refert *Marte,* quod forte propugnatorem aliquem inveniet. *Grut.* Huc reſpexit *Hegeſippus* I, 9. *ſuis quam hoſtibus perniecioſior, &* majore victor detrimento, *quoniam regni ſui vires vincendo attriverat.* J. Waſſe.

5 *Sed alio more bellum gerendum.*] In quibuſdam, *alio modo;* ſed eodem ſenſu. praeterea *gerundum* eſt in manuſcriptis, non *gerendum.* Rivius.

6 *Temere munita.*] 'Αὐτοσχεδίως. Gloſſae *levi opera,* &, *tumultuaria* ἐπὶ τῆς *Ariſtoph.* Plut. II, 3. 'Ουκ αὐτὸς ἄρ᾽ ὡς ἔοικ᾽ ἦλθεν οὐδ᾽ αὐτόματος. Cicero, *temere,* & *nullo conſilio,* I. de Invent. §. 74. &, *fortuito* I. Tuſc. 193. *inconſulte,* I. Nat. D. I. 61. conjungit. Columel. VI, 37. *Nec tamen tenerae foeminae committetur admiſſarius, nam niſi ea marem cognovit, adſilientem calcibus proturbat,* Non placet illud *tenerae,* Nam quod de illis aſſerit, tam de teneris quam vetulis verum eſt, utraeque aeque ferocient, vox tamen proba. *Cicero* de Amic. §. 59. *Ut equis vetulis teneros anteponere ſolemus.* Quid ergo? codex Arondelianus, *temere,* idque recte. nam & quaedam expertae equum, etiam turbant. Idem Codex pro *cognovit, conſcivit.* quod verum puto. *Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.* Virg. conſcius *aether connubii. facinus in ſe* conſciſcunt. *Liv.* & Auctor ipſe ſupra. de Metelli actis Eu-

prae-

praedam eſſe. Ea formidine multi mortales Romanis dediti obſides: frumentum, & alia, quae uſui forent, affatim praebita: ubicumque res poſtulabat, praeſidium impoſitum. Quae negotia multo magis, quam proelium male pugnatum ab ſuis, regem terrebant. [1] Quippe cujus ſpes omnis in fuga ſita erat, ſequi cogebatur; & qui ſua loca defendere nequiverat, [2] in alienis bellum gerere. Tamen ex inopia, quod optumum videbatur, conſilium capit: [3] exercitum plerumque in eiſdem locis opperiri jubet: ipſe cum delectis equitibus Metellum ſequitur: nocturnis & [4] aviis itineribus ignoratus, [5] Romanos palantis repente aggreditur. Eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium intactus

tropius, *multas civitates ipſius in deditionem accepit.* at F. LC. B. V. *m. c. i. cepit. Anſon.* in, Cupid. crucif. 53. *J. Waſſe.*

7 *Interfici jubet.*] Ex ſcripto noſtro, & *Servio* veram lectionem repoſuimus: *puberes interfici jubet; alia omnia militum praeda eſſe.* antea vitioſe legebatur *puberes interficit. jubet alia omnia militum praedam eſſe.* Putſchius.

1 *Quippe cujus ſpes omnis in fuga ſita erat.*] In nonnullis eſt, *cui ſpes omnis.* ſed quod ad ſenſum attinet, parum refert utrum legas. *Rivius.* Ita MSS. meliores, nam editi olim, *cui ſpes,* ut monuit *Rivius.* illa tamen *ſita erat* reſecari poterant pro otioſis. *Grut.* *Cui* Ar. B. Pub. L 3. λ. Venetae. M. *J. Waſſe.*

2 *In alienis.*] Hoc eſt, ut noſter alibi, *in locis pro hoſte facientibus, advorſum ſibi.* Liv. IX, 19. *Numquam aperta acie, numquam aequis, utique numquam* noſtris locis *laboravimus.* XXXVII, 45. tempore tuo *pugnaſti.* XXXIX, 30. *In eo tumultuario certamine & loca ſua & genus pugnae pro hoſte fuere.* XLII, 43. ſuo *maxime* tempore, *atque* alieno hoſtibus *incipere bellum poſſet.* Noſter LXV. *ex inſidiis aut* ſuo loco *pugnam facere. Hoſtemque unum* loca non ſua *nactum.* Seneca Herc. 344. alieno *in loco Haud ſtabile regnum eſt. Seneca* N. Q. I. Praefat. *ſi navem* ſuus ventus *implevit.* i. e. *ſecundus.* Q. Septim. II, 48. locis alienis *atque hoſtilibus.* v. *Caeſarem* B. G. I, 15. *Metaphraſtes* recte: ἐν ἰδὶ δυχωρείᾳ. ſic alia *pectora* pro, *inimica.* Tacit. I, 43. fruſtra aeſtuant *Glareanus, Popma,* & *Criſpinus.* J. Waſſe.

3 *Exercitum plerumque in iiſdem locis opperiri jubet.*] Hoc eſt, *majorem exercitus partem.* Sic ſupra dixit, *ubi plerumque noctis proceſſit.* &: *plerumque noctis barbari more ſuo laetari,* &: *Qua tempeſtate Carthaginienſes pleraeque Africae imperitabant.* Nam quod dixit infra: *qui plerumque exercitum ductare ſeorſum a rege ſolitus erat: plerumque,* ibi, *ſaepe,* ſignificat. *Livius* Lib. XXIV. *Hic finis fuit inclyti per Europae plerumque atque Aſiam omnem regni.* Ciaccon. v. *Turneb.* Adv. *J. W.*

4 *Aviis itineribus ignoratus.*] Tacit. Hiſt. IV. *Eadem in Voculam parabantur, niſi ſervili habitu per tenebras ignoratus evaſiſſet.* & Hiſt. III. *Ignoratus apud Cornelium Primum, paternam clientem, delituit.* & ibidem, *ni arreptis ſcutis, ignorati vincula & libramenta tormentorum abſcidiſſent.* Idem.

5 *Romanos palantes.*] In vetuſtis quibuſdam, *palanteis.* quomodo fere *Salluſtius.* & in manuſcripto, *adgreditur;* vetuſto illo ſcribendi more. *Rivius.*

profu-

profugit: & Numidae, prius quam [1] ex caſtris ſubveniretur, ſicuti juſſi erant, in proxumos collis diſcedunt.

LIX. Interim Romae gaudium ingens ortum [2] cognitis Metelli rebus: [3] ut ſeque, & exercitum more majorum gereret; [4] in advorſo loco victor tamen virtute fuiſſet; hoſtium agro potiretur; Jugurtham, magnificum ex Auli ſocordia, ſpem ſalutis in ſolitudine, aut fuga coegiſſet habere. itaque Senatus, *ob ea feliciter acta, Diis immortalibus ſupplicia decernere*: civitas [5] trepida antea, & ſolicita de belli eventu, laeta agere: de Metello fama

1 *Ex caſtris.*] L 3. Ball. omittunt. Venetae pro *e. c. Romanis* & ſic L 2. Reg. *ex caſtris priuſquam ſ.* gloſſa ejuſdem agnoſcit *e. c. λ. Ro.* in ſpatio interlineari. ibid. vox *ortum* ſolummodo in Marg. exhibet Pemb. *J. Waſſe.*

2 *Cognitis rebus Metelli.*] Fabricianum, *cognitis Metelli rebus.* Rivius.

3 *Ut ſeſe & exercitum more majorum gereret.*] Manuſcripta, *ut ſeque & exercitum.* nec aliter Florentinum. *Idem*, *Ut ſeque & exercitum more majorum gereret.*] Quid quaeſo eſt *exercitum gerere.* inſolens Latinis auribus iſta locutio. *Servius* ad iſta Lib. v. Aeneidos: *Huc illuc vinclorum immenſa volumina verſat.* Sic ſcribit: VERSAT. *conſideras*, Salluſtius, *Exercitum more majorum verteret*, hoc eſt; *conſideraret.* ita diſerte extat in editione *Petri Danielis*, ſed in vulgatis tantum erat: *exercitum vertere.* quod tanquam novum fragmentum inter incerta retulerat Carrio, ſcilicet quia in toto Salluſtio, nec vola, nec veſtigium iſtius locutionis extabat; nobis vero illud, *exercitum more majorum verteret*, anſam dubitandi dedit, & huc referendi. Legamus hic itaque, *ut ſeque & exercitum more majorum verteret.* & τὸ *exercitum vertere* quod inter incerta malo mehercule exemplo collocatum eſt, ejiciamus: quod nos facere omiſimus; ne fucum ſibi factum lector curioſus quereretur. *Putſchius. Regeret* γ. caeteri *gereret.* J. Waſſe. Scio quid habeatur in *Servio.* ſed aliud loquuntur noſtri MSS. nullo diſſenſu & vero *gerere* heic notat *regere*, aut mutandum eſt in eam vocem; ut pluribus diſſerui in libellis Suſpicionum. unde & infra Cap. LXXXV. habemus; *me, voſque in omnibus rebus juxta geram.* Gruterus.

4 *In adverſo loco victor tantum virtute fuiſſet.*] Legendum, *victor tamen.* ſic enim, ut omittam conſenſum exemplarium veterum, & ſenſus ipſe poſtulat; facilis autem lapſus fuit, propter ſcripturae ſimilitudinem. τὸ *ut*, non reperitur in exemplaribus calamo deſcriptis, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. *Rivius. In adverſo loco, tamen victor fuiſſet, virtute hoſt. a. p.*] Aldinus & Gothi codices habent: *Ut in adverſo loco victor tantum virtute fuiſſet, hoſtium agro potiretur.* Quae verba ego non intelligo. mihi placet, ut poſt *loco* diſtinguatur, item ut *tamen*, non *tantum* legatur, & ante *virtute* diſtinguatur. nec tamen *hoſtium virtute* conſtruendum, ſed *virtute potiretur hoſtium agro.* Glareanus. Commeliniano alia eſt diſtinctio, *in adverſo loco tamen victor fuiſſet virtute hoſtium agro, &c.* talis poſitura verborum, non etiam interpunctio in aliquot Pall. *Gruterus.*

5 *Trepida antea, &c.*] copulam immiſi ſuaſu MSS. & olim editorum. *Gruter.* infra: *Ita quo clarior, &c.*] Sic antiquae edd. & plures MSS. verum Naz. ac Pall. ſec. *ita quo clarior erat, eo magis animus anxius erat*, neque ſecus Com. niſi quod is loco *anxius* repraeſentet *intentus.* Idem.

prae-

praeclara eſſe. Igitur eo intentior ad victoriam niti: omnibus modis feſtinare: cavere tamen, necubi hoſti opportunus fieret: meminiſſe, [1] poſt gloriam invidiam ſequi. Ita, quo clarior, eo magis anxius erat: neque poſt inſidias Jugurthae effuſo exercitu praedari. Ubi frumento, aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu praeſidium agitabant: exercitus partem ipſe, reliquos Marius ducebat. Sed igni magis, [2] quam praeda, ager vaſtabatur. Duobus locis haud longe inter ſe caſtra faciebant. Ubi vi opus erat, cuncti aderant: ceterum, [3] quo fuga, atque formido latius creſceret, [4] diverſi agebant. Eo tempore Jugurtha per colles ſequi: tempus, aut locum pugnae quaerere: qua venturum hoſtem audierat, pabulum, & [5] aquarum fontes, quorum paenuria erat, corrumpere: modo ſe Metello, inter-

Cum Naz. faciunt. Pemb. Ar. Reg. Markiani. *J. Waſſe.*

1 *Poſt gloriam invidiam ſequi.*] Τοῖς γὰρ διὰ τῆς πλείω προβεβημένοις ἐπὶ] καὶ ἀνάσχεσιν, ἕως ἂν διὰ τῆς δόξης βαδίζωσιν ἀκολουθεῖ φθόνος, ut legimus apud Stobaeum. *Caſ.* Pindarus Pyth. I. Ἀσῶν δ' ἀκοά, κρύφιον θυμὸν βαρύ· Νεν μιᾶλις ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις. infra: *Invidiam ſequi.*] At illa etiam *gloria* eſt. *Cic.* I. Catil. *Quod ſi ea (invidia) maxime impenderet, tamen hoc animo ſemper fui, ut invidiam virtute partam, gloriam non invidiam putarem.* Euripides. Εἰς τ' ἀπίσημα πηδῶν φιλεῖ. Confer *Iſidorum Pelúſ.* II. Ep. XXII, 4. *J. Waſſe.*

2 *Quam praeda.*] Pro, *praedationibus.* Q. Septimius V, 17. *Atque ita cum his quae ſinguli praeda multorum annorum quaeſiverant, diſcedunt.* i. e. *praedando.* Hirtius B. G. VIII, 24. *Quum redigi in ſuam poteſtatem deſperaſſet, proximum ſuae dignitati eſſe ducebat, adeo fines ejus vaſtare, civibus, aedificiis, pecore ut, &c.* ibi Hotoman. *vicis*, qui eo nomine Daviſio haud immerito vapulat. confer eundem Cap. XXV. Auctor B. Alexand. *Priusque confligendi ſibi poteſtas fieret, quam cum tanta contumelia nobiliſſimae cariſſimaeque poſſeſſiones Cordubenſium, in conſpectu ſuo, rapinis, ferro, flammaque conſumerentur.* Cap. LX. *Guilbertus Abbas* Geſt. D. per Fr. II, 6. *caetera quae minus praedae patebant, incendiis abſumentes.* Cap. XL. infra: *haud longe inter ſe.* Hoc loco *longe* valet *procul*, & *inter ſe*, inter ſe invicem. Quae voce *utrinque* interpretatus eſt *Septimius* II, 41. utrinque *Reges ſubducta* haud longe acie, *cuſtodibus idoneis exercitus communiere.* Ad hanc formam *Nepos* XVIII, 8. *Hyberna ſumſerant, non ad uſum belli, ſed ad ipſorum luxuriam; longeque inter ſe diſceſſerant.* & ſic, *diſtare inter ſe* apud *Lucretium* & alios. *J. W.*

3 *Quo fuga ac formido.*] Neſcio deterius ne ducam an melius quod eſt in Bong. codice *agitabant.* ei certe nullus accedit e noſtris. *Grut.* Noſtri *agebant.* J. Waſſe.

4 *Diverſi agebant.*] MS. *agitabant*, quod probum. Supra itidem ex ſcripto reponendum, *pecoris & mancipiorum praedas certatim agitare.* ubi vulgant, *agere.* Infra, *pro muro dies noctesque agitare.* mox: *pro caſtris agitare jubet.* Putſchius.

5 *Aquarum fontes.*] Lege *fontes.* Rivdum

dum Mario oſtendere: poſtremos in agmine tentare, ac ſtatim in collis regredi: rurſus aliis, poſt aliis minitari: neque proelium facere, neque otium pati; tantummodo hoſtem ab incoepto [1] retinere.

LX. Romanus Imperator ubi ſe dolis fatigari videt, neque ab hoſte copiam pugnandi fieri; urbem magnam, [2] & in ea parte, qua ſita erat, arcem regni, nomine Zamam, ſtatuit oppugnare; ratus id, quod negotium poſcebat, Jugurtham laborantibus ſuis auxilio venturum, ibique proelium fore. At ille, quae parabantur, a perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum antevenit: [3] oppidanos hortatur, moenia defendant, [4] additis auxilio perfugis; [5] quod genus ex copiis regis, quia fallere nequibat, [6] firmiſſumum erat. Praeterea pollicetur, in tempore ſemet cum exercitu adfore. Ita compoſitis

1 *Retinebat.*] Forte voces, *ab incoepto*, gloſſatorum. Noſter ſupra. 54. *Noſtros aſperitas & inſolentia loci* retinebat. &, 55. *Hoſtibus dubiis inſtare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando* retinere 45. *metus boſtilis in bonis artibus civitatem* retinebat, in *Ciacconii* MSS. & Floro *continebat.* v. Indicem. Gloſſae, διακωλύω, ἐπικρατῶ, ἰσχύω. Tacitus I, 17. *apud vexillum* retentos, dixit, & alibi: retineri *ab vexillo.* de uſu vocis *fatigare* adeas indicem & corrige *Sulp. Severum* Ep. III. *Cum hac ergo voce* flagitantem *divinis operibus ſpiritum coelo reddidit.* membranae Aulae Trin. *flagitatum*, lege *fatigatum.* ſupra, *Itaque cum jam per aliquot dies vi febrium teneretur, non tamen a Dei opere ceſſabat: pernox in orationibus & vigiliis,* fatiſcentes artus *ſervire ſpiritui cogebat.* ſupra. *neque proelium facere.* ſic Catilin. XXXII. *Neque bellum gerere neque pacem habere.* locum annulatus eſt *M. Tyrius* XX. pag. 204. ἀναβεβλημένοι μὲν τοὺς πολέμους, ΕΙΡΗΝΗΝ δ' ΑΓΕΙΝ μὴ δυνάμενοι. *J. Waſſe.*

2 *Et in ea parte, &c.*] Comm. abeſt *parte.* ut ſuſpicer fuiſſe *prius, & qua ſita erat, arcem regni, &c.* Grut. De Zama confer *Vitruv.* VIII, 4. *Polyb.* Aem. Probum. & noviſſime *Cellarium.* infra: *quod oppidum.* prima vox ex Correctione & 2. manu Pemb. forte legendum *id oppidum.* ut Cap. LXI. *J. Waſſe.*

3 *Oppidanos hortatur, ut moenia defendant.*] In manuſcriptis, ceteriſque vetuſtioribus non eſt *ut*, ac majore cum gratia abeſſe poterit nullo detrimento ſenſus. *Rivius.*

4 *Additis auxilio perfugis.*] Eſt in manuſcripto quodam, *addit auxilio perfugas.* utramque lectionem admittit ſenſus. *Idem.*

5 *Quod genus ex Copiis regis quod.*] Sic & manuſcriptum; ſed Badianum, *quia fallere nequibat.* eodem ſenſu. *Fallere* pro *latere* dixit. quomodo ſaepe & *Livius* & *Tacitus*: id quod in *Terentium* eſt a nobis diligenter annotatum. Firmiſſimos vero perfugas fuiſſe ait, nimirum quod metuerent, ne ſi pax cum Romanis fieret, ipſi per conditiones ad ſupplicium traderentur; vel quod victo ab Romanis Jugurtha, nullam veniae atque impunitatis ſpem haberent. Itaque horum forti fidelique opera Jugurtha uſus eſt, ſpemque in his ſummam habuit. *Idem.*

rebus

Digitized by Google

rebus in loca quam maxume occulta diſcedit; [1] ac poſt paullo cognoſcit, Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam miſſum: quod oppidum primum omnium poſt malam pugnam ab rege [2] defecerat. Eo cum delectis equitibus noctu pergit, & jam egredientibus Romanis in porta pugnam facit: ſimul magna voce Siccenſes hortatur, *uti cohortes ab tergo circumveniant: fortunam illis praeclari facinoris* [3] *caſum dare, ſi id fecerint; poſtea ſeſe in regno, illos in libertate ſine metu aetatem acturos.* Ac ni Marius ſigna inferre, atque evadere [4] oppido properaviſſet, profecto cuncti, aut magna pars Siccenſium, fidem mutaviſſent. [5] Tanta mo-

6 *Firmiſſumum.*] Recte judicat, cum quia tales maxume huic negotio idonei, tum quia ſuis obnoxii, ideoque ſolent omnium obſtinatiſſimi in pugna perſiſtere, quippe quibus veniae ſpes praeciſa. ideoque opportunos vocat Noſter Cap. v. *Frontin.* II, 3. *In tertia acie, Romanorum more, armatos auxiliares,* mixtis fugitivis, *Italicae gentis, quorum* pernicitati *plurimum fidebat.* Si de levi armatura, aut velitibus haec dicta eſſent, poteramus utique verbum *pernicitati* retinere. Sed Triarii qui ex fortiſſimis, pugna maxume gaudent ſtataria, minime omnium opus habent pernicitate. Scribe ergo *pervicaciae* cum MSS. Coll. Jeſ. & D. *Petri.* De iis ita *Plutarchus* in Sylla. p. 464. καὶ φόνον ποιεῖν τολμῶντας. Loquitur uterque de memorabili inter Syllam & Archelaum pugna ad Thurium. Firmitatis rationem reddit *Thucydides.* Διὰ τὸ χαλεπώτατα σφίσι τὴν ἅλωσιν ... ἀποβολάς. Vide plura de perfugis, in notis ad Jug. cv. *J. W.*

1 *Ac paullo poſt cognoſcit.*] Manuſcripta & ex impreſſis quaedam, *poſt paullo.* quomodo Caeſar VII. *Ipſe poſt paullo ſilentio egreſſus.* & I. de bello civili, *Poſt paullo tamen, internunciis ultro citroque miſſis, quae ignorabant de L. Domitii fuga cognoſcunt.* pro, *paullo poſt.* Livius V. ab U. C. *Cum ſenatus* poſt paullo *de his rebus in curia Hoſtilia haberetur.* Priſcianus Libro XVIII. quo loco docet *paullo ante,* itemque *paullo poſt,* ſic a Latinis dici, ut a Graecis ὀλίγῳ πρότερον, καὶ ὀλίγῳ ὕστερον, ibidem ex Horatio de *poſt paullo* exemplum ſubjicit. *Rivius.*

2 *Defecerat.*] *Deficio* pro, *deſiſto,* & *vincor* Salluſt. &c. i. e. *deſtiterant.* Juven. IV. *fragor aurem Percutit eventum viridis qua colligo panni Nam ſi* deficeret i. e. *ſi vinceretur.* Priſcian. 804. *J. Waſſe.*

3 *Caſum.*] Id eſt, *occaſionem.* qua voce uſus *Petron.* p. 298. Graeci, καιρόν. *Plutarch.* in Cat. M. 352. Εἰρήνη δὲ ἐσπονδῆς, ... τοῦ πολέμου τῇ μελλήσει ... ΚΑΙΡΟ'Ν ἀφαιρούμενος. *Tacitus* An. I, 12. *L. Arruntium non indignum, & ſi caſus* daretur, *auſurum.* &, An. XII, 50. Caſum *invadendae Armeniae obveniſſe ratus.* XIII, 36. *Quamquam incautos barbaros & bene* gerendae rei caſum *offerri ſcripſerat.* valet πτῶσις periculum apud *Paulum* D. I. T. 15. & D. II. T. 9. L. XI. *Apulejus* huc ſpectat Mileſ. V, 101. praeclari *tui* facinoris opportunitatem *de luminis conſilio mutuare.* Confer *Q. Septimium* VI, 15. *Tacitum* An. XII, 28. *J. Waſſe.*

4 *Oppido.*] L 2. *prop. ex oppido.* at contra, MSS. & *Nonius* qui locum citat, pag. 294. *Idem.*

5 *Tanta mobilitate gerunt.*] Manuſcripta quaedam, *agunt,* quomodo apud *Vopiſcum*

bilitate ſeſe [1] Numidae agunt. Sed milites Jugurthini paullisper ab rege ſuſtentati, poſtquam majore vi hoſtes urgent, paucis amiſſis profugi diſcedunt.

LXI. Marius ad Zamam pervenit. Id oppidum in campo ſitum, magis opere, quam natura munitum erat, nullius idoneae rei egens, armis viriſque opulentum. Igitur Metellus, pro tempore, atque loco paratis rebus, cuncta moenia [2] exercitu circumvenit: legatis imperat, ubi quiſque curaret: deinde, ſigno dato, undique ſimul [3] clamor ingens oritur. Neque ea res Numidas terret: infenſi, intentique ſine tumultu manent: proelium incipitur. Romani pro ingenio quiſque, pars eminus glande, [4] aut lapidibus pugnare: evadere alii, alii ſuccedere, ac murum modo ſuffodere, modo ſcalis aggredi; cupere [5] proelium in manibus facere. Contra ea oppidani

Aurelianus, *In hoſpitiis caſte ſe agant,* inquit. Nos hic nihil pronuntiamus, ſed diverſam ſolum lectionem oſtendimus. quamquam ut verum fatear, prior lectio mihi magis probatur. nam ſic perſaepe Cicero, *honeſte ſe gerere, turpiſſime ſe gerere, prudenter, perdite, aut alio modo gerere ſeſe.* Rivius. De levitate Numidarum *Ammianus Marcellinus* loquitur, cum *ad omnes diſſenſionum motus perflabiles gentes Mauricas,* appellavit. Tertull. Lib. de Anima: *tamen vulgata jam res eſt gentilium proprietatem: Comici Phrygas timidos illudunt.* Salluſtius *vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat.* Ita *Tertull.* De Dalmatis vero id puto in Hiſtoria ſcripſerat. De Numidis etiam *Feſtus Avienus* intellexit, in orbis terrae deſcriptione: *His fluxa fides, & inhoſpita ſemper Corda rigent, trahitur duris vaga vita rapinis.* Coler. Accedit gravis Auctor *Polybius.* XIV, 1. Διά τε τὴν φυσικὴν τῶν Νομάδων ἀψικορίαν, καὶ διὰ τὴν πρός τε τοὺς θεοὺς, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀθεσίαν: *J. Waſſe.*

1 *Numidae agunt.*] Expreſſi quod erat in Nazarian. ac Comm. Codicibus antiquitatis certae; nam alii ſcripti editique *Numidae gerunt* locutione vulgari. *Grut.* L. 2. B. Pub. γ. Venetae *agunt.* L. 3. *egerunt.* J. W. Infra: *Paulliſper ab rege.*] Bongarſiano codici aberat *ab rege*, etiam Pall. uno, caeteris aderat, neque temere excluſerim. *Grut.*

2 *Cum exercitu.*] Illa praepoſitio *cum*, non eſt in codicibus manuſcriptis, nec impreſſis vetuſtioribus, ac rectius abeſt. irrepſit autem ex gloſſa. *Rivius.*

3 *Clamor ingens exoritur.*] Manuſcripta, *oritur*; conſentientibus & aliis vetuſtioribus. ſenſus utrumvis admittit *Idem.*

4 *Aut lapidibus p. &c.*] Sic Carrio etiam Naz. niſi quod iteret vocem *alii*, ponatque ante *evadere.* caeteris omnibus tantum adeſt *pugnare*; alii *ſuccedere,* &c. neque amplius invenias in Edd. primis, niſi quod eae *pugnare, alii ſuccedere, ac murum, & modo ſuffodere.* Grut. *Evadere alii* omittunt Ar. Reg. Pemb. L. 2. Venetae Bodl. λ. γ. *alii invadere ac m. m. ſ.* ſic L. 3. *J. Waſſe.*

5 *Proelium in manibus.*] Manibus facere, fieri, a gloſſemate, nam *in manibus* opponitur quod praeceſſit *eminus pugnare.* Virg. In manibus *Mars ipſe viri.* i. e. pugna cominus eſt. *A. Popma.* Carrio dedit *in m. facere.* & ſic γ. Bodl. caeteri fere u-

Iii

in proximos ſaxa volvere, ſudes, pila, [1] praeterea pice & ſulphure taedam miſtam ardentia mittere. Sed ne

miſſa praepoſitione, *p. man. facere.* Venetae L 2. Arond. *p. m. fieri.* λ. *& manibus facere.* Utramque, neſcio tamen an addicentibus MSS. ſuſtulit Gruterus. *Caeſar* B. G. II, 19. *Ad flumen decucurrerunt, ut pene uno tempore, & ad ſylvas & in flumine, & jam in manibus noſtris hoſtes viderentur.* Metaphraſtes ἐν αὐταῖς ταῖς χερσὶ τῶν Ῥωμαίων. *Silius* XII, 196. *ſtat campus & arma. Et Mars in manibus.* pro, *in proximo* Virg. Georg. II, 45. *ades, & primi lege litoris oram,* In manibus terrae. *Thucydidis* eſt: γενομένης δ' ἐν χερσὶ τῆς μάχης. Idem tamen IV, 33. ἐς χεῖρας ἐλθεῖν. quomodo etiam *Plutarchus.* Hegeſippus I, 10. *Pugna* in manibus, *nec comperendinata.* at II, 8. *harum contentionum ſeditio* in manus vertitur. ibi Codex B. Pub. rectius *vertit.* niſi forte legendum *venit.* quod non temere negaverim. *Q. Septimius* alicubi *in manus.* ſed v, 15. *Treveris etiam nunc* bellum in manibus. hoc eſt, prope adeſt, imminet. *Guibertus Abbas* in Geſt. D. per Fr. VII, 2. *ſcala porrigitur: quia noſtri milites quidam conſcenſa citiſſime, coepere* proelia jam habere prae manibus. *Proelium manu facere* apud *Tacitum* An. XII, 30. *moenibus ſe tutari* opponitur. Denique idem valet ac *Vegetii* manu ad manum pugnare. Lib. I. Cap. 20. Ubi legendum ex Codice B. Pub. *inſtruendos omni arte pugnandi, quocunque armorum antiquorum genere.* Hoc ſenſu *Quintilianus* Declam. III. p. 33. *Cum totum bellum* ad pedem *veniſſet,* ad *Virgilium* alludens, dixit. & *Ammianus* XVI, 2. collato pede *res agi.* J. Walſſ.

1 *Praeterea picem.*] Eſt in aliis fere, *pice,* auferendi caſu. ſed volumen Fabricianum ad hunc modum habet, *praeterea picem, & ſulphure taedam mixtam ardenti mittere.* quae una demum vera lectio eſt, ſi quid ego judico. & ſic in ceteris quoque fuerat. *Rivius.* Aldinus & Gothi codices habent *taeda.* Atqui, ut ingenue, quod ſentio, fatear, *picem mixtam taeda,* vix ubi quoquam intelligi puto. Veteres alii codices habebant: *Praeterea pice & ſulphure taedam mixtam.* Et *mixtam,* id eſt, *illitam* recte exponit *Badius,* qui ad hunc modum legiſſe videtur. *Glar.* Ita expreſſi, ſecutus ingenii mei judicium, cui velificabatur aura aliqua membranaceorum codicum. Quidni enim mihi liceat, in loco corrupto, quod editoribus aliis in ſano & integro? habebat Naz. *praeterea picem, ſulphure & taedam mixtam ardentia mittere.* Pall. tert. *p. picem ſulphure & t. mixtam ardenti m.* editio antiquiſſima: *ſudes, pila p. p. ſulphure & teda mixtam ardenti mittere.* Cui accedit Pall. ſec. quint. ſept. Comm. meus principio habebat, *p. p. ſulphurem, & taedam mixtam ardentia m.* ſed reformatum deinde, *p. pice & ſulphure taedam mixtam ardentem m.* Carrionis Ed. *p. p. ſulphure & taeda mixtam ardenti.* Grut. *m.* e noſtris, Pemb. *picem ſulphure & taeda mixtam ardentia.* & ſupra manu recentiore, *ſed haec ard.* & ſic B. Pub. λ. pro Var. Lect. λ. habet, *ardenter.* Markii γ. *p. pice & ſulphure taedam mixtam ardentem mutere.* Mart. *p. picem ſulphure & taedam miſtam ardentia.* Reg. L 2. Bodl. *picem ſulphura & taeda mixtam ardenti.* Gruterum firmat *Ovid.* Metam. III, 374. *Non aliter quam cum* ſummis circumlita taedis *Admotam rapiunt* vivacia ſulphura *flammam.* Caeſar. III. B. G. *completas onerarias naves* taeda, & pice *& ſtupa.* & quemadmodum taedae ſic etiam, falaricae pice, & ſulphure illitae. Silius, *cui plurima cuſpis, Vix muris toleranda lues. ſed caetera pingui* Uncta pice, *atque atro* circumlita ſulphure *fumat.* Herodianus VIII. §. XI. δᾷδας πίσσῃ καὶ ῥητίνῃ δεδευμένας. *Mixtam,* hoc loco, valet *compoſitam, conſtantem.* praepoſitione eleganter ſuppreſſa. *Arnob.* VII, 252. ut, *&c.* mixtum *ſit humanum genus,* naturis, voluntatibus, moribus. *Gellius* II, 27.

illos quidem, qui procul [1]manſerant, timor animi ſatis muniverat. Nam pleroſque jacula, tormentis, aut manu emiſſa, vulnerabant: parique periculo, ſed fama impari, boni atque [2]ignavi erant.

LXII. Dum apud Zamam ſic certatur, Jugurtha ex improviſo caſtra hoſtium cum [3]magna manu invadit: remiſſis, qui in praeſidio erant, & omnia magis, quam proelium, exſpectantibus, portam irrumpit. At noſtri, repentino metu perculſi, ſibi quiſque pro moribus conſulunt: alii fugere, alii arma capere: [4]magna pars vulnerati, aut occiſi. Ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta memores nominis Romani, grege facto locum cepere, paullo, [5]quam alii, editiorem; [6]neque inde maxuma vi depelli quiverunt: ſed tela eminus [7]miſſa remittere, pauci in pluribus [8]minus fruſtrati: ſin Numidae propius acceſſiſſent,

flavus color viridi & albo mixtus. *Varro* R. R. I, 9. praepoſ. retinet. *Terra cum eſt* admixta ex *his generibus*. Inſtit. II. Tit. I. §. 25. Qui ex alieno vino & melle, *mulſum miſcuerit*. infra, LXIV. *clamor* permixtus hortatione, laetitia, gemitu. *Maſſiliam locum* graeca comitate & *provinciali parſimonia* miſtum *ac bene* compoſitum. mallem denique abeſſet *mixtam*. ut, Auro *ſolis erat faſtigia currus*. Aere cavo *clypeus*. caeterum *mixtam* an *miſtam* ſcribendum v. *Voſſium* Anal. III, 22. *miſtum* cum Dat. *Anon.* adv. Marcion: Lib. IV. & *Zeno* Veronenſis v. Serm. II. de Nativ. Chriſti *Cael. Aurelianus*. I, 4. *Dictys*, alii. *Herodian*. VIII, XI. *κιερνᾶντες θείῳ τι καὶ Ἀσφάλτῳ πίσσαν ἐλόντες*, &c. *J. Waſſe*.

1 *Manſerant*.] B. Pub. *inſinuerat* vel, *in ſinu erat*. Pemb. in textu *minuerat* itidem corrupte. pro v. Lect. in marg. *muniverat*. recte. nam ideo munire dicitur timor animi, quod eos extra teli jactum deduxerat & poſt principia eſſe juſſerat. *emiſſa* intra lineas ſervat R. *J. Waſſe*.

2 *Ignavi erant*.] Si interrogaveris aures tuas, probarent magis *ignavi eſſe*. Grut.

3 *Magna manu, &c.*] *Magna* abeſt Commeliniano. *Grut*. Uti & Bodl. *J. W.*

4 *Magna pars, vulnerati aut occiſi ſunt*.] *Sunt*, non eſt in ullo manuſcripto, ac rectius ſubauditur. *Rivius*.

5 *Quam alii ed.*] B. Pub. L. 2. Venetae, Reg. *ed. quam alii*. J. Waſſe.

6 *Neque inde maxima vi depelli quiverunt*.] In nonnullis, *quivere*. Rivius.

7 *Miſſa remittere*.] Eleganter ut in luſu pilae, *mittere* &, *excipere*. Seneca Benef. II, 17. *Quam cadere non eſt dubium, aut mittentis vitio aut* accipientis. ſic Gruteriani omnes, & ed. Gronovii. legendum autem *excipientis*, quemadmodum citat *Vincentius Beluacenſis*. ſic etiam *excipere tela* apud *Cic*. Orat. de Provinc. Conſ. Denique ipſe *Seneca* Benef. II, 32. *Pilam ſcite ac diligenter* excipere. *ſed non dicitur bonus luſor, niſi qui apte atque expedite remiſit, quam* exceperat. *Cicero* forte corrigendus in Piſon. §. 9. *claudus pilam retinere quod* acceperat. Hinc Noſter Fr. III, 2. remittere injuriam. *J. Waſſe*.

8 *Minus fruſtrati*.] Ita etiam MSS. noſtri non ut publicati annis ſuperioribus, *fruſtrari*, cui lectioni repugnat etiam editio prima, quamvis eam tamen non omnibus

ibi

ibi vero virtutem oſtendere, & eos maxuma vi caedere, fundere, atque fugare. Interim Metellus, cum acerrume rem gereret, clamorem & tumultum hoſtilem a tergo accepit: deinde, converſo equo, animadvertit [1] fugam ad ſe vorſum fieri: quae res indicabat popularis eſſe. Igitur equitatum omnem ad caſtra propere miſit, ac ſtatim C. Marium cum cohortibus ſociorum, eumque lacrumans *per amicitiam, perque Rempubl. obſecrat, ne quam contumeliam remanere* [2] *in exercitu victore, neve hoſtes inultos abire ſinat*. Ille brevi mandata efficit. At Jugurtha munimento caſtrorum impeditus, [3] cum alii ſu-

nimo damnaverim. *Grut.* L 3. Venetae, Oxonienſes, B. Pub. Carrio, *fruſtrati.* caeteri aliter. *Lactantius* ad Stat. p. 104. *fruſtrabantur.* caeterum *Hegeſip.* 11, 15. *fruſtrari. circumfuſi latrones, a lateribus, a tergo, poſtremos caedere, incedentem jaculis exercitum infeſtare, in confertos miſſa telorum vis. haud facile* fruſtrari. IV, 2. *multitudo ſibi oneri ſit, & pauci in pluribus minus* fruſtrentur. v. *Liv.* XXI, 8. *Clamorem & tumultum, &c.*] Naz. a manu prima, *accipit*, quod placet; neſcio an etiam illud ubi praefert *clamorem & tumultum*, videtur enim excluſo *clamorem*, & legendum *tumultum hoſtilem a tergo accepit.* hinc invenit in ſuo Bongarſius *clamorem veluti tumultum hoſtilem a tergo accepit.* Grot. *vel a tergo* omiſſo *tum. hoſt.* R. Ball. Ven. L. 3. Caeteri cum vulgg. Ball. noſtri, *accepit*, ſed *Nazarium* quam eos ſequi placet. *J. Waſſ.*

1 *Fugam ad ſe vorſum fieri.*] Sic infra: *ubi animadvertere exercitum ad ſe vorſum pergere.* Ciacconius.

2 *In exercitu victore.*] λ. *& exercitum victoriae* pro V. Lect. *in exercitu victoriae.* Hunc, opinor, locum intelligit *Donatus* in Eunuch. IV, 7, 1. verum memoria lapſus ait, *ne qua contumelia.* J W. Infra: *ſeſe recepit.* non videtur *ſeſe* in Commelin. extatque *recipit* in MSS. omnibus, non *recepit*, quomodo tamen editio prima. *Gruter.* Venetiis cuſi 1470, 1478. habent *recipit* uti & Bodl. Ball. Digb. Arond. L 1, 2, 3. unde in Textum admiſimus. Noſtri omnes agnoſcunt *ſeſe*. J. W.

3 *Cum alii ſuper vallum praecipitarentur.*] Infra: *praeterea alios ſuper vallum in munimentis locare, vigilias ipſe circumire.* Legendum tamen exiſtimo: *Cum alii ſe per vallum praecipitarent.* Caeſar L. III. de bello civili: *Plerique ne in anguſtias inciderent, decem pedum munitionis ſeſe in foſſas praecipitabant.* Sed vide Livium. Tacitus, *ſeque e vallo praecipitantibus.* Ciacc. Sic Noſtri. Auctor infra: *torrentis modo* praecipitati. unde *Q. Septimius* 11, 43. *effuſique ruere ad portas; eoque atro & properantium multitudine impedito ingreſſu, quum* ſuper alium alius *ruinae modo* praecipitarentur. Ita ille vulgatam firmat. Verum pro *atro* mallem *arto*. Simile mendum *Hegeſippum* inſidet. Lib. 1, 9. *Exercitum ejus delevit; concluſum vallis profundo, & multo camelorum agmine* attritum. lego *artatum* alter e Codd. *contritum*. Idem IV, 1. *Caedebantur* anguſtiis arctati. Haud multum enim ab eo Imperatore aberit infortunium cujus in anguſtum oppido coguntur copiae. arta Gloſſae στενά. *Silius* IX, 320. *nec, morte peracta,* Arctatis *cecidiſſe licet.* Tacitus Agric. XXXVII. *Sicubi* artiora *erant.* Salluſt. IV, 6. *Quia multitudinem* artis locis *pugna prohibuere.* Alio ſenſu hac voce uſus *Hegeſip.* III, 1. V, 15. Neſcio denique an & *Statium* adducam. *triſidaeque in Phocidos* arcto, quomodo emendat Cl. Gronovius *Apollodoro, Lactantio*, & MSS. fretus. Antea erat *arce.* quomodo

per

Digitized by Google

per vallum praecipitarentur, alii in anguſtiis ipſi ſibi properantes officerent, multis amiſſis [1] in loca munita ſeſe recipit. Metellus, infecto negotio, poſtquam nox aderat, in caſtra cum exercitu revortitur.

LXIII. [2] Igitur poſtero die, prius quam ad oppugnandum egrederetur, equitatum omnem in ea parte, qua regis adventus erat, pro caſtris agitare jubet: portas, & proxuma loca tribunis diſpertit: deinde ipſe pergit ad oppidum, atque, uti ſuperiore die, murum aggreditur. Interim Jugurtha ex occulto repente noſtros invadit. [3] Qui in proxumo locati fuerant, paulliſper territi perturbantur: reliqui cito ſubveniunt. Neque diutius Numidae reſiſtere quiviſſent, ni pedites cum equitibus permiſti magnam cladem in congreſſu facerent: quibus il-

diſerte exhibent Codd. Arondel. D. Joan. B. Pub. Ut ut vera ſit haec conjectura, argumentum quo eam adſtruit infirmiſſimum eſt. quis, inquit, umquam legit Laium occiſum in arce? Verum *arx* montium verticem deſignat, idque apud ipſum *Statium*. Theb. I, 114. *qua plurimus* arce *Cithaeron Occurrit Coelo*. Qua in re *Maronem* ſequitur. Georg. I, 240. *Mundus ut ad Scythiam, Riphaeaſque arduus* arces *Conſurgit*. Idem facit *Silius* III, 496. Sed & ipſe *Statius* Theb. I, 628. *ſummaque biverticis* umbra *Parnaſſi reſidens*. Joannenſis, *arce*, ſed alterum agnoſcunt caeteri & *Lactantius*. J. Waſſe.

1 *In loca munita ſeſe recepit.*] In quibuſdam, *recipit*, tempore praeſenti. *Riv.*

2 *Igitur poſtero die priuſquam ad oppugnandum egrederetur.*] Ita manuſcripta quoque. ſed in quibuſdam eſt, *regrederetur*. id quod ſenſus quidem non repudiat. nam & ſuperiore die fuerat oppidum aggreſſus, tametſi infecto negotio reverſus in caſtra eſſet. *Idem.*

3 *Qui in proximo locati fuerant.*] Lege ex MS. *qui in primo*. ita dictum, ut ſaepe apud Hiſtoricos: *In primis*. ſupra in Catilina: *in primis pugnantes cadunt*. illic eſt *in primis* quod hic *in primo*. Nam quod quidam commentatur, *inprimo* adverbialiter hic poni, praeter rem eſt. *Putſchius*. *Proximo* Venetae. Pemb. Reg. L 2. λ. Laud. Bodl. B. Pub. *Carrio* γ. Male fecerunt, qui ex *Putſchiano* Codice attulere *in primo*, quomodo *Livius* X, 41. Vulgatam tuetur *Plinius* Epiſt. X, 39. *Quae aut Romae, aut* in proximo *fiunt*. etiam *Terent*. Heautont. *Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum eſt, Inde adeo quod agrum* in proximo *hic mercatus es*. Sulpicius noſtri imitator, Vita Martini XXII. *Hoc tempore, cum dies judicii* in proximo *eſt*. ibi Codex Tsin. oſtendit tamen affectum. & ſupra: teſtabantur aliqui ex fratribus audiſſe daemonem omiſſo *ſe*, eleganter. *Apulejus* Mileſ. IV, 66. *Colloquentes quod* in proximo *nobis eſſet habenda manſio*. D. *Hieronymus* in vita Hilar. *Quo ſcilicet Antagoniſtas haberet* in proximo. Paſſio *Jacobi* apud *Ruinart*. Cap. VIII. *Gladius vobis & ſanguis* in proximo eſt. *Guibertus Abbas* Geſt. D. per Fr. *morituros omnes* in proximo *ſcies*. at ibi *in pr.* pro, *cito*, *actutum*, turbare. Atque ita forte legendum apud *Hegeſippum* I, 30. pro *de p*. licet ita loquantur Comici, *Apulejus*, *Capella* VI. p. 227. Ad hanc formam *in medio* apud *Ta-*

li fre-

li freti, non uti equeſtri proelio ſolet, [1] ſequi, dein cedere, ſed adverſis [2] equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem: ita, expeditis peditibus ſuis, [3] hoſtis poene victos dare.

LXIV. Eodem tempore apud Zamam magna vi certabatur. Ubi quiſque legatus, aut tribunus curabat, eo acerrume niti, neque alius in alio magis, quam [4] in

rem. apud *Livium* in propinquo. apud Noſtrum *in propatulo.* apud *Juſtinum* quidem *in primo* XII, 7. ſic MS. B. Pub. *J. W.*

1 *Sequi, deinde cedere.*] Manuſcriptum, *dein cedere.* Rivius. Alibi etiam hunc morem deſcripſiſſe videtur *Salluſtius.* haec enim verba ex Hiſtoriarum fortaſſe libris citantur a *Servio* in 11. Aen. *More equeſtris praelii ſumtis tergis ac redditis.* Caſt.

2 *Equis concurrere.*] B. Pub. *adverſi ſequi.* dein factum *ſequis* uti & in γ. priorem lectionem retinent Pemb. & λ. at Venetae L. 2. *adverſi con.* omiſſo *equis.* Berſmanenſis *adverſis equis currere,* unde *Palmerius* extudit *corruere* L. 3. *adverſi equis,* inepte omnes. Permixtionem peditum ad Numantiam didicerat, nam ita fere Romani in re magna & atroci. *Frontinus* de pugna Pharſalica. *Caeſar in dextro cornu poſuit equitem, cui velociſſimos miſcuit peditum, & ad morem equeſtris pugnae exercitatos,* ſed deinde *cohortes in ſubſidiis retinuit ad res ſubitas.* at deinde *cohortes* pro *caeteras* quis ferat? Codex Petrenſis recte *ſex deinde:* quem firmat *Plutarchus* in *Caeſare.* p. 656. Καλέσας [illegible] τοῦ πολέμου [illegible] ΣΠΕΙΡΑΣ ΕΞ ἀπὸ τῶν [illegible] ἔχειν. *Caeſar* ipſe B. Civil. III, 89. *timens ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter ex tertia acie ſingulas cohortes detraxit, atque ex his quartam inſtituit, equitatuique oppoſuit, & quid fieri vellet, oſtendit.* infra XCIII. *Quod ubi Caeſar animadvertit, IV. aciei, quam inſtituerat ſex cohortium numero, ſignum dedit.* Lucanus XII, 506. *Ut primum tota diduxit cornua campo Pompejanus eques, bellique per ultima fudit: Sparſa per extremos levis armatura maniplos Inſequitur, ſaevasque manus immittit in hoſtem.* 521. *Tum Caeſar, metuens ne frons ſibi prima laboret, Incurſu tenet obliquas poſt ſigna cohortes: Inque latus belli, qua ſe vagus hoſtis agebat Immittit ſubitum non motis cornibus agmen.* De more equeſtris proelii vide *Vegetium* I, 27. *Noſtrum* III, 14. *Tacitum* An. VI, 35. *Appianum* B. Pun. p. 109. *Ammianum* de Sarmatis. *Arrianum* Exped. Alex. III, p. 193. *Hegeſippum* III, 24. Livius XXXI, 35. *Crediderе regii genus pugnae quo aſſueverant fore, ut equites invicem inſequentes refugientesque, nunc telis uterentur, nunc terga darent.* Virgilius Aen. V. *Inde alios ineunt curſus, aliosque recurſus, Adverſis ſpatiis; alternosque orbibus orbes Impediunt, pugnaeque cient ſimulachra ſub armis. Et nunc terga fugae nudant, nunc ſpicula vertunt Infenſi: facta pariter nunc pace feruntur.* MS. Coll. [illegible] *ſilla.* ſed vulgata melius convenit verbo *infenſi,* paulo ſupra. *repente* in marg. tantum & ex 2. manu Pemb. *J. Waſſe.*

3 *Hoſtis poene, &c.*] Dictio *hoſtis* deeſt Pal. tertio. *Grut.* & Bodl. B. Pub. omittit, *exped. p. ſ.* & L. 3. *J. Waſſe.*

4 *In ſeſe ſpem habere.*] Contra, *Liv.* VII, 8. *Vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum ſuum in virtute aliena ponit.* noſtrum ſequitur, IX, 23. *ſignum repetendae pugnae propoſuit, & efficacius ratus ad accendendos fortium virorum animos, nullam alibi, quam in ſemetipſo cuiquam relictam ſpem.* Excerpta ex *Polybio* p. 885. Πα-

ſeſe,

ſeſe, ſpem habere: pariterque oppidani [1]agere, obpugnare, aut parare omnibus locis: [2]avidius alteri alteros ſauciare, quam ſemet tegere. clamor permiſtus, hortatione, laetitia, gemitu: item ſtrepitus armorum ad coelum ferri: tela utrimque volare. Sed illi, qui moenia defenſabant, ubi hoſtes paullulum modo pugnam remiſerant, intenti proelium equeſtre proſpectabant. Eos, uti quaeque Jugurthae res erant, laetos, modo, modo pavidos animadverteres: ac, ſicuti audiri a ſuis, aut cerni poſſent, monere alii, alii hortari, aut manu ſignificare, aut niti corporibus; [3]huc & illuc, quaſi vitabundi,

λοῖς γὰρ ἤδη τοῦτο συμβέβηκεν, οἵτινες παραταξάμενοι μὲν οὐκ ἀξιόχρεως σφᾶς αὐτοὺς εἶναι τοῖς ὑπεναντίοις ἀγωνίζεσθαι, &c. δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἤλπισαν οἱ μὲν περιέσεσθαι, οἱ δ᾽ ἀσφαλῶς ἀπολυθήσεσθαι τῶν πολεμίων. & Hiſt. XI. p. 890. Τὸ δ᾽ ἐπὶ τοῖς συμμάχοις ἔχοντας τὰς ἐλπίδας ὑπὲρ τῶν ὅλων κινδυνεύειν, ἐπισφαλὲς ἐδόκει καὶ λίαν εἶναι παράβολον. *Xenophon.* Hiſt. Graec. II, 473. Ἀλλ᾽, ὦ ἄνδρες, οὕτω χρὴ ποιεῖν, ὅπως ἕκαστός τις ἑαυτῷ ξυνείσεται τῆς νίκης αἰτιώτατος ὤν. *Ariſtides* Panath. 225. Οὐ γὰρ αὐτή γε ἐν ἄλλοις εἶχε τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας. infra: *ſed illi qui,* vox *illi* abeſt Reg. recte. *ac diffidentiam,* γ. omittit *ac,* & majore cum gratia. *J. W.*

1 *Agere, oppugnare, aut parare.*] Infra: *contra haec oppidani feſtinare, parare:* forte legendum, *propugnare.* Gellius XV. C. 1. *Cum L. Sulla oppugnaret Piraeeum, & contra Archelaus, Mithridatis praefectus, ex oppido propugnaret.* Ciaccon. Obſeſſi nunquam ſimpliciter, dicuntur *oppugnare,* ſed *propugnare:* quemadmodum viciſſim obſidentes nunquam *propugnare,* ſed *oppugnare* Itaque hic reponendum *propugnare* docuimus IV. Obſ. *Gronov.* Haec etiam ſcriptura Codd. noſtrorum neque in dubium vocanda vox *oppugnare,* de qua nos alibi in Suſpicionibus. *Grut.* Markiani *oppugnare.* Pemb. Arond. Reg. L 1, 2, 3. Martin. Venetae *obpugnare.* etiam *repugnare* dicuntur obſeſſi. unde *Vitruvius* X, 22. uſus eſt voce *repugnatoriis* pro illorum machinis &, oppoſite ad *oppugnatoriis.* *repugnatio* ἀντιμαχήσεις. *J. Waſſe.*

2 *Avidius alteri alteros ſauciare, quam ſemet tegere.*] Fabricianum quidem, *quam ſemetipſos tegere,* ſed in aliis nonnullis, *ſemetipſi.* id rectius eſſe puto, conſentiente manuſcripto quodam. *Rivius.*

3 *Huc illuc.*] B. Pub. Pemb. L 3. *& ea huc.* Reg. & *ea huc illuc.* vera lectio, *corporibus huc illuc.* ita *Tacitus* I, 56. *exterruit Caecina* huc illuc *ferens arma.* Hiſt. I. 40. *Agebatur* huc illuc *Galba vario turbae fluctuantis impulſu.* III, 73. Huc illuc *clamoribus hoſtium circumagi.* IV, 46. *Ubi vero* huc illuc *diſtrahi coepere.* Idem tamen Hiſt. III, 22. huc *vel* illuc. *Livius* VII, 34. *Samnites dum* huc illuc *ſigna vertunt.* Virg. Georg. II, 296. *Tum fortes late ramos & brachia tendens* Huc illuc, *media ipſe ingentem ſuſtinet umbram.* & Aen. IV. *Talia dicentem jamdudum aversa tuetur,* Huc illuc *volvens oculos.* alibi: *& pondus, & ipſa* Huc illuc *vinclorum immenſa volumina verſat.* &: *Quinque orbes explent curſu, totidemque retexunt* Huc illuc. *Statius* Theb. II, 603. *non ſegnior ardet* Huc illuc *clypeum objectans.* Ita Codd. noſtri pro *ſegnius* recte. *Ovidius* Met. XII, 329. *quam dum complexibus ambit Et quatit* huc illuc. Graeci fere copulam obſervant. *Plutarch.* in Galba. ΔΕΥ͂ΡΟ ΚΑ᾽ΚΕΙ͂ διαφερόμενος. & τῇ καὶ τῇ. τῇ δὲ κἀκεῖσε. atque ita fere *Cicero.* J. W. *& ea huc illuc* binas voces *& ea* adſui jubentibus MSS. *Gruter.* at non

aut

aut jacientes tela, agitare. Quod ubi Mario cognitum eſt, nam is in ea parte curabat, [1] conſulto lenius agere, ac diffidentiam rei ſimulare: pati Numidas ſine tumultu, regis proelium viſere. Ita, illis [2] ſtudio ſuorum adſtrictis, repente magna vi murum aggreditur: & [3] jam ſcalis adgreſſi milites prope ſumma ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, [4] alia praeterea tela ingerunt. Noſtri primo reſiſtere: [5] deinde, ubi unae atque alterae ſcalae comminutae, [6] qui ſuperſteterant afflicti ſunt; [7] ceteri, quo quiſque modo potuere, pauci integri, magna pars confecti vulneribus, abeunt. [8] Deinde utrimque proelium nox diremit.

LXV. Metellus poſtquam videt [9] fruſtra inceptum;

in textum recepit. *ea* eraſum eſt ex γ. *Pemb.* habet, *vitabundi tela agitare* in marg. & a ſecunda manu, *aut jacientes.* abeſſe debent uti & *ſuorum* quod ibidem in marg. a 3. manu viſitur. alii *ſicubi* at Grut. Reg γ λ. Venetae Pemb. *ſicuti. J.W.*

1 *Conſulto lenius agere.*] Legerem *lentius agere.* Ciacconius.

2 *Studio ſuorum aſtrictis.*] Hoc eſt, *occupatis.* infra: *quae Jugurthae feſſo, aut majoribus* aſtricto, *ſuperaverant.* Idem.

3 *Jam ſcalis egreſſi milites.*] Sic ſupra, *prope ad ſummum montis* egreſſus eſt. *Tacit.* Hiſt. IV. *Multos in moenia egreſſos pugionibus fodere.* Idem. Videor quidem intelligere cur *Carrioni* placuerit, *ſcalis egreſſi,* contra vett. edd. contra MSS. ſed tamen quid ſi legamus? *repente magna vi murum ſcalis adgreſſi milites, prope,* &c. vel etiam: *repente magna vi murum adgreditur; & jam ſcalis milites prope ſumma, &c.* Grut. B. Pub. *egreſſi,* λ. γ. Pemb. *aggreſſi* Ar. L 2, 3. *J. Waſſe.*

4 *Alia praeterea.*] Abeſt *alia* γ. Mart. omittit, *tela,* male. *Frontin.* II, 3. *Velites & levem armaturam* ingerere tela *juſſit.* J. Waſſe.

5 *Deinde ubi unae atque alterae ſcalae comminutae ſunt.*] Τὸ *ſunt*; non habent codices in membrana deſcripti, neque ceteri vetuſtiores. Et cum ſtatim ſequatur, *qui ſuperſteterant afflicti ſunt,* an non inelegans nimis fuerit hujuſce verbi repetitio? *Riv.*

6 *Qui ſuperſteterant, &c.*] Praefert Pall. ſec. *qui ſuperſteterant adflictis, caeteri.* neque aliter Pall. prim. ſed ſtatim ab eadem manu mutatum juxta lectionem vulgatam, quid dicam, niſi non videri fatuam ſcripturam alteram membranarum. *Grut.* v. *Perizon.* Animadv. Hiſt. C. x. Valla III, 13. *deinde ubi.* &, *comminutae ſunt.* etiam, *affl. ſunt.* v. *ſcala* utuntur Iſſ. *vel* ſcalam *ſciens accommodaverit ad aſcendendum.* Cajus. *J. Waſſe.*

7 *Caeteri quoquo modo potuere.*] Ex ſcripto reponendum *quo quiſque modo potuere.* Sic amat loqui Salluſtius. *Sibi quiſque regnum petentibus.* Putſchius. Haud aliter Pall. nobiliores. nam de plebe *ceteri quo modo pot.* vel, *ceteri quoquo ratio potuere.* vel *quoque modo potuere.* eſt etiam in quo viſas, *ceteri quoque quomodo potuere.* ſcias non aſſecutos genium locutionis alterius. ceterum nihil periret ſententiae, quamvis jugularetur, *potuere.* Gruterus.

8 *Deinde utrinque, &c.*] Sic notae vetuſtiores MSS. nonnulli alii *denique,* quod receptum ab aevi medii editoribus, neque temere improbem, cum ſupra praeceſſerit *dein.* Gruterus.

9 *Fruſtra inceptum.*] *f. in. bellum* B. Pub. ſed male. *J. Waſſe.*

Digitized by Google

neque oppidum capi, neque Jugurtham, [1] niſi ex inſidiis, [2] aut ſuo loco pugnam facere; & jam aeſtatem exactam eſſe; ab Zama diſcedit: [3] & in iis urbibus, quae ab ſe defecerant, ſatiſque munitae loco, aut moenibus erant, praeſidia imponit. Ceterum exercitum in provinciam, quae proxuma eſt Numidiae, hiemandi gratia collocat. Neque id tempus ex aliorum more quieti, aut luxuriae concedit, ſed, quoniam armis bellum parum procedebat, inſidias regi per amicos tendere, & eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem, qui Romae cum Jugurtha fuerat, [4] & inde, vadibus datis clam Maſſivae de nece, judicium fugerat, quod ei per maxumam amicitiam maxuma copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur: ac primo efficit, [5] uti ad ſe colloquendi gratia occultus veniat: dein, fide data, *ſi Jugurtham*

1 *Niſi ex inſid. &c.*] Nihil mutandum contra conſenſum MSS. optima ceteroquin ſententia. *Gruterus.*

2 *Aut de ſuo loco pugnam facere.*] Quamquam eleganter addi praepoſitio videtur, ea tamen in manuſcriptis ceteriſque vetuſtioribus non eſt. *Rivius.* *ſuo loco,* hoc eſt, *ſibi commodo.* Quo ſenſu *Virg.* G. IV. *Ut cum prima novo ducent examina reges* Vere ſuo. & alibi: *feſſoſque* ſopor ſuus *alligat artus.* ei opponitur *alienus.* Cap. LVIII, ubi vide quae diximus. Idem etiam *Aeneid.* v, 832. *ferunt* ſua flamina *claſſem.* J. Waſſe.

3 *Et in iis urbibus quae ab rege defecerant.*] In aliis quibuſdam. *quas ad ſe defecerant.* Priorem lectionem citat libr. VIII. *Priſcianus,* pro *a rege deſciverant,* ut ipſe interpretatur, proinde relinquendam puto, quamquam, utrocumque modo legas, eſt idem utrobique ſenſus. *Rivius.* Legendum *ad ſe,* i. e. ad Metellum, eas nempe quas infra dicit a Jugurtha defeciſſe, unde natus error. Nec aſſentior illis qui *ab ſe* hic interpretantur *ſponte, ultro,* quod eſt Poeticum & Plautinum. A. Popma. *ab rege* L 2. & Venet. 1470 *J. W.* *Quae ab ſe defecerant.*] Ita belle Nazar. & Pall. ſecund. neque nimis recedit Commelin. in quo, *a ſe.* deficit ab ſe, qui ultro ſe dedit, magis quam vi ſubactus, aut metu. ita aliquoties utitur *Plautus* meus; neque aliter iterum noſter Cap. LXVI. *Civitates* abs ſe defecerant *formidine, &c.* Vulgatae edd. valde fluctuant; ut etiam calamo ſcripti. adoleſcentioribus enim abeſt: aut, *quae ad ſe defecerant,* aut, *quae ab Jugurtha defecerant.* at olim impreſſi, *quae ab rege defecerant.* Gruterus.

4 *Et inde vadibus, &c.*] Sic collocantur verba in Com. & Pall. ſec. neque aliter reliqui. niſi quod ii, *clam de Maſſivae nece* quod non ita perplacet. *Gruter.* Reg. Pemb. omittunt *clam* λ. *v. datis clam d. M. n.* & γ. B. Pub. Gruteriani, *M. de nece.* quae poſitura *Arnobio* perfamiliaris. infra: ad, *maxuma copia fallendi,* Gloſſa Regii: Unde Boetius, *nulla peſtis nocentior quam familiaris inimicus.* J. Waſſe.

5 *Uti ad ſe colloquendi gratia occultus veniat.*] In quibuſdam, *occulte.* id ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. plus eſt enim elegantiae in lectione priore, quamvis utrumque Latine dicatur. *Rivius.*

VIVUM,

vivum, aut necatum ſibi tradidiſſet; fore, ut illi Senatus impunitatem, & ſua omnia concederet. Facile Numidae perſuadet, cum ingenio infido, tum metuenti [1]ne, ſi pax cum Romanis fieret, ipſe per conditiones ad ſupplicium traderetur.

LXVI. Is, ubi primum [2]opportunum fuit, Jugurtham anxium, ac miſerantem fortunas ſuas accedit: monet, atque lacrumans obteſtatur, *uti aliquando ſibi liberiſque, [3]& genti Numidarum optume merenti, provideat: omnibus proeliis ſeſe victos, agrum vaſtatum, [4]multos mortalis captos, occiſos; regni opes comminutas eſſe; ſatis ſaepe jam & virtutem militum, & fortunam tentatam: caveat, ne illo cunctante, Numidae ſibi conſulant.* His, atque talibus aliis ad deditionem regis animum impellit. Mittuntur ad imperatorem legati, qui Jugurtham imperata facturum dicerent, ac ſine ulla pactione ſeſe, regnumque ſuum in illius [5]fidem tradere. Metellus propere

1 *Ne, ſi pax.*] Abeſt *ne* Bodl. λ. B. Pub. γ. a 2. manu, & in ſpatio interlineari. *traheretur* inquit Pareus. S. Severus H. Sac. II, 24. *Rex (Antiochus) petit pacem; quia* infido ingenio *male uſus, perfidiam conſecuta ultio.* Druſius legendum autumat, *quia* infido. Vorſtius *qua quia.* Nihil muraverim. illis fraudi fuit indoles *Salluſtii* praefracta, & ſententiae ante expectatum cadentes. primo enim *uſus* non refertur ad *pax* ſed ad *ingenio.* Noſter, Jug. 1: *pernicioſa lubidine paulliſper uſus.* 119. *ad hoc, metuere, ne fluxa fide uſus, popularium animos averteret.* deinde eleganter ſupprimitur *ſed.* &, ſic item Noſter, Cat. 19. *Quod ni maturaſſet ſignum dare, eo die, poſt conditam Romam, peſſimum facinus patratum foret.* quia *manuum frequentes conveniebant, ea res fruſtra ſperata.* &, 68. *Licuit vobis in S. T. aetatem agere: quia illa foeda, &c. haec ſequi decrevîſtis.* confer Jug. 115. VI, 54. quod ſi per codices liceret ſic etiam legerem Cap. 106. Adeo ut, *quia infido ingenio male uſus,* valeat, *ſed quia inſitae ſibi perfidiae male idem permiſerit.* J. Waſſe.

2 *Opportunum fuit.*] Dictio ultima non comparet in Commelin. neque ea opus erat. *Grut.* abeſt Bodl. *J. Waſſe.*

3 *Et genti Numidarum optime meritae.*] Eſt in manuſcriptis quibuſdam, *optume merenti.* Rivius. *merenti* MSS. Pall. potiores *Carrio*, editio princeps. *Grut.* Neſcio quae ſit *Gruteri* editio princeps. certe, Venetiis impreſſa 1470. retinet, *meritaeque* Mart. Pemb. Arond. Reg. B. Pub. L 3. λ: Bodl. Ball. *meritae:* γ. quidem *merenti*, eraſis poſtea literis *en.* J. W.

4 *Multos mortales captos.*] Lege *mortaleis.* Rivius.

5 *Fidem tradere.*] Ita prima quoque impreſſio, at enim MSS. meliores litera amplius *traderet*, deteriores *traderent*; ſolum Pall. ſextus, ſeptimus & oct. ſtare pro lectione vulgata. *Gruter.* Markiani *traderent.* voces *ſine ulla pactione* ſuperfluunt. nam *fidei ſe permittere* idem ſonat ac victoris arbitrio ſe permittere. teſtis *Polybius* p. 1116. J. Waſſe.

Digitized by Google

cunctos Senatorii ordinis ex hibernis accerſiri jubet: [1] eorum, atque aliorum, quos idoneos ducebat, conſilium habet. Ita more majorum, ex conſilii decreto, per legatos *Jugurthae imperat, argenti pondo ducenta millia, elephantos omnis, equorum, & armorum aliquantum.* Quae poſtquam ſine mora facta ſunt, jubet [2] omnis perfugas vinctos adduci. Eorum magna pars, uti juſſum erat, adducti: pauci, cum primum deditio coepit, ad regem Bocchum in Mauritaniam abierant. Igitur Jugurtha, ubi armis, viriſque, & pecunia ſpoliatus eſt, [3] cum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur, rurſus

1 *Eorum conſilium habet.*] Tacit. III. *Quod ſi meorum ante viri ſtrenui aediles conſilium habuiſſent,* Ciaccon. *Eorum & aliorum, quos idoneos ducebat, conſilium habet.*] MSS. *eorum atque aliorum.* quomodo & impreſſa vetuſtiora. *Rivius.*

2 *Perfugas.*] Oroſius v, 15. *a quo (Metello) ad deditionem coactus, CCC. obſides dedit, &c. tria millia perfugarum reddidit.* & ſic 2. Codd. MSS. *J. W.* Supra: *conſilium habet.* mallem hic, & alibi, cum pro *coetu,* venit, *concilium.* at *Carrio,* Grut. MSS. illud alterum ſervant. *J. W.*

3 *Cum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur.*] Codex pergamenis deſcriptus, *cum ipſe ad imperandum,* pro, *ut ei imperaretur,* nam paſſive ponitur. Id cum adſcriptum habet in margine exemplar Fabricianum, tum *Servius* adnotavit in Eclogam VIII. Maronis. Sed & alibi Salluſtius, *Pauca ſupra repetam,* inquit, *quo ad cognoſcendum omnia illuſtria magis.* pro, *ut cognoſcantur.* Eſt in margine exemplaris Baſilienſis adnotatum, ad *Imperatorem.* ſed e dictis liquet, vulgatam lectionem bene habere; qui adjecit, non videtur hunc intellexiſſe locum. *Rivius.* Ut imperaretur. & ſane gerundia tam ab agentis, quam a patientis ſignificatione proferuntur, ut ſaepe teſtatur *Servius*: & ſcriptorum auctoritate comprobatur. inquit ergo *Salluſtius*: Cum Jugurtha, ut imperaretur, vocatus eſſet a Metello Tiſidium, *&c.* recte autem dicimus, Jugurtha imperaretur: etſi id minus frequens. *Horatius* Epiſt. V. libri prioris; *Haec ego procurare & idoneus imperor, & non invitus.* Servius interpretans illud *Virgilii* Eclog. I. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis:* Ita inquit. *Cantando a paſſivo ait, cum ſupra ab activo dixeris. ut* Cantando tu illum? *tale eſt illud in Salluſtio:* Cum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur: *id eſt, ut ei imperaretur.* Haec ille, MSS. notae ſelectae habent fere *dum*; neque aliter olim cuſi; ut fere ſuſpicer legendum, *Igitur Jugurtha, ubi armis, viriſque & pecunia ſpoliatus, ipſe ad Imperatorem Tiſidium vocaretur.* nam quicquid garriant Grammatici, numquam mihi perſuadebunt, *imperare* poni paſſive. nimirum initio fuit, *ad Imp.* inde factum ab rudibus librariis, non *imperatorem,* ſed *imperandum.* Gruterus. L 2. *ad imperandum praeſidium.* Pemb. *dum,* &c. *imp. exilium voc.* gloſſa λ. i. e. *ut imperaretur, non ut imperaret.* &, *ſecundum Priſcianum iſta gerundiva imperandi* do, dum. *poſſunt eſſe & activae ſignificat. & paſſivae.* idem codex *dum.* & ſic γ. B. Pub. Bodl. Martin. Reg. L 2. *Seneca* de B. III, 23. *C. Vettius, praetor Marſorum, ducebatur ad* Romanum imperium. *Servus ejus gladium militi ipſi, a quo trahebatur, eduxit, & primum dominum occidit.* pro, *ad juſſum Romanum.* hanc lectionem habent Libri Lipſiani. Caeteri *ad Imperatorem.* con-

coepit

coepit flectere animum ſuum, & [1] ex mala conſcientia digna timere. Denique, multis diebus per dubitationem conſumtis, cum modo taedio rerum advorſarum omnia bello potiora duceret; [2] interdum ſecum ipſe reputaret, quam [3] gravis caſus in ſervitium ex regno foret; multis, magniſ-

fer *Salmaſium* ad eundem vi, 16. *Sulpicius Severus* Dial. i. Cap. xiii. *fera paullulum* (*cerneres* imperatam à Deo) *modeſtia diſceſſit.* at venerandae vetuſtatis Codex: habet, *feram imperatam ab eo cum modeſtia:* ibi *imperatus* pro eo cui imperatum eſt. Hanc formam adhibet etiam Lib. i. Hiſt. *J. W.*

1 Ex *mala c.*] Praepoſitionem omittit *Tacitus* An. i, 39. *Pavidus* & conſcientia *vecordes intrat metus.* J. Waſſe.

2 *Interdum ipſe ſecum reputaret.*] Manuſcripta, *ſecum ipſe.* quomodo & impreſſa quaedam. *Rivius.*

3 *Gravis caſus in ſervitium ex regno*] Poeta Trag. In ſervitutem cadere *de regno grave eſt.* Ciaccon. *Aeſchylus* Prometh. vinct. p. 925. Πταίσας ἢ τῷδε αὐτὸς κακῷ, μαθήσεται Ὅσον τό, τ' ἌΡΧΕΙΝ & τὸ ΔΟΥΛΕΥΕΙΝ δίχα. Huc pertinet ſcomma in Demaratum, qui cum regno depulſus, magiſtratum gereret; miſit ad eum *Leutychides* qui interrogaret, ὁκοῖόν τι εἴη τὸ ἌΡΧΕΙΝ μετὰ τὸ ΒΑΣΙΛΕΥΕΙΝ. rem pluribus exponit Herodotus. *Thucydides* vii, 75. ἀπὸ ΟΙΑΣ ΛΑΜΠΡΟΤΗΤΟΣ καὶ αὐχήματος τοῦ πρώτου ἘΣ ΟΙΑΝ ΤΕΛΕΥΤΗΝ καὶ ταπεινότητα ἀφῖκτο. *Xenophon* Exped. vii. p. 421. Ἐμοὶ τοίνυν μεῖζον βλάβος καὶ αἴσχιον δοκεῖ εἶναι, τὸ τοιαῦτα νῦν μὴ κατασχεῖν, ἢ τότε μὴ λαβεῖν, ὅσῳ περ χαλεπώτερον ἐκ πλουσίου πένητα γενέσθαι, ἢ ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι. καὶ ὅσῳ ΛΥΠΗΡΟΤΕΡΟΝ ἐκ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ἸΔΙΩΤΗΝ φανῆναι, ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι. Animoſa in hanc rem *Theodorae Auguſtae* apud *Procopium* oratio καλὸν ἐντάφιον ἡ βασιλεία ἐστί. *Livius* xxxv, 4. *Erat etiam major orationi materia, quo ex altiore faſtigio, rex quam Tyrannus detractus erat, quoque plures ademtae res.* Auctor apud *Ciceronem* Tuſc. iii, 19. *Pol mihi fortuna magis nunc deſit quam genus, Namque regnum ſuppetebat mi: ut ſcias quanto e loco, Quantis opibus, quibu' de rebu' lapſa fortuna accidat.* Hinc *Seneca* Thyeſt. 925. *Magis* unde cadas *Quam* quo *refert.* Tydeus apud *Statium* ii. *ſi tibi plana fides, & dicti cura maneret Foederis, ad fratrem completo juſtius anno Legatos hinc ire fuit, teque ordine certo Fortunam exuere, & laetum deſcendere regno. Ut vagus ille diu, paſſuſque haud digna per urbes Ignotas, pactae tandem ſuccederet aulae. Sed quia dulcis amor regni, blandumque poteſtas, Poſceris. aſtriferum velox jam circulus orbem Torſit, & amiſſae redierunt montibus umbrae, Ex quo frater inops, ignota per oppida triſtes Exul agit caſus; & te jam tempus aperto Sub Jove ferre dies, terrenaque frigora membris Ducere, & externos ſummiſſum ambire penates. Pone modum laetis, ſatis auro dives & oſtro Conſpicuus, tenuem germani pauperis annum Riſiſti, moneo regnorum gaudia temet Dedoceas, patienſque fugae, mereare reverti.* ad voces *montibus umbrae:* manifeſta corruptio, inquit *Barnartius.* qui enim umbrae in montibus? nugae: valles habent, montes jaciunt umbras, bene itaque & proprie *Lipſii* liber, *vallibus umbrae.* Ita ille haud expergite. tu Lector ſuaviter ride, & intellige umbras quas praebent arborum folia, quae vere reparantur. Virg. O *quis me gelidis in montibus Haemi Siſtat, & ingenti ramorum protegat* umbra. *Seneca* Hippol. 967. *Nunc arboribus* redeunt umbrae. & Oedip. 154. *Statius* ipſe interpres ſui optimus Theb. iii, 174. *Tunc ferro* retegunt Sylvas, *colliſque propinqui Annoſum truncant apicem.* & Achill. *Nuſquam* umbrae veteres, *minor Othrys, & ardua ſidunt Taygeta, exuti viderunt aera* montes. De tali Sylva *Theb.* iv. *intonſae frondis ſtat* pervia nullis Solibus.

magniſque praeſidiis nequiquam perditis, [1] de integro bellum ſumit. Et Romae Senatus, de provinciis conſultus, Numidiam Metello decreverat.

LXVII. Per idem tempus Uticae forte [2] C. Mario, per hoſtias diis ſupplicanti, *magna, atque* [3] *mirabilia portendi* [4] Haruſpex dixerat: *proinde, quae animo agitabat, fretus diis ageret: fortunam quam ſaepiſſume experiretur: cuncta proſpere eventura.* At illum jam antea Conſulatus ingens cupido exagitabat: [5] ad quem capiundum,

&, *exclusae pallet male lucis imago.* ſic etiam *barba* eidem pro *umbra generum* Theb. IV, 536. *Dum roſeis venit* umbra genis. Confer *Lucan.* III, 401, 443. *Propert.* III, 11. *Ovid. Met.* X, 10. Hinc *remi* pro *umbra* apud Poetas paſſim. Sed haec aliaque bene multa illi remittamus; quippe quibus *Nullum cum doctis certamen, & aethere caſſis.* Salluſtium ſequitur *Hegeſippus* V, 49. *Cernere erat, quam miſerabilis illa mutatio foret ex illo terribili & ſuperbo faſtigio, in hanc humilem & plebejam dejectionem.* J. Waſſe.

1 *De integro reſumit bellum*] In manuſcriptis ceteriſque vetuſtioribus, *de integro bellum ſumit.* Sed mihi prior lectio bene habere videtur, & eſt familiaris veteribus abundantia illa praepoſitionis re, licet idem ſit utrobique ſenſus, pro, inſtaurat renovatque bellum. *Rivius.*

2 *C. Mario.*] *Plutarchus* in vita Marii, paulo poſt id factum fuiſſe ſcribit, poſtquam videlicet Marius a Metello dimiſſus erat ad petendum conſulatum. *Caſt.*

3 *Mirabilia portendi.*] Nempe vel *in extis,* vel *a Diis Im.* Hirtius B. Afric. LXXXII. *Ne dubitaret ſignum dare. victoriam ſibi propriam a* Diis Im. portendi. *Livius* I, 36. *Cape haec & perage quod* aves tuae *fieri poſſe* portendunt V, 15. *Quidnam eo Dii* portenderent prodigio *miſſi ſciſcitatum oratores ad Delphicum* Oraculum. Plautus. *Omnibus* in extis *aiebat* portendi *mihi malum.* Ubi magna atque mirabilia portendebantur ibi *laeta* ſunt & *congruentia exta*: Graecis καλὰ & σύμφωνα: ubi alia omnia, ibi *triſtia, minantia,* σφάγια οὐ καλά. Sane Marius noſter, utpote rudis & ſemipaganus adeo deditus erat religionibus, ut ex alieno jecore plus ſapuiſſe quam ſuo facile exiſtimem. Adfuiſſe ei dicitur μυσταγωγὸς τοῦ βίου, ita *Ammianus* XXI, 14. *Sed familiares genios cum iiſdem verſatos: quorum adminiculis freti praecipuis Pythagoras enituiſſe dicitur & Socrates. Numaque Pompilius, & ſuperior Scipio: & ut quidam exiſtimant, Marius,* & Octavianus. Frontinus I, XI. *Marius ſagam quandam ex* Scythia *habuit, a qua ſe dimicationum eventus praedicere ſimulabat.* ſic Ed. Veſalienſis. At quid illi cum *Scythia?* ſcribe cum tribus meis, *ex Syria. Plutarchus* in ejus vita. Καὶ γάρ τινα Σύραν γυναῖκα Μάρθαν ὄνομα μαντικὴν λεγομένην, ἐν φορείῳ κατακειμένην σεμνῶς περιήγετο. Deinde *Martha* nomen Syriacum, quod *Hieronymo* interprete valet *dominatrix.* Syria terra, ſancta apud Ethnicos, teſtis *Mnaſarchus.* καὶ Κασίου ἈΠὸ ΠΑΣΑ ΆΓΙΑΣ, πόλιας Συρίας. Syrae veratrices, & Socratis mortem a Syro mago praedictam narrat *Ariſtoteles* apud Laertium. Quod de Mario *Plutarchus,* idem fere de Alexandro *Arrianus* IV. pag. 269. Ἀριστόβουλος δὲ λέγει ἀνάγκῃ ΣΥΡΑΝ γυναῖκα θεοφορητον Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τότε δὲ τοῦ θείου γενομένην. *J. Waſſe.*

4 *Aruſpex.*] Vide ſupra Cap. 47.

5 *Ad quem capiendum, praeter vetuſtatem familiae, omnia abunde erant.*] Fabricianum, *ad quem capiendum & alia omnia abunde erant.* Rivius.

praec-

[1] praeter vetuſtatem familiae, [2] alia omnia abunde erant: induſtria, probitas, militiae magna ſcientia, animus belli ingens, [3] domi modicus, lubidinis, & divitiarum victor, tantummodo gloriae avidus. Sed is natus, & omnem pueritiam [4] Arpini altus, ubi primum [5] aetas militiae pa-

1 *Praeter vetuſtatem familiae.*] Aelianus ποικ. ἱστ. Lib. XII. Cap. VI. ὅτι γελᾶν ἄξιον ἐπὶ τοῖς μεγάλοις φρονοῦσι διὰ τοὺς προγόνους. εἴγε ἐν Ῥωμαίοις μὲν Μαρίου τὸν πατέρα οὐκ ἴσμεν, αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν διὰ τὰ ἔργα. Κάτωνος δὲ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ αὐτοὶ τὸν πατέρα ἀναζητεῖν χρή. quod repetit Lib. XIV. Cap. XXXV. *Val. Maximus* Lib. VI. Cap. IX. in memorabilibus. *Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Romae, tamque faſtidiendo candidato, ille Marius evaſit. qui Africam ſubegit, Jugurtham regem ante currum egit, qui Teutonum Cimbrorumque exercitus delevit.* & quae ſequuntur. *Putſchius.*

2 *Alia omnia.*] Abeſt *alia* L 2. Ball. agnoſcunt caeteri. *J. W.* infra: *Arpini altus* ita Naz. Pall. tert. quart. Com. abſque *per*, quod in caeteris MSS. ut etiam *alitus*. Grut. Noſtri omittunt *per* leguntque *altus*, Firmat *Sulpicius* de Vita M. I, 2. *Igitur Martinus Sabariae Pannoniarum oriundus fuit, ſed intra Italiam Ticini* altus eſt. MS. Aul. Trin. *Pan. oppido*, &, *Conſtantio* etiam, *divinam p. ſervitutem*, non adeo male. *Philelphus* Ep. VII. *ita loqueris, ut es & natus &* altus & *educatus*. Verba *Arpini altus* quibuſdam minus neceſſaria videantur; at ſummorum virorum ortus & incunabula nimis anxie memorare ſolent auctores graviſſimi. *Polybius* p. 1388. Philopoemen, &c. Τέτραπται δὲ καὶ παιδεύθεις ὑπὸ Κλεάνδρου. Vide *Nepotem* II, I. VII, 2. & *Plutarchum* paſſim. De Mario ita *Velleius* II, II. *Bellum deinde Jug. geſtum eſt per* Q. Metellum, *nulli ſecundum ſaeculi ſui. hujus legatus fuit* C. Marius, *quem praediximus*, natus equeſtri loco, *hirtus atque horridus*. at infra II, 128. *Qui C. Marium* ignotae originis. Voſſius *agreſti loco*, ex ingenio repoſuit. neſcio an, *quaeſtuario loco* pro *officina ferraria*. de qua voce adeas L. Athletas §. I. & *Hieronymum* Ep. IX ad Heliodorum. *A. Victor.* Igitur eo occiſo, *Marius ferri quondam opifex.* infra: *Hinc denique jocolariter dictum, nequaquam mirum videri, ſi rem Romanam, Marius, reficere contenderet, quam* Marius ejuſdem artis, *auctor ſtirpiſque & nominis, ſolidaviſſet.* Plutarchus pag. 407. γονέων δὲ γενόμενος παντάπασιν ἀδόξων, ΑΥΤΟΥΡΓΩΝ δὲ καὶ πενήτων, πατρὸς μὲν ὁμωνύμου, μητρὸς δὲ Φουλκινίας. Aratorem Arpinatem faciunt *Plinius* N. Hiſt. XXXIII. & *Scholiaſtes ineditus* ad illa Juvenalis. *Arpinas alius Volſcorum in monte ſolebat Poſcere mercedes*, alieno laſſus aratro *Nodoſam poſthaec frangebat vertice vitem Si lentus pigra muniret caſtra dolabra*. Julius Celſus fuiſſe ait, *Ruſticanum ac ne Romanae quidem originis*. in villa Cirrhaeatone altum tradit *Plutarchus*. J. Waſſe.

3 *Domi modicus.*] Reſpuo, quod a quibuſdam legitur, *Domi pudicus* nam & ſententia recipit, *modicus*; & vero ita recitat *Nonius* in verbo Modicus, *Manutius*.

4 *Arpini altus.*] Manuſcriptum Fabricii *altus*. quomodo & in aliis pleriſque. Hoc *Cicero* quoque utitur: velut pro Plancio, *Locus ille mutus, ubi quiſque* altus *aut doctus eſt*. & in Bruto, *Urbs in qua nata & alta eſt eloquentia*. Sic & alias. Sed & Diomedes I. *altus* hoc loco legit, atque item *Priſcianus*, qui tamen ipſe in quibuſdam codicibus etiam *alitus* inveniri teſtatur: quo ſane modo nos quoque in duobus manuſcriptis reperimus. *Rivius.* Ex hoc loco conjectare licet jam *Priſciani* aetate mendoſos codices *Salluſtii* exſtitiſſe. Sed idem ſaepe facit in *Virg.* Servius. *Putſ.*

5 *Aetas militiae.*] Abeſt *aetas* Pemb. bene. ſed & illud abundare putaverat *Ciacconius*. Caeteri retinent. Noſter Catil. *Jam pridem juventus, ſimul ac* belli patiens erat. Vulgatae favet *Curtius* III, 6. 19. aetas *tantis* matura rebus. *Thucyd.* τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ. *J. Waſſe.*

tiens

Digitized by Google

tiens fuit, ſtipendiis faciundis, non Graeca facundia, neque urbanis munditiis ſeſe exercuit: [1] ita inter artis bonas integrum ingenium brevi adolevit. Ergo ubi primum [2] tribunatum militarem a populo petit, pleriſque faciem ejus ignorantibus, facile notus per omnis tribus declaratur. Deinde ab eo magiſtratu, alium poſt alium ſibi peperit: ſemperque [3] in poteſtatibus eo modo agitabat, ut ampliore, quam gerebat, dignus haberetur. Tamen is ad id locorum talis vir, nam poſtea ambitione praeceps datus eſt, [4] Conſu-

1 *Ita inter bonas artes.*] Legendum, *inter arteis bonas:* ut eſt in vetuſtis. nam hac terminatione *Salluſtius* amat uti, & adjectivum hic ſequi debet. Sic mox, *per omneis tribus.* ubi hodie fere, *per omnes*; verum perperam. *Rivius.*

2 *Tribunatum militarem.*] Sic membranae *Cypriani Popmae*; nec obſtat quod infra magiſtratum vocat. nam populi ſuffragiis deſignabatur Romae in Comitiis, & ob id *Sueton.* vocat *honorem.* ad Verrin. II. *Pedianus* Trib. militarium duo ſunt genera: primum eorum qui *Rufuli* dicuntur, hi in exercitu creari debent: alii ſunt *comitiati*, qui Romae Comitiis deſignabantur. Plura *Livius*, & *Polyb.* VI. *A. Popma.* ſic MSS. ad unum omnes, nec non vetuſte editi, nam recentiores *militum*, ſunt etiam qui totam vocem deleverunt, ſed ſine libri alicujus ſuffragio, & confuſione hiſtoriae. rudior enim quis haec intelligeret de Tribunatu Plebis. *Grut.* Bodl. Ball. γ. λ. B. Pub. Pemb. Ar. Reg. L 1, 2, 3. Mart. Venetae *militarem* habent. infra: *facile notus* Palmer. *factis notus*, vel, *forte notus.* notus ſcilicet ob gloriam in bellis partam. Idem fere de Manlii filio tradit *Livius* VII, 5. Idem 13. *Neque erat in exercitu* vir factis nobilior. *J. Waſſe.*

3 *In poteſtatibus.*] Adludit *Caſſiodor.* Var. I, 4. *Hic eſt enim probatae conſcientiae fructus, ut quamvis ſumma potuerit adipiſci, judicetur tamen ab hominibus plus mereri.* & ita fere alicubi *Arnobius.* Claudianus item in Laude Serenae. *gemino mox idem culmine duxit Agmina, commiſſoſque labor ſic geſſit honores, Ut ſemper merito Princeps cum magna dediſſet, Deberet majora tamen.* infra. *talis vir.* Ita Noſter ſupra. *colite & obſervate* talem hunc virum. *Plautus* Capteiv. Ubi tu, talis vir, *falſum autumas.* Cicero ad Attic. *cum* talis vir *tricatur.* Apulejus Mileſ. III. p. 59. *Nec moram talem patereris vel noctis unius.* forte *talis.* hoc eſt, *in aſini faciem converſus.* ſupra: *Ubi me primum* talis aſpexit. IX. p. 198. Haec talis, *manu piſtori clementer injecta.* Il. λ. Σήμερον ἢ δοιοῖσιν ἐπεύξεαι Ἱππασίδῃσι ΤΟΙΏ Δ' ἌΝΔΡΕ κατακτείνας. vid. Od. Π. 307. *Thucyd.* II, 60. Καί τοι ἐμοὶ ΤΟΙΟΎΤΩι ἈΝΔΡῚ ὀργίζεσθε de Socrate *Phaedo.* ὥστε ἐγκαλυψάμενος ἀπέκλαιον ἐμαυτόν. οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνον, ἀλλὰ τὴν ἐμαυτοῦ τύχην, ΟἽΟΥ ἈΝΔΡῸΣ ἑταίρου ἐστερημένος εἴην. *Theocritus* alicubi. Ἀλλ' αὐτὸς, ΤΟΙΟΥ͂ΤΟΣ ἘῺΝ, βοτὰ χίλια βόσκω. *Xenophon.* Hiſt. Gr. VI. p. 600. ὁ δ' ἐν ἀνὴρ ΤΗΛΙΚΟΥ͂ΤΟΣ ὪΝ. *Oppianus* de Venat. II, 555. ἐφορμηθεὶς ἐλέφαντι Πολλάκις ἐν κονίῃσι νέκυν ΤΟΙΟΥ͂ΤΟΝ ἔθηκεν. *Statius* Theb. III, 229. Talis *mihi, nate per Argos*, Talis abi. *J. Waſſe.*

4 *Conſulatum adpetere.*] In Commel. Pall. 2, 4, 8, 9. non eſt vox prima *conſulatum.* 5. praeterea abeſt *adpetere*, nam textus, *conſulatus honorem adpetere non audebat.* Gruter. *conſ. ap. non aud.* non agnoſcit Arond. vox *conſulatum* abeſt Pemb. B. Pub. in Markii γ. voces *a. c.* ad *etiam tum* prorſus eraſae; loco earum, in margine, neſcio an a manu prima, apparent, *appetere non audebat*, λ. ſupra li-

latum

latum appetere non audebat. Etiam tum alios magiſtratus plebes, Conſulatum nobilitas inter ſe per manus tradebat. Novus nemo tam clarus, [1] neque tam egregiis factis erat, quin is indignus illo honore, & quaſi pollutus haberetur.

LXVIII. [2] Igitur, ubi Marius haruſpicis dicta eodem intendere videt, [3] quo cupido animi hortabatur; [4] ab Metello petundi gratia miſſionem rogat: cui quamquam virtus, gloria, atque alia optanda bonis ſuperabant, tamen inerat contemtor animus, & ſuperbia, commune

neam exhibet *conſulatum* Ball. *petere.* infra: *per manus*, vel *per vim*, vel potius, ut lampada, tradebat alius alii, παῖδερον φυλάττοντες ἀλλεπάλληλοι. quo ſenſu accipit *D. Hieronymus* Epiſt. XIII, 4. *Si contingeret docere quae didici, & quaſi* per manus *myſteria tradere Scripturarum.* Idem clarius huc ſpectat Epiſt. XXVI. *Latent in multitudine laureae; & triumphi interdum triumphantium ſordibus polluuntur, quod ante* per manus Patricias tradebatur, *& ſola nobilitas poſſidebat, quo Conſul Marius,* &c. *ob ignobilitatem familiae putabatur indignus, nunc ſola militia poſſidet.* Ita *Livius*, ut alibi, ſic IX, 17. *diſciplina militaris jam inde ab initiis urbis* tradita per manus. *in artis perpetuis praeceptis ordinatae modum venerat.* infra. *contemtor animus*, ſic apud *Plautum* in Poenul. *deriſor lenunculus.* Huc, opinor, referenda ſunt illa *Servii* ad Aen. VII, 660. *Tali genere laudis* Salluſtius *plenus eſt, nam & ipſe multos collaudat, ac deprimit adjecta vituperatione.* Confer etiam *Senecam* Suaſor. VI. pag. 46. pro *ſuperabant* Pemb. *ſuperarent.* J. Waſſe.

1 *Neque tam egregius factis erat, quin is, &c.*] Quamvis in Fabriciano ceteriſque vetuſtioribus ſit, *neque tam egregiis factis*, tamen vulgatam lectionem magis probandam eſſe duco, ut quae antiquitatem magis redoleat, cujus eſt amantiſſimus *Salluſtius.* pro, *ſic factis excellens ac praeſtans.* Cicero cum praepoſitione & caſu ejus junxit hoc nomen. *Laelius*, inquit, *in laude bellica egregius.* &, *Vir in procuratione civitatis egregius.* Rivius. Auguſtanus *egregius* factus. *Putſchius.* Non auſus refragari antiquioribus membranis in quibus haec lectio, ideoque repudiavi illud tantopere *Rivio* placitum *egregius factis*, quod etiam in Pall. 5. nam inferiores magis adhuc degeneraruntur, praeferuntque *egregius factus.* Grut. Markii λ. B. Pub. *egregius factis.* γ. *egregius factus* primo, dein mutatum in, *factis.* Venetae *egregius factus* & ſic Mart. L 2. Arond. Reg. L 1, 3. nihil movent. *J. Waſſe.*

2 *Igitur ubi Marius, &c.*] In Com. ac Pall. pr. ſec. viſitur voce amplius, *igitur ubi Marius* cum *har, &c.* ſed neque erat initio in pr. *intendere videt*, margini adſitum eſt a manu neſcias ſec. an prima. Pall. vero 4. refert. *igitur Marius ubi aruſpicis dicta eodem quo cupido animi intendere videt.* aliquid latet mali Grut. Bodl. *tendere* male. B. Pub. *cupido animo* caeteri vulgatam ſervant. *J. Waſſe.*

3 *Quo cupido animi hortabatur, intendere videt.*] Sic manuſcripta, conſentientibus aliis vetuſtis. in recentioribus eſt ordo nonnihil mutatus. *Rivius.*

4 *Ab Metello Conſulatum.*] Illud *Conſulatum*, omiſſum eſt temere in Aldino codice, quaſi Marius ob alias cauſſas miſſionem petierit, ac Conſulatum diſſimularit. cum aperte poſtea Metellus ad hunc ipſum Marium dicat, *ſatis mature illum cum filio ſuo Conſulatum petiturum.* Glar.

nobilitatis malum. [1] Itaque primum commotus inſolita re, mirari ejus conſilium, & quaſi per amicitiam monere, [2] *ne tam prava inciperet, neu ſuper fortunam animum gereret: non omnia omnibus cupienda eſſe: debere illi res ſuas ſatis placere: poſtremo caveret id petere a populo Rom. quod illi jure negaretur.* Poſtquam haec, atque alia talia dixit, neque animus Marii flectitur, reſpondit, *ubi primum potuiſſet per negotia publica, facturum ſeſe, quae peteret.* Ac poſtea, ſaepius eadem poſtulanti, fertur dixiſſe, *ne feſtinaret abire: ſatis mature illum cum filio ſuo Conſulatum petiturum.* [3] Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, [4] annos natus circiter XX. [5] quae res Marium cum pro honore, quem affectabat, tum

1 *Itaque primum, &c.*] MSS. tres praeſtantiores Com. Naz. ac Pall. ſec. iterant illud *primum, mirari* primum *ejus*, &c. equidem ſemel poſitum ſufficit, & meo quidem judicio malim a loco priori transferri in alterum, quemadmodum aptatur Pall. 5. *Grut.* uti etiam e noſtris codici S. Martini, Regio, Pemb. ſed, retinent *itaque primum*; ſolus L 2. omittit. pro, *mirari*, B. Pub. *mutari*. J. Waſſe.

2 *Ne tam prava inciperet.*] Sic infra in Orat. Philippi: *Denique prava incoepta conſultoribus noxae eſſe.* Ciacconius.

3 *Is eo tempore in.*] Τὸ *in* manuſcripta non habent, neque impreſſa vetuſtiora. *Rivius.* 2. MSS. nam is. *C. Popma.*

4 *Annos natus circiter viginti.*] Plutarch. in Mario, hunc Metelli filium tunc admodum puerum fuiſſe tradit, his verbis, *ἦν δ᾽ ὁ παῖς τότε τοῦ Μετέλλου παντάπασι μειράκιον*, quare videtur legendum XV. Solebant enim adoleſcentes militiae uſum diſcendi gratia cum magiſtratibus contubernales in provincias proficiſci. Cicero pro Plancio: *Hic adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam, ſic ab ſanctiſſimo viro dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo & adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulavit.* Et filios aliquando ſuos contubernales Imperatores habebant. *Frontinus* in Strategematis: *P. Rutilius Coſ. cum ſecundum leges in contubernio ſuo filium poſſet habere, in legione militem fecit.* Verum cum *Salluſtius* dicat, *militabat*: & militaris aetas fuerit annorum XVII. nonnihil dubito. *Ciacconius.* noſtri omnes. XX. *J. Waſſe.* Aetas conſularis legibus Romanis erat annorum 43. ut docet Cicero *Phil.* 5.

5 *Quae res Marium pro honore, quem affectabat, contra.*] Codices in membrana deſcripti, *Quae res Marium cum pro honore quem affectabat, tum contra Metellum, &c.* pro, *Quae res Marium cum ad acrius contendendum pro adipiſcendo conſulatu quem appetebat, tum vero ira in Metellum incenderat atque inflammarat.* Ita vero legendum prorſus eſſe, aliis etiam conjecturis quibuſdam ducor. Nos hic nihil pronuntiamus, contenti diverſam lectionem oſtendiſſe. quamquam cum manuſcriptis facit exemplar Florentinum. *Rivius.* Haud aſſeverare auſim locum integrum. eſt in Comm. *quae res ubi Marium tum pro honore*, &c. at Pall. tert. *quae res Marium tum pro honore quem adfectabat contra Metellum*, &c. nec aliter octavus. nam textus *quae res Marium pro honore quem adfectabat tum contra Metellum.* Grut. Ball. *tum pro licentia redeundi quam ab eo impetrare nequibat contra M.* & ita Venet. 1470. *J. W.*

contra

Digitized by Google

contra Metellum vehementer accenderat. Ita cupidine, atque ira [1] peſſumis conſultoribus, graſſari: neque facto ullo, neque dicto abſtinere, quod modo ambitioſum foret: milites, quibus in hibernis praeerat, laxiore imperio, quam antea, habere: apud [2] negotiatores, quorum magna multitudo Uticae erat, [3] crimino ſe ſimul & magnifice de bello loqui: [4] *dimidia pars exercitus ſi ſibi permitteretur, paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum:* [5] *ab imperatore conſulto trahi, quod homo inanis, & regiae* [6] *ſuperbiae, imperio nimis gauderet.* Quae om-

1 *Peſſumis conſultoribus.*] Vide Catilin. Cap. 71. *Liv.* VII, 40. *Quin omiſſis ira & ſpe* fallacibus auctoribus, *nos ipſos noſtraque omnia cognitae permittimus fidei.* Q. Septimius I, 8. *Inter quae tam ſollicita, magna cura plurimi ex omni ordine lecti ad contrahenda ex finitimis regionibus auxilia, ab Alexandro aliiſque* peſſimis conſultoribus. mallem, *cum magna cura* uti etiam Cap. XXXVIII. quod *Salluſtianum* magis. vide Cap. LXIX. LXXI. & alibi. Locutio ex *Antiphonte* hauſta videtur. ſic enim ille Orat. XV. p. 123. Ἀλλὰ σκέπτεσθε γ' ὑμεῖς βουλεύεσθε, καὶ μὴ μετ' ὀργῆς καὶ διαβολῆς, ὡς τούτων οὐκ ἂν γένοιτο ἕτεροι πονηρότεροι σύμβουλοι. Illum Metelli filium in exilium actum a Cajo Mario narrat *Plutarchus* p. 430. infra, pro, *laxiore imperio.* L. 2. ſed ex Interprete, *latiore* atque ita Venetiis cuſi Annis 1470, 1478. Chirographi omnes heic, quod mirum, ſapiunt. *Q. Septimius* III, I. *At Trojani cum auxiliaribus* laxiore militia, *neque circa exercitum ſolliciti, ſocordius agitare.* ita enim legendum, ut fuſe probat Latiniſſimus *Perizonius. L. Valla.* V, 40. omittit *illo*; ſed Auctoris δεινότητα enervat. Pro *graſſari* Thucydides fere χωρεῖν utitur. Vide I, 69. *J. Waſſe.*

2 *Negotiatores.*] I. e. publicanos equeſtris ordinis, ut patet ex *Velleji* Lib. II. de Mario. qui perperam *commeatum* vocat quod noſter miſſionem. *J. Waſſe.*

3 *Crimino ſe ſimul & magnifice de bello loqui.*] Manuſcripta, *ac magnifice.* quod ut nihil aliud, certe ſonantius eſt. *Rivius.*

4 *Dimidia pars exercitus ſibi permitteretur.*] Non improbo vulgatam lectionem, licet magis placeat manuſcriptus liber, qui habet: *Dimidia pars exercitus ſi ſibi permitteretur.* nam particula, *ſi*, poteſt videri a librario omiſſa, propter ſequentem primam ſyllabam vocis, *ſibi.* Urſinus. Gothi. Codd. *ſibi ſi* Glar. & ſic. Ar. L. 2. & noſtri fere *ſi ſibi.* J. Waſſe.

5 *Ab imperatore conſulto trahi.*] Sic etiam MSS. noſtri omnes, abſque voce, *bellum*, inſerta ab impreſſoribus. *Grut.*

6 *Superbiae regiae*] De formula *Tacitus* An. XVI, 23. II, 70. Livius III, 19. XXXVIII, 42. XXXIX, 2. *Hegeſip.* II, 10. *Caeſar* B. Civil. III, 82. *Spes victoriae augetur adeo, ut quicquid intercederet temporis, id morari reditum in Italiam videretur; & ſi quando quid* Pompejus *tardius aut conſideratius faceret, unius eſſe negotium diei, ſed illum* delectari imperio, *& conſulares praetorioſque ſervorum habere numero.* Hoc uſus colore Hanno apud *Silium* XI, 588. *Aeratas juſſi texamus mille carinas, Atque omnis Libyae quatiatur bellua terris,* Ut longa imperia, *atque* armatus proroget annos *Annibal*, & regnum trahat *uſque in tempora fati.* Idem fere de Pompejo ante pugnam dixiſſe nobiles, auctor *Appian.* B. Civil. II, 769. ἐνοχλούμενος δὲ ὑπό τι τοῦ στρατοῦ παντὸς, ἐπηρμένους τοῖς περὶ τὸ Δυῤῥάχιον ἀμείνοσι· καὶ τῶν ἐπ' ἀξιώσεως, αὐτὸν ἐπιτηδευ-

nia illis eo firmiora videbantur, [1] quod diuturnitate belli res [2] familiaris corruperant: & animo cupienti nihil ſatis feſtinatur.

LXIX. Erat praeterea in exercitu noſtro Numida quidam, nomine Gauda, Maſtanabilis filius, Maſiniſſae nepos, quem [3] Micipſa teſtamento ſecundum heredem ſcripſerat, morbis confectus, & ob eam cauſſam [4] men-

ζόντων ἐς φιλαρχίαν, ὡς ἑκόντα βραδύνοντα, ἵνα ἀνδρῶν ὁμοτίμων τοσῶνδε ἄρχοι, καὶ ἐπὶ τῷδε αὐτὸν ΒΑΣΙΛΕΑ καὶ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΑ καλούντων, ὅτι κἀκεῖνος βασιλέων διὰ τὸν πόλεμον ἦρχεν. &, ΒΑΣΙΛΕΑ ΒΑΣΙΛΕΩΝ dictum ait *Plutarchus.* Idem de Lucullo milites apud *Dionem* XXXV. de ſe ultro profitebatur Hannibal. *Appian.* pag. 337. De imperioſis & impotentibus voces, *regie, regaliter* uſurpant Reipublicae cultores. *Ovidius* Met. 11, 397. *precibuſque minas regaliter addit.* Polybius p. 1390. Τοσοῦτο τὴν ἐξουσίαν ἐλάμβανε μείζω καὶ ΜΟΝΑΡΧΙΚΩΤΕΡΑΝ. *J. Waſſe.*

1 *Quia diuturnitate belli.*] Manuſcripta, *quod diuturnitate.* ſed eodem ſenſu. *Rivius.*

2 *Familiaris corruperant.*] Retinui lectionem vetuſte editorum, nec non MSS. omnium. *Carrio* invexit *corruperat*, quem non vitupero, ſed dico abire a libris chirographis. *Grut.* *Corruperant* noſtri, γ. λ. intra lineas ſervant tamen illud alterum. atque ita Ball. & Bodl. quod longe elegantius. *J. W.* infra: *Manaſtabilis.* libri quatuor notae pretioſioris *Maſtanabilis.* Grut. Vide quae ſupra notavimus. *nihil ſatis feſtinatur.* elegantiſſimus in hanc rem ſenſus apud *Senecam* de Brevit vitae XVI. Confer item *Claudian.* de Nupt. Hon. XIV. Rapt. 138. *Horat.* Ep. 1, 1. caeterum, haec verba citat *Luctatius* ad Statium p. 87. *J. Waſſe.*

3 *M. teſtamento.*] Reg. a manu prima, *cum teſtamento. haeredem ſecundum,* hoc eſt, *haeredi ſubſtituit.* Cajus II. Inſtit. Tit. 4. L 4. D. *de Sc. Siliano.* vide etiam L. VIII. C. de Inſtit. Boetii Comment. in Topica *Cic.* Ipſe *Cicero* Verrin. III. *Appellat Lucium Annium qui erat* inſtitutus ſecundum filium. Florus IV. *Brutum* in ſecundis haeredibus. *Appianus,* ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. ἔθος γὰρ Ῥωμαίοις παραγράφειν τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι. Et hoc eſt apud Iſſ. *ſecundo loco ſcribere haeredem.* apud quos Illae etiam Tabulae dicuntur, *ſecundae.* vide L. 19. §. *poſthumos* D. de aliment. &, *ima cera.* Sueton. in Caeſ. LXXXIII. *Reliquos* in ima cera. Horat. *tabulas a te removere memento Sic tamen ut limis rapias quid* prima ſecundo Cera *velis verſu, ſolus multiſne cohaeres Veloci percurre oculo.* In tertiis. ſic *Agathias* Anthol. II. p. 218. Ἐν τελευταίῃ μοίρῃ κάλλιπε κληρονόμον. *ima cera* pro ea tabulae parte quae vocatur Juſtiniano *inferior pars teſtamenti*, Cajo, pagina extrema, inde *primicerius haeres,* qui in prima cera. *J. Waſſe.*

4 *Mente paullulum immutata.*] In manuſcriptis duobus ceteriſque vetuſtioribus eſt, *imminuta,* pro, *deſipiens ipſe ac parum mente conſiſtens.* Haec eſt vera lectio, quam & ſenſus ipſe poſtulat. nam & poſtea de eodem, *Hominem,* inquit, *ob morbos animo parum valido.* id nimirum eſt, *parum mentis compotem.* vel, ut ante dixit, *mente paullulum imminuta.* Rivius. mentis inops exulque ſui. *J. Waſſe.* Forte, *Et ab ea mente paululum imminuta.* Supra. *Et ob ea fideliter acta diis immortalibus ſupplicia decernere.* Ubi etiam *fideliter acta* auribus meis ſordet. *Putſch.* *Ob ea mente paullum imminuta.*[Sic libri quatuor notae pretioſioris, reliqui *paullulum,* ut habetur in editis. mihi videntur illa, nimirum *& ob ea mente paullum imminuta,* valde heic ſuperflua, cum ſequatur infra, *hominem ob morbos animo*

te paul-

te paullum imminuta. Cui Metellus [1] petenti, more regum, [2] uti ſellam juxta poneret, item poſtea [3] cuſtodiae cauſſa turmam equitum Romanorum, utrumque negaverat: honorem, quod eorum modo foret, quos populus Rom. reges appellaviſſet: praeſidium, [4] quod contumelioſum in eos foret, ſi equites Romani, ſatellites Numidae traderentur. Hunc Marius anxium aggreditur, atque hortatur, [5] ut contumeliarum in imperatorem, cum ſuo auxilio poenas petat: hominem ob morbos animo parum valido ſecunda oratione extollit: *illum regem, ingentem virum, Maſiniſſae nepotem eſſe: ſi Jugurtha captus, aut occiſus foret, imperium Numidiae ſine mora habiturum*: *id adeo mature poſſe evenire*, [6] *ſi ipſe*

parum valido, quid enim attinebat bis idem dici. *Gruterus.*

1 *Petenti more, &c.*] Tranſpoſui interpunctionem. nam in aliis editionibus, *petenti more regum, ut ſellam, &c.* perperam. nec enim ſecutus eſt morem regum in eo, quod petierit ſellam juxta Metellum. non. ſed voluit etiam ſibi tribui, quod ſcierat datum Maſiniſſae, Micipſae, Jugurthae, aliiſque ſui, & peregrini ſanguinis regibus. *Gruterus.*

2 *Uti ſellam.*] Mart. & opinor Pemb. B. Pub. *ſellam ſuam*, male. *Hegeſippus* 11, 1. *Cum uſurpatione temeraria jamdudum intra Judaeam, inconſulto Caeſare regem exercuiſſet. Quid enim* ſella aurea, *allatumque diadema niſi regni forent inſignia?* ibi verba, *ne dum divitiarum*, &c. *ut impugnarent*. in Gualtheri codice, noſtriſque non comparent. Prorſus inducenda ſunt, ut quae ex Oratione Antipatri, 1, 44. irrepſerint in ſedes non ſuas. Vide *Joſephum* xx, 5. Ruffini Verſio: *Nam & Tiara recta ei permiſit uti, & in* aureo lecto *quo ſolis Parthorum regibus dormire conceſſit.* talis ſellae meminit *Demoſthenes* adv. Timocr. 478. Confer etiam *Marcilium* ad Suetonii Domit. XI. & *Auctores*, de honore Biſellii. *J. Waſſe.*

3 *Cuſtodiae cauſſa,*] Satis quidem fidenter ille, qui notat ad hunc locum: *ſolebat populus Romanus confederatis regibus turmam equitum praeſidii cauſſa adjungere:* ſed unde hoc ille eruerit, ſcire admodum aveam. ego enim id nego, ac pernego. *Grut.* Pro *cuſtodiae* Pemb. *certo die.* *J. Waſſe.*

4 *Quod contumelioſum in eos foret, ſi equites Rom.*] Vide ut *eos* dixerit, tamquam notos, nempe de quibus jam. itaque cum omittere potuiſſet, nihilominus repetiit, propter ſenſum indignitatis explicandum. *Glar.* L 2, 3. Venetae Ball. γ. λ. omittunt *in eos*. J. Waſſe.

5 *Ut Contumeliarum, &c.*] Voces *in Imp.* abeſſe poterant; ſatis intelliguntur, neque eodem etiam modo perſcribuntur in MSS. nam Com. ut & Pall 5. ſep. oct. non. *contumeliarum imperatori*. Pall. 3. *Contumeliarum imperatore*, quart: *contumeliarum ab imperatore*, ſext. *contumeliarum in imperatore*. Nazar. adſcriptum alias legi *imperatorum*. Grut. Reg. a 2. m. *contumeliarum imperatori*, & Arond. L3. Venetae *c. imperatoris*. & Ball. *J. W.*

6 *Si ipſe conſul, &c.*] Injurie omiſit, hoc eſt contra omnes MSS. & Edd. Carrionis editio caeteraeque voculam *id*, maluiſſem neglexiſſent voces duas adſitas *miſſus foret* quae honeſtius ſubintelligerentur. *Grut.* noſtri retinent *miſſus foret* & L 2. pro *bellum*, *proelium*. J. Waſſe.

Conſul

Digitized by Google

Conſul ad id bellum miſſus foret. [1] Itaque & illum, & equites Romanos, milites, & negotiatores, alios ipſe, pleroſque [2] ſpes pacis impellit, uti Romam ad ſuos neceſſarios aſpere in Metellum de bello ſcribant, Marium imperatorem poſcant. Sic illi a multis mortalibus honeſtiſſuma ſuffragatione Conſulatus petebatur. Simul ea tempeſtate plebes nobilitate fuſa [3] per legem Mamiliam, novos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.

LXX. Interim Jugurtha, poſtquam, omiſſa deditione, bellum incipit, cum magna cura parare omnia, feſtinare, cogere exercitum: civitates, quae ab ſe defecerant formidine, aut oſtentando praemia adfectare: communire ſuos locos: arma, tela, aliaque, quae ſpe pacis amiſerat, reficere, aut commercari: ſervitia Romanorum allicere, & eos ipſos, qui in praeſidiis erant, pecunia tentare: prorſus nihil intactum, neque quietum pati:

1 *Itaque & illum & equites, &c.* Nihil variant MSS. niſi quod excluſerit Commel. noſter illud *milites*, quae vox item abeſt Pall. ſeptimo, ſecundus immittit copulam *& milites.* 9. etiam aufert aliis dictionibus, habuitque initio, *itaque & illum equites Rom. multos miles & negotiatores*, ſed punctis ſubducta, ceu ſupervacua *multos miles.* ego putarem nihil defuturum ad ſenſum, ſi ejectis caeteris retineremus, *itaque & illum & milites & negotiatores alios ipſe. pleroſque pacis ſpes, &c.* Gruterus.

2 *Pacis ſpes.*] Bertin. & Thoſanus. *ſpe pacis.* unde Palmer. *alios ipſe ſe. pleroſque ſpe pacis.* hoc eſt, *alios favore ſui, ſua gratia.* noſtri, *ſpes.* J. Waſſe.

3 *Per legem Mamiliam, &c.*] Sic & codex manuſcriptus, & ille Pariſiis a Badio excuſus. Verum exemplar Gymnici habet in margine *Manliam*, quomodo & Venetum, Argentoratenſe, & alia pleraque. Sed & illud ibidem Gymnicus, hac lege cautum fuiſſe, uti re male geſta ab nobilitate, mandarentur novis hominibus magiſtratus. Atqui hanc ipſam legem *Franc. Philelphus* latam a Mamilio tribuno pl. *Pomponius* vero *Laetus* a Manilio dicit: niſi ſint mendoſi codices. In re quidem ambo conſentiunt, nempe latam fuiſſe: ut quoniam res a nobilibus male geſtae forent, etiam ii jam ad magiſtratus admitterentur, quorum majores in rep. magiſtratum non geſſiſſent: cujuſmodi homines *novi* appellentur. Haec uterque totidem fere verbis. Caeterum in nomine diſſentiunt. nam Mamilius a Philelpho qui legem tulerit, Manilius a Pomponio dicitur. Ego pleriſque conjecturis adducor, uti ſuſpicer hunc eundem ferme eſſe, de quo & ſuperius eſt a Salluſtio mentio facta. Quo loco ſatis multa diximus. Niſi quis trib. pl. L. Manlium Mantinum intelligere malit. de quo ſic infra Salluſtius: *Itaque* (inquit) *perculſa nobilitate. poſt multas tempeſtates novo homini conſulatus mandatur. & poſtea populus a tribuno plebis L. Manlio Mantino rogatus, quem vellet cum Jugurtha bellum gerere, frequens Marium juſſit.* Riv. Vide ſupra cap. 40. Ita libri incorruptiores. nam alii vel *Mamilliam*, vel *Mamillam.* Grut.

Digitized by Google

cuncta agitare. [1] Igitur Vaccenſes, quo Metellus initio, Jugurtha pacificante, praeſidium impoſuerat, fatigati regis ſuppliciis, neque antea voluntate alienati, principes civitatis inter ſe conjurant: nam vulgus, uti plerumque ſolet, & maxume Numidarum, ingenio mobili, [2] ſeditioſum, atque diſcordioſum erat, cupidum novarum rerum, quieti & otio advorſum: [3] dein, compoſitis inter ſe rebus, in diem tertium [4] conſtituunt, quod is feſtus celebratuſque per omnem Africam, ludum, & laſciviam magis, quam formidinem, oſtentabat. Sed, ubi tempus fuit, centuriones, tribunoſque militaris, & ipſum

1 *Igitur Vaccenſes.*] Naz. *Vagenſes.* Com. *Vacenſes* non repetita litera tertia, quam tamen ambo repraeſentant uti nunc vulgatur capite ſequenti. *Grut.* Plutarchus & Ptolom. *Vagenſes.* & *Vaga.* J. W. *Princip. c. i. ſ. conjurant.*] Forſan *conjurare* nam eſt in Bong. *conjuravere* in Pall. 7. *conſpirarunt.* Gruterus.

2 *Seditioſum ac diſcordioſum, &c.*] Ferre poſſum deleri *erat*, utique cum non conſpiciatur in Bong. *Grut.* nec Bodl. *J. W.* *Diſcordioſum*, rarum apud auctores vocabulum, ſed bona analogia dictum, ut quidam putant. Ego ſuſpectum habeo, niſi ſit a vetere aliquo. *Glareanus.* Quidni a vetere? Plautus *ingenio* diſcordabili. *diſcordialis* apud *Plin.* in Nat. Hiſt. *diſcordis* apud *Pomponium* in Satyra. &, *diſcorditas* apud *Pacuvium* Hermiona. ſed & *Sidonius* Lib. IX. Ep. III. *Statuta regnorum denuo, per conditiones* diſcordioſas *ancipitia redduntur.* & VI, 2. Ep. *Unde & ſuſpicor vobis unam pronunciandam domum* diſcordioſam. *Cyprianus* de Unit. Eccleſ. p. 113. *oſtendit magis eſſe ſe cum duobus aut tribus unanimiter orantibus, quam cum diſſidentibus plurimis; pluſque impetrari poſſe paucorum concordi prece, quam* diſcordioſa *oratione multorum.* Idem in Epiſt. p. 87. diſcordioſus *Stylus.* infra, *quieti advorſum.* Hegeſippus III, 26. *multitudinem* paci adverſam. ibi C. C. C. *itinere omni.* recte. γ. λ. omittunt, *atque diſcord. J. Waſſe.*

3 *Deinde compoſitis.*] Manuſcriptum *Dein.* Rivius. *quieti* Reg. 2. *J. W.*

4 *Conſtituunt.*] Abſolute. ſic *Catilin.* XLIV. conſtituerat *ut de actionibus Ciceronis quaereretur.* Juven. III, 12. *Hic ubi nocturnae Numa* conſtituebat *amicae, Nunc ſacri fontis nemus & delubra locantur. Judaeis: quorum cophinus, foenumque ſupellex.* Ad quem locum Schol. ineditus. *Judaei ſabbatha colunt, in quibus nihil licet facere, unde in paraſceve cibos ſuos decoquunt, reponunt in cophinis foeno involuto.* Sed ut revertar: inſulſe prorſus D'*Orleans* pro, *conſtituebat* legit, *conſtertebat.* Idem VI, 486. *Nam ſi* conſtituit, *ſolitoque decentius optat Ornari. & properat, jamque expectatur in hortis, Aut apud Iſiacae potius ſacraria lenae* Diſponet crinem. Noſtrates. *If ſhe makes an Aſſignation.* Propert. IV, 8, 33. *Cic.* pro Cael. conſtitutum factum *eſſe cum ſervis* 1. de Orat. §. 139. Terent. Hecyr. Conſtitui. cum *quodam hoſpite Me eſſe illum conventuram.* i. e. *promiſi.* Eunuch. *Dati annuli, locus, tempus* conſtitutum *eſt.* vide *Turneb.* X, 27. & *Lipſium* in Quaeſt. Epiſt. *Cic.* pro Caecin. *Placuit Caecinae de amicorum ſententia* conſtituere, *quo die in rem praeſentem veniretur.* Verrin. Conſtitui cum hominibus *quo die Meſſanae mibi praeſto eſſent.* ſic *conſtituere alicui* ἐπαγγέλλειν pro, *c. horam, diem, tempus.* ea forma qua dicimus, *honores alicui conſtituere.* Nepos XVIII, 9. ſic para-

prae-

Digitized by Google

praefectum oppidi [1] T. Turpilium Silanum, alius alium domos ſuas invitant: [2] eos omnis, praeter Turpilium, inter epulas obtruncant: [3] poſtea milites palantis, inermis, [4] quippe in tali die, ac ſine imperio aggrediuntur. [5] Idem plebes facit, [6] pars edocti ab nobilitate, alii ſtudio talium rerum incitati, quis acta, conſiliumque ignorantibus tumultus ipſe, & res novae ſatis placebant.

LXXI. [7] Romani milites, improviſo metu, incerti ignarique, quid potiſſumum facerent, [8] trepidare ad arcem oppidi, ubi ſigna, & ſcuta erant: praeſidium hoſtium,

tus, qua conſtituerat, proficiſcitur. pro *decernere* abſol. idem XVIII, 12. *Cicero* & Accuſ. & Dat. addit Verrin. II, 15. ad Attic. XII, 2. *J. Waſſe.*

1 *T. Turpilium Sillanum.*] In vetuſtis, *Sullanum*: antiquo illo ſcribendi more. *Rivius.* Ita & Pall. noſtri. niſi quod Naz. videatur prius habuiſſe *Sulanum*: aut *Sillanum*; quomodo item alii aliquot. *Grut.*

2 *Eos omnes.*] Legendum, *eos omneis*, Rivius.

3 *Poſtea milites palanteis, inermes, quippe in tali die.*] Manuſcripta duo, *inermeis*. nam mutari non nunquam in hoc nomine inflexionem, haud fere quiſquam ignorat. Utitur autem hac declinatione *Tacitus* ſaepe velut. 1. *Qui ſemiſomnos, inermos, aut palanteis ceciderant.* pro, *inermes.* &, *Quem ignarum inermumque quamvis firmatus animo centurio aegre confecit.* Idem. *inermes* noſtri. J. W.

4 *Quippe in tali die. & ſine.*] In vetuſtis, *ac ſine imperio.* tametſi hoc quidem ſane quam leve, & nullius fere momenti, niſi quod melius ſonat. *Idem.* Non male Bong. *quippe tali die* neglecta praepoſitione, Pall. quoque quint. *die ſine imperio*, omiſſa copula. *Grut.* Noſtri ſervant *in.* J. Waſſe.

5 *Idem plebs facit.*] Manuſcriptum, *plebes.* Rivius.

6 *Pars edocti a nobilitate.*] Ibidem, *ab nobilitate.* Idem.

7 *Romani milites perculſi improviſo.* Tò *perculſi* non eſt in ullo MS. nec in impreſſis vetuſtioribus, ſed nec ſenſus magnopere requirit. *Idem.*

8 *Trepidare arcem oppidi.*] Hic locus varie legitur, & ni fallor etiam, corrupte. ex Aldini codicis lectione nullus ſenſus eſt. Gothi codex ita habebat: *Trepidare arcem oppidi, ubi ſigna & ſcuta erant* (hic quidam adſcripſerat, *petere*) *praeſidium hoſtium, portae antea clauſae fugam prohibebant.* Ego in alio quodam codice hanc reperi lectionem: *trepidare: ad arcem oppidi, ubi ſigna & ſcuta erant, praeſidium hoſtium, & portae ante clauſae fugam prohibebant.* hoc ſenſu, *Milites Romanos trepidabant, quia hoſtium praeſidium prohibebat fugam ad arcem, ſed portae clauſae omnem fugam prohibebant*: ut zeugma a fine cum ſyllepſi numerorum. *Glar.* Adſenſus ſum potiſſimae parti membranarum, nec non Edd. vetuſtis, nam aliae, *trepidare ad arcem*, aliae *trepidare apud arcem*, noviſſima vero *ignarique quid potiſſimum facerent. trepidare arcem oppidi. &c.* omnes inepte, ut pluribus demonſtratur in Suſpicionum libellis. *Grut.* Adde *Graevium* ad *Lactant.* de M. Perſec. Cap. X. p. 90. *Gronovium* patrem ad *Liv.* XXVII, 1. Codex Pemb. ſic diſtinguit, *trepidare. Arcem oppidi ubi ſigna & ſcuta erant praeſidium hoſtium. Portae ante clauſae fugam prohibebant*, Markii γ. & *Carrio.* Reg. L 3. Mart. Bodl. omittunt *ad*. Bertin. & Siget erg. agnoſcunt. v. *Palmerium.* & *Servium* p. 399. *Virg.* trepidantia *bello Corda.* Grut. IV,

Digitized by Google

ſtium, [1] portae ante clauſae fugam prohibebant: ad hoc mulieres [2] puerique pro tectis aedificiorum ſaxa, & alia, quae locus praebebat, certatim mittere. Ita neque caveri anceps malum, neque a fortiſſumis infirmiſſumo generi [3] reſiſti poſſe: juxta boni, malique, ſtrenui, & imbelles [4] inulti obtruncati. [5] In ea tanta aſperitate, ſaeviſſumis Numidis, & oppido undique clauſo, Turpilius praefectus unus ex omnibus Italicis profugit intactus: id miſericordia ne hoſpitis, an pactione, an caſu ita evenerit, parum comperimus; [6] niſi, quia illi in tanto malo, turpis vita integra fama potior fuit, [7] improbus [8] in-

69. & Aen. IX, 114. confer denique Cl. Salmaſium. *J. Waſſe.*

1 *Et portae ante clauſae.*] Illa *&* copula non eſt in manuſcriptis, ac rectius abeſt. *Rivius.*

2 *Puerique pro tectis.*] Non ſunt cogenda in unam dictionem illa *pro tectis.* ignorat rationem aedificiorum omnem uſumque praepoſitionis *pro*, qui id mutat. *Grut.*

3 *Reſiſti poſſe.*] Poſſet excludi ultima vox, ſalva ſententia. *Idem.*

4 *Inulti obtruncari.*] Ita melius omnino Nazar. noſter quam alii, *multi obtruncari*, aut *obtruncati* L 3. *imbecilles obtruncari.* Idem. *Obtruncati ſunt* L. 2. inepte, & Venetae *inulti* Reg. Mart. *J. Waſſe.*

5 *In ea tanta aſperitate, tamque ſaeviſſumis Numidis.*] Ita legendum ex vetuſtis libris, qui hac in parte ſinceri, incorruptique ſunt, vulgatis omnibus mendoſis, in quibus particula *tamque* omiſſa eſt. confirmat hanc correctionem meam, eodem in libro Salluſtius: *tanto tamque utili labori meo, nomen inertiae imponant.* Et in Catilinario: *In tanta itaque, tamque corrupta civitate.* Popma.

6 *Niſi quod illi in tanto malo turpis vita, &c.*] Codex in pergamenis deſcriptus habet, *niſi quia illi in tanto malo, &c. improbus inteſtabiliſque videtur.* τὸ *niſi*, hic eodem modo accipitur, quo apud *Terentium* in Andria, *Neſcio*, inquit, niſi deos *mihi iratos fuiſſe ſatis ſcio, qui illi auſcultaverim.* Sed & *Cicero* aliquoties in hunc ipſum modum, velut in Epiſtolis, *De re nihil poſſum judicare*: niſi *illud mihi perſuadeo, te talem virum nihil temere feciſſe.* pro, *niſi quod mihi perſuadeo.* vel. *niſi quatenus*, *&c.* Idem pro Sex. Reſcio: *Quid erat quod Capitoni primum nuntiaris, neſcio:* niſi hoc *video Capitonem in his bonis eſſe ſocium.* Sunt qui *niſi* pro *ſed* poſitum, ſeu pro *verumtamen*, in his atque ſimilibus locis putent, in quibus eſt *Linacer.* id quod ne mihi quidem diſplicet, ac in exemplis ſupra poſitis probe quadrat. *Rivius.*

7 *Improbus.*] Turpilium Praefectum fabrum eundemque hoſpitem ſuum condemnaſſe Metellum ait *Plutarchus* inſtinctu C. *Marii*, qui eum in judicio acriter oppugnaverat. idem etiam, innocentem praedicat. μεθ' ὀλίγον δὲ τῆς αἰτίας ψευδοῦς φανείσης. in Mario pag. 409. *J. W.*

8 *Inteſtabilis.*] Tacitus Annal. XV. *Incuſat ultro inteſtabilem & conſceleratum.* Ciacc. *Inteſtabilis* utique hic idem ſignificat, quod in illo ex XII. Tabulis: *Improbus*, inteſtabiliſque *eſto.* Gellius eodem modo utitur libro ſeptimo, capite decimo octavo: *Qui ad Hannibalem non rediſſent, uſque adeo* inteſtabiles *inviſoſque fuiſſe, ut taedium vitae ceperint, necemque ſibi conſciverint.* Proprie vero *inteſtabilis* is eſt, qui nec teſtimonium dicere, nec aut teſtamentum facere, aut e teſtamento conſequi aliquid poteſt. Inde metaphorice pro tetro deteſtabilique, &

Digitized by Google

teſtabiliſque videtur. [1] Metellus, poſtquam de rebus Vaccae actis comperit, paulliſper moeſtus e [2] conſpectu abit: deinde, [3] ubi ira, & aegritudo permiſta ſunt, cum maxuma cura ultum ire injurias feſtinat. Legionem, cum qua hiemabat, & quam plurimos poteſt Numidas equites [4] pariter cum occaſu ſolis expeditos educit: & poſtera die circiter horam tertiam pervenit in quamdam planitiem, locis paullo ſuperioribus [5] circumventam. Ibi milites feſſos itineris magnitudine, & jam [6] abnuentis

execrando ponitur. *Plin.* xxx. de magica loquens: *Proinde ita perſuaſum ſit eam* inteſtabilem, *irritam, inanem eſſe.* Horatius: *Inteſtabilis & ſacer eſto.* Rivius. Gloſſae, *μὴ παραδεκτέος εἰς μαρτυρίαν.*

1 *Metellus ubi poſtquam de rebus Vaccae actis comperit.*] In MSS. ceteriſque vetuſtioribus non eſt *ubi*; ſed tantum *poſtquam.* Quod ſi priorem lectionem recipis, abundat forſan altera harum particularum, ut in illo, *poſt deinde*, apud *Terentium* in Andria: *una ſimul*, in Heautontimorumeno: *miſere nimis*, in Adelphis: in Phormione, *fere plerumque.* Quid ſi ex gloſſa irrepſit *τὸ poſtquam*, quod aliquis forſan ſupraſcripſerit, explicare volens quid ſignificaret *ubi*; nam iſtis gloſſis mendoſiores ſunt antiqui codices facti. *Idem.* Aldini C. *ubi poſtquam.* J. Waſſe.

2 *Conſpectu abiit.*] Codex Fabricianus, *abit*, tempore praeſenti. *Rivius.*

3 *Ubi ira & aegr. &c.*] Dictio noviſſima *ſunt*, eſt ab oſcitantia librarii. *Grut.* noſtri habent. *J. Waſſe.*

4 *Pariter.*] Sic Noſter alibi. i.e. *eodem tempore. ſimul una cum.* Dares Cap. 2. *Legatos mittunt ut tota Graecia conveniat, cum claſſibus & exercitibus ornati* pariter *ad Athenienſium portum, unde* pariter *ad Trojam proficiſcantur.* At quis feret vel in ferreae aetatis ſcriptore inſulſiſſimam repetitionem? Lege ergo cum codice Sidneienſi, *exercitibus ornati paratique. unde pariter ad Trojam prof.* ſic Noſter ſupra. *Cic.* de Orat. *Ut ille qui haec non vidit, & vixiſſe cum Republ.* pariter *& cum illa ſimul extinctus eſſe videatur.* J. Waſſe.

5 *Circumventum.*] Expreſſit illa Polybiana, *ἐν ἐπὶ πεδίῳ πανταχόθεν ὄρεσι περιεχομένῳ.* p. 108. Lib. 1. vide etiam *Plutarch.* Lucul. p. 507. Virg. *Cocytuſque ſinu labens* circumvenit *atro.* ſic enim Pieriani & e noſtris Pemb. Jeſ. ſed Joannenſis aliique peſſime *circumfluit.* quod ab interprete natum amplectitur *C. Ruaeus.* At tu vatum interpres Heinſi, alia mones, etiam mortuus. nec totus occidis. Αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ᾗσιν ὁ πάντων Ἁρπακτὴρ Ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ. Noſter. *cuncta* moenia *exercitu* circumvenit. *Hegeſip.* III, 26. *arenoſo undique litore* circumvenitur. MSS. pro *ſi quis*, habent *ſi qui* eleganter. *Curtius* II, 6. *Ambitus Babyloniae* CCCLXXX. *ſtadiis* circumvenitur VI, 1. *Operum magnitudinem* circumveniunt *cavernae ingentes.* Tacitus in re ſimili maluit *circumjecta* v. V. Verrio. §. 55. II, 2. atque ita *Quintilianus* Declam. XIII. p. 183. *Ex omni parte* circumjectus *divitis ager, vix tenuem ad greſſus meos ſemitam dabat.* Qui ejus loco reponet *circumventus*, id faciet auctoritate membranarum Joannenſium. alterum tamen retinet *Mamertinus* Paneg. XIII. Hoc ſignificatu *circumſepti* apud *Ammianum* XXXIII, 6. *J. Waſſe.*

6 *Abnuentes omnia.*] *Abnuentis* Noſter Nazar. *Grut.* Xenophon. Paed. II. *ὡς μηδὲν* ΑΝΑΙ'ΝΟΝΤΟ *ἔργον, ἀλλὰ πάντα νομίζοιεν πρέπειν αὐτοῖς περαίνειν ὅσα ἂν ὁ ἄρχων προστάττῃ.* Cum itaque ſignificare

omnia,

omnia, docet oppidum Vaccam non amplius mille paſſuum abeſſe: decere illos reliquum laborem aequo animo pati, dum pro civibus ſuis, viris fortiſſumis, atque miſerrumis, poenas caperent. Praeterea praedam benigne oſtentat. Sic animis eorum [1] arrectis, [2] equites in primo latere, [3] pedites quam arctiſſume ire, & ſigna occultare jubet.

voluerit auctor milites ad ſummam contumaciam evaſiſſe, dixit eos *omnia abnuere*, ut infra Fr. III. *pollicitus omnia.* quomodo locutus eſt *Livius*. vox *abnuere* in rebus hoſtilibus frequens. Q. *Septimius* III, 13. Abnuentibus *jam* barbaris, *ac jam ulla difficultate verſis*. Non aſſentior Ampl. & doctiſſimo *Perizonio*, qui *abeuntibus* legit. nam Auctor procul dubio locum hunc *Salluſtii* reſpexit. abſolute uſus eſt etiam V, 3. *Cuncti ſimul gemitum edunt*, &c. abnuere *tot adverſis rebus Primorum*. Confer IV, 15. Idque facit *Livius* XXVII, 49. *Ille pugnantes hortando, pariterque obeundo pericula ſuſtinuit: ille feſſos abnuentesque, taedio & labore, nunc precando, nunc caſtigando accendit*. Idem alibi caſum addit III, 38. & *Tacitus*. XIV. 37. & XXI. Ennius. *Certare* abnueo *metuo legionibus laborem*. contra. Adnuvit *ſeſe mecum decernere ferro*. v. *Claudian*. II. Ruffin. 72. Hoc modo utuntur *negare*, *reſpuere* & ſimilibus. *Statius* Theb. II, 669. *Aſt tamen* illi Membra negant, *laſſuſque feras praecordia ſanguis*. ſanguis autem pro *viribus* ut ſupra vſ. 561. idque vere & philoſophice, itemque apud *Plautum* Bacchid. I, III, 45. Stephanus, Lambinus, Operarius, non capiunt. *Statius* iterum ſed abſolute Theb. VI, 553. *nec inutile bellis Subſidium ſi dextra* neget. ibi B. Puteanus *ſupinas*, at caeteri uti & *Virg. ſupinas*, recte. Eleganter apud eundem Sylv. III, 1. *ſaxa* negantia ferro. hoc eſt, non cedentia. quae apetire & diducere nequit ferri rigor. *J. W.*

1 *Arrectis.*] Ita plane MSS. & perplacet, haud ita tamen ut ideo aliis locis ubi eadem exemplaria praeferunt *erectis*, alterum iſtud ſtatim ſubſtitui debeat. *Grut.* *Erectis* Ball. infra, *Vaccenſes*, &c.] MSS. incorruptiores *animum advortere*, a manu quidem primore *Grut.* diviſum e noſtris, γ. & Pemb. ſic etiam *Caeſar* B. G. V, 18. vide *Graevium* ad *Cic.* Offic. I, 19. *Animo advertere*. Sidonius Lib. Epiſt. IV. ſed & V, 10. *Te amat, in quo ſolo, vel maxime* animum advertit. Wowerius, *omnium advertit* & ſic in forma ſimili apud *Symmachum* I, 23. Juretus. ſed MSS. & Vulg. *Sidonii* retinent *animum ad.* eaque lectio ex aliis ejuſdem locis defendi & poteſt & debet. confer VIII, 7. *Ennius*; *ſi voles* animum advertere *comiter monſtrabitur*. ſic etiam *Plautus*, aliique innumeri. idem valet apud *Thucyd.* προσέχειν τὴν γνώμην. *J. W.* *Primo uti res, &c.*] Poterat tolli *res* & *eſſe*. tanto quidem magis quod appareat in Naz. ac Comm. *uti erat res*. Grut. infra: *Numidas equites, &c.*] Juſtinus aliquis contentus fuiſſet dicere: & Numidas equites. videntur nam primos inceſſiſſe, plus ſatis conſtat e ſupra dictis. *Idem.*

2 *Equites in primo latere.*] *Latere* gloſſam recipit & additamentum librarii, niſi forte ſyllaba una tantum ab ipſo eſt, fuitque *lato*; uti viſum Palmerio. *Grut.* Non eſt additamentum ut ſuſpicatur Gruterus, ſed corruptum ex *late*, ut Palmerio & Colero viſum, qui tamen perperam faciunt adverbium *imprimo*. Vide Gronovium ad *Livium* Lib. X. Cap. 14. p. 856.

3 *Pedites quam arctiſſime pergere.*] MS. *quam arctiſſime ire*. quomodo eſt in ceteris item vetuſtioribus. Incuria quadam typographi hoc mendum irrepſit, propterea in proximo verſu *pergere* ſequitur. *Rivius.*

LXXII. [1] Vaccenſes ubi animadvertere ad ſe vorſum exercitum pergere; primo, uti res erat, Metellum eſſe rati, portas clauſere: deinde, ubi neque agros vaſtari, & eos, qui primi aderant, Numidas equites vident; rurſum Jugurtham arbitrati, cum magno gaudio [2] obvii procedunt. Equites peditesque, repente ſigno dato, alii vulgum effuſum oppido caedere; alii ad portas feſtinare: pars turres capere: ira, atque [3] ſpes praedae amplius, quam laſſitudo, poſſe. Ita Vaccenſes biduum modo ex [4] perfidia laetati: [5] civitas magna, & opulens, poenae cuncta aut praedae fuit. Turpilius, quem praefectum oppidi unum ex omnibus profugiſſe, [6] ſupra oſtendimus, juſſus a Metello cauſſam dicere; poſtquam ſeſe parum expurgat, condemnatus, verberatuſque capite poenas ſolvit: [7] nam is civis ex Latio erat.

1 *Vaccenſes ubi animadvertere ad ſe verſum.*] Manuſcripta duo, *ad ſe verſum.* quod, ut antiquario, magis convenit. nec ſecus exemplar Baſilienſe. *Idem.* MSS. incorruptiores, *animum advertere.* Grut. Approbat ad *Livium* Lib. xxIv. Cap. 48. *Gronovius.*

2 *Obviam.*] *Obvii* L 2, 3. Arond. γ. λ. Pemb. at Venetae. Mart. Bodl. Reg. L 1. *obviam.* vide ſupra. *J. Waſſe.*

3 *Spes praedae.*] *P. ſpes* Pemb. *Hegeſip.* 1, 45. *Nec diutius ferre potuit reſponſionis conſtantiam, ſed* indignatione ſuper aegritudinem facta, *ut infirmitatem vinceret, in conventum populi proceſſit.* MS. *fractus.* ſed contra auctoris mentem. *J. W.*

4 *Perfidia laetati.*] Sic fere *Caeſar* B. G. v, 52. *Virtute eorum expiato incommodo; neque hoſtibus* diutina laetatio, *neque ipſis longior dolor relinquatur.* Hegeſip. 1, 12. *Nec* longum laetatus, *ubi tranſmiſit Euphratem exercitum amiſit, & ipſe extinctus eſt. eo ſucceſſu Parthi laetiores.* MS. *elatiores* Quod praefero, ut magis conveniens tam Gentis moribus, quam proelio quo Imp. Romanum cum exercitu deleverant. *J. Waſſe.*

5 *Civitas magna atque opulenta.*] Manuſcripta, *civitas magna atque opulens.* quae vox frequens veteribus erat. Utitur ea *Politianus* in Commodo Herodiani, *Sollicitum ſe ajebat eſſe, ne quis opulens ex nobilitate domum occuparet principis.* nec aliter eſt in Beroaldino. *Rivius.*

6 *Supra oſtendimus.*] Reg. *docuimus.* γ. *meminimus.* Ar. Reg. L 3. *cuncta poenae aut p. f.* in Bodl. deleri jubetur *cuncta.* J. Waſſe.

7 *Nam is civis ex Latio erat.*] Mallem abeſſet *nam.* Nec enim arbitror ideo ſeverius punitum, quod Latinus; ut placet viris clariſſimis. Quippe Porciae Valeriaeque leges non valebant in caſtris. imo contra, ibidem gravius animadverſum in Romanos quam ſocios, aut auxiliarios, pluribus oſtendi in libellis Suſpicionum. *Grut.* Ald. codex *Collatia* habet, quae lectio verior videtur. Erat igitur Collatinus civis, non Romanus; alioqui lex Porcia vetuiſſet eum mori. *Glar.* *Ex Latio* Venet. *collatia.* Mart. Arond. *e collatio* L 2, 3. Pemb. *ex collectione* λ. *ex Latio,* ſed ſupra, *col. no. op.* hoc eſt, nomen oppidi. γ. *ex collatio* Gloſſae codicis regii, *Collatium eſt oppidum ultra Romam, unde Romae quaedam porta*

LXXIII.

LXXIII. Per idem tempus Bomilcar, cujus impulſu Jugurtha deditionem, quam metu deſeruit, inceperat, [1] ſuſpectus regi, [2] & ipſe eum ſuſpiciens, novas res cupere: [3] ad perniciem ejus dolum quaerere: diu noctuque fatigare animum: denique, omnia tentando, ſocium ſibi adjungit Nabdalſam, [4] hominem nobilem, magnis opibus clarum, acceptumque popularibus ſuis: [5] qui plerumque ſeorſum ab rege exercitum ductare, & omnis res exſequi ſolitus erat, quae Jugurthae feſſo, aut majoribus adſtricto [6] ſuperaverant: ex quo illi gloria, opeſ-

vocatur Collatina. Unde patet interpretamenta haecce deſumta eſſe ab alio libro. nam hic codex voces *ex collatie* nec in textu neque in margine exhibet. Bodl. *ex conlatio.* J. W. *At hic Turpilius erat praefectus fabrum, poſt oppidi, non miles in exercitu, ſed quia Latinus, capite punitus ob crimen proditionis.* A. Popma. Vide omnino *Lipſium* Lib. v. Dialog. 18. *de Militia Romana.* J. Waſſe.

1 *Suſpectus.*] Huc reſpexit *Apulejus* Apol. 11. p. 377. *Non minus* ſuſpectans *novum domum, quam ipſa jam ob unum divortium* ſuſpectanda. apud quem invenitur *ſuſpectus* pro *ſuſpiciens, ſuſpicax*, ut *flens* & *conſpectus* apud *Virgilium* pro *fleta*, conſpicua. Fallitur *Badius*, qui exponit, *clam ejus conatus inſpiciens.* J. Waſſe.

2 *Et ipſe eum ſuſpiciens.*] Hic locus a *Nonio* citatur in, *ſuſpicere*; & apud eum vox *ipſe* non legitur; nec neceſſaria eſt. Porro *Tacitus* ſaepe, *ſuſpectans* dixit, quod Salluſtius *ſuſpiciens.* Ciacc.

3 *Ad perniciem ejus dolum quaerere.*] Nonius ibidem, *& perniciem ejus dolo quaerere*, quod placet. *Ciacc.*

4 *Hominem nobilem, magnis operibus clarum.*] In manuſcriptis omnibus eſt, *opibus.* Rivius. MSS. aliquot *magis opibus*, tanquam clarior acceptiorque popularibus propter opes quam nobilitatem, meliores tamen MSS. praeferunt lectionem alteram. *Grut. Acceptumque* L 2. abeſt *que.* ſic diſtinguit γ. nobilem, *magnis opibus. clarum acceptumque.* λ. nobilem magnis opibus, Pemb. *m. opibus: clarum. acceptumque p.* forte legendum, *nobilem, magnis opibus, carum acceptumque.* Noſter ſemper conjungit *carum acceptumque.* vide Jug. 12. 116. &, *clarum acceptumque* vix una ſede morantur. eumque ſequitur *Capitolin.* in Gord. Jun. Cap. 18. 11, 6. *qui regi per obſequelam orationis & maxume odium Sullae* graves carique. Libri, *Scaurique*, conjiciunt *grati.* male. Accius Nyctagreſia: *Id quod facis* gratum *& grave eſt.* At male omnino apud *Curtium* in Codice Petrenſi pro *claritatis, caritatis.* vi, 2. *Omni vetuſtae* claritatis, *honore ſervato.* fuit enim Darii frater, ideoque receptus in cohortem amicorum Alexandri. *J. Waſſe.*

5 *Qui plerumque ſeorſum.*] Haec verborum collocatio ſerieſque eſt in manuſcriptis & impreſſis vetuſtioribus. *Rivius.*

6 *Superaverant.*] In vetuſtis quibuſdam, *ſuperverant.* ſed perperam. Irrepſit autem ex gloſſa. Nam & A. *Gellius* priorem lectionem 1. Lib. citat. Eſt autem *ſuperare* hoc loco, reliquum eſſe & reſtare. ut ſit ſenſus: Nabdalſam ea exequi ſolitum, quibus ipſe Jugurtha propter occupationes vacare non poſſet. In hoc ſignificatu *Cicero* identidem utitur. *Idem.* Hyginus Fab. x. *Chloris Niobes & Amphionis filia, quae ex ſeptem* ſuperaverat. linea praecedente pro, *expugnare* mallem, *cum templum Apollinis* expilare *vellet.* *ſuperabundaverant* Gloſſa λ. *Noſter* Cat. *Illis divitias* ſuperare

que

que inventae. Igitur utriuſque conſilio dies inſidiis ſtatuitur: cetera, uti res poſceret, [1] ex tempore parari placuit. [2] Nabdalſa ad exercitum profectus; quem inter hiberna Romanorum juſſus habebat, ne ager inultis hoſtibus vaſtaretur. [3] Is poſtquam, magnitudine facinoris [4] perculſus, ad tempus non venit; metuſque rem impediebat; [5] Bomilcar ſimul cupidinibus incepta patrandi, & timore ſocii anxius, ne, omiſſo vetere conſilio, novum quaereret; litteras ad eum per homines fidelis mittit: in queis mollitiem, ſocordiamque viri accuſare; teſtari Deos, per quos juraviſſet; monere, [6] *ne praemia Metelli in peſtem converteret;* [7] *Jugurthae*

quae profunderent, &c. pro, *ſupereſſe* eleganter. ſic *Liv.* III, 16. *Vixque concordia ſiſti videbatur poſſe; tantum* ſuperantibus *aliis ac emergentibus malis.* &, 17. *Comitia interim in foro ſunt: ſenatus in curia eſt, velut quum otium* ſuperat. *Plautus* Moſtell. 1, 2, 7. *At illud* ſuperat *adhuc mihi in pectore conſilii.* Virg. G. III, 8. *ſi* ſuperant *foetus pariter frumenta ſequentur.* Ovid. Metam. VII, 103. *Robora non deſunt,* ſuperat mihi *miles in hoſtem.* Triſt. V, 2. *minimamque tuo de fulmine partem Deme. ſatis poenae quod* ſuperabit, *erit.* Lucret. *Immutabile enim quiddam* ſuperare *neceſſe eſt.* Virg. Geor. III, 62. *Interea* ſuperat *gregibus dum laeta juventus.* Cic. ad Attic. XIII. *Quinto delegabo ſi quid aeri meo alieno* ſuperabit *in emtionibus.* Idem de Fin. *De eo quod ipſis* ſuperat, *aliis gratificari volunt.* Gellius I, 22. pro *Qui* legit *Is.* & Codex Pemb. ibidem omittit, *ſeorſum.* Phaedrus malit *ſuperfuit.* Epilog. Lib. II. vſ. 6. ſic etiam *Caeſar* B. Civ. II, 31. aliique pro *proſpicere* providere. *Juſtinian.* Inſt. L. I. Tit. XXIII. §. 4. *Nepos* Alcib. pag. 107. *Idem ſimul ac ſe remiſerat, neque cauſa ſuberat, quare animi laborem perferret luxurioſus.* Codex Trin. pro, *ſuberat, ſupererat.* forte legendum *ſuperaverat.* J. Waſſe.

1 *Ex tempore parari placuit.*] Eſt in quibuſdam, *Pro tempore:* id eſt, prout ipſum tempus moneret, vel utcunque occaſio ferret. Prior lectio mihi verior eſſe videtur. Gymnicus perperam *parari,* cum in caeteris ſoro *parari* ſit. *Rivius.*

2 *Nabdalſa ad exercitum profectus eſt.*] Tò *eſt* non reperi uſpiam in ullo manuſcripto. *Idem.*

3 *Is poſtquam magnitudine.*] Manuſcripta, *percuſſus,* quomodo & Florentinum; verum eodem ſenſu. nam *Cicero* utroque utitur ad hunc modum. *ad tempus,* pro, *ad diem conſtitutum.* Idem.

4 *Perculſus.*] Ita MSS. & editi ante *Carrionem,* a quo originem habuit illud *percuſſus* quod deinceps libros perperam occupavit. *Grut.* Noſtri omnes *perculſus.* J. Waſſe.

5 *Bomilcar ſimul cupidus.*] In manuſcriptis omnibus eſt, *cupidinibus.* non *cupidus.* recte ne an perperam, aliorum eſto judicium. *Idem.* Sic quoque Naz. & ſuperſcriptum idem Pall. ſec. alii tamen *cupidus,* quod non excluſiſſem niſi me abripuiſſet MS. Rivii. *Grut.* cupidus Arond. L. 2, 3. Venetae. Mart. *J. Waſſe.*

6 *Ne praemia M. &c.*] Ita tamen omnes ſine voce *ſuam* interſperſam, a typographis nuperis; nam nec habent Edd. priſcae. *Grut.* om. e noſtris. Arond. R. L. 3. Mart. Venetae. *J. Waſſe.*

7 *Jugurthae exitium adeſſe.*] In ve-

exitium

Digitized by Google

exitium adeſſe: ceterum, ſuane, an virtute Metelli periret, id modo agitari: [1] *proinde reputaret cum animo ſuo, praemia an cruciatum mallet.*

LXXIV. [2] Sed cum hae litterae adlatae, [3] forte Nabdalſa, exercito corpore feſſus, in lecto quieſcebat. Ubi, cognitis Bomilcaris verbis, [4] primo cura, deinde, uti [5] aegrum animum ſolet, ſomnus cepit. Erat ei Numida quidam negotiorum curator fidus, acceptuſque, & [6] omnium conſiliorum, niſi noviſſumi, particeps. Qui poſt-

taſtis eſt, exitium. quomodo nimirum & ſenſus ipſe poſtulat. pro eo quod eſt, interitum ac perniciem. *Rivius.*

1 *Proinde reputaret animo ſuo.*] Manuſcripta, *reputaret cum animo ſuo.* idque rectius. nam eodem modo & Florentinum habet & Beroaldinum. *Idem.*

2 *Sed cum hae litterae adlatae ſunt.*] *ſunt*, non habent codices in membrana deſcripti, nec ex impreſſis quidam, *Idem.*

3 *Forte Nabdalſa exercitato corpore feſſus in lecto quieſcebat.*] Manuſcripta, *exercito corpore*, quomodo & Beroaldinum habet, & *Nonius Marcellus* p. 6. citat. *Idem.* Varro hinc forte corrigendus, in Lib. de liberis educandis. *Vel maxime illic didici & ſitienti videri aquam mulſam, eſurienti panem cibarium ſiligneum, & exercitato ſomnum ſuavem.* mallem enim *exercito.* Arond. Reg. L. 2, 3. Martin. Venetae *exercitato*, ſed fruſtra. ad hanc formam *incita* pro *incitata* apud *Lucret.* quem Confer II, 96, 119. IV. 860, 1006. *Hegeſippo* vox ſua auctoribus MSS. reddenda Lib. IV. Cap. 29. *ſtrenuam bellis* exercitatam *triumphis.* & Lib. II, 13. exercitam, *uſu imperii.* Codex B. Pub. *exercitatam* at C.C.C. ſapit. *J. Waſſe.*

4 *Primo cura, &c.*] Ita etiam MSS. etenim cuſi excluſo pronomine *eum*, quod in editionibus aetatis mediae. *Grut.* infra: *cum animo* L. 3. Ball. omittunt *cum* ibid. *Erat ei Numida.*] Et hoc pronomen abeſt Naz. ac Ball. ſec. habent tamen reliqui, nec videtur omnino ſupervacuum. *Grut.*

5 *Aegrum animum ſolet.*] Sequitur *Sulpicius* Severus Ep. II. *Cum fatigatus* angore animi *in lectulo membra poſuiſſem, ut plerumque ex moeſtitudine ſolet*, ſomnus cepit. *Servius* poſituram variat pag. 1054. ad, *Tum me confectum curis ſomnoque gravatum, uti an. ae. ſ. ſ. c.* tamen alibi ordinem vulgatum ſervat. ad Aen. nempe I, 651. ibi ſic habet: *Hymenaeus quidam apud Athenas, inter bella ſaeviſſima, &c.* dein, *cum piratae praedam per longinqua maria portaſſent: in deſertam regionem delati, ac fatigati ſomno, ſederunt.* lege: *ſaeviſſima.* At quae haec poſtrema? Quis umquam ſomno ſatigatus? at *Dictys.* V, 12. feſſis *dein multo vino atque* ſomno *barbaris.* & VI, 9. fatigatum *navigio* ſomnoque *jacere.* bonum monachum ſane cum haec ſcripſerit, (nam *Servii* non ſunt) ipſum ſomno dediſſe operam puto. Tu meo periculo reſcribe *ſomno ſe dederunt.* Hyginus Fab. 254. & *feſſi* ſomno acquieverunt. *Quintilianus* Decl. II. *Tu ſentis quando ſenem vicerit* laſſitudo curarum. *Caeco quis renunciat quod diei noctiſve ſecretum.* abeſt tamen vox poſtrema codici Joannenſi, ſed male. *Longus* Sophiſta Ἐκ τῶν δακρύων καὶ τῆς λύπης ὕπνος βαθὺς καταλαμβάνει. talis ſomnus Graecis κάρηβαρος. vide Hezich. *Sophocles*: Ἐκ παλαι πονοῦ εὕδειν. *Heliodorus* Aethiop. I. p. 13. αὐτὸς δὲ κεκμηκώς τι τῇ ὁδοιπορίᾳ βαρύθυμος, καὶ φροντίσι τῶν παρόντων ζωγρούμενος, εἰς ὕπνον ἐτράπετο. J. Waſſe.

6 *Omnium conſiliorum niſi noviſſimi*

quam

quam allatas litteras audivit, [1] ex conſuetudine ratus opera, aut ingenio ſuo opus eſſe, in [2] tabernaculum introiit: dormiente illo, epiſtolam, ſuper caput [3] in pulvino temere poſitam, ſumit, ac perlegit; dein propere, cognitis inſidiis, ad regem pergit. [4] Nabdalſa, poſt paullo experrectus, ubi neque epiſtolam reperit, & rem omnem, uti acta erat, [5] ex perfugis cognovit; primo indicem perſequi conatus; poſtquam id fruſtra fuit, Jugurtham placandi gratia, accedit: dicit quae ipſe paraviſſet facere, perfidia clientis ſui [6] praeventum: lacrumans *obte-*

particeps.] Tacit. v. *noviſſimi conſilii expertes.* Ciacconius.

1 *Et ex conſuetudine ratus.*] Tò *&* in manuſcripto quodam non eſt. nec id ſenſus magnopere requirit. *Rivius.* MSS. melioribus praemittitur dictio: *& ex conſuet.* qua tamen minime opus. *Gruterus.*

2 *In tabernaculum.*] L 3. Ball. omittunt *in.* J. Waſſe.

3 *In pulvino temere poſitam.*] Sic in manuſcripto quoque. Ceterum in pleriſque eſt, *pulvinari.* perperam, ut ego opinor. *Cicero* certe in hoc ſignificatu fere priore utitur: poſteriore haud temere unquam, quod ſciam. nam magis *pulvinaria deorum* dicere ſolet. velut, *Ad omnia* pulvinaria *ſupplicatio decreta eſt.* Rurſus, *Qui* pulvinaribus *Bonae deae ſtuprum intulit.* &. *Qui ſacerdotem ab ipſis aris* pulvinaribuſque *detraxiſti.* ſic & alias. Contra, *pulvinos poſcere,* apud eundem. &, *Lectica in qua erat* pulvinus *Melitenſi roſa fartus.* Q. Curtius III. *Epiſtolamque ſigillo annuli ſui impreſſam* pulvino *cui incumbebat ſubjecit.* Rivius. Nonius p. 396. *pulvino* ſolus L 3. *pulvinari.* J. W. Haud aliter Pall. noſtri nullo repraeſentante *pulvinari,* quod in pleriſque Rivianis, praeter octavo. *Gruterus.*

4 *Nabdalſa paullo poſt experrectus.*] In Fabriciano atque aliis vetuſtis, *poſt paullo* id Salluſtianum magis eſt. Similis error poſtea, ubi ait, *Saepe in fuga, ac poſt paullo in armis ſpem habere.* nam perperam eſt in recentioribus, *paullo poſt.* quamquam quod ad ſenſum quidem attinet, *nihil admodum* refert, utrum legas. Eundem ad modum Cicero *poſt aliquanto,* dicere ſolet. *Idem.*

5 *Ex perfugis.*] Quibus, ut puto, quia fallere nequibant, cuſtodiam corporis ſui tradiderat. quare cum illi Nabdalſae ſatellites eſſent, circumſtarentque tabernaculum, viderunt Numidam ingredientem: idque poſtea ei retulerunt. In uno ſcripto codice legimus: *Ex ſervis.* Ceterum *Frontinus* Strat. Lib. I. rem aliter narrat. ait enim Jugurtham Metelli literas intercepiſſe, & inde cognitis ſuorum inſidiis, in eos animadvertiſſe. *Caſtil.* *Ex perfugis cognovit.* ſic quidem Edd. antiquae & Commel. nam in Naz. habetur *expertus cognovit.* ſed litera *t* ſuper picta inter lineas. Pall. ſec. folio heic mutilus, at tertius *ex ſervis cognovit,* caeteri *perfugis,* nono horum omnium nulla eſt litera niſi a manu ſecunda, & vero habuerim pro adulterino illud *ex perfugis* petitum ex Cap. 73. *ubi de caſu Bomilcaris & indicio patefacto* ex perfugis *cognovit.* nam quinam iſti perfugae, aut cui bono intra horam a Jugurtha ad Nabdalſam pervolarent. *Grut.* pro *omnem* λ. *magnam.* Bodl. omittit, *&* uterque habet *profugis* λ. prorſus omittit, caeteri cum editis. omnino delendum cenſeo *ex perfugis,* natus error ex Nazariani codicis ſcriptura *expertus* pro *expergitus* quae ipſa ab interprete eſt. *J. Waſſe.*

6 *Praeventum.*] Reg. L 3. *praeventa.* Pemb. *perfidia clientis ſui praeventa &*

ſtatur

Digitized by Google

ſtatur per amicitiam, perque ſua antea fideliter acta, ne ſuper tali ſcelere ſuſpectum ſeſe haberet.

LXXV. Ad ea rex aliter, atque animo gerebat, [1] placide reſpondit. [2] Bomilcare, aliiſque multis, quos ſocios inſidiarum cognoverat, interfectis, [3] iram oppreſſerat,

ſic λ. Venetae Mart. γ. vero poſituram ſervat. ſed tamen habet *praeventa*, ex correctione opinor. *J. W.* Infra: *neque poſt id locorum* Commel. cancellavit *id locorum*. & vero Laconi alicui ſupervacaneum fuerit. Pall. VII. habet, *neque id tempus poſt Jugurthae*. L 3. Veneta, 1478. Ball. Bodl. omittunt *locorum*. pro eo habet *negotiorum* Venet. 1470. γ. pro *poſt i. l. J.* praefert *ob negotiorum id Jugurthae*. vulgatam tuentur caeteri. *J. W. Quieta fuit.* vox poſterior otioſa eſt. *Grut.* ſit ſane; codices univerſi haec illi otia ſervando fecerunt. *J. W. Civis hoſtiſque.* Commel. abſque copula, *civis hoſtis*. Grut. & ſic e noſtris L 3. Arond. Mart. Bodl. Horum auctoritate ſuſtulimus. *Lucanus*, ipſe lymphatus, amentiam hanc deſcribit VII, 764. *Quos agitat veſana quies, ſomnique furentes*. dein. *Invigilat cunctis ſaevum ſcelus*, armaque tota Mente agitant, capuloque manus abſente movetur. Praeclare *Themiſtius* Orat. V. p. 147. Τοῦτο γὰρ δὴ τὸ χαλεπώτατον τῆς τῶν τυράννων δειλίας, ὅτι πάντας κλείοντες οὓς δεδίασιν, ἄχρι τοῦ μηδένα φοβεῖσθαι προελθεῖν οὐ δύνανται. Confer item *Sueton.* Calig. L. *Herodianum* de Commodo I, 42. *Noſtrum* VI, 59. Cui gemina Polybiana illa, p. 1436. de Philippo. Καθάπερ γὰρ ἂν εἰ δίκην ἡ Τύχη βουληθεῖσα λαβεῖν ἐν καιρῷ παρ' αὐτοῦ πάντων τῶν ἀσεβημάτων καὶ παρανομημάτων, ὧν εἰργάσατο κατὰ τὸν βίον, τότε παρέστησεν Ἐριννῦς καὶ ποινάς, καὶ προστροπαίους τῶν δι' ἐκεῖνον ἠτυχηκότων. οἳ συνόντες αὐτῷ ΚΑΤ' ΝΥΚΤΩΡ, καὶ ΜΕΘ' ἩΜΕΡΑΝ τοιαύτας ἔλαβον παρ' αὐτοῦ τιμωρίας, ἕως οὗ τὸ ζῆν ἐξέλιπεν, ὡς καὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμολογῆσαι. διότι κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐστὶ Δίκης ὀφθαλμός, ἧς μηδέποτε δεῖ καταφρονεῖν ἀνθρώπους ὑπάρχοντας. *J. Waſſe.*

1 *Placide reſpondit.*] Nihil variant MSS. noſtri; itaque ſcire licet aliorum, *benigne*, eſſe a gloſſa. *Gruterus.*

2 *Bomilcare atque aliis multis.*] Manuſcripta, *aliiſque multis*. quomodo & vetuſtiſſimum quodque ex impreſſis. *Riv.*

3 *Iram oppreſſerat.*] Quomodo iram oppreſſerat, ne qua ex eo negotio ſeditio oriretur, qui tot homines interfecerit? an quia Nabdalſae pepercit, quem dixit *acceptum popularibus ſuis & magnis opibus clarum*? quod videtur veriſimile, alioqui hic locus vix intelligetur. *Glar.* Thoſanus *preſſerat*. Hegeſippus II, 2. *compreſſerat cupiditates*, pro *repreſſerat*. e contra *aperire iram* apud *Sedulium* II, 6. *Ergo ubi deluſum ſe comperit, impius* iram *Rex* aperit. *opprimere* hic continere, claudere. ut apud *Terentium*: Os opprime. & opprimere *ignem* apud *Livium* IX. unde cum voce *abſcondere* conjungit *Cicero* pro Roſc. Amer. *Eſt quiddam quod occultatur: quod quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur, & abſconditur, eo magis eminet & apparet.* Acad. IV, 36. *Notum his eſſe debebit inſigne veri, quo obſcuro & oppreſſo.* opprimere, pro ſimplici, quod uſitatius eſt, apud *Plautum* Pſeud. V, I. 17. ut fruſtra ſit *Palmerius* cum ſuo *preſſerat*. Cicero Tuſc. II, 13. *ſed eum dolorem* opprimi *dico patientia*. Seneca ad Helvid. XIII. *Si ignominia abſit, quae ſola* opprimere animos *ſolet*. Idem Cap. XVI. *Sentire* deſiderium & opprimere *Hygin.* Fab. *rota pedem ejus* oppreſſerat. *Lucan.* III, 677. *vulnera laeva* Oppreſſere *manu*. Claudian. in Prob. & Olybr. *ſuſpenſaque gaudia* vocem Oppreſſam *tenuere diu*. Liv. I, 58. *ſiniſtraque manu mulieris pectore* oppreſſo. Hoc ſenſu *comprimo* apud *Cyprianum* de Unit. Eccleſiae pag. 112. *Partis memores, & partem ſubdole comprimentes.* Elegante Polybius Hiſt. IV.

ne qua ex eo negotio ſeditio oriretur. Neque poſt id locorum Jugurthae dies, aut nox ulla quieta fuit: neque loco, neque mortali cuiquam, aut tempori ſatis credere: civis, hoſtis juxta metuere: circumſpectare omnia, [1] & omni ſtrepitu paveſcere: alio, atque alio loco ſaepe contra decus regium, noctu requieſcere: interdum [2] ſomno excitus, [3] arreptis armis tumultum facere: ita formidine, quaſi vecordia exagitari.

Διόπερ οὐ πάντων τούτων ΥΠΟΙΚΟΥΡΟΥΜΕΝΗΣ παρ' αὐτῷ τῆς ὀργῆς. Tacitus ubique. *Arnobius* p. 186. *Lucan.* II, 521. *Ovid.* Faſt. I, 255. *Apulejus* M. IV. pag. 80. illud alterum uſurpant. Poſtremo *credere* valet *fidere.* ut *Catilin.* XXXII. Jug. CXIV. *Cicero* Tuſc. V, 20. de Dionyſio. *abundaretque & aequalium familiaritatibus, & conſuetudine propinquorum, haberet etiam more Graeciae quoſdam adoleſcentes amore conjunctos*; credebat eorum nemini: *ſed iis quos ex familiis locupletum ſervos delegerat,* &c. *corporis cuſtodiam committebat.* Ovid. Epiſt. *Nec quod abeſt, hic me tecum mirare relictam: Moribus* & vitae credidit ille meae. *De facie metuit, vitae confidit.* voces *atque alio* omittunt codices λ. γ. Bodl. uti & Ar. Reg. L. 2, 3. caeteri ſervant recte. *Caeſar* B. G. VIII, 44. *Crebro enim mutandis locis, multorum fidei ſe committebat, quod nuſquam diutius ſine periculo commoraturus videbatur.* J. Waſſe.

1 *Et omni ſtrepitu paveſcere.*] Citaverat haec *Aruſianus Meſſus* de Elocutionum generibus, ex ſecunda *Salluſtii* hiſtoria, innuens bellum Jugurthinum. Male igitur inter fragmenta hactenus collocatum, induxi. *nam & alibi primam* Salluſtii *hiſtoriam citari memini pro* Catilina. *Ruſſchius.*

2 *Somno excitus.*] Bodl. λ. *excitatus.* Diomed. *experrectus ſomno.* ut apud Graecos *Il.* β. Ἔγρετο δ' ἐξ ὕπνου. *Livius* I, 51. *Turnum ex ſomno* excitatum. at illud rectius. *Catullus* in Epithalam. *fallaci quae tum primum* excita ſomno *Deſertam in ſola miſeram ſe cernit arena.* Liv. I, 7. *Hercules ad primam Auroram* ſomno excitus. *Tacitus* Hiſt. III, 55. *Vitellius ut e* ſomno excitus. *Lucan.* I, 239. *rupta quies populi* ſtratiſque excita *juventus.* Silius XVII, 101. *Sentitur pleriſque prius quam cernitur ignis* Excitis ſomno. *Claudian.* Praef. ad B. Get. *Poſt reſides annos longo velut* excita ſomno. *Sulpicius* Ep. I. *Martinus* ſomno excitus. & Epiſt. II. ſomnoque excitus *congratulari coeperam viſioni.* Neque aliter legendum Hiſt. *Sac.* I, 39. licet editi habeant *excitatus.* Hegeſippus, ſono excitus *cauſſam quaeſivit.* at MSS. C.C.C. *ſomno* quod lubens amplector. apud eundem III, 5. pro *belli excitatores* idem Codex *excitores,* uti & III. ult. IV, 8. & V, 31. pro *belli incitatores* exemplaria manu exarata *excitores.* Quo in loco pro *labentibus,* legas auctore nobis, *lambentibus jam incendiis.* Catullus LXIII. alia forma, *Ibi* ſomnus excitum Atyn *fugiens, citus abiit.* Noſter infra omittit ſomno. *Gaetuli ignoto atque horribili ſonitu* repente exciti. infra *arreptis armis* Reg. *arrectis.* adeſt Gruterianis omnibus *arreptis armis,* adeo ut miretur eo deſtitui Rivianos. Codd. noſtri etiam agnoſcunt, ſed vox *armis* omittit *Diomedes* p. 372. J. W. *Et invitum & offenſum.* Ita MSS. excepto Pal. V, VII, IX: in quibus *inviſum,* neque id male. Grut. λ. *& offenſum & inviſum* γ. vero *& invitum & off.* uti Pemb. & Venetiis cuſum 1470. vide tamen *Palmerium.* J. Waſſe.

3 *Arreptis armis, tumultum facere.*] Τὸ *arreptis armis,* codices in membrana deſcripti non habent, praeter unum Fabri-

LXXVI.

LXXVI. Igitur Metellus, ubi de caſu Bomilcaris, & indicio patefacto ex perfugis cognovit; rurſus tanquam ad integrum bellum cuncta parat, feſtinatque. Marium, fatigantem de profectione, ſimul & invitum, & offenſum ſibi parum idoneum ratus, domum dimittit. Et Romae plebes, litteris, quae de Metello ac Mario miſſae erant, cognitis, [1] volenti animo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas, quae antea decori fuerat, invidiae eſſe: at illi alteri generis humilitas favorem addiderat: ceterum in utroque magis ſtudia partium, quam bona, aut mala ſua, moderata. [2] Praeterea ſeditioſi magiſtratus vulgum exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis arceſſere, [3] Marii virtutem in majus celebrare. [4] Denique plebes ſic accenſa, uti opifices, agreſtiſque omnis, [5] quorum res, fideſque in manibus ſitae erant, re-

ciatum, ac ne is quidem, niſi in ſpatio quod verſus dirimit, idque alterius manu. *Riv.*

1 *Volenti a de.*] Pemb. γ. λ. Arond. Reg. L. 1, 2, 3. Mart. Venetae. Ball. Bodl. unanimes *volenti animo.* ſic etiam Gruteriani omnes. quorum auctoritate ſcripturam hanc *Carrionis* inducendam puto, donec de illa certius conſtet. abeſt *animo* Codici Palmerjano. & pro, volentia *volenter.* ſane *Noſter* Hiſt. IV. volentia *plebi facturus* &, *Tacitus* volentia *ſcripſere.* ſed iidem alibi, Volentibus [illegible]. & Hiſt. III, 43. *Maturo* [illegible]*que manere,* & [illegible] *Veſpaſiani* [illegible] volentibus fuit. & alibi *Salluſtius*, neque *plebi militiam volenti.* pro *volentia* uſus Ammianus *placentia* XXI, 24. *Licet interpretantes* placentia *reſponderent.* XXVI, 4. XXVIII, 4. *volentia* vero nullibi. *Q. Septimio* placuit, *cunctis volentibus* VI, 7. Non eſt tamen quod *Hegeſippo* hoc verbum invideamus. *Credidit itaque magis volenda quam neceſſaria ſuadentibus* I, 44. Margo exhibet *violentia.* Codex autem B. Pob. *volentia.* Ammian. XXVI, 4. *tuta conſilia quam placentia ſectantur*; ſic etiam legendum III, 26. *J. Waſſe.*

2 *Praeterea ſeditioſi magiſtratus vulgus exagitare.*] Fabricianum exemplar. *vulgum*, quomodo apud *Nonium* Siſenna, *Imperitum concitat vulgum.* Rivius. Sic initio Naz. & Commel. *Grut.* & ſic, Bodl. Ball. Ar. L. 1, 2, 3. γ. Mart. *J. W.*

3 *Marii virtutem in majus celebrare.*] Sic & manuſcripta. in quibuſdam tamen, *immanius celebrare* pro nimis praedicare, ac ſupra modum efferre & extollere laudibus. nam *immane* non ſolum dicitur *importunum* & *ferum*, quomodo *Cicero* alicubi, *Tetra* & immanis *bellua*, inquit. ſed etiam *ingens* ac *nimium*. ut, *immani pecunia*, apud eundem. Priorem tamen lectionem haud dum immutare auſim, propter neſcio quem ſcrupulum. Sed & *Liv.* IV. ab U. C. *In majus, ut fit, celebrantes*, inquit. *Rivius.* Claudian. B. Get. 15. *licet omnia vates In majus celebrare ferunt.* J. Waſſe.

4 *Denique plebs ſic eſt accenſa.*] Ita manuſcripta, *plebes.* quomodo & antea eſt ſaepe uſus. nec aliter vetuſtiſſimum quodque ex impreſſis. *eſt*, nullo in manuſcripto neque in Beroaldino ipſo reperitur. *Rivius.*

5 *Quorum res fideſque in manibus ſitae erant.*] In Orat. de republ. ordin. *quorum*

lictis operibus [1] frequentarent Marium, & ſua neceſſaria poſt illius honorem ducerent. [2] Ita perculſa nobilitate, poſt multas tempeſtates, novo homini Conſulatus mandatur: & poſtea populus a Tr. pl. [3] Manlio Mantino rogatus, quem vellet cum Jugurtha bellum gerere, frequens Marium juſſit. Sed Senatus paullo ante Metello Numidiam decreverat, ea res fruſtra fuit.

LXXVII. Eodem tempore Jugurtha, amiſſis amicis, quorum pleroſque ipſe necaverat, ceteri formidine, pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant; [4] cum neque bellum geri ſine adminiſtris poſſet, [5] novorumque fidem in tanta perfidia veterum experiri periculoſum duceret, [6] varius incertuſque agitabatur. [7] Neque

omnis vis virtuſque in lingua ſita eſt. Ceterum hic *fides* idem ſignificat quod Barbaris *Creditum.* Cicero: *Scimus Romae ſolutione impedita* fidem *concidiſſe*, Sall. Catil. *pecuniam ſua aut amicorum* fide *ſumtam mutuam.* Ciacconius.

1 *Frequentarent Marium.*] Sic *Tacit.* Hiſt. 11. *digreſſiſque qui Sacrarium frequentabant.* Idem.

2 *Itaque perculſa nobilitate.*] Legendum e manuſcriptis & impreſſis vetuſtioribus, *Ita.* Rivius.

3 *L. Manlio Mantino.*] Sic eſt in libris ſcriptis omnibus, & pleriſque typis excuſis. *Caſt.* Naz. *Manthino.* Com. ac Pall. ſeptimus *Mancino*, ſextus *Mancio.* Grut. infra: *Sed ſenatus paulo, &c.*] Ita quidem vetuſta Editio, niſi quod interſerat *Numidiam provinciam verum ea*, &c. Nam Naz. a manu principe, *ſed paulo decreverat. ea res fruſtra fuit*, ſupraſcriptum, *paulo* illi, *Senatus Decio pro.* eſt in Com. *ſed Senatus paulo poſt decreverat*, &c. Pall. ſec. capite iſto & ſequenti caret, ob folium exciſum, at tert. *ſed ſenatus Paulo Maritino decreverat. ea res, &c.* quart. *ſed Senatus populo d. decreverat. ea res fruſtra erat.* quintus & oct. *ſed Senatus paulo ante Numidiam provinciam Metello decreverat; ea res*, &c. ſextus? *ſed paullo ante Senatus decreverat ea res fruſtra fuit.* neque aliter ſeptimus; nam nonus, *ſed paulo decreverat. ea res fr. &c.* Ego me his non expedio, niſi quatenus arbitror omnia eſſe a gloſſa, a Gloſſa inquam putidiſſima, niſi forte reſectis nonnullis legatur. *frequens Marium juſſit; & Senatus paullo poſt decrevit, eodem tempore*, &c. Grut. Pemb. *ſen. paul. a. decreverat ea.* λ. *ſed. p. a Metello. ſ. d.* γ. *ſ. n. p. d.* & ſupra, *paulo, ante Metello.* J. Waſſe.

4 *Cum neque bellum geri ſine miniſtris poſſet.*] Manuſcripta, *ſine adminiſtris.* idque rectius. *Rivius.* Sic Noſtri. *J. W.*

5 *Novorumque fidem.*] Sic MSS. antiquiſſimi, nam recentiores copula carent. *Grut.* Noſtri fere, *& n.* J. W. infra: *Varius incertuſque, &c.*] Naz. *varius incertuſque* agitabat. nec aliter Naz. niſi quod non nihil variet in voce poſtrema. Pall. 3. *vagus; incertus*, nec aliter aliquot alii. Grut. *vagus* Ar. L. 2. γ. λ. Mart. *J. W.*

6 *Vagus incertuſque agitabatur.*] In manuſcriptis eſt, *varius incertuſque*, non, *vagus.* atque haec melior lectio eſt. Riv.

7 *Neque illi res ulla.*] *Ulla*, non eſt in ullo manuſcripto, nec in Veneto aut Florentino. *Idem.* *Neque illi res* omittit Arond. & pro *hominum* Mart. *omnium.* uti & a manu prima Regius, quemadmodum locutus noſter Cap. 72. *J. Waſſe.*

illi

illi res, neque conſilium, aut quiſquam hominum ſatis placebat: itinera, praefectoſque in dies mutare: modo advorſum hoſtes, interdum in ſolitudines pergere: ſaepe in fuga, at poſt paullo ſpem in armis habere: dubitare, virtuti an fidei popularium minus crederet. Ita quocumque intenderat, res advorſae erant. Sed [1] inter eas moras repente ſeſe Metellus cum exercitu oſtendit. [2] Numidae ab Jugurtha pro tempore parati, inſtructique: dein proelium incipitur. Qua in parte rex pugnae adfuit, [3] ibi aliquamdiu certatum: ceteri omnes ejus milites primo congreſſu pulſi, fugatique: Romani ſignorum, & armorum, [4] & aliquanto numero hoſtium potiti. Nam ferme Numidas in omnibus proeliis magis pedes, quam arma, tuta ſunt.

LXXVIII. Ea fuga Jugurtha impenſius modo rebus ſuis diffidens, cum perfugis, & parte equitatus in ſolitudines, dein Thalam pervenit, [5] id oppidum magnum, & opulentum: ubi plerique theſauri, filiorumque ejus multus pueritiae cultus erat. Quae poſtquam Metello comperta ſunt, [6] quamquam inter Thalam flumenque proxu-

1 *Inter eas moras.*] Florus IV, 10. *Et ſubinde* inter moras, *mortem a gladiatore ſuo efflagitaſſet.* ſupra, noſter: *Et inter eas moras promiſſa legatorum exſpectare.* vide *Sueton.* in Nerone. Marcellum L. 28. ff. de Adminiſtrand. & perit. tutor. &, L. 33. de Ritu Nupt, item *Paullum* L. 66. §. 4. eod. *Apulejus* Mileſ. VIII. omittit *eas.* J. Waſſe.

2 *Numidae ab Jugurtha, &c.*] Sic MSS. noſtri fere omnes, nam hactenus cuſi dictione amplius, *inſtructique ſunt.* Grut. Abeſt *ſunt* γ. λ. Veneris. Bodl. Putſchianis. *J. Waſſe.* infra: *Ceteri omnes e. mil. &c.* Illa *ejus milites* paxillo ſi ſuſpendantur nihil auctori perierit. *Grut.*

3 *Ibi aliquamdiu certatum eſt.*] Τὸ *eſt,* manuſcripta non habent. *Rivius.*

4 *Et aliquanto, &c.*] Editio princeps ut & Naz. ac Com. aliique MSS. interſertum habent *Hoſtium paucorum* ut videantur amputanda *aliquanto hoſtium,* revocato illo *paucorum.* Gruter. infra: *Magis pedes q.* Sic Naz. & Com. & Pall. ſec. non: ut vulgati ante Carrionem, *tutati ſunt.* Grut. Pemb. Venetae, χ. *tuta*; Pricaeus legit *tuitu.* J. Waſſe.

5 *In oppidum, &c.*] Quid ſi haec a gloſſographis? ſi non, deleverim praepoſitionem *in* mutatam in nonnullis MSS. in *id.* Grut. Noſtri fere *id.* ſed Pemb. γ. *in,* λ. tantum ex correctione. *J. W.* infra: *P. cultus erat.*] Ultima vox eradenda. *Gruter.* infra: *In ſpatio Mil.* Mallem & hic deleri voculam *in.* Grut. infra: *Si ejus oppidi, &c.* Aut ſupervacuum eſt *oppidi* vox aut mutandum in *oppido,* ut eſt in Com. ac Pall. ſext. quo ſit adverbium non nomen, brevitatis ſtudioſus quatuor has voces omiſiſſet. *Grut.* λ. *oppido.* & ſic, γ. *J. Waſſe.*

6 *Quamquam inter Thalam flumen.*

Digitized by Google

proximum, in ſpatio millium quinquaginta, loca arida, atque vaſta eſſe cognoverat; tamen ſpe patrandi belli, ſi ejus oppidi potitus foret, omnis aſperitates ſupervadere, ac [1] naturam etiam vincere aggreditur. Igitur omnia jumenta ſarcinis levari jubet, niſi frumento dierum decem: [2] ceterum utres modo, & alia [3] aquae idonea portari. Praeterea conquirit ex agris quam plurimum poteſt domiti pecoris, eoque imponit vaſa cujuſque modi, [4] pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum. Ad hoc finitimis imperat, [5] qui ſe poſt regis fugam Metello dediderant, [6] quam plurimum quiſque aquae portaret: diem, locumque, ubi praeſto forent, praedicit. Ipſe ex flumine, quam [7] proximam oppido aquam eſſe ſupra diximus, jumenta onerat. [8] Eo modo inſtructus

que proximum.] Quam vellem, flumen hoc nominaſſet auctor. Sic enim Thalae ſitus clarior eſſet. *Ptolemaeus*, non ita longe a Bagrada Thabbam ponit, quam quidam Thalam putant. Quippe paulo poſt: *Legati ab Lepti ad Metellum veniunt*. Qui quidem ſitus non ita longus eſt, atque ſunt Mauritaniae Caeſarienſis loca, ſub Jugurthae etiam imperio. *Glareanus.*

1 *Naturam loci etiam vincere aggreditur.*] Legendum, *omnes aſperitates*. praeterea, *loci*, non eſt in impreſſis antiquioribus, nec in manuſcriptis. ſed nec inferius additur, ubi de hoc ipſo Salluſtius: *denique*, inquit, *naturam ipſam ceteris imperitantem induſtria vicerat*. Notanda vero locutio, *aſperitates ſupervadere*. pro *difficultates omnes ſuperare* ſeu *perrumpere*, ut *Plinius* loquitur. *Rivius.*

2 *Ceterum ut res modo, & alia aquae idonea portari.*] Non diviſim legendum ſed conjunctim, *utres modo*. facilis & proclivis error. Sed & perperam in quibuſdam additur, *vaſa*, id ex gloſſa, ut opinor irrepſit. *Idem.* Supra: *domiti p.* citat *Chariſ.* 23. J. Waſſe.

3 *Alia aquae idonea.*] Palmeriani: *Et alia aquae portanda ac conquiri, praeterea ex*. Non aſpernanda lectio. ſed Codd. non addicunt. Noſter, *neque belli patrandi cognovit*. Idem.

4 *Sed pleraque lignea.*] Mela de eiſdem, *vaſa ligno fiunt aut cortice*. Ciacc. 16. *ſed*, non eſt in ullo manuſcripto, ſicut nec in impreſſis vetuſtioribus. *Rivius.*

5 *Qui ſe poſt, &c.*] Eſt falſarii alicujus vox *Metello*. Grut. infra: *Ipſe ex flumine quam, &c.* Dici poterat otioſis aliis reciſis *ipſe ex flumine proxima oppido aqua jumenta onerat*. Idem.

6 *Quam plurimum quiſque.*] Perperam in quibuſdam, *ut quiſque*. nam elegantius particula *ut* omittitur. *Rivius.*

7 *Proximam aquam oppido.*] Seu Thalae: & tamen non erat propinqua; ſed intervallo quinquaginta millium, ſeu paſſuum. Et eſt dictum ſicut illud Aeneidos v, *Proximus huic longo ſed proximus intervallo Inſequitur Salius*. Badius. L. 2. qua. L. Valla III, 19. *prox. op. eſſe aquam ſupra d.* J. Waſſe.

8 *Eo modo inſtructus.*] Reſpicit impedimenta. *Veget.* II, 18. *Ex his ergo apparet, legionem bene inſtitutam, quaſi munitiſſimam eſſe civitatem, quae omnia proelio neceſſaria, ſecum ubique portaret.* patet eum loqui de apparatu bellico, proinde legendum, *inſtructam* etiamſi illud alterum exhibeat *Pſeudo Cicero* pag. 505.

ad

ad Thalam proficiſcitur. [1] Deinde ubi ad id loci ventum, quod Numidis praeceperat, & caſtra poſita, munitaque ſunt; tanta repente coelo miſſa vis aquae dicitur, ut ea modo exercitui ſatis ſuperque foret. Praeterea commeatus ſpe amplior: [2] quia Numidae, ſicuti plerique in nova deditione, officia intenderant. Ceterum [3] milites, religione, pluvia magis uſi: [4] eaque res multum animis eorum addidit; nam rati ſeſe Diis immortalibus curae eſſe. Deinde poſtero die, contra opinionem Jugurthae, ad Thalam perveniunt. Oppidani, qui ſe locorum aſperitate munitos crediderant, magna atque inſolita re perculſi, nihilo ſegnius bellum parare: idem noſtri facere.

qui omnia ſua minime, maxime, hoc fonte hauſerit. Veram lectionem nobis conſervavit Codex *Modeſti* papyraceus B. Pub. Caeterum vox *inſtituta* iterum apud Ciceronem quem vocant, occurrit, ſed alio ſenſu vel potius nullo, ut verius dicam. *Ne milites aliquando in tumultu praelii a ſuis contubernalibus aberrarent, diverſis cohortibus diverſa* inſtituta *ſigna pingebantur*, at pro *inſtituta* repone, *in ſcutis*. ſequitur: *Praeterea in adverſo ſcuto uniuſcujuſque militis erat nomen literis aſcriptum.* Proculdubio intelligit *diſſimilia* quae vocant, de quibus nos alibi diximus. *R. Walle.*

1 *Deinde ubi ad id loci ventum eſt.*] *Eſt* non reperi in manuſcriptis, ac majore etiam gratia abeſſe poterit. Sic inferius, *praeda omnis a perfugis corrupta eſt.* in manuſcriptis non eſt additum ibi verbum ſubſtantivum, nec in impreſſis antiquioribus *Rivius.* Sic Naz. ſic Com. non quo ut antea legebatur. *Gruterus.*

2 *Quia Numidae, ſicut plerique, in nova deditione officia intenderant.*] Locus minime contaminatus eſt; nedum ut aliorum modo corrigendus veniat. Eſt enim omnium, intendere officia a deditione, non Numidarum tantum. *Gruter.*

3 *Milites religione pluvia magis uſi.*] Sic incorruptiſſimi codd. neque variant ceteri; niſi quod aliquot eorum, *pluviae.* itaque minime ambigendum de ſinceritate lectionis. vult enim, milites arbitratos, imbrem illum, non caſu excuſſum, ſed munere Deorum, animis auctos, &c. *Idem.*

4 *Eaque res multum animis.*] Tacitus Hiſt. IV, 26. *Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipſa aquarum penuria, tanquam nos amnes quoque & vetera imperii munimenta desererent. quod in pace fors ſeu natura; tunc fatum & ira dei vocabatur.* Liv. XLIV, 33. *Vix deducta ſumma arena erat, quum ſcaturigines turbidae primo & tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam, velut deum dono ceperunt.* v. *Diodorum* XVII. p. 288. infra: *negotii gratia*, Pemb. *n. cura y. grat. negotii.* Colon. & exemplar Argentinenſe *negotium.* v. *Palmerium.* Noſtri *curae eſſe.* Hegeſip. II, 2. omittit verbum ſubſtantivum. *ſed mihi* curae *ne diutius maneat*, &c. at C.C.C. B. Pub. retinent. ibi voces *appetere debueras* exulant a MSS. &, mea ſententia haud injuria. *officia intenderant* pro *auxerant.* & ut alibi loquitur, *duplicaverant.* atque ita aemuli ejus. *Tacitus* I, 13. *Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates, ipſa Galbae facilitas intendebat.* An. IV, 14. *Quid ſi* intendatur

Digitized by Google

LXXIX. Sed rex [1] nihil jam Metello infectum credens, quippe qui omnia arma, tela, locos, tempora, denique Naturam ipſam, ceteris imperitantem, induſtria

certamen *tali conjugio?* Celſus: *Atque haec ipſa & intendi & remitti poſſunt.* Feſtus Avienus p. 260. *donec Sicana fluenta Intendant pelagus, diſploſiſque aequora terris Inſtabile inclinent ſemper mare.* J. Waſſe.

1 *Nihil jam Metello infectum credens.*] Hoc eſt, nihil eſſe quod Metellus efficere non poſſet, qui tam ardua toties ſuperaverat. *Tacit.* tamen in Vita Agric. *ut obſtupefacti hoſtes, qui claſſem, qui navem, qui mare, exſpectabant. nihil arduum, aut invictum crediderint, ſic ad bellum venientibus.* ut forte Salluſt. *Metello invictum* ſcripſerit. *Ciacconius.* Infectum, gloſſae ἀτέλεστον, quod apud Graecos tam, quod effici non poteſt, quam quod non factum eſt, ſignificat. οὐκ ἀτέλεστα apud *Homerum* pro, *non irrita*, quod Noſter alibi reddit: *non fruſtra erat.* & ὀψιτέλεστον *Il.* β. 325. a Grammaticis exponitur πληθυνόμενον. Latini moris eſt uſurpare Participia in *ſus* pro Verbalibus in *ilis*, ut ſit *infectus* pro *infactibilis*, invictus pro *inſuperabilis*, inacceſſus pro *inacceſſibilis*, indiſſolutus pro *indiſſolubilis*. illaudatus pro *illaudabilis*. Virg. *nec Theſea Pirithoumque: Dis quanquam geniti, atque* invicti *viribus eſſent.* Et, *Dives* inacceſſos *ubi ſolis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu.* etiam: *quis aut Euryſthea durum, Aut* illaudati *neſcit Buſiridis aras.* Cicero de Univerſ. *Haec ſunt* indiſſoluta *me invito, quanquam omne colligatum ſolvi poteſt.* & Div. II, 65. *de Dracone ſilet, qui, id* quod fieri non potuit, *lapideus dicitur factus.* Donatus ad Eunuch. III. *Amore cogente nihil eſt* infectum *cupientibus.* Firmat *Apulejus* Met. I. *Nam & mihi & tibi, & cunctis hominibus multa uſu venire mira, & paene infecta.* ſeque alibi interpretatur. *Et quicquid* fieri non poteſt, *ibi eſt.* Salluſtium ita ſupple, nihil jam Metello infectum iri, fore, futurum credens, &c. pro *infectum* Caeſar *impeditum*, Tacitus & Ovidius *tutum* malebant. B. G. II, 28. *Quum victoribus* nihil impeditum, *victis nihil tutum arbitrarentur.* An. XII, 12. *Excidio Uſipiorum metus ceteris injectus, nihil* tutum *ratis, cum arma, munimenta, impediti vel eminentes loci, amneſque & urbes juxta perrumperentur.* Epiſt. ex Pont. II, 1. *Atque ea te contra, nec muri mole, nec armis, Nec ſatis ingenio tuta fuiſſe loci.* Breviter *Heſippus* II, 9. *Cum ipſis, vobis erit bellum, adverſum quos, nec Natura jus ſuum poſſidet.* Hic ergo Imp. in hac τειχομαχίᾳ, ut ita dicam, ad Thalam ſuperior, non erat δυσμήχανος. Audi *Julianum* Orat. I. p. 39. Ἀλλ' ἔοικεν οὐδὲν ἦν ἡ φύσις πρὸς ἀνδρὸς ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην, τοῖς ἀκολάστοις καὶ δειλοῖς ἔρυμα μηχανήσασθαι. πάντα ὑποχωρεῖν φρονήσει μετὰ ἀνδρείας ἐπιχειρούσῃ παρεσκευάζουσα. πύλας τε ἡμῖν ἐξεῦρε ταῖς τέχναις, δι' ἂν εἰς εὐπορίαν τῶν τέως ἀπόρων δοξάντων καθέστηκεν, καὶ ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἔργων τὸ πολλοῖς ΑΔΥΝΑΤΟΝ εἶναι φαινόμενον, ἐπιτελούμενον πρὸς ἀνδρὸς σώφρονος. inflexibilem hanc & indomitam animi obſtinationem, Romanis in omni bello propriam, acerrime reprehendit *Polybius* I, 37. Καθόλου δὲ Ῥωμαῖοι πρὸς πάντα χρώμενοι τῇ βίᾳ, καὶ τὸ προτεθὲν οἰόμενοι δεῖν κατ' ἀνάγκην ἐπιτελεῖν, καὶ μηδὲν ΑΔΥΝΑΤΟΝ εἶναι σφίσι τῶν ἅπαξ δοξάντων, ἐν πολλοῖς μὲν κατορθοῦσι διὰ τὴν τοιαύτην ὁρμήν, ἔνιοι δὲ ἐπιφανῶς σφάλλονται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κατὰ θάλατταν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς γῆς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ τὰ τούτων ἔργα ποιούμενοι τὰς ἐπιβολάς, τὰ μὲν πολλὰ κατορθοῦσι, διὰ τὸ πρὸς τὰς παραπλησίους δυνάμεις χρῆσθαι τῇ βίᾳ· ποτὲ δὲ καὶ σπανίως ἀποτυγχάνουσι· πρὸς δὲ τὴν θάλατταν καὶ πρὸς τὸ περιέχον, ὅταν παραβάλλωνται καὶ βιαιομαχῶσι, μεγάλοις ἐλαττώμασι περιπίπτουσι. ὃ καὶ τότε καὶ πλεονάκις αὐτοῖς ἤδη συνέβη, καὶ συμβήσεται πάσχειν, ἕως ἄν ποτε διορθώσωνται τὴν τοιαύτην τόλμαν καὶ βίαν· καθ' ἣν οἴονται δεῖν αὐτοῖς πάντα καιρὸν εἶναι πλωτὸν καὶ πορευτόν. *Ariſtides* Panath pag. 203. Ai

vicerat,

vicerat, cum liberis, & [1] magna parte pecuniae ex oppido noctu profugit; neque poſtea in ullo loco amplius [2] una die, aut una nocte moratus, ſimulabat, ſeſe negotii gratia properare; ceterum proditionem timebat, quam vitare poſſe celeritate putabat. [3] Nam talia conſilia per otium & ex opportunitate capi. At Metellus ubi oppidanos proelio intentos, ſimul oppidum & operibus, & [4] loco munitum videt, vallo, foſſaque moenia circumvenit. [5] Deinde jubet locis ex copia maxume idoneis vineas agere: [6] ſuperque eas aggerem jacere, & [7] ſuper

ΠΑΡΗΛΑΘΟΝ τοῖς ἘΡΓΟΙΣ τὴν ΦΥΣΙΝ. *Homeri* verbis: Ἄφρονες ἰδ' ἀνέσθη δύσπλιας θαυμαστὰ ἔργα. Salluſtium ſequitur *Livius* II, 50. *adeo contemſerant hoſtem, ut ſua invicta arma, neque* loco, *neque* tempore *ullo crederent ſuſtinere poſſe.* J. Waſſe.

1 *Magna parte.*] L 2. *magna pecunia,* ſic etiam Venetae. *Idem.*

2 *Una die.*] Naz. ac Pail. aliquot alii *uno die.* Gruterus. *locis jubet* R. *J. W.*

3 *Nam talia conſilia.*] In quibuſdam eſt, *conſilia ſolent, &c.* verum perperam. ex gloſſa irrrepſiſſe videtur, quam inſulſus aliquis & ineptus litterator adjecerat. Fabricianum, *per otium & ex opportunitate*; addita illa *&* copula. *Rivius.* Bodl. Ball. L 3. λ. reſpuunt copulam. mallem abeſſet *nam.* illud *ex* intra lineas conjecit Pemb. forte, *per otium & opportunitate.* Thucyd. καθ' ἡσυχίαν. quam formulam alibi illuſtravimus. *Polybius* Hiſt. I. p. 93. Οἱ δὲ μισθοφόροι συναναχθέντες εἰς τὴν Σίκκαν, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου τετυχότες ἀνέσεως καὶ σχολῆς· ὅπερ ἀφυέστατον ὑπάρχει ξενικαῖς δυνάμεσιν, καὶ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν ἀρχηγὸν, καὶ μόνον αἴτιον γίνεται στάσεως· διῆγον ἀδεῶς. *Lucan.* IX, 294. *Jamque actu belli non doctas ferre quietem Conſtituit mentes, ſerieque agitare laborum.* J. Waſſe.

4 *Loco munitum.*] i. e. *ſitu.* χωρίον δυσπρόσοδον καὶ δυσάλωτον de Maſſilia *Eumenius* in Paneg. *etiam ipſe docuit locus, omnia quae bello uſui forent, largius in eam partem, quae adiri poſſet impendere, quum natura in caeteris ſumtum operis remiſiſſet.* Hoc ſenſu Catil. LXVIII. *Neque locus neque amicus quiſquam teget quem arma non texerint.* & Jug. LXXVIII. loci *aſperitate* munitos. *Lucanus* IV, 37. *His virtus ferrumque* locum *promittit: at illis* Ipſe locus. de *Petra* Idem VI, 19. *Non opus hanc veterum, nec moles ſtructa tuetur, Humanuſque labor, facilis, licet ardua tollat, Cedere vel bellis, vel cuncta moventibus annis. Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro,* Naturam ſedemque loci. *nam clauſa profundo Undique praecipiti, ſcopuliſque vomentibus aequor, Exiguo debet, quod non eſt inſula colli. Terribiles ratibus ſuſtentant moenia cautes, Ioniumque furens rapido cum tollitur Auſtro, Templa, domoſque quatit, ſpumatque in culmina pontus.* J. Waſſe.

5 *Deinde jubet locis.*] Τὸ *jubet,* non habet Gymnicus, cum ſit interim in omnibus manuſcriptis, & impreſſis vetuſtioribus. *Rivius.* Poſſet tolli abſque injuria ſenſus verbum *jubet.* Gruterus.

6 *Superque eas aggerem jacere.*] Illud *eas* Aldinus codex ſuſtulit, territus fortaſſis, quod non ſit veriſimile aggerem ſupra vineas inſtitui: quippe apud nullum auctorem, quod ſciam, lectum. Atqui niſi ita legerimus, non eſt clarum quid ſibi velit illud, *ſuperque aggerem jacere.* Badius, ut illud *eas* defenderet, dicit fortiſſimo fundamento fuiſſe ſtabilitas vineas. Verum locus totus male habet, praeſertim in Aldino, atque adeo in aliis codicibus multis. Si quid divinationi

aggerem impoſitis turribus opus & adminiſtros tutari. Contra haec oppidani feſtinare, parare; prorſus ab utriſque nihil reliquum fieri. Denique Romani, multo ante labore, proeliiſque fatigati, poſt dies quadraginta, quam eo ventum erat, oppido modo potiti: praeda omnis a perfugis corrupta. Ii poſtquam murum arietibus feriri, [1] reſque ſuas afflictas vident, [2] aurum, atque argentum, & alia, quae prima ducuntur, domum regiam comportant: [3] ibi vino, & epulis onerati, illaque, & domum,

meae tribuendum, certe ſuſpicor ita ab auctore ſcriptum: *inſuper aggerem jacere, ſuperque aggerem impoſitis turribus opus miniſtros tutari.* Quae lectio egregie ſenſum elicit, & auctoris ſtylo eſt conformis. Illud vero quod praecedit *ex copia*, quid referat, mihi non ſatis clarum eſt. Soldus *de locorum multitudine* intellexit, quibus vineae admoveri poterant moenibus: quod malim quam *de militum copia*, ut quoſdam expoſuiſſe refert *Badius*. Denique *adminiſtros* pro *miniſtros* quare ſubſtituerit Aldinus codex, mihi non liquet. Quod ſi infinitivos per praeterita imperfecta exponemus, non opus erit verbo *jubet*, nec verbo *duobus*, quae habent quidam codices: & ſine ad eundem modum infinitivi ſequuntur, *feſtinare. parare. fieri.* Glareanus. *Vineas agere, ſuperque aggerem.* Quidam antiqui & impreſſi codices: *Vineas agere, ſuperque eas aggerem jacere.* Ego aliquando putavi locum hunc tranſpoſitis verbis a Salluſtio ſcriptum fuiſſe: *Vineas agere, eaſque ſuper aggerem jacere,* quod hanc lectionem ſenſum planum, & apertum continere arbitrarer. Sed cum in duobus manu deſcriptis, quos multis in locis ſinceros, & incorruptos eſſe cognovi, diverſam ab impreſſis lectionem invenerim, (in uno enim particula *ſuper* deerat, in altero, *opus adminiſtroſque tutari* legebatur) venit mihi in mentem dubitare, anne etiam, *Vineas agere, aggerem jacere, & ſuper aggerem impoſitis turribus opus adminiſtroſque tutari,* legendum ſit. Suſpicionis meae ea eſt ratio, quod eodem in libro ita locutus eſt Salluſtius: *Vineas agere, aggerem jacere: aliaque quae incepto uſui forent, properare.* Popma.

7 *Super aggerem.*] Naz. *aggere.* Grut. Ar. L 2. *jacere impoſitis. aggere* Bodl. *Palmer.* legit, *vineas agere, aggerem jacere, turribus ſuper opus & adm. t. jube.* in Aldi & Gymnici Edd. abeſt, recte. infra: *ab perfugis.* Bodl. Glareanus nugatur, habes formulas *ex copia,* & *adminiſtros* alibi. atque ita Codices. *J. W.*

1 *Reſque ſuas adverſas vident.*] Manuſcripta, *adflictas vident,* pro *perditas,* vox eſt apud *Ciceronem* frequens: eodem modo Florentinum. *Rivius.* & noſtri. *J. W.*

2 *Aurum, argentum & alia.*] Sic MSS. ſine copula *que.* Gruter. illud *que* mutat locum in L 2. 3. γ. λ. caeteri ſervant. De formula fuſe alibi diximus. *J. W.*

3 *Ibique vino & epulis onerati.*] Quod in vetuſtis quibuſdam *gravati* legitur, id ex gloſſa addita irrepſit. & quamvis idem eſt utrobique ſenſus, prior tamen lectio verior. Sic & Qu. Curtius *mero onerati,* inquit alicubi, *oneravere ſe vino.* Idem tamen VI. *utrumne vino gravatus effudiſſet illa.* & VIII. *Graves mero ſuas vires extollere.* Sed & *Livius* IV ab U. C. *Vino epuliſque gravatos,* dicit. Idem IX. *vino oneratos ſopiunt,* inquit. *Rivius.* Ball. L 2. 3. Venetae. *gravati.* Neutro uſus Q. *Septimius.* VI, 6. *Multo vino atque epulis* repletos *jam procos.* Confer *Diodorum* XVIII, 605. caeterum, *igni* caſu ſexto. Q. *Septimius* II, 22. *Capto Ilio crematoque* igni, ſic apud Lucretium *colli. parti,* apud *Cic.* Virg. *Atque illum in praeceps*

&

& ſemet igni corrumpunt; & quas victi ab hoſtibus poenas metuerant, eas ipſi [1] volentes pependere. Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum venerant, orantes uti praeſidium, praefectumque eo mitteret: Hamilcarem quemdam, hominem nobilem, factioſum, novis rebus ſtudere; advorſum quem neque imperia magiſtratuum, neque leges valerent: ni id feſtinaret, in ſummo periculo ſuam [2] ſalutem, illorum ſocios fore. Nam Leptitani jam inde a principio belli Jugurthini ad Beſtiam Conſulem, & poſtea Romam miſerant, amicitiam, ſocietatemque rogatum. Deinde, ubi ea impetrata, ſemper boni, fideleſque manſere, [3] & cuncta a Beſtia, Albino, Metelloque imperata nave fecerant. Itaque ab imperatore facile, quae petebant, adepti. [4] Emiſſae eo cohortes Ligurum quattuor, & Caius Annius praefectus.

promo rapit alveus amni. ſic Pieriani & Codd. Perrenſis, Pemb. Coll. Jeſ. Horat. *cane pejus & angui.* item *claſſi.* Virg. Nevi apud Terent. de quibus adi *Voſſium* de Analogia Lib. II. Cap. XII. infra: *nobilem* abeſt. Bodl. *J. Waſſe.*

1 *Volentes pepend.*] Maluiſſem *pendere.* Grut. ſic, λ. Venetae. *J. W.* *Orantes uti praeſidium, &c.*] Poterat *orantes praeſidium praefectumque* tribus verbis aliis omiſſis. *Gnaterus.* Grut. *orare.* *J. W.*

2 *Salutem illorum ſociorum.*] Ita etiam a prima manu Commel, reliqui fere ſine copula immiſſa & *illorum*; eſt etiam in quibus videas, & *illorum ſociorum eſſe*, & minime dubites additamenta eſſe nugatoris alicujus, *illorum ſocios* fore. *Grut.* & agnoſcunt, Ar. L 2. Venetae, Mart. Bodl. Ball. γ. λ. *inde* abeſt Reg. Venetis Mart. Bodl. *antea.* J. W. *Impetrata ſemper, &c.*] Ita Pall. pr. ſec. ſex. nec non Naz. idcoque expunxi vocem quae amplius in vulgatis *impetrata fuere ſemper, &c.* quam alioqui eſſe a librariis, arguit Pall. tert. in quo *impetrata ſunt ſemper* quomodo item editiones exoletae. *Grut.* infra: *Nave fecerant.*] Sic etiam meliores MSS. Pall. nam reliqui, aut *gnaviter*, aut *graviter*. Carrio edi curavit *navi fecerant.* Grut. γ. *gnave.* infra: *Jugurthini*, vox mihi ſuſpecta. habent autem Codd. *J. Waſſe.*

3 *Et cuncta a Beſtia.*] In Fabriciano eſt, *imperata.* idque ſenſus ipſe poſtulat. Sed & *nave* ibidem, conſentientibus aliis, haud ſcio an rectius, pro *impigre, ſtrenue, gnaviter*, ab adjectivo *navus*, quod eſt *diligens* & *induſtrius.* ubi hodie fere *gnavus* dicimus. Magis autem antiquitatem reſipit hoc adverbium, cujus eſt cum primis obſervans *Salluſtius.* quamquam *Priſcianus* quidem & *Diomedes* priſcum magis eſſe putant *gnaviter*, ſicuti & *ignaviter*, quod *Lucilius* alicubi dixerit. Qui volet *Priſcianum* legat XV. de adverbiis. *Diomedis* in I. verba ſunt: *Quaedam ſunt nomina in ve ſyllabam terminata, quae ex ſe bina adverbia faciunt: ut eſt veterum auctoritas. tranſit enim in quibuſdam rationem, & aliter ipſa enuntiat, aliter conſuetudo uſurpat. nam navus naviter dicunt, quod nos nave. largiter, quod nos large.* Rivius.

4 *Miſſae ſunt eo cohortes Ligurum.*] Manuſcripta, *Emiſſae eo.* nec eſt additum ibi verbum ſubſtantivum. *Idem.*

Digitized by Google

LXXX. Id oppidum ab Sidoniis conditum eſt, quos accepimus profugos ob diſcordias civilis, navibus in eos locos veniſſe; ceterum ſitum inter duas [1] Syrtis, quibus nomen ex re inditum. Nam duo ſunt ſinus prope in extrema Africa, [2] impares magnitudine, pari natura: quorum

1 *Syrtes, quibus nomen ex re.*] Quidam ex Oxonienſibus *inditum eſt.* ſunt qui totam ſententiam inducendum putant; aſt illi nimium ſevere cenſuram gerunt. Hiſtorici & Poetae antiquiores ſaepe Etymologos agunt; nec contenti breviter innuiſſe rationem nominis, eam anxie & moroſe proſequuntur; quibus venia tribuenda, quia Graeca publice neſciebantur, non tamen iis cujus temporibus illud Ζωὴ ϵ ψυχὴ lippis & tonſoribus notum. *Plautus* Mercat. III, I. *quid nomen tibi dicam eſſe? P. Paſicompſae.* ex forma nomen inditum. *Lucretius* VI. *Principio quod averna vocantur*, nomen id a re Impoſitum eſt, *quia ſunt avibus contraria cunctis.* ſic *Nonius*, editi *ab re* quod rectius. item. Πρεσβῆες Graii quos ab re nominitarunt. *Livius* XXXVIII, 18. *Duci inde exercitus per Aulon, quam vocant, terram coeptus.* ab re nomen habet. *non ligni modo quicquam, ſed ne ſpinas quidem.* &, I, 17. *Id* ab re, *quod nunc quoque tenet, nomen,* interregnum *appellatum. Columella* Praefat. ad Lib. VI. *Unde etiam jumenta,* nomen a re traxere, *quod noſtrum laborem, vel onera ſubvectando, vel arando juvarent.* Hinc de Catone *Cicero*: Vir ſui nominis. *Ovid.* Met. XIII, 569. *locus exſtat, & ex re Nomen habet. Amor.* I, 8. *eſt quaedam nomine Dipſas anus* Ex re nomen habet. *Mela* III, 8. *quos* ex facto, *quia ſerpentibus veſcuntur,* Ophiophagos *vocant.* III, 7. *ad Tamum inſula eſt* Chryſe, *ad Gangem* Argyre: *altera aurei ſoli, ita veteres tradidere, altera argentei; atque ita, ut maxime videtur,* aut ex re nomen, *aut ex vocabulo ficta fabula eſt.* Plin. IV, 12. *circa Delum in orbem ſitae,* unde & nomen traxere, Cyclades. *Manilius* I, 678. *Atque* trahens a ſe titulum *memoratur* Horizon. alibi. *e niveo lactis fluxiſſe liquorem Pectore Reginae Divum, coelumque colore Infeciſſe ſuo, qua propter* lacteus orbis *Dicitur,* & nomen cauſſa deſcendit ab ipſa. IV, 294. *dixere* Decania *gentes* A numero nomen poſitum eſt. 705. *Mauritania nomen Oris habet,* titulumque ſuo fert ipſa colore. *Tacitus* An. XII, 27. *In oppidum Ubiorum, in quo ſita erat, Veteranos coloniamque deduci impetrat*; cui nomen inditum ex vocabulo ipſius. *Priſcianus* Perieg. 917. *Indigenae populi* pro re *dixere* Medamnam. *Caſſiodor.* Var. III, 48. formam paullulum immutavit. *in* verruca *caſtello, &c. quod a* poſitione ſui congruum nomen accepit. *Eſt enim in mediis campis tumulus ſaxeus in rotunditate conſurgens.* infra: *Mergi,* quibus nomen eſt ex facto. confer Var. III, 61. Miror ergo *Procopium,* qui *Salluſtium* legerit adeo dubitanter originem nominis protuliſſe de aedif. V, 3. Poſtremo, ut ſcriptores Latini ſuorum vocabulorum ortus memorant. ita etiam Graeci faciunt. *Homer.* Odyſſ. VII, 54. Ἀρήτη δ' ΟΝΟΜ' ἐστὶν ἘΠΩΝΥΜΟΝ. v. Od. τ'. 409. *Callimachus* Σκύλλα γυνὴ κατακᾶσα, καὶ οὐ ΨΥ'ΘΟΣ ΟΥΝΟΜ' ἔχουσα. Verba denique *Salluſtii* legiſſe videtur *Livius* II, 50. *Inde conſilium* ex re natum. *J. Waſſe.*

2 *Impares magnitudine, pari natura.*] In quibuſdam eſt, ſed impreſſis, *pares natura.* verum eodem plane ſenſu. quamvis prior lectió, ſi quid eſt in me judicii, verior eſt. *Rivius.* Ita praeter edd. vett. MSS. alicujus momenti, nam aliqui *pari tractu,* aliqui *pares natura,* quod ultimum jure exſibilavit Rivius. *Grut.* Ar. L 3. λ. Bodl. Ball. Mart. Venetae *pares.* Pemb. γ. Reg. L I, 2. *pari.* J. Waſſe. *Servius* haec ita recitat in Virg. Aeneid. Lib. I. *Impares magnitudine, pares natura.* utrovis modo legas, parvi refert. *Manutius.*

proxu-

Digitized by Google

[1] proxuma terrae praealta ſunt; cetera, uti fors tulit, alta; alia in tempeſtate vadoſa. Nam [2] ubi mare magnum eſſe, & ſaevire coepit ventis, limum, arenamque, & [3] ſaxa ingentia

Caeſar tamen B. G. VII, 39. Pari *aetate & gratia, ſed genere* diſpari *Cic.* pro Ligar. *Honorum gradus ſummis hominibus & infimis ſunt* pares, *gloriae* diſpares. Sed altera forma uſus Noſter Jug. LVI. *Ipſi* pares, *caeterum opibus* diſparibus. *J. W.*

1 *Proxima terrae.*] Salluſtium reliquiſſe *terram* probavimus in Obſ. *Gronov.*

2 *Ubi mare magnum eſſe, & ſaevire ventis coepit.*] *Mare magnum*, omni tempeſtate tumidum & inflatum, libr. Hiſt. III. *Immenſum* aucto mari, *& vento gliſcente.* alias, *mare magnum* eſt, latum. Supra: *mare magnum, & ignara lingua, commercium prohibebant.* Caeſar Lib. III. Bell. Gall. *Cum ſaevire ventus coepiſſet.* Mela ad aequor *ſaevitiam* retulit, & Sall. Jugurth. cap. 17. *mare* ſaevum, *importuoſum.* Ciacconius. Recte *Ciacconius*: cave etenim Homerico ſenſu accipias pro, πέλαγος μέγα τοῖον, ὅθεν τέ περ οὐδ' οἰωνοὶ Αὐτόετες οἰχνεῦσιν. Audi potius *Lucret. Suave* mari magno. *Catullum* XXV. *velut minuta* magno *Deprenſa navis in* mari, *veſaniente vento.* Livium in Odyſſea: *Celſoſque ocris arvaque petrita, &* mare magnum. *mare.* abeſt Pemb. *J. Waſſe.*

3 *Saxa ingentia.*] Haec nemini debent eſſe ſuſpecta; quamvis enim pleraque ora arenoſa, latent tamen ubique ſcopuli. *Virg.* de minore Syrti. *Tris notus abreptas* in ſaxa latentia *torquet: Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus* aras, *Dorſum immane mari ſummo.* illa ἑρμὰς ὕφαλα *Dionyſio* I. p. 42. *Procopius* de aedif. v, 3. Οὐ μὴν οὐδὲ διαπλεῖν τοῖς πλοίοις ἄχρι ἐς τὴν ἠϊόνα δυνατὰ γίνεται. πέτραι γὰρ ὕφαλοι διακεκληρωμέναι τὰ πλεῖστα τοῦ κόλπου, πλώϊμον οὐ ξυγχωροῦσιν ἐνταῦθ' εἶναι. &, περιβέβληνταί τις ἐνταῦθ' ἠϊών. σχιζομένη δὲ αὐτὴ τῇ τῆς θαλάσσης ἐπιῤῥοῇ, τῷ τε ῥοθίῳ ἀφανιζομένη ἀποβαίνειν δοκεῖ, καὶ ἐφ' ἑαυτὴν ὑποχωροῦσα ὀπίσω ἰέναι· ἐς κόλπον δὲ μηνοειδῆ ἐπὶ μακρότατον τετράχαται. καὶ ὁ μὲν ἀρχομένης πλάνης διάπλους ἐς τετρακοσίους διήκει σταδίους· τοῦ δὲ μηνοειδοῦς τὸ περίμετρον ἐς ἡμερῶν ἐξ ὁδὸν καθίσταται. Ταύτης γὰρ ἡ θάλασσα πεπιεσμένη τῇ ἠπείρῳ ἐντὸς τοῦ κόλπου ποιεῖται. ἐπειδὰν ἄν τις ναῦς ἀνέμῳ ἢ κλύδωνι βιαζομένη τοῦ διάπλου ἐντὸς ὑπὲρ τοῦ μηνοειδοῦς τὴν ἀρχὴν γένηται, τὸ ἐνθένδε αὐτῇ ἐπανιέναι ἀμήχανά ἐστιν, ἀλλὰ συρομένη τὸ λοιπὸν ἔοικε, καὶ διαφανῶς ἐπίπροσθεν ἀεὶ ἑλκομένη. καὶ ἀπ' αὐτοῦ, οἶμαι, οἱ πάλαι ἄνθρωποι τῶν χωρίων, τοῦ πάθους τῶν νεῶν ἕνεκα Σύρτεις ὠνόμασαν. Lucanus IX, 303. *Syrtes vel primam mundo Natura figuram Cum daret, in dubio pelagi terraeque reliquit. Nam neque ſubſedit penitus, quo ſtagna profundi Acciperet, nec ſe defendit ab aequore tellus: Ambigua ſed lege loci jacet invia ſedes: Aequora fracta vadis, abruptaque terra profundo, Et poſt multa ſonant projecti littora fluctus. Sic male deſeruit, nulloſque exegit in uſus Hanc partem natura ſui. vel plenior alto* Olim *Syrtis erat pelago, penituſque natabat: Sed rapidus Titan ponto ſua lumina paſcens, Aequora ſubduxit zonae vicina peruſtae: Et nunc pontus adhuc Phoebo ſiccante repugnat. Mox ubi damnoſum radios admoverit aevum, Tellus Syrtis erit: nam jam brevis unda ſuperne Innatat, & late periturum deficit aequor.* Dionyſius, Ἑξείης δ' ἐπὶ Σύρτις ἀγάῤῥοον ὁλκὸν ἑλίσσει Βαιοτέρη. μετὰ τὴν δὲ περισσὰς αὐγὰς ἔρχεται ἄλλη Ἀσπίδος εὐρυτέρη βαρυνομένη προχοῇσιν. Ἔνθα κελευομένης Τυρσηνίδος ἀμφιτρίτης, Ἄλλοτε μὲν πλημμυρέες ἐγείρεται, ἄλλοτε δ' αὖτε Ἀμπώτεις ξηρῇσιν ἐπιβρέχει ψαμάθοισι. Syrtium naturam bene exprimit *Seneca* Agam. 558. *Eſt humilis unda, ſcrupeis mendax vadis, Ubi ſaxa rapidis cluſa verticibus tegit Fallax Caphareus.* Vide *Strabonem.* p. 836. *Plin.* v, 4. *Agathem*, Cap. III. *Avienus*, pag. 264. qui corrigendus. *Qua ſe parte dehinc celſae notus erigit aethrae, Vis late Libyci furit aequoris. una ibi Syrtis, Aſt aliam ulterius freta prolabentia tendunt: Parvaque caeruleo cir-*

fluctus

Digitized by Google

fluctus trahunt: [1] ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur: [2] *Syrtes ab tractu nominatae.* Ejus civitatis lingua modo converſa connubio Numidarum: legum, cultuſque pleraque Sidonica: [3] quae eo facilius retinebant, quod procul ab imperio regis aetatem agebant. Inter illos, & frequentem Numidiam multi vaſtique loci erant.

LXXXI. Sed, quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus, non indignum videtur, [4] egregium, atque mirabile facinus duorum Carthaginienſium memorare; eam rem nos locus admonuit. Qua tempeſtate Carthaginienſes pleraeque Africae imperitabant, Cyrenenſes quoque magni, atque opulenti fuere. Ager in medio arenoſus, una ſpecie: neque flumen, [5] neque

cumſonat aequore Mixam. lege *Meninx.* Priſcian. Perieg. *cerno minorem Occiduam: juxta quam* Meninx *inſula fulget.* J. Waſſe.

1 *Ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur.*] Tacit. Lib. XIII. *Non ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur.* Gronovius.

2 *Syrtes ab tractu nominatae.*] Non ſunt haec in veteri editione, & amiciſſimus meus Jungermannus gloſſam omnino putat, quam aliquis ut ſolet, margini allęverit, jam enim dixerat: *quibus nomen ex re inditum.* Et clare. *Limum arenamque, & ſaxa ingentia fluctus trahunt.* trahunt idipſum eſt σύρουσι, unde Σύρτις. vid. *Apollon.* Lib. IV. Arg. & ipſius Scholiaſt. Gloſſae Graecolat. Σύρσις *tractus. tractio.* lege Σύρτις. *Statius* primo Thebaid. *Syrtes deſtituunt.* ubi Lactant. ἀπὸ τοῦ σύρειν. Graece σύρειν i. *.... ſine dubio addendum *trahere.* Alluſit & Ruſus Avienus. *Late* trahit *aequora Syrtis.* Sic ſupra Criſp. de Catabathmo rationem nominis etiam breviter innuiſſe ſatis habet: *declivem latitudinem, quem locum Catabathmon incolae appellant.* Quid enim καταβαθμὸς *aliud quam deſcenſus.* Putſchius. Voces *Syrtes ab. t. n.* omittit L 3. Venetae. caeteri ſervant, *Hegeſippus* II, 9. *Nec Syrtes praeteribo terribiles, etiam ſolo auditu,* quod omnia ad ſe trahant. *Euſtathius* in *Dionyſ.* [illegible] δὲ ὁ τόπος, ὡς εἴρηται, οὐχ ὅτι ἀεὶ βαθεῖα θάλασσα, ἀλλὰ κατά καιρός [illegible] τοῦ ὕδατος ἐπισυρομένου· ὅθεν καὶ Σύρτις καλεῖται. Noſter Catilinar. *inde* [illegible] *curae ſimilitudine.* Quare nihil muto. J. W.

3 *Quae eo facilius retinebantur.*] Manuſcripta, *retinebant,* quomodo & ex impreſſis quaedam, ut *quae* caſus ſit accuſativi. *Riv.* ſic γ. λ. Bodl. R. L 2. Mar. J. W.

4 *Egreg. atque mirabile.*] Sic MSS. omnes & olim cuſi, nam recentiores *memorabile,* quod hoic ineptum eſt ob verbum ſtatim ſequens, *memorare,* Pall. tertius indicat alias legi *miſerabile.* Gruter. L 2. Reg. γ. Pemb. λ. *mirabile.* Carrio *memorabile.* ſupra, *noſtri fere multi vaſtique.* ſic Gruter. & Carrio. alii *inculti.* J. Waſſe.

5 *Neque flumen.*] Omittit Pemb. L 3. *una facie.* ſupra, facies *locorum.* v. Indicem. &, adde *Salvianum* de Gubern. II. pag. 57. *Mela* II, 2. *Jam ſi addenda eſt & ipſius* fugae facies, *quale illud fuit.* Tacitus Ann. XV, 8. *aliam ſere litore* faciem. &, IV, 67. *Antequam Veſuvius mons ardeſcens* faciem loci *verteret.* ſed nihil muto. *Liv.* XXII, 28. *Ager omnis medius erat,* prima ſpecie *invadentibus inſidiantibus.* Statius III. Sylv. V. *Magnificae ſpecies*

mons

mons erat, qui finis eorum diſcerneret; [1] quae res eos in magno diuturnoque bello inter ſe habuit. Poſtquam utrimque legiones, item claſſes ſaepe fuſae, fugataeque, & alteri alteros aliquantum attriverant: veriti, ne mox victos, victoreſque defeſſos alius aggrederetur, per inducias ſponſionem faciunt, *uti certo die legati domo proficiſcerentur:* [2] *quo in loco inter ſe obvii fuiſſent, is communis utriuſque populi finis haberetur.* Igitur Carthagine duo fratres miſſi, [3] quibus nomen Philaenis erat, maturavere iter pergere: Cyrenenſes tardius iere. Id ſecordiane, an caſu acciderit, parum cognovi. Ceterum ſolet in illis locis [4] tempeſtas haud ſecus, atque in mari retinere. Nam, [5] ubi per loca aequalia, & nuda gig-

cultuſque locorum. Virg. *Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Choroebus.* J. W.

1 *Quae res eo magno.*] Manuſcripta, *in magno*, addita praepoſitione: quomodo & vetuſtiſſimum quodque ex impreſſis. *Rivius.*

2 *Quo in loco inter ſe obvii fuiſſent, ibi.*] Manuſcripta & alia quaedam, *is communis utriuſque populi, &c.* Quod ad ſenſum attinet, utrumvis probe quadrat, & cum lectione vulgata facit Pomponius Mela. *Ut ubi legati,* inquit, *concurrerent, certo tempore utrimque dimiſſi, ibi termini ſtatuerentur.* poſterior lectio mihi elegantior eſſe videtur.

3 *Quibus nomen Philaenes erat.*] Manuſcripta, *Philaenis.* idque rectius ac Latinius, ut de elegantia nihil dicam. eſt enim ſecundae inflexionis hoc nomen, nec aliter uſquam *Salluſtius* uſurpat. *Idem.* Editio antiqua & MSS. omnes *Philenes.* Grut. Sic Reg. L 2. γ. λ. Arond. Pemb. Bodl. *Phillenes.* Valerius v, 6. *Philaeni.* at Codices Pemb. & B. Pub. *Philaenii.* &, pro *praecurrere*, *praecucurrerunt*, recte. confer *Strabonem* Libro ultimo. infra: *iter pegere.* Vox poſtrema abundat. *Grut.* *Quibus nomen Philaenis erat.* *Philaenis* dativum in *Philaenes* Aldinus codex mutavit, temere meo quidem judicio. nam ad finem hujus hiſtoriae ipſemet auctor in ſecunda, non in tertia Latinorum declinatione *Philaeni* inclinat. quod & alii ſecuti ſunt auctores Latini, nominatim *Valerius Max.* lib. v. & *Pomponius Mela* lib. 1. apud quem tamen locus mutilus eſt. quare hic legendum, *quibus nomen Philaenis*, per tertiam vocalem in ultima ſyllaba. *Glareanus.* Cum *Mela* facit *Fr. Philelſus* Epiſt. VIII, 24. *J. Waſſe.*

4 *Tempeſtas haud ſecus.*] Sulpicius Dial. 1, 3. *Ventorum ea vis eſt, ut ſiquando vel clementiore coelo aliquantulus ſpirare flatus coeperit, majus in illis terris quam in ullo mari* naufragium fit. *Solinus* p. 52. *Ita etiam* continens naturam maris ſui patitur: *nec intereſt ubi potius ſint procellae, cum ad exitium viantium elementis congruentibus, in terris flabra ſaeviant, in mari terrae.* Inde Boſtar apud *Silium* III. *Nos paene aequoribus tellus violentior hauſit.* Sidonius VIII. Epiſt. 12. *tantum Syrticus ager ac vagum ſolum & volatiles ventis altercantibus arenae.* Lucanus IX, 445. *hac ire Catonem Dura jubet virtus. illic ſecura juventus Ventorum,* nullaſque timens tellure procellas, Aequoreos eſt paſſa metus. *nam littore ſicco, Quam pelago, Syrtis violentius excipit Auſtrum, Et terrae magis ille nocet.* J. Waſſe.

5 *Ubi per loca aequalia, & nuda gignentium.*] *Aequalia,* ſunt plana, *gignen-*

nentium

Digitized by Google

nentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magna vi agitata, [1]ora, oculoſque implere ſolet: ita proſpectu impedito, morari iter. Poſtquam Cyrenenſes aliquanto poſteriores ſe eſſe vident, & ob rem corruptam domi poenas metuunt; criminari Carthaginienſes ante tempus domo digreſſos; conturbare rem; denique omnia malle, quam victi abire. Sed cum Poeni aliam [2]conditionem, tantummodo aequam, peterent, Graeci optionem Carthaginienſium faciunt, *ut vel illi,* [3]*quos finis populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eadem con-*

tia vero arbores & ſtirpes appellat, quaeque alia e terra gignuntur. Sic infra: *Forte in eo loco grandis ilex coaluerat, inter ſaxa paulum modo prona, deinde inflexa atque aucta in altitudinem, qua cuncta* gignentium *natura fert.* Salluſt. imitatus *Apulejus* in libro de Platonis dogmate, ut in optimo exemplari manuſcripto legitur: *Gignentiumque omnium inſtar cerae, formas & figurationes ex illa exemplorum impreſſione, ſignare.* Et paulo poſt: *Animam vero animantium non eſſe corpoream, nec ſane perituram, cum corpore fuerit abſoluta, omniumque* gignentium *eſſe ſeniorem, atque adeo & temperare, & regere ea quorum curam fuerit diligentiamque ſortita.* Hoc eſt, omnium quae gignuntur. *Vitruvius* vero quae Salluſt. dixit *gignentia,* ipſe *naſcentia* appellavit, ut lib. v. cap. 1. *Non minus quam etiam* naſcentium *oportet imitari naturam, ut in arboribus teretibus:* & ſtatim; *ergo ſi natura* naſcentium *ita poſtulat.* Et lib. VIII. cap. 1, *Si invenientur* naſcentia, *tenuis juncus, ſalix erratica.* Inde infra *& illis dolentia, & plebi volentia.* De *Philaenis* Mela & Val. Maximus. *Ciacc.* & *Strabo* Lib. ultimo; ſed uti etiam & *Scylax* p. 74. ubi pro, Φιλαίνυ κωμὰς legendum βωμὰς ut obſervat *Mauſſac.* ad Harpoc. *Mons diffuſior &* nudus gignentium *Hegeſip.* IV, 16. *Ambroſius* Ep. V, 24. *ſi nimia ſiccitate aruerint* locorum gignentia. Idem Serm. V. in Pſalm. CXIV. *non arenoſa, &* nuda gignentium *ſtativis decernit.* & Lib. de Cain, &c. Cap. VIII. *Germanicus* in Aratum. *Hac enim creſcente* univerſa gignentia *pubeſcunt.* v. Ammianum XXIII. *Turnebum* Adverſ. III, 15. *Lucanus* II, 89. vacuiſque *mapalibus actus* Nuda *triumphati jacuit per* regna *Jugurthae.* J. W. *Per loca aequalia & nuda gignentium.* *Gignentia* dixit etiam *Ambroſius* Orat. de fide Reſurrectionis: *Denique multa* gignentia *quamvis jugi ſerenitate, humo, arida; arenoſaque naſcuntur, quoniam & ipſa terra ad humorem ſufficit, &c.* Lactantius lib. I. de ira Dei cap. XIII. *Ajunt enim multa eſſe in* gignentibus, *& in numero animalium, quorum adhuc lateat utilitas, ſed eam proceſſu temporis inveniri.* Urſinus.

1 *Ora oculoſque.*] Copulam reſpuit ſolus Pemb. infra, *ſeſe eſſe* Reg. *ſe vident.* & Martin. *locis ſolet* R. *J. Waſſe.*

2 *Conditionem.*] Αἵρεσιν valet, eligendi poteſtatem. Bacchid. *Duae* conditiones *ſunt, utram tu accipias vide.* Nepos Attico: *Quum enim verſuram facere publice neceſſe eſſet, neque ejus* conditionem aequam *haberent.* Codex B. Pub. pro *quum quoniam.* & infra recte delet vocem *eos.* confer *Hegeſippum* II, 6. Idem

3 *Quos fines populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur.*] Neſcio an ſit ſcribendum *quo fines.* Ciacconius. Sic quidem fere MSS. meliores nam alii *quo fines,* uti etiam in vetuſte editis Com. habet *qui fines.* Grut. *Ut vel illi, quo fines.* Manuſcriptum, *quos fines.* quomodo &

ditione

Digitized by Google

ditione ſeſe, quem in locum vellent, proceſſuros: Philaeni, conditione probata, ſeque, vitamque ſuam Reipubl. condonavere: ita vivi obruti. Carthaginienſes in eo loco Philaenis fratribus [1] aras conſecravere; [2] aliique illis domi honores inſtituti. [3] Nunc ad rem redeo.

LXXXII. Jugurtha poſtquam, amiſſa Thala, nihil ſatis firmum contra Metellum putat; per magnas ſolitudines cum paucis profectus, pervenit ad Gaetulos, genus hominum ferum, incultumque, & eo tempore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit: ac paullatim conſuefacit ordines habere,

in aliis pleriſque, idque fortaſſe rectius. nam ſequitur *ibi*, hoc eſt, *in iis finibus*. niſi quis ex iis, quae mox ſequuntur, ita intelligere malit, ut vel illi, quo loco fines populo ſuo peterent, eo in loco vivi obruerentur. vel eadem conditione ſeſe, quem in locum vellent, proceſſuros. praeterea, *quaererent* in quibuſdam legitur, pro *peterent*. quamquam eodem ſenſu. *Rivius.*

1 *Aras conſecr.*] Hae Strabonis aetate non extabant: ut ipſe refert libro III. *Caſtil.* Sic loquitur *Cicero* de Haruſp. Reſp. *Aedes, terram*, arma conſecrare. *Sueton.* Caeſ. XX. *Victor* in Origin. VIII. *Cum ergo Recaranus ſive Hercules, patri Inventori aram Maximam* conſecraſſet. *Solinus*, idem narrans, uſus eſt voce *dicavit*. Cap. I. p. XI. & 26. *Quae res & locum & factum* conſecravit: *nam qui morti deſtinabatur, donatus filiae in memoriam tanti praeconii reſervatus eſt: locus* dicatus *ſuo numini, Pietatis ſacellum eſt.* Tacitus de Moribus Germ. III. Aram *quinetiam Ulixi* conſecratam *adjecto Laertae patris nomine*. inde *conſecratus* pro *ſanctus*, *Deo dicatus*. Hegeſip. III, 14. eo ſignificatu legitur *data* apud *Solinum* p. 28. *Turris Proteſilai delubro* data. ſed rectius opinor Codd. *dicta*, quamquam nihil movet *Salmaſius*. Mela II, I. *ſunt Proteſilai oſſa* conſecrata *delubro*. hoc eſt, *dicta*. Minutius Cap. X. *Nam quicquid agimus, ut alii fato, ita vos Deo* dicitis. *dictus ſacer*, pro *dicatus*. Virg. VI, 136. *latet arbore opaca Aureus, & foliis & lento vimine, ramus Junoni infernae* dictus ſacer. ibi *dictus*, pro, *dicatus*, teſte Servio. Sacrum enim eſt quicquid a magiſtratu, pontifice praeeunte, dicendo dedicatur; ut *Varro* tradit L. Lat. p. 56. *Vitruvius* Praefat. ad Lib. I. *Cum autem concilium Coeleſtium in* ſedibus *Immortalitatis eum* dedicaviſſet. Denique quod Noſter *conſecrare*, alii *inſtituere*. Hyginus Fab. 130. *diem feſtum ocillationis peſtilentiae cauſa* inſtituerunt. Ubi *Munkerus* Scholiaſtam *Germanici*, fruſtra tentat. Ejus verba ſic ſe habent. p. 192. *Ex quo factum eſt, ut ſoli oſcillo jactarentur homines.* Nec illa ſana ſunt, inquit, *ſoli oſcillo* ex quibus binis vocabulis fecerim unum, *oſcillo*. At ipſe haud aeque infeliciter, pro *ſoli* legerim, *molli*, auctore Virgilio: *Oſcilla ex alto ſuſpendunt* mollia *pinu*. Vide ipſam Conſecrationis Formulam apud *Suetonium* Ed. Pitiſci Vol. I. p. 226. *J. Waſſe.*

2 *Aliique illis domi honores conſtituti.*] Manuſcripta, *inſtituti*: quomodo quaedam etiam typis excuſa. pro, *decreti*. quamquam & *conſtituere honores* dicitur, id quod apud *Ciceronem* reperitur. *Rivius.* inſtituere ex MSS. *C. Popma.*

3 *Nunc ad rem.*] Sic Codices omnes. ſimiliter *Sulpicius*. Hiſt. Sac. I, 29. *de quibus dubitare me fateor.* Nunc reliqua exſequar. *Polybius* p. 1464. Ταῦτα μ

ſigna ſequi, imperium obſervare, item alia militaria facere. Praeterea regis Bocchi proxumos magnis muneribus, & majoribus promiſſis [1] ad ſtudium ſui [2] perducit: queis adjutoribus regem adgreſſus, impellit, uti advorſum Romanos bellum ſuſcipiat. [3] Id ea gratia facilius, proniusque fuit, quod Bocchus initio hujuſce belli legatos Romam miſerat, foedus, & amicitiam petitum. Quam rem opportuniſſumam [4] incoepto belli, pauci impediverant, caeci avaritia, queis omnia honeſta, atque inhoneſta vendere mos erat. [5] Etiam antea Jugurthae

ἐν ἐπὶ τοσοῦτον ἡμεῖς διεληλυθότες κατὰ τὴν περίοδον, αὖθις ἐπανάγωμεν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἱστορικῆς διηγήσεως. J. Waſſe.

1 *Ad ſtudium ſui perducit.*] In vetuſtis nonnullis eſt, *perlicit*; pro *ſibi concilias & devincit*; atque haec lectio mihi magis arridet, etiamſi prior illa in manuſcriptis quoque eſt. *Perlicere ad ſocietatem armorum*, eſt apud *Livium* x. ab U.C. & *Donis perlicere*, VI. belli Punici II. Non inficior tamen, & priorem in eodem lectionem reperiri, velut v. belli Aſiatici, *Et alios*, inquit, *principum, donis ad ſuam cauſſam* perduxit. *Rivius.* Sic MSS. omnes, & neque efficax eſt atque aliorum *perlicit*. Gruterus.

2 *Perducit.*] Bellopellitan. quod mera eſt interpretatio. L. 2. & exemplar Venetiis excuſum 1478. *producit.* ſolenni librariorum errore. ſic apud *Iſidorum* IV, 5. *Inter ſanitatem & morbum media eſt curatio quae niſi morbo congruat, non producit ad ſanitatem.* lege cum membranis B. Pub. Pemb. Col. Trin. *perducit.* ſic loquitur *Arnob.* Lib. III. p. 114. & *Celſus* Praefat. p. 8, & 9. & III, XI. Corollarii loco: ex hujus de medicinae Libro Cap. ultimo p. 332. auidam aliud aeque mendoſum. *Multa ſunt quae in Graecis hominibus per hanc diſciplinam facta leguntur, ſicut habetur de David, qui a ſpiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit.* liquido juraverim nil tale profluxiſſe ab homine Chriſtiano. Nempe ergo pro *Graecis*, ſcribendum *aegris.* ſic noſtri omnes. Cap. VII. *Graecorum vetuſtas furorem peſtem appellabat, ſive ab iniquitate quam Graeci maniam.* ſic B. Pub. Trin. ſed Pemb. & editi non agnoſcunt illa, *ſive ab iniq.* Verum habentur apud *Ceelium Aurelianum* Siccenſem quem hoc loco exſcripſit. Fruſtra interim eſt *Le Breal*, qui pro *iniquitate* reponit *inanitate.* Ita loquitur alibi homo barbarus. V, 9. p. 137. *J. Waſſe.*

3 *Id ea gratia facilius procliviuſque.*] In manuſcriptis ceteriſque vetuſtioribus eſt, *pronius.* verum prior tamen lectio mihi valde placet. Eſt apud *Salluſtium* non ſemel, *in proclivi eſſe.* pro, *facile.* ut cum inquit, *Cujus ſi dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt.* Sic & in Andria Terentius. *Idem.* *Id ea gratia facilius proniuſque fuit.*] Ita rurſus Pall. omnes, nec video cur cedere debeat aliorum *proclivius.* mallem potius ejici, *ea gratia*; natum in officina interpretum, fortaſſis etiam illud *facilius.* Gruterus.

4 *Incepto bello pauci impediverant.*] Hanc lectionem & ipſe probandam eſſe duco. nec tamen diſſimulandum reor in manuſcriptis omnibus, quae ipſe viderim reperiri, *incepto belli*, non *bello.* Rivius. *Rem opportuniſſumam incepto belli.*] Ita etiam MSS. noſtri, ut quiſque eſt virtute melior: deteriores enim, *bello.* Grut.

5 *Etiam ante Jugurthae filia.*] Nonius Marcellus citat haec valde corrupte in hunc modum: *Etiam jam ante Jugurthae filia Boccho nupſerat, verum ea*

filia

filia Boccho nupſerat. Verum ea neceſſitudo apud Numidas, Mauroſque levis ducitur: ¹ quia ſinguli pro opibus, quiſque quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habent; ſed reges eo amplius. Ita animus multitudine diſtrahitur; nullam pro ſocia obtinet: pariter omnes viles ſunt.

LXXXI. Igitur in locum ambobus placitum exer-

neceſſitudo, quae etiam timidos fortis facit. Coaluerunt turpiter duo fragmenta; quae ſic divide & ſupple: *Etiam ante Jugurthae filia Boccho nupſerat, verum ea neceſſitudo apud Numidas Mauroſque levis ducitur.* Idem Catilina: *Praeterea neceſſitudo, quae etiam timidos fortis facit.* Putſchius. *Etiam antea Jugurthae filia Boccho nupſerat.* In noſtro probatiſſimo codice ſic legitur, *etiam Bocchi nupſerat.* non uti vulgo, *Boccho nupſerat.* quae verba cum diligentius conſiderarem, in eam opinionem adductus ſum, ut exiſtimem, ita *Salluſtium* ſcripſiſſe. namque *Plut.* aſſerit Jugurtham Bocchi generum fuiſſe, in Mario. Accedit praeterea auctoritas *Flori*, qui & ipſe Lib. III. Cap. 1. ſcribit, Bocchum Jugurthae ſocerum fuiſſe. haec jam adnotaveram, cum & in illo codice, qui in bibliotheca divi Salvatoris Bononiae ſervatur, eodem modo ſcriptum eſſe reperi: ut jam non dubitandum ſit, quin haec ſit antiqua & germana lectio. *Caſt.* Ita *Nonius* p. 353. noſtri fere & Balliol. at Digb. Bodl. Magd. Joan. Mart. Arond. *Bocchi* quomodo etiam dederat Carrio. *Simſonus* in opere Chronolog. putat auctorem reliquiſſe *Bocchu.* Sed *Florus* & *Plutarchus.* Bocchum Jugurthae ſocerum faciunt. hic III, 1. *ſic fraudulentiſſimus regum, fraude ſoceri ſui in inſidias deductus eſt.* illo in Sylla, p. 452. ὁ δὲ Βόκχος [illegible] & Mario pag. 410 [illegible] Ἰουγούρθα. unde patet ejus Codd. minime mendoſos eſſe, quia alia atque alia voce idem extulerit. Contrarium ſuadent Vaillantii numiſmata, in quibus facies Bocchi lanugine tantum decorata, Jugurthae imago cum barba promiſſa viſitur. at barba promiſſa captivi habitus, non aetatis indicium. praeterea Volux filius adoleſcens, & militiae patiens, oſtendit patrem ejus Bocchum non fuiſſe admodum juvenem. Hujus nominis quendam e regibus Arabiae memorat *Hegeſip.* I, 29. niſi forte mendum in voce ſit, nam *Joſephus* I, 11. *Malachum* vocat. infra. *Nullam pro ſocia.*] Laud. L 3. *nulla* & ſic Carrio, eleganter. Vide *Gronovium* ad *Livium* III, 36. *Interpres Juvenalis* ineditus ad Sat. III, 30. *Quiſque pro opibus uxores multas habet.* *Claudian.* B. Gildon. 441. *Arma oneri, fuga praeſidio, connubia mille. Non ulli generis nexus, non pignora curae; ſed* numero languet pietas. *Lucan.* VIII, 397. *num barbara nobis Eſt ignota Venus, quae ritu caeca ferarum Polluit innumeris leges, & foedera tedae Conjugibus, thalamique patent ſecreta nefandi Inter mille nurus?* ibi: *jacuere ſorores In regum thalamis,* Codex Cajenſis, *fratrum* thalamis. non admodum male, ſed aliter editio princeps & B. Pub. deinde: *proles tam clara Metelli Stabit barbarico,* conjux milleſima *lecto.* infra: *profunda avaritia.* Claudian. B. Gild. *quodcunque* profunda *Traxit* avaritia, *luxu pejore refundit.* de B. Get. *qui* mente profunda Hauſerat urbis opes. *Pemon.* 419. *ſi qua foret tellus, quae fulvum mitteret aurum, Hoſtis erat.* v. *Liv.* XXXIX, 17. *denas a. a, p. h. ſed reges eo amplius* citat *Servius* p. 189. J. Waſſe.

1 *Quia ſinguli pro opibus, alii plures habent.*] Manuſcripta conſentientibus & aliis vetuſtioribus, *quod ſinguli pro opibus, &c. alii plures habeant.* Rivius.

 citus

Digitized by Google

citus conveniunt: [1] ibi, fide data, & accepta, Jugurtha Bocchi animum oratione accendit: *Romanos injuſtos, [2] profunda avaritia, communes omnium hoſtis eſſe: eandem illos cauſſam belli cum Boccho habere, quam ſecum, & cum aliis gentibus, [3] lubidinem imperitandi, queis omnia regna advorſa ſint: tum ſeſe, paullo ante Carthaginienſes, item Regem Perſen, [4] poſt, uti quiſque opulentiſſumus videatur, ita Romanis hoſtem fore.* His, atque aliis [5] talibus dictis, ad Cirtam oppidum [6] iter conſtituunt: quod ibi Q. Metellus praedam, captivoſque, & impedimenta locaverat. Ita Jugurtha ratus, aut capta urbe, operae pretium fore; [7] aut, ſi Romanus auxilio ſuis veniſſet, proelio ſeſe certaturos. Nam callidus id

1 *Ibi fide.*] Naz. *ubi data fide.* Grut.

2 *Profunda avaritia.*] Sic in Epiſtol. Mithrid. *cupido* profunda *imperii & divitiarum.* Et in orat. de repub. ordin. *profundam libidinem,* dixit, pro, *immenſa*: ut Cicero in Piſonem, *Quam partem ejus praedae* profundae libidines *devoraſſent*: & pro Plancio, *mare profundum & immenſum.* Ciacconius.

3 *Libidine imperi tandi.*] Duo e manu ſcriptis habent, *libidinem imperitandi*, caſu accuſativo. idque rectius eſſe puto. nam & alibi, *Libidinem dominandi cauſſam belli habere*, inquit. *Rivius.* Reg. *libidine* ſic Ball. Mart. Pemb. Arond. ceteri cum editis. *J. W.* Huc reſpexit Mela Lib. III. Cap. 3. *Bella cum finitimis gerunt*, cauſſas *eorum* ex libidine arceſſunt, *atque* imperitandi *prolatandique quae poſſident.* Ciaccon. *convenit* Carrio. *J. W.*

4 *Poſt uti quiſque opulentiſſimus videbatur.*] Manuſcripta, *videatur.* Rivius. Poſtrema vox ſalva ſententia deleri poterat. *Gruterus.* noſtri *videatur.* J. W.

5 *Talibus dictis.*] L 3. Ball. Venetae omittunt *dictis.* Priſcianus. pag. 1008. *Cirtham*: uti Ball. *paſſim.* J. Waſſe.

6 *Iter conſtituunt.*] Sic *Cicero* Lib. I. de Divin. *Iter propoſitum & jam conſtitutum.* Ciacconius.

7 *Aut ſi dux Romanus; &c.*] Manu ſcriptum, *pretium fore.* ſed erat alterius manu in ſpatio, quod verſus dirimit, litterulis minutis, *operae.* verum in aliis ſolum legitur, *pretium.* ut quin ita legendum ſit, dubitatio jam nulla relinquatur. *Rivius.* Sic repoſui ex pleriſque antiquis libris. quo modo locutus c. 110. *Fuerit mihi* pretium *eguiſſe aliquando amicitiae tuae.* Fulvii tamen liber, *Operae pretium fore.* Ego dictionem, *operae*, induxi, aliorum veterum librorum auctoritate adductus. *Manutius.* *Aut capta urbe, operae.*] Illud *operae* extat in omnibus MSS. noſtris, ideoque non auſus ſum ejicere quaſi per vim, poſſe tamen abeſſe certum eſt. *Gruterus.* Curtius: *Quibus morari ordinem rerum haud* operae videbitur. VIII, 9. *Apulejus* de Deo Soc. p. 46. *Non eſt* operae *diis ſuperis ad haec deſcendere.* Liv. I, 24. *Non* operae eſt *referre.* & XXXIII, 20. ſaepius, *operae pretium.* E contra *Tacitus* I, 57. omittit *operae.* Pretium *fuit Germanico convertere agmen.* II, 35. *Res eo anno prolatas haud referrem, ni* pretium foret. Noſter ſupra *Catil.* XII. Operae pretium *eſt cum d. a. villas cognoveris in urbium modum exaed.* pro quo Iſocrates ad *Philip.* 123. Οἴομαι καὶ ἔσεσθαι τι ΠΡΟΥΡΓΟΥ. Themiſt. Orat. XIII. pag. 293. Πολὺ ἂν ΠΡΟΥΡΓΟΥ ΕἼΗ. *Aeſchylus* ubique fere per

modo

Digitized by Google

modo feſtinabat, Bocchi pacem imminuere; [1] ne, moras agitando, [2] aliud, quam bellum, mallet.

LXXXIV. Imperator poſtquam de regum ſocietate cognovit, non temere, neque uti ſaepe jam victo Jugurtha conſueverat, omnibus locis pugnandi [3] copiam facit: ceterum, haud procul ab Cirta caſtris munitis, reges opperitur; melius [4] eſſe ratus, cognitis Mauris, quoniam is novus hoſtis acceſſerat, ex commodo pugnam facere. Interim Roma per littèras certior fit, provinciam Numidiam Mario datam. [5] Nam Conſulem factum ante acceperat. Quibus rebus ſupra bonum, [6] aut honeſtum perculſus, neque lacrumas tenere, neque moderari linguam: [7] vir egregius in aliis artibus, nimis

ἄζων ſimpliciter. ſed in Prometh. vinct. *vſ.* 640. 'ΑΞΙ'ΑΝ ΤΡΙ'ΒΗΝ ἔχει. infra: Venetae 1470, 1478. Mart. I. 2, 3. *Romanus dux.* Pemb. *dux Rom* male. Reg. ex interprete habet. Virg. *Tu regere imperio populos* Romane *memento.* Hegeſippus ipſe IV, 16. *Ut id quando voluerit* Romanus. & ſic forte legendum: apud *Florum* I, 13, 6. Pro ſociis ac foederatis *Populus* Romanus intervenit. at *Jornandes* de Regn. Succeſſ. p. 23. omittit *populus.* quod non olet ejus ſaeculi elegantiam. *J. W.* *Dux*, non eſt in ullo manuſcripto ac rectius abeſt. *Rivius.*

1 *Ne mox agitando.*] In vetuſtis quibuſdam, *ne moras agitando*, quomodo & Florentinum & Beroaldinum, pro differendo ac prolatando. Citat eodem modo Riccius Lugienſis, quamvis ſecus Badianum. *Idem. Ne moras agitando*] *Imminuere* pro *interrumpere* accepiſſe videtur. Sed pro *Ne moras*, idem Aldinus codex habet, *ne mox agitando:* quae lectio melior eſt, ſi *agitando* pro *cogitando* acceperis. *Glareanus.* noſtri *moras*, recte. *J. W.*

2 *Aliud quam bellum*] Sic Codd. *quam* abeſt Colon. unde Palmer. *aliud bello.* ita quidem eleganter *Phaedrus* in Prol. *Quod ſi accuſator* alius Sejano *foret*, *ſi teſtis alius.* Horat. *Neve putes* alium ſapiente bonoque *beatum.* &, *Ne quis ſeſe* alius Lyſippo *pingeret aere.* Plautus ex Conjectura Gulielmii; *Qui quaerit* alia his, *malum videtur quaerere.* Vitruvius Praefat. ad Lib. v. *eoſque non plus quam tres in una conſcriptione oportere eſſe putaverunt.* Codex Arondel. omittit *quam*, eleganter. *J. Waſſe.*

3 *Copiam facit.*] Valde veriſimile eſt, ſcriptum Salluſtio *facere.* Gruterus.

4 *Eſſe ratus.*] Abeſt *ratus* Pemb. *J. W.*

5 *Nam conſulem factum, antea acceperat.*] In impreſſis quibuſdam, *jam antea acceperat:* licet aliter manuſcripta. *Riv.*

6 *Aut honeſtum.*] Ita MSS. noſtri, non ut in vulgatis, *atque honeſtum.* Grut. ſic Pemb. & γ. caeteri retinent *atque.* λ. habet *&* *J. Waſſe.*

7 *Vir egregius in aliis artibus.*] In nonnullis eſt omiſſa praepoſitio *in.* ſed praeterquam quod exemplaria manuſcripta additam habent praepoſitionem, *Cicero* quoque ſic eſt loqui ſolitus. ut cum inquit, *Laelius in laude bellica egregius.* pro, *excellens* & *praeſtans.* Rivius. Gell. I, 3. *Pericles ille Athenienſis* egregius *vir* ingenio. v, 3. *Protagoram virum in* ſtudiis doctrinarum egregium. x, 11. *Nigidius homo in omnium* bonarum artium diſciplinis egregius. *Liv.* XXXVII, 7. *Virum ſicut* ad caetera egregium, *ita comitate non averſum.* Sulpicius Sever. H. Sac. I, 2. *J. W.*

molliter

Digitized by Google

mollier aegritudinem pati. Quam rem alii in ſuperbiam vortebant: alii bonum ingenium contumelia accenſum eſſe: multi, quod jam parta victoria ex manibus eriperetur: nobis ſatis cognitum eſt, illum magis honore Marii, quam injuria ſua excruciatum, neque tam anxie laturum fuiſſe, ſi ademta provincia alii, quam Mario, traderetur.

1 *Molliter.*] *A quo Chriſtiani* mollioris affectus *circa amiſſionem ſuorum, aut quod magis eſt, fidei parvioris, conſolarentur ſpe futurorum.* Pontius Diaconus. 4, 30. Caeſar *cui rei propter animi* mollitiem *ſtudere omnes videret, quod diutius laborem ferre non poſſet.* de B. Gall. VII, 20. &, III, 19. *animi eſt iſta* mollities *non virtus inopiam paulisper ferre non poſſe.* item VII, 77. Terent. *Eſiciunda eſt hercle iſta* mollitia, &c. *Cic.* Offic. I. §. 21. *Sunt enim, qui in rebus contrariis parum ſibi conſtent: voluptatem ſeveriſſime contemnant,* in dolore ſint molliores. D. *Ambroſ.* Offic. I, 37. *eſt etiam quae dicitur vacuitas animi ab angoribus, ut neque in doloribus* molliores ſimus, *neque in proſperis elatiores.* J. Waſſe.

2 *In ſuperbiam vortebant.*] Infra: *Ne modeſtiam in conſcientiam duceret.* Tacit. Hiſt. II. *Ornatum ipſius municipii & coloniae in ſuperbiam trahebant.* Infra: *omnia non bene conſulta in virtutem trahebantur.* Ciacc. Fabricianum, *vortebant.* quod antiquitatem magis ſapit, cujus cum primis ſtudioſus eſt Criſpus. *Rivius.* Pemb. *vortere.* J. Waſſe.

3 *Ex manibus eriperetur.*] Sic, *bona, beneficia, vita,* Noſter ſupra. legitur & *facinus ereptum alicui,* apud *Sedulium* II. §. 6. Edinburg. Typis Andersonianis. quem librum mihi dono dedit Cl. R. Sibbalds, eques auratus. *Ereptumque gemens* facinus ſibi. quo loco: *Haud ſecus Herodes Chriſto ſimulatus adempto Sternere colliſas parvorum ſtrage catervas.* Codex B. Pub. *Cheliolas.* Lege *lacteolas.* Catulli vox eſt, nec recentioribus ignota. *Prudent.* Enchirid. v. *Fumant* lacteolo *parvorum ſanguine cunae.* J. Waſſe.

4 *Magis honore Marii quam ſua injuria extruciatum.*] Sic quidem etiam Palatinus Nazarianus aliique. at enim Commeliniano eſt *injuria exercitum:* quod ipſum germanum magis auctoris, meo quidem judicio. *Grut.* Magd. *exercitum.* Reg. *cruciatum.* Vulgatam contra Gruterum tuetur *Hypiuſius* Metam. IX. p. 106. Ed. Colv. *Sic herili* contumelia me cruciatum, *tandem coeleſtis reſpexit providentia.* Ad hanc formam etiam Noſter Jug. XVII. *omnibus* malis excruciatus. *Cic.* I. Fin. 50. *temeritas, & libido, & ignavia ſemper* animum excruciant. & II, 53. animi *conſcientia* improbos excruciari. *Plautus* Mil. IV, 2. *Quid illam miſeram* animi excrucias. Bacch. id. III, 4. *Mori me malim* excruciatum inopia. Juſtin. VI, 3. *Quos major* ſolicitudo cruciabat. *Cic.* Terentiae Epiſt. Lib. XIV, 3. *Conficior enim maerore, mea Terentia: nec meae* miſeriae *magis* excruciant, *quam tuae veſtraeque.* Tacitus An. II, 31. *Cingebatur interim milite domus, ſtrepebant etiam in veſtibulo, ut audiri, ut aſpici poſſent: cum Libo, ipſis, quas in noviſſimam voluptatem adhibuerat, epulis* excruciatus, *vocare percuſſorem.* Heautont. III, 1. *Verum cum videam miſerum hunc tam* excruciarier *Ejus abitu.* vid. Phorm. V, 4, 10. Eunuch. V, 3. Andr. V, 3, 15. *Lucret.* V, 1425. *Catullum, Plautum, Martialem.* VI, 45. VI, 71. *Cic.* dixit *lucrari dolore* IV. Acad. §. 23. *cognitum illum Carrio.* J. Waſſe.

5 *Si ademta provincia.*] MSS. *ſi ademta provincia.* ſic & ſenſus ipſe poſtulat, & praeclariſſime fuit lapſus, una omiſſa littera. Riv.

LXXXV. Igitur eo dolore impeditus, & quia [1] ſtultitiae videbatur, [2] alienam rem periculo ſuo curare, legatos ad Bocchum mittit, poſtulatum, *ne ſine cauſſa hoſtis populo R. fieret: [3] habere eum magnam copiam ſocietatis, amicitiaeque conjungendae, quae potior bello eſſet; quamquam opibus ſuis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare: omne bellum ſumi facile, [4] ceterum aegerrume deſinere: non in ejuſdem poteſtate initium ejus, & finem eſſe: incipere cuivis etiam ignavo licere; [5] deponi, cum victores velint: [6] proinde ſibi, regnoque ſuo conſuleret; neu florentis res ſuas cum Jugurthae perditis miſceret.* Ad ea rex ſatis [7] placide verba facit: *ſeſe pacem cupere, ſed Jugurthae fortunarum miſereri: ſi eadem illi copia fieret, omnia conventura.* Rurſus imperator, contra poſtulata Bocchi, nuncios mittit. [8] Ille probare partim, alia abnuere. Eo modo, ſaepe ab utroque miſſis

1 *Stultitiae.*] Ar. *ſtultitia.* Bodl. *ſtultitiae.* utrumque male. infra pro *aegerrume* Mar. L. 3. Land. & x. in textu *acerrime.* ſupra *aegerrume*: Venet. 1470. *aſperrime.* J. Waſſe.

2 *Alienam rem ſuo periculo curare.*] ... *periculo ſuo*, ut ſequatur pronomen. Rivius. & noſtri. *J. W.*

3 *Habere eum magnam copiam.*] Sic in omnibus fere. Sed quid ſi legas, *habere cum, &c.* ſane facilis ac proclivis lapſus fuit, ſimilitudine litterarum. Nihil tamen adhuc muto, ſed conjecturam ſolam affero. Haec jam adnotaram, cum ecce allato & inſpecto codice Florentino, eam ibi reperi. *Idem.* Mirum eſt, tam alte radices egiſſe ſcripturam falſam. nam etiam noſtri omnes, *habere eum*: ... *habere tum.* Gruterus. *tum* Venetae. ... B. R. & in R. prius, *etiam tum.* J. W.

4 *Ceterum aegerrume deſinere.*] Quamvis in cunctis manuſcriptis *acerrime* legatur, atque etiam in impreſſis quibuſdam, velut Florentino, tamen vulgatam lectionem probandam magis eſſe puto. opponuntur enim, *facile & aegre.* Cicero de ſenectute, *Omnis conglutinatio recens aegre inveterata facile diſſolvitur.* Idem alibi, *Inveterata vitia aegrius depelluntur,* pro *difficilius.* Rivius. Ita Pall. quint. ſext. ſept. nonus. non *acerrume*, quomodo hactenus vulgatum, quod invexit ſcriptura priſca *acerrima* quae adhuc viſitur in Naz. *Gruterus. Bellum ſumi facile, ceterum acerrime deſinere.*] Scripti, *aegerrime deſinere.* quod magis probo. *Putſch.*

5 *Non deponi niſi cum victores velint.*] In manuſcriptis omnibus eſt, *deponi cum victores velint.* & haec lectio magis arridet. *Rivius.* Ex *Lesbonacte* deſumta videntur. Δοκεῖ εἶναι εἰρήνη ἀγαθόν; αὕτη ἐπὶ τοῖς τῆς πολεμίοις νικῶσι [illegible], ὅπως ἂν βούλωνται [illegible]. *J. Waſſe.*

6 *Proinde ſibi regnoque conſuleret.*] In vetuſtis quibuſdam, ſed impreſſis, *ſibique regnoque*, id hiſtorico magis convenire videtur. *Rivius.* infra *copia fieret*: forte Reg. a manu prima. *J. Waſſe.*

7 *Placide v. facit.*] Non videntur a Salluſtio *verba facit*, ſed librario inepto. *Gruterus.*

8 *Ille probare partim, alia abnuere.*] Editio prima; *ille probare, partim abnuere*; ſine voce *alia*: qua etiam deſtituti

-mſnp

remiſſiſque nunciis, tempus procedere, & ex Metelli voluntate bellum intactum trahi.

LXXXVI. At Marius, ut ſupra diximus, [1] cupientiſſuma plebe Conſul factus, poſtquam ei provinciam Numidiam populus juſſit, antea jam infeſtus nobilitati, tum vero multus, atque ferox inſtare: ſingulos modo, modo univerſos laedere: dictitare, *ſeſe Conſulatum* [2] *ex victis illis ſpolia cepiſſe*; alia praeterea magnifica pro ſe, & illis dolentia: interim, quae bello opus erant, prima habere: poſtulare legionibus ſupplementum: auxilia a populis, & regibus, ſociiſque arceſſere: praeterea ex Latio fortiſſimum quemque, pleroſque [3] militia, paucos fama cognitos accire, & ambiendo cogere homines emeritis ſtipendiis ſecum proficiſci. Neque illi Senatus,

MSS, aliquot; quorum meliores, *ille probare. partim abnuere*, aevo juniores, *ille probare partim, partim abnuere*. Gruter. Scribe: *probare, partim abnuere*, ejecto, τοῦ *alia*. Vid. Gronov. ad *Liv.* III, 73. *Alia p. partim ab.* γ. *prob. p. partim ab.* Cic. Divin. I, 93. *& quod ob eandem cauſſam multa inuſitata*, partim *e Coelo*, alia *ex terra oriebantur, quaedam etiam, &c. ab* omittit Ar. *utroque*. i. e. *ad utrumque locum*, ἑκατέρωσε, uſi, Livius, Plautus, alii. *J. Waſſe.*

1 *Cupientiſſima.*] Victor Caeſ. XXIX. *Julius Valens* cupientiſſumo vulgo *imperium capit*. Idem.

2 *Ex victis illis ſpolia cepiſſe.*] *Ex vitiis illorum*, aut, *ex mollitie illorum*, videtur legiſſe Plutarchus; in Mario 410. σκῦλόν τι βοῶντος αὐτοῦ τὴν ὑπατείαν φέρειν ἀπὸ τῆς εὐγενῶν καὶ πλουσίων μαλακίας. *Cicconius.* Venetae L I, 3. *quaſi ſpolia*. ceteri fere omittunt. uti *Grut.* & *Carrio*, recte. quidam Codd. *quaſi illis* Aldin. omittit, *quaſi*. ſed poſt *illis* ponendum putat *Glareanus*, ut habet Vet. codex. Codicum lectionem tueor auctoritate *Plutarchi* ſupra laudati. *Liv.* XXXIII, 40. *ex P. adverſa fortuna ſpolia* petiſſe. ſic, *trophaeum de aliquo ſtatuere*. Ariſtoph. Plut. Θαῤῥεῖ· μόνος γὰρ οὗτος (οἶδ' ὅτι) ὁ θεὸς ὅλον τρόπαιον ἀναστήσαιτο τῆς τούτης τρόπου. *Sophocles* Trachin. 1118. Οὐδεὶς τρόπαι' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν. *Accio* interprete: *Nec quiſquam e noſtris* ſpolia cepit *laudibus*. Noſter IV, 5. *Nicomedem Bithynia expuli; Aſiamque* ſpolium *regis Antiochi recepi*. Noſter I, 6. *Agendum atque obviam eundum eſt, Quirites; ne* ſpolia veſtra *penes illum ſint*. Fr. III, 7. *regna, provincias occupavere, & arcem habent* ex ſpoliis veſtris. Quo pertinet illud *Ciceronis* Verrin. III, 5. L. *Sulla*, &c. *tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret, bona civium Rom. cum ſe venderet, ſe* praedam ſuam *vendere*. confer eundem in Orat. contra Rullum. Idem pro Quint. *pro ſpoliis*. §. 31. *Ne ornamentis ejus omnibus S. Naevius* pro ſpoliis abutatur. *Seneca* Troad. 305. *Soluſne toties* ſpolia de nobis feres? infra: *magnifica*. alludit *Liv.* IX, 41. *tantum exercitum fecerant, ut relicto poſt ſe in Etruria Decio, ad oppugnandum inde Romam ituros*, magnifice de ſe, ac contemtim de Romanis *loquentes*, jactarent. infra, *pro ſe, &*. Pemb. ſolus *ac*. Dictys. IV, 4. *Multa praeterea quae accenſura vulgum, &* pro ſe factura

quam-

quamquam adverſus erat, ¹de ullo negotio abnuere audebat: ceterum ſupplementum etiam laetus decreverat: ²quia, neque plebi militiam volenti, putabatur, & Marius aut belli uſum, aut ſtudium vulgi amiſſurus. Sed ea

eſſent, diſſerere. Ita facit ſe Marius iſtius factionis Trophaeum, ut loquitur *Virgilius* Aen. x, 775. *Plut.* Lucul. 517. ἐπῆρε Κηφίσσου ἐπὶ τὸν Ἀσίαν, ὩΣ ΛΑΦΥΡΑ ΚΑῚ ΛΕΙ'ΑΝ τοὺς βαρβάρους, ἄλλο δ' οὐδὲν ὄντας. *J. W.*

3 *Militiae.*] Sic antiquus Fulvii liber. in vulgatis, *militia.* Sed antiquus loquendi modus; *Domi, militiaeque,* adduxit me, addita praeſertim veteris libri auctoritate, ut locum mutarem. *Manut.* *Pleroſque, &c.*] Naz. atque aliquot alii a manu prima *militiae,* Comm. tantummodo habet *pleroſque militia, fama, cognitos,* ſine illo *paucos,* ejuſque loco poſitum a ſcriba recente *aut.* Grut. amplector Naz. & Fulv. licet e noſtris nullus pro hac lectione ſtet. Carrio *militia.* in Pemb. a ſecunda manu factum *militia.* J. Waſſe.

1 *De ullo negotio negare audebat.*] Scripſi, *abnuere audebat.* Putſchius. *Abnuere audebat.*] Eſt in manuſcriptis quibuſdam, *negare audebat.* ſed irrepſit ex gloſſa, ni fallor. *Rivius.* Carrio, R. B. γ. *negare.* J. Waſſe.

2 *Quia neque plebi militia volenti putabatur.*] Hunc loquendi modum a Graecis tractum annotavit *Priſcianus* III, 69. adducto *Demoſthenis* loco, & hoc *Salluſtii.* *Demoſthenes,* ἃ βουλομένοις ἦν τούτοις ἀκούειν. *Salluſtius Jugurth. bello.* *Neque plebi militiam* volenti *putabatur.* Similis locus Cap. 100. *Non tam diffidentia futurum,* ſic enim lego, *quod imperaviſſet, quam uti militibus exaequatus cum imperatore labor* volentibus *eſſet.* Tacitus Libro I. *Ut quibuſque bellum invitis aut* cupientibus *erat, ſpe, dolore, accipitur.* & xv. *Haec atque talia* plebi volenti *fuere.* Et in vita Agricolae: *Eoque initio erecta provincia, & quibus bellum* volentibus *erat.* Et Macrobius Lib. II. Saturn. Cap. IX. *Si vobis* volentibus *erit:* In quibus omnibus cum verbum, *eſt,* reperiatur, videndum an apud Sall. hoc loco legi debeat; *etiam laetus decreverat. ac quia neque plebi* militia volenti *erat, putabatur Marius aut belli uſum, aut ſtudia vulgi amiſſurus.* Giacc. Eſt Graeciſmus. Vulgo, *neque plebe militiam volente,* id eſt, nolente & recuſante militiam plebe. vel exponamus: *neque,* id eſt, nec etiam, ac ſi dixiſſet: Non ſolum nobilitate, ſed etiam plebe recuſante militiam. *Caſtil.* Sic fere omnes MSS, pauci a manu recenti *plebe volente.* Com. interpolatus eſt, habetque, *quia plebi militiam* nolenti *putabatur Marius,* Carrio edidit, *quia neque plebi militia* volenti. Gr. L 3. omittit, *quia.* Reg. *plebe militiam volente.* & ſic Venetae. ſed 1. manus *volante.* 2. *militia volente.* Martin. *plebe volente militiam* uti Bodl. Ball. Laud. *plebei militiam volenti.* λ. ex correctione, *plebi militiam nolenti.* γ. *plebe militiam volenti.* ſic etiam Pemb. ſed *militiam* à 2. manu viſitur. primam vero lectionem oculis aſſequi non poſſum. pro, *putabatur* Ar. *parabatur.* Tacit. Agric. Cap. XVIII. *Eoque initio erecta provincia, ut quibus* bellum volentibus erat III. Hiſt. *Muciano* volenti *reſcripſere.* Priſcian. 1169. *plebei.* Codex MS. *plebi.* Apulejus VII. pag 121. Colvii. *Denique niſi* vobis *ſuadeo* volentibus, *&c.* *Herodotus* VIII, 14. ὥς σφι ἀσμένοισιν ἡμέρη ἐπέλαμψε. *Iſaeus* Orat. II. p. 376. Καίτοι ὅπου κοινὴν αὐτὴν ὡμολογήκασιν εἶναι τοῦ βουλομένου τὴν γυναῖκα, πῶς ἄν, *&c.* Orat. p. 437. ὕστερον δ' οὐκ ἀναγκαζόμενοι, ἀλλ' ἑκόντες ἔδομεν. *Thucyd.* V, 18. ἣν δ' Ἀθηναῖοι πείθωσι τὰς πόλεις, ΒΟΥΛΟΜΕ'ΝΑΣ ταύτας ἔξεστιν ξυμμάχους ποιεῖσθαι αὐτοὺς Ἀθηναίους. *Sulpicius* Hiſt. Sacr. I, 25. *daret* volentibus *diſcedendi poteſtatem.* hoc eſt, volent. abire. *Idem.* Hiſt. Sac. II, 42. *Hunc quoque inter* volentes *miſere,* ſic lego, non *miſcere.* Graeca locutio. ita fere apud *Dionyſ.* III, 30. concepta: παρ' ἑκόντων δὲ μᾶλλον ἢ παρ' ἀκόντων τυχεῖν αὐτῆς βούλομαι. Latine

res fruſtra ſperata. Tanta lubido cum Mario eundi plerosque invaſerat; ſeſe quiſque praeda locupletem foro, victorem domum rediturum, alia hujuſcemodi [1] animis trahebant: [2] & eos non paullum oratione ſua Marius arrexerat. Nam poſtquam, omnibus, quae poſtulaverat, decretis, milites ſcribere vult, hortandi cauſſa, ſimul & nobilitatem, uti conſueverat, exagitandi, concionem populi advocavit. Deinde hoc modo diſſeruit.

LXXXVII. *Scio ego, Quirites, pleroſque non iiſdem artibus* [3] *imperium a vobis petere, &, poſtquam adepti ſunt, gerere: primo induſtrios, ſupplices, modicos eſſe;* [4] *dehinc per ignaviam, & ſuperbiam aetatem agere, ſed mihi* [5] *contra videtur.* [6] *Nam, quo univerſa Reſpubl. pluris*

ab vela, primo; nunc ubique abeſt praepoſ. at IV, 4. forma plane Salluſtiana: Ἔσαι δ' οὐκ ἄκουσι Ῥωμαίοις, ἀλλὰ βουλομένοις. *Plutarchus* Caeſ. pag. 710. πάντων γὰρ ἑκόντι τῷ δήμῳ πολεμεῖν καὶ στρατεύειν. *Apulejus* Met. x, 235. *Tunc* animo volenti *Phrygius juvenis.* id quod infra 252. *At ego, quamquam cupiente voluntate praeditus.* Dictys II, VII, Cunctis volentibus *Boeotiam revertuntur.* Aen. VII. *Conſilio hanc omnes* animiſque volentibus *urbem Afferimur.* Tacitus An. I, 59. *ut quibuſque* bellum invitis *vel* cupientibus erat, *ſpe vel dolore accipitur.* unde *militiam* hoc loco retinendum. *J. W.*

1 *Animis.*] Pemb. *animos,* ſed a manu recenti. Bodl. *animus.* ſupra, illud *pleroſque* a manu itidem ſec. & in margine tantum exhibet Pemb. *J. Waſſe.*

2 *Et eos non paullum oratione ſua Marius arrexerat.*] Quamvis in quibuſdam *erexerat;* tamen haec lectio magis arridet. quam & manuſcripti codices, & exemplar Aldinum habet. Utitur autem *Salluſtius* alias quoque hoc verbo, velut inferius, *Hujuſcemodi oratione habita Marius poſtquam plebis animos* arrectos *videt.* quo in loco tamen in vetuſtis eſt, *erectos.* verum perperam, ut opinor, tametſi *Cicero* quidem altero magis utitur. velut, *Oratio conſulum animum meum* erexit, *ſpemque attulit dignitatis recuperandae.* Idem, *Is civitatem ad ſpem libertatis erexit.* Rivius.

3. *Imperium.*] Conſulatus & praetura proprie dicuntur *imperia,* ſicuti aperte hoc loco *Salluſtius* oſtendit; nam paulo poſt dicit: *Nam quanto pluris eſt univerſa Reſpublica, quam conſulatus, aut praetura:* totum hoc referens ad id quod praedixerat. *Sold.*

4 *Deinde per ignaviam,*] In Veneto quodam *dein,* ſed in manuſcripto. *dehinc,* quod & ipſum aliquoties apud Tullium reperitur. *Rivius.* Gr.R. L 2. *dehinc.*

5 *Contra videtur.*] MSS. pene omnes addita voce *contra ea videtur,* neque ſecus Edd. vett. *Gruter.* Ita quidem L. 2. Venetae & Mart. γ. Ball. Bodl. Pemb. Laud. omittit *univerſa.* Auctor Ciceronem ſequitur. pro Muren. VIII. *Nam cum praemia mihi tanta pro hac induſtria ſint data, quanta antea nemini; labores per quos ea ceperis, cum adeptus ſis deponere, eſſe hominis & aſtuti, & ingrati.* Illum *Livius* VII, 33. *dictis haud minus libertatis alienae quam ſuae dignitatis memor: & quo nihil popularius eſt, quibus* artibus petierat magiſtratus, iiſdem gerebat. *Cato* omnibus praeivit Fragm. LIX. *Nam periniurium eſt, quom mihi ob eos mores, quos prius habui honos detur; ubi datus eſt,*

eſt,

eſt, quam Conſulatus, aut Praetura, eo majore cura illam adminiſtrari, quam haec peti debere. Neque me fallit, [1]quantum cum maxumo beneficio veſtro negotii ſuſtineam. Bellum parare, ſimul & aerario parcere; cogere ad militiam eos, quos nolis offendere; domi, foriſque omnia curare; & ea agere inter invidos, [2]occurſantis, factioſos; opinione, Quirites, aſperius eſt. [3]Ad hoc, alii ſi deliquere, vetus nobilitas, [4]majorum facta fortia, cognato-

tam velle uti eos mutem, atque alii modi ſiem. Caſſiodor. Var. II, 1. *Ita ſuperatis exceſſibus ante dare viſus eſt* de moribus Conſulatum. *J. Waſſe.*

6 *Nam quo univerſa reſp. pluris eſt quam Conſulatus.*] Meus liber: *Nam quo pluris eſt univerſa reſp. quam Conſulatus.* Et forte vox *nam* abundat. *Ciacc.*

1 *Quantum cum veſtro maximo beneficio.*] Infra: *Sed in maximo veſtro beneficio.* Vide an ſic quoque ſit legendum, *non, cum.* Idem.

2 *Occurſantis.*] Occurſo Gloſſae ἐναντιοῦμαι, recte, *Thucyd.* I. ἐναντιοῦμαί σοι ἐς τοῦτο. *Ennius* Sat. III. *Reſtitant* occurrunt, *obſtringillant, obagitant.* Lucret. V, 716. *Corpus enim licet eſſe aliud, quod fertur, & una Labitur omnimodis* occurſans officienſque. *Apulejus* de Philoſ. 272. *Non ſolum juſtis deſideriis exardeſcunt; ſed his aeque* obviae *atque* occurſantes. occurſat ergo is qui cunctis alicujus conatibus it obvius, ut loquitur *Paulinus Aquitanus* p. 804. apposite, vis Plautina Trin. I, I. *Nimioque hic plures pauciorum gratiam Faciunt pars hominum, quam id quod proſunt pluribus. Ita vincunt illud conducibile gratiae Quae in rebus multis* obſtant, *odioſeque ſunt, Remoramque faciunt rei privatae & publicae.* Seneca Tranq. III. *ſed quia in hac tam infima hominum ambitione, tot calumniatoribus in deterius recta torquentibus, parum tuta ſimplicitas, & plus futurum ſemper eſt quod* obſtet, *quam, quod ſuccedat.* Gellius III, 8. *Hoſtes profecto ubi id viderint, fortiſſimus quiſque & promtiſſimus* ad occurſandum pugnandumque *in eos praeverterentur.* ad inanima tranſtulit *Plinius* V, 9. XXXIII, 4. Adi L. *Marcell. ff. de don. inter vir. & uxor.* &, L. 46. *D. de fidejuſſoribus.* Propert. I, 20. *Lactant.* Inſtitut. I, 3. Hoc ſenſu, voce *recontrans* uſus in Lib. ad Nat. II, 8. Tertullianus. *gens rixoſa, ſuis regibus* recontrans, *in extraneis dejecta.* pedem opponere *Ovidius* & *Petronius.* De Aeſchine *Demoſthenes* de Coron. pag. 331. Οὐ δ' ἐγὼ μὲν ἀδικῶ, &c. τῇ πόλει δ' ἢ πλέον ἢ ἔλαττον ἀνάλισκη τὰ γε δημόσια παρεγγραφόμενοι μεθεῖναι τῆς δόξης, ἐνθεῦθεν ΑΠΗΝΤΗΚΑΣ. *J. Waſſe.*

3 *Ad hoc alii ſi deliquere.*] In eandem ſententiam *Cic.* de lege Agraria. *Quemadmodum cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt; ſic ſi quid deliquero, nullae ſunt imagines, quae mea vobis deprecentur.* Ciacc. Sic & manuſcriptum. In Veneto autem quod excudit Pincius, Pomponius caſtigavit, *omnia praeſidio adſunt*, legitur pronomine omiſſo. eodem modo quibuſdam in aliis, velut eo quod Argentorati eſt a Schurrerio impreſſum; verum perperam: nam & *Donatus* priorem lectionem agnoſcit in Terentii Phormione, cujus ſubjicere verba lubet: nam ſuper eo loco in actus primi ſcena II. *Qui fuerit pater, quae mater, qui cognata tibi ſit, omnia haec confingam.* *Omnia haec,* inquit, *non ex abundanti poſuit, ſed oratorie, quaſi tam multa: & eſt* ἀρχαϊσμός. *nam poſt enumerationem veteres* haec *dicebant.* Salluſtius *in Jugurth.* Haec *omnia praeſidio adſunt.* Rivius.

4 *Majorum fortia facta.*] In manu-

Digitized by Google

rum & affinium opes, multae clientelae, omnia haec praeſidio adſunt: [1] mihi ſpes omnes in memet ſitae; [2] quas neceſſe eſt & virtute, & innocentia tutari: nam alia infirma ſunt. Et illud intellego, Quirites, omnium ora in me converſa eſſe; aequos, bonoſque favere: [3] quippe benefacta mea Reipubl. procedunt: nobilitatem locum invadendi quaerere. Quo mihi acrius adnitendum eſt; [4] uti neque vos capiamini, & illi fruſtra ſint. Ita ad hoc aetatis a pueritia fui, ut omnis labores, pericula conſueta habeam. Quae ante veſtra beneficia gratuito faciebam, ea uti, accepta mercede, deſeram, non eſt conſilium, Quirites. Illis difficile eſt in poteſtatibus temperare, qui per ambitionem ſeſe probos ſimulavere: mihi, qui omnem aetatem in optumis artibus egi, bene facere jam ex conſuetudine [5] in naturam vertit. Bellum me gerere cum Jugur-

ſcriptis, *majorum facta fortia*. atque ita forſan rectius. ne ſit in oratione ſoluta hemiſtichium hexametri, vel totus poene hexameter. id quod vitioſum eſſe volunt. quamvis id non ſemper obſervant auctores. nam & Sall. infra. *Jamque dies conſumtus erat*, inquit. Sic & *Livius* initio ſtatim hiſtoriae, *Facturuſne operae pretium*, id quod Fabius obſervavit. *Rivius.*

1 *Mihi ſpes omnes in memet ſitae ſunt.*] Legendum exiſtimo: *Mihi ſpes atque opes omnes in memet ſitae.* In extremo hoc libro, *Ea tempeſtate* ſpes *atque* opes *civitatis in illo ſitae.* Et infra: *Et* ſpes opeſque *ejus* omnes *ex patre ſuo penderent.* Supra tamen: *Quippe cujus* ſpes omnis *in fuga* ſita *erat.* Ciacconius.

2 *Quas neceſſe eſt virtute & innocentia tutari.*] In manuſcriptis aliiſque vetuſtioribus, *& virtute & innocentia*, geminata copula. *Rivius.*

3 *Quippe beneficia mea reip. procedunt.*] In manuſcripto eſt aliiſque vetuſtioribus, *benefacta mea reip. praecedunt.* quomodo & Venetum habet, cujus modo facta a nobis mentio eſt, & Florentinum. ut intelligas Marium ante collatum in ſe honorem gratuito benefeciſſe, eaque re aequos bonoſque omnes favere. *Idem.* ſic L 3. Venetae. *J. W.* Si haec verba prorſus abeſſent, ſenſus hujuſce periodi clarior eſſet. Cur autem Aldinus codex *Reipub.* dandi caſum in accuſandi *Rempubl.* mutaverit, non equidem intelligo. Et verbum *procedunt*, Soldus *utilia ſunt*, exponit. alii *procedunt* exponunt, *proſpere cedunt*, ut Terentius in Andria: *Niſi id putas, quia primo* proceſſit parum, *Non poſſe jam ad ſalutem converti hoc malum.* Itaque poſt *procedunt*, diſtinguendum ac inferendum: *Nobilitatem locum invadendi quaerere.* Et mox, *ut neque vos capiamini.* rurſus verbum *neque*, uſurpat ſuo more, non cum ſocio, non ut ſequentia neget. *Et illi*, inquit, *fruſtrati ſint.* ubi Aldinus codex *fruſtra* legit, pro *fruſtrari.* Glareanus.

4 *Ut neque vos capiamini.*] Legendum, *uti.* Rivius.

5 *In naturam vertitur.*] Manuſcripta duo, *vertit.* pro quo in impreſſis quibuſdam eſt, *convertitur.* id ex gloſſa forſan irrepſit. Ponitur autem & hic & ſimilibus in locis abſolute hoc verbum, ſumma cum elegantia & venuſtate. Q. Curtius VII. *Poſteaquam deſiderat eſſe quem odiſſent*

tha

tha juſſiſtis: quam rem nobilitas aegerrume tulit. Quaeſo, reputate cum animis veſtris, num id mutari melius ſit, [1] *ſi quem ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotium mittatis,* [2] *hominem veteris proſapiae, ac multarum imaginum, & nullius ſtipendii; ſcilicet ut in tanta re ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat aliquem ex populo monitorem officii ſui. Ita plerumque evenit; ut, quem vos imperare juſſiſtis, is ſibi imperatorem alium quaerat.*

LXXXVIII. *At ego ſcio, Quirites, qui, poſtquam Conſules facti ſunt, acta majorum, & Graecorum militaria praecepta legere coeperint; homines praepoſteri. Nam gerere, quam fieri, tempore poſterius, re, atque uſu prius eſt. Comparate nunc, Quirites, cum illorum ſuperbia me hominem novum. Quae illi audire, & legere ſolent, eorum* [3] *partem vidi, alia egomet geſſi: quae illi litteris, ea ego militando didici. Nunc vos exiſtumate, facta, an dicta pluris ſint. Contemnunt novitatem meam; ego illorum ignaviam. Mihi fortuna, illis probra objectantur. Quamquam ego* [4] *naturam unam, & communem omnium exiſtumo,* [5] *ſed fortiſſumum quemque generoſiſſumum*

invidia in miſericordiam vertitur. Quid ſi legas, *vertit?* ut abſolute ponatur. *Idem. Arnobius* pag. 58. *Fiet enim familiaris e more,* conſuetudo in naturam verſa. *J.W.*

1 *Ecquem ex illo globo nobilitatis.*] In manuſcriptis omnibus eſt, *ſi quem ex illo. &c.* idque rectius, ni fallor. nec ſecus Florentinum. *Glareanus.*

2 *Hominem veteris proſapiae.*] Nonius, *proſapies,* inquit, *generis claritudo. Cato Originibus, veteres proſapias.* ubi leg. videtur, *veteris proſapies.* Cum autem conſtet Sall. plurima ex originibus Catonis ſumſiſſe, conſiderandum an ille hic ſcripſerit, *veteris proſapie,* ut *acie* dixit pro *aciei,* & *die* pro *diei.* Ciacconius. Priſcian. 1126. *homines.* praep. hom. *Gr.* L 2. J. W.

3 *Partim vidi, alia egomet.*] Sic in antiquioribus. τὸ *egomet* perperam eſt in recentioribus omiſſum. *Riv.* did. mil. *Gr.*

4 *Naturam unam & communem omnium.*] Euripides: τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ᾽ ἐγινόμεσθα, διὰ δ᾽ ἔκρινεν ἁ τεκοῦσα γαῖα βροτοὺς, ὁμοίαν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν. ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν. *Manutius.*

5 *Sed fortiſſimum quemque generoſiſſimum.*] Infra: *egentiſſimus quiſque opportuniſſimus.* &, *fortiſſimum quemque tutiſſimum.* Ciacc. Ita ſcripti meliores ſine *eſſe* quod aliis ſubnectitur, expreſſeruntque editiomes. *Gruter.* abeſt *eſſe* Bodl. Mart. Pemb. λ. *Julianus:* Καὶ γὰρ γνήσιον αἷμα διακρίνει Λακεδαίμων Ἀλκῇ μαρναμένων, οὐ γενεῇ βρεφέων. *Menander* Ὃς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τ᾽ ἀγαθὰ, Κἂν Αἰθίοψ ᾖ μήτηρ, ἐστιν εὐγενής. Σκύθης τις ὄλεθρος; ὁ δ᾽ Ἀνάχαρσις οὐ Σκύθης; Οὐδὲν γένος γένους γὰρ οἶμαι διαφέρειν, Ἀλλ᾽ εἰ δικαίως ἐξετάσεις καὶ γνήσιος Ὁ χρηστὸς ἐστιν᾽ ὁ δὲ πονηρὸς, καὶ νόθος. infra: *ex partibus Albini.* L 2, 3. *partibus,* operarum incuria. *Statius* Sylv. II, 6. *Optarent mul-*

Digitized by Google

Ac ſi jam ex patribus Albini, aut Beſtiae quaeri poſſet, me ne, an illos ex ſe gigni maluerint; quid reſponſuros creditis, niſi, ſeſe liberos quam optumos voluiſſe? Quod ſi jure me deſpiciunt; 'faciant idem majoribus ſuis; qui-

tum Grajae, cuperentque *Latinae* Sic peperiſſe *nurus*. Quintilianus XI, I. Inſtitut. *Quod omnium ſint vota parentum*, ut, honeſtiores quam ſint ipſi, liberos habeant. *Plin.* Ep. XVI, 24. *Debent ſapientes viri, tales quaſi a Repub. liberos ſuſcipere*, quales a natura ſolemus optare. *Caſſiodor.* Var. I, 24. *Vos autem quos & natura, & amor opinionis exacuit, ſtudete* tales filios relinquere, *quales vos conſtat patres habuiſſe.* Huc etiam ſpectat *Plutarchus* in Mario p. 410. Ἐπυνθάνετο δὲ τῶν παρόντων, εἰ μὴ καὶ τοὺς ἐκείνων οἴονται ΠΡΟΓΟΝΟΥΣ αὐτοῖς μᾶλλον ἂν ΕΥΞΑΣΘΑΙ παραπλησίους ἐκγόνους ἀπολιπεῖν, ἅτε δὴ μηδὲ αὐτοὺς δι' εὐγένειαν, ἀλλ' ὑπ' ἀρετῆς καὶ καλῶν ἔργων ἐνδόξους γενομένους. *Herodianus* de Marco Imp. I, I. Οὐ τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας, οὐδὲ τοὺς πλούτου περιβολαῖς λαμπρούς, κοσμίους δὲ τὸν τρόπον, καὶ σώφρονας τὸν βίον, γαμβροὺς αὐτοῦ γενέσθαι θέλων. *Apulejus* Mileſ. X. p. 172. *filium probe literatum, atque ob id conſequenter pietate modeſtiaque praecipuum*: quem tibi quoque proveniſſe cuperes, vel talem. *Plautus* Moſtell. *Expoliunt, docent literas, jura & leges, Sumtu ſuo & labore nituntur ut* Alii ſibi eſſe illorum ſimiles expetant. ſenſum paucis complectitur Poeta Sat. VIII, 269. *Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis Aeacidae ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas, Quam te Therſitae ſimilem producat Achilles.* Ad quae Scholiaſta ineditus. *Poſtquam Hercules migravit a terris, nepotes ejus timentes inſidias eorum quos avus afflixerat, Athenis ſibi primi Aſylum, hoc eſt templum, mire collocarunt, unde nullus poſſet abduci.* Legendum *miſericordiae collocarunt.* Herodotus enim II, 113. talis Aſyli meminit ad oſtium Canobicum ſiti. De eo quod Athenis extruxerunt Heraclidae, *Statius* Theb. XII. *Urbe fuit media nulli conceſſa potentum Ara deum, mitis poſuit* clementia *ſedem, Et miſeri fecere ſacram, ſine ſupplice nunquam Illa novo: nulla damnavit vota repulſa, Auditi quicunque rogant, noctesque dieſque Ire datum, & ſolis numen placare querelis, Parca ſuperſtitio.* Conjecturam meam firmat ibi *Lutatius.* Adde *Cic.* Tuſc. *Pauſan.* I, 17. *Apulejum* XI, 203. *Claudian.* B. Gild. 404. *Eumenium* Orat. pro reſtaurandis Scholis. *Libanium*, & *Heraclidem Ponticum.* Mendum id genus inſedit codices Hirtii Lib. de B. Alex. XXVII. *Nam pars quaedam fluminis Nili* mire *derivata inter ſe.* Lego *a Myride d.* loquitur de regione Delta; illam efficit fiſſura Nili, quae etiam incipit a lacu Myride. confer *Herodot.* II, 13. *Plin* V, 9. *Ammian.* XXII, 15. qui item corrigendus. *E quibus praecipitans, ruit potius quam fluit: unde* Atos *olim accolas, uſu aurium fragore aſſiduo diminuto.* Lege & diſtingue, *fluit: unde abatos.* teſte in N. Q. IV, 2. *Seneca*, Lucan. X, 323. *Hinc* Abatos, *quam noſtra vocat veneranda vetuſtas.* Adi *Philoſtratum* VI. *Cic.* in ſomn. Scip. *Plin.* V, 9. infra; *quod ſi jure.* Palmer. ex Conj. *quod ne jure.* eum vide, ea lege tamen ut ne aſſenſum praebeas. *J. Waſſe.*

1. *Faciant idem majoribus ſuis.*] Non defuere, qui & ſententiam, & loquendi genus ignorantes, hunc locum depravare conati ſunt; arbitrati pro, *faciant*, legendum, *faciunt*: quaſi dixerit *Salluſtius*: eodem modo majores ſuos deſpiciunt, ſicuti me. quod aperte falſum eſt, & pulcerrima ſententia deteriore commutatur. Eſt autem horum verborum haec ſignificatio, *ſi me jure deſpiciunt, faciant idem, quod majores ſui fecere*: id eſt, *imitentur majores ſuos in recte factis: non enim debent & me deſpicere, & majores ſuos non imitari.* Graeca loquendi ratio, parum explorata, ſententiae tenebras offudit. ſic locutus ante Salluſtium *Lucrebus*,

bus, uti mihi, [1] *ex virtute nobilitas coepit. Invident honori meo: ergo* [2] *invideant labori, innocentiae, periculis etiam meis: quoniam per haec illum cepi. Verum homines corrupti ſuperbia, ita aetatem agunt, quaſi veſtros honores contemnant; ita hos petunt, quaſi honeſte vixerint.* [3] *Ne illi falſi ſunt, qui diverſiſſumas res pariter exſpectant, ignaviae voluptatem, & praemia virtutis. Atque etiam cum apud vos, aut in Senatu verba faciunt,*

tius, poſt *Horatius*. Lucretius Lib. II. *Animalia cum ſint. Atque animalibus ſint mortalibus una eademque*, pro unum, & idem, quod animalia mortalia ſunt. Et Lib. III. *Sceptra potitus* eadem aliis *ſopitus quiete eſt*. pro, eadem, qua alii. Et Lib. IV. *Nempe* eadem *facit, & ſcimus facere omnia* turpi. pro eadem, quae turpis. *Horatius* autem in libro de arte poetica ad Piſones: (ſic enim malo appellare; quam, ut quidam, epiſtolam) ex *Quinctiliano* Libro VIII. Cap. 3. *Priſciano, Diomede* Lib. III. Cap. 1. *Donato* in Terent. Adelph. Act. V. Sc. IV. *Servio* in Virg. Aen. I. & Probo; etſi *Cariſius* Lib. II. adverſetur: *Invitum qui ſervat, idem facit occidenti*. pro idem, ac ſi occideret. De Graecis autem Sophocles in Ajace. Ὑμεῖς θ' ἐπισκοποῦντες ταυτὰ τῇδέ μοι τιμᾶτε. Et in Tyranno: ἐν γὰρ ὀρθῷ λέγων, Σοὶ ταὔτ', ἔγωγ' ἂν ἐμπεφυκόσιν πάθοις. *Euripides* quoque apud *Gellium* Lib. XIII. Cap. 24. Δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος· Ἥκω γὰρ εἰς γῆν φησὶ καὶ κατέρχομαι. Ἥκω δὲ ταυτόν ἐστι τῷ κατέρχομαι. Νὴ τὸν Δί' ὥσπερ εἴ τις εἴποι γείτονι, Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει κάρδοπον. Et *Xenophon* in Cyri Paedia ſic: Τὸ αὐτὸ ἡμῖν ποιοῦντες: & infra in eadem ſaepe. Item Iſocrates Ἀπολλωνιάτης in oratione πρὸς Δημόνικον: Ταυτὰ πάσχει τοῖς ἄφροσι. Et *Ariſtoteles* in libro de arte poetica: Αὐτὸς ἂν εἴη μιμητὴς Ὁμήρῳ Σοφοκλῆς. Et Rhetor. Lib. III. Ἔφη ὁ δὲ ταυτὰ τούτοις ἰδεῖν. *Manut.* Naz. & a prima manu Pal. alter & quart. item, ſicque alias legi ſubnotatum ad Pal. tert. nam quint. *faciant idem de majoribus.* Manutius multa heic commentatur praeter rem. quis enim non videt, velle auctorem; nihilo magis ſe deſpici poſſe a globo nobilitatis, quam eorundem majores, homines aeque novos atque ipſe. *Gruterus.*

1 *Ex virtute nobilitas.*] Ita Tullus Hoſtilius apud *Dionyſium* Antiq. III, 2. ἀρχή τε καὶ βουλὴ καὶ τιμαὶς ἄλλαις ἡμᾶς κρατοῦντι παρ' ἡμῖν οὐχ ὁ πολλὰ χρήματα κεκτημένος, ἀλλ' ὁ πολλὰς πολέσας ἐπιχειρεῖν ἀποδείξας δυνάμενος, ἀλλ' ὅστις ἂν ᾖ τούτων τῶν τιμῶν ἄξιος· οὐ γὰρ ἐν ἄλλῳ τινὶ τὴν ἀνθρωπίνην εὐγένειαν ὑπάρχειν νομίζομεν, ἀλλ' ἐν ἀρετῇ. Scite *Antiſthenes* cuidam inquilinum eſſe dicenti. Καὶ ἡ μήτηρ τῶν θεῶν Φρυγία ἐστί. & probro danti quod non eſſet ἐκ δύο ἐλευθέρων. οὐδὲ γὰρ ἐκ δύο, ἔφη, παλαιστικῶν, ἀλλὰ παλαιστικός εἰμι. Huc reſpicit *Iſidorus Peluſiota* Ep. II, 291. Εἰ δὲ μὴ μόνον ἐνακρωμένος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔχοντας τὸ τῆς ἀρετῆς ὑπέρλαμπον ἀξίωμα διαφαύει. οὗτος οὐ μόνον ἑαυτόν, ἀλλὰ καὶ τοὺς προγόνους ἀπ' ἀσήμους καὶ ἀφανεῖς κομμωλίζει παραχρῆναι. *J. Waſſe.*

2 *Invideant labori & innocentiae.*] Illa & copula, non eſt in manuſcriptis, ac majore cum gratia abeſt. quamvis in Beroaldino bis eadem ponitur, *& labori & innocentiae*. Rivius.

3 *Nae illi falſi ſunt, qui diverſiſſimas res pariter expetant.*] Manuſcriptum, *exſpectant*. quomodo & in caeteris fere. Praeterea ibidem, *ignaviae voluptatem*, quod eſt in recentioribus omiſſum, idque, niſi fallor, ignavia & incuria typographorum. Per *praemia virtutis*, *honores* intelligit *Salluſtius*. nam hi propter manag.

pleraque

pleraque oratione majores ſuos extollunt; eorum fortia facta memorando clariores ſeſe putant: quod contra eſt. Nam, quanto vita illorum praeclarior, tanto horum ſecordia flagitioſior. [1] *Et profecto ita ſe res habet: majorum gloria poſteris quaſi lumen eſt, neque bona eorum, neque mala* [2] *in occulto patitur. Hujuſce rei ego inopiam patior, Quirites. Verum id, quod multo praeclarius eſt,*

merita claris viris deferuntur & dantur. Paullo inferius *bonorum praemia* dicit, eodem ſenſu. *Nam ubi flagitiis*, inquit, *ſe dedecoravere turpiſſimi viri, honorum praemia ereptum eunt.* Rivius. *Pariter,* hoc eſt, *ſimul,* eodem tempore. *Porcius Latro.* XXXIII. *Vigent enim in illa clade res* diverſiſſimae pariter, *continentia & libido.* Demoſthenem ſequitur qui ita adv. Midiam p. 412. Ἐν δὲ τῷ κελεῦσαι παραχρῆμα ἐλεηθήσῃ; μεγάλην μέντ' ἂν ἀρχήν, μᾶλλον δὲ τέχνην εἴης ἂν εὑρηκώς, εἰ ΔΥΟ τὰ ἘΝΑΝΤΙΩΤΑΤΑ ἙΑΥΤΟΙΣ, ἐν οὕτω βραχεῖ χρόνῳ, περὶ σαυτὸν δύναιο ποιήσασθαι, φθόνον ἐξ ὧν ζῇς, καὶ ἐφ' οἷς ἐξαπατᾷς, ἔλεον. *J. Waſſe.*

1 *Et profecto ita res ſe habet.*] Eſt in quibuſdam, *habent,* ut in Veneto & Schurzfleiſchiano, ſed perperam, ut mihi videtur. nam ſic fere dicimus, *Ita ſe res habet,* vel omiſſo accuſativo, *Ita res habet,* pro *ſic eſt,* quomodo Graeci οὕτως ἔχει. *Rivius.*

2 *In occulto patitur.*] Τὸ quaſi non eſt in ullo MS, ſed mihi recte ſane addi videtur. nam ad hunc modum & *Cicero* ſaepenumero hac particula utitur. *Riv.* Agnoſcunt *quaſi* Pemb. L 3. γ. *Gruter.* Ar. Reg. *Schol.* vetus Juvenalis ad Sat. VIII, 139. & legit, *neque bona neque mala.* quomodo & Reg. Pemb. caeteri fere, *neque mala neque bona.* neque agnoſcunt *quaſi.* Silius VIII, 247. *Atque illi* ſine luce *genus, ſurdumque parentum Nomen.* Juvenalis. VIII, 136. *Quod ſi praecipitem rapit ambitio atque libido,* &c. *Incipit ipſorum contra te ſtare parentum Nobilitas, claramque* facem praeferre pudendis. Codices B. Pub. Cantab. Amſtelod. Baſil. *ambitus.* Dinarchus contra Demoſthenem p. 19. Τοὺς μὲν γὰρ τυχόντας τῶν κακούργων, ὅταν ἁλῶσιν, οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ ζητεῖ πυθέσθαι τί πεπόνθασι· τοὺς δ' ἐνδόξους πάντες πυνθάνονται. Cyrus ad filios apud *Xenoph.* VIII. p. 237. Οὐ γὰρ ἘΝ ΣΚΟΤΩι ὑμᾶς οἱ θεοὶ ἀποκρύπτονται, ἀλλ' ἘΜΦΑΝΗ͂, πᾶσιν ἀνάγκη ἀεὶ ζῆν τὰ ὑμέτερα ἔργα. Confer p. 421. *Euripides:* τὰ τῶν βασιλέων ἁμαρτήματα πάντες ἴσασι. *Claudianus* IV. Conſ. Honor. *Ut te totius medio telluris in ore Vivere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe Facta palam; nec poſſe dari regalibus uſquam* Secretum vitiis. *nam lux altiſſima fati* Occultum nihil eſſe ſinit, *latebraſque per omnes Intrat, & abſtruſos explorat fama receſſus.* vide *Euripidem* Hecuba 389. *Cic.* II. Offic. *Senecam* de Clement. I, 8. *Gulielmus Brito* IV. Philipp. de regia Majeſtate. *Quaeſitaſque negans ſibi caligare tenebras Proditur, & latebras mediis non invenit umbris Dum quocunque ſpecu* proprio ſplendeſcit ab igne. *Galenus* II. Suaſor. p. 2. Αἰσχύνη ἡμῖν αὐτοῖς, τοσῷ δὲ μείζων ὅσῳ καὶ τὸ γένος περιφανέστερον. οἱ μὲν γὰρ ἀμαθεῖς παντάπασιν ἌΣΗΜΟΙ τὸ γένος, τοῦτο γοῦν αὐτὸ κερδαίνουσι, τὸ μὴ γινώσκεσθαι τοῖς πολλοῖς ὁποῖοί τινες εἰσίν. ὅσοις δὲ λαμπρὸν καὶ διάσημον τοῦ γένους οὐδὲ τοῦ λαθεῖν ἐξουσίαν δίδωσι, τί ἄλλο ἢ περιφανέστερον ὕβρει δυστυχοῦσι. καὶ μέν γε καὶ καταγιγνώσκονται μᾶλλον οἱ ἈΝΑΞΙΟΙ τοῦ ΓΕΝΟΥΣ ὄντες εἰ καί τις ἠλίθιος ἂν ὑπομιμνήσκει τὸ λαμπρὸν τοῦ γένους, ἀσυγγνωστότερον ἑαυτῷ τὸ κακὸν ἀποφαίνει. οὐ γὰρ ὁμοίως ἐξετάζομέν τι καὶ βασανίζομεν τοὺς ἘΠΙΤΥΧΟΝΤΑΣ ἀνθρώπους, τοῖς ἐκ γένους λαμπροῦ. ἀλλὰ τοὺς μὲν κἂν μέτριοί τινες ὦσιν, ἀποδεχόμεθα, τῇ δυσγενείᾳ τῆς ἐνδείας τὴν αἰτίαν ἀναφέρον-

[1]*meamet facta mihi dicere licet. Nunc videte, quam iniqui ſint. Quod ex aliena virtute ſibi arrogant, id mi-*[2]*bi ex mea non concedunt: ſcilicet quia imagines non habeo, & quia mihi nova nobilitas eſt: quam certe peperiſſe,* [3]*quam acceptam corrupiſſe melius eſt.*

LXXXIX. *Equidem ego non ignoro, ſi jam mihi reſpondere velint, abunde illis facundam, & compoſitam orationem fore. Sed in maxumo veſtro beneficio, cum omnibus locis me, voſque maledictis lacerent, non placuit reticere:* [4]*ne quis modeſtiam in conſcientiam duceret.*

ως. τίς δ' εἰ μόνον τ' σωτηρίαν ἄξιον ἔχειν, εἶτα θαυμάζομεν, infra: *inopiam patior.* Palmerii Codex *potior.* Plautus quidem, *Fortiter qui* malum potitur, *idem poſt*, potitur bonum. at Codd. noſtri, aliorumque vulgatae favent. denique vocem *multo* a ſec. manu, idque in margine exhibet Pemb. *J. Waſſe.*

1 *Mea facta mihi dicere licet.*] In vetuſtis *meamet facta mihi, &c.* id rectius eſſe puto. nam illud *memet* adjecticium, facere magnopere ad rem videtur, id quod perfacile ſentiet, qui ſuperiora diligenter expenderit, *Meamet*, inquit, *facta, non majorum meorum, ita uti nobiles iſti faciunt.* nam hi fere oratione majores ſuos extollunt, & eorum fortia facta memorando clariores ſeſe putant. ut idem inquit. *Rivius.*

2 *Ex mea non concedunt.*] Concedere verbum diſceptantium, συγχωρεῖν. *Cicero* Verrin. IV. Concedo: *forſitan aliquis aliquando ejuſmodi quippiam fecerit.* ſic, *Quintilian.* Inſtitut. I, I. IX, 2. Verum ille cui aliquid conceſſum eſt, dicere nequit *conceſſimus*, quare illa *Boetii* de Conſol. III. Proſ. XII. ſic legerim. *Sed quae propoſuimus intueamur? nonne in beatitudine ſufficientiam numeravimus, Deumque beatitudinem eſſe conſenſimus.* non ut vulgo, *conceſſimus*, uti & infra. verum adverſantur Codices noſtri aliorumque. Supra Proſ. IX. *Paulo ante monſtraſti dum falſae (beatitudinis) cauſſas aperire conaberis. Nam, ni fallor, ea vera eſt. & perfecta felicitas.* ſuperius dixerat, *formam falſae felicitatis.* Codex Coll. Jeſu. pro *beatitudinis* habet *felicitatis.* Membranae B. Pub. antiquiſſimae utrumque omittunt, quibus lubens ſubſcribo. infra: *o te felicem ſentio.* dele verbum, auctoribus iiſdem, ut ſua auctori conſtet venuſtas, uti & *dicam* Proſ. XI. Quid quod *omnes velut in terras ore demerſo trahunt alimenta* radicibus. Vulgati inſulſe, *quid* dicam *quod.* J. Waſſe.

3 *Quam acceptam corrupiſſe.*] Fuit prius in Naz. *corruiſſe*; ſed emendatum ad noſtram faciem, ab eadem manu. alias potuiſſet alicui placere alterum. *Gruterus.* *Solon* apud Auſonium *Pulchrius multo parari quam creari nobilem.* alterum illud exſecrabile. *Victor* Caeſ. XVII. *Quae (memoria majorum) poſteris eo uſque grave eſt, ut abſque communi in impios odio, quaſi corruptores generis exſecrabiliores.* Alcimus Avitus: *quod ſi vitam poſt degat honeſtam Natales faciens ſibimet, jam nobilis inde eſt.* Euripides Helena 947. παιδὶ γὰρ κλέος τόδε Κάλλισον, ὅστις ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγὼς, Εἰς ταυτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τὺς τρόπους. *Statius* Sylv. I, 4. *Genus ipſe ſuis.* Poggius in Fun. *Aretini* p. 253. pro *melius* legiſſe videtur *ſatius.* J. Waſſe.

4 *Ne quis modeſtiam.*] Nolui tacere, ne quis diceret, me tacere non propter modeſtiam: ſed quia conſcius ſum, adverſarios vera dicere. *Soldus.* Ar. *ſi placuit.* ſupra: abeſt *ego* Bodl. λ. *implacuit*

Digitized by Google

[1] *Nam me quidem, ex animi mei ſententia, laedere nulla oratio poteſt.* [2] *Quippe vera, neceſſe eſt bene praedicet: falſam, vita moreſque mei ſuperant. Sed quoniam veſtra conſilia accuſantur, qui mihi ſummum honorem, & maxumum negotium impoſuiſtis:* [3] *etiam atque etiam reputate,* [4] *num eorum poenitendum ſit. Non poſſum, fidei cauſſa, imagines, neque triumphos, aut Conſulatus majorum*

ſupra, pro *non.* ex abbreviatura profluxiſſe crediderim, *non placuit.* Noſter *Demoſthenem* ſequitur ut alias. περὶ παραπρέσβ. τῷ μηδὲν αὐτῷ ſυνειδότι δεινὸν ἐποίησε, εἰ πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔργων δόξῃ ΚΟΙΝΩΝΕΙΝ, τῷ ΣΙΩΠΗΣΑΙ. *Cicero* pro Sextio. §. XVIII. *Me vero non movit illius oratio, ſed eorum taciturnitas in quos illa tam improba oratio conferebatur: qui tum, quanquam ob alias cauſſas tacebant, tamen hominibus omnia timentibus, tacendo loqui:* non inficiando, confiteri *videbantur.* L. 142. D. de regulis Juris. *Qui tacet, non utique fatetur, ſed tamen verum eſt, eum non negare.* Cyprianus ad Demetr. *Sed enim cum dicas plurimos conqueri, quod bella crebrius ſurgant, quod lues, quod fames ſaeviant, quodque imbres, & pluvias ſerena longa ſuſpendant, nobis imputari, tacere ultra non oportet, ne jam non verecundiae,* ſed diffidentiae *eſſe incipiat,* quod tacemus; *& dum criminationes falſas contemnimus refutare, videamur crimen agnoſcere.* Lampridius Heliog. XI. *Erubeſcentibus ſenibus exclamabat: erubuit ſalva res eſt.* ſilentium *ac ruborem* pro conſenſu ducens. *Rodolphus Agric.* Comment. in Boethium de Conſol. legit *deduceret.* aliter libri atque, ut vides, *Lampridius.* J. Waſſe.

1 *Nam me quidem ex animi ſententia.*] V. c. habet, *ex animi* mei *ſententia.* Quae videtur optima lectio. eſt enim antiqua formula loquendi, qua utuntur frequenter veteres Juriſconſulti, ut Libr. 111. Paragrapho ejuſdem, Digeſtis de teſtamentis: *Ex ſententia* animi tui *te aeſtimare oportet.* & *Petronius Arbiter* in Satyra, foederis tabulas in haec verba factas eſſe commemorat: *Ex tui* animi *ſententia Tryphena, ut nec injuriam tibi factam a Gytone quereris, neque ſi quid ante hunc diem factum eſt, objicies, vindicabiſve, aut ullo alio genere perſequendum curabis.* & infra: *Licha ex* tui animi *ſententia, ut tu Eumolpum nec verbo contumelioſo inſequeris nec vultu.* Urſinus. Ita meliores ſcripti cum illo *mei,* quod male excluſum pleriſque editionibus. *Gruter.* omittunt L 2. Mart. notae deterioris codices. verum paucis interpoſitis ſequitur. a ſec. manu & intra lineas exhibent γ. λ. & ſine pronomine ſaepius ea formula concipitur. *Sueton.* Tiber. LIX. *Criſpinus* ita explicat: quomodo virtute mentem & animum compoſui. Non capit. exponas licet, *ex conſcientia.* ſupra, *maledictis lacerent.* ita *Dictys* 11. 29. 84. J. Waſſe. *num eorum poenitendum.* ſic MSS. uno ore omnes, nec non olim cuſi. Carrionis editio, *num id poenitendum.* Gruter. *eorum* L 3. 2. Venetae, Mart. γ. λ. Pemb. Reg. *J. Waſſe.*

2 *Quippe vera neceſſe eſt praedicet.*] In manuſcriptis eſt, *bene praedicet.* quomodo & ſententia poſtulat, & Beroaldinum habet. *Rivius.*

3 *Etiam atque etiam reputate.*] Sic & manuſcriptum: pro *diligenter conſiderate.* In quibuſdam eſt, *animis reputate* haud ſcio quam recte. quamvis & antea Salluſtius, *reputate,* inquit, *cum animis veſtris;* addita videlicet praepoſitione *cum.* quomodo Cicero, *Cogitate cum animis veſtris,* inquit. *Rivius.* L 3. omittit prius *etiam* male. *Liv.* 11, 22. *Quapropter dum adhuc res in manibus eſt,* etiam atque etiam *providete.* Bodl. *animis rep. J. Waſſe.*

4 *Num eorum poenitendum ſit.*] Manuſcriptum Fabricii, *num id poenitendum*

meorum

meorum oſtentare; [1]*at, ſi res poſtulet, haſtas, vexillum, phaleras, alia militaria dona,* [2]*praeterea cicatrices adverſo corpore. Hae ſunt* [3]*meae imagines, haec nobilitas, non hereditate relicta, ut illa illis, ſed quae ego meis plurimis laboribus, & periculis quaeſivi. Non ſunt compoſita verba mea: parvi id facio; ipſa* [4]*ſe virtus ſatis oſtendit:* [5]*illis artificio opus eſt, ut turpia facta oratione tegant. Neque litteras Graecas didici. Parum placebat eas diſcere, quippe quae ad virtutem doctoribus* [6]*nihil pro-*

ſit: nempe quod ſummum mihi honorem & maximum negotium impoſuiſtis: pro quo ante dixit, *num id mutari melius ſit.* In aliis tamen eſt vulgata lectio. *Rivius.*

1 *At ſi res poſtulat.*] Emenda Nonium Marcellum, apud quem in voce Phalerae vitioſe legitur: *Ac ſibi reſtitui & haſtas.* pro, *Ac ſi res poſtulet haſtas.* Putſchius.

2 *Praeterea cicatrices adverſo corpore.*] Sic & manuſcriptum volumen; in quibuſdam eſt, *in adverſo corpore,* ſed eodem ſenſu. Eſt apud Ciceronem, *Cicatrices adverſo corpore exceptas oſtendere.* pro quo, idem, *Cicatrices adverſas* alicubi dixit. quomodo & Salluſt. in hiſtoriis. ut eſt apud *Gellium* libro noctium Atticarum II. Cap. XXVII. Q. Curtius, *Multis* adverſo corpore *vulneribus acceptis.* Lib. XX. *Rivius.* v. *Liv.* XLV, 39.

3 *Meae imagines.*] *Haec ſunt. m. i. γ. λ. Plutarchus* p. 410. ΤΡΑΥ'ΜΑΣΙΝ οἰκείοις πρὸς τὸν δῆμον, ΟΥ' ΜΝΗ'ΜΑΣΙ νεκρῶν ΟΥ'ΔΕ' ἀλλοτρίαις ΕΙ'ΚΟ'ΣΙ σεμνύνεσθαι. *Accius* Diomede: *Non genus virum ornat, generis vir fortis loco.* Cicero ad Hirtium, citante *Nonio* p. 437. *Quum enim nobilitas nihil aliud ſit quam cognita virtus, quis in eo quem veteraſcentem videas ad gloriam, generis antiquitatem deſideret.* Caeterum de donis militaribus vide *Gellium* II, 12. *Lipſium* de Mil. Rom. alios. pro *oſtentare* pejores habent *oſtendere.* potiores firmat *Nonius* p. 554. Denique *cauſſa* abeſt MSS. Stewechianis. adi cum ad *Arnob.* pag. 132. *Budaeum,* Anton. Auguſtinum, & *Gulielmium* in Veriſimil. *Auſonius* in Paneg. receptam lectionem obtinet. p. 716. *Non poſſum fidei cauſſa oſtendere imagines majorum meorum.* oſtentare tamen in bonam partem accipit *Liv.* II, 23. *Ipſe teſtes honeſtarum aliquot locis pugnarum, cicatrices* adverſo pectore oſtentabat. Atque ita apud Noſtrum. pro *corpore* R. in textu *pectore.* Grut. *haec mea nob.* J. Waſſe.

4 *Se virtus ſatis oſtendit.*] Pemb. in marg. & a ſec. manu exhibet illud *ſatis* quod plane reſpuit Mart. ſervantibus aliis omnibus, ſupra: *non ſunt compoſita.* Ita libri & *Nonius* p. 260. Thoſan. & Colon. *id ago.* vide *Palmerium.* pro *parvi* γ. λ. Pemb. Ar. Reg. L 2, 3. Venetae. Mart. Carrio, Oxonienſes omnes *parum.* Gruteriana, at ſola, *parvi.* infra: *oratione tegant.* Victor Caeſ. VIII. *Caeſarum gens adeo literis culti, atque eloquentia fuere, ut in cunctis vitiis (abſque Auguſto) nimii forent; tantae* artes *profecto* texiſſent modica flagitia. *Iſocrates* de Permutat. pag. 507. Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ΠΕΙΡΑ͂ΣΘΑΙ γε ΛΑΝΘΑ'ΝΕΙΝ ΚΑΚΟΥΡΓΟΥ͂ΝΤΑΣ. ingenium Marii tangit *Cicero* pro Licin. §. 19. *J. Waſſe.*

5 *Illis artificio opus eſt, ut turpia facta oratione tegant.*] Thucydides Libro III. Ποιήσεις δὲ τοῖς Ἕλλησι παράδειγμα, οὐ λόγων τούτοις ἀγῶνας προθήσοντες, ἀλλ' ἔργων. ὧν ἀγαθῶν μὲν ὄντων, βραχεῖα ἡ ἐπαγγελία ἀρκεῖ. ἁμαρτανομένων δὲ, λόγοις ἔπεσι κοσμηθέντες προκαλύμματα γίνονται. *Manutius.*

6 *Nihil profuerunt.*] MSS. plerique quidem, etiam excluſere illud *quippe.*

fuerunt. At illa multo optuma Reipubl. doctus ſum; [1] *hoſtem ferire,* [2] *praeſidia agitare, nihil metuere, niſi* [3] *turpem famam; hiemem, & aeſtatem juxta pati, humi requieſcere; eodem tempore inopiam, & laborem tolerare. His ego* [4] *praeceptis milites hortabor:* [5] *neque illos arcte*

Gruter. L 3. Ball. λ. Pemb. *profuerunt.* hoc eſt, a ſervitute non vindicarant, exponente *Plutarcho* p. 406. Λέγεται δὲ μήτε γράμματα μαθεῖν Ἑλληνικά, μήτε γλώττῃ πρὸς μηδὲν Ἑλληνίδι χρῆσθαι τῆς σπουδῆς ἐχόμενον. ὡς γελοῖον γράμματα μανθάνειν ὧν οἱ διδάσκαλοι δουλεύουσι. etiam *Noſtro* II. ad *Caeſarem* de Rep. Ord. Cap. 55. *Parantur haec diſciplina Graecorum. ſed virtus, labor, vigilantia apud Graecos nulla ſunt: quippe cum domi libertatem ſuam per inertiam amiſerint, cenſeſne eorum praeceptis imperium haberi poſſe?* Hunc colorem tractat *Lactant.* III. §. 26. Vide *Lampridium* Severo LIII. J. Waſſe.

1 *Hoſtes ferire.*] Sic & noſtri Pall. praeter Pall. quart. quint. ſext. ſept. nonum, in quo *hoſtem*, quod aeque mihi arridet ac Rivio. *Grut.* Sic, Reg. Pemb. λ. Bodl. Ennius apud *Cic.* Hoſtem *qui feriet mi erit Carthaginienſis.* v. Sueton. Claud. I. *J. W.*

2 *Praeſidia agitare.*] Id eſt, expellere oppidis praeſidia, ſcilicet hoſtium. Vel praeſidia hoſtium in fugam agere. *Bad.*

3 *Turpem famam.*] Tacitus An. XII, 49. *Quod ubi* turpi fama *divulgatum.* Arnobio *inhoneſta.* VII. p. 219. inhoneſtas *vos* famas *adjungere diis veſtris.* ſupra Noſter. *Niſi quia turpis vita* integra fama *potior fuit.* Capitolin. Anton. P. XII. famae deteſtandae *honor.* Liv. XXVII, 28. *Libens reticuiſſem, ni ex* mala fama *in bonam vertiſſet.* ſic etiam *Hieronym.* Ep II. *Lucret.* III, 65. Turpis *enim* fama *& contemtus.* ſic Graeci κληδόνα utuntur. *Euripides* Alceſt. 315. Μή σοί τιν' αἰσχρὰν προσβαλοῦσα κληδόνα. *J. Waſſe.*

4 *Praeceptis hortabor.*] Tacitus An. III, 55. *Sed praecipuus adſtricti moris Veſpaſianus fuit, antiquo ipſe cultu victuque obſequium inde in principem, & aemulandi amor*, validior quam poena ex legibus & metus. *Victor* Caeſ. IX. *Praeterea legibus aequiſſimis monendo, quodque vehementius eſt, vitae ſpecie vitiorum plura aboleverat.* Sidonius V, 555. *ſic agmina voce Erigis,* exemploque levas, *primuſque labores Aggrederis quodcunque jubes: tum caetera paret Turba libens,* ſervit propriis cum legibus auctor. *Auſonius.* Pareto legi *quiſque legem ſanxeris.* Synesius de Regno p. 12. Ἔνθα καὶ ἱππεῖ ξυνιππεύσει, ὅτε πεζῷ συνήθειαν. καὶ ξυνοπλιτεύσει τῷ ὁπλίτῃ, καὶ τῷ πελταστῇ συμπελτασθήσεται, καὶ συναγωνιεῖ τῷ χωρίτῃ, τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἔργων εἰς ἔμψυχον ἐπιφροσύνην ἄγων προσαγόμενος, ἵνα μηδὲ πρὸς τούτους εἴρων ἢ συστρατιώτας καλῶν, ἀλλὰ διηγηγορῶν ἐπιγινώσκωσιν αὐτόν, καὶ μαρτυρῶσιν ὡς ἐκ τῶν ἔργων ἄρα τὸ ὄνομα λέγεται. Vide *Paulum* IV. Sentent. Tit. V. *de inofficioſa querela*, L. IV. c. de Leg. L. 27. *de Legatis.* Livium XXVIII. *Valerium* VIII, 6. *Caſſiodorum* V. Ep. 18. Hoc pacto laudem ſibi conciliaſſe Theſeum, in Helenae Laud. *Iſocrates* narrat. p. 311. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἔτεροι τοὺς μὲν πόνους ἄλλοις προσέταττε, τῶν δ' ἡδονῶν αὐτὸς μόνος ἀπέλαυεν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ΚΙΝΔΥΝΟΥΣ ΙΔΙΟΥΣ ΕΠΟΙΕΙΤΟ, τὰς δὲ ὠφελείας ἅπασιν εἰς τὸ κοινὸν ἀπεδίδου. hunc locum legiſſe *Salluſtium* res abunde probat. *Claudian.* IV. Conſ. Honor. *Primus juſſa ſubi. tunc obſervantior aequi Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipſum* Auctorem parere ſibi. *Silium* ſequi videtur, cujus, niſi fallor, haec ſunt. *in medio praecedens agmine ductor* Imperium perferre ſuum. Illum Sidonius: *tum caetera paret Turba libens.* ſervit propriis *quia* legibus Auctor. Pacatus. *in proelium primus ire, poſtremus proelio excedere,* dux eſſe conſilio, miles exemplo. *Silius* XV, 574. *Hortandi genus acer habet, praecedere ductor.* J. Waſſe.

colam

colam, me opulenter; [1] *neque gloriam meam laborem illorum faciam. Hoc eſt utile, hoc civile imperium.* [2] *Namque, cum tute per mollitiem agas,* [3] *exercitum ſupplicio cogere,* [4] *id eſt, dominum eſſe, non imperatorem.* [5] *Haec, atque alia majores veſtri faciundo, ſeque, & Rempublicam celebravere. Quis nobilitas freta, ipſa diſſimilis moribus, nos illorum aemulos contemnit; & omnis honores non ex merito, ſed* [6] *quaſi debitos, a vobis repetit. Ceterum ho-*

5 *Neque illos arcte colam.*] In Veneto quod eſt a Pincio excuſum, *ut me opulentem*. in aliis quibuſdam, *ut me opulentem*. Cui otium eſt, excutiat hunc locum diligenter. mihi vulgata lectio bene habere videtur, ut inter ſeſe opponantur, *arcte* & *opulenter*, eſt enim ſenſus: *non ego illos arcte contenteque habebo, me ipſum molliter & delicate.* vel, *non tractabo illos nimis aſpere atque injurioſe, me ipſum indulgenter.* nam hunc eſſe ſenſum, ea quae ſequuntur indicant. *Namque cum tute.* Simile quid *Livius* de Catone ſcribit Libro IV. dec. IV. *Sed in conſule,* inquit, *ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per ſe adiret. atque ageret; nec cogitaret modo imperaretque, quae in rem eſſent, ſed pleraque ipſe transigeret: nec in quemquam omnium gravius ſeveriuſque quam in ſemetipſum imperium exerceret, parſimonia, & vigiliis, & labore cum ultimis militum certaret, nec quidquam in exercitu ſuo praecipui praeter honorem atque imperium haberet.* Eſt a ſciolo quopiam hic depravatus locus, qui putarit *arcte colere* idem eſſe, quod *ambitioſe nimis colere, & quaſi laxiore imperio habere eos quibus praeſis.* quomodo Cicero, *arcte complecti aliquem* dixit. *Opulentare* vero idem quod *opulentum & divitem reddere.* Nam ſic neſcio quis interpretatus hunc locum fuerat, ſed perperam videlicet. tametſi *opulentare* quidem reperitur apud Columellam VIII. pro *inſtruere* & *exornare. Et eiſdem,* inquit, *familiarem focum menſamque pretioſis dapibus opulentent.* Rivius. Venet. 1470. Ball. *ut me opulentent.* ſupra: pro *optuma Reip.* Mart. *oportuna,* ex interprete. λ. *arcte c. nec opulenter.* J. Waſſe.

1 *Neque gloriam meam laborem illorum faciam.*] Sic in vetuſtis, atque etiam manuſcriptis. *ubi labore* fere eſt in recentioribus, idque perperam ſi ſenſum ſpectes. *Rivius.*

2 *Namque cum tute.*] L 2, 3. Bodl. Ball. Mart. Venetae, *nam cum*; atque ita citat *Aretinus* Ep. VI, 9. qui etiam pro *hoc* exhibet *id,* quomodo item & λ. Bodl. Ball. Idem *Aretin. Imp. eſſe,* ut noſtri omnes. locum ita citat *Guibertus* Abbas Geſt. D. per Fr. IV, 2. *ſi tu te molliter agas, exercitum autem imperio cogas, hoc eſt dominum non Imp. eſſe.* J. Waſſe.

3 *Exercitum ſupplicio cogere.*] Hoc eſt, *malo cogere.* Infra: *pudore magis quam malo exercitum coercebat.* Ciacconius.

4 *Id eſt dominum eſſe.*] Manuſcripta cuncta, *hoc eſt dominum eſſe, &c.* ſed eodem ſenſu. *Cicero* utroque modo loqui conſuevit. *Rivius.* Sic optimi MSS. noſtri, non; *hoc eſt dominum* eodem quidem redit, ſed legitimus partus ubique praevalet ſuppoſititio; ſi cui tamen utraque vox eradenda videtur, eidem ſuffragio meo accedam. *Gruterus.*

5 *Haec atque alia noſtri majores faciendo.*] Legendum e manuſcriptis. *Haec atque talia.* Rivius. Ball. &, γ. *alia talia* intra lineas exhibet. mihi tamen atque animo meo ſatis arridet. vide Cap. XC. tum quae ſupra notavimus. *J. W.*

6 *Quaſi debitos.*] Ita Codices, ſed malim *debita.* alterum juris, honoris alterum; honores enim meritis debiti. *memines*

Digitized by Google

mines ſuperbiſſumi procul errant. Majores eorum omnia, quae licebat, illis reliquere, divitias, imagines, memoriam ſui praeclaram: [1] *virtutem non reliquere; neque poterant: ea ſola* [2] *neque datur dono, neque accipitur.*

XC. *Sordidum me, & incultis moribus ajunt; quia parum ſcite convivium exorno; neque hiſtrionem ullum,* [3] *neque pluris pretii coquum, quam villicum, habeo. Quae mihi lubet confiteri, Quirites. Nam* [4] *& ex parente meo,*

ritus & *debitus* idem ſonant. Cicero: meritos *alicui honores &* debitos *decernere.* vel, ſic diſtinguendum, *quaſi debitos a vobis, repetit.* vulgatam tuetur *Livius* VII, 47. *prenſare homines coepit: & non orare ſolum* precariam opem, *ſed* pro debita *petere.* In alium ſenſum verba *Thucydidis* inflexit. II, 40. Οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους. βεβαιότερος δὲ ὁ δράσας τὴν χάριν, ὥστε ὀφειλομένην δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε σώζειν. ὁ δ' ἀντοφείλων ἀμβλύτερος, εἰδὼς ΟΥ'Κ ἐς ΧΑ'ΡΙΝ ἀλλ' ἐς 'ΟΦΕΙ'ΛΗΜΑ τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων. Liv. VI, 41. *Eſt aliquis qui ſe inſpici, aeſtimari faſtidiat? qui certos ſibi uni honores inter dimicantes competitores aequum cenſeat eſſe? qui ſe arbitrio veſtro eximat? qui veſtra neceſſaria ſuffragia pro voluntariis, & ſerva pro liberis faciat?* J. Waſſe.

1 *Virtutem non relinquere.*] Legendum, *reliquere,* operarum incuria eſt hoc commiſſum. *Rivius.*

2 *Neque dono datur neque accipitur*] Sic in Orat. Cottae: *Ut ſine dedecore cum civibus fama & fortunis integer, agas, id dono datur atque accipitur.* Ciacc. *Hegeſippus* I, 41. *Concubina* dono datur *atque* accipitur. ibi vox *antiquus* recte abeſt a meis uti & eo quo uſus olim *Gualtherus.* v. *Iſaeus* in fine Orat. v. *J. W.*

3 *Neque pluris.*] Illud *pretii,* non omnes habent codices, nec ego quid hic eo opus ſit, video. Quidam pro *pretii, petii* legendum putarunt, pro *emi.* certe L. *Valla* tolleret, ut puto, *pretii.* Paulo poſt: *Ibi ſenectutem agunt in conviviis, dediti ventri:* incertum eſt, ubi diſtinguendum ante ne, an poſt, *in conviviis.* Glareanus. L 3. Mart. Ball. *pluris coquum:* quomodo locuti, *Plautus, Cicero, Columella, Juvenalis, Plinius* N. Hiſt. *Horatius, Livius,* omiſſa voce *pretii.* unde heic infeliciter, ut ſolet, delendum exiſtimat *Glareanus* quaſi illam nunquam retinerent. *Plautus* Bacchid. IV, 3, 17. mortuus pluris pretii *quam ego.* rarius quidem at [illegible]. *Terent.* Heautont. I, 1. ad eandem formam. *agrum in his regionibus Meliorem, neque* pretii majoris *nemo habet.* Adelph. V, 6. *Geta, hominem maximi* pretii *eſſe te animo judicavi meo.* Hecyr. V, 3. *Aedepol ne eſſe meam Heras operam deputat* parvi pretii. *Qui ob rem nullam miſit.* Haec Noſter ex *Catonis* Carm. de Moribus. *Veſtiri in foro honeſte, mos erat; domi quod ſatis erat, equos* carius quam coquos emebant. Confer *Plutarchum.* pag. 338. *Livius* XXXIX, 6. *Tum* coquus viliſſimum antiquis mancipium *& aeſtimatione & uſu, & pretio eſſe; & quod miniſterium eſt, ars haberi* coepta. *Muſonius* περὶ τροφῆς. Ἀλλ' ἔγωγε τὸ χαίρειν ἐκείνου τοῦ ἐλαχίστου, ὃ [illegible] μὲ ὄψων γίνεται μᾶλλον, [illegible] δ' ἡ [illegible]. ΜΑ'ΓΕΙΡΟΙ δὲ ΓΕΩΡΓΩ͂Ν ΠΕΡΙΣΠΟΥΔΑΣΤΟ'ΤΕΡΟΙ. *J. Waſſe.*

4 *Et ex parente.*] *Et* abeſt L 2. proque *ex,* habet *a.* & ex *aliis ex* abeſt Commelin. L 3. Bodl. γ. Mart. Venetis. Hinc orationi reverentiam conciliat *Demoſthenes* adv. Leptin. p. 368. [illegible] λέγειν πρὸς ὑμᾶς τοῦτο, ὃ παρ' ὑμῶν τῶν ΠΡΕΣΒΥΤΕ'ΡΩΝ αὐτὸς 'ΑΚΗ'ΚΟΑ. *Plato* in Timaeo p. 21. ἐγὼ φράσω παλαιὸν ἀκ-

& ex

& ex aliis ſanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire, [1] omnibuſque bonis oportere plus gloriae, quam divitiarum eſſe: arma, non ſuppellectilem, decori eſſe. Quin ergo, quod juvat, quod [2] carum aeſtumant, id ſemper faciant: ament, potent: ubi adoleſcentiam habuere, ibi ſenectutem agant, in conviviis, dediti ventri, & [3] turpiſſumae parti corporis: ſudorem, pulverem, & alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis ju-

τοῖς λόγοις, ἢ νῦν ἀνδρὸς. v. *Pſalm.* XLIV, 1. infra: *munditias*, citat *Petrarcha* Epiſt. XII, 10. Reg. omittit *bonis*. haeret etiam in Marg. Pemb. a manu ſecunda. abeſt *que* L 2. Ball. *J. W. Divitiarum arma.* ita MSS. abſque intermedio *eſſe*. Gruter. *Abeſt eſſe* L 2, 3. Ball. caeteri rectius ſervant. verba ejuſcemodi congeminare amat *Cat.* Pro *decori*. Nazar. initio habuit *decorum*, eraſa deinde litera noviſſima, factumque *decora*. Grut. Mart. *decori meq.* J. Waſſe.

1 *Omnibus bonis divitiarum, decori eſſe.*] Sic in cunctis manuſcriptis atque item Florentino. quamvis aliter Gymnicus. utra lectio verior, alii judicent. *Riv.*

2 *Carum aeſtumant.*] Ita *Cicero* Offic. I, 4. *Caeſar.* B. G. V, 33. B. Civ. III, 59. *Terent.* Phorm. II, 2. *Liv.* 42, 47. VIII, 34. XXI, 21. XXII, 42. *Seneca* Conſol. ad Marc. XXIII. *Paſſio* ſancti Victoris Maſſilienſis; *cum omnium dolore* carorum *per ſumma tormenta ad interitum feſtinare.* Cyprianus de Lapſis p. 135. *Pontius Diaconus* p. 9. Hoc ſenſu *ſuave* & *dulce*. Petron. p. 106. *Amici, inquit, nondum mihi* ſuave *erat in triclinium venire, ſed ne diutius abſentivus morae vobis eſſem, omnem voluptatem mihi negavi.* vide p. 136. *Virg.* Aen. IV, 137. *Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam* Dulce *meum.* Cui praeiverat *Sophocles* in Ajace Fl. Ἀλλ' ἴσχε κἀμοῦ μνῆστιν· ἀνδρί τοι χρεὼν Μνήμην προσεῖναι, ΤΕΡΠΝΟ'Ν εἴ τί που πάθοι. *Statius* Sylv. *Sive vaporiferas littora Bajas Euboeae fatidicae ſeu viſere templa Sybillae* Dulce *ſit.* & Theb. II, 79. Sic τὸ γλυκὺ apud *Aeſchylum* alicubi in Prometh. vinct. Μή μοι προχνὺ μᾶσσον ὡς ἐμοὶ γλυκύ. & apud *Demoſthenem* de falſa Legat. τὸ ἡδύ, p. 228. ἩΔΥ' πολλοὺς ἔχθρους ἔχειν; *Homer.* Νόστον δίζηαι ΜΕΛΙΗΔΕ'Α. *Lesbonax* p. 204. Ἃ περὶ πλείστου ποιούμενοι, καὶ ἐλπιζόμενα ΓΛΥΚΥ'. *Theocritus* Eid. III. Ὡς μέλι τοι ΓΛΥΚΥ' τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο. *Homerus* Odyſſ. IX. Οὔτι ἔγωγε Ἧς γαίης δύναμαι ΓΛΥΚΕΡΩ'ΤΕΡΟΝ ἄλλο ἰδέσθαι. ἡδὺ apud *Ariſtoph.* Nub. Οἷς ἡδὺ καὶ λέγειν. Voce φιλτάτων uſus in Nigrin. p. 22. *Lucianus.* Ἐλευθερίας ἐλελοίπει μοι τῶν ΦΙΛΤΑ'ΤΩΝ, πλοῦτον τε καὶ ἀργυρίου καὶ δόξης. *dulcedo* autem *Livius* II, 54. *quod ſi conſulatus* tanta dulcedo *ſit.* vide *Lucretium* VI, 1264. Idem effert vocibus *amoena* & *amabilis* Plautus Stich. v, 4. *blandi, Gellius* in Praefat. *Et ſatis hoc* blandum *eſt, non haec neque in ſcholis decantata, neque in commentariis protrita.* Phyſius, vel Offellus *tolerandum*; ineptiſſime ut ſaepe alias, legit. contra autem MS. Aul. Pemb. Noſtrum ſequitur *Livius* XXVI, 2. *Cn. Fulvio fugam ex proelio, ipſius temeritate commiſſo, impunitam eſſe: & eum in ganea luſtriſque,* ubi juventutem egerit, ſenectutem acturum. *J. W.*

3 *Turpiſſumae parti.*] Cicero Orat. *Cujus nulla pars corporis a* turpitudine *vacat:* Seneca de Ira II, 14. *Athletae in viliſſima ſui parte occupati.* Epictetus: ἀφυΐας σημεῖον, τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα. Huc reſpexit *Apulejus* Mileſ. VII. *in* noviſſima parte corporis *totum me periturum deflebam.* infra: *epulis jucundiora ſunt.* Hauſit Noſter ex *Heſiodi* Scut. λιχνοτέρησι πολέμοιο Φυλόπιδος αἰνῆς· τοῖ σφιν ΠΟΛΥ' ΦΙΛΤΕΡΑ ΘΟΙ-

cundio-

cundiora ſunt. Verum non eſt ita. [1] *Nam, ubi ſe omnibus flagitiis dedecoravere turpiſſumi viri, bonorum praemia ereptum eunt. Ita injuſtiſſume luxuria, & ignavia, peſſumae artes, illis, qui coluere eas, nihil officiunt, Reipubl. innoxiae cladi ſunt. Nunc, quoniam illis, quantum mei mores, non illorum flagitia poſcebant, reſpondi; pauca de Republ. loquar. Primum omnium de Numidia bonum habetote animum, Quirites:* [2] *nam, quae ad hoc tempus Jugurtham tutata ſunt, omnia removiſtis, avaritiam, imperitiam, ſuperbiam. Deinde exercitus ibi eſt locorum ſciens, ſed mehercule magis ſtrenuus, quam felix: nam magna pars ejus avaritia, aut temeritate ducum attrita eſt. Quamobrem vos, quibus militaris eſt* [3] *aetas, adnitimini mecum, & capeſſite Rempubl. neque quemquam ex calamitate aliorum, aut imperatorum ſuperbia metus ceperit.*

ΝΗΣ. Vide ſimile quid, in Epiſtola Abu Obeidah, quam ex MS. Pocok. Num. 362. in Hiſtoriam ſuam Saracenicam tranſtulit Orientalium Lingg. callentiſſimus Ocleius. *J. Waſſe.*

1 *Nam ubi omnibus flagitiis.*] In manuſcriptis duobus eſt, *Nam vos flagitiis qui dedecoravere, &c.* quod non ſane diſplicet. *Rivius.* Sic Gruteriana. noſtri, Oxonienſes, *Carrio*, non agnoſcunt *omnibus*, nec in notis Ille rationem ejus rei reddit. *Cicero* II. Philipp. *Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi.* infra: *primum omnium.* ita reddit Homericum πρώμπρωτον. *Hegeſippus* IV, 8. *primo omnium.* at MS. B. Pub. recte *primum.* Livius in ſimili ſententia, omittit *omnium.* XXVI, 49. *Vocatis obſidibus,* primum *univerſos bonum animum habere juſſit.* retinet *Mamertinus* Paneg. III. *Nam* primum omnium, *quicquid immortale eſt, ſtare neſcit.* Polyaenus IV. 3, 34. ἵνα ἀγαθὰς ἔχοιεν περὶ τῶ κινδύνου ἐλπίδας. *J. W.* infra: *Jugurtham tutata.* nolui recedere a conſenſu MSS. Pall. etiam Bong. & Commel. alias haud abhorrebat animus a Carrionis *tuta.* Grut. *Tuta* Mart. Digb. λ. *ta* ſupra habet, iis calculum addiderim. *J. Waſſe.*

2 *Nam quae uſque ad hoc tempus.*] Manuſcripta, *quae hoc ad tempus.* omiſſa illa particula *uſque.* quomodo etiam pleraque ex impreſſis. pro, quae hactenus Jugurtham tutata ſunt, τὸ *uſque* ex gloſſa irrepſit. *Rivius.*

3 *Aetas eſt.*] L 2. Ball. Veneta 1478. *ineſt m. aetas.* alii, *aetas eſt.* poteſt utrumque abeſſe. *Tacitus* An. II, 60. *Referebat habitaſſe quondam ſeptingenta millia* aetate militari. *Livius* tamen XXII, 11. *Quibus liberi eſſent, &* aetas militaris. infra: *vobiſcum adero.* Tacitus IV, 24. *Ipſe* conſultor aderat *omnibus.* adeſſe proprie dicuntur Patroni. vide *Plin.* Ep. VIII, 7. I, 5. *Sueton.* Aug. Huc reſpexit *Ammianus* p. 364, 2. Braſidas *Thucydideus:* ἐγώ τε δείξω οὐ παραινέσαι μᾶλλον τοῖς πέλας, ἢ καὶ αὐτὸς ἔργῳ ἐπεξελθών. pro *meque voſque,* quomodo *Carrio* aliique, L 2, 3. Mart. Bodl. Ball. Grut. *me voſque,* atque ita in textu γ. ſed ſupra ſcribitur *que.* pro *geram* L 3. *agam.* Pemb. primo omiſerat *rebus,* quod poſtea additum eſt a manu recentiore. pro *laus.* Bodl. *laetitia.* J. Waſſe.

[1] *Egomet*

[1]Egomet in agmine, in proelio [2]conſultor idem, & ſocius periculi vobiſcum adero; meque voſque in omnibus rebus juxta geram. Et profecto, diis juvantibus, [3]omnia matura ſunt, victoria, praeda, laus: quae ſi dubia, aut procul eſſent, [4]tamen omnis bonos Reipubl. [5]ſubvenire decet. Etenim ignavia nemo [6]immortalis factus: [7]neque quiſquam parens liberis, uti aeterni forent, optavit; magis, uti boni, honeſtique vitam exigerent. Plura dicerem, Quirites, ſi timidis virtutem [8]verba adderent: nam ſtrenuis abunde dictum puto.

XCI. Hujuſcemodi oratione habita, Marius poſtquam plebis animos arrectos videt, propere commeatu, ſtipendio, armis, aliiſque utilibus navis onerat: cum his [9]A. Manlium legatum proficiſci jubet. Ipſe interea

1 *Egomet in agmine aut.*] Quaedam, *atque in proelio.* manuſcripta ad hunc modum, *Egomet in agmine, in proelio, conſultor idem & ſocius periculi vobiſcum adero.* Haec mihi lectio maxime omnium placet. *Rivius.*

2 *Conſultor idem.*] Sic infra: *Uti fautor conſultorque adſis.* Tacitus lib. IV. *Ipſe conſultor aderat omnibus.* Ciacconius.

3 *Omnia matura ſunt.*] Reſpexiſſe videtur ad illud Catonis de re ruſt. c. 106. *Nullus ſumtus eſt: & ſi ſumtus eſſet, tamen valetudinis cauſſa experirer.* vel ut eſt in aliis, *experturus.* Idem.

4 *Tamen omnes bonos reip. ſubvenire decebat.*] Manuſcripta duo, *tamen omnibus bonis.* verum perperam, ut opinor, niſi quis helleniſmum eſſe putet, quomodo Terentius, *Ita nobis decet.* quo loco tamen interpres antiquus ait, ſi adderent ſtatim infinitivum, *nos decet facere,* loqui ſolitos. ſin minus, *Nobis decet.* itaque cum hic infinitivus addatur, ſi quid interpreti credimus, vulgata lectio relinquenda erit. *Rivius.*

5 *Subvenire decet.*] Ita quidem primo Naz. ſed factum ab eadem manu *deceret,* quod & in Pal. 8. nam tert. habet *decebat,* ut & quart. & ſept. *Gruter.* Ball. Pemb. *deceret.* ſed *ret* a manu ſecunda λ. *decebat.* γ. *decet.* infra: *Strenuis abunde dictum.* Iſaeus Orat. x. p. 574. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς τὸ φρονοῦντι ὑμῖν ἱκανὰ τὰ εἰρημένα νομίζω. *Lesbonax* Orat. Hortator. p. 212. Τοῖς μὲν γὰρ μὴ θέλουσιν ἀγαθοῖς εἶναι, μισοῦμεν καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν. *Thucyd.* v. 69. εἰδότες ἔργων ἐκ πολλοῦ μελέτην πλείω σώζουσαν ἢ λόγων δι' ὀλίγου καλῶς ῥηθεῖσαν παραίνεσιν. *J. Waſſe.*

6 *Immortalis factus eſt.*] Τὸ *eſt* non habent exemplaria in membrana deſcripta. *Rivius.* Carrio & Noſtri *nemo. ig.* J. W.

7 *Neque quiſquam parens.*] Sumpſit *Salluſtius* hanc ſententiam ex Platone. Sic enim inquit in Epitaphio: οὐ γὰρ ἀθανάτους σφίσι παῖδας ηὔχοντο γενέσθαι, ἀλλ' ἀγαθοὺς καὶ εὐκλεεῖς. Manutius. *Neque* abeſt Bodl. Ball. Mart. *optavit ſed.* ſententia ſic ſupplenda. *magis quam uti boni honeſtique.* J. Waſſe.

8 *Verba adderent.*] In Catilina: *Compertum ego habeo milites, verba virtutem non addere. neque ex ignavo ſtrenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri.* Et Xenophon libro tertio Cyri Paedias. Οὐδεμία γὰρ οὕτως ἔστι καλὴ παραίνεσις, ὅτις τοὺς μὴ ὄντας ἀγαθοὺς, αὐθήμερον ἀκούσαντας, ἀγαθοὺς ποιήσει. *Manutius.*

9 *Manlium.*] *Plinius* lib. XXXIII. cap. 1. *Manilium* vocat. *Idem.* Hic, ut opinor,

milites ſcribere, non more majorum, neque ex claſſibus, ſed uti cujuſque libido erat, [1] capite cenſos pleroſque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem Conſulis memorabant; quod ab eo genere celebratus, auctuſque erat; & homini potentiam quaerenti egentiſſimus quiſque opportuniſſumus; cui [2] neque ſua curae, quippe quae nulla ſunt, & omnia cum pretio honeſta videntur. Igitur Marius cum aliquanto [3] majore numero, quam decretum erat, in Africam profectus, paucis diebus Uticam advehitur. Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato. Nam Metellus conſpectum Marii fugerat; ne videret ea, quae [4] audita animus tolerare nequiverat.

in aureo numiſmate L. Sullae Quaeſtor deſcribitur, cum hac inſcriptione: A. MANLI. A. F. Q. & fortaſſe L. Manlii frater eſt, qui in argenteis denariis L. item Sullae, PRO Q. dicitur hoc titulo: L. MANLI. PRO Q. *Urſinus.* Sic & manuſcriptum ceterum Plinius *Manilium* vocat, qui legatus C. Marii fuerit Jugurthino bello; quam recte, alii viderint: mihi librarii errore commiſſum hoc videtur, ac proclivis error fuit propter affinitatem vocum: tu, ſi lubet, *Plinium* vide lib. XXXIII, 1. *Rivius.* Vox *legatum* abeſt ſoli Regio. retinet noſter Cap. XCV. *J. Waſſe.*

1 *Capite cenſos pleroſque.*] Agellius XVI. c. 10. Gron. Huc reſpicit *Quintilian.* Decl. III. pag. 33. *Quaniam cum robora militum legeris Imp. ut hoſtibus prope humanas vires excedentibus opponeres parum delectum, vel ex eo manifeſtum eſt, quod cum ſcires non ex cenſu eſſe virtutem.* praeterita facultatum contemplatione, *vires tantum animoſque ſpectaſti.* vocem tantum non agnoſcunt membranae Joannenſes. caeterum, illa, *robora militum* ex Livio hauſit. Robora virorum cerno inquit *Hannibal.* Miltiades apud Graecos primus armavit ſervitia, teſte *Pauſan.* in Achaicis. v. *Juſtin.* III, 5. Romani poſt pugnam ad Thraſimenum lacum. *Flor.* II, 6, 23. confer Merulam in notis ad Ennium. *Gellium* XVI, 10. & *Nonium* in v. *proletarii.* J. Waſſe.

2 *Neque ſua curae.*] Sic primo Pemb. poſtea factum *cara*, ſed manu recenti. λ. *cara* in textu, & a prima manu. ſic Venetae. Mart. Bodl. Ball. Reg. L 2. *Grut.* & Carrio *curae.* & ſic Riviani omnes & Florentinum. ſane *cara* aeque Salluſtianum eſt, & frequentius opponitur *honeſto.* Tacitus An. 1, 67. *At victoribus decus, gloriam, quae domi* cara, *quae in caſtris* honeſta. ſed & egentiſſumis, inquies, ſunt ſua cara, liberi, conjuges. verum haec objectio contra utramque lectionem militat. Nam liberi, conjuges, *&c.* curae eſſe debent. Gellius, *Ut lubido cujuſque erat.* &, *celebratuſque.* infra; *quippe quae.* ita Codd. & *Apulejus* Apolog. pag. 293. *Quos tamen nullos ad Teſtimonium produxere;* quippe qui nulli fuerunt. *J.W.*

3 *Majore numero.*] L. 2. m. manu. Noſter Catilin. *maximas hoſtium copias parva manu fuderit.* ſed aliter viſum MSS. λ. aliiſq. *n. majore.* infra: *capi aut occidi* lubens deleram *aut*, quod tamen univerſos codices inſedit. illud autem omittunt Noſter CVIII. *Liv.* VII, 33. Idem autem copulam adhibeo IX, 27. *omiſſo certamine caedi capique Samnites.* J. Waſſe.

4 *Audita animus.*] Com. Pal. 5. Bodl. *animi*, pereleganter: *Noſter* alibi: Quantis animis ierit in P. infra, de pluribus.

XCII.

XCII. Sed Conſul, expletis legionibus, cohortibuſque auxiliariis, in agrum fertilem, & praeda onuſtum proficiſcitur. Omnia ibi capta militibus donat: dein caſtella, & oppida natura, & viris parum munita adgreditur: proelia multa, [1] ceterum alia levia aliis locis facere. Interim novi milites ſine metu pugnae adeſſe: videre fugientis capi, aut occidi; fortiſſimum quemque tutiſſimum: armis libertatem, patriam, parenteſque, & alia omnia tegi: gloriam, atque divitias quaeri. Sic brevi ſpatio [2] novi, vetereſque coaluere, & virtus omnium aequalis facta. At reges ubi de adventu Marii cognovere, diverſi in locos difficilis abeunt. Ita Jugurthae placuerat, ſperanti, mox effuſos hoſtis invadi poſſe; Romanos, ſicuti pleroſque, remoto metu [3] laxius, licentiuſque futuros.

XCIII. Metellus interea Romam profectus, contra ſpem ſuam laetiſſumis [4] animis accipitur: plebi, patribuſque, poſtquam invidia deceſſerat, juxta carus. Sed

quod uſitatius: XCIII. *Laetiſſumis* animis *excipitur.* Hirtius B. Civ. I, 15. *Cunctae earum regionum praefecturae* libentiſſimis animis *eum recipiunt.* Tacitus An. III, 49. *Quanto rarior apud Tiberium popularitas, tanto* laetioribus animis accepta. ſic illi. verum Codd. Salluſtii *excipitur.* *Apollonius Collatius* pag. 732. *urbem Ingreditur, magno populi* excipiente *favore.* Seneca Hippol. *O ſocia thalami, ſiccine adventum viri, Et expetiti conjugis vultum* excipis. *amplexu* excipere *Ovid.* Epiſt. & *Colum.* Excipere *brachiis. Claudian. domus* Excepit *reduces.* ita etiam *Silius* aliique λ. *accipitur.* ſic primo Reg. ſupra *exc.* uti & *Gruteriana,* quam haud invitus ſequor. Caeterum quod Metellus in hoc negotio Antonia in funere Germanici fecit. *Tacit.* III, 3. *Matrem Antoniam,* &c. *ullo inſigni officio functam, ſeu valetudine praepediebatur, ſeu victus luctu animus magnitudinem mali* perferre viſu *non poterat.* Uterque ſapienter. quoniam, ut ille: *Segnius irritant animos demiſſa per aurem. Quam quae* ſunt oculis ſubjecta. inde Pyrrhi ſcelus exaggerat. Priamus, Aen. II. *qui nati* coram *me* cernere *letum Feciſti, & patrios foedaſti funere* vultus. *Liv.* III, 51. *Et immiſſi turbae militum togati, quum eadem illa querendo, docendoque quanto* viſa *quam* audita indigniora *potuerint videri.* J. Waſſe.

1 *Ceterum alia levia aliis.*] Leg. credo, *Ceterum levia, alia aliis locis facere.* Ciacc.

2 *Novi vetereſque coaluere.*] Sic in orat. de rep. ordin. *Concordia inter veteres & novos coaleſcat.* Idem. L 3. *corruere* male. vide *Livium* I, 2. *Juſtin.* XXXVI, 3. & Cat. VI. *J. Waſſe.*

3 *Laxius licentiuſque.*] Sic libri, & *Priſcian.* p. 1185. *Plato* πολιτ. γ. Μαλακώτεροι αὖ γίγνονται, ἢ ὡς κάλλιον αὐτοῖς. pro, ἢ ὡς προσήκει. apud eundem. infra: Bodl. *adtendere.* J. Waſſe.

4 *Animis accipitur.*] In manuſcriptis eſt, *excipitur.* id quod rectius eſſe puto. nec in Beroaldino ſecus. *Rivius.*

 Marius

Marius impigre, prudenterque ſuorum, & hoſtium res pariter attendere cognoſcere, quid boni utriſque, aut contra eſſet: explorare itinera regum; conſilia, & inſidias eorum antevenire: nihil apud ſe remiſſum, neque apud illos [1] tutum pati. Itaque & Getulos, & Jugurtham, [2] ex ſociis noſtris praedas agentis, ſaepe adgreſſus itinere fuderat, ipſumque regem haud procul ab oppido [3] Cirta armis exuerat. Quae poſtquam glorioſa modo, [4] neque belli patrandi cognovit, ſtatuit urbis, quae viris, aut loco pro hoſtibus, & advorſum ſe [5] opportuniſſumae erant, ſingulas circumvenire: ita Jugurtham aut praeſidiis nudatum, ſi ea pateretur, aut proelio certaturum. Nam Bocchus nuncios ad eum ſaepe miſerat, *velle populi Rom. amicitiam, ne quid ab ſe hoſtile timeret.*

1 *Tutum pati.*] Sic 108. *Neque fugere neque* quietem pati. & LXX. *Nihil* intactum neque quietum pati. confer *Septimium* II, 28. *Hegeſipp.* I, 30. Reddenda etiam vox ſua *Palladio* Jan. XV. *Locis frigidis, ubi metus eſt de pruina,* &c. *ubi jam* tempus *videbitur ut debeant germinare.* Codex C.C.C. *tutum.* Alterutrum certe ex gloſſa. Huc ſpectat *Ambroſius* Serm. LXXIX. *Nihil* tutum, *nihil ocioſum, nihil* patitur *eſſe* ſecurum. etiam *Livius* XXXIX, I. *J. Waſſe.*

2 *Ex noſtris ſociis praedas agentes.*] Manuſcripta, *ex ſociis noſtris:* ut ſequatur pronomen. quomodo & impreſſa pleraque. *Rivius.* Abeſt pronomen Pemb. *praedam* Reg. *J. W.* ſupra: *itinere.* ante cuſi *in itinere.* ſed non viſitur praepoſ. in MSS. tribus melioribus. *Gruter.* abeſt in Venet. 1470. Ball. L 2, 3. caeteri tenent. *J. Waſſe.*

3 *Cirta.*] Vide ſupra Cap. XXI.

4 *Neque belli patrandi,* &c.] Additur vulgo, *copiam,* & ſic conſtantiſſime habent tam manuſcripti, quam typis impreſſi codices. & ſententia ita quoque aperta eſt. *Quae poſtquam glorioſa modo, neque belli, &c.* Priſcianus etiam, hunc locum citans Lib. XVIII. *copiam* omittit, & *cauſam* ſubaudiri teſtatur. Atque ita legi poteſt quoque, *Neque belli patrandi cognovit:* ut ſubaudiatur, *eſſe,* pro, Non ſpectare ad conficiendum bellum, non facere ad bellum patrandum. Ita Hirtius de Bello Alexand. *Multa contra morem conſuetudinemque militarem fierent, quae diſſolvendae diſciplinae ſeveritatiſque eſſent.* pro, quae pertinerent ad diſſolvendam diſciplinam. Eodem modo *Livius* interdum, velut quinto ab U. C. *Quid illos aliud aut tum timuiſſe creditis, aut hodie turbare velle, niſi concordiam ordinum? quam diſſolvendae maxime tribunitiae poteſtatis rentur eſſe.* Idem 7. Dec. 3. *Nam tum quidem quae temere agitaſſent, ea prodendi imperii, tradendae Annibali victoriae eſſe.* pro, ſpectare ad tradendam victoriam. *Rivius.* His verbis haec eſt ſubjecta ſententia: *Neque ad bellum patrandum pertinere cognovit.* Manutius.

5 *Opportuniſſumae.*] Suſpectam habeo vocem, ac ſi eſſet invecta ab librariis. *Grut.* Grutero accedimus & nos. Tacit. Hiſt. IV, 7, 8. *ſuis quiſque locis pugnam ciebant; Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam inſtigantes: Et* cuncta pro hoſtibus erant, *donec legio Una & viceſima, patentiore quam caeterae ſpatio conglobata, ſuſtinuit ruentes.*

Id

Digitized by Google

Id [1] ſimulaverit ne, quo improviſus gravior [2] accederet, an mobilitate ingenii pacem, atque bellum mutare ſolitus, parum exploratum eſt.

XCIV. Sed Conſul, uti ſtatuerat, oppida, caſtellaque munita adire: partim vi, alia [3] metu, aut praemia oſtentando, avortere ab hoſtibus. Ac primo [4] mediocria gerebat, exiſtumans Jugurtham ob ſuos tutandos [5] in manus venturum. Sed ubi illum procul abeſſe, & aliis negotiis intentum accepit; majora, & magis aſpera aggredi tempus viſum eſt. Erat inter ingentis ſolitudi-

Curtius etiam IX, 9. *Pedites parumper addubitavere, an in urbem ſubducerent copias, quippe* pro equitibus planities erat. *J. Waſſe.*

1 *Simulaverit ne.*] Pemb. *id ne.* ſed ne a manu ſecunda locum mutavit. & ſic λ. infra: *caſtellaque. que* abeſt Pemb. caeteri, *Carrio*, etiam *Grut.* agnoſcunt. *J. Waſſe.*

2 *Accederet.*] Non improbem *acciderct* quod eſt in Pall. Naz. vocis tamen hujus nullum in nono veſtigium. *Grut.* *Caeſar* B. G. III. *tela miſſa a Gallis* gravius acciderent. Noſter tamen infra, *quia de improviſo* acceſſerant. hujus rei rationem reddit *Heliodorus* II. pag. 103. Συμφορᾶς γὰρ τὸ μὲν ἀπροσδόκητον, ἀφόρητον. τὸ δὲ προεγνωσμένον, οἰστότερον. τὸ μὲν γὰρ ἡ διάνοια φόβῳ προληφθεῖσα κατέπληξε. τὸ δὲ ἡ συνήθεια τοῦ λογισμοῦ διήτησε. *Plutarchus* Conſol. ad Apoll. p. 112. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἤλπιζον, φησὶ ταῦτα πείσεσθαι, οὐδὲ ΠΡΟΣΕΔΟΚΩΝ. Ἀλλ' ἐχρῆν σε προσδοκᾶν, καὶ προκατακεκρικέναι τῆς ἀνθρωπείας τὴν ἀδηλότητα καὶ οὐδένειαν, καὶ οὐκ ἂν νῦν ἀπαράσκευος, ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων ἐξαίφνης ἐπελθόντων ἐλήφθης. de animi Tranq. p. 474. Ὁ μὲν οὖν Καρνεάδης ἐπὶ πραγμάτων μεγάλων ὑπεμίμνησκεν, ὅτι πᾶν καὶ ὅλον ἐστὶν ΕΙΣ λύπην καὶ ΑΘΥΜΙΑΝ ΤΟ ΑΠΡΟΣΔΟΚΗΤΟΝ Scriptum illud Carneadis in commentarium retulit *Clitomachus*, ut id obiter moneam; teſtis *Cicero* III. *Tuſc.* 28. qui multis contra hanc Cyrenaicorum ſententiam diſputat. vide etiam III, 13. *Livius* I, 11. *Noviſſimum ab Sabinis bellum ortum*, multoque id maximum fuit. *Nihil enim per iram aut cupiditatem actum eſt*, nec oſtenderunt bellum priusquam intulerunt. III, 3. Nec opinata *etiam* res plus trepidationis *fecit*. Hinc Aeneae cuncta diſcrimina leviora quia non improviſa. *non ulla laborum* O virgo, nova *mi* facies inopinave *ſurgit: Omnia praecepi atque* animo *mecum ipſe* peregi. Haec a Muſaeo derivata putat *Gellius*, mihi autem pro fonte erit *Euripides*. Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν Εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην, Φυγάς τ' ΕΜΑΥΤΩι ΠΡΟΣΤΙΘΕΙΣ πάτρης ἐμῆς Θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς· Ἵν' εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζον φρενί, Μή μοι ΝΕΑΡΟΝ ΠΡΟΣΠΕΣΟΝ μᾶλλον δάκνῃ. *J. Waſſe.*

3 *Metu aut praemia oſtentando.*] Sic ſupra: *Formidine, aut oſtentando praemia.* Ciacconius.

4 *M. gerebat.*] Vox *gerebat* Gronovio non placet, neque mihi. cetera ſine ea pulchre cohaerent, *mediocria caſtella*, &c. Bodl. *mediocriter gerebat.* λ. *mediocriter agebat.* J. Waſſe.

5 *In manus venturum.*] Supra: *Si qui in manus venerant, obtruncare.* Livius, *ubi* ad manum veniſſet *hoſtis*. Ciacc. Libentius legerem, *Ad manus venturum*: quomodo habent quidam impreſſi codices. & ita ſane loquitur etiam *Cic.* in Verr. Orat. VII. *Nonnunquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat.* Caſtil.

Marius impigre, prudenterque ſuorum, & hoſtium res pariter attendere cognoſcere, quid boni utriſque, aut contra eſſet: explorare itinera regum; conſilia, & inſidias eorum antevenire: nihil apud ſe remiſſum, neque apud illos [1] tutum pati. Itaque & Getulos, & Jugurtham, [2] ex ſociis noſtris praedas agentis, ſaepe adgreſſus itinere fuderat, ipſumque regem haud procul ab oppido [3] Cirta armis exuerat. Quae postquam glorioſa modo, [4] neque belli patrandi cognovit, ſtatuit urbis, quae viris, aut loco pro hoſtibus, & advorſum ſe [5] opportuniſſumae erant, ſingulas circumvenire: ita Jugurtham aut praeſidiis nudatum, ſi ea pateretur, aut proelio certaturum. Nam Bocchus nuncios ad eum ſaepe miſerat, *velle populi Rom. amicitiam, ne quid ab ſe hoſtile timeret.*

1 *Tutum pati.*] Sic 108. *Neque fugere neque* quietem pati. & LXX. *Nihil* intactum neque quietum pati. confer *Septimium* II, 28. *Hegeſipp.* I, 30. Reddenda etiam vox ſua *Palladio* Jan. XV. *Locis frigidis, ubi metus eſt de pruina,* &c. *ubi jam* tempus *videbitur ut debeant germinare.* Codex C.C.C. *tutum.* Alterutrum certe ex gloſſa. Huc ſpectat *Ambroſius* Serm. LXXIX. *Nihil* tutum, *nihil ocioſum, nihil* patitur *eſſe* ſecurum. etiam *Livius* XXXIX, I. *J. Waſſe.*

2 *Ex noſtris ſociis praedas agentes.*] Manuſcripta, *ex ſociis noſtris:* ut ſequatur pronomen. quomodo & impreſſa pleraque. *Rivius.* Abeſt pronomen Pemb. *praedam* Reg. *J. W.* ſupra: *itinere.* antecuſi *in itinere.* ſed non viſitur praepoſ. in MSS. tribus melioribus. *Gruter.* abeſt in Venet. 1470. Ball. L 2, 3. caeteri tenent. *J. Waſſe.*

3 *Cirta.*] Vide ſupra Cap. XXI.

4 *Neque belli patrandi,* &c.] Additur vulgo, *copiam,* & ſic conſtantiſſime habent tam manuſcripti, quam typis impreſſi codices. & ſententia ita quoque aperta eſt. *Quae poſtquam glorioſa modo, neque belli, &c.* Priſcianus etiam, hunc locum citans Lib. XVIII. *copiam* omittit, & *cauſam* ſubaudiri teſtatur. Atque ita legi poteſt quoque, *Neque belli patrandi cognovit:* ut ſubaudiatur, *eſſe,* pro, Non ſpectare ad conficiendum bellum, non facere ad bellum patrandum. Ita Hirtius de Bello Alexand. *Multa contra morem conſuetudinemque militarem fierent, quae diſſolvendae diſciplinae ſeveritatiſque eſſent.* pro, quae pertinerent ad diſſolvendam diſciplinam. Eodem modo *Livius* interdum, velut quinto ab U. C. *Quid illos aliud aut tum timuiſſe creditis, aut hodie turbare velle, niſi concordiam ordinum? quam diſſolvendae maxime tribunitiae poteſtatis rentur eſſe.* Idem 7. Dec. 3. *Nam tum quidem quae temere agitaſſent, ea prodendi imperii, tradendae Annibali victoriae eſſe.* pro, ſpectare ad tradendam victoriam. *Rivius.* His verbis haec eſt ſubjecta ſententia: *Neque ad bellum patrandum pertinere cognovit.* Manutius.

5 *Opportuniſſumae.*] Suſpectam habeo vocem, ac ſi eſſet invecta ab librariis. *Grut.* Grutero accedimus & nos. *Tacit.* Hiſt. IV, 7, 8. *ſuis quiſque locis pugnam ciebant; Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam inſtigantes: Et* cuncta pro hoſtibus erant, *donec legio Una & viceſima, patentiore quam caeterae ſpatio conglobata, ſuſtinuit ruentes.*

Id

Digitized by Google

Id [1] ſimulaverit ne, quo improviſus gravior [2] accederet, an mobilitate ingenii pacem, atque bellum mutare ſolitus, parum exploratum eſt.

XCIV. Sed Conſul, uti ſtatuerat, oppida, caſtellaque munita adire: partim vi, alia [3] metu, aut praemia oſtentando, avortere ab hoſtibus. Ac primo [4] mediocria gerebat, exiſtumans Jugurtham ob ſuos tutandos [5] in manus venturum. Sed ubi illum procul abeſſe, & aliis negotiis intentum accepit; majora, & magis aſpera aggredi tempus viſum eſt. Erat inter ingentis ſo-

Curtius etiam IX, 9. *Pedites parumper addubitavere, an in urbem ſubducerent copias, quippe* pro equitibus planities erat. *J. Waſſe.*

1 *Simulaverit ne.*] Pemb. *id ne.* ſed nè a manu ſecunda locum mutavit. & ſic λ. infra: *caſtellaque. que* abeſt Pemb. caeteri, *Carrio*, etiam *Grut.* agnoſcunt. *J. Waſſe.*

2 *Accederet.*] Non improbem *acciderent* quod eſt in Pall. Naz. vocis tamen hujus nullum in nono veſtigium. *Grut.* *Caeſar* B.G. III. *tela miſſa a Gallis* gravius acciderent. Noſter tamen infra, *quia de improviſo* acceſſerant. hujus rei rationem reddit *Heliodorus* II. pag. 103. Συμφορᾶς γὰρ τὸ μὲν ἀπροσδόκητον, ἀφόρητον. τὸ δὲ προεγνωσμένον, οἰστότερον. τὸ μὲν γὰρ ἡ διάνοια φόβῳ προληφθεῖσα κατέπληξε. τὸ δὲ ἡ συνήθεια τοῦ λογισμοῦ διήτησε. *Plutarchus* Conſol. ad Apoll. p. 112. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἤλπιζον, φησὶ ταῦτα πείσεσθαι, οὐδὲ ΠΡΟΣΕΔΟ'ΚΩΝ. Ἀλλ' ἐχρῆν σε προσδοκᾶν, καὶ προκατακεκρικέναι τῶν ἀνθρωπείων τὴν ἀδηλότητα καὶ οὐδένειαν, καὶ οὐκ ἂν νῦν ἀπαράσκευος, ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων ἐξαίφνης ἐπελθόντων ἐλήφθης. de animi Tranq. p. 474. Ὁ μὲν οὖν Καρνεάδης ἐπὶ πραγμάτων μεγάλων ὑπεμίμνησκεν, ὅτι πᾶν καὶ ὅλον ἐστὶν ΕἸΣ λύπην καὶ ἈΘΥΜΙ'ΑΝ ΤΟ' ἈΠΡΟΣΔΟ'ΚΗΤΟΝ Scriptum illud Carneadis in commentarium retulit *Clitomachus*, ut id obiter moneam; teſtis *Cicero* III. Tuſc. 28. qui multis contra hanc Cyrenaicorum ſententiam diſputat. vide etiam III, 13. *Livius* I, 11. *Noviſſimum ab Sabinis bellum ortum*, multoque id maximum fuit. *Nihil enim per iram aut cupiditatem actum eſt*, nec oſtenderunt bellum prius, quam intulerunt. III, 3. Nec opinata *etiam* res plus trepidationis *fecit*. Hinc Aeneae cuncta diſcrimina leviora quia non improviſa. *non ulla laborum* O *virgo*, nova *mi* facies inopinave *ſurgit: Omnia praecepi, atque* animo *mecum ipſe* peregi. Haec a Muſaeo derivata putat *Gellius*, mihi autem pro fonte erit *Euripides*. Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν Εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην, Φυγάς τ' ἘΜΑΥΤΩ͂Ι ΠΡΟΣΤΙΘΕΙ'Σ πάτρης ἐμῆς Θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς· Ἵν' εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζον φρενί, Μή μοι ΝΕΑΡΟ'Ν ΠΡΟΣΠΕΣΟ'Ν μᾶλλον δάκνῃ. *J. Waſſe.*

3 *Metu aut praemia oſtentando.*] Sic ſupra: *Formidine, aut oſtentando praemia.* Ciacconius.

4 *M. gerebat.*] Vox *gerebat* Gronovio non placet, neque mihi. cetera ſine ea pulchre cohaerent, *mediocria caſtella*, &c. Bodl. *mediocriter gerebat.* λ. *mediocriter agebat.* J. Waſſe.

5 *In manus venturum.*] Supra: *Si qui* in manus venerant, *obtruncare.* Livius, *ubi* ad manum veniſſet *hoſtis.* Ciacc. Libentius legerem, *Ad manus venturum*: quomodo habent quidam impreſſi codices. & ita ſane loquitur etiam *Cic.* in Verr. Orat. VII. *Nonnunquam etiam res* ad manus, *atque ad pugnam veniebat.* Caſtil.

litudi-

ſtudines [1] oppidum magnum, atque valens, nomine Capſa: cujus conditor Hercules Libys memorabatur. Ejus cives apud Jugurtham immunes, levi imperio, & ob ea fideliſſumi [2] habebantur: [3] muniti advorſum hoſtis non moenibus modo, & armis, atque viris, verum etiam multo magis locorum aſperitate. [4] Nam, praeter oppido propinqua, alia [5] omnia vaſta, inculta, egentia aquae, infeſta ſerpentibus: quarum vis, ſicuti omnium ferarum, [6] inopia cibi acrior: ad hoc, natura ſerpentium [7] ipſa pernicioſa, ſiti magis, quam alia re accenditur. Ejus

1 *Oppidum magnum, atque valens, nomine Capſa.*] Sic 2. MSS. C. Popmae. *Ptolemaeus* Capſae meminit ad occaſum Tritonidis paludis. *Strabo* l. ultimo [& *Oroſius* v, 15. ajunt] Jugurthae theſauros fuiſſe in eo oppido, cum hic noſter auctor in oppido Suthul eos fuiſſe ſupra dixerit. Fieri autem potuit, ut in diverſis locis, firmis ac munitis, theſauros ſuos habuerit Jugurtha: ut de Thala quoque ſupra dicit, pleroſque ejus theſauros ibidem fuiſſe. *Glarean. validum* Gruter. *valens* noſtri. *J. Waſſe.*

2 *Habebantur.*] Magis efficit huic loco dictio poſtrema, quam prodeſt. *Grut.* *Egentia aquae.* alibi ait, *aquae penuria.* Apulejus Met. 1. *Civitatem ſummo vertice montis exaſperati ſitam, & ob id, ad aquas ſterilem.* *J. Waſſe.*

3 *Muniti adverſum hoſtes.*] Manuſcriptum, *advorſum hoſtes.* id antiquario convenire magis videtur. *Rivius.*

4 *Nam praeter oppida propinqua.*] Legendum, *praeter oppido propinqua,* uti ex manuſcriptis duo habent. ut de locis loquatur *oppido vicinis,* vel quae circa oppidum ſint. quomodo Tacitus dixit, *Per urbem & urbi vicina conquiſiti.* Sic ſenſus expoſcit. quamvis Fabricianum, *praeter oppidum propinqua.* Idem. Palmerius e Thoſano reponit *leni,* cui favet Ball. delet *ob* &, at clare *levi* γ. λ. Venetae. in caeteris neſcias utrum hoc an illud. *Plautus* Capt. v, 5. *Nunc ſervitus ſi evenit, ei vos morigerari mos bonus eſt, Eamque* herili imperio, *ingeniis veſtris levem reddere.* E contra, *lenia imperia* apud Horat. 1. Ep. *Tacitus* autem receptam lectionem tuetur. 1, 31. *in finibus Ubiorum* habebantur, *per otium, aut* levia munia. ibi apparet verbum *habebantur,* quod Grutero tantopere diſplicet. infra: *Immunes,* ἀτελεῖς Gloſſae. *immunis* & vectigalis contraria. ſic *Cic.* v, Verrin. [illegible] Hexaem. v, 24. *Repetunt diverſae aves aviaria ſua, quas veſper nocte cogit diſcedere, & ſe in latibulis ſuis abdunt, cantu occaſum diei carmine proſequentes, ne immunes abeant* gratiarum *quibus Creatorem ſuum omnis creatura collaudat.* i. e. *non ſoluto laudum tributo.* Hoc pacto falſus ille Smerdis apud *Herodotum* populi benignitatem allexit. III, 19. προεῖπε ἀτελείην εἶναι στρατηίης καὶ φόρου. confer etiam *Caeſarem* B. Gall. VII, 76. *J. Waſſe.*

5 *Omnia vaſta, inculta, &c.*] Sic referunt Membranacei noſtri, malimque quam *incultu.* quod nupere inculcatum editionibus noſtris, nam *vaſtum eſt incultum* quod cultu tamen fertileſcere poteſt, id non contingit locis ſabuloſis, locis ab aquis ſterilibus, qualia iſta. *Grut.* ſupra 78. *arida atque vaſta.* Claudian. IV. Conſ. Hon. *per vaſta cucurrit Aethiopum.* J. Waſſe.

6 *Inopia cibi acrior.*] Vox *cibi* abundare videtur. *Ciacc.* omittit L 3. *J. W.*

7 *Ipſa pernicioſa.*] Ar. L 2, 3. λ. Ball. omittunt *ipſa,* male. *ipſa* enim hoc in loco valet *cum per ſe ſit.* vel, *omnino.*

potiundi

Digitized by Google

potiundi Marium maxuma cupido invaſerat, cum propter uſum belli, tum quia res aſpera videbatur: & Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud diſſimiliter ſitum, munitumque: niſi quod apud Thalam non longe a moenibus aliquot fontes erant: Capſenſes una modo, atque ea intra oppidum jugi aqua, cetera pluvia utebantur. Id ibique, & in omni Africa, [1] quae

Cicero. *Triginta dies erant* ipſi, *cum dabam has literas.* Servius ad Georg. III, 434. *quod genus ſiti.* Nicander Ther. p. 8. Ed. 1557. Εἰ δέ που ἐν δονάκεσσιν [illegible] "Αμμων [illegible] ὅτι δὴ [illegible] infra: "Η ἄτε [illegible] λοχάδην [illegible] "Η ὅτε δὴ [illegible] dein. Μή σύγ' ἐνὶ [illegible] *Virgil.* Georg. III, 432. *Poſtquam exuſta palus, terraeque ardore dehiſcunt, Exſilit in ſiccum, & flammantia lumina torquens Saevit agris, aſperque ſiti, atque exterritus aeſtu. Ne mihi tum molles ſub divo carpere ſomnos, Neu dorſo nemoris libeat jacuiſſe per herbas.* Lucan. IX. *Allidunt gelidas nocturno frigore piſtes:* Innocuoſque diu rictus *torpente veneno Inter membra fovent.* Quo in loco. *Et gravis in geminum* ſurgens *caput Amphisbaena.* Codex B. Pub. & *Iſidorus Hiſpalenſis* vergens. ſane *vergo* idem quod *deſino.* Cicero. *Omnibus ejus partibus in medium* vergentibus. Sed retinendum *ſurgens*; nam illud *Virgilii* expreſſit: *ſurgentem in cornua cervum.* firmat *Solinus* p. 52. *Amphisbaena* conſurgit in caput geminum. Ejus formam & indolem depingit *Nonnus* Dionyſ. V. p. 148. [illegible] Ἀμφισβαίνα [illegible] ὁλκῷ [illegible] ἀμφοτέρῳ [illegible] Ἀμφαλίζοντα [illegible] vide *Lucianum* de Dipſadibus pag. 924. Eſt & alius ejuſdem poetae locus quem ob materiae affinitatem, tum quia mendoſus eſt, adducere non gravabor. IV, 724. *Aſpidas ut Pharias cauda ſollertior hoſtis Ludit, & iratas incerta provocat umbra: Obliquanſque caput vanas ſerpentis in auras Effuſae toto comprendit guttura morſu.* Codex Cajenſis, uti & B. Pub. *tuto.* Ita legendum ſuadent ſequentia. *Letiferam* citra ſaniem: *tunc irrita peſtis, Exprimitur, fauceſque fluunt* pereunte veneno. ſed caudam eos aeque ac fauces petere atque ita in flumen trahere narrat *Strabo* Lib. XVII. Nec verum eſt quod ait *Noſter* de ſerpentibus beſtiis ſolummodo. ſed de omni genere ferarum. *Apulejus* VI, 178. *Nec vero iſtius ovae contra formidabiles oves feras adiram, quoad de* ſolis flagrantia *mutuato calore,* truci rabie ſolent efferri. Codex Paraei *effero,* unde aliquando conjeceram *efferari.* infra, Met. IX. *Certe venenatis morſibus contacta nonnulla jumenta,* efferari *jam ſimili rabie.* Apolog. I. p. 318. *neminem Tyrannide* efferavit. *Ammian.* XXIV, 4. *Quo efferati gaudio.* De leonibus *Ammian.* XVIII, 7. *At ubi* ſolis radiis exarſerit *tempus, in regionibus aeſtu ambuſtis, vapore ſideris agitantur,* &c. *immanius* efferaſcunt. *J. W.*

1 *Quae procul a mari incultius agebat.*] In Veneto ac pleriſque aliis non eſt additum, *a*, Cicero fere in ſimilibus praepoſitionem addit, velut, *Inſula Delos tam procul a nobis,* Idem, *Procul a terra abripi.* &, *Non procul a ſuis finibus.* Niſi ubi poetice loquitur, ut in Arato, *Et procul Arcturo,* Item in Epiſtolis e Poeta quopiam, *Patria procul.* Plinius tamen V. capite IX. ubi Nilum ait originem habere in monte inferioris Mauritaniae, *Non procul Oceano,* inquit & Curtius IV. *Procul hoſtium conſpectu.* Paullo poſt, *Haud procul Carthaginis muris locaverant caſtra.* &, *Haud* procul munimentis *urbis emerſit.* & poſtea, *Jamque haud* procul Memphi

procul

procul a mare incultius agebat, eo facilius tolerabatur, quia Numidae plerumque [1] lacte, & ferina carne veſcebantur, neque ſalem, neque alia irritamenta gulae quaerebant. [2] Cibus illis adverſum famem, atque ſitim, non libidini, neque luxuriae erat.

XCV. Igitur Conſul, omnibus exploratis, credo diis fretus, [3] nam contra tantas difficultates conſilio ſatis

erat. Idem v. *Haud* procul moenibus *flux-erat.* & IX. *Haud* procul amne *per quem erat navigaturus.* Idem tamen praepoſitionem interim addit. velut v. *Qui haud* procul ab *urbe tendebat.* & IX. *Haud* procul a *Perſide aberant.* Sed & X. *Eſſe haud* procul a *continenti inſulam palmis frequentibus conſitam.* Niſi quis mendum forte ſubeſſe putet. *Rivius.* Carrionis, & Gruteri Edd *p. a. mare.* vide quae ſupra notavimus. *J. Waſſe.*

1 *Lacte & ferina veſcebantur.*] Manuſcripta, *ferina carne,* ſed mihi prior lectio magis arridet; ut ſubaudias ſubſtantivum, quomodo *Virgilius* I. Aeneidos, *Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinae.* Ita fere dicimus, *ſuilla, bubula, caprina:* ut ſubaudiatur *caro.* Linacer tamen cum manuſcripto facit, ut & ex impreſſis quaedam. Sed & ſupra Salluſtius, *Quis cibus erat caro ferina,* inquit. de Gaetulis loquens. *Rivius.* Haud aliter MSS. Pall. addita voce *carne,* quam tamen cum Rivio mallem abeſſe. *Grut.* Retinent libri, & Noſter infra, idque recte & ἀρχαϊκῶς. ſic, veſtis *contemta* ferina apud *Lucretium.* Columella. Prooem. 10. *Largior tamen pauperibus fuit uſus epularum, lactis copia,* ferinaque *ac domeſticarum pecudum* carne. Salluſt. Jug. XII. *occultans ſe tugurio* mulieris ancillae. vide quae ad locum annotavimus. infra: *ſalem neque alia.* L 2. omittit *alia* ſed inepte. Caeteri, & *Chariſius* p. 82. agnoſcunt. firmat *Auſon.* Technopaeg. irritamentum, *quibus* additur *aequoreum* ſal. vide *Pauſan.* in Atticis. *Plutarch.* Sympoſ. VI. Q. 10. *Columellam* Praefat. *Strabonem* XVII. p. 835. ſi vocem *gulae* omiſiſſet, auctore *Tacito* id feciſſet. III, 54. *Cur ergo olim parſimonia pollebat? quia ſibi quiſque moderabatur: ne* irritamenta *quidem eadem.* verum & libri & ille alibi retinuit v. Hiſt. II, 62. atque ita *Ammianus.* p. 520. confer *Sulpicium* Dialog. I, 8. Salis & vini uſum ignoraſſe aetate ſua Sarracenos ait *Ammianus.* Confer Euſtath. ad *Odyſſ.* XI, 122. J. Waſſe.

2 *Cibus illis adverſus famem.*] Codex Fabricianus, *adverſum famem & ſitim.* quomodo & ille Pariſiis a Badio impreſſus. Utrumque apud Ciceronem atque alios primae notae ſcriptores reperitur, *adverſus* & *adverſum.* At in exemplari Veneto, Argentoratenſi, aliis pleriſque eſt additum quiddam, quod in ſuperioribus, ſi minus neceſſarium eſt, abeſt: ſi opus eſt, deeſt: *Cibus potuſque illis adverſus famem atque ſitim.* videlicet ut *cibus* ad famem, ad ſitim *potus* referatur. Mihi utra lectio verior, haud dum ſatis liquet. niſi quis adeo probandam eſſe ducat lectionem vulgatam, quod & cibi pariter & potus vicem praebeat lac, quo illi fere veſcebantur. qua de cauſſa iidem & γαλακτοφάγοι dicebantur, quaſi dicas, lacte veſcentes. atque item γαλακτοπόται ſicuti Libro VII. teſtatur *Columella,* quo loco *nationibus quibuſdam frumenti expertibus victum commodare lac* docet. *Riv.*

3 *Nam contra tantas difficultates.*] Volumen Fabricianum, omiſſa illa particula *contra. nam difficultates tantas, &c.* haud ſcio an perperam. niſi quis *providere,* pro eo quod eſt, *praecavere tantas difficultates,* poſitum velit. quomodo *Terentius* in Andria, *Quae ſi non aſtu providentur,* pro *caventur, vitantur.* ut adnotavit ibidem interpres. Mihi vulgata lectio bene habere videtur, ac poteſt in-

providere

Digitized by Google

providere non poterat: quippe etiam frumenti inopia tentabatur, quod Numidae pabulo pecoris magis, quam arvo, ſtudent, & quodcumque [1] natum fuerat, juſſu regis in loca munita contulerant: ager autem aridus, & frugum vacuus [2] ea tempeſtate: nam aeſtatis extremum erat; tamen pro rei copia ſatis providenter exornat: pecus omne, quod ſuperioribus diebus predae fuerat, equitibus auxiliariis agendum attribuit: A. Manlium legatum cum cohortibus [3] expeditis ad [4] oppidum Laris, ubi ſtipendium, & commeatum locaverat, ire jubet: [5] dicitque ſe praedabundum poſt paucos dies eodem

curia librarii τὸ *contra* omiſſum eſſe, nam in aliis manuſcriptis eſt. *Idem.* Comparet in omnibus MSS. illud *contra*, itaque Fabriciano codici abeſſe putarim non de induſtria. *Gruterus.*

1 *Natum fuerat.*] *Naſci*, etiam de inanimis. *Varro* I. R. R. Cap. XLVII. Nata herba *ad ſpem foeniſeciae.* Virg. Ovid. *Celſus* II, 18. *Quod aut nimis humido aut nimis ſicco nimiumque aut frigido aut calido* natum eſt. Varro. *Ad ſummum parum illi bona* lana naſcebatur, *arietes a Tarento emit. & eos curavit in gregem. Mel Atticum ut domi* naſceretur *apes ab Athenis juſſit adferri.* Lex Licinia apud *Gellium* II. 24. *Si quicquam eſſet* natum e *terra, vite, arbore, promiſſe atque indefinite largita eſt.* Sic Graeci: καὶ τὸ γιγνόμενον τῆς ἀμπέλου. *Plato* in Axiocho. Ἄφθονοι μὲν ὧραι παγκάρπου γονῆς βρύουσι. hoc modo voce *creat* utuntur Latini. *Senec.* de Ira II, 15. aliique. ſupra: pro *quod Numidae* Valla VI, 41. Mart. Pemb. *quia* N. J. Waſſe.

2 *Ea tempeſtate.*] Illa *ea tempeſtate* videntur a gloſſa. *Grut. ager autem, &c.* citat *Nonius* p. 498. J. Waſſe.

3 *Expeditis ad.*] L 2. omittit *expeditis*, & L 3. *ad*, eleganter. *J. Waſſe.*

4 *Oppidum Laris.*] Sic MSS. in quibuſdam *Larim*. perperam. *Riv.* Si ita legas, erit *Laris* patrius caſus, ut apud Virgil. *Urbem Patavi*, id eſt, Patavium. veteres tamen impreſſi codices habent, *oppidum Larim*: a Ptol. Λάρης dicitur. *Caſtil.* *Lares* Cirteſiorum oppidum ponit Ptolemaeus aliquanto magis ad meridiem, quam Vaccam (ipſe Vagam appellat) ad Juliam Cirtam. Caeterum cum paulo ante retulerit auctor, Marii cum duobus regibus pugnam ante Cirtam, interea vero aliquot oppida caſtellaque capta: denique veniſſe in mentem ei, ut Capſam tentaret, quae ſatis longe a Cirta abeſt, atque a Laribus: Commentatoribus venia dari poteſt, etiamſi ea ne verbo quidem attingunt, cum auctor ipſe tam negligens in re ſeria fuerit, ipſe inquam Africae provinciae Praetor, quam non abſque nominis ſui infamia ſpoliaſſe fertur. Ubi enim Tanam flumen, quod hic ſubjungit, fuiſſe exiſtimemus? Itinere a Cirta Capſam, flumina duo ſunt a Ptolemaeo deſcripta, Rubricatus & Bagrada, praeterea paludum Siſarae & Hipponitidos flumen. Fieri tamen poteſt & plura alia interfuiſſe, ſed dubitet Lector mecum. Nam, ut antea conqueſtus ſum, ex Africae topographia non temere apud hunc auctorem & Livium te explices. *Glar.* In Concil. Carthag. nominatur Hortenſius *a Laribus* Epiſc. *A. Popma.*

5 *Dicitque ſe, &c.*] Vox prima tolli poſſet, niſi eam retinerent MSS. ad unum omnes. *Grut.* ſane infra Cap. 114. eandem vocem intrudunt Pemb. Ar. Reg. L 3. *appellat, dicitque ſe a patre Boccho*

Digitized by Google

venturum. Sic incoepto ſuo occultato, pergit ad flumen [1] Tanam.

XCVI. Ceterum in itinere quotidie [2] pecus exercitui per centurias, item turmas [3] aequaliter diſtribuerat; &, ex coriis utres uti fierent, curabat: [4] ſimul & inopiam frumenti lenire, &, [5] ignaris omnibus, parare, quae mox uſui forent: denique ſexto die, cum ad flumen ventum eſt, maxuma vis utrium effecta. Ibi caſtris levi munimento poſitis, milites cibum capere, atque, uti ſimul cum occaſu ſolis egrederentur, paratos eſſe jubet; [6] omnibus ſarcinis abjectis, aqua modo ſeque, & jumenta onerare. Dein, poſtquam tempus viſum, caſtris egreditur: noctemque totam itinere facto, conſedit: idem proxuma facit. Dein tertia multo ante [7] lucis adventum

&c. &, XXXVIII. quamquam *intellegat P. Rom.* [*dicit ſe*] *velle manifeſta magis, &c.* ſic enim L 2. peſſime. ita tamen locutus cap. CXX. multo elegantius *Maro* Aen. IX. *tunc Niſus & una Euryalus, confeſtim alacres admittier orant* Rem magnam *pretiumque morae* fore. Ar. omittit *ſe*. J. Waſſe.

1 *Tanam.*] Arond. *Thanam* Pemb. & L 2. *Tanaim* quomodo & Editio Oxonienſis 1701. quid ergo oppidum *Laris* juxta *Tanaim*? imo, *Ante pererratis amborum finibus, exul Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim*, quam id nos credemus. *J. Waſſe.*

2 *Pecus exercitui per centurias, item per.*] Manuſcripta, *per centurias, item turmas*, omiſſa repetitione praepoſitionis *per*, quomodo & ex impreſſis habet codex Badianus; atque alii quidam. *Rivius.*

3 *Aequaliter diſtribuerat.*] Legerem, *diſtribuebat*, Sequitur enim, *ut fieret curabat*. Ciacconius. L 2. *per turmas* XXXII. *aequaliter*. Ball. quotidie *quadraginta duum pecus*. *J. Waſſe.*

4 *Simul & inop.*] Copula *&* non habetur in Pall. pr. aut ſecundo. *Grut.* nec in G. aut R. delendum puto. *J. Waſſe.*

5 *Ignaris omnibus.*] Sic Codd. univerſi. Palmeriani vero, *ignaris omnia*, uti & alii. unde ille *& gnavus omnia*. cave credas. ſupra Noſter, *ſic incoepto ſuo occultato, pergit ad flumen.* quod ejus commentum ſatis redarguit. Idem fere de Antigono Nepos. XVIII, VIII. *Ad hanc conficiendam imperavit* quam plurimos utres, *atque etiam culleos comparari. Poſt haec pabulum, praeterea cibaria cocta dierum decem, utque quam minime fieret ignis in caſtris. Iter quod habebat*, omnes celat. *J. Waſſe.*

6 *Omnibus ſarcinis abjectis.*] Eſt in nonnullis, *omnibus abjectis ſarcinis*. quae collocatio verborum melior. *Rivius.* λ. *ſarcinis* in marg. exhibet. *J. W.*

7 *Lucis adventum.*] Colon. *non multum ante lucem.* alii, *ante l. advenientem*, unde Palmer. *ante l. adventum.* at noſtri omnes, uti & Gerardi Voſſii lectionem editam tuentur. vide *Voſſium* Analog. IV. Cap. XIII. ſupra, *noctem t.* i. e. *itinere* [*per*] *noctem perpetem facto. facere iter* optimis auctoribus frequentatum. *Cic. Ovid. Liv. Lucret. Senec.* etiam *caſtra facit.* pro, *conſedit.* Dares Cap. XIX. Cujus prima verba Daceriam mire torquent: ea ſunt hujuſmodi: *Deinde quum Argivis non conſtaret, exeundi ad*

pervenit

pervenit in locum tumuloſum, ab Capſa non amplius duum millium intervallo: ibique, quam occultiſſume poteſt, cum omnibus copiis opperitur. Sed, ubi dies coepit; & Numidae nihil hoſtile metuentes, multi oppido egreſſi; repente omnem equitatum, & cum his velociſſimos pedites curſu tendere ad Capſam, & portas obſidere jubet: deinde ipſe intentus propere ſequi, neque milites praedari ſinere. Quae poſtquam oppidani cognovere; res trepidae, metus ingens, malum improviſum, ad hoc [1] pars civium extra moenia in hoſtium poteſtate, coegere, uti deditionem facerent. Ceterum oppidum incenſum: Numidae puberes interfecti: alii omnes venumdati: praeda militibus diviſa. Id facinus contra jus belli non avaritia, neque ſcelere Conſulis admiſſum; ſed quia locus Jugurthae opportunus, nobis aditu difficilis: genus hominum mobile, infidum, [2] ante neque beneficio, neque metu coercitum.

XCVII. [3] Poſtquam tantam rem Marius ſine ullo ſuo-

Trojam clam noctu an interdiu fieret, Palamedes ſuadet, *&c.* ſubintelligit Anna *conſilium*, poſſe ſe praeterea nihil ingenue profeſſa. Membranae Sidneienſes, pro *fieret*, habent *opportunum*, quod ſane haudquaquam intempeſtivum. legendum, *opportunum foret.* ut ſubintelligatur *tempus*, more Graecanico. vel ſi MS. non ſatis audies, *exeundum.* infra: *ibique quam* Reg. *ibi quam.* infra, L 2. omittit *multi*, caeteri ſervant. *J. Waſſe.*

1 *Pars civium extra moenia.*] Scribitur Pal. 6. inter lineas; ſic tanquam praecedere deberet vocem *extra*; *comprehenſa.* & vero ſi ego Salluſtius fuiſſem, ſcripſiſſem potius tribus verbis, *pars civium comprehenſa.* ſive adeo ut erat in Popmae libris, *deprehenſa*; quam alia illa omnia, quae tamen ambigas, an ſint ab auctore: nam Pal. tert. *pars civium extra moenia in manibus hoſtium*, ut forte fuerit, *pars civium hoſtium potita*; aut verbum aliud vulgo ignotius. *Grut.* Veneta 1570. Balliol. *poteſtate deprehenſa.* caeteri cum vulgatis. *J. W.* infra *coegere uti.* adblanditur magis lectio Commeliniani, *cogere*, quae item extat in aliquot Pall. poterat quoque reciſis vocibus duabus, ſcribi, *cogere deditionem.* L 2. Mart. *cogere.* J. Waſſe.

2 *Ante neque beneficio neque metu coercitum.*] Ita Edd. etiam primae, ſatis rotunde, ſed contra MSS. quorum inſigniores ignorant illud *ante*: ſed & eis fere adeſt illud *coercitum* ab interpolatorum calamis, fuitque prius, aut *cohercerettur*; aut aliud quid. certe Pal. primus clare praefert; *a neque beneficio neque metu cohercetur*; ac deinde factum, *ac neque.* ſunt etiam codices, in quibus, *ante neque benef. neque metu coercebatur*, item *cohercerettur*, adeo ut liceat ſuſpicari forte fuiſſe prius; *mobile, infidum*; *neque b. neque m. coercendum.* Gruter. Noſtri nihil movent; abeſt ſolummodo λ. vox *ante.* Tranſtulit haec ad Idumaeos *Hegeſip.* IV, 6. *genus mobile, inquietum.* Alludit etiam *Tacitus* An. VI, 36. *Adfluum*

Digitized by Google

rum incommodo patravit; magnus, & clarus antea, [1] major, atque clarior haberi coepit: [2] omnia non bene conſulta in virtutem trahebantur. Milites modeſto imperio habiti, ſimul & locupletes, ad coelum ferre: Nu-

entibus paullatim, qui metu magis quam benevolentia ſubjecti. *J. Waſſe.*

3 *Poſtquam tantam r. M. S. n. ſ. i. patravit.*] Viſitur quidem illud *patravit,* in Pal. ſec. ſed tantum inter lineas: littera vero ejus nulla in Nazar. aut Commelin. neque tamen ejus loco aliud quid ſubſtitutum. at Pall. tert. ac quint. ſex. ſept. oct. habent: *poſtquam tantam rem peregit Marius ſine ullo ſuorum incommodo, magnus.* quart. *poſtquam tantam rem egit ſine, &c.* ambigas, an fuerit: *patrata tanta re ſine ullo ſuorum incommodo; magnus, &c.* Gruter. L 2, 3. *rem peregit.* & ſic Venetae. Bodl. at λ. *poſtquam geſſit.* diſſenſione ex varia interpretatione vocis *patravit*, orta. *Idem.*

1 *Major atque clarior haberi coepit.*] Illud *coepit*, invectum eſt ab inſcito Grammaticello. *Gruter.* At noſtri omnes agnoſcunt. Bad. Ball. Soldus, *major clariorque.* L 2. *major clarior.* Neſcio an reſiquerit Auctor *mage clarior*, quod certe Plautinum. *Nec me miſerior foemina'ſt, neque ulla videatur* magis. Amphitr. v, 1. & Menaechm. Prol. *Nam niſi qui argentum dederit, nugas egerit. Qui dederit,* magis majores nugas *egerit.* Aulul. III 2, 8. *Ita fuſtibus ſum* mollior magis, *quam ullus cinaedus.* Virgil. Culice. *Qui* magis *optato queat eſſe* beatior *horto.* Valerius III, 7. *Sed uterque noſtrum* magis *invidia, quam pecunia*, locupletior *eſt.* Mela II, 6. *magis magiſque latior.* Ita etiam libenter *Arnobius*, Boethius, Arator, *Caſſiodorus* Var. I, 28. *Martianus* VI. p. 227. *magis, quod laſſa, pulchrior.* & ſic tres Codices quibus uſi ſumus. Habes etiam apud *Arnobium,* niſi fallit memoria, *magis clariſſimum.* Locutio a Graecis tracta eſt. *Ariſtoph.* Plut. τίς γὰρ γένοιτ' ἂν μᾶλλον ὀλβιώτερος; Noſter autem *Catil.* LXII. *Cato* clarus *atque* magnus *habetur.* vide Cl. *Perizonium* ad *Sanctium* pag. 150. *Caeterum vulgatam tuetur *Sulpicius* Hiſt. II. *Daniel clarus ante,* clarior haberi *coepit.* Idem.

2 *Omnia non bene conſulta.*] Sic & Aldinum pariter ac manuſcriptum: in Veneto autem, cujus aliquoties memini; atque item aliis quibuſdam, addita nonnulla ſunt, nimirum haec, *rerum etiam caſu data.* Ego quamvis priorem lectionem probo, tamen quid hic ſuſpicer; paucis dicam. Fortaſſe legendum, *omnia non bene conſulta modo, verum etiam caſu data, in virtutem trahebantur.* ut ſit ſenſus: *Non ſolum quae erant ſapienter proviſa, ſed & ea quae caſu aliquo ac felicitate quadam acciderant, virtutis eſſe exiſtimabantur*, hoc eſt, non temere neque caſu facta, aut forte fortuna, ſed virtute conſilioque potius geſta eſſe credebantur quaecumque bene evenerant. Sic & Q. *Curtius* de Alexandro Lib. III. *Jam primum,* inquit, *nihil niſi divina ope aggredi videbatur. nam cum eſſet praeſto ubique fortuna, temeritas in gloriam ceſſerat.* Rivius. Aliquid eſſe etiam heic minus integri, produnt membranae Commel. in quibus *trahuntur*; forte fuit, *in virtutem trahi.* nam quae hoc loco citat ex aliis editionibus Rivius, nititurque emendare; ſciamus licet, nata, poſt editiones primas, ab Pomponio Laeto. *Grut.* Quidam Codd. *verum etiam caſu data in virtutem trahebantur.* Glarean. Sic Venetae. γ. ſupra *conſulta* habet, *& bene conſulta* etiam, *in virtute tr.* quod non diſplicet. Bodl. Ball. *modo neque etiam data caſu.* Noſter Cap. XCIV. *gloriam ex culpa invenit.* Huc reſpexit *Plinius* Epiſt. V, 21. *Eſt omnino iniquum, ſed uſu receptum, quod honeſta vel turpia, prout male aut proſpere cedunt; vel probantur vel reprehenduntur.* Pindarus *Ol.* I. Εἰ δ' ἔχοντες σοφοὶ καὶ πολίταις ἔδοξαν ἔμμεν. *J. Waſſe.*

midae

midae magis, quam mortalem, timere: poſtremo [1] omnes ſocii, atque hoſtes credere, illi aut mentem divinam eſſe, aut Deorum nutu cuncta portendi. Sed Conſul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida pergit: pauca, repugnantibus Numidis, capit: plura, deſerta propter Capſenſium miſerias, igni corrumpit: luctu, atque caede omnia complentur. Denique multis locis potitus, ac pleriſque exercitu incruento, aliam rem aggreditur, non eadem aſperitate, qua Capſenſium, ceterum haud ſecus difficilem. [2] Namque haud longe a flumine Muluchae, [3] quod Jugurthae, Bocchique regnum disjungebat,

1 *Omnes ſocii atque hoſtes.*] Naz. *atque cohortes*, mihi *hoſtes* non diſplicet, ſed *omnes* ſupervacaneum videtur. *Gruterus.* Bodl. Venetae, Mart. Ar. Reg. γ. λ. L 1, 2, 3, agnoſcunt *omnes*. Bodl. praeterea habet, *omnes ſocii, cives atque*. Caeteri Oxonienſes, teſte *Cl. Hudſono*, univerſalitatis nota defecti ſunt, quod ſane demiror. *J. W.* infra: *Bene evenit.* Non habetur illud *bene* in Commel. & poterat ſane abeſſe. *Gruter.* Ibid. *Deorum nutu.* i. e. *auctoribus diis*. nutus enim Neceſſitatis, & voluntatis ſignum. Annuit, *& totum* nutu *tremefecit Olympum*. Virg. nutu *ſaevae Junonis eunt res.* οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν, Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ' ὅ, τί κεν κεφαλῇ κατανεύσω. Gloſſae *nutus ῥοπή* impulſus, quo ſenſu θεία ῥοπή alicubi apud *Chryſoſtomum*. Tacitus Hiſt. 11, 4. *Ubi laeta & congruentia exta. magniſque conſultis* annuere *Deum videt*. *numen* pro *nutu* teſte Servio ad IV. Aen. Lucretius. *Terrificas capitum quatientes* numine *criſtas.* Catullus Nupt. Pel. Annuit *invicto coeleſtum* numine *rector*. Confer *Apulejum* Met. VI. p. 92, 98. *Sulpicium* Hiſt. Sacr. 1, 15. *Vitruvius* Praefat. ad 1. *Cum gentes omnes ſubactae tuum ſpectarent* nutum. ubi, *& magnis cogitationibus* ex ſuperiore linea in inferiorem delatum eſſe ſuſpicor, ſed agnoſcit Arond. pro *nutu portendi* auctores fere *monitu* uſurpant. *Ovid.* Met. XIII, 723. *quae cuncta ſibi Priamides Helenus* monitu praedixerat. & Faſt. III, 53. *Terreor* admonitu. *J. W.* infra: *deſerta propter*. Venet. 1470. Pemb. γ. λ. Bodl. Ball. omittunt *deſerta*. λ. ſupra vocem *propter* habet i. e. *juxta* Ibid. *aliam rem aggreditur.* Cum ſupra modo dixerit, *ubi ea res bene evenit*, maluerim, *alia aggreditur*; & poſtea *difficilia*. paulo poſt: *A flumine Muluchae.* Ita haec dictio ſcripta in Nazar. neque recedit Pal. ſec. niſi quod is *Muluchae*. quomodo & ceteri MSS. Pall. excepto, quod eis alius caſus, *Muluchi* nempe. at Commel. ſervat *Mulcha*. Gruter. Bodl. ab *fl. Muluchs*. Noſtri *Mulucha*. J. Waſſe.

2 *Namque haud longe a flumine Mulucha.*] Manuſcriptum, *Muluchae*. rectene an ſecus, haud dum equidem ſcio: niſi ſi quis putet ſic dictum, ut Virgilius *urbem Patavi* dixit Aeneidos primo. & *fontem Timavi*, ibidem, & ſeptimo, ni fallor, *flumen Hymellae*. aut Cicero, *in oppido Antiochiae*. ſi modo ſic idem ſcriptum reliquit. *Rivius.* R. *mulca*. Bod. *muluccha*.

3 *Quod Jugurthae Bocchique regnum disjungebat.*] Sic idem Lib. IV. Hiſtor. *Qua in parte Cappadocia ab Armenia disjungitur.* Ciacc. Manuſcripta & alia pleraque: *disjungebat*; pro regni fines diſcernebat, diſterminabat. Nam hic amnis ingentium olim regnorum terminus Bocchi Jugurthaeque fuit, uti Pomponius inquit. Vulgo, *dividebat*. Rivius.

Digitized by Google

gebat, erat inter ceteram planiciem [1] mons ſaxeus, mediocri caſtello, ſatis patens, in [2] immenſum editus, uno perangusto aditu relicto: [3] nam omnis natura, velut opere, atque conſulto, praeceps. Quem locum Marius, quod ibi regis theſauri erant, ſumma vi capere intendit: ſed ea res forte, quam conſilio, melius geſta. Nam caſtello [4] virorum, atque armorum ſatis magna vis, & frumenti, & fons aquae: aggeribus, turribuſque, & aliis machinationibus locus importunus: iter caſtellano-

1 *Mons ſaxeus.*] Vide *Frontinum*, *Strab.* Lib. III. Cap. IX. *Florus* autem Libro III. Cap. I. urbem Mulucham vocat. *Caſtil.*

2 *Immenſum editus.*] Non extat *editus* Pal. tert. ceterum omnibus adeſt praepoſitio *in*. Gruter. pro *editus*, Reg. a manu prima *conditus*, contra caeteri. *Septimius* I, II. *in immenſum edito.* pro *patens* Pemb. *potens*, & ſupra a recenti manu *patens*, quod ſervant univerſi. Thoſanus *caetera planitie*, unde Palmer. *caetera planitiem.* ea forma, qua, *caetera Grajus*; hercle non nimium infeliciter. *Liv.* I, 32. *Proximum regnum*, caetera egregium, *ab una parte haud ſatis proſperum fuerat.* Noſter ſupra XXII. *praeter nomen* caetera ignarus *P. Romani.* λ. *planiciem*, ſed ultima litera a manu, ut videtur, ſecunda. Certe Pemb. a manu prima clare praefert, *caetera planitiem.* reliqui nihil movent. De hoc caſtello *Frontinus* II, 9. cetera parte *velut conſulto praecipiti.* J. Waſſe.

3 *Nam omnis natura, velut opera.*] In manuſcriptis eſt *opere*, ſed eodem ſenſu. in quibuſdam ſed impreſſis, *praeceps erat*, quod non ſane diſplicet. Illud non probo quod in antiquioribus eſt, *nam per omnia natura, &c.* id ex gloſſa addita irrepiiſſe in contextum videtur. Codex Badianus ad hunc modum, *nam omnia natura velut opera atque conſulto praeceps habebat.* Mihi legendum videtur *omnis*, ita uti fere in recentioribus eſt. Hoc autem dicit Salluſtius, *totum montem fuiſſe natura praecipitem, ac ſi humana induſtria ſic, & opere manuque factus eſſet.* Forſan aliquis iſtud *omnis* explicare volens, in ſpatio quod verſus dirimit ſupraſcripſerat *per omnia.* cum intelligi vellet, *ex omni parte*, ut Caeſar loquitur. id poſtea in contextum irrepſit. *Rivius.* Ball. *per omnia.* & ſic Pemb. ſed *per* ſupra lineam & a manu recente. uti apud λ. γ. *Nam omni n.* &, intra lineas *vel per omnia.* ſic etiam L 2, 3. Venetae. at Reg. *omnis mons.* ibi τὸ *mons* gloſſa manifeſtaria. ſi edita lectio diſpliceat lege: *nam omnia, &c. praeceps.* mihi tamen altera ſcriptura ſatis arridet. Gryphii Edd. *per alia omnia.* Frontinus III, 9. *Quod una & anguſta ſemita adibatur*, caetera parte *velut conſulto, praecipiti.* unde dubitari poſſit, ſint ne genuinae voces illae, *opere atque*, codices tamen agnoſcunt. caeterum apud eundem pro, *eripi poſſe caſtellum*, Petrenſis *aſcendi p. in c.* ibidem, *perfectiſſimos* mihi ſuſpectum. male etiam capit Salluſtium: Hic enim, *ex copia Tubicinum, atque Cornicinum quinque numero quam velociſſumos delegit. & cum his, praeſidio qui forent, quatuor Centuriones.* Ille autem, *Paucos Centuriones. quibus perfectiſſimos cum velociſſimis militibus aeneatores immiſcuerat.* Vide an rectius: *p. C. quibus quam velociſſimos aeneatores im.* Nihil enim hic de militibus, & vox altera ad ſenſum minime omnium facit *J. Waſſ.*

4 *Virorum atque armorum.*] Sic MSS. Pall. ſine *erat*, poſt *vis*; quod invaſit editiones aetatis mediae, non primae. ego praeterea adhuc delibero, an non poſſis diſtingui; *virorum atque armorum ſatis*;

rum

Digitized by Google

rum anguſtum admodum, utrimque praeciſum: vineae cum ingenti periculo fruſtra agebantur. [1]Nam cum eae paullo proceſſerant, igni, aut lapidibus corrumpebantur: milites neque pro opere conſiſtere, propter iniquitatem loci; [2]neque inter vineas ſine periculo [3]adminiſtrare: optumus quiſque cadere, aut ſauciari; ceteris metus augeri.

XCVIII. At Marius, multis diebus, & laboribus conſumtis, anxius trahere cum animo ſuo, omitteret ne

magna vis & frumenti; & fons aquae. Gruter. Ar. *frumenti erat.* γ. *vis erat.* caeteri non agnoſcunt. *turribuſque* in marg. tantum exhibet Pemb. & a manu recenti, uti & *locus.* λ. pro *aliis* habet *altis,* quomodo primo habuerat Pemb. infra: *utrimque praeciſum.* Reg. L 2, 3. Venetae. Mart. γ. λ. Pemb. Ball. Bodl. *praeciſae.* eam vocem Badius, & Soldus ad *vineae* ineptiſſime referunt. *Carrio* & *Gruterus* dederant *praeciſum,* hoc eſt, utroque latere abruptum; utrimque ad perpendiculum praecipiti rupe. Graece ἀμφίκρημνον, ἀπότομον. *Arrianus* de Exped. Alex. IV, 282. καταλαμβάνει ΠΑΝΤΗΙ ἈΠΟΤΟΜΟΝ ἐς τὴν προσβολήν. *Accius* Oenomao. *Quemcunque inſtiteram grumum, aut* praeciſum jugum. *Mela* III, 9. *Omnia vaſtis* praeciſa montibus, *ripae potius ſunt quam littora.* Hoc ſenſu *concisa* apud *Caeſarem* B. G. III, 9. & *circumciſa* VII, 36. infra: *cum ingenti periculo fruſtra.* ita Libri. alii, *& fruſtra,* ſunt etiam, *qui cum ing. p.* pro ſuperfluis habent; ſed minus recte. *Tacitus* An. XII, 45. *Ita Rhadamiſtus* fruſtra, *vel cum damno tentatis munitionibus.* J. W. paulo poſt, *Nam cum eae.* pronomen ſupervacaneum eſt. *Gruterus.* abeſt Mart. *J. Waſſe.*

1 *Nam cum eae paullo proceſſerant.*] In nonnullis eſt, *paullulum*: quomodo Cicero, *aliquantulum procedere* dixit. ſed prior lectio eſt in manuſcripto quoque. *Rivius.*

2 *Neque inter vineas.*] Manuſcripta conſentientibus aliis, *milites neque pro opere conſiſtere propter iniquitatem loci, neque inter vineas ſine periculo adminiſtrare, optumus quiſque aut cedere aut ſauciari.* ſic fere & Venetum exemplar. itaque vides quam multa deſint in recentioribus. *Rivius.* Etiam atque etiam conſiderandum, num *intra vineas,* legendum potius, quamquam ego nihil aſſevero. *Glareanus.*

3 *Adminiſtrare.*] Vide Jug. XXXI. Vox operibus belli accommoda. *Caeſar.* VII. B. G. Civil. II, 2, 8. *Vegetius* II, 21. *Varro* de L. Lat. p. 24. *Juſtin.* XIV, 2. rarius autem abſolute ponitur. *Plautus* tamen Stich. II, 7, 1. *jube famulos rem divinam mihi apparent.* G. *Vin'* adminiſtrem? nempe, *ſacra*; quomodo ſupplet *A. Victor* Orig. ubi de Potitiis haec habet: *Eoſque tam religione quam etiam* pietate *edoctos, myſteria ejuſmodi fideliter cuſtodiviſſe.* Haud jurarem non ſcripſiſſe, *quam impietate.* Pinariorum ſcilicet, qui pecunia ab Appio illecti, ſacra ſua ſervis propinarant, ejuſque ſceleris poenam ſolverant. Nam, intra 30. dies ex quo hoc admiſerunt illorum familia extincta eſt. Ut revertamur. *Plautum* excipit *Nepos* IX, 4. *Id ut Lacedaemoniis eſt nunciatum, non ſine cura* adminiſtrarunt, *quod majus bellum imminere arbitrabantur.* Sic apud eundem *facere* in Eumene. Ut *omnia perdant, neque minus eos, cum quibus ſteterint, quam adverſus quos fecerint.* *ſtipendia* nimirum. quod imperitis dictum velim, nam *Courtinus* locum non capit. *J. Waſſe.*

inceptum,

Digitized by Google

inceptum, quoniam fruſtra erat; an fortunam opperiretur; qua ſaepe proſpere uſus [1] fuerat. Quae cum multos dies, noctesſque aeſtuans agitaret, forte quidam Ligus, ex cohortibus auxiliariis miles gregarius, caſtris aquatum egreſſus, haud procul ab latere caſtelli, quod advorſum proeliantibus erat, [2] animadvertit inter ſaxa repentes [3] cochleas: quarum cum unam, atque alteram,

1 *Fuerat.*] Illud *fuerat* adſcititium correctoris, ejuſque loco MSS. aliquot referunt *erat.* Grut. τὸ *erat* non eſt in vetuſtis omnibus, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. in MSS. *fuerat* legitur. *Rivius.* L 3. omittit *fuerat.* Ar. Reg. *erat.* L *eſt*, male omnes. *J. W. quae cum m. dies n. ae. agitaret.* & 7. iſtas voces eodem jure neglexiſſet. *Gruter.* infra: *quod advorſum proeliantibus erat.* ſuſpecta iterum vox *erat*, dixiſſetque alius, *latere caſtelli advorſo proeliantibus.* porro illud *advorſum* viſitur in MSS. omnibus melioribus Comm. Bong. Naz. Pall. ſec. quart. quint. ſex. ſept. oct. neque debet mutari in *averſum*, niſi ſummam vim inferamus menti auctoris. *Grut.* Noſtri *advorſum* λ. *advorſum* puncto literae *d* ſuppoſito. contra quos *Ciacconius* & *Glareanus* legunt *avorſum.* quia nimirum, in poſtica non antica parte ſolitudo erat. Sed non advertunt Noſtrum dicere, *haud* procul ab *eo latere* quod advorſum *erat*, ergo non in eo latere ubi procincta claſſis, ſed loco diverſo. Poteſt etiam τὸ *advorſum* accipi pro *difficile*, ut alibi. *Metello virtus militum erat, locus advorſus.* Confer Jug. LIX. Catil. LVIII. & LXVIII. Confuſa ſaepius verba adverſum, diverſum, averſum. *Ampelius* p. 40. *Juſſu Hoſtilii deligatus ad currum* in adverſa *actis equis.* lege *diverſa.* Silius 1, 555. *Tardaque paullatim, & dubio veſtigia niſu Alternata trahens,* averſus *ab aggere cedit.* ibi legerim *adverſus.* Cedit, ſed more leonis, cui Turnum adſimulat *Maro*, quem hoc in loco, ut alias fere, ſequi videtur. *ceu ſaevum turba leonem. Cum telis premit infenſis: at territus ille Aſper, acerba tuens, retro redit:* & neque terga Ira dare, aut virtus, patitur. *Haud aliter* retro dubius veſtigia *Turnus* Improperata *refert.* Idem de Ajace *Homerus:* Τρέσσε δ' παπτήνας ἐφ' ὁμίλου, θηρὶ ἐοικὼς, ἘΝΤΡΟΠΑΛΙΖΟ'ΜΕΝΟΣ, ὀλίγον γόνυ ΓΟΥΝΟ'Σ ἈΜΕΙ'ΒΩΝ. Caeterum, pro *aquatum* L 2, 3. Venetae *aliquantum.* Ball. *aliquantulum*, inficete. *J. Waſſe.*

2 *Animadvertit.*] Naz. quidem ac Commel. *animum advertit*, ſed cum idem mox repeteretur, malui alterum, quod item in pleriſque Rivianis, ut & Pall. *Grut.* Male mea quidem ſententia, ob infirmam hanc ratiunculam a vera lectione abſtinuit, quam e noſtris tantum aſſervat Markii γ. Vide *Plinium* N. Hiſt. XXI, 1. *Tacitum.* & V. Cl. *R. Bentlejum* ad *Ciceronis* Tuſc. Cap. LXXXV. Verum ne nimis cito occurrat eadem conſtructio, potes, *animum advortunt repentes cochleae.* quod inſolentius. B. Alex. *Qui ubi* advertit *Caeſaris* animum. *Tacitus.* advertit ea res *Veſpaſiani* animum. Denique ſi non fallunt Codices Priſciani vox *animadverti* etiam antiquis in uſu erat. vide Lib. 1. p. 551. Certe *Juſtinus*, qui noſtrum fere ſequitur, ubique conjunctim effert. uſus abſolute *Boethius* 1. Proſ. VI. *J. W.* Carr. an. adv. *J. W.*

3 *Cochleas.*] *Cochleae* non tantum antiquis in pretio, atque coenis expetitae, ut teſtatur *Plinius* Lib. IX. Cap. LVI. ſed & hodieque nonnullis gentibus in deliciis. De iis ita Dioſcorides: *terreſtres cochleae ſtomacho utiles ſunt, & non facile corrumpuntur. Optimae Sardonicae, Africanae, Aſtypaleicae, & quae in Sicilia,*

dein

dein plures peteret, ſtudio legundi, paullatim prope ad ſummum montis egreſſus eſt. Ubi poſtquam ſolitudinem intellexit; [1] more humanae cupidinis ignara viſundi animum vortit. Et forte in eo loco [2] grandis ilex coa-

aut Chio gignuntur, & quae in Liguriae Alpibus, Pomatiae, *id eſt, operculares cognominatae. Quae vero vepribus fruticetiſque conglutinata cohaerent, ventrem ſtomachumque turbant.* MSS. cuncta, *animum vortit:* quo modo exemplar quoque Beroaldinum. Vulgo *animadvertit.* Nonius Marcellus, quo loco *ignarum* eſſe dicit & qui neſcit, & cui quid ſit incognitum, ita hunc locum citat: Id vero ſic ſe habere, cum ex hoc ipſo auctore, cum ait, *Praeter nomen caetera ignarus populi Romani:* tum ex aliis etiam liquet. Tacitus Lib. II. *Per occulta & vigilibus ignara.* Idem. *Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta & aſtus oppugnationum.* Contra, *gnarum*, pro cognito apud eundem. *Idque nulli magis gnarum*, inquit, *quam Neroni*, &, *Campos madentes & ipſis gnaros*, pro *cognitos*. Rivius. Locum corruptum teſtatur *Non. Marcell.* qui ſic citat in, *ignarum. Amore humanae cupiditatis ignara viſundi.* Et *Agell.* Lib. IX. Cap. XIII. *More humanae cupidinis ignara viſundi.* & explicat *ignara* τῷ ἀγνώστῳ. Sed *Nonius* corruptus eſt, apud quem lege ex MS. more *cupidinis humanae.* & lectionem veram apud *Salluſtium* repone: *Ubi poſtquam ſolitudinem intellexit, more humanae cupidinis ignara viſundi animum vortit.* Optima locutio & Salluſtiana: *Sulpicius* tamen *Severus* Criſpi, quantum tempora & aetas illa ferebat, aemulus: *His* more humani ingenii *conſilium fuit.* Et Apul. in Florid. *Propius acceſſit, ut etiam cognoſceret* more humani ingenii *quiſnam eſſet.* Petron. *Vitio gentis humanae concupiit ſcire quis aut quidnam faceret.* Putch.

1 *More humanae cupidinis ignara viſundi.*] Debemus locum iſtum *Nonio* a cujus ſcriptura immenſum abeunt membranae noſtrae, aliaeque Edd. nam primae, *m. in hum. cupido difficilia faciundi animum invadit.* neque ſecus ſequentes, niſi quod meliores, *animum vertit* vel *advertit:* deteriores *faciundi intendit.* Grut. Venet. 1470. & Mart. *cup. diff. f. animum vertit.* L 3. *difficillima.* L 2. *c. ad difficilia faciunda an. invadit.* Pemb. *l. faciundi an. ad.* Formulam ex parte ſervat *Petronius* p. 390. *Vitio* gentis humanae, *concupiit ſcire quis aut quid faceret.* Confer *Valer.* I, 7. *Sueton.* Claud. XIX. *Liv.* XXI, 22. *Q. Septim.* II, 38. *Apuleium* IV. Mileſ. Florid. IV. p. 245. *Propius acceſſit, ut etiam cognoſceret*, more ingenii humani, *quiſnam eſſet?* atque ita pro *cupidinis* Pemb. Ar. Bodl. & *Sulpicius* Dial. I. *maris* mollitie *adtineri, egreſſos in terram, ut eſt* mos humani ingenii, *naturam locorum cultumque habitantium voluiſſe cognoſcere.* Codex Aul. Trin. *mollitia.* forte legendum, *malacia.* Idem. H. Sac. I, 16. *more* ingenii humani. Caeterum vox *ubi* in MS. Pemb. a ſec. manu viſitur, mallem abeſſet. *Poſtquam* apud Noſtrum auſpicatur ſententiam. *Catil.* Poſtquam *divitiae honori eſſe coeperunt.* & alibi ſaepe. *J. Waſſe.*

2 *Grandis ilex.*] λ. *gr. il. illa*, ultima voce eraſa. mallem *g. arbor ilex.* Siſenna: *Vetus atque* ingens *erat* arbor ilex, *quae circum projectis ramis majorem partem loci ſummi tegebat.* quid vult *Auctor* per voces *prona* & *flexa* ſi minus intelligis, audi *Statium* interpretem Sylv. II. 3. *Stat, quae perſpicuas nitidi Melioris opacat Arbor aquas; complexa lacus, quae* robore ab imo Curvata in nodos redit inde cacumine recto Ardua, ceu mediis iterum naſcatur ab undis. *Atque habitet vitreum tacitis radicibus amnem.* Confer vſ. 45. *latebroſa cubilia nymphae Tu ſaltem declivis ama, preme frondibus undam.* & infra. *Sic ait; illa Dei veteres animata calores Uberibus ſtagnis*, obliquo pendula trunco Incubat, *atque umbris ſcrutatur amantibus undas Sperat & amplexus, ſed aquarum ſpiritus arcet, Nec*

Ooo luerat

Digitized by Google

luerat inter ſaxa, paullulum modo prona, deinde inflexa, atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert: cujus ramis modo, modo eminentibus ſaxis niſus Ligus, caſtelli [1] planiciem perſcribit; quod cuncti

patitur tactus; *tandem* eluctata ſub auras, Libratur fundo, rurſusque enode cacumen *Ingenioſa* levat, *veluti deſcendat in imos Stirpe locus alia.* Aucta *in altitudinem* idem valet, atque aucta in longum, vel ſecundum longitudinem. cujus contrarium eſt *pandere ſe*, quod dici ſolet, quando arbores patulae ſunt & humiliores. *Columella* III, 3. *multaque* materia frondentem. quam proprie dicatur arbos *frondere materia* viderint alii; certe Codex Arondel. habet *pandentem*. Virg. *annoſaque* brachia pandit. *J. Waſſe.*

1 *Planitiem perſcribit.*] Alii, inquit Ciaccon. *pervenit.* MSS. duo Rivii *perſcribit.* Reg. a manu pr. *perſcribit*, ſpatiolo inter ſyllabas ult. & penult. relicto, forte pro *perſcribſit.* Mart. L. 2. *praeſcribit.* Pemb. *deſcribit*; pro *notat* ait interpres ad oram Reg. Non ita *Criſpinus*; ille praeterea, *il prit le plan.* Militemne gregarium, eumque ex Liguria, graphidis peritum ſcilicet; hominem famelicum chartulis & fuco ad cochleas acceſſiſſe? peniculone rem geſſiſſe Mario imperante? Mars tuam fidem! Agedum, concedamus quod in uſu fuerant ejuſmodi tabulae; praeſertim cum *Herodotus* τῆς γῆς περίοδον, Anaximandri Mileſii inventum tempore Tulli regis, ἐν τῷ πίνακι ἐντεταμημένην & *pictam in pariete Italiam* memoret *Varro* R. R. I, I. Verum haec elegantiora quam ut ad caſtrenſe peculium pertinerent. Neque gregarios tam ex eorum in literis profectu, quam vi lacertiſque legiſſe cenſendus eſt Imp. ἀναλφάβητος. At fuit unus e multis ille Ligus; eſto. quid tandem in hac re arte ſua opus? quae deformationis neceſſitas? Num ſine tabula docere nequibat, averſa Caſtelli intuta eſſe, & a propugnatoribus deſerta? Sed manuni de Tabula; haec enim plane γελαστὰ καὶ οὐκ ἐπιεικῆ. *Perſcribere* idem ac perluſtrare oculis. aream ergo loci perluſtrat, intento *ad ſcribendi neceſſitatem*, animo ac ſenſibus, ut loquitur *Quintilianus.* Saepenumero id quod unius ſenſus proprium eſt, alteri adſcribitur; ut oculis metiri locum, capere; ambulare, equitare, devorare, veſci, contrectare. *Nonnus* Dionyſ. v. p. 158. Ἀγρὴν ἀνυμφεύτοιο δι' ἤμαρ ΔΙΕΜΕΤΡΕΕ κούρης Ἀσχιφανής. uti & VII. p. 215. Virg. Aen. *Atque* oculis ſpatium emenſus *quantum ſatis haſtae.* Georg. *Ante* locum capies oculis. *Tertullian.* ad Nat. II, 4. *Merito ergo Mileſius Thales, dum totum coelum examinat, atque* ambulat oculis, *in puteum cecidit.* Ennius. *His equitat, curritque*, oculis equitare *videmus.* Martial. I, 79. *ſed ſpectat* oculis devorantibus *Draucos.* Accius Athamante. *Priuſquam infans facinus* oculi veſcuntur *tui.* Neque tantum quod oris eſt, ſed quod etiam aurium & manuum, oculis additur. *Plautus* Pſeud. II, 2. *Hi ſunt loci, atque hae regiones, quae mihi ab hero ſunt demonſtratae, Ut ego* oculis rationem capio. *Tacitus* An. III, 12. *nudari corpus*, & contrectandum *vulgi* oculis *permittere*, Locus mendo vacat. *Ovid.* Met. VII, 478. *Spectat eam Tereus*, praecontrectatque videndo. *Tacitum* ſequi videtur aemulus ejus *S. Severus* VIII, 23. *Curioſius tamen* oculis *aut digitis* attrectata, *non aliud quam veſtis videbatur.* Ante omnes *Cicero* Tuſc. III, 15. *ad conſpiciendas, tamque* mente contrectandas *varias voluptates.* eumque, ut aſſolet, imitatus *Lactantius* de Opif. D. *quae a nobis longe remota, neque* oculis contrectari, *neque tangi manu.* Favent *Silius* X, 452. pertractans vulnera viſu. & *Statius* Achill. II. *Tum vertitur intentus vultus ac pectore Ulyſſes Praeditus* viſu. Ad hanc formam *Horat.* Ep. I, 16. Scribetur *tibi forma* loquaciter, *& ſitus agri.* alibi: exſurdant *vina* palatum. *Virg.* rumore *incenſus* amaro. &, ater *odor.*

Numi-

Numidae ¹ intenti proeliantibus aderant. Exploratis omnibus, quae mox uſui fore ducebat, eadem regreditur, ² non temere, uti eſcenderat, ſed tentans omnia,

uti apud *Salluſtium*, levis. Sed & *Ariſtoteles* de An. III, 1. τῇ ΟΨΕΙ τὸ ΓΛΥΚΥ ΑἸΣΘΑΝΟΜΕΘΑ. *Plautus* alicubi: lippiunt fauces *fame*. Atque ut reliqui corporis actiones oculis, ita etiam menti animoque, & memoriae, tribui ſolent. *D. Hieronymus* bonorum aemulus, Ep. ad Heliodor. *Tu Paradiſum* mente deambula. *Sophocles* Ajace Fl. Φώνημ' ἀκούω καὶ ΞΥΝΑΡΠΑΖΩ ΦΡΕΝΙ. ſaepius vero inſculpere, depingere, deformare, ſcribere. Dicunt veteres; φαντασίαν εἶναι ΤΥΠΩΣΙΝ ἐν ἡγεμονικῷ, animamque fingunt in ſpeculi modum viſa excipere, ad quam illorum imaginem praeclare *Ach. Tatius* v. p. 307. ἔλαθον δὲ τῆς ἐρωμένης τὸ εἴδωλον ἀεὶ, ἐναπομαξάμενοι τῷ τῆς ΨΥΧΗΣ ΚΑΤΟΠΤΡΩι, ἢ ἀναπλάττει τὴν μορφήν· ἡ δὲ τοῦ κάλλους ἀπόῤῥοια δι' ἀφανῶν ἀκτίνων ἐπὶ τὴν ἐρωτικὴν ἑλκομένη καρδίαν, ἐναποσφραγίζει κάτω τὴν σκιάν. illaque idea vocibus ἄγαλμα, ἀπεικόνισμα, ὑπογραφὴ efferri ſolet. *Syneſius* Epiſt. CXXIII. *Philo.* & *M. Antonin.* III, 10. *Cicero* Acad. IV, 48. *quae cogitatione depingimus.* Acad. Q. II, 2. *Ut literis conſignamus, quae monumentis mandare volumus: ſic ille* in animo res *inſculptas habebat.* Plautus Pſeud. II, 3. *Jam inſtituta, ornata, cuncta in ordine animo ut volueram certa,* deformata *habebam.* Cic. de N. D. I, 100. *habebam in animo inſitam informationem Dei, & quidem barbati Jovis.* Et, quod proxume *Salluſtium* eſt, *Terent.* Andr. I, 5. *etiam nunc mihi* ſcripta *illa dicta* ſunt in animo *Chryſidis.* Seneca Praef. in I. Controv. de Porcio L. *Supervacuos ſibi fecerat codices, ajebat ſe* ſcribere in animo. Hoc ille ab *Antiſthene* habuit, qui, prodente *Laertio*, Ἔδει γὰρ ἘΝ ΤΗῙ ΨΥΧΗῙ αὐτὰ καὶ μὴ ἐν ταῖς χάρταις ΓΡΑΦΕΙΝ. Libb. καταγράφειν. uti etiam citat *Arſenius*, at fruſtra. *Sophocles* Philoct. 1356. Καὶ ταῦτ' ἐπαίνω, καὶ ΓΡΑΦΟΥ φρενῶν ἔσω. *Aeſchylum* ſecutus, qui Prometh. vinct. 788. dixerat, Σοὶ πρῶτον Ἰοῖ πολύδονον πλάνην φράσω, ἣν, ΕΓΓΡΑΦΟΥ σὺ μνήμοσιν ΔΕΛΤΟΙΣ ΦΡΕΝΩΝ. idem alibi effert per ἐν γνώμῃ ἱδρῦσαι. *Pindarus* Ol. X. ΕΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ταῖς ΦΡΕΣΙ. *Theodoretus* de Provid. Serm. V. Οἰκίαν ὁρῶντες πάνυ καλῶς μάλα γεγενημένην, εὐθὺς τὴν τέχνην θαυμάζομεν, καὶ τὸν οὐ παρόντα ΖΩΓΡΑΦΟΥΜΕΝ τῇ ΔΙΑΝΟΙΑι. *D. Paulus.* ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. E contra; nihil frequentius quam animo labi, deleri. Virg. *Ant, noſtro illius* labatur pectore vultus. Terent. deleo *omnes dehinc* ex animo *mulieres.* Sed voces γράφειν, *perſcribere* & ſimilia, abſolute prolata & ſine adjunctis, mente, ſenſibus, διανοίᾳ, aliiſque id genus vixdum invenias. Attamen e Graecis ita locuti *Achilles Tatius*, pag. 91. ἈΝΑΠΛΑΤΤΩΝ γὰρ ἑαυτῷ τοῦ παιδὸς τὸ κάλλος. *Callimachus* Hymn. VI, 57. Νέμεσις δὲ κακὰν ΕΓΡΑΨΑΤΟ φωνάν. *Philoſtratus* vit. Apoll. IV, 8. depinxiſſe ait eum adoleſcentem; cujus ſpeciem oculis curioſe deformaverat, & quaſi corde perſcripſerat. Ἀπολλώνιος ἀνδριαντοποιοῦ δίκην ἐς τὸν Μένιππον βλέπων, ἘΖΩΓΡΑΦΕΙ τὸν νεανίαν, καὶ ἐθεώρει. Idem *Icon.* II. Ἡ Βάκχη τοῦ Διονύσου ἐρῶσα ἈΝΑΤΥΠΟΥΣΑ αὐτὸν τι καὶ ἈΝΑΓΡΑΦΕΙ, καὶ ὁρᾷ μὴ παρόντα. vide etiam IV, 8. *Euſtathius* de Iſm. *&c.* V, p. 147. Ὁ μὲν μοι τὴν Ὑσμίνην ὙΠΕΖΩΓΡΑΦΗΣΕ συμπαίζουσαν. *Perſcripſit* ergo, quod alibi haud occurrit, idem ſonat atque oculis perluſtravit, memoriaeque defixit. *J. Waſſe.*

1 *Intenti proeliantibus.*] Sic MSS. potiores, non *aberat*; quod irrepſit quidem in Edd. pleraſque, ſed non etiam vetuſtiores, ego neutram deſideraverim ſi abfuerit. *Gr.* *Eodem regreditur.*] Fabricianum, *eadem*. nempe qua prius egreſſus ad ſummum prope montis erat. *Rivius.* Lego: *eadem degreditur.* Gronovius. noſtri, & Carrio *eodem*. J. Waſſe.

2 *Non temere, uti aſcenderat.*] Manuſcriptum Fabricii, *qua aſcenderat.* [ſic

& circumſpiciens. [1] Itaque Marium propere adit: acta edocet: hortatur, [2] *ab ea parte, qua ipſe eſcenderat caſtellum tentet:* [3] *pollicetur ſeſe itineris periculique ducem.* Marius cum Ligure, promiſſa ejus cognitum ex praeſentibus miſit: [4] quorum, uti cujuſque ingenium erat, ita rem difficilem, aut facilem [5] nunciavere. Conſulis animus tamen paullum arrectus. Itaque [6] ex copia tubicinum, & cornicinum, numero quinque quam velociſſumos delegit, & cum his, praeſidio qui forent, quattuor centu-

λ.] verum prior lectio mihi magis arridet, & eandem ſenſus expoſcit. non ut temere aſcenderat, ſic etiam temere deſcendit; ſed, uti mox ſequitur, tentans omnia ac circumſpiciens. *Rivius.* Sic fuit a prima manu in Naz. ideoque revocandum duxi ejecto hactenus vulgato *adſcenderat.* Gruterus.

1 *Itaque Marium propere adiit.*] Manuſcripta rectius *adit,* tempore praeſenti: quomodo & ex impreſſis quaedam. ſed & ea verba, quae ſtatim ſequuntur, ejuſdem temporis ſunt, ut *edocet, hortatur.* Rivius.

2 *Ab ea parte qua ipſe aſcenderat.*] In manuſcriptis eſt, *deſcenderat,* id, ſi quid ego judico, magis ad ſententiam facit. habent eodem modo ex impreſſis quaedam. *Idem. Deſcenderat* eſt in pleriſque membranis & quidem cum litura in Naz. adeo ut heic iterum id vocis reſtituere auſus fuerim, vulgato repugnante. menti auctoris. *Grut.* Noſtri *aſcend.* J. W.

3 *Pollicetur ſeſe ducem itineris, periculique nihil eſſe docet.*] In manuſcriptis τὸ *docet,* non eſt, ac majore cum gratia abeſſe citra detrimentum ſenſus poterit. in iiſdem tamen, *pollicetur ſeſe itineris periculique ducem.* Rivius. Ita Edd. primae, ita MSS. meliores Com. Pall. pr. ſec. tert. quart. degenerarunt primum ſequentes 5, 6, 7, 8. nam reliqui 9, 10, 11, 12. paullo prius defecerunt; itaque non eſt quod quis eorum teſtimonia deinceps requirat, quatuor ergo illi habent vel, *pollicetur ſeſe itineris periculique nihil eſſe docet ducem.* vel, *pollicetur ſeſe ducem itineris periculique nihil eſſe docet.* vel, *pollicetur ſe itineris ducem periculique nihil eſſe,* quam mediam ſcripturam cum aſfirmet *Popma* haerere concorditer in omnibus MSS. codd. prodit manuſcriptos illos haud dignos nuce caſſa, certe primitus impreſſis inquinatiores. *Gruterus.*

4 *Quorum alii, uti.*] Τὸ *alii,* non eſt in ullo manuſcripto, nec in impreſſis vetuſtioribus; e gloſſa nimirum irrepſit. *Riv.*

5 *Nunciavere.*] Ita MSS. omnes; at una etiam quaſi lingua, editi, *renuntiarunt.* maluiſſem ego, *nuntiare;* infinitive. *Grut.* R. L 3. *nunciavere.* Venetae & Mart. Oxon. *renunciavere.* γ. *nuntiare* optime, at ſupra, eadem, opinor, manu ex A. Popmae lib. & λ. *nunciare.* J. W. infra: *paullum* non *paullulum;* quod in Edd. *Grut.* λ. Pemb. *Paullum.* J. W. infra: Commel. *quinque numero.* Pal. III. deſtituitur illo *quinque;* quod alius exciperet cum tripudio; non ego. *Grut.* Noſtri fere *quinque numero.* L 2. omittit *quam.* Pemb. pro *quinque n.* habet IV. &, ſupra, *or.* J. W. ibid. *& ei negotio.* ita MSS. minorum gentium. nam majorum deſtituuntur illo *ei,* aut id habent a manu ſec. Naz. initio habuit, *& ſe in negotio;* [illegible] *eice negotio,* deleto *&.* Grut. L [illegible] tae γ. λ. omittunt *ei.* J. W. infra, *ſed ubi. ſed,* ſupervacuum. *Gruterus.*

6 *Ex copia tubicinum &.*] Sic [illegible] *ni copia neceſſarios quinque delegit.* [illegible] v. *Auctorem* de *Re mil.* p. 502. [illegible] *perite & fortiter.* infra, *Sed ante* [illegible] *citra, nec non etiam.* confer *Veget.* [illegible] & *Lipſium.* omittit *&* Gruter. J. [illegible] rione:

Digitized by Google

riones: omniſque Liguri parere jubet: & ei negotio proxumum diem conſtituit.

XCIX. Sed ubi [1] ex praecepto tempus viſum; paratis, compoſitiſque omnibus, ad locum pergit. Ceterum [2] illi, qui centuriis praeerant, praedocti ab duce, arma, ornatumque mutaverant, capite, atque pedibus nudis, uti [3] proſpectus, niſuſque per ſaxa facilius foret: ſuper terga gladii, & ſcuta; verum ea Numidica ex coriis, [4] ponderis gratia; ſimul & [5] offenſa, quo le-

1 *Ex praecepto tempus viſum eſt.*] Permutatis dictionibus leg. puto: *Sed ubi ex praecepto, paratis compoſitiſque omnibus, tempus viſum eſt.* Vide Turneb. 18. Cap. 7. *Ciacconius.*

2 *Illi qui centuriis praeerant edocti.*] *Ita* editio Aldi vetus. nec non Pall. ſextus, ſeptimus, octavus. nam primitus natae, partim, *illi qui & aſſenſuri erant edocti*, partim, *illi qui & aſcenſuri erant.* quod ipſum nullo negotio mutari poſſet in *eſcenſuri*, de quo ita paratragoediatur *Carrio*, ſed praeter rem & ſcripturam MSS. meliorum. Ligus enim mutavit arma centurionibus ſolis, non etiam tubicinibus; utpote quibus ore utendum erat, non manibus, niſi quatenus eis ſuſtinerent tubam. praeterea membranae potiores habent Naz. quidem ac Pal. ſec. *illi qui & centuriae praeerant*; neque aliter Commelinianus, niſi quod illud *&*, repraeſentet notam, qua in inſcriptionibus antiquis deſignatur aut *centuria* aut *centurio*; ut vix mihi dubium ſit, expreſſum primitus illud *centuriis*, ſive adeo *centuriae*; non omnibus literis, ſed nota ſua peculiari: quod ipſum tamen errorum cauſſa. nam in Pal. tert. viſas; *illi qui ex centuriis praeerant.* quart. *illi qui & centuriis praeerant.* quint. *illi qui aſcenſuri erant.* Gruterus.

3 *Proſpectus niſuſque p. ſ. facilius foret.*] Riviani omnes excepto *Florentino*, & Noſtri fere *facilius*; eleganter. Venet. Mart. *facilis*. Florent. & Frontin. III, 9. *facilior.* receptam firmat *Q. Septimius* v, 11. de equo durateo. *Cui edito in immenſum, ima quae ſub pedibus erant, rotis interpoſitis ſuſpenderat, ſcilicet quo attractu* motus facilius foret. *Livius* autem xxv, 11, *faciliora* maluit. apud Frontin. legend. *niſuſque* pro *viſuſque.* L 2. λ. *profectus*; & in marg. pro v. L. *proſpectus.* quod novo more uſus *Ap. Collatius.* 743. Proſpectu *confiſa loci.* pro, *altitudine.* Gloſſae σκοπία. Virg. *Turris erat* vaſto ſuſpectu. *J. Waſſe.*

4 *Ponderis gratia.*] Hoc eſt, *minuendi p. gr.* vel, *levitatis gratia.* rem per contrarium enunciat. ſic XII. propter diſſenſionem *placuerat dividi theſauros.* i. e. ad evitandam diſcordiam; concordiae cauſſa. poteſt tamen accipi pro, *ob ſimultates inter illos natas.* Hoc modo, mare, *ſterilitatis alimentum*, vocat *Ambroſius* Hexaem. v, 3. quod alimenta ſubminiſtrat, pro, *foecunditatis al.* vel rerum egenarum alma nutrice. *Jornandes* B. Get. p. 98. *graviores corporum velocitate.* nempe, quoad velocitatem. hinc, *leve pondus* Ovidio Met. 11. *J. Waſſe.*

5 *Offenſa quo levius ſtreperent.*] Sic chirographi, praeter Commelin. in quo prius *offenſae*; ut reſpiciat ad *gratia*: ſed male. *Grut.* Mart. *Carrion.* Venetae. Reg. L 3. γ. λ. Pemb. *levius.* Pariſiis & Amſtelod. cuſi, quidam Oxon. Arond. *lenius.* omnes *offenſa*; recte. ſcuta enim laminis aereis plerumque ſuperinducta erant, ferroque vincta, unde ſaxis impacta cuſtodes excivissent. *Liv.* VII, 36. *miles* offenſo ſcuto *praebuit ſonitum.* Thucyd. ὅπως τὰ ὅπλα μὴ ΚΡΟΥΌΜΕΝΑ πρὸς ἄλληλα ΑἼΣΘΗΣΙΝ ΠΑΡΈΧΟΙ. Sed & hi Platae-

VIUS

vius ſtreperent. Igitur praegrediens Ligus, ſaxa, & ſi quae vetuſtate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus allevati milites facilius eſcenderent, interdum timidos inſolentia itineris levare manu: ubi paullo aſperior adſcenſus erat, ſingulos prae ſe inermos mittere; deinde ipſe cum illorum armis ſequi: quae [1] dubia niſui videbantur, potiſſumum tentare: [2] ac ſaepius eadem adſcen-

enſes κατόπιν τὰς ἀσπίδας ἔφερον. eorum irruptionem cum horum adſcenſu contendat Lector. uti & *Oppian.* IV, 65. *Curtium* p. 535. Virg. *ubi concava pulſu Saxa ſonant*, vociſque offenſa *reſultat* imago. ibi ſolus e noſtris Pemb. *oſtenſa*. inepte; at illud librarii aptius voci *imago* reſpondere putarant. *Varro* III. R. R. *Ubi non* reſonent imagines. Corrige obiter *Luctatium* ad Papin. Theb. V, 564. *quia non* reſultat nox, *niſi aliqua ſoliditate oppoſita.* legendum, *vox*; cujus proprium eſt reſultare. Aen. V. *vocemque incluſa volutant Littora, pulſati colles* clamore reſultant. per Hypallagen pro *incluſam vocem* inquit *Ruaeus.* imo, incluſa & circumventa montibus reddunt vocem. at ſententiam ex VI, 268. adſtruit; error enim errore tegendus ne perpluat. *Ibant obſcuri* ſola *ſub* nocte *per umbram.* pro *ſoli*, ait. Piget taedetque ineptiarum; ſola nox, eſt nox deſerta, ſolitaria, ab hominibus & beſtiis plerisque derelicta. Horum abſentiam aut infrequentiam innuit ea voce. atque ita, *ſolis agris* dixerat in Georg. alibi: Sola, *domo moeret vacua.* &, Solaque *culminibus ferali carmine bubo*, &c. denique, *in* ſola *relegant* Paſcua. *Ovid.* Met. II, 489. ſola *non auſa quieſcere* ſylva. hoc pacto apud *Sophoclem* in Aj. Fl. *μόνος*. Noſtrates eodem ſenſu, *lonely*. *Seneca* in Herc. F. noctem illam pejorem apud inferos vocat: *ſilentis* otium *mundi.* pro ſola *Naſoni* placuit *deſerta*. *Frigida* deſerta nocte *jacebis anus.* Quod vero quidam *lenius*, id mihi vitium ſonare videtur. *levius* autem pro *minus.* Ovidii *Ibis* 255. *Nec* levius doleas, *quam qui bibit ubera cervae.* Horat. Serm. II, 7. *quanto conſtantior idem In vitiis, tanto* levius miſer. caeterum ſuavius eſſet, inquit *Gruterus*, vincire; aliter libri. proque *adſcenderent* in membranis Palatini primi Nazarianis quas inſpexerat, *eſcenderent.* Vide *Palmer.* & *Gronov.* ad Liv. II, 28. & *Senecam* Controv. II, 13. *J. Waſſe.*

1 *Dubia niſui.*] Nutantia nimirum, & in ruinam prona, *Seneca* N. Q. VI, 1. *Nam & Herculanenſis oppidi pars ruit*, dubiaeque ſtant, *etiam quae relicta ſunt.* VI, 9. *Tunc vaſti hiatus aperiuntur, aut cum diu* dubitaverunt, *ſuper ea ſe quae ſuperſunt, ſtantque componunt.* ſic enim Codd. opt. non, ut in vulgatis, *nutaverunt.* Propert. IV, 4, 81. *Mons erat adſcenſu* dubius. Lucretius. *Denique ſub pedibus tellus cum tota* vacillat, *Concuſſaeque cadunt urbes*, dubiaeque *minantur.* v. *Claudian.* Rapt. 157. Florus II, 12. *per acerbos*, dubioſque tumulos, *illa quae volucribus quoque videbantur invia, acceſſit.* Hoc ſenſu apud Noſtrum vox *incertum.* Idem. *potiſſumus* Carrio. *J. W.*

2 *Ac ſaepius eadem aſcendens & deſcendens.*] Legendum monuerunt alii: *ac ſaepius eadem eſcendens & deſcendens.* quod verum puto. Notarat & *eſcendere* in Salluſtio Fronto, ſed Manutius locum corruptum putabat. Verbum hoc incuria deſcriptorum male acceptum in veterum libris, ac plerumque in *deſcendere* mutatum, Varro de L. Latina Lib. IV. *Tertius gradus quo Philoſophia aſcendens pervenit:* ubi veteres libri *deſcendens pervenit.* ſed legendum *eſcendens.* Putſch. *deſcendenſque* melioribus meis aberat, inquit C. *Popma.* Reg. omittit *ac.* Bodl. omittit *ac deſcend.* J. Waſſe.

dens,

dens, deſcendenſque dein ſtatim digrediens, ceteris audaciam addere. Igitur diu, multumque fatigati, tandem in caſtellum perveniunt, deſertum ab ea parte; quod omnes, [1] ſicuti aliis diebus, advorſum hoſtes aderant. [2] Marius, ubi ex nunciis, quae Ligus egerat, [3] cognovit; [4] quamquam tota die intentos proelio Numidas habuerat, tum vero cohortatus milites, & ipſe extra vineas egreſſus, teſtudine acta ſuccedere, & ſimul hoſtem tormentis, ſagittariiſque, & funditoribus eminus terrere. At Numidae, ſaepe antea vineis Romanorum ſubverſis, item incenſis, non caſtelli moenibus ſeſe tutabantur; ſed pro muro dies, noctesque agitare: *maledicere Romanis*, [5] *ac Mario vecordiam objectare; militibus noſtris Jugurthae ſervitium minari; ſecundis rebus feroces eſſe.* Interim, [6] Romanis omnibus, hoſtibuſque proelio intentis, magna utrimque vi, pro glo-

1 *Sicut aliis diebus.*] Putabam olim: *advorſum hoſtes ierant.* quia infra: *Cum illa profligatis iis, quos advorſum ierat redins ab latere Mauros incurrit.* Nunc nihil muto. *Apulejus* Mileſia ſecunda: *Prima face cubiculum tuum adero.* ita codices notae melioris, & editio Florentina. *Puſchius.*

2 *Marius ubi ex nuntiis.*] Quanto rectius ac modulatius in manuſcriptis, *Marius ubi ex nuntiis, quae Ligus egerat cognovit.* Rivius.

3 *Cognovit.*] λ. in contextu & manu pr. *accepit.* non male. &, pro *tota die*, cotidie. ſupra dixerat, *quod omnes ſicut aliis diebus.* ſed nihil muto. Pemb. *tota* ut *Livius* aliique, caeteri minus recte *toto.* J. Waſſe.

4 *Quamquam toto die intentos.*] In pleriſque eſt, *ſuos habuerat.* ſed prior lectio bene habet. nam & ante Salluſtius *intentos proeliantibus fuiſſe Numidas* dixit. *Riv.*

5 *Ac Mario.*] L. 3. Ball. omittunt *ac.* Mart. *at.* Pemb. *tutabant* infra, L. *ſaevitiam* ſupra, manu recenti *vel ſervitium quod melius eſt.* hac in re tibi, quiſquis es facile aſſentior. Noſter I, 4. *Dominationis in vos ſervitium ſuum mercedem dant.* confer *Exod.* VI, 6. i. e. ſervitutem a Jug. ut apud *Virgilium* VI, 565. Deum *poenas*, pro poenas ab iis conſtitutas, Aeneid. VII. *Hippolitum poſtquam arte novercae Occiderit, patriaſque explerit ſanguine* poenas. Liv. II, 3. *libertatem aliorum in ſuam vertiſſe* ſervitutem *J. Waſſe.*

6 *Romanis omnibus.*] Si mei arbitrii res eſſet, facile delerem illud *omnibus*, adeo nihil habet quod heic agat.! Certe Reg. *omnibus, Rom. hoſtibuſque*, quae verborum collocatio melior. λ. vero *Rom. omnibuſque*, omiſſo *hoſtibus.* Gr. *omn. R.* infra: Veneta, *pro gloria, pro imperio* & ſic Ball. λ. *aut imper.* L 2. omittit *eo.* & Ball. item *magna.* Glareani codex *m. utrimque vi.* ſic e noſtris Reg. L 3. *Hegeſippus* III, 9. *feſſis itaque tota die*, illis pro ſalute, iſtis pro triumpho dimicantibus. V, 12. His pro ſalute Rom. pro victoria *certamen erat.* ibi C.C.C. *inſolens.* &, *potior.* Arond. *& illis pro o.* eum redarguit *Hegeſippus* & MSS. *J. Waſſe.*

ria

ria atque imperio his, illis pro ſalute certantibus, [1] repente a tergo ſigna canere: ac primo mulieres, & pueri, qui viſum proceſſerant, fugere; deinde, uti quiſque muro proxumus erat, poſtremo cuncti armati, inermeſque. Quod ubi accidit, eo acrius Romani inſtare, fundere, ac pleroſque [2] tantummodo ſauciare, [3] dein ſuper occiſorum corpora vadere, avidi gloriae [4] certantes murum petere; neque quemquam omnium praeda morari. Sic forte [5] correcta Marii temeritas, gloriam ex culpa invenit.

C. [6] Ceterum, dum ea res geritur, L. Sulla quaeſtor

1 *Repente a tergo.*] Locum aemulatus eſt *Curtius* VII, 11. confer *Arrianum* Exped. IV. p. 283. etiam *Frontinum* II, 8. ibi hodie legitur, *ſupereminentem caſtris regiis collem, a tergo ſubitus apparuiſſet.* nova mehercules auribus meis ſyntaxi. Sed bene quod adhuc extent codices, quibus a cive Romano maculam eluamus. clare ergo quos inſpexi omnes exhibent, *ſuper imminentem.* Cave autem ſequentia barbariſmi inſimules, aut aliorum *duxerat* pro *direxerat* admittas. ſic enim locuti Virg. *Cicero*, Lucanus, *Valer.* V, 43. *Veget.* I, 26. *Hegeſip.* I, 23. ubi MS. omittit *fratres*. recte. eodem loco pro *direxit Joſephus* habet πέμπει. Denique ita & *Frontinus* ipſe II, 5. III, 9. *J. Waſſe.*

2 *Tantum non ſauciare.*] Illud *tantum non* exulat MSS. haud ita vetuſtis, ſed inſidet ſane antiquiſſimos. *Gruter.* γ. *tantum m.* & ſupra *m* habet *o.* ſic Pemb. λ. Reg. at Gruteriana *tantummodo*, uti *Cario*, meique omnes. *Noſtrum* ſequuntur *Tacitus* Agric. XXXVI. *proximos quoſque* caedere, *ac pleriſque* ſemineces *aut integri feſtinatione victoriae* relinquebantur. *Q. Septim.* III, 6. *Jaculo* fundere obvios, ac proſtratos, *quum alios invaderet* proculcans ſubterere. Pemb. a I. manu, niſi fallor, *occaſorum.* J. Waſſe.

3 *Deinde ſuper occiſorum, &c.*] Manuſcripta fere *dein.* Rivius.

4 *Certantes murum adſcendere.*] Codices in membrana deſcripti, quos ego viderim, omnes ad unum habent, *murum petere.* non, quod in impreſſis fere eſt, *adſcendere.* judicet lector. *Rivius.*

5 *Correcta.*] Pemb. Ar. Reg. L 2, 3. *correpta*, uti & a ſec. m. γ. Ball. λ. *f. correcta temeritas gl.* omiſſo *Marii*, ſupra habet a manu recenti *vel, correcta*; item *Romanorum, quia illi Numid. increpaverat eos.* Commel. *ſic forte M. c. t.* proque *invenit*, Hackiana *evenit.* contra codices. De Mario *Florus* III, 3. huc ſpectans: *Conſultone id egerit Imp. an errorem in conſilium verterit, dubium.* mallem *error.* etiam *Dio.* Ἐκ δὲ τύχης ἣ παρέσπασεν τὴν στρατιὰν ἀγαθῇ ἐχρήσατο, [illegible] ἈΡΕΤῆΣ ΔΟΞΑΝ ἘΚΤΗΣΑΤΟ. Simile quid de Cleone *Thucydides* V, 7. Καὶ ἐχρήσατο τῷ τρόπῳ ὥσπερ καὶ ἐς τὴν Πύλον εὐτυχήσας ἐπίστευσέ τι φρονεῖν. *Livius* etiam XI, 31. *Id* male commiſſum, *ignavia hoſtium* in bonum vertit. *Tacitus* An. I, 51. *Pergerent, properarent*, culpam in decus vertere. alibi: *in ſapientiam vertenda quae* caſus obtulit. Noſter VI, 34. *majore fortuna uſus quam* ſapientia. *Herodotus* VIII, 28. Τοῦτο δὲ ζωάγρια, ὅτι ΚΑΚΟΝ ἘΡΓΑΣΑΜΕΝΗΝ, ἀλλὰ τούτων αὐτὴν μάλιστα ΕὐΔΟΚΙΜῆΣΑΙ [illegible] Agmen claudat *Hegeſippus.* V, 19. [illegible] jus ſcriptis eminet *Salluſtius.* Sic [illegible] tas *victoriam invenit*, & eventus [illegible] lum in gloriam vertit. ibi pro [illegible] ſcripti rectius fortaſſe, *intenti in* [illegible] J. Waſſe.

6 *Ceterum dum ea res agitur.*] [illegible] ſcriptum *geritur.* Rivius. Sic 4. [illegible]

eum

cum magno equitatu in caſtra venit: qui, uti ex Latio, & [1]a ſociis exercitum cogeret, Romae relictus erat. Sed quoniam nos tanti viri res admonuit; idoneum viſum eſt, de natura, cultuque ejus paucis dicere. Neque enim alio loco de Sullae rebus dicturi ſumus: & [2]L. Siſenna optume, & diligentiſſume omnium, qui eas res dixere, perſecutus, parum mihi libero ore locutus videtur. [3]Igitur Sulla gentis patriciae nobilis fuit, familia prope jam exſtincta majorum ignavia, [4]litteris Graecis, atque Latinis juxta, atque doctiſſume

MSS. C. *Popmae.* L 3. Mart, caeteri *gerit.* uti & *Carrionis* & *Grut.* Edd. *J.W.*

1 *A ſociis.*] Ita MSS. noſtri; nam vulgatis fere abeſt particula *a.* Grut. L 2. Veneris Ball. abeſt. caeteri ſervant. infra: *ſed quoniam.* Pemb. *ſ. q. r. t. v. nos admon.* Priſcian. p. 1190. *tanti v. n. tempus.* & ſic Codex ejus MS. quem inſpexi. [illegible] firmat *Apulejus* Met. IV. p. 54. Res [illegible]mpus *ipſum locorum & ſpeluncae il*[illegible], &c. *deſcriptionem flagitat.* at no[illegible]mo ore, *res.* citat autem ex Cati[illegible] memoriae, ut videtur, vitio. *Noſter* [illegible] *eam rem* nos locus *admonuit.* Ta[illegible] Hiſt. IV, 5. de Helvidio Priſco. Res [illegible] videtur, *quia iterum in mentionem incidimus viri ſaepius memorandi, ut vitam ſtudiaque ejus, & quali fortuna ſit* [illegible], *paucis repetam.* A. Victor Caeſ. [illegible]II. *Et quoniam* nomen admonuit. [illegible]eſip. III, 5. *Urbs Galileae maxima,* [illegible] *ut,* &c. *diſtinguamus.* [illegible]m. *J. W.*

[illegible] Deſignat L. Cornelium [illegible]m, qui [illegible]oriarum libros XXII. [illegible]ſcripſit, quique Siſenna in aenea apud [illegible] tabella Praetor inter cives & peregri[illegible] deſcribitur M. Lepido, Q. Catulo [illegible] cujus filius Cn. Cornelius Siſenna [illegible]tur in argenteis denariis cum inſcri[illegible]ne: Cn. Cornel. L. F. Sisena, [illegible]co n antique. *Urſinus.*

[illegible] *Igitur Sulla patriciae gentis nobilis* [illegible] Tò *nobilis* ejiciendum monet tenor [illegible]onis, & *Servius,* qui ſic citat: *Igitur Sulla patriciae gentis fuit, familia jam exſtincta majorum ignavia.* Infra Libr. III. hiſtoriarum: *At Cn. Lentulus patriciae gentis, collega ejus, &c.* Putſch. Illud, *prope,* abeſt Tacito, qui Lib. IV. ait: *Utque familiae ipſae jam exſtinctae ſint, reperies qui ob ſimilitudinem morum aliena facta ſibi objectari putent.* Urſinus. De diſcrimine *gentis* & *familiae,* docte Illuſtr. *Spanhemius* Lib. de *Praeſtantia & uſu Numiſm.* p. 449. J. W. Manuſcripta, ſicut & impreſſa fere, *gentis patriciae;* ut adjectivum ſequatur. *Rivius.* Fere ſecutus ſum exemplar Servii, niſi quod non auſus etiam detrahere *prope.* interim in nobiliſſimis item exemplaribus viſere eſt; putida illa *nobilis fuit.* Grut. omnes noſtri agnoſcunt. At Victor. *Caeſ.* VI. *Galba haud ſecus* nobilis, e gente clariſſima *Sulpiciorum,* &c. *quaſi luxuriae, aut etiam crudelitati auxilio ventitaſſet,* rapere. *familia* in marg. & 2. m. Pemb. Gr. om. *nob. fuit.* & Bod. *prope.* J. W.

4 *Litteris Graecis juxta atque doctiſſume.*] In aliis libris vacat *atque.* Ciacc. Ita etiam MSS. meliores, nam vulgatiores *juſte atque,* quomodo item editionum primae, prorſus ſtulte. Grut. *juxta,* noſtri omnes & Oxon. Firmat unice Hegeſip. *Romae eruditi* Latinis juxta *& Graecis literis.* I, 38. qui etiam corrigendus IV, 9. *Erat miſerabile ſpectaculum, intra urbem omnibus ante reverendam, bellum geri, perniciem injuſtam pauperibus ac debilibus inferri.* pro, *injuſtam* voce nihili,

Digitized by Google

eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, ſed gloriae cupidior: otio luxurioſo eſſe; [1]tamen ab negotiis numquam voluptas remorata, niſi quod de uxore potuit honeſtius conſuli: facundus, [2]callidus, & amicitia facilis: ad ſimulanda negotia [3]altitudo ingenii incredibi-

Codex B. Pub. eleganter *juxta*. Affinitas verborum & in aliis auctoribus mendae locum dedit. Solinus: *Cyrus in exercitu cum numeroſiſſimo praefuit. nominatim ſingulos alloquebatur. Fecit hoc idem in Populo Romano, &c.* Petrenſis pro, *in P. Rom. Imperator.* credo quia per compendium ſcriptum fuerat, *Imp. R.* Iſidorus XII, VIII. *Cicadae ex cuculorum naſcuntur ſputo, hae in Italia apud Rheginos* multae *ſunt, nec uſquam alibi.* Itane vero? at ubique locorum inveniuntur, quidni? ſic tamen & editi, & Codex Pemb. at recte membranae B. Pub. *mutae.* Plinius, a quo etiam *Solinus*, XI, 27. *In* Rhegino agro ſilent *omnes: ultra flumen in Locrenſi canunt.* ſic Conon apud *Photium* in Bib. p. 426. *Strabo* VI. pag. 206. *Pauſanias* VI, 61. Οἱ μὲν γὰρ τέττιγες οἱ ἐντὸς τῆς Λοκρίδος ἄχρι τοῦ Καικίνου κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις τέττιξιν ᾄδουσι· διαβάντων δὲ τὸν Καικίνον ΟΥΔΕΜΙΑΝ ἔτι οἱ ΕΝ ΤΗΙ ΡΗΓΙΝΗι ΤΕΤΤΙΓΕΣ ΑΦΙΑΣΙ τὴν ΦΩΝΗΝ. vide *Tzetzem* Chil. VIII, 166. *Sed quorſum* in tenui labor? Unum addam Juvencum. *Namque ſequenda dehinc laetae reparatio vitae, Non thalamos novit, non terrae gaudia vana. Sed ſimiles levibus Genitoris* juſta *miniſtris Conſtituet regni virtus ſublimis in aula.* Primo, ex membranis C.C.C. lege *ſecunda.* dein pro, *juſta* ſcribe *juxta*: quod tam apud *Juvencum* quam *Salluſtium* valet, *neque*, ἐπίσης, vel *prope.* ſic D. Lucas ἰσάγγελοι, quod caeteri, ὡς ἄγγελοι *J. Waſſe.*

1 *Tamen ab negotiis numquam eum.*] *Eum*, non habent exemplaria in pergamenis deſcripta, neque ceteri codices vetuſtiores, & rectius ſubauditur, quam exprimitur. *Rivius. erat an negotio* Reg.

2 *Callidus & amicitia facilis.*] MS. verbo auget, *aditu & amicitia facilis.* id poſtulat copula. *Putſchius.* Sic omnes MSS. praeter Pal. tert. in quo *callidus aditu & amicitia facilis*, quod aliquis ſtatim invaderet amplexurus pro auctoris legitimo, ſed perperam. *Gruter.* Supra: *potuit honeſtius.* Rem narrat *Plutarchus* in Sylla p. 474. *J. Waſſe.*

3 *Altitudo ingenii.*] Criſpinus: eam faciem rebus inducere qua voluntatem aliorum ad ſuas partes trahat. vel; tam acri fuiſſe ingenio, ut geſtu, habitu, colloquio, quodcumque libuiſſet, hominibus perſuadere potuerit. immo, eo ingenio fuiſſe quod, ad diſſimulanda animi conſilia & decreta natum eſſe videbatur. Nam *ſimulare* aliquando pro *diſſimulare*, ut apud *Plautum* Curcul. Simulabo *quaſi* non noverim. & *Plinium* N. Hiſt. XIV, 3. *quia non ſentire* ſimulabat. v. *ſim.* & *diſſim.* calliditatem innuunt; verba ex diſſin. Aquiliana ſunt. vid. *Cic.* Offic. III, 15. *altitudo* vero ingenii denotat, tectum & alte demerſum animi ſenſum. talis *ingenii* reperta intelligit. *Noſter* Fr. VI, 54. *Nihil* tam ex alto reperiri *poſſe, quod non cogitanti tibi* in promtu ſit. & apud *Virg.* alta mente *repoſtum.* Ammianus XIV, 3. palam *quidem litteras imperiales* praetendens, *&c.* clam *vero* corde altiſſimo retinens, *ſaepe in comitatu ſibi mandatum, ut anſam omnem abſcindendae laudis deceſſori ſuo ardenti ſtudio gloriae circumcideret.* & Cap. II. *nihil tamen praeter preces* fingentes, *&c. longe alia quam quae geſtu praeferebant & verbis*, altis mentibus perpenſantes. *Vopiſcus* Numer XIII. callidum, *& ad omnia quae tempus quaeſierat, paratum:* conſilii *ſemper* alti. XV. *denique ut vas* altus, *ſiſit, & tacuit.* vid. *Silium* XV, 38. uſus hoc exemplo, profundiora, *Herefi-*

lis:

lis: multarum rerum, [1]ac maxume pecuniae largitor: atque, feliciſſumo omnium ante civilem victoriam, numquam ſuper induſtriam fortuna fuit: [2]multique dubitavere, fortior, an felicior eſſet. Nam, poſtea quae fecerit, incertum habeo, pudeat an pigeat diſſerere.

CI. Igitur Sulla, [3]uti ſupra dictum eſt, poſtquam in Africam, atque in caſtra Marii cum equitatu venit, rudis antea, & ignarus belli, ſollertiſſumus omnium in paucis tempeſtatibus factus eſt. Ad hoc milites benigne appellare: multis rogantibus, aliis per ſe [4]ipſe dare be-

IV, 9. p. *ſeniorum conſilia.* altus ingenio Graecis βαθύφρων. *Aeſchylus* Perſ. Φρα-ζέτω κλύων τὸν ΒΑΘΥ'ΒΟΥΛΟΝ Θώρηκα. *Poſidippus,* ὁ βαθὺς τῇ φύσει στρατηγὸς ἔστη-κεν. Haud ſecus *Pſalm.* XCII, 5. *gnamoku, a gnamak* profundus. Merito itaque Cato apud *Plutarchum* p. 469. ὡς ἀλώπεκι καὶ λέοντι πολεμοῦν ἐν τῇ Σύλλα ψυχῇ, ὑπὸ τῆς ἀλώπεκος αὐτὸν ἀνιᾶσθαι μᾶλλον. & p. 471. quando morum ejus mutationem exagitat. τοῦτο δ' ἦν, εἴτε κίνησίς ἐστι καὶ μεταβολὴ φύσεως ὑπὸ τύχης, εἴτε μᾶλλον ὙΠΟΚΕΙΜΈΝΗΣ ἈΠΟΚΆΛΥΨΙΣ. v. Tacit. H. IV. *J. Waſſe.*

1 *Ac maxume.*] *Maxume* abeſt Pemb. infra: *ſuper induſtriam eſſe.* pro *vincere* eleganter. ut LXII. *neu* ſuper fortunam *animum gereret.* i. e. majorem quam pro loco ſuo. *Hegeſip.* I, 45. *indignatione* ſuper aegritudinem facta. *Eutropius* de Conſtantino X, 5. *Militaris gloriae appetentiſſimus, fortuna in bellis proſpera fuit: verum ita, ut non ſuperaret induſtriam.* *Metaphraſtes.* ταῖς ἀρεταῖς δὲ οὐκ ἐκράτησεν, ἀλλ' ἴσην ἐκείνων ἐνομίζετο. paulo poſt: *pudeat magis.* Reg. *pudeat, an pigeat magis,* uti *Nonius* p. 424. &, *Sulpicius Severus* II, 28. Sed MSS. Venetae, Gruteriana, *pudeat magis an. p.* quomodo *Curtius* V, 18. *quorum nos* pudeat magis an poeniteat, *incertum eſt.* Victor Nerone, contra. *eo dedecore reliquum vitae egit, uti* pigeat pudeatque *memorare,* &c. *Liv.* XLV, 10. *Quarum Rhodios ſemper* non minus puderet, *quam poeniteret.* vid. XLV, 19. ſuſpicor vocem *magis,* Salluſtianis exemplaribus adhaerentem, a mala manu eſſe. uti & *incertum habeo.* ſuſpicionem auget *N. Heinſius* ad Ovidii, *Conquerar an ſileam?* Neſcio an hunc locum intelligat *Scholiaſta vetus* ad *Cic.* pro Roſc. Amer. §. 230. unde *Salluſtius* dixit: *mox tanta flagitia in tali viro* pudet *dicere.* Poſtremo, *ſollertiſſimus* rudi & ignaro opponitur. Ea vox aliquando ſed rarius accipitur μῆτις; ut apud *Lucan.* VIII, 283. *Hinc anceps dubii terret* ſollertia Mauri. *J. W.* *Atque feliciſſumo.* ita MSS. tres notae primariae; caeteri conſuadent vulgatis, quibus eſt, *atque illi f.* Com. *atq; feliciſſumus omnium.* Gr. Noſtri, Carrio, alii, retinent *illi.* infra: in p. *tempeſtatibus*: praepoſitio abeſt L 2. atque *eſt* Arond. & vocem *benigne* in marg. & a ſec. manu habet Pemb. *J. Waſſe.*

2 *Multique dubitavere, &c.*] In elogio iſto Sullano, ſubodoror emblemata aliquot ſciolorum. certe, nonne hoc loco praeſtitiſſet, *multis dubitantibus*; aut ſolummodo, *dubium fortior an felicior.* Gruterus. Libri ad unum omnes habent, *multique dubitavere.* λ. *dubitaverunt.* J. Waſſe.

3 *Ut ſupra dictum eſt.*] Codex Fabricianus, *uti.* quomodo & alias fere. *Rivius.* Illa, *uti ſupra dictum eſt,* ſunt ab homine mire oblivioſo, non a Salluſt. *Grut.*

4 *Ipſe dare beneficia.*] Ita v. c. & ita infra: *Et mehercule Sulla ante te cognitum, multis orantibus, aliis ultro egomet opem tuli.* Urſinus.

neficia, [1] invitus accipere; ſed ea properantius, quam aes mutuum, reddere; ipſe ab nullo repetere: magis id laborare, [2] ut illi quam plurimi deberent: [3] joca, atque ſeria cum humillumis agere: [4] in operibus, in agmine, atque ad vigilias multus adeſſe: neque interim, quod prava ambitio ſolet, Conſulis, aut cujuſquam boni famam laedere: tantummodo neque conſilio, neque manu priorem alium pati; pleroſque antevenire. [5] Quibus rebus, & artibus brevi Mario, militibuſque cariſſimus [6] factus.

1 *Invitus accipere.*] Hunc locum transpoſitis dictionibus in integrum reponi ſic poſſe exiſtimo: *Invitus accipere, ſed ea properantius reddere: aes mutuum ipſe ab nullo repetere.* Ciacconius.

2 *Ut illi quamplurima deberent.*] *Illi* pro *ipſi* capitur. *ſibi* noluit dicere, ne in debitores reciprocaret. eſt autem notandum hoc locutionis genus. *Glareanus.*

3 *Joca atque ſeria.*] *Liv.* 1, 4. *Cum his* ſeria *atque* jocos celebrare. *Nonius* p. 209. poſituram ſervat. eleganter Noſter, *joca atque ſeria*, pro, *cujuſcunque generis ſermonibus.* Plautus Amphitr. III, 2. *Cum ea tu ſermonem,* nec joco nec ſerio, *Tibi habeas.* Mamertin. Paneg. 12. *Conjunctas* in omni ſermone *dexteras*, joca ſeriaque *communicata.* Sed & *Plinius* Lib. XIII, Epiſtola II. *Hunc ego, cum ſimul ſtuderemus, arcte familiariterque dilexi. Ille meus in urbe, ille in ſeceſſu contubernalis. Cum hoc* ſeria, *cum hoc* jocos *miſcui.* &, XVII, 4. *Nihil a me ille ſecretum, non* joculare non ſerium, *non triſte non laetum.* & I, 8. *Encolpius quidem lector, ille* ſeria noſtra, ille deliciae. denique in adagium ceſſit, ut patet ex *Cic.* II. de Fin. *Ovid.* I. Triſt. Eleg. VII. *Quid niſi tot* luſus *& tot mea* ſeria noſces. &, II. Pont. IV. Seria *multa mihi tecum* collata *recordor, Nec data* jucundis *tempora pauca* jocis. &, IV, 3. *Ille ego qui primus tua* ſeria noſſe *ſolebam, Qui tibi jucundis primus adeſſe jocis.* Pont. I, 9. *Saepe refert animus* luſus gravitate *carentes* Seria *cum liquida ſaepe peracta fide:* Auſonius de Nepotiano Gram. *Tam* ſeriorum *quam* jocorum *particeps.* &, in Parental, Carm. VIII. *Ambo pii, vultu ſimiles,* joca ſeria *mixti.* Demoſthenes Orat. Amator. pag. 160. Ἐν οἷς σπουδάζεις ἐςί σοι, καὶ ἐν οἷς παίζεις. confer *Ammianum* p. 443. 20. at major hinc commendatio pueri Fl. Urſi apud *Statium* in Sylvis, quod haec faceret in tempore: *ſtudioque altiſque juvabat Conſiliis, tecum* triſtiſque, hilariſque, *nec umquam.* Ille ſuus, *vultumque tuo ſumebat ab ore.* *Cum humillimis agere.* Servius in I. Aeneid. *Cum humillimis exercere.* Argerere. vox *famam* a 2. manu in marg. Pemb. *J. Waſſe.*

4 *In operibus, in agmine, atque ad vigilias multus eſſe.*] Manuſcripta, *adeſſe.* nam libenter geminabant praepoſitionem antiqui; cujus alicubi meminit *Priſcianus.* Sic *Tacitus* XIII. *in agmine, in laboribus frequens adeſſe* inquit. *Rivius.* *Multus adeſſe.* Nihilo pejus Comm. *multus eſſe.* melius fortaſſe qui utrumque excluderet pro ſupervacuo. *Grut.* Tacit. XIII. *In agmine, in laboribus* adeſſe frequens. at, *multus eſſe* λ. ſed ſupra, *ad*, a 1. manu. *J. Waſſe.*

5 *Quibus rebus & artibus.*] *Et artibus* non eſt in ſcriptis duobus, & abeſſe poteſt, *Putſchius.* MSS. quidam *addunt*, in aliis omiſſum eſt. *C. Popma.* Noſtri agnoſcunt. vide nos ad VI, 52. *J. Waſſe.*

6 *Factus eſt.*] Τὸ *eſt*, neque in manu-

Digitized by Google

CII. At Jugurtha, poſtquam oppidum Capſam, alioſque locos munitos, & ſibi utilis, ſimul & magnam pecuniam amiſerat; ad Bocchum nuncios mittit, quam primum in Numidiam [1] copias adduceret: proelii faciundi tempus adeſſe. Quem ubi cunctari accepit, dubium belli, atque pacis rationes trahere: rurſus, [2] uti antea, proxumos ejus donis corrumpit: [3] ipſique Mauro pollicetur Numidiae partem tertiam, ſi aut Romani Africa expul[illegible], integris ſuis finibus, bellum compoſitum foret. [illegible] praemio illectus Bocchus, cum magna multitudine Jugurtham accedit. Ita, amborum exercitu conjuncto, [illegible] jam in hiberna proficiſcentem, [4] vix decima par[illegible] reliqua invadunt, rati noctem, quae jam aderat,

[illegible] quodam, neque impreſſis pleriſ[illegible] eſt. ſed nec Beroaldinum exemplar [illegible]. *Rivius.* pro *factus* γ. fuit. *J. W.*

[1] *Copias adduceret.*] Naz. ac Pall. ſe[illegible] & ſept. *copias adducere*: Commel. [illegible] Pal. quint. *abducere.* Grut. in[illegible] *Quem ubi cunct.* ſic item noſtri ſine [illegible] copula, *& dubium* bene; me[illegible]taſſe ſi item ejiceretur *atque*; ut [illegible] accepit dubium belli, pacis rationes [illegible]. eodemque modo eximi poſſet *cunctari.* Idem. quod ſane abeſt ab [illegible] *J. Waſſe.*

[2] [illegible] *antea prox.*] Satis ſubintellige[illegible], quamvis non exprimerentur ul[illegible] literis illa *uti antea.* Gruter. infra: [illegible]*rumpit.* ſic poſterioris aevi MSS. nam [illegible] *corrupit.* Idem. γ. λ. *corrupit.*

[3] [illegible] *Boccho pollicetur Numidiae* [illegible] *partem.*] Manuſcripta, *ipſique* [illegible]*uro.* ſed eſt idem utrobique ſenſus. [illegible]ius illud ex gloſſa irrepſit. nam & ſae[illegible] Maurum, ipſum Bocchum vocat, [illegible]onomaſiam. quomodo Poenum Li[illegible] Annibalem. *Rivius.*

[4] *Vix decima parte die reliqua.*] Antea [illegible]gatis *diei* legebatur, quemadmodum [illegible] Fulvii libro. Emendavi *die,* ex *Priſ*[illegible] libro VIII. & *Gell.* lib. IX. cap. XIV. [illegible]jus haec ſunt: *Ego in Jugurtha Salluſtii, ſummae fidei & reverendae vetuſtatis libro,* die *caſu patrio ſcriptum inveni. Verba haec ita erant:* vix decima parte die reliqua. *non enim puto argutiolam iſtam recipiendam, ut* die *dictum quaſi ex die, exiſtimemus.* Supra quoque: *Et jam* die *veſper aderat,* pro *diei.* non enim adſentior Fulvii libro, in quo *diei* ſcriptum eſt, litera, quaſi erraſſet librarius, in ſcribendo, ſuperſcripta. Et infra: *Quae dubia* niſu *videbantur.* ſic enim habent quidam veteres libri. Et rurſus: *Ubi caſtra locata, &* die *veſper erat.* quo item loco, *diei* habet Fulvii liber. *Acie* quoque pro *aciei.* Manutius. Adhaeſi Gellianis codd. nam noſtri MSS. omnes *diei.* Gruter. λ. *die* a manu prima. *jam* omittit L 2. *die* Popmae omnes. Pro *reliqua* γ. ſupra lineam, *vel relicta.* gloſſa manifeſtaria. Tacit. XIV, 38. *Contractus deinde omnis exercitus, ſub pellibus habitus eſt, ad* reliqua belli *perpetranda.* Gloſſae λοιπόν. Frontin. II, 7. *Hac aſſimulatione* reliquis *Pompeianarum partium fiduciam fecit.* & ita forte reponendum II, 9. pro *reliquias.* ſed Codd. non favent. Idem. III, 6. *Qua ratione deterritis eis* reliqua *victoriae conſummavit.* Q. Septim. II, 46. *diſperſos, palanteſque interficere, uti nullus* reliquus caedis *fieret.* III, 20. *Non ullam tanti nominis atque*

Digitized by Google

victis ſibi munimento fore; &, ſi viciſſent, nullo impedimento, quia locorum ſcientes erant: contra Romanis utrumque caſum [1] in tenebris difficiliorem fore. Igitur ſimul Conſul ex multis de hoſtium adventu cognovit: & ipſi hoſtes aderant: & prius quam exercitus aut inſtrui, aut ſarcinas colligere, denique, antequam ſignum, aut imperium ullum accipere quivit, equites Mauri, atque Gaetuli, non acie, neque ullo more proelii, ſed catervatim, uti quoſque [2] fors conglobaverat, in noſtros incurrunt. Qui omnes trepidi improviſo metu, [3] ac tamen virtutis memores, aut arma capie[illegible] capientis alios ab hoſtibus defenſabant: pars [4] equos e[illegible]cendere, obviam ire hoſtibus: pugna latrocinio magis, quam proelio ſimilis fieri: ſine ſignis, ſine ordinibus, [5] equites pedites permixti; caedere alios, alios [6] obtrun-

famae ſpeciem reliquam fecerat. *J. W.* Explicandum: *die vix quod ad decimam partem reliqua.* Videſis *Gronovium* ad *Livium* XXIX. 7.

1 *In tenebris difficilem fore.*] Manuſcripta, *difficiliorem fore.* id quod ſententia magis exigere videtur. nec Beroaldinum ſecus. *Rivius.* Sine damno ſententiae eximi poſſet *fore.* Grut. Sertorius apud *Plutarchum* p. 578. *παραγαγὼν δὲ ἑσπέρας ἤδη, συνέβαλεν, οἰόμενος ξένοις οὖσι καὶ ἀπείροις τῆς χώρας τοῖς πολεμίοις τὸ σκότος ἔσεσθαι φεύγουσιν ἐμπόδιον καὶ διώκουσι.* locum ita aemulatus *Hegeſip.* I, 19. *receptaculo ſibi, ſi res popoſciſſet, futura; vel hoſtibus* impedimento. *J. W.*

2 *Fors conglobaverat.*] Ar. L 2, 3. *ſors.* λ. *conglomeraverat.* caeteri recte. *Septimius* II, 46. *Raptim ac ſine ullis ordinibus, ut quemque* ſors conglobaverat, *ad naves evolant.* Lege *fors.* dein, *quoſque,* poſtremo, *advolant. fors, caſus.* de qua voce vide ſupra. Juvencus, *Et* quoſcunque *illic* caſus glomeraverit. 649. Ed. Bigneanae. ubi, pro, *compita laeta viarum,* legendum ex veterrimo Codice B. Pub. *lata.* alterum enim in verſu praecedente habetur, &, mox ſequitur. Voce *lata* uſus idem infra p. 652. Reg. *pro[illegible]bat* omiſſo *ſimilis,* quod tamen introduxit altera manus. *Liv.* XXI, 35. Latrocinii *magis quam* belli more *concurſabant.* XXIX, 6. Latrociniis magis quam juſto bello *in Bruttiis gerebantur* res. Per me licet auferatur *ſimilis.* J. Waſſe.

3 *Ac tamen.*] Sic MSS. non *at tamen.* leviculum quidem & iſtud, ſed optimam faciem etiam naevi umbra deſtituit. Grut.

4 *Equos eſcendere.*] Varro Lib. I. de Agricultura: *e vinea in arbores eſcendit.* Et in eodem: *in carnarium eſcendat.* Ciacc. Antiquum etiam *Gloſſarium* habet: *Eſcendit, ἐμβαίνει,* &c. licet ibi corrupte ſit, *συμβαίνει.* *Urſin.* Sic *Fronto* legit. In quo dubitarem mendum ineſſe, niſi ab eo literarum ordinem ſervatum viderem. Haec enim recitat in verbo *Eſcendo.* Manut. Vide *Turneb.* Adverſar. XX, Cap. XXX. Noſtri *aſcendere.* ſed vid. *Gronovium* ad *Livium* XLV, I. XXXIV, 28. *Eq. eſcendere.* Ita fuiſſe initio in Pal. pr. Nazar. patet e litura Commel. meus hic deficit ſine *lacer.* Gruter. infra: *ob. ab.* Hic ordo in Pall. item edd. primis; aliter ea quam procuravit Carrio. *Gruterus.*

5 *Equites, pediteſque permiſti.*] Exem-

care.

Digitized by Google

care: multos, contra adverſos acerrume pugnantes ab tergo circumvenire: neque virtus, neque arma ſatis tegere; quia hoſtes numero plures, & undique [1] circumfuſi erant. Denique Romani [2] veteres, novique, & ob ea ſcientes belli, [3] ſi quos locus, aut caſus conjunxerat, [4] orbes facere: [5] atque ita ab omnibus partibus ſimul tecti, & inſtructi, hoſtium vim [6] ſuſtentabant.

CIII. Neque in eo tam aſpero negotio Marius territus, aut magis, quam antea, demiſſo animo fuit; ſed

plar Fabricianum, *equites, pedites.* ut ſit aſyndeton. *Rivius.* *Equites, pedites,* de Numidis tantum intelligi, ſed verbum *alios*, de Romanis, declarant verba quae paulo poſt ſequuntur; *quod hoſtes,* inquit, *numero plures.* Igitur cum judicio locus legendus eſt. *Glareanus.* *Alios obtruncare, multos etiam, &c.* Locus hic in omnibus editionibus foede depravatus fuit; cum nos adjuti a Canteri codice, priſtinae integritati reſtituimus. *Popma.*

6 *Obtruncare multos.*] Sublato verbo, *alios*, quod in vulgatis libris erat, in quibus legebatur, *alios obtruncare, multos contra, &c.* mutata etiam diſtinctione, locum, ut opinor, illuſtravi. quam correctionem eidem Fulvii libro deberi fatendum eſt. *Manut.* Sic uno conſenſu edd. vett. & Pall. praeter primum, is enim voce initiali habet *multa.* ultima *circumveniri.* itaque neſcio quid ſibi velit Ciacconii editio, in qua *multi contra adverſos, &c.* neque enim talem ſtatum imaginari mihi poſſum, quo averſi pugnent aut circumveniantur a tergo. *Grut.* Palmerius legit *alii, alii.* &, *averſos.* cum videſis. Confer etiam *Oroſium* v, 15. qui totam aetatis ſuae eloquentiam in hanc pugnam impendit. *ſimul tecti* a 2. M. in Marg. Pemb. *J. Waſſe.*

1 *Circumf. erant.*] Superfluit meo judicio *erant.* Grut. Libri ſervant. *J. W.*

2 *Veteres novique & ob ea ſcientes belli*] Voces *novique* ſuſpectae mihi ſunt. Non enim convenit; propterea quod novi eſſent, ſcientes eſſe belli. *Ciacc.* *Novi,* & *ſcientes belli,* contraria ſunt. quare videndum an illud, *novique,* adjectum ſit. *Scientes* autem *belli* dictum eſt Graeca forma, εἰδότης πολέμοιο. *Urſinus.* *Romani veteres novique, & ob ea ſcientes belli.* Bona lectio. intermixti erant veteribus novi, exercitiiſque iiſdem habiti; ideoque etiam gnari proeliorum. reſpicit ad ea quae dixit Cap. LXXXVII. *Sic brevi ſpatio novi vetereſque coaluere, & virtus omnium aequalis facta.* Emendationes aliorum, nauci non ſunt. *Grut.* Conjeceram aliquando *v. navique* Jug. LXXIX. imperata *navi* fecerant; poſtea, *veteres belli,* reſectis quaſi ab Interprete caeteris; ut *homo vetus militiae, operis, & laboris* apud *Tacitum.* denique, *probe ſcientes b.* vel *prope,* pro juxta. Nunc non placent Conjecturae. *J. Waſſe.*

3 *Si quos locus aut caſus conjunxerat, orbes facere.*] Sic & manuſcripta. ceterum in pleriſque eſt, *orbem facere,* numero ſingulari pro, in unum conglobari. vel, orbem colligere, quomodo *Livius* loquitur, & Caeſar. *Cum illi orbe facto ſeſe defenderent,* inquit. *Rivius.*

4 *Orbes facere.*] MSS. praeſtantiores *fecere,* aliud quid latet ulceris tecti. *Grut.*

5 *Atque ita ab omnibus partibus ſimul & tecti & inſtructi hoſtium vim ſuſtentabant.*] Sic in quibuſdam. in manuſcriptis deeſt alterum *&*, quod ut nihil aliud, ad elegantiam interim facit. nihil tamen immuto. *Rivius.*

6 *Suſtentabant.*] Maluiſſem *ſuſtentare.* Gruterus. Libri non addicunt. *J. Waſſe.*

cum

victis ſibi munimento fore; &, ſi viciſſent, nullo impedimento, quia locorum ſcientes erant: contra Romanis utrumque caſum [1] in tenebris difficiliorem fore. Igitur ſimul Conſul ex multis de hoſtium adventu cognovit: & ipſi hoſtes aderant: & prius quam exercitus aut inſtrui, aut ſarcinas colligere, denique, antequam ſignum, aut imperium ullum accipere quivit, equites Mauri, atque Gaetuli, non acie, neque ullo more proelii, ſed catervatim, uti quoſque [2] fors conglobaverat, in noſtros incurrunt. Qui omnes trepidi improviſo metu, [3] ac tamen virtutis memores, aut arma capiebant, aut capientis alios ab hoſtibus defenſabant: pars [4] equos eſcendere, obviam ire hoſtibus: pugna latrocinio magis, quam proelio ſimilis fieri: ſine ſignis, ſine ordinibus, [5] equites pedites permixti; caedere alios, alios [6] obtru

famae ſpeciem reliquam fecerat. *J. W.* Explicandum: *die vix quod ad decimam partem reliqua.* Videſis *Gronovium* ad *Livium* XXIX. 7.

1 *In tenebris difficilem fore.*] Manuſcripta, *difficiliorem fore.* id quod ſententia magis exigere videtur. nec Beroaldinum ſecus. *Rivius.* Sine damno ſententiae eximi poſſet *fore.* Grut. Sertorius apud *Plutarchum* p. 578. παραγαγὼν δὲ ἑσπέρας ἤδη, συνέβαλεν, οἰόμενος ξένοις οὖσι καὶ ἀπείροις τῆς χώρας τοῖς πολεμίοις τὸ σκότος ἔσεσθαι φεύγουσιν ἐμπόδιον καὶ διώκουσι. locum ita aemulatus *Hegeſip.* I, 19. *receptaculo ſibi, ſi res popoſciſſet, futura; vel hoſtibus* impedimento. *J. W.*

2 *Fors conglobaverat.*] Ar. L 2, 3. *ſors.* λ. *conglomeraverat.* caeteri recte. *Septimius* II, 46. *Raptim ac ſine ullis ordinibus, ut quemque* ſors conglobaverat, *ad naves evolant.* Lege *fors.* dein, *quoſque,* poſtremo, *advolant. fors, caſus.* de qua voce vide ſupra. Juvencus, *Et* quoſcunque *illic* caſus glomeraverit. 649. Ed. Bigneanae. ubi, pro, *compita laeta viarum,* legendum ex veterrimo Codice B. Pub. *lata.* alterum enim in verſu praecedente habetur, &, mox ſequitur. Voce *lata* uſus idem infra p. 652. Reg. *proelio ſiebat* omiſſo *ſimilis,* quod tamen introduxit altera manus. *Liv.* XXI, 35. Latrocinii *magis quam* belli more *concurſabant.* XXIX, 6. Latrociniis magis quam juſto bello *in Bruttiis gerebantur* res. Per me licet auferatur *ſimilis.* J. Waſſe.

3 *Ac tamen.*] Sic MSS. non *at tamen.* leviculum quidem & iſtud, ſed optimam faciem etiam naevi umbra deſtituit. Grut.

4 *Equos eſcendere.*] Varro Lib. I. de Agricultura: *e vinea in arbores eſcendit.* Et in eodem: *in carnarium eſcendat.* Ciacc. Antiquum etiam *Gloſſarium* habet: *Eſcendit,* ἐμβαίνει, &c. licet ibi corrupte ſit, συμβαίνει. *Urſin.* Sic *Fronto* legit. In quo dubitarem mendum ineſſe, niſi ab eo literarum ordinem ſervatum viderem. Haec enim recitat in verbo *Eſcendo.* Manut. Vide *Turneb.* Adverſar. XX. Cap. XXX. Noſtri *aſcendere.* ſed vid. *Gronovium* ad *Livium* XLV, I. XXXIV, 28. *Eq. eſcendere.* Ita fuiſſe initio in Pal. pr. Nazar. patet e litura Commel. meus hic deficit ſine *lacer.* Gruter. infra: *obtruncare.* Hic ordo in Pall. item edd. primis; ut et ea quam procuravit Carrio. *Gruterus.*

5 *Equites, pediteſque permiſti.*] Exem-

care.

care: multos, contra adverſos acerrume pugnantes ab tergo circumvenire: neque virtus, neque arma ſatis tegere; quia hoſtes numero plures, & undique [1] circumfuſi erant. Denique Romani [2] veteres, novique, & ob ea ſcientes belli, [3] ſi quos locus, aut caſus conjunxerat, [4] orbes facere: [5] atque ita ab omnibus partibus ſimul tecti, & inſtructi, hoſtium vim [6] ſuſtentabant.

CIII. Neque in eo tam aſpero negotio Marius territus, aut magis, quam antea, demiſſo animo fuit; ſed

plar Fabricianum, *equites, pedites.* ut ſit aſyndeton. *Rivius.* *Equites, pedites,* de Numidis tantum intelligi, ſed verbum *alios*, de Romanis, declarant verba quae paulo poſt ſequuntur; *quod hoſtes*, inquit, *numero plures.* Igitur cum judicio locus legendus eſt. *Glareanus.* *Alios obtruncare, multos etiam, &c.* Locus hic in omnibus editionibus foede depravatus fuit; cum nos adjuti a Canteri codice, priſtinae integritati reſtituimus. *Popma.*

6 *Obtruncare multos.*] Sublato verbo, *alios*, quod in vulgatis libris erat, in quibus legebatur, *alios obtruncare, multos contra, &c.* mutata etiam diſtinctione, locum, ut opinor, illuſtravi. quam correctionem eidem Fulvii libro deberi fatendum eſt. *Manut.* Sic uno conſenſu edd. vett. & Pall. praeter primum, is enim voce initiali habet *multa.* ultima *circumveniri.* itaque neſcio quid ſibi velit Ciacconii editio, in qua *multi contra adverſos, &c.* neque enim talem ſtatum imaginari mihi poſſum, quo averſi pugnent aut circumveniantur a tergo. *Grut.* Palmerius legit *alii, alii.* &, *averſos.* cum videſis. Confer etiam *Oroſium* v, 15. qui totam aetatis ſuae eloquentiam in hanc pugnam impendit. *ſimul tecti* a 2. M. in Marg. Pemb. *J. Waſſe.*

1 *Cir[illegible] erant.*] Superfluit meo judicio *er[illegible]* Grut. Libri ſervant. *J. W.*

2 *Veteres novique & ob ea ſcientes belli*] Voces *novique* ſuſpectae mihi ſunt. Non enim convenit; propterea quod novi eſſent, ſcientes eſſe belli. *Ciacc.* *Novi,* & *ſcientes belli,* contraria ſunt. quare videndum an illud, *novique*, adjectum ſit. *Scientes* autem *belli* dictum eſt Graeca forma, εἰδότες πολέμοιο. *Urſinus.* *Romani veteres novique, & ob ea ſcientes belli.* Bona lectio. intermixti erant veteribus novi, exercitiiſque iiſdem habiti; ideoque etiam gnari procliorum. reſpicit ad ea quae dixit Cap. LXXXVII. *Sic brevi ſpatio* novi vetereſque *coaluere, & virtus omnium aequalis facta.* Emendationes aliorum, nauci non ſunt. *Grut.* Conjeceram aliquando *v. navique* Jug. LXXIX. imperata *navi* fecerant; poſtea, *veteres belli*, reſectis quaſi ab Interprete caeteris; ut *homo* vetus militiae, *operis, & laboris* apud *Tacitum.* denique, *probe ſcientes b.* vel *prope*, pro juxta. Nunc non placent Conjecturae. *J. Waſſe.*

3 *Si quos locus aut caſus conjunxerat, orbes facere.*] Sic & manuſcripta. ceterum in pleriſque eſt, *orbem facere*, numero ſingulari pro, in unum conglobari. vel, orbem colligere, quomodo *Livius* loquitur, & Caeſar. *Cum illi* orbe facto *ſeſe defenderent,* inquit. *Rivius.*

4 *Orbes facere.*] MSS. praeſtantiores *fecere*, aliud quid latet ulceris tecti. *Grut.*

5 *Atque ita ab omnibus partibus ſimul & tecti & inſtructi hoſtium vim ſuſtentabant.*] Sic in quibuſdam. in manuſcriptis deeſt alterum *&*, quod ut nihil aliud, ad elegantiam interim facit. nihil tamen immuto. *Rivius.*

6 *Suſtentabant.*] Maluiſſem *ſuſtentare.* Gruterus. Libri non addicunt. *J. Waſſe.*

cum

cum turma ſua, quam ex fortiſſumis magis, [1]quam familiariſſumis paraverat, vagari paſſim; ac modo laborantibus ſuis ſuccurrere, modo hoſtis, ubi confertiſſumi obſtiterant, invadere manu: conſulere militibus, [2]quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat. Jamque dies conſumtus erat, cum tamen barbari nihil remittere: atque, uti reges praeceperant, noctem pro ſe rati, acrius inſtare. Tum Marius ex copia rerum conſilium trahit; atque, uti ſuis receptui locus eſſet, collis duos propinquos inter ſe occupat. Quorum in *uno*, caſtris parum amplo, fons aquae magnus erat: alter uſui opportunus, [3]quia magna parte editus, & praeceps;

1 *Quam ex familiariſſimis paraverat.*] Manuſcripta, *quam familiariſſimis*, omiſſa repetitione praepoſitionis *ex*. id Salluſtianum magis eſt. nec Beroaldinum ſecus. *Rivius*. De Agricola idem fere, & omiſſa praepoſ. *Tacitus* Agric. XIX. *Non ſtudiis privatis, nec ex commendatione aut* precibus *centurionum milites aſcire, ſed optimum quemque fideliſſimum putare*. Julianus apud *Ammianum* XX, 5. *Ut autem rerum integer ordo ſervetur, praemiaque virorum fortium maneant incorrupta, nec honores ambitio praeripiat clandeſtina, id ſub reverenda conſilii veſtri facie ſtatuo, ut* NEQUE civilis quiſquam Judex, nec militiae Rector, alio quodam praeter merita ſuffragante, ad potiorem veniat gradum, non ſine detrimento pudoris eo, qui pro quolibet petere tentaverit, diſceſſuro. Nerva Imp. apud *Xiphilinum* pag. 339. Τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ τὴν πατρίδα ἐξετάζειν δεῖ. *Claudianus* in Laud. Stilic. *non obruta virtus Paupertate latet: lectos ex omnibus oris Evehis: & meritum, numquam cunabula quaeris: Et qualis, non unde ſatus.* caeterum illud *quam* omittit prima manus Pemb. *J. Waſſe.*

2 *Quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat.*] Convenientior lectio videtur, *conſulere* multis, *quoniam conturbatis* omnibus *non poterat*. Ciacc. Hic diſtinguerem ego, ut poſtea ſit: *conſulebat militibus manu*. Caſt. Incerta diſtinctio. quidam poſt *manu*, diſtinguunt, ut ſit ſenſus, *Invadebat manu*, id eſt, *turma ſua, quam ex fortiſſimis habebat*. ita codex Aldinus. alii, ut Badius, ante *manu*, quaſi diceret: *Manu indicium dabat militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat*, ut ait auctor. idque intelligendum, donec dies erat. nam mox ſequitur: *Jamque dies conſumtus erat*, quae eſt hepthemimeres Heroica, & ſyllaba longa, hoc eſt, carminis Heroici quatuor primi pedes; caſune an ſtudio ab auctore factum, incertum. *Livius* tamen ita orſus eſt hiſtoriam Romanam, ſi *Quinctiliano*, auctori in primis gravi, quicquam credimus. Sed & ſeſquiheroicum carmen apud auctorem *Livium* libro ſecundo decados tertiae, oſtendimus in annotationibus in eumdem editis. *Glar.*

3 *Quia magna parte edita & praecipiti.*] Legendum ex impreſſis vetuſtioribus, *alter uſui opportunior, quia magna parte editus & praeceps, pauca munimenta quaerebat*. in manuſcriptis & aliis quibuſdam, *gerebat* legitur. ubi Gymnicus, *quaerebat*, ſed judicent alii. *Rivius.* Adhaeſi Pal. tert. cui alludebant caeteri quippe Naz. *pauca munimento regebant*: alias vero, *gerebat*, quod utrumque quoque in Pal. ſec. at quartus *pauco munimen-*

pauca

Digitized by Google

pauca munimento egebat. Ceterum apud aquam Sullam cum equitibus noctem agitare jubet. Ipſe paullatim diſperſos milites, neque minus hoſtibus conturbatis, in unum contrahit: [1] dein cunctos pleno gradu in collem ſubducit. Ita reges, loci difficultate coacti, proelio deterrentur; neque tamen ſuos longius abire ſinunt, ſed, [2] utroque colle multitudine circumdato effuſi conſedere. [3] Dein, crebris ignibus factis, plerumque noctis barbari more ſuo laetari, exſultare, [4] ſtrepere vocibus:

to egebat. quint. ſex. oct. *pauca munimenta gerebat.* ſept. *pauca munimenta accipiebat.* Carrio edi juſſit, *pauca munimenta egebat.* prior editio *pauca munimenta querebat,* ex quo facile fieret *pauca munimento quaerebat,* quod neſciam an praeferri debeat lectioni quam repraeſentavimus hac editione noſtra. *Gruter.* Vide nos ad Jug. Cap. XXXVI. Pemb. *pauca m. habebat.* γ. *pauca m. gerebant.* ſupra, *bat.* ſic λ. Venetae. Reg. Arond. Pemb. Mart. *egebat.* &, *pauco.* Bodl. *gerebat.* pro *editus* L 2. Pemb. Bodl. Venet. *edita,* male. *editus* vocem *mons* aperte reſpicit. ea forma uſus *Liv.* XXVIII, 5. *Mons eſt in altitudinem ingentem* cacuminis editi. *pleno gradu.* v. *Q. Septim.* II, 40. IV, 2. *Gellium* IV, I. Pacatum in Paneg. XXXV. *Livium* IV, 32. XXXIV, 15. habes etiam *gradu modico,* Liv. XXX, 5. *preſſo* XXVIII, 14. *repreſſo* Q. Septim. III, 4. properato *Hegeſip.* I, 29. at ibi codex MS. omittit *gradu.* noſter alicubi dixit, *properato itinere.* Ammian. XIX, 2. *clementi.* Jordanes Lindenb. 51, 3. *Concito.* *Idem.*

1 *Dein cunctos pleno gradu in collem ſubducit.*] Apud Nonium, *Cunctos,* legitur, haec recitantem in verbo, *Subduco.* De pleno autem militum gradu videndus *Vegetius* Lib. I. Cap. XII. & epiſtola Trebonii XVI. Lib. XII. *Manut.* Sic quidem omnes MSS. praeter Naz. in quo *ſubductis.* Gruter. infra: R. *diſp. mil.* Pemb. *milites* in margine, a 2. manu exhibet. ſupra, *caeterum apud, &c. jubet,* totidem verbis adducit *Nonius* p. 552. pro, *paullatim.* neſcio an legendum *palatim.* ſenſus: ipſe milites diſperſos, etiam hoſtibus pariter *conturbatis.* λ. R. *conturbatos.* Ball. *non minus.* Reg. vocem *locus* a ſec. manu habet. abeſſe, puto, licet. *J. Waſſe.*

2 *Utroque colle multitudine circumdato.*] Quid ſi *circumdata* legas? Ipſe Sall. Hiſt. Lib. I. *Occupatuſque collis editiſſimus apud Ilerdam, & cum multa opera circumdata.* Ciacconius.

3 *Deinde crebris.*] Manuſcripta, *dein.* Rivius.

4 *Strepere pedibus, vocibus.*] Tò *pedibus,* non eſt in ullo manuſcripto, neque in Beroaldino; ſed addendum ſit nec ne, aliorum eſto judicium. *Idem.* Ball. & L. 2. *pedibus, vocibus.* ſic Venetae. receptam lectionem praeter MSS. firmant *Ambroſ.* Hexaem. V, 14. *aliae* vocibus *tantum* ſtrepunt, *aliae canoro delectantur, ſuavique modulamine.* de incondito vocis ſono accipit. Sic, *ſtrepere* clamoribus apud *D. Cyprianum* in Orat. Dom. &, *unitat.* p. 118. Ep. 45, 87. Optatus Milevitanus I. p. 5. *Omnes quidem per ſingula loca maledicis* vocibus perſtrepunt. Sed & *Livius* XXI, XI. *Quum omnia variis* clamoribus ſtreperent. Tacit. I, 25. *Illi quotiens oculos ad multitudinem retulerant* vocibus truculentis *ſtrepere.* Hiſt. II, 90. *Vulgus tamen vacuum curis, & ſine falſi verique diſcrimine ſolitas adulationes edoctum,* clamore & vocibus adſtrepebat. & Hiſt. I, 72. *in circum ac theatra effuſi,* ſeditioſis vocibus obſtrepere. *Seneca* Conſ. ad Marc. 26. *Fora* litibus *ſtrepere* Livius VI,

Digitized by Google

& [1] ipſi duces feroces; [2] quia non fugere, ut [3] pro victoribus agere. [4] Sed ea cuncta Romanis, ex tenebris, & editioribus locis facilia viſu, magnoque hortamento erant.

CIV. Plurimum vero Marius [5] imperitia hoſtium confirmatus, quam maxumum ſilentium haberi jubet:

25. *ludos literarum* ſtrepere *diſcentium* vocibus. *Statius* Theb. I, 516. *vario* ſtrepit *iſta* tumultu *Regia*. ſupra: *effuſi conſedere*. prior vox a ſec. manu & marg Pemb. uti & *abire*, atque *multitudine*. *Apulejus* Florid. III. pag. 228. *diebus ac noctibus* perſtrepens maledictis. Metam. III. *Quanti fors interdum, & frequenti clamore januae noſtrae* perſtrepi. & v. p. 76. *Multa ſecum* ſermonibus mutuis *perſtrepebant*. Apol. II. *feneſtrae* canticis *circum ſtrepitae*. & *Cyprianus* de Orat. Domin. 140. R. circumſederunt. *J. W.*

1 *Ipſi duces feroces, quod non fugere.*] Si mei judicii res eſſet, legerem inductis ſupervacaneis: *Ipſi duces feroces, ac pro victoribus agere*. Putſchius.

2 *Quod non fugere.*] In codicibus quibuſdam Lugduni impreſſis eſt: *Quod ſui non fugerant*. Hic *non fugere*, pro *non fugerent*, aut *non fugiſſent* poſitum videtur. Badius tamen *fugere* praeteriti perfecti temporis exiſtimat. *Glareanus*. Alcimus Avitus pag. 621. *Palantes dant terga fugae, latebramque petentes*, ſi vivant, viciſſe putant. infra, *confirmatus*. qua voce ſupra uſus eſt. *Thucyd.* III. §. 6. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πολὺ ἐπιρρωσθέντες διὰ τὴν τῶν Μιτυληναίων ἡσυχίαν. Horat. IV. Od. IV. *Sectamur ultro quos* opimus *Fallere & effugere* eſt triumphus. *Hegeſippus* v, 14. *Judaei tamen* pro victoribus *qui ſe intra ſecundum murum acceperant; quaſi expulſis Romanis* gloriabantur. ibi C.C.C. *confertos tela jaculantes, quae numquam*. Thucyd. VII, 34. νομίζοντες δι' αὐτὸ ΟΥ'Χ 'ΗΣΣΑ͂ΣΘΑΙ, δι' ὅπερ ΟΥ'Δ' οἱ ἕτεροι νικᾶν. οἵ τε γὰρ Κορίνθιοι 'ΗΓΗ'ΣΑΝΤΟ ΚΡΑΤΕΙ͂Ν Ε'Ι ΜΗ' ΠΟΛΥ' 'ΕΚΡΑΤΟΥ͂ΝΤΟ, οἵ τ' Ἀθηναῖοι ἐνόμιζον ἡσσᾶσθαι εἰ μὴ πολὺ ἐνίκων. Vides unde *Noſter* illa ſua mutuatus eſt. *Liv.* XXI, 9. *Quum diu anceps fuiſſet certamen, & Saguntinis*, quia praeter ſpem reſiſterent, creviſſent animi; *Poenus quia non viciſſet*, pro victo eſſet, &c. J. Waſſe. *Quia non fugere, ut pro victoribus agere*. Non abii a vetuſte editis, aut MSS. antiqq. niſi quod eorum *aut* refinxerim, litera abjecta. abeſt quidem ea vox tota Pal. quarto, ſed ſoli; abſque eo fuiſſet, libens etiam exturbaſſem, codd. infimae aetatis habent ejus loco *atque*, aliaque adhuc ſenſui ſupplendo quem non capiebant. at noſtra ſcriptura hoc vult, geſſiſſe reges ſe tanquam viciſſent, quod non etiam fugiſſent, ut ſolent homines, mentis abrepti vecordia; ut pluribus oſtendo in *Diſſertatiunculis* ad Tacitum. mediae edd. habent; *quod non fugere ac pro victoribus agere*. Gruter. Pemb. *aut p. v. agebant*. γ. *at pro*. ſupra, *at*, μ. a 2. m. *At*. Reg. L 2. Mart. λ. aut. R. *quod quia non f.* Cario *ac*. *J. Waſſe*.

3 *Pro victoribus agere.*] Curtius *Pro victore gerere*, & alii dixere. *Ciacc.* Τὸ *ſeſe* non habent codices in pergamenis deſcripti, nec eſt in impreſſis quibuſdam vetuſtioribus. *Rivius*.

4 *Sed ea, &c.*] Crucem imprecari quis poſſet voci *ſed*, adeo hoc loco eſt importuna. *Grut.* infra: *Magnoque hort.*] Concinnitati ſententiae officit copula *que*. Gruter. *Apulejus* de D Soc. pag. 52. Elmenh. *aliquando eorum nonnulla etiam hortamenta haberet*. Liv. XLIV, 7. *conſul* plurimum & praeſidii, & ſpei *cernens in* ſtultitia & ſegnitie hoſtis. *J. Waſſe*.

5 *Imperitia.*] Graviter ſane *Thucyd.* I, 84. Ἀεὶ δὲ ὡς πρὸς εὖ βουλευομένους τοὺς ἐναντίους ἔργῳ παρασκευαζόμεθα, καὶ οὐκ ἐξ ἐκείνων ὡς ἁμαρτησομένων ἔχειν δεῖ τὰς

nc li-

Digitized by Google

ne ſigna quidem, uti per vigilias ſolebant, canere: deinde, ubi lux adventabat, defeſſis jam hoſtibus, ac paullo ante ſomno captis, [1] de improviſo vectigalis, item cohortium, turmarum, legionum tubicines ſimul omnis [2] ſigna canere, milites clamorem tollere, [3] atque portis erumpere. Mauri, atque Gaetuli, ignoto & horribili ſonitu repente exciti, neque fugere, neque arma capere, neque omnino facere, aut providere quidquam poterant; ita [4] cunctos ſtrepitu, clamore, nullo ſubveniente, noſtris inſtantibus [5] tumultu, terrore, formidine, quaſi vecordia, ceperat. Denique omnes fuſi, fugatique: arma, & ſigna militaria pleraque capta: pluresque eo proelio, quam omnibus ſuperioribus, interemti. Nam ſomno, & metu inſolito impedita fuga.

CV. [6] Dein Marius, uti coeperat, in hiberna profi-

ἐλπίδας, ἀλλ' ὡς ἡμῶν αὐτῶν ἀσφαλῶς βεβουλευμένων. πολύ τι διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου, κράτιστον δὲ εἶναι ὅστις ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις παιδεύεται). *J. Waſſe.*

1 *De improviſo vectigales.*] Soldus *vectigales* exponit, id eſt, *a vectigalibus miſſos*, hoc eſt, *a tributariis*. Badius *Vectigales tubicines* exponit, *qui praecinere ſolent vectigalibus*, id eſt, *tributariis*, aut qui ipſi vectigales erant. Ego cum Soldo haereo. nam neque illa ſua ſatisfacit expoſitio, & neque id verbi ita poſitum alibi me legere memini. *Glarean.* Cohortes ſunt ſociorum pedites. Turmae, legionarii equites. De equitibus ſociorum nulla mentio, quorum tamen ſigna ibi ceciniſſe quoque oportet cum aliis. Vide igitur an eorum nomen lateat in illa voce *vectigalis*. An, *litui ab alis?* Alae enim proprie tunc de equitibus ſociorum. *Salmaſ.* Ep. 118.

2 *Signa canere.*] Haud aliter MSS. Pall. *tuba* aliorum eſt gloſſographi. *Gruterus.* *t.* Ball. *tuba*. & Mart. *J. Waſſe.*

3 *Atque portis.*] L 2, 3. Ball. *aut p.* c λ. γ. & Pemb. *ac p.* forte delendum *atque*. Haec tertio die geſta fuiſſe narrat *Oroſius* p. 350. ubi pro *ſuffragio*, lege *ſuffugio* vel invitis codicibus. *J. Waſſe.*

4 *Cunctos ſtrepitu.*] Naz. *cunctis*, ut & a prima manu Pal. ſec. *Gruterus.*

5 *Tumultu, terrore.*] MS. noſter: *tumultu, formidine, terror quaſi vecordia ceperat.* Quod non temere rejiciendum. *Putſchius.* Pal. tert. *cum tumultu, terrore formido quaſi vaecordia acceperat*, & ita fere locutus ſupra Cap. LXXII. *ita formidine quaſi vaecordia exagitari.* quart. *tumultu, terrore quaſi vecordia ceperat*, ſine illo *formidine*. Bong. liber *tumultu formidine terror quaſi vecordia coeperat.* prima editio & Naz. non abit a vulgato, quam quod habeant *vecordiae*. pleraque pars verborum eſt a Gloſſa. *Grut.* Neſcio ſane. Lucretius, *Effervescere cernebant in rebus agundis* Volneribus, clamore, fuga, terrore, tumultu. Praeterea, in Devotionis Form. *Liv.* VIII, 9. *hoſteſque P. Rom. Q.* terrore, formidine, morteque *afficiatis.* J. Waſſe.

6 *Dein Marius, &c.* Illud *quae* non eſt in vett. edd. ut nec in MSS. qui praeterea fere refugiunt vocem *proficiſcitur.* recte Pal. prim. ſecund. neque eſt in ſexto niſi inter lineas, nam Pal. tert. *dein Marius profectus uti coeperat in bi-*

Digitized by Google

ciſcitur, quae propter commeatum in oppidis maritimis agere decreverat: neque tamen victoria ſecors, aut inſolens factus; ſed pariter, atque in conſpectu hoſtium, quadrato agmine incedere. [1] Sulla cum equitatu apud dextimos, in ſiniſtra parte A. Manlius cum funditoribus, & ſagittariis, praeterea cohortes Ligurum curabat: primos, & extremos cum expeditis manipulis tribunos locaverat. [2] Perfugae, minime cari, & regionum ſcientiſſimi, hoſtium iter explorabant. Simul Conſul,

berna propter commeatum in oppidis. quart. quint. *dein Marius uti coeperat hiberna propter commeatum in oppidis maritimis agere decreverat.* ſept. *dein Marius uti coeperat proficiſcitur in hibernaque propter comm. &c.* oct. *Dein Marius uti coeperat in hiberna proficiſcitur propter com. in op. mar. ag. decrevit,* ut appareat reſtituendum, *dein Marius uti coeperat hiberna propter commeatum in oppidis maritumis agere &c.* Grut. *Proficiſcitur quae* omittunt Ar. L. 2. 3. Ball. Bodl. Pemb. γ. λ. Sed ex illis Pemb. *in hib. it.* γ. *it in hib. propter.* λ. *& propter.* J. Waſſe.

1 *Sulla cum equitatu apud dextimos.*] Fabricianum, *apud extremos.* ſed vulgata lectio verior, pro, in dextra parte; nam ſequentia palam oſtendunt, ſic legendum eſſe: ea ſunt, *in ſiniſtra parte A. Manlius, cum funditoribus & ſagittariis &c.* Mox, *primos & extremos cum expeditis manipulis tribunos locaverat.* Videſne, ut hic extremorum meminerit, & ut dextimos oppoſuerit ſiniſtrae parti? Sed quid multis? Legit eodem modo Priſcianus lib. 11. de ſuperlativo agens. *Excipiuntur,* inquit, *dextimus & ſiniſtimus.* Dein ſubdit hoc e Salluſtio exemplum, aliaque praeterea ex Varrone Caelioque, quae nos brevitatis cauſſa omittimus. Docet & Sex. Pompejus, *dextimum* & *ſiniſtimum* antiquos dixiſſe. *Riv.* Sic quidem MSS. aevi minus ſolidioris, robuſti enim illi *apud extremos.* neque aliter Bong. L. 2. Veneta *extremos. dextimos* Mart. Oxonienſes. Reg. Ar. γ. *extremos* λ. in Textu; ſupra autem *deſtimos,* a quo poſtea factum, *dextimos.* Pemb. *deximos.* Si non fallunt Gruteriani reliquit Noſter, *extimos.* Varro: Haereſiarcha. Extimam *viam munit Epicurus.* Idem Orthograph. *Exporrecta jacet tellus: hinc* extima *fluctu Oceani,* interior *Neptuno cingitur ora.* Plautus Truc. *Bona perdidi, mala repperi, factus ſum* extimus *a vobis.* Vicinis hoſtibus equitatus non tantum in primo agmine ibant, ſed etiam a tergo, dextra laevaque circumfundebantur. Vide *Veget.* III, 6. *Onoſand.* Cap. VI. *Polybium* VI. 38. Hunc ordinem in agmine quadrato quia non ſervaſſet Hannibal, ſed elephantos equiteſque in primo agmine univerſos collocaſſet, in ſummum diſcrimen adductus eſt; adeo ut noctem perpetem egit ſine equitibus & impedimentis. teſte *Livio* XXI, 35. Ceterum de edita lectione nihil temere pronuncio, cum, praeter ſcriptos Codices, propugnatorem habeat *Priſcianum,* pag. 605. *J. Waſſe.*

2 *Perfugae minime cari & regionum ſcientiſſimi.*] Monſtro ſimile eſt, tres illas voces, *minime cari &,* exulaſſe libris noſtris jam ſupra ſaeculum: cum tam interim jactarint collatum a ſe Salluſtium cum veteribus codicibus. neque enim ſolum editiones principes, ſed MSS. [illegible] num omnes, voces illas diſerte expreſſerunt. ſuſtulit autem primum Pomponius Laetus. prorſus injurie. ſunt enim auctoris genuina; ac volunt, perculoſiſſima quaeque mandata fuiſſe perfugis, nullo damno ſi periiſſent. valde enim falluntur perfugae, ſi ſe alicui eſſe putant caros,

quaſi

quaſi nullo impoſito, omnia providere: apud omnis adeſſe, [1] laudare, increpare merentis. Ipſe armatus, intentuſque item milites cogebat; [2] neque ſecus, atque iter facere, caſtra munire, [3] excubitum in porta cohortis ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere: praeterea alios ſuper vallum in munimentis locare, vigilias ipſe circuire, [4] non diffidentia futuri, quae imperaviſſet,

niſi quatenus expedit. *Grut.* *Perfugae per ſe m. c.* in noſtris MSS. quam ſcripturam non repudiandam puto. *A. Popma.* haec verba agnoſcunt Venetae. Mar. γ. λ. Bod. Ar. Reg. non tamen habent illud, *per ſe.* Thucydidem ſequitur. Τοὺς γὰρ ἀφισταμένους ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ ξυμμαχίαν τὴν πρὶν ἀπολείποντας, οἱ δεξάμενοι, ΚΑΘ' ὍΣΟΝ μὲν ὨΦΕΛΟΥ͂ΝΤΑΙ, ἘΝ ἩΔΟΝΗ͂Ι ἜΧΟΥΣΙ· νομίζοντες δὲ εἶναι προδότας τῶν πρὸ τοῦ φίλων, χείρους ἡγοῦνται. De iis *Polybius* pag. 1424. Οὐδὲ γὰρ γνωσθεὶς οὐδεὶς, οὐδέποτε μακάριον ἔσχε βίον. ἀλλ' ὡς μὲν ἐπίπαν ὑπ' αὐτῶν τούτων, εἰς οὓς χαρίζονται τυγχάνουσι τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας. *Tacitus* An. I, 58. *proditores etiam iis quos anteponunt, inviſi ſunt.* vide notas ad Cap. LVIII. Quod in eos qui Romani erant quam qui Latini gravius animadverti ſoleret, docet *Livius* XXX, 43. *J. Waſſe.*

1 *Laudare, increpare merentes.*] Manuſcripta ſine diphthongo *merentes,* pro, *qui aut laudari aut increpari mererentur.* facit cum his Beroaldinum. quamquam, ne quid diſſimulem, Venetum, Argentoratenſe, alia pleraque, *laudare forteis, & increpare verenteis.* perperam videlicet. τὸ *forteis* ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. huic aliquis *verenteis* opponi putavit. hoc eſt, *timidos & ignavos.* Ita ſciolorum audacia eſt hic locus depravatus, qui non intellexerint qui ſibi vellet, *merentes,* cum Salluſtius innuat, *pro merito quemque eſſe aut laudatum aut increpitum.* Rivius. MSS. antiqq. immiſſa copula, *laudare & increpare,* quomodo item Edd. primae. *Gruter.* Noſtri, & Car. in munim.

2 *Neque ſecus, atque iter.*] Ex his verbis videtur Marius hoc tempore cum exercitu in itinere non fuiſſe: ſed jam conſediſſe & caſtra poſuiſſe; cum tamen ſupra dixerit, illum in hyberna proficiſcentem quadrato agmine inceſſiſſe. Et ſine dubio hoc tempore in hyberna proficiſcebatur atque in itinere erat. *Sold.* Haec eſt ſcriptura codicum meliorum, cui accedit item auctoritas Edd. primarum. deteriores enim addita litera *faceret,* quod tamen arripuit Carrio. Amicus meus verbis binis abjectis conjiciebat; *neque ſecus, iter, caſtra munire,* &c. Gruterus. *facere* Venetiis excuſi 1470, 1478. & ſic λ. ſupra autem a manu recenti. *t.* quibus accedit Pemb. *J. W.* *Ex. in porta.* Sic primae quoque Edd. MSS. omnes, nullus *portis.* Grut. *porta* Pemb. λ. γ. Oxon. *J. W.* *Aux. mittere.*] Vocem poſtremam fere expunxerunt ut ſubaudiatur mox ſequens *locare.* Grut.

3 *Excubitum in portis.*] Manuſcripta omnia, *in porta,* numero ſingulari, quomodo Beroaldinum quoque. *Rivius.*

4 *Non tam diffidentia futuri, quae imperaviſſet.*] Exiſtimo ſcripſiſſe Salluſtium: *Non tam diffidens futurum quae imperaviſſet.* Ita enim antiquos locutos fuiſſe notat Agell. Lib. I. Cap. 7. ut Quadrigarius in III. Ann. *Dum ii conciderentur, hoſtium copias ibi occupatas futurum.* Et Valerius Antias Lib. XXIV. *Si hae res divinae factae, recteque perlitatae eſſent, aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum.* Et Cicero V. Verrina, *Hanc tibi rem praeſidio ſperant futurum:* quae, & multa alia ſunt apud Gell. *Tacit.* Hiſt. III. *Vacuam arcem furtim tradi futurum.* Ciacconius. Bongarſii liber, *quae imperaviſſet* inducit, cui in hoc omnino aſſentior. *Putſchius.* Forte: *non tam*

quam.

Digitized by Google

quam uti militibus exaequatus cum imperatore [1] labos volentibus eſſet. Et ſane Marius illo & aliis temporibus Jugurthini belli, [2] pudore magis, quam malo, exercitum coercebat: [3] quod multi per ambitionem fieri ajebant: pars, quod a pueritia [4] conſuetam duritiam, &

diffidentia: futura quae imperaviſſet. Gronov. Sic MSS. meliores, nam aliis *non tam diffidentia futuri,* aut *futurorum quae imperaſſet.* ſuſpicor ab auctore noſtro tantum fuiſſe *non diffidentia quam uti,* &c. cetera adſuta a librariis. *Grut. non in d.* ſed praep. excidit ex ſuperiore linea Typogr. incuria. *J. Waſſe. quae imperaviſſet.* Vide *Cl. Perizonium* notis ad *Sanctium* p. 231. ubi contra *Ciacconium, Putſchium,* & *Gronovium* defendit. *J.W. Illoque aliiſque, &c.*] Naz. *illo & aliis.* Grut. Ar. *illo aliiſque.* ſic Ball. λ. *illo & aliis,* quam ſcripturam reduxi. *J.W. Bello Jug.*] Haereo, annon & iſtam vocum copulam habere poſſim pro ſpuria. *Gruterus.*

1 *Labor volentibus eſſet.*] Uti libentius milites laborem paterentur, cum viderent, Imperatorem aeque ſibi laborem ſumere. *Caſt.* De Catone Liv. XXXIV, 18. *Sed in Conſule ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per ſe adiret atque ageret: nec cogitaret modo imperaretque quae in rem eſſent,* ſed pleraque ipſe per ſe tranſigeret; *nec in quemquam omnium gravius ſeveriuſque, quam in ſemet ipſum imperium exerceret; parſimonia & vigiliis & labore cum ultimis militum certaret; nec quicquam in exercitu ſuo praecipui, praeter honorem atque imperium haberet.* Tacitus An. I, 21. *Rufus antiquam duramque militiam, revocabat,* vetus operis ac laboris, *& eo immitior quia toleraverat.* J. Waſſe.

2 *Pudore magis quam malo.*] Terent. Adelph. *Pudore liberos retinere ſatius eſſe credo quam metu. Nam* malo *coactus qui ſuum officium facit, &c.* Apulejus Florid. II. *Nullo niſi tuo anno ad coercenda peccata plus* pudor *quam timor valuit.* Supra: *Exercitum ſupplicio cogere.* Ciacconius.

3 *Quod multi per ambitionem fieri ajebant, pars, quod a pueritia.*] Hic locus egregie corruptus eſt. Commentatores verum ſenſum magis ſomniarunt, quam explicuerunt. Badius tamen *propius* vero eſt. Sed notandum Salluſtium duas opiniones de Mario judicantium adferre; alteram aemulorum, qui id ambitionis gratia a Mario factum interpretabantur: alterum amicorum, qui laudi dabant hoc in Mario, optimaeque educationi adſcribebant. Caeterum auctor ſuum judicium non interponit. Hoc tamen dicere videtur: utcunque id interpretemur, Certe hoc Marii pudore, quo de retulit, reſpubl. non minus quam ſaeviſſimo aliorum imperio, bene atque decore geſta eſt. Item illud *niſi,* quod quidam habent codices, forte tollendum eſt. *Glar.* Sic eleganter locum reſtitui ex membranis Bongarſianis adſtipulante Pal. tert. duplex enim opinio hujus facti, quae una tantum in vulgatis, quibus erat, *fieri ajebant quod a pueritia.* Grut. *per ambitionem:* id vero ſimile; nam certum eſt eoſdem labores non eſſe aeque graves Imp. & militi. *Xenoph. Cyrop.* I. Τῶν ὁμοίων (σωμάτων οἱ αὐτοὶ πόνοι οὐχ ὁμοίως ἅπτονται) ἄρχοντός τε ἀνδρὸς καὶ ἰδιώτου. ἀλλ' ἐπικουφίζει τι ἡ ΤΙΜΗ᾿ τοὺς πόνους τῷ Ἄρχοντι. *J.W.*

4 *Conſuetam duritiam.*] *Durus* pro laborum patiente. *induratus.* qui ad omnem miſeriam occaluit. Plaut. Aſin. *Nec quiſquam eſt tam* ingenio duro, *nec tam firmo pectore, Quin ubi quicquam occaſionis ſit, ſibi faciat bene.* Capitolin. de Antonino Philoſ. *Sane quia* durus *videbatur ex Philoſophiae inſtitutione Marcus* ad militiae labores *atque ad omnem vitam, graviter carpebatur.* Tertullian.

alia,

alia, [1] quae ceteri miſerias vocant, voluptati habuiſſet. [2] Niſi tamen Reſpub. pariter, ac [3] ſaeviſſumo imperio, bene, atque decore geſta.

CVI. Igitur quarto denique die, haud longe ab oppido Cirta undique ſimul [4] ſpeculatores citi ſeſe oſten-

Scap. cap. 1. *Sunt qui exiſtimant Chriſtianos, expeditum morti genus, ad hanc obſtinationem* abdicatione voluptatum erudiri, *quo facilius vitam contemnant, amputatis quaſi retinaculis ejus.* Inde, *duri agreſtes* apud Virg. *Terent. Adelph.* v, 4. *Vitam* duram, *quam vixi uſque adhuc.* alio ſenſu *Ciceroni* in Orat. pro Arch. dicitur Marius, *ad ſtudia literarum* durior. *duro* opponitur *mollis*, quemadmodum inter ſe, σκληρὸς & μαλακὸς apud Graecos. *J. Waſſe.*

1 *Quae caeteri miſerias vocant.*] Sic *Tacitus* Hiſtoriarum IV. *Virgulta poſtremo & ſtirpes, & internatas ſaxis herbas vellentes,* miſeriarumque, *patientiaeque documenta fuere.* Alio ſenſu dixit ſupra *Capſenſium miſerias.* Ciacconius.

2 *Niſi tamen Reipublicae.*] Ordo & ſenſus pendet a ſuperiori. Multi enim dicebant, imperatorem labores ſubire & duriſſima ſuſtinere propter ambitionem: ſed ego neſcio, utrum hoc fecerit propter ambitionem; niſi quod hoc ſolum ſcio, illum ita utiliorem fuiſſe Romanae reipublicae, mitem ſcilicet & manſuetum, ſed laboris patientiſſimum ſe praebendo, quam ſi crudelem & ſaeviſſimum ſe praebuiſſet in imperio. Codices in pergamenis deſcripti *omnia* non habent, & ſenſus ipſe reſpuit atque repudiat. Nam illud *geſta* ad id quod paulo ante praecedit, nempe *Reſp.* ſpectat: ubi tamen exemplar Venetum, Baſileenſe, alia pleraque *Reipublicae.* Quae res credo anſam errori praebuit, quaſi omnia ſint a Mario bene atque decore ad utilitatem *Reip. geſta.* Rivius. Sic MSS. meliores a principe manu. viliores enim, *mihi tamen Reſp.* vel adhuc pejus, *mihi tamen videtur Reſp.* ſunt etiam in quibus eſt, *niſi tamen Reſp. pariter, &c.* Grut. Adi *Cl. Gronovium* ad *Livium* VIII, 31. *Volupt. habuiſſet imperio bene atque d. geſta,* caetera in marg. tantum exhibet. γ, ſed a manu prima. &, *niſi tamen & R.* λ. primo habuit *niſi tamen,* dein factum, *niſi tamen pro ſe.* Seneca Controv. II, 14. *duxit uxorem, filium ſuſtulit, ad aetatem perduxit, jam ſenex factus eſt: niſi* quod *ſibi nondum videtur.* i. e. *excepto. praeterquam quod.* Cic. Epiſt. XII, 73. *De re nihil poſſum judicare,* niſi illud *mihi perſuadeo.* Terent. *Quo pacto, aut unde haec hic reſcivit?* D. Neſcio, niſi me *dixiſſe nemini, id certum ſcio.* confer *Plaut. Pſeud.* I, I, 105. R. *n. t. quod.* J. W.

3 *Saeviſſimo imp.*] Id eſt, *duro.* S. Severus Hiſt. Sac. I, XXXV. *Rurſumque ob peccata Madianitis traditi,* duro imperio *habebantur.* ſequitur, *quamquam haec in* Typum *Eccleſiae* forma *praemiſſa ſit* [*Debbora*] *cujus auxilio captivitas depulſa.* delendum *forma*, quod librarius voci *Typus* adſcripſerat expoſitionis gratia. *J. Waſſe.*

4 *Speculatores citi.*] Eleganter *Plautus Amphit.* I, I. *Illico equites jubet dextera inducere.* Equites *parent* citi. &, v, I. *Poſtquam pueros conſpicati, pergunt ad cunas* citi. Nec abeunt Graeci: *Agathias Scholaſticus* Anthol. II. p. 259. Πάντων δ' ἐκδιδόντων ΘΟΑΙ' ΦΡΕ'ΝΕΣ. Ad hanc formam *Sueton.* in Tiberio. 33. *Et ſi quem reorum elabi gratia, rumor eſſet,* ſubitus aderat. & Tito V. *Romam contendit* expeditiſſimus. *Tacit.* Hiſt. III, 47. *Trapezuntem* ſubitus irrupit. *Caeſar* B.G. I, 16. *Qui creatur* annuus. ſequitur *Ammianus* p. 201, 7. *Sulpicius* Vita Martini XIV. *opus coeptum devotum impleret.* Membranae Veterrimae Aul. Trin. apud Cantab. *devotus.* recte, Ep. III. *Munia tua* devotus *implebo, ſub*

dunt:

dunt: qua re hoſtis adeſſe intelligitur. [1] Sed quia diverſi redeuntes, alius ab alia parte, atque omnes [illegible] ſignificabant; Conſul incertus, quonam modo a[illegible] ſtrueret, nullo ordine commutato, advorſum o[illegible] paratus, ibidem opperitur. [2] Ita Jugurtham ſpes [illegible] ta, qui copias in quattuor partis diſtribuer[illegible] ex omnibus aeque aliquos ab tergo hoſtibus [illegible] [4] Interim Sulla, quem primum hoſtes attigerant, [illegible] tatus ſuos, turmatim, & quam maxume confer[illegible] [5] ipſe aliique Mauros invadunt: ceteri in lo[illegible] tes, ab jaculis eminus emiſſis corpora teger[illegible] in manus venerant, obtruncare.

ſignis tuis, quod ipſe tu juſſeris, militabo, MS. *quoad.* eadem forma uſus Dial. II. IV. totus *infremuit.* & III, I. anhelans *cucurrit.* Ovid. Met. II. *Juſſa Deae* celeres peragunt. *J. Waſſe.*

1 *Sed quia divorſi.*] Non dubito verum eſſe, quod margini codicis ſui alleverat Bongarſius noſter, gloſſam redolere illa, *alias ab alia parte, atque.* Grut. vocem *quia* Pemb. a ſec. manu habet. *J. W.*

2 *Ita Jugurtham ſpes fruſtrata.*] Hactenus perperam editum, *Igitur Jugurtham*: eſt id quidem in MSS. etiam noſtris, ſed notae poſterioris. nam primae notae alterum habent; aut *Item.* Gruterus.

3 *Ratus ex omnibus.*] Vide ut acceperit verbum, *aeque.* Badius exponit *aeque,* id eſt, *pariformiter.* Ego exponerem, *Aeque venturos,* id eſt, aequali fortitudine reſtituros: ſed judicet lector. *Glarean.* Si conjecturae locus detur (nam codices ita omnes habent) illud adverbium *aeque* transferrem, & ita legerem: *Qui copias in quatuor* aeque *partes diſtribuerat, ratus ex omnibus aliquos ab tergo hoſtibus venturos.* Caſtil. Videtur legendum: *utique.* hoc eſt, minimum, dumtaxat. *Gronov.* λ. aliud quid primo habuit, dein *aeque.* in marg. *i. e. aequaliter.* forte *ex omnibus equitibus* aliquos, ſequitur enim, *Dum eo modo* equites *proeliantur.* infra: *Numida clam cum paucis ad* pedites *convortit.* Oroſius, 60. *millibus* equi-

tum *occurrit.* Bertini[illegible] e queis aliquos. & [illegible] pro, *facile.* Celſus: [illegible] *febris corporiſque* [illegible] *ſic ut devorare* [illegible] nor hoc loco *aeque* [illegible] patur: *Apuleſus.* [illegible] *Canis* adaeque *ven*[illegible] *ferat.* & M. IV, [illegible] adaeque *latrones* [illegible] favet *Tacitus* qui [illegible] tiae memorat An. [illegible] *robore exercitus impar,* [illegible] *plures per globos* [illegible] *& inſidias ſimul* [illegible] *tidem agmina* [illegible] *legatus praefuit;* [illegible] *pars aliqua militis* [illegible] *& ſaepe* a tergo [illegible]

4 *Interim Sulla,* [illegible] debeat expungi vox [illegible] pareat in Bong. [illegible] nent. *Idem.*

5 *Ipſe alii*[illegible] quibuſdam, ſed [illegible] natum eſt. *Rivius.* [illegible] erat in [illegible] legebatur, *ipſeque* [illegible] vulnerat aures; [illegible] nibus Pompon[illegible] tandum prim[illegible] *liique.* Grut. [illegible] tae, Mart. *J.* [illegible]

Digitized by Google

CVII. Dum eo modo equites proeliantur, Bocchus cum peditibus, quos Volux filius ejus adduxerat, [1] neque in priore pugna, in itinere morati, adfuerant, poſtremam Romanorum aciem invadunt. [2] Tum Marius apud primos erat, quod ibi Jugurtha cum plurimis inſtabat. Dein Numida, cognito Bocchi adventu, clam cum paucis ad pedites convertit: ibi Latine, nam apud Numantiam loqui didicerat, exclamat *noſtros fruſtra pugnare: paullo ante Marium ſua manu interfectum*: ſimul gladium ſanguine [3] oblitum oſtendere, quem in pugna, ſatis impigre occiſo pedite noſtro, cruentaverat. Quod ubi milites accepere, magis atrocitate rei, quam fide nuncii, terrentur: ſimulque barbari animos tollere, & in perculſos Romanos acrius incedere. [4] Jamque paul-

1 *Neque in priori pugna.*] Non poteſt diſplicere quod eſt in Palat. quinto a manu prima, in primo a ſecunda, *pugna, itinere morati*; niſi malimus *remorati*, ut habet Palatin. tert. velitque non veniſſe tempori, ob itineris difficultatem. *Grut.* [illegible] intra lineas & a manu mala Pemb. *J. Waſſe.*

2 *Tum Marius, &c.*] Bella emendatio, ſuppeditabatque Pal. tert. nam plerique quidem habebant prius *erat*, ſed non ultimum *inſtabat*; repetierant vocem *erat* antea editi, *tum Marius apud primos agebat quod ibi Jugurtha cum plurimis erat.* quomodo tantum MSS. aevo poſteriores. *Grut.* pro *agebat* Bodl. γ λ. Reg. in Textu, Arond. *erat.* Venetae, *inſtabat.* J. Waſſe.

3 *Oblitum oſtendere.*] Priſcianus *oblitum oſtentans* refert, quod magis Salluſtianum, cui oppido quam familiare verbis iterativis uti. *Putſchius.* Ita MSS. Pall. omnes, non *oſtendens*, aut *oſtentans*, quod noſtro aevo invectum editionibus. *Grut.* *oſtendere* Oxon. Venetae Mart. caeterique omnes. Priſcian. 889. *oſtentans.* ſed adducit gratia ꝟ *oblitum.* Memorat hoc facinus Lib. II. Cap. IV. Frontinus: *In primam aciem* procurrit, *& occiſum a ſe Marium*, tum Latine *clare praedicavit.* Voces *tum latine*, mihi olim ſuſpectae, nam Latinae linguae uſum Jugurtham ſibi comparaſſe ſuperius dixerat. Et ſane illas prorſus reſpuunt tres quos inſpexi codices. Loco *procurrit*, Petrenſis & B. Pub. *procucurrit.* & ita ſaepe Livius, *Caeſar*, alii. uti &, *decucurrere.* apud *Liv.* XII, 24. Caeterum in ſiniſtro latere, abſente Mario, res geſta eſt. *Livius* I, 27. *Terror ad hoſtes tranſit, & audiverant* clara voce dictum: *& magna pars Fidenatium, ut quia coloni additi Romani eſſent*, Latine ſciebant. confer XXVI, 6. Huc reſpexit *Tacitus* II. An. X. *Minitabundus proeliumque denuncians, nam pleraque* Latino ſermone interjaciebat, *ut qui Rom. in caſtris ductor popularium meruiſſet.* infra, *magis atrocitate*, &c. Tacit. I. XI. *Plus in oratione tali dignitatis quam fidei erat.* J. Waſſe.

4 *Jamque paullo a fuga aberant.*] Manuſcripta, *jamque paullum, &c.* in aliis, *paullulum.* cum manuſcriptis facit Badianum. *Rivius.* Praepoſitio adfuit quidem initio Naz. ſed ſtatim expuncta, & videri a librario inde colligas, quod habent Pall. ſept. *ex fuga.* Grut. infra: *acrius incedere* Reg. & Bad. *intendere.* Re-

lum a ſuga aberant, cum Sulla, [1] profligatis iis, quos advorſum ierat, rediens ab latere Mauris incurrit. Bocchus ſtatim avertitur. At Jugurtha, dum ſuſtentare ſuos, & prope jam adeptam victoriam retinere cupit, circumventus ab equitibus [2] dextra, [3] ſiniſtra, omnibus occiſis, ſolus [4] inter tela hoſtium vitabundus erumpit. Atque interim Marius, [5] fugatis equitibus, accurrit auxilio ſuis, quos pelli jam acceperat. Denique hoſtes jam undiq; fuſi.

CVIII. Tum ſpectaculum horribile in [6] campis patentibus; ſequi, fugere; occidi, capi; equi, atque viri

manos abeſt Venetis, L 2. Bad. caeteri tenent. *J. Waſſe.*

1 *Profligatis iis quos.*] *His quos*, ſic λ. γ. Pemb. Bodl. *qui.* certe aliquid monſtri alunt. forte legendum, *p. quos.* Q. Septimius II, 3. *fugatis* quos *adverſum ierat.* & Cap. V. *militiam* Priamum adverſum *recuſare.* J. Waſſe.

2 *Dextra & ſiniſtra omnibus occiſis.*] Manuſcripta, omiſſa illa copula *&*, *dextra, ſiniſtra*; quod, opinor, Salluſtianum magis. Tali aſyndeto Livius quoque, *Terra, mari trepidatur,* inquit. Sic in Catil. Salluſtius, *Rapi virgines, pueros.* Ibidem, *Caedem, incendia fieri.* In Jugurtha, *Ipſe acer, bellicoſus.* Rurſus. *Urbes, agros vaſtare.* &, *Ut omnes labores, pericula conſueta habeam.* Rivius. Ita legendum apud *Vitruvium* I, 5. quem ad Codicem Arondelianum olim emendavimus & X, 4. V, 6. & alibi. tamen admittit copulam. I, I. I, 4. V, I. V, 8. infra: *omnibus occiſis.* illud *occiſis* a ſec. manu & ad oram exhibet Pemb. *J. Waſſe.*

3 *Dextra ſiniſtraque.*] Si de equitibus Romanis loquitur, diſtinguendum poſt verbum *equitibus*, ſin de Jugurthae loquitur equitibus, pro *ab* praepoſitione legendum, *&*: quod miror in Aldino codice neglectum. *Glareanus.*

4 *Inter tela hoſtium vitabundus erumpit.*] Salluſt. Hiſtor. Lib. III. *Inter molem atque inſulam mari* vitabundus *claſſem hoſtium ad oppidum pervenit.* Agellius Lib. II. Cap. 15. *Ciacconius.*

5 *Fugatis equitibus, accurrit auxilio.*] Antiqui quidam om. *fugatis.* C. Popma. Scripti; *fatigatis equitibus.* optime. quod forte reponendum. non enim jam fugabantur Romani, ſed paululum a fuga aberant. *Putſchius.* Eſt in Pal. pr. *fugatis.* unde factum putem, ut in nonnullis membranis, inveniatur *fatigatis*: male. loquitur enim de Numidis, non de Romanis: quod vel ſatis indicat membrum ſequens, *adcurrit auxilio ſuis.* Gruterus.

6 *Campis patentibus.*] Locum aemulatur *Tacitus* in Ag. XXXVII. *Tum vero* patentibus *locis grande & atrox ſpectaculum: ſequi, vulnerare, capere, atque eoſdem, oblatis aliis, trucidare,* &c. *Paſſim arma & corpora, & laceri artus, & cruenta humus.* Ecce iterum Frontinus *Omnia autem vereri ſi ſe in* patentes campos *projeciſſent.* ibi editi: *Eiſque (ſepiis) triduo antequam Parthus adveniret, receptis, acie commiſſa, vicit* Parthos *& interfecit.* ut taceam inſulſam repetitionem, quis unquam *interficere Parthos,* hoc eſt, exercitum, dixerit? Legendum ergo cum MSS. noſtris pro *Parthos, Pacorum.* Firmat *Plutarchus* Anton. pag. 931. Ἐν τῇ [illegible] νίκῃ τρέπει, καὶ διαφθείρει [illegible] ἐν πρώτοις Πακόρου πεσόντος. infra, *concidere* λ. in textu *occidere* in marg. a manu ſec. *occadere*, quod mihi & meo animo ſe probat. & ſane Pemb. aliud quid initio habuit, denuo factum a manu recenti, *concidere.* ſic Noſter, *occanuere.* &. *Tacitus* l. II. *Tum ſenſinus* obcanere *cornua.* Vide

adflicti:

adflicti: ac multi, vulneribus acceptis, neque fugere poſſe, neque quietem pati; niti modo, ac ſtatim concidere: poſtremo ¹omnia, qua viſus erat, conſtrata te-

G. Voſſium de Analog. Lib. IV pag. 105. verum *cocanere* numquam alias legi. *Plautus* quidem Caſin. habet *occaſere.* Satin' *propter te pereo atque* occaſo? *J. Waſſe.*

1 *Omnia qua viſus erat, conſtrata te-lis.*] Tacit. Annal. II. *Conſtrata equorum virorumque corporibus littora.* Ciacconius. Hoc eſt juxta *Soldum*, omnia loca quae videri poterant. juxta *Badium*, per eam regionem qua proſpectus videntium erat. *Viſus* ἐμασιῶν cum pro αἰσθητήριον, tum pro αἰσθητικὴ δύναμις auctoribus venire ſolet; ideoque & viſionis organum ſive id quod videt, ejuſque objectum ſive id quod videtur: adhoc, videndi actum & obtuitus potentiam, ut loquitur *Quinctilianus*, in ſe comprehendit. Hunc ſenſum e veteribus alii, radiis emiſſititiis qui ad objectorum ſuperficiem pertinentes manuum vicem obtinerent, exiſtimarunt. Quidam autem diverſi, ad rerum imagines ad aerem intentum & jubare ſolis iſtum nonnulli confugere malebant. unde oculos, quia ſolem tranſmittant, ἡλίου πύλας vocaſſe Pythagoram puto. Hinc accidit, ut, pro varia cujuſque Hypotheſi, ſignificatu alius alio vocem *viſus* uſurparit, & contraria de eo affirmarit. v. g. duci, moveri, dirigi, tranſmitti, flecti, ſpargi, obliquari; item, ſequi viſu, metiri, contrectare, comprendere, etiam cingere, ut apud *Rutilium* I, 90. Et, quo poetis aequiores ſimus, graviſſimi prorſae orationis ſcriptores ita crude hac de re locuti ſunt, ut crederes putaſſe lineam viſus ex nimio labore quandoque deficere. *Joſephus* B. Jud. III, 7. Ὡς τὴν κατιδεῖν κεκμηκέναι τὰς ὄψεις ΠΡΟΕΞΑΝΑΣΘΕΝΕΙΝ τὸ βάθος. Liv. I, 10. *Quo longiſſime* conſpectum *oculi* ferebant. Poſt hoſce, tales *viros*, non nimis audacter Statius: *ut* oculos longo *querar* aere vinci. Ex eodem erroris fonte Homerica illa ὀφθαλμῶν, atque ac ἀλίου, βολαί. *Xenophontis* in Cyneg. σὺν τῇ προσβολῇ ταῖς αὐγαῖς, aliaque plurima quae videndi actum, non ab objecto luce veſtito, ſed ab ipſis oculis auſpicari ſuadeant. Valerius: *qui* rumpere *terras*, *Et Styga* tranſmiſſo *tacitam* deprendere viſu. Ovid. *Ut tamen iratos* in te defixit *ocellos*; quomodo locutus in Philippicis *Marcus*. ſi ergo viſus heic pro viſione, oculiſve ponitur, tum ſubintelligi debet, *ductus*, *emiſſus*, aut quid ſimile, quo motus exprimatur, ut apud *Cenſorin.* VIII, p. 43. & *Vitruvium* III, 3. *linea* qua viſus pertendit. *Cenſorin.* & VIII, 1. v. *excelſius* errat. *Plin.* Nat. Hiſt. XXXVII, 5. *viſum* admittentes & alibi, *ut v.* colligant. quis enim, *omnia qua oculi erant*, vel *qua viſio erat*, abſolute pro, *qua patuit proſpectus* dicere unquam auſus fuerit? certe nullo per totum Latium exemplo dici aſſeverare auſim, hoc quidem ſenſu, *qua viſus erat.* Quare alia comminiſcamur. *Q. Septimius*, noſtri imitator, ab hodierna lectione recedit III, 15. *Ita, curru concito per campum: qua maxime* viſi poterat, *pervolat.* IV. omnia *circum Trojam*, *& ultra*, quae viſi *poterat.* legiſſe eum probabile eſt, *omnia quae viſi poterant*; unde vitii arguitur locus. Cogitaram aliquando, *qua viſus ferat*, ut *Livius* in loco modo citato. deinde, *omnia quaquaverſus*, *erant conſtrata.* Nunc repono *qua vicis erat*; quod verbum imperitos librarios torſerat. Noſter VI, 27. vices *ſignificant pugnam, quia per viciſſitudinem pugnabatur.* Virg. *Vitaviſſe* vices *Danaum.* ſi non placeo, reliquum eſt ut eruditus lector, id quod duriuſculum praecedente voce *ſpectaculo*, viſus, pro id quod videtur, accipiat. Quomodo Graeci ὄψις, ὄμμα, θέαμα frequenter. Virgil. *Haud ſecus Androgeos* viſu tremefactus *abibat.* Tacitus An. V, 15. *Vologeſes armis & corporibus caeſorum aggregatis, quo cladem noſtram teſtaretur*, viſu

lis, armis, cadaveribus; & inter ea [1] humus infecta ſanguine. Poſtea loci Conſul, haud dubie jam victor, pervenit in oppidum Cirtam, quo initio [2] profectus intenderat. Eo poſt diem quinctum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati a Boccho veniunt; qui regis verbis ab Mario petivere, *duos quam fidiſſumos ad eum mitteret: velle de ſuo, & de populi R. commodo cum iis diſſerere.* Ille ſtatim L. Sullam, & A. Manlium ire jubet. Qui quamquam acciti ibant; tamen placuit verba apud regem [3] facere; uti ingenium aut [4] averſum flecterent; aut cupidum pacis vehementius accenderent. Itaque Sulla, [5] cujus facundiae, non aetati, a Manlio conceſſum, pauca verba hujuſcemodi locutus.

CIX. *Rex Bocche,* [6] *magna nobis laetitia eſt, cum* [7] *te talem virum dii monuere, uti aliquando pacem,*

fugientium legionum abſtinuit. voces, *& inter ea h. i. ſ.* omittit Arond. *concidere* ex ſec. manu correctrice Pemb. *J. W.*

1 *Humus infecta ſanguine.*] Xenophon in lib. de Ageſilao: ἐπεὶ δ᾽ ἔληξεν ἡ μάχη, παρῆν δὴ θεάσασθαι ἔνθα συνέπεσον ἀλλήλοις, τὴν μὲν γῆν αἵματι πεφυρμένην, νεκροὺς δὲ κειμένους φιλίους καὶ πολεμίους μετ᾽ ἀλλήλων, ἀσπίδας δὲ διατεθρυμμένας, *&c.* Qui locus etiam ad Catilinae proelium pertinet cap. 61. Victor. XXVII. cap. 10. *Ciacconius.*

2 *Profectus intenderat.*] *Proficiſci* interdum eſt diſcedere, & incipere iter facere. *Livius* Dec. IV. lib. V. *Quintius, quo* profectus erat, *Demetriadem contendit.* Plautus Aulular. *Nunc, quo* profectus ſum, *ibo.* Caſtilioneus.

3 *Facere uti ingenium, &c.*] Sic quidem MSS. aetatis mediae, aut quidem, *facere, ingenium averſum flecterent,* ſeniculi namque, Naz quidem a calamo alieno *facere ingenium, aut averſum flecterent aut* &c. videtur quidem fuiſſe prius, *facerent ingenium,* Pal. ſec. initio habuit *facere ingenium aut averſum flecterent aut,* ſed mox eraſa litera, factumq; *ingenium ut averſum,* quae lectio mini me diſplicet, niſi aliter labes inhaeſit verbis auctoris, quod vereor Carrio publicavit, *facere ingenium averſum ut flecterent, aut cupidum.* Gruterus.

4 *Adverſum.*] Manuſcripta, *Aut averſum uti flecterent:* pro, a Romanis alienatum. Ita Cicero ad Atticum: *Qui* averſiſſimo *a me animo Patris fuit.* pro maxime alieno. *Rivius.*

5 *Cujus facundiae, non aetati conceſſum eſt.*] Τὸ *eſt,* non reperitur in manuſcriptis. ſic paullo poſt, *viſum:* ubi hodie fere *viſum eſt.* Idem.

6 *Magna nobis laetitia eſt.*] Haec ſeries verborum eſt in manuſcriptis & impreſſis vetuſtioribus. *Idem.*

7 *Te talem. v. dii monuere.*] En animum & mentem *cum qua.* dii *nocte* loquantur! ſed ita eſt antiquorum ingenium, nulla actio tam demiſſa & ſervilis, quin deum fateatur auctorem, ne tantilla quidem a priore ſententia receſſio, cui non adhibeatur θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. *adeo* minimis *etiam* rebus, ut verbis utar Livii, prava *religio inſerit* Deos. *dii monuere* inquit, *uti malles;* Scilicet is ſuperis liber. *Homerus* Odyſſ. I. Αὐτὰρ νῦν καὶ ἐγὼ μαντεύσομαι ὡς ΕΝΙ ΘΥΜΩι ΑΘΑΝΑΤΟΙ ΒΑΛΛΟΥΣΙ. & II. Ὄφρ᾽ [illegible]

quam

Digitized by Google

quam bellum, malles; [1] *neu te optumum cum peſſumo om-*

τοῖον ἔχει ΝΟ΄ΟΝ ὍΝΤΙΝΑ οἱ νῦν Ἐν στήθεσσι ΤΙΘΕΙ͂ΣΙ ΘΕΟΙ΄. etiam: ἄλλα μὲν αὐτὸς ἘΝΙ΄ φρεσὶ σῇσι νοήσεις Ἄλλα δὲ καὶ ΔΑΙ΄ΜΩΝ ὙΠΟΘΗ΄ΣΕΤΑΙ. Il. XIII, 55. Σφῶϊν δ' ὧδε ΘΕΩ΄Ν ΤΙΣ ἐνὶ ΦΡΕΣΙ΄ ΠΟΙΗ΄ΣΕΙΕΝ Αὐτώ θ' ἑστάμεναι κρατερῶς, καὶ ἀνωγέμεν ἄλλους. Et θ'. 217. Εἰ μὴ ἐπὶ ΦΡΕΣΙ΄ ΘΗ͂Κ' Ἀγαμέμνονι πότνια Ἥρη &c. θοῶς ὀτρῦναι Ἀχαιούς. *Polyb.* p. 1436. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ ταύτην ΠΑΡΕΣΤΗ΄ΣΑΝΤΟ τὴν ἜΝΝΟΙΑΝ, ὅτι, &c. *Liv.* III, 17. *Romule pater,* tu mentem tuam, *qua quondam arcem ab his iiſdem Sabinis auro captam recepiſti,* da ſtirpi tuae. & VI, 18. Dii *prohibebunt haec: ſed nunquam propter me de coelo deſcendent.* vobis dent mentem, *ut prohibeatis.* Confer etiam XXX, 29. XXXVIII, 15. *Cicero* Catil. III. *Diis ego* Im. ducibus hanc mentem *Quirites* voluntatemque ſuſcepi *liberandae Reip. maximis periculis.* Propius ad formulam Salluſtianam *Pacuvius.* Dii monerint *meliora, amentiam averruncaſſint.* Horat. Serm. II, 7. *Fortunam & mores antiquae plebis: & idem Siquis ad illa* Deus ſubito te agat, *usque recuſes.* v. *Virg.* Aen. I, 305. Sed neque heic ſtetit inſania, ſed & probra ſua diis adſcribunt. Agamemnon apud *Homerum.* ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι. Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα, καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννύς, Οἵ τέ μοι εἰν ἀγορῇ ΦΡΕΣΙ΄Ν ἜΜΒΑΛΟΝ ἄγριον ἌΤΗΝ. Plautus Aul. IV, 10. Deus *mihi* impulſor fuit, *is me ad illam illexit.* Virg. *Non tibi* Tyndaridis *facies inviſa Lacaenae, Culpatusve Paris, verum* inclementia divum Has evertit opes. *Euripides* Androm. Μὴ σοῦ γε χωλάσω, τὴν ΝΟ΄ΣΟΝ τὴν ΤΩ΄Ν ΘΕΩ΄Ν Προσθεὶς ἐμοὶ κλύοντος μοι. eorumque invidentiam execrantur. *Virg.* nimium *vobis Romana propago* Viſa potens ſuperi, *propria haec ſi dona fuiſſent.* Quintilianus cap. CVI. *Nam haec maxime verſatur* deorum iniquitas, *quod deteriores ſunt incolumiores, neque* optimum *quemquam inter nos* ſinunt diurnare. Vide tamen contra diſputantes Philoſ. apud *Euſeb.* Praep. VI. pag. 250. *Simplic.* ad Epict. XXXIV. *Platonem* paſſim. *J. W.*

1 *Neu te optimum.*] Naz. neu te *primum;* quod aliquis tueri poſſet, niſi uno tantum ſuſtineretur codicis fide. *Gruter.* λ. *primum* ad oram ſervat, & pro Var. Lect. *optimum.* ita legendum. Horat. Ep. II. *Viribus, ingenio, ſpecie, virtute, loco, re Extremi* primorum *extremis uſque priores.* Terent. *qui eſſe ſe* primos *omnium rerum volunt.* &, primam *dices, ſcio, ſi videris.* Cicero VI. Verrin. *A Liſone vero Lilybitano,* primo homine, *apud quem diverſatus es.* Noſter: *quae* prima *mortales putant.* Seneca de Tranquil. primam frontem *deſiderant.* Propert. I, 7. *Atque, ita ſim felix,* primo *contendis* Homero. Apulejus Flor. II. *roſtri* prima duritia. Quo ſignificatu apud *Thucydidem* πρῶτος. VI. νομίσαντες, εἰ αὐτὸν ἐξελάσειαν ΠΡΩ΄ΤΟΙ ἂν εἶναι & alibi. ἄνδρες ὑμῶν οἱ ΠΡΩ΄ΤΟΙ καὶ ΧΡΗ΄ΜΑΣΙ καὶ ΓΕ΄ΝΕΙ. Hinc pro *ingenti.* Statius Theb. II, 262. *In regem converſi omnes* formidine prima. niſi legendum ſit *primo;* verum Codd. B. Pub. Ar. Joannenſ. nihil movent. etiam pro ſuperficie, quae loco prima eſt. *Lucan.* VIII, 305. Vulnera parva *nocent, fatumque in ſanguine ſummo eſt.* Codd. B. Pub. & Cajenſis *Vulnera prima.* contra autem caeteri & editio princeps Rom. 1469. *prima vulnera,* ut *ſummus ſanguis, &c.* ejus contrarium altum. i. e. alte adactum. primum vulnus quod primore parte ferri infligitur. *Cicero:* primis labris *guſtare.* Valer. Flaccus VIII, 44. primis *ſupplex dedit oſcula* palmis. Auctor ipſe VIII, 590. prima *pendet tamen anxia* puppe. *Statius* Theb. X, 928. primae *fugere in nubila* criſtae. IX, 628. *nemoriſque notae ſub* pectore primo *Jactantur, niveo lunata monilia dente.* 745. *Extremo galeae* primoque *in* margine *parmae.* Apulejus Apol. I. primori fronte. *Silius* V, 451. *hirtoque a pectore* primum Mucronem *oſtentat.* Aen. V. *veſtigia* primi *Alba* pedis. quae *Cerdanus* inepte de unico pede dextro, & *Servius* de duobus anterioribus accipit. *Statius*

nium

nium Jugurtha miſcendo commaculares; ſimul nobis demeres acerbam neceſſitudinem, [1]*pariter te errantem, & illum ſceleratiſſumum perſequi. Ad hoc, populo R.* [2]*jam a principio inopi, melius viſum, amicos, quam ſervos, quaerere; tutiuſque rati, volentibus, quam coactis, imperitare. Tibi vero nulla opportunior amicitia noſtra: primum quod procul abſumus;* [3]*in quo offenſae minimum, gratia par, ac ſi* [4]*prope adeſſemus: dein,* [5]*quod parentes*

Sylv. v. I. ſed alio ſenſu. *ſed cum plaga recens, & adhuc in* vulnere primo *Nigra domus quaeſtu.* infra; *nobis demeres,* Ita noſtri, Nazar. vero *dempſerat;* emendatumque deinde *dempſeras.* infra: *amicos quam ſervos,* &c. Liv. XXVI, 49. *Veniſſe eos in P. R. poteſtatem, qui* beneficio quam metu *homines obligare malit: exteraſque gentes fide* ac ſocietate junctas *habere, quam triſti* ſubjectas ſervitio. confer XXXIX, 25. *J. Waſſe.*

1 *Pariter & te errantem.*] In recentioribus eſt alterum *&* omiſſum, contra & veterum codicum fidem, & orationis elegantiam. Porro *neceſſitudinem* Salluſtius, ut ante ipſum alii quoque, pro *neceſſitate* poſuit. hoc enim dicit, ne Romanis neceſſitatem imponeres utrumque perſequendi: ſeu, ne invitos cogeres Romanos perſequi & te & Jugurtham: nam infinitivus ille *perſequi,* pro gerundio ponitur, Graeco more. Sic & Terent. in Hecyra, *Tempus concedere.* & Caeſar, *Conſilium ex urbe profugere* dixit, pro *concedendi & profugiendi.* Sed & Cicero ſaepe eſt hoc ἑλληνισμῷ uſus. *Rivius.* Rivius intulerat copulam *&*, quae etiam in aliquot MSS. notae non bonae. haud item in aliis, neque eſt hercle ornatui; mea quidem pronuntiatione. *Gruterus.*

2 *Jam a principio inopi.*] *Inopi,* non legitur in quibuſdam antiquis libris. & ſane abeſſe poteſt incolumi ſententia. *Manutius.* ſane abeſt Arond. *J. W.* Lectio clara, & ſuſtentata editionibus antiquis, nec non Pal. ſexto, ſeptimo, octavo, cui tamen nebulas adſpergunt MSS. ceteri, nam Naz. *Ad hoc utinam a principio tibi melius viſum amicos, &c.* neque ſecus fuit initio in Pal. ſec. qui tamen deinde reformatus eſt ad lectionem vulgatam. at tertius habet: *Adhoc P. R. jam a principio melius inopi viſum fuit amicos.* quart. *Ad hoc populo Rom. jam a principio melius eſt viſum* &c. quint. *Adhuc populo Rom. inopi a principio melius eſt viſum amicos, &c.* quae ultima ſcriptura non in fatua. ſupervacuum tamen etiam ibidem, illud, *a principio.* Gruterus.

3 *In quo offenſae minimum.*] Perperam codices recentiores, *offenſae minimum eſt.* nam hoc verbum rectius ſubauditur, quam exprimitur. neque enim eſt in manuſcriptis. *Rivius.*

4 *Prope adeſſemus.*] *Eſſemus* [illegible] ſupra *ad,* viſitur. ut opportunior [illegible] amicitia qui a nobis longe poſiti ſunt, ita ob eandem cauſſam infeſtior longe vicinorum inimicitia. *Xenophon* Hiſt. Gr. VI, 610. τὸ γὰρ δυσμενεῖς ὄντας [illegible] καὶ ὁμόρους οἰκοῦντας, ἡγεμόνας, [illegible] Ἑλλήνων, πολὺ οἶμαι χαλεπώτερον [illegible] φανῆναι, ἢ ὁπότε πόῤῥω τῆς [illegible] Paroemiam Salluſtianae ſententiae contrariam omnium [illegible] *Athenaeus* Lib. IV. Ea eſt: [illegible] ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι: Propert. [illegible] *tum oculis, animo tam procul,* [illegible] verum locorum diſtantia non [illegible] ctum quam officia interrumpit. [illegible] ſtot. Nicom. VIII. *J. Waſſe.*

5 *Quod parentes.* Supra [illegible] manis a principio melius viſum [illegible] cos quam ſervos quaerere: nunc [illegible] appellat *parentes* Graecorum more, [illegible] ſubditos ὑπηκόους & *ἀρχομένους* vocare

abunde

abunde habemus; [1]*amicorum, neque nobis, neque cuiquam omnium ſatis fuit.* [2]*Atque hoc utinam a principio tibi placuiſſet! profecto ex P. R. ad hoc tempus multo plura bona accepiſſes, quam mala perpeſſus eſſes. Sed quoniam humanarum rerum fortuna pleraque regit;* [3]*cui ſcilicet placuiſſe & vim, & gratiam noſtram experiri: nunc, quando*

Ergo a parendo deductum. Victorius Lib. IV. Cap. 16. *Ciacconius.*

1 *Amicorum nobis, neque cuiquam.*] Legendum, *neque nobis, neque cuiquam hominum.* geminata videlicet illa particula *neque*, ita uti aſſolet. ſic autem codices habent in pergamenis deſcripti, ne quis conjecturam me ſequi meam putet. in iiſdem *omnium* legitur, non *hominum*. Rivius. In MS. Salluſtii exemplari optimae notae, *hominum* ſcriptum eſſe teſtis eſt Joſephus Scaliger, cum gloſſa ad oram *hominium*. id eſt *hominum*. Et ita notant in Criſpo, *civitatium & locupletium*, Grammatici. ſed vereor ne vox illa nata ſit ex alia huic quam ſimillima *omnium*, & deſcribentium vitio mutata in *hominium*, facili lapſu, & librariis ſolenni. Accidit hoc Corippo Africano Lib. III. de laudibus Juſtini Junioris: *Una in naturis extans perſona duabus, Conſimilis Deitate patris, hominique profuſa.* Vulgo vitioſe legitur *omnique.* At vitioſius illud quod ibidem in ora, *pneumaeque*, quod Editor vult. *Putſchius.* Ita MSS. noſtri omnes, excepto octavo, in quo *hominum*, tantopere placitum Rivio. per me, utrumque abeſſe poterat, [illegible]is ſuis, quas contulit, [illegible]o Bongarſio. *Gruter.* [illegible] de Benef. VI, 29. *Liv.* [illegible] & *J. Waſſe.*

2 *Atque hoc utinam tibi.*] *Hoc* a manu 2. & marg. Pemb. etiam, *tibi* ab eadem manu. poteſt elegantius abeſſe. *J. Waſſe.* *Plura bona, &c.*] Produxi ſcripturam meliorem codd. MSS. & Edd. vett. nam ab incude adhuc recentiore *perpeſſus es*, cui proxime accedit Pal. quart. in quo *perpeſſus eſt.* fere ſuſpicer *accepiſſes* eſſe a librario non a Salluſtio, dicebant enim antiqui *pati bonum, pati malum.* Gruterus.

3 *Cui ſcilicet placuit & vim.*] Scriptus unus: *cui ſcilicet prius vim quam gratiam noſtram experiri placuit.* quo facit conjectura domini Bongarſii ſupra legentis: *quam mala perpeſſus es.* In cujus codice paulo poſt: *Multa opportuna habes* omiſſo *atque* legitur. *Putſchius.* Donat. ad Hecyr. V, 1. *Salluſtius* ad Jugurtham, *Nam vim magis* quam benevolentiam *ejus experiri mallem.* infra, *quam miſericordiam.* *Siculus Flaccus* pag. 1. *Quidam* experti virtutem *eorum, ſervaverunt pacem.* *Plutarchus* in Craſſo pag. 562. τῆς μὲν ἀνδρείας καὶ δυνάμεως ἀκηκοότες πεπειραμένοι] βασιλέως, πειράσασθαι δ' αὐτοῖς ἐ φιλοφροσύνην ἔχων ἐπιδείκνυται, σπενδόμενος ἀπιοῦσι καὶ παρέχων σώζεσθαι. ibi omnino legendum ἐχών pro, ἔχων. Nec aliter *Appianus.* ſequitur *Hegeſippus* I, 25. *ſed ſi navare aliqua tentarent, vindicandi animum ſibi non defuturum,* Romanorumque amicitiam *potius quam* dominationem experirentur. Codd. noſtri, [illegible], *novare.* Terentius Hec. V, 1. *Verum te hoc moneo unum,* qualis ſim amicus, aut quid poſſem, Potius quam *inimicus*, periculum facias. vide *Livium* XLV, 8. *J. W.* Fabricianum, Venetum, alia pleraque, *cui ſcilicet placuit.* quamquam autem apud Terentium legatur, *complacita eſt*, tamen haud ſcio, an *complacuit* apud illos primae notae ſcriptores invenias. *Rivius.* confer *Q. Septim.* II, 50. *Albinovan.* Eleg. V, 54. *Caeſ.* B. Civ. III, 73. *J. Waſſe.* Gruterus *placuiſſe* nullo apice minus in MS. inveniri ait, & ſolere *ſcilicet* infinitivo conjungi. Recte: ſed praeterea ut conſtet oratio, lege: *cui ſcilicet placuiſſe, & vim & gratiam noſtram*

per

Digitized by Google

per illam licet, feſtina; atque, uti coepiſti, perge. [1] *Multa, atque opportuna habes, quo facilius errata officiis ſuperes. Poſtremo hoc in pectus tuum dimitte, numquam P. R. beneficiis victum eſſe.* [2] *Nam, bello quid valeat, tute ſcis.*

CX. Ad ea Bocchus placide, & benigne; ſimul pauca pro delicto ſuo verba facit: [3] *ſe non hoſtili animo, ſed ob regnum tutandum arma cepiſſe: nam Numidiae partem,* [4] *unde vi Jugurtham expulerit,* [5] *jure belli ſuam factam, eam vaſtari a Mario, pati nequiviſſe: praeterea, miſſis antea Romam legatis, repulſum ab amicitia: ceterum vetera omittere, ac tum, ſi per Marium liceret, legatos ad Senatum miſſurum.* Dein, copia facta, animus barbari ab amicis flexus, quos Jugurtha, cognita legatione Sullae, & Manlii, metuens id quod parabatur, do-

experirere. Gronovius. *Cui ſcil. placuiſſe, &c.*] Sic nullo apice minus Pal. pr. niſi quod deſtituatur priore &. perperam hactenus editur, *cui ſcil. placuit & vim & gratiam noſtram te experiri.* at vel pueris notum *ſcilicet* conjungi infinitivo. *Grut.* *Nunc quando, &c.*] Pall. aliquot *nunc quoniam, &c.* tert. nec hoc nec illud agnoſcit ſcribiturque ſolum inter lineas *quandoquidem.* Idem.

1 *Multa atque op.*] MSS. fere omnes excluſere copulam *atque*, neque eſt etiam in Bong. *Grut.* nec in L 2. L 3. γ. λ. Venetis. infra: L 2. *haec* caeteri *hoc.* ſententia autem pars tituli eſt quem ſuo ſepulchro inſcribi juſſit Sylla. Ὡς οὔτε τῶν φίλων τὶς αὐτὸν εὖ ποιῶν, οὔτε τῶν ἐχθρῶν κακῶς, ὑπερβάλλετο. vide *Plutarchum* pag. 475. Clearchus apud *Xenoph.* de Exped. C. 11, 280. Ἐὰν μέν τις ἡμᾶς εὖ ποιῶν ὑπάρχῃ, ἐν τούτῳ οἷς γε δυνάμεθα οὐχ ἡττηθησόμεθα εὖ ποιοῦντες. *Cicero* pro Plancio: *committere ut* beneficio *non dicam indignus, ſed* victus *eſſe fateare.* Scipio de ſuis aeque magnifice, apud *Livium* xxv, 50. *Nec ullum in terris populum hodie dici poſſe, quem minus tibi* hoſtem *tuiſque eſſe velis, aut* amicum malis. & de Scipione Allucius: *veniſſe diis ſimillimum juvenem;* vincentem omnia, *cum* armis, *tum* benignitate *ac* beneficiis. *J. Waſſe.*

2 *Nam bello quid valeat, tute ſcis.*] In pleriſque ſed impreſſis, *quam valeat*, pro *quantum valeat & poſſit.* ſed lectio prior mihi non ſane minus quam poſterior arridet: aut etiam multo magis, ut verum dicam. Ita Cicero, *Ignari quid virtus valeret.* Idem, *Hoc verbum quid valeat, non vides.* ſed nec ſecus manuſcripta. *Rivius.* L 2, 3. *quam.* J. Waſſe.

3 *Se non hoſtili, &c.*] Naz. non adeſt vocula *ob* ut forte fuerit initio, *ſed regnum tutandi* aut ſane *ſed regnum tutando*, nam aperte Pal. tert. *ſed ob regnum tutando*, at quart. *ſed ad regnum*, ſive *tutandum.* quemodo item Pal. oct. minime excluſo illo *tutandum.* Gruter. *ab* manu recenti, Pemb. & *regnum tutandum*, ita ſine praepoſ. λ. Reg. recte ergo. *J. W.*

4 *Unde vi Jug.*] Sic MSS. Pall. meliores, vocula *vi* hactenus vulgati male caruerunt. *Grut.* *vi* Reg. Pemb. *J. Waſſe.* *Eam vaſtari, &c.*] Pal. ſec. *ea vaſtari* Grut. *Miſſis antea R.*] Sic etiam MSS. noſtri, non *ante*, quod item Carrioni diſplicuit. *Gruterus.*

5 *Jure belli ſuam factam.*] Supra, *Jugurtha Boccho pollicetur Numidiae tertiam*

nis

Digitized by Google

nis corruperat. [1] Marius interea, exercitu in [2] hibernaculis compoſito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiſcitur in loca ſola, obſeſſum turrim regiam, quo Jugurtha perfugas omnis praeſidium impoſuerat. [3] Tum rurſus Bocchus *feliciter*, ſeu reputando, [4] quae

partem, ſi Romani Africa expulſi eſſent. Ergo leg. forte, *unde Romanos expulerit,* vel *ſi inde Romanos expulerit,* vel *unde eos.* Ciacc. De hac ipſa re ita infra: *Numidiae partem, quam nunc peteret, tunc ultro adventuram.* Urſinus.

1 *Marius interea.*] Tacitus libro XIV. *Cohortes, alaeque novis hibernaculis locatae.* Sed prior Livius lib. XL. *hibernacula* uſurpavit, a Salluſtio, ut videtur, id nominis mutuatus. *Urſin.* Sic & codex in membrana deſcriptus, & exemplar Beroaldinum. verum eſt in aliis, *hibernis.* quamquam eodem ſenſu. *Rivius.*

2 *Hibernaculis.*] L. 2. 3. Ar. Venetae. Ball. *hibernis.* caeteri a vulgatis ſtant. *J. W.* infra, Arond. omittit *in itinere.* λ. *deinde in it ab.* Sic Pemb. uſi voce *hibernaculis.* Varro L. Lat. p. 45. Nepos XIII, 3. XVIII, 8. Epit. Liv. V. *Livius* ipſe V, 1. XXII, 32. XLV, 28. hibernacula *etiam res nova militi Rom. aedificari* coepta. vid. Sigonium p. 434. item, XXX, 3. Polybio παραχειμασία, Plutarcho χειμάδια, in Sertor. 571, 4. Denique hoc verbum *Septimio* reddendum V, XI. *Hiemem ſub pellibus exigere* inter poenas militares, teſte Frontino IV, 1. P. Valerio Coſ. *Senatus praecepit exercitum ad Sirim victum, ducere Serinum, ibique caſtra munire, & hiemem ſub tentoriis exigere;* & [Senatus, cum turpiter fugati ejus milites eſſent, decrevit,] *ne auxilia eis ſummitterentur,* [niſi captis ejus] *legionibus, quae Punico bello militiam detrectaverant.* Haec omnia foedum in modum, corrupta, ſic emendat Petrenſis: *exigere, & ne eis auxilia ſummitterentur legionibus quae P. b. m. d. rejectis caeteris,* quae, contra fidem annalium & Grammaticorum canones invecta ſunt. hibern. *Vitruvius* inter partes aedium recenſet. *J. Waſſe.*

3 *Tum rurſus Bocchus ſeu reputando.*] Locus hic valde depravatus fuit: antiquis libris nullam mihi opem adferentibus. Scripturam tamen veterum codicum proponam, ut quam inquinatus ſit, omnes videre poſſint. In nonnullis ita ſcriptum legitur: *Tum rurſus Bocchus feliciter flexus, ſeu reputando.* In aliis: *Tum rurſus flectitur Bocchus ſeu reputando ea, quae ſibi, &c.* In aliis vero: *Tum rurſus Bocchus flexus erga Romanos, ſeu reputando.* Ego conjectura ita hunc locum emendavi, quam ita probant quidam, ut non dubitent, quin ita a Salluſtio ſcriptum ſit. *C. Popma.* Auſon. *rurſus flexus* rejecit ut ſuperfluum. *J. W.* Non recte *Carrio,* qui vulgato excluſit *Bocch. fel.* quae in mſſ. atque editis omnibus, fecitque, *tum rurſus, ſeu reputando.* nam quod reduxi extat in editis ante annos centum viginti; poſteriores enim, *tum rurſus Bocchus* ſcilicet ſeu *rep.* quod ſolum inveni in Pal. octavo. ceteri omnes oſtentant lectionem illam aliam, & Pal. quidem quintus ac ſext. cum augmento tali: *tum Bocchus feliciter egit erga Romanos.* ego me his non expedio. poſſet quidem illud *feliciter* nullo negotio mutari in *velociter,* ſed aliud quid latet. Itaque ſatis eſt repraeſentaſſe ſcripturam membranarum meliorum. *Gruterus.*

4 *Quae ſi d. p. evenerant.*] Naz. nec non Pall. quint. ac ſext. *venerant,* neque temere conſenſerim. *Gruter.* Pemb. *evenerant.* ſed prima litera a manu ſecunda. clare λ. *venerant,* recte. *venire* pro *evenire,* uti &, *provenire.* 1. Georg. *Hic ſegetes illic veniunt felicius uvae.* Plautus Pſeud. II, 1. *Pro Juppiter, ut mihi, quicquid ago, lepide omnia proſpereque veniunt.* ſic olim vulgati, hodie fere *eveniunt.* Celſus Lib. VII, 27. pro, accidere: *Solet vero ſub ejuſ-*

Digitized by Google

ſibi duobus proeliis venerant, ſeu admonitus ab aliis amicis, quos incorruptos Jugurtha reliquerat, ex omni copia neceſſariorum [1] quinque delegit, quorum & fides cognita, & ingenia validiſſuma erant. [2] Eos ad Marium, ac dein, ſi placeat, [3] Romam legatos ire jubet: agendarum rerum, & quocumque modo belli componendi [4] licentiam ipſis permittit.

CXI. Illi mature ad hiberna Romanorum proficiſcuntur. deinde a Gaetulis latronibus in itinere circumventi, ſpoliatique, pavidi, ſine decore [5] ad Sullam perfugiunt; quem Conſul, in expeditionem proficiſcens, [6] pro

modi victu venire *ut alvus non reddatur.* Cic. I. ad Tironem. Ep. XVI, 21. *Emiſſe te praedium vehementer gaudeo, feliciterque rem tibi iſtam* venire cupio. alii Codd. *evenire.* Tacitus An. XII, 32. *Silurum gens, non atrocitate, non clementia mutabatur, quin bellum exerceret, caſtriſque legionum premenda foret. Id quo* promtius veniret, *Colonia Camalodunum, valida veteranorum manu deducitur in agros captivos.* Seneca Thyeſt. I, 1. *Siſyphi numquid lapis Geſtandus humeris lubricus noſtris venit?* Heautont. III, 2, 40. *Si quid hujus ſimile forte aliquando* evenerit, *Ut ſunt humana, tuus ut faciat filius. Ch. Non* uſus veniet, *ſpero.* Horat. Mactata *veniet* lenior hoſtia. *i. e. fiet, e veniet.* inde & *uſu venire* & *u. evenire* ſi Libb. non fallunt. Nepos XII, 3. *ſemper verens ne* uſu eveniret. Idem tamen Attic. XVI. Alcib. IV, VI. Ageſil. VIII. *eveniret.* v. *Ovid.* IV. Triſt. eleg. ult. J. W.

1 *Quinque del.*] Haec & ſequentia omnia uſque ad illa capitis CXII. *pacem vellet, daret operam* abſunt Pall. Nazar. itaque non eſt quod interim ipſum laudemus. *Gruterus.*

2 *Eos ad Marium, ac deinde ſi placeat Romam.*] Legendum, *dein.* Rivius. *Eos ad* a 2. m. Pemb. *J. Waſſe.*

3 *Romam legat.*] Pall. ſec. *Romam ire legatos jubet,* tert. *Romam: legatos jubet ire,* ſept. *Romam illi legatos ire jubet,* quae diverſitas inducit ut ſuſpicer *legatos* ſpurium eſſe. *Gruterus.* [illegible]

4 *Licentiam ipſis permittit.*] [illegible] *poteſtatem.* In orat. Lepidi: *Denique* [illegible]*cis civium & vitae licentia.* Tacit. X[illegible] *Data & abſolvendi licentia.* Ibidem: *L*[illegible]*centia habendi oblivionem attulit.* Ex[illegible] fra: *nulla bene faciendi licentia.* Ci[illegible] *Victor. Caeſ.* XXIV. *Ita fortunae vi*[illegible] centiam nacta *pernicioſa lubidine* mo[illegible]*les agit. licentia* Gloſſae ἐξουσία. Valla in, 17. omittit *belli.* contra MSS. *J. Waſſe.* Sic quidem editio prima. at in MSS. viſitur *illis,* ut arbitrer hoc atque illud pronomen eſſe ab exſcriptoribus, niſi forte ita una cum prioribus refingenda ſunt: *eos ad Marium, ac deinde, ſi placeat, Romam cum rerum agendarum & quocumque modo belli componendi licentia, permittit;* ut nimirum alia omnia infarſerint homines, ignorantia vocis *permittere,* de qua nos multa in Suſpicionibus, & nonnulla ad Senecam Philoſophum. *Grut.* Venet. 1470. omittit, *ipſis,* Mon. habet, *illis.* J. Waſſe.

5 *Ad Sul. per.*] Hactenus editi *profugiunt,* quo quid opus? nudos ultro dimittunt latrones, qui veſtem ſolum amant, non ejus farctum. in poſterioris aevi MSS. extat *perfugiunt,* in prioris *pergunt,* noſtrum. *Gruter.* γ. *perveniunt.* caeteri *proveniunt.* J. Waſſe

6 *Pro Praetore.*] Sic ſupra: *Albinus* Conſul, *Aulo fratre in caſtris pro Praetore relicto, Romam deceſſit.* Hi legati Pro

praetore

Digitized by Google

praetore reliquerat. Eos ille non [1]pro vanis hoſtibus, [2]uti meriti erant, ſed accurate & liberaliter habuit. Qua re barbari & famam Romanorum avaritiae falſam, & Sullam ob munificentiam in ſeſe amicum [3]rati. [4]Nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur, niſi pariter volens: dona omnia in benignitate habebantur. Igitur Quaeſtori mandata Bocchi pa-

Praetore alibi dicuntur a Salluſtio, & in veteribus numiſmatibus; quod extraordinaria imperia his titulis ornarentur. Sulla itaque, qui Marii quaeſtor erat, Quaeſtor Pro Praetore, hoc loco, ut videtur, nominandus eſſet. *Urſinus.* Hunc locum reſtituimus, ope antiquorum codicum, vulgatis omnibus mendoſis; in quibus haec verba *in caſtris* deſiderantur. Et hanc veram, & genuinam lectionem, intelliges, ſi totum hunc locum diligentius attendas. *C. Popma. in caſtris* Pemb. ſed a 2. manu. Caeteri omnes reſpuunt. *J. Waſſe.*

1 *Pro vanis hoſtibus.*] Nam facta copia Sulla & Manlio mittendi Legatos Romam pacem petitum, ab amicis, flexus illud omiſerat, & rurſus hoſtilia fecerat. *Ciacconius.* pro *vanis* Pemb. *variis.* uti meriti, μὴ κατ' ἀξίαν. Neſcio an hunc locum intellegant *Nonius* & *Tertullianus*, quum dicunt *Salluſtium* vocaſſe, *Mauros vanos.* ob *munificentiam*, recte. neque enim a Sulla immunes abiere, teſtis *Plutarchus*: p. 452. Ἀποδειχθεὶς δὲ ταμίας ὑπατεύοντι Μαρίῳ τὴν πρώτην ὑπατείαν, &c. dein καὶ καιρῷ παραπεσόντι χρησάμενος εὖ, φίλον ἐποιήσατο τὸν Νομάδων βασιλέα Βόκχον. πρέσβεις γὰρ αὐτοῦ λῃστήριον Νομαδικὸν ἐκφυγόντας, ὑποδεξάμενος καὶ φιλοφρονηθεὶς δῶρα τε καὶ πομπὴν ἀσφαλῆ παρασχὼν ἀπέστειλεν. *pariter volens* i. e. *eadem ſentiens.* cui *idem velle atque nolle.* Firmant haec Ipſa Nonii verba: *Munes a veteribus dicebantur non a largiendo, ſed conſentientes ad ea quae amici velint*, inde dictum *munus*, inquit *Varro*, ab eo quod qui mutuo animo ſunt, id dant officii gratia. unde *Pindarus* Olymp. 11. voluntatem & effectum conjunxit. Dicit enim nullam Urbem progenuiſſe Therone φίλοις ἄνδρα μᾶλλον Εὐεργέταν πραπίσιν, ἀφθονέστερόν τε χέρα. de famoſa Coſſ. largitione multa apud *Onuphrium* alioſque. adde *Caſſiodor.* Var. 11, 2. & *Fornerium* ad locum. ante omnes Excerpt. Leg. ex *Polybio* p. 1097, & 1459. Hieronymus in Eſaiam 1. *qui non putant amicos*, niſi a quibus dona perceperint: *nec os conſiderant amicorum ſed manus.* infra: *dona omnia:* hoc eſt, benignitas erat inſtar omnium donorum. Confer *Cic.* Acad. IV. §. 40. ſupra, *avaritiae falſam.* primam vocem a manu ſec. habet Pemb. *Cicero* Offic. 1, 14. *Videre etiam licet pleroſque non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos, ut benefici videantur facere multa, quae proficiſci ab oſtentatione magis, quam a voluntate videantur. J. Waſſe.*

2 *Ut meriti erant.*] Legendum, *uti.* quomodo & alias fere. nam illa mox ibidem, operarum incuria commiſſa ſunt, *famam Romanorum avaritiae ſalſam*, pro *falſam.* ita namque in vetuſtis eſt. Et, *nam* etiam non *largitio multis ignota erat.* pro, *etiam tum.* ut antiqui codices habent. *Rivius.*

3 *Rati ſunt.*] Τὸ *ſunt*, non eſt in omnibus manuſcriptis, nec in codice Beroaldino. *Idem.*

4 *Nam etiam tum.*] Citat hunc locum Nonius in voce *Munes:* ſed apud eum legitur, *Animamque tum largitio multis ignota erat.* ut ſcribendum ſit: *Namque tum.* Videndum praeterea, an pro *Munificus*, *muneſque* ſcripſerit Salluſtius, cum in ea voce adducatur a Nonio, ut ſit, *muneſque nemo putabatur.* Ciacconius.

 tefa-

Digitized by Google

tefaciunt; [1] ſimul ab eo petunt, uti fautor, conſultorque ſibi adſit: *copias, fidem, magnitudinem regis ſui, & alia, quae aut* [2] *utilia, aut benevolentiae eſſe credebant*, oratione extollunt: [3] dein, Sulla omnia pollicito, docti quo modo apud Marium, item apud Senatum verba facerent, circiter dies XL. ibidem opperiuntur.

CXII. Marius poſtquam [4] infecto negotio, quo intenderat, Cirtam redit; de adventu legatorum certior factus, [5] illoſque, & Sullam venire jubet, [6] itemque

1 *Simul ab eo p.*] Pal. ſec. *ſimul petunt ab eo*, forſan abundant *ab eo*, imo vero abundant. *Gruter.* noſtri omnes tenent. Valla *ſ. a. e. petivit.* J. Waſſe.

2 *Utilia aut benevolentiae.*] Supra *Magnifica pro ſe, & illis dolentia.* Ciacc.

3 *Deinde Sylla omnia pollicito.*] Manuſcriptum quidem Fabricii nihil hic habet; nam plurima deſunt. ſed in aliis eſt, *dein Sulla, &c.* Rivius. *Pollicitus* in *pollicito* mutavit codex Aldinus, quod placet. Mox: *Marius ubi* confecto *negotio:* alii *infecto* legunt, quae contrarietas ex hoc auctore ſolvi non poteſt. Atqui aliud hic Lectorem merito moratur, ubinam Sulla fuerit, quando Bocchi regis Legati a Numidis circumventi ſpoliatique ad eum venerunt, Uticae ne an Cirtae? mihi quidem videtur Cirtae fuiſſe, quippe Marius eum illic pro Praetore reliquerat. Verum quo pacto Marius ſic Sullam ad ſe Uticam vocat? Quapropter malim κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligere, Sullam interea, dum Marius profectus eſt obſeſſum regiam turrim, a Cirta Uticam conceſſiſſe, Marium autem Cirtam rediiſſe, ac omneis, quibuſcum concilium habere conſtituerit, Cirtam ad ſe vocaſſe. Itaque & Salluſtii locum ita legendum: *Marius ubi confecto negotio, quo intenderat, Cirtam rediit: de adventu Legatorum certior factus, illos & Sullam ad ſe venire jubet, itemque L. Bellienum Praetorem ab Utica.* nam ita alter vetuſtus codex habebat. *Glar.* Pall. quint. ac. ſext. *docti quomodo*, oct. *dein Sulla omnia pollicitus doctique.* Bong. *omnia* [illegible] *cuit*, ſincerius Pall. ſec. *de*[illegible] *nia pollicito docti*, quod recep[illegible] contextum, ſi ſubveniſſet alius adhuc liber ad teſtimonium juſtum. *Gruterus.* *a Sulla omnia docti* Pemb. ſed, *a* ex manu ſec. *J. Waſſe.*

4 *Infecto negotio.*] Ita bene Cam[illegible] neque aliter editio vetuſtiſſ. nam Laet[illegible] aliique obtruſerant nobis, *Marius u*[illegible] *confecto negotio.* Gruter. Pall. [illegible] tert. *cui*, caeteri ſtant a vulgatis. *Ide*[illegible]

5 *Illos & Syllam venire jubet.*] [illegible] gendum e vetuſtioribus, *illoſque &* [illegible] *lam.* quomodo fere hiſtorici. [illegible] Sic MSS. Rivii; nam edd. primae [illegible] viſſimae, *Sullam ab Utica venire* [illegible] quibus item accedunt Pall. omn[illegible] ter octavum, quod falſiſſim[illegible] enim relictus Sulla, ut ſupra [illegible] Uticae. *Gruter.* ſic male A[illegible] tae. *J. Waſſe.* In noſtris [illegible] locus hic manſit incorru[illegible] illi habent: *Illoſque & S*[illegible] *venire jubet.* praeter enim pr[illegible] dicum auctoritatem, ſunt e[illegible] quibus hanc eſſe ſinceram [illegible] firmare poſſemus. *Caſt.* [illegible] & 2. manu. Pemb. *J. Waſſe.*

6 *Itemque L. Bellienum.*] Aliter [illegible] *Belligerum.* Prior lectio non diſplic[illegible] fuit is fortaſſe pater *L. Bellieni*, de q[illegible] *Cicero* Phil. 2. mentionem fecit. legim[illegible] etiam in excuſis quibuſdam libris, *L. Be*[illegible]*liginum.* Caſtil. ab Utica 2. MSS. *C. P*[illegible]*mae.* Ita legendum, fuit hic avunc[illegible]

L. Bel-

Digitized by Google

L. Bellienum praetorem, Utica, [1] praeterea omnis undique Senatorii ordinis; quibuſcum mandata Bocchi cognoſcit: in quibus, legatis poteſtas eundi Romam fit; & ab Conſule interea induciae poſtulabantur. Ea Sullae, & pleriſque placuere: [2] pauci ferocius decernunt, ſcilicet ignari humanarum rerum, quae fluxae, & mobiles [3] ſemper in advorſa mutantur. Ceterum Mauri, impetratis omnibus, [4] tres Romam profecti cum C. Octavio

Catilinae, ut teſtatur Aſconius. *Coler.* Sic Pall. ſec. nam tertius quint. ſex. ea voce deſtituuntur, ſept. *Uticae* quod placuit Carrioni, non neceſſario, nam noſtrum potius eſſe liquet ex Pall. octavo, qui habet *ab Utica*, quod nimirum, ſcriba vidiſſet ea eſſe terminatione dictionem, quae requireret praepoſitionem. *Gruter.* *Et a Con.*] Abeſt quidem poſtremis editionibus vocula *&*, ſed ſervant tamen primitus cuſi, tum omnes MSS. *Gruter.* noſtri fere agnoſcunt, ſed habetur infra. *J. Waſſe.*

1 *Praeterea omnis undique, &c.*] Haec ita legenda cenſeo: *Praeterea omnes undique Senatorii ordinis, quibuſcum mandata Bocchi cognoſcit. Legatis poteſtas eundi Romam fit ab COS. Interea inducias poſtulabantur.* Ita habent codices, quanquam non omnes omnia, ſed ſinguli tamen aliquid ad plenam lectionem emendam protulerunt. Duo itaque regis erant poſtulata, alterum de legatis mittendis Romam, alterum de induciis interea dandis, de quibus nunc conſultatur. Sive igitur *ea*, ſive *eae* legas, nihil refert, ea cum referet *poſtulata*: *eae*, *inducias*. nam Legatis poteſtas eundi Romam jam facta erat. *Glareanus.*

2 *Pauci ferocius.*] Ita MSS. omnes & olim editi, abſque quibus fuiſſet retinuiſſem lectionem aevi medii *pauci vero ferocius*, ut *vero* eſſet non adverbium, ſed nomen, pro *aequo ferocius*. Gruterus.

3 *Semper in advorſa mutant.*] Ita fecimus, cum prius vitioſe legeretur *mutantur*. Ita ſupra: *Quae quia mortis* [illegible] mutabant, *ſicuti regi lubuit*, *pax convenit.* Varro de L. L. *In priore verbo graves proſodiae, quae fuerunt manenti, reliquae mutant.* Idem Lib. VI. rerum divinarum: *Inter duas filias regum quid mutet, inter Antigonam & Tulliam eſt advertere.* Sic in Catilina, *convertit*, abſolute ponitur, pro quo male Ciacconius ſubſtituerat, *in ſuperbam dominationem ſe convertit.* nam *convertit* illic ita ponitur, ut hic *mutant.* Supra: *benefacere ex conſuetudine in naturam vertit.* Putſchius. pro *ſaepius* in 8. MSS. Gruteri, *ſemper.* ſic Ar. Reg. Bad. Pemb. Oxonienſes, Venetae γ. λ. ſed in λ. a manu ſec. & pro V. Lect. *ſaepius.* ita etiam Bongarſ. eos ſequor. Tam Gruteriani quam noſtri *mutantur*, quod vel ingratiis retinendum. *J. Waſſe.*

4 *Tres Rom. p. c.*] Sic MSS. meliores, rejecto *ſunt*, quod neque in editionibus primis. *Gruter.* nec in R. Venetis aut Bodl. *J. Waſſe.* intra: *Cn. oct. Ruf.*] Ita Pall. quart. nam alii aut *Ruffone*, aut *Rufone*, vel *Ruſo*. Grut. λ. *Rufino.* *Qui Quaeſt. &c.* Sic Pall. ſec. quippe reliqui adjectis vocibus binis, *ſtipendium in Africam portaverat* ſuperflue. *Grut.* intra: *Studium Sullae, &c.*] Abeſt quidem Pall. ſec. vox *lubens*, ſed ſervatur a caeteris, & agnoſcit praeterea editio priſca, habetque ſuam venerem, ideoque reduxi in exilio pulſam a Carrione ejuſque ſatellitibus. *Grut.* agnoſcunt Pemb. Ar. Reg. L 2. λ. γ. ſed intra lineas, Mart. Venetae. J. W. *Deprecati ſunt.*] Ita plane Pall. ſeptem. non *deplorati*, quod extat in vetuſte editis & Pall. 8. *Grut.* E noſtris L 1, 3. *deplorati.* reliqui *deprecati.* J. W.

Digitized by Google

Ruſone, qui [1] Quaeſtor ſtipendium adportaverat: duo ad Regem redeunt. Ex his Bocchus cum cetera, tum maxume benignitatem, & ſtudium Sullae lubens accepit. Romaeque legatis ejus, poſtquam, *erraſſe regem, & Jugurthae ſcelere lapſum*, [2] deprecati ſunt, amicitiam & foedus petentibus hoc modo reſpondetur.

[3] *S. & P. R. beneficii, & injuriae memor eſſe ſolet.* [4] *Ce-*

1 *Quaeſtor in Africam.*] Hic non erat Marii Quaeſtor, ſed ejus qui Africam provinciam cum imperio obtinebat. nam Sulla Quaeſtor Marii erat, ut ſupra retulit Salluſt. *Ciacc.* vide *Sueton.* in *Nerone* Cap. LX. & *Sigonium* ad Liv. *J. W.*

2 *Deprecati ſunt.*] In Veneto, Beroaldino, ceteriſque vetuſtioribus, *deplorati ſunt.* pro eo quod eſt, *conqueſti ſunt.* ut ſit antiquo more dictum. Quomodo & alias Salluſtius *comperior*, pro *comperio* dixit. *punior* Cicero, pro *punio.* cujuſmodi apud eundem *aſſentire* & *aſſentiri*, *revertere* & *reverti*, *impertire* & *impertiri*, *remunerare* & *remunerari*, *elucubrare* & *elucubrari.* Et quae Fabius obſervavit, *luxurior luxurio*, *fluctuor fluctuo*, quae utroque modo efferri teſtatur Libro IX. Capite de figuris verborum. *Livius* X. dec. IV. *Celtiberi parumper incertis animis fluctuati ſunt*, inquit. *Cicero* fere altero utitur. Quin & *communicor* Livius pro *communico* dixit IV. ab U. C. *Nec adverſarum rerum quaerere ſocios, cum quibus ſpem integram communicati non ſint.* pro, *non communicaverint.* Sed & Gellius *feneror fenero*, *pigneror & pignero* dici eodem ſignificatu annotavit. Quemadmodum Priſcianus, *populo populor*, *bello bellor*, *mereo mereor*, atque hoc genus alia. *Suetonius* quoque in Aug. *multatus eſt*, pro *multavit* dixit. *Impertiri* Terentius, pro *impertire.* Talia ſexcenta fere ab antiquis Grammaticis recenſentur. Mihi quidem certe ſenſus ipſe repudiare vulgatam lectionem videtur; neque quiſquam unquam ſic eſt, quod ſciam, locutus, *deprecari aliquem erraſſe, & alterius ſcelere lapſum*, ſed *deplorare* potius & *conqueri*, niſi quis forte violentam aliquam comminiſci & afferre interpretationem velit, ut, poſtquam regis errorem excuſarunt, & culpam omnem in Jugurthae ſcelus averterunt: *vel, poſtquam hac uſi deprecatione ſunt; ut & errorem faterentur atque agnoſcerent* regis, & culpam in Jugurtham conferrent. nam ſic fere deprecamur: *erravit, lapſus eſt, temere fecit, poenitet.* haec atque talia perfacile quis comminiſci poſſet. Expendat qui volet hunc locum diligenter, & ſi cujus modo in literis judicii eſt, veriſimilem eſſe conjecturam noſtram fatebitur. Quin & in manuſcripto quodam eſt in ſpatio, quod verſus dirimit, ſupra ſcriptum, vel, *deplorati ſunt:* unde propemodum colligo, locum eſſe depravatum. *Rivius.* [illegible]

3 *Senatus & P. R. beneficii.*] [illegible] *Senatum & populum R. beneficii & in*[illegible]*riae memorem* (eſſe) *ceterum Bocch*[illegible] *niam poenitet, delicti gratiam faci*[illegible] *dus & amicitiam dabuntur* (forte [illegible] *cum meruerit.* Putſch. *Xenophon* [illegible] V, 307. Ἀλλὰ μὴν καλόν γε, καὶ δίκαι[illegible] ὅσιον, καὶ ἥδιον, τῶν ἀγαθῶν μᾶλλον ἢ [illegible] κακῶν μεμνῆσθαι. Liv. VII, 20. *Movi*[illegible] *lum non tam cauſſa praeſens, qua*[illegible] *meritum, ut maleficii* quam benefic[illegible] *tius* immemores eſſent. VIII, 2. [illegible] juriae *Samnitium, quam* beneficii [illegible] *norum* memoria praeſentior *era*[illegible]

4 *Ceterum Bocchi.*] Incerta diſt[illegible] eſt in *delicti.* ad utrumque enim [illegible] poteſt, *poenitet delicti*, & *gratiam* [illegible] *facit.* pluſculum gratiae habet ad ſeq[illegible] relatum, ni judicio fallor. *Glarean.* [illegible] dubium eſt quin diſtinguendum ſit [illegible] nino: *poenitet, delicti gratiam facit.* [illegible] ſemper ejus aemuli ſolent, in [illegible]

terum Boccho, quoniam poenitet, delicti gratiam facit. foedus & amicitia [1] *dabuntur, cum meruerit.*

CXIII. Quibus rebus cognitis, Bocchus per litteras a Mario petivit, ut Sullam ad ſe mitteret; cujus arbitratu de communibus negotiis conſuleretur. [2] Is miſſus cum praeſidio equitum, atque peditum, [3] funditorum Beleariorum: [4] praeterea iere ſagittarii, & cohors Peligna cum [5] velitaribus armis, [6] itineris properandi cauſſa: neque his ſecus, atque aliis armis, [7] advorſum tela hoſtium, [8] quod ea levia ſunt, muniti. Sed in itinere,

Ambroſius Ep. IX, 70. *Nec tamen Sampſon populis Palaeſtinorum* delicti gratiam fecit. Noſter, Cat. 58. *qui mihi atque animo meo, nullius umquam* delicti gratiam feciſſem. ubi plura exempla adduximus. &, III, 14. *quibus* belli Lepidani gratiam fecerat. Livius: *Omnium tibi Appi Claudi, quae impie nefarieque per biennium, alia ſuper alia es auſus*, gratiam facio. *Gratia* quandoque pro *venia*, & gratiam dare abſolute pro veniam dare ait in III. Divin. *Cicero*, & petere gratiam pro veniam petere *Plautus* Stich. Sed *facere gratiam* ἁπλῶς pro *veniam dare* fruſtra quaeras. *J. Waſſe.*

1 *Dabuntur.*] Reg. *dantur* &, *meruit, foedus & am.* junctim etiam Cap. 79. & alibi. *Sulp. Severus* Hiſt. Sac. II, 23. *Hoc regnante, primum Judaei a P. Rom.* amicitiam foeduſque *petiere*. infra: *communibus negotiis* Reg. ς. *bonis* λ. *cum omnibus.* Reg. Pemb. γ. omittunt *de*. L. 2. vero *negotiis*. J. Waſſe.

2 *Is miſſum cum.*] Mirum hic Sullam cum praeſidio mitti, qui antea cum A. Manlio apud eumdem regem fuerat, nulla praeſidii facta mentione. An quia tum recens facta ſtrages Jugurtham cohibebat, quae nunc non cohibet? Sed & illud *Funditorum Baleariorum*, κατ' ἐπεξήγησιν dictum eſt. Continuo poſt: *Praeterea iere ſagittarii.* Aldinus codex omiſit *iere* verbum, temere meo quidem judicio. *Glareanus.*

3 *Funditorum Baleariorum.*] Rectius in aliis libris, *funditorumque Balearium*, eos enim nominat Caeſar de bello Gall. libr. II. & *Plinius* libr. III. cap. V. ait: *Baleares inſulas funda fuiſſe bellicoſas.* Funda autem ibi, ut ait Servius, reperta eſt. *Manutius.* Sic proxime MSS. nempe *Baleatorum*, quemadmodum & olim impreſſi. *Balearium* Carrionis, in nullo invenitur exemplari. *Gruterus.*

4 *Praeterea iere ſagittarii, & cohors Peligna.*] Τὸ *iere*, perperam eſt in Gymnico omiſſum, cum ſit in manuſcriptis, atque impreſſis vetuſtioribus. *Rivius. ire.* J. Waſſe.

5 *Velitaribus.*] Pall. ſec. *velitariis*. Gr.

6 *Itineris properandi cauſſa.*] Sic infra: *properato itinere.* Tacitus Annal. I. *Inoffenſum iter properaverat.* &, *Continuumque die noctuque iter properabant.* Ciacconius.

7 *Advorſum tela, &c.*] Ita MSS. editioque prima, non *advorſus*. quod eodem quidem redit, ſed redonanda auctori ſua lingua quantum poteſt. *Grut.* ſic R. L. 2. Pemb. λ. γ. *J. Waſſe.*

8 *Quod & levia ſunt, muniti.*] Videtur dicere, hos qui velitaria portant arma non ſecus atque alios munitos adverſus tela hoſtium, quod & ea levia ſint. *Ciacc.* Legendum cenſeo, *Neque hi ſecus atque alii armis, &c.* Urſinus. Sylleptis per genera & num. perperam Urſin. ſenſus eſt Pelignos aeque his levibus armis, ac ſi alia & graviora haberent, fuiſſe munitos adverſus tela hoſtium, quoniam, &

quincto

Digitized by Google

quinćto denique die, Volux, filius Bocchi, repente in campis patentibus cum mille non amplius equitibus ſeſe oſtendit: qui temere & effuſe euntes, Sullae, [1] aliiſque omnibus & numerum [2] ampliorem vero, & hoſtilem metum efficiebant. [3] Igitur ſe quiſque expedire; arma atque tela tentare, intendere: timor aliquantus, ſed ſpes amplior, quippe [4] victoribus, & advorſum eos, quos ſaepe vicerant. Interim equites, exploratum praemiſſi, rem, uti erat, quietam nunciant.

illa tela item ſint levia. noſter in Orat. ad Caeſ. *Caetera multitudo alius alium ſecuti.* ſic Doćtiſſ. Periz. ad *Sanctium.* p. 882. *J. W.* Tò *erant*, non eſt in ullo manuſcripto; ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. ne Beroaldinum quidem habet. *Riv.*

1 *Aliiſque omnibus n. a.*] Pal. antiquior, addita voce *omnibus noſtris.* & vero eam malim heic conſpici, quam alteram *omnibus.* Gruter. noſtri a vulgatis ſtant. vox *vero* abeſt Regio. & pro *quincto* λ. *quarto.* J. W. infra: *tentare, intendere.* Pemb. *tentare, temperare, intendere.* Gloſſae *intendit* ἐπιτείνει, τείνει, κόσμει. forte legendum τείνει, hoc eſt, κοσμεῖ apud *Hezichium.* intendere, opinor, aptare telum ad jactum amento. & κοσμεῖ non tantum detergere, ſed amento circumdare, coronare, ligare. ut apud *Virg.* intendere vincula *collo.* vel etiam dirigere in adverſum hoſtem. *Cicero* de Prov. Conſ. *Quum omnia* tela *undique eſſe* intenta *in patriam viderem.* Virg. Aen. IX. *celerem* intendiſſe ſagittam. *levell'd.* alibi: *Non ut* tela *tamen, non ut* contenderet *arcum.* &, ſpicula tendere *cornu.* Morem tangit *Ovidius* Met. VII. *Ad jaculi vertebar opem: quod dextera librat Dum mea; dum* digitos amentis indere *tento,* &c. tentare autem eſt, explorare manu aciem, quomodo bucca calamum ſolent ſcripturientes. totius rei imaginem exhibet Vetus poeta. *Quum inter ſepultos Priamidas nocte & mero Danai relaxant cloſtra & effundunt viros,* Temptant in armis ſe *duces, ceu uti ſolet Duro remiſſus Theſſali quadrupes jugo Cervicem, & altas quatere ad excurſum jubas, Gladios retractant, commovent orbes manu, Bellumque ſumunt.* repens terror, idem fere praeſtat apud *Silium* VI. *vox horrida fertur Hoſtis adeſt,* jaciuntque ſudes, *& inania* tela. VII. *At ſocii* renovant tela, *arentemque cruorem Ferro detergunt, &* dant mucronibus iras. Confer item *Tacitum* Hiſt. I, 69. & III, 31. *J. Waſſe.*

2 *Ampliorem vero.*] Tacitus & Livius, *majorem vero,* ſolent dicere. *Ciacc.*

3 *Igitur ſe quiſque.*] Tacitus Hiſt. IV. *Quidam* expedire *arma, teliſque tanquam in aciem accingi.* Et Livius l. 38. *Et expedire tela, animoſque equitibus juſſi.* Et ibidem: *Qui tela equoſque expedirviſſent.* Videndum igitur an ſcribi debeat: *Igitur pro ſe quiſque* expedire *arma, telaque tentare.* Idem. Grut. *impedire,* operarum forte incuria. *J. Waſſe.*

4 *Victoribus adverſum eos quos ſaepe vicerant pugnaturis.*] In Veneto ceteriſque vetuſtioribus eſt, *quippe victoribus, & adverſum eos quos ſaepe vicerant.* addita videlicet illa & copula, omiſſoque participio *pugnaturis.* id quod perperam eſt in recentioribus additum, cum non ſit in manuſcriptis. Fuit credo, qui non habita ratione breviloquentiae Salluſtianae, deeſſe aliquid ſuſpicaretur; is de ſuo forſan participium addidit ad ſenſum abſolvendum, quem imperfectum eſſe putaret. id alias quoque factum, non raro eſt a nobis animadverſum, & interdum annotatum. *Rivius.*

CXIV.

Digitized by Google

CXIV. Volux adveniens Quaeſtorem appellat: [1] *ſe a patre Boccho obviam illis ſimul, & praeſidio miſſum.* Deinde eum, & proxumum diem ſine metu conjuncti eunt. Poſt, ubi caſtra locata, & [2] diei veſper erat; repente Maurus, incerto vultu [3] pavens, ad Sullam adcurrit; dicitque, *ſibi † ex ſpeculatoribus cognitum, Jugurtham*

1 *Se a patre Boccho.*] Antea vitioſe legebatur, *dicitque ſe a patre Boccho*, & infra: *dicitque a ſpeculatoribus cognitum.* nos ejecimus. quam ſaepe haec talia deliramenta ex ſcriptorum vitio in textum irrepſerint, nemo paulo humanior ignorat, in ſcriptis haec talia ubique fere inculcantur. Catilina: *omnia uti geſta aperit, ſe paucis diebus.* ſcripti male: *dicitque ſe.* Deinde: *praeterea ab incenſo Capitolio*, ſcripti: *praeterea docebat.* male. Et locis praeterea infinitis. Vitioſe haec leguntur apud *Servium* v. Aeneidos, quem ex hoc emendes licet. *Putſchius.* MSS. *dicitque ſibi.* J. Waſſe.

2 *Diei veſper erat.*] Haud aliter MSS. non tamen refugerim *die.* Grut. Noſtri *diei.* Proxime hanc formam *Liv.* VII, 8. *Caſtrum oppugnatione, quia* ſerum erat diei, *abſtinuere.* Tacit. An. II, 21. *Jamque* ſero diei *ex acie ſubducit legionem faciendis caſtris.* ſerum, & *ſera* idem ſonant ac veſper. Gloſſarium ἑσπέρα, ſera, veſpera, crepuſculum. *Q. Septimius* III, 8. *Sed poſtquam magis magiſque fatigabatur*, & diei veſper erat. XX. *Poſtquam certandi praemiorumque finis factus*, & jam diei veſper erat. *Thucydides* IV, 25. ΟΨΕ΄ τῆς ΗΜΕ΄ΡΑΣ. E contra habes apud Auctorem de B. Afric. *mane diei.* apud *Ammian.* XXXI, 12. *Exoriente vero* Aurora diei. vox denique *diei* ita abundat, ut apud *Apulejum* Apol. II. *anni.* hiems anni. *J. Waſſe.*

3 *Pavens Sullam occurrit.*] Ita Pal. ſec. ejecta praepoſ. *ad*, & placuit. editio prima, *pavens ad S.* quod etiam in Pal. 6, 7, 8. *Gruter.* Noſtri *ad Sullam.* incerto vultu, i. e. *mobili.* Cicero Cluent. 54. *Timor ejus, perturbatio,* ſuſpenſus incertuſque vultus, *crebra* coloris mutatio, *quae erat antea ſuſpicioſa, haec aperta, ac manifeſta faciebant.* Apulejus hinc explicatur. Mil. IX. p. 177. *puer* mobili *& trepida facie percitus.* Pricaeus ait, ignorare quid ſit, ideoque reponit *ignobili.* imo, diſtinguendum. *p. m. & t. facie, percitus.* ipſe rem deſcribit M. X, 217. *ingens exinde verberonem corripit* trepidatio: *&* in vicem humani coloris ſuccedit pallor infernus. *Homeri* verbis: τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ. ejus contrarium quando ora manent. *Manil.* V, 453. *Non dabit in luſum mores.* facit ora manere Fronteſque *ac vultus componit pondere mentis.* τοῦ αὐτοῦ προσώπου. *Themiſt.* Orat. III. & τὸ μειδίαμα ἙΣΤΗΚΌΣ, καὶ ΟΥ̓ ΜΕΤΑΤΡΕΠΟ΄ΜΕΝΟΝ. *Senec.* Med. 937. *ora quid lachrimae rigant?* Variamque, *nunc huc ira, nunc illuc amor Diducit?* anceps aeſtus incertam *rapit?* idem Herc. 249. *Nec* unus habitus durat, *aut* uno furit *Contenta* vultu. *nunc inardeſcunt genae. Pallor ruborem pellit, &* formas dolor Errat per omnes. *queritur, implorat, gemit.* Sulpicius Dial. III, 15. *Trementibus labris,* incertoque vultu *decolor, prae furore rotabat verba.* egregie Poeta: *ſubito non* vultus, *non color* unus. *Lucan.* V, 213. *nunc* vultu pavido, *nunc torva* minaci, Stat numquam *facies.* Euripid. Iphig. ΟΥ̓ ΤΑΥΤᾺ ΜΟΡΦῆΣ ΣΧΗ΄ΜΑΤ', ἀλλ' ἠλλαγμένος φθόγγους, &c. *Seneca* Troad. III, 523. *Adeſt Ulyſſes; & quidem* dubio *gradu* Vultuque *nectis pectore aſtus callidos.* Statius Theb. X, 160. *Impatienſque Dei, fragili quem mente receptum Non capit, exundant ſtimuli, nuduſque per ora Stat furor, & trepidas* incerto ſanguine *tendit, Exhauritque genas.* infra: *ille animo,* &c. *pertimeſceret,* citat *Nonius* p. 425. illaque, *virtuti ſuorum S. c.* Ser-

haud procul abeſſe: ſimul, uti noctu clam ſecum profugeret, rogat, atque hortatur. Ille animo feroci, negat ſe *toties fuſum Numidam pertimeſcere: virtuti ſuorum ſatis credere: etiam ſi* [1] *certa peſtis adeſſet,* [2] *manſurum potius, quam proditis quos ducebat, turpi fuga incertae, ac forſitan* [3] *paullo poſt morbo interiturae vitae parceret.*

vius ad Eclog. II. *J.W.* *Dicitque ſibi ex ſpeculatoribus.* Ita MSS. omnes; non, *a ſpeculatoribus*, ut habent editi. Carrio excluſit *ſibi*; alii etiam *dicitque*, tam heic quam capitis hujus initio, nec reprehendo; mihi tamen non libet eſſe tam licentioſo, non jubentibus, non permittentibus ullis libris. *Gruter.* Noſtri fere *ex ſp.* Mart. tamen & Venetae *a ſp.* item *dicitque* retinent. Pemb. Ar. Reg. L 3. Markii γ. λ. & L 2. *audiens* vel *adiens*. omnes praeter λ, ſervant *ſibi*. Vide notas ad Jug. XCV. *J.W.*

1 *Certa peſtis.*] L 2. *peſtis certa* Sulpicius II, 13. *etſi* certa peſtis *adeſſet*. peſtis pro *morte*. Ita *Virgilius* Aen. IX, 327. *Sed non augurio potuit depellere* peſtem. Livius. *Ibant unius familiae viribus Vejenti populo* peſtem *minitantes.* Inde qui fatum aliis properant aut damna inferunt *peſtes* audiunt. Noſter Cap. XXXIII. *Poſtquam illa* peſtis *ex Africa ejecta eſt.* Sophocles in Ajace Fl. ὁ λυμεὼν ἐμός. Confer *Senecam* Praef. ad N. Q. Terent. Adelph. II, 2. *Trebellium* vita Trebel. cap. I. *Hegeſippus* I, I. *ut quorum objectu* poenam *evaſerat eos jugulari juberet.* intellige poenam ultimam, & legendum *peſtem*, ut membranae C.C.C. & ita loquitur II, 10. ubi Codex B. Pub. *futuram*. alterum ſcilicet alterius interpretamentum. Hoc pacto apud *Martial.* II, 9. *Debet Aricino conviva recumbere* clivo. MS. C.C.C. *lecto*; quomodo legendum. *Lactant.* III, 4. Ed. *Cantab.* 1685. *Spartiatae illi poetarum.* at MSS. & vetuſte cuſi *Sparti*. recte. Reſpicit ille M. Varronis Human. XXV. Σπάρτους *qui dicuntur in agro Thebano nati.* V. *Apollodor.* III. *Ammian.* XX, 9. *J. Waſſe.*

2 *Manſurum potius, quam perditis.*] In vetuſtioribus eſt, *proditis*, pro, *deſertis*; ita & ſententia poſtulat. nam Maurus Sullam uti clam ſecum noctu profugeret hortabatur. id Sulla facturum negat, quod turpe ſibi duceret, *proditis ac deſertis* iis, quos ducebat, *fuga ſalutem petere*. In hoc ſignificatu Cicero, *Quem ego ſum ſecutus*, inquit, *is me deſeruit, ac prodidit.* & Caeſar, *Deſerite*, inquit, *milites ſi vultis Aquilam, atque hoſtibus prodite.* Idem II. de bello civili. *Deſertos enim ſe ac* proditos *a vobis dicunt.* Riv.

3 *Paullo poſt morbo.*] De eo ordine harum particularum vide notas noſtras ad *Livium* 22, 60. *Gronov.* Ita MSS. eſtque elegantius ad aures quam *poſt paullo* ut editum aliis. *Gruter.* Noſtri *poſt paullo*. & ſic auctor Cat. XVIII. LX. LXXIV. LXXVII. &, de Rep. ord. Alteram poſituram adhibet C. XXIX. LI. Jug. XL. id quod perpetuo facit *Q. Septimius*. at *poſt paullo* *Liv.* XXII, 60. *Horat.* I. Ep. VI. aliique. caeterum illud *morbo* ſupra verſus. & a manu ſec. exhibet Reg. marg. a manu I. Pemb. λ. *poſt paulo modo*. γ. *notiores* pro *tut.* f. pro *potiores*. ſententia apud *Homerum* Il. M. 322. Ὦ πέπον, εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντες, Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε Ἔσσεσθ', οὔτε κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην, Οὔτε κε σὲ στέλλοιμι μάχην ἐς κυδιάνειραν· Νῦν δ' ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο Μυρίαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν, οὐδ' ὑπαλύξαι, Ἴομεν. Ad hunc modum & *Pindarus* Olymp. A. ἐπῳ. γ'. κω. ιγ'. θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα. Τί κε τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ Καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων καλῶν ἄμμορος. *Anonymus*, forte Tyrtaeus apud *Stobaeum*. Πολλάκι δηϊοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον [illegible] ἀκόντων Ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κί-

Ceterum

Ceterum ab eodem monitus, *uti noctu proficiſcerentur*, conſilium adprobat: ac ſtatim milites coenatos eſſe [1] in caſtris; igneſque creberrimos fieri, dein prima vigilia ſilentio egredi jubet. Jamque nocturno itinere feſſis omnibus, Sulla pariter cum ortu ſolis caſtra metabatur; cum equites Mauri nunciant, *Jugurtham, circiter duum millium intervallo, ante conſediſſe*. Quod poſtquam auditum eſt, tum vero ingens metus noſtros invadit: credere ſe proditos a Voluce, & inſidiis circumventos. Ac fuere qui dicerent, *manu vindicandum, neque apud illum tantum ſcelus inultum relinquendum*.

CXV. At Sulla, quamquam eadem exiſtumabat, tamen ab injuria Maurum prohibet: ſuos hortatur, *uti*

χαν θανάτῳ. *Demoſthenes* de Corona pag. 326. Ὑπὲρ εὐδοξίας καὶ τιμῆς, ἤθελον τοῖς δεινοῖς αὐτοὺς διδόναι, ὀρθῶς καὶ καλῶς βουλευόμενοι. Πέρας γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. *Xenophon*. Exped. III, 299. ἐντεθύμημαι δ᾽ ἔγωγε ὦ ἄνδρες καὶ τοῦτο, ὅτι ὁπόσοι μὲν μαστεύουσι ζῆν ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οὗτοι τι καὶ αἰσχρῶς ὡς ἐπιπολὺ ἀποθνήσκουσιν. *Lucan*. IV, 480. *Omnibus* incerto venturae tempora vitae *Par animi laus eſt, & quos* ſperaveris annos Perdere, *& extremae momentum abrumpere lucis Arceſſas dum fata manu*. Q. Septimius IV, 15. *Neque cuiquam ſuper fatum vivendi conceſſam legem: turpem namque ac deteſtandam viris fortibus conditionem ſenectae, contra imbellibus optabilem*. v. Philippi verba apud *Oroſium* III, 14. *Noſtrum* I, 7. *Silium* XIV, 630. infra: *quanto ſibi minus pepercissent tanto tutiores* fore. ſupra: *Videre fugientes capi, aut occidi*, fortiſſimum *quemque tutiſſimum*. & in Catil. *ſemper in proeliis iis maximum eſt periculum, qui maxime timent; audacia pro muro habetur*. v. Liv. XXII, 5. *Homerus* Il. ι. 531. Αἰδομένων ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται. Φευγόντων δ᾽ οὔτ᾽ ἂρ κλέος ὄρνυται, οὔτέ τις ἀλκή. *Simonides*. Ὁ δ᾽ αὖ θάνατος ἔφικε καὶ τὸν φυγόμαχον. quod expreſſerunt *Senec*. Troad. *Curt*. IV. *Democritus* dixit: τοὺς ἀνθρώπους φεύγοντας τὸν ΘΑ'ΝΑΤΟΝ ΔΙΩ'ΚΕΙΝ. *Syneſ*. Ep. CXIII. ἐν πολέμῳ ὁρῶ τοὺς πλείους περιποιουμένους τὸ ζῆν, καὶ ζῶντας, ὅσοι τοῦ ζῆν ἀπεγνώκεισαν. κἀγὼ ΜΑΧΗ'ΣΟΜΑΙ ὡς 'ΑΠΟΘΑΝΟΥ'ΜΕΝΟΣ εὖ οἶδ᾽ ὅτι ΠΕΡΙΕ'ΣΟΜΑΙ. Ephori ad Leonidam ibid. Μαχέσθων ὡς τεθναξόμενοι, καὶ οὐ τεθναξοῦνται. *J. Waſſe*.

1 *In caſtris, igneſque quam creberrimos fieri.*] MSS. *Igneſque in caſtris quam creberrimos fieri*. Ciacconius. Ita quidem Aldi editio & ſequentes, at illud *quam* non magis apparet in olim cuſis *quam* MSS. Pall. primoribus. nam poſteriores nonnulli quoque *ignes quam creberr*. Gruter. L 2. omittit *quam*. caeteri agnoſcunt. *J. W.* infra: *cum ſilentio* Ar. male & contra MSS. *Liv.* omittit *cum* XXI, 47. *Q. Septim.* II, 44. *Cicero*, alii. *Idem*. *Ante conſediſſe.*] Ita Pall. ſec. alii enim adſentiuntur vulgatae editioni *ante eos conſediſſe*. Grut. Noſtri omnes retinent *eos*. J. W. infra: *Quod poſtquam &c.*] Videtur fruſtum inepti gloſſatoris. *Gruter*. *At Sulla exiſt.*] Eſt in Pall. ſec. quart. ſext. *aeſtumabat*. Grut. *aeſtimabat*. R. *J. W.* infra: *Nec quemquam, &c.*] Sic MSS. non ut fere publicati, *nec decere quem manus*, aut, *nec quemquam decere quem manus*, ut habet editio princeps. *Gruter*. L 2. L 3. *J. Waſſe*.

Digitized by Google

fortem animum gererent: ſaepe ante paucis ſtrenuis [1] *advorſus multitudinem bene pugnatum: quanto ſibi in proelio minus pepercisſent, tanto tutiores fore:* [2] *nec quemquam decere, qui manus armaverit,* [3] *ab inermis pedibus auxilium petere, in maxumo metu, nudum &* [4] *caecum corpus ad hoſtis vertere.* Deinde Volucem, quoniam hoſtilia faceret, *Jovem maxumum obteſtatus, ut ſceleris, atque perfidiae Bocchi teſtis adeſſet,* [5] caſtris abire jubet. Ille

1 *Advorſum.*] Sic Reg. λ. Pemb. Grut. aliique. *advorſus* Sulp. Severus H. Sac. II, 22. *Saepe antea a paucioribus* adverſum *plures* bene pugnatum. Lege, *antea paucis.* J Waſſe.

2 *Nec decere.*] Ita antiquus liber, & *Nonius* adducens hunc locum, in *Inermis.* p. 492. Infra: *Adverſum Deos penates manus armare.* Sumtum locum ex III. Paedias Cyri annotavit Victorius II. Cap. 2. Μαθεῖν γὰρ τὸ κρατεῖν βουλομένους τὰ ΤΥΦΛΑ' τοῦ σώματος, καὶ ἄοπλα, καὶ ἌΧΕΙΡΑ, ταῦτα ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας. Ciacconius. *Metu* abeſt *Lactantio,* Comment. ad *Statii* Theb. VII. pag. 327. forte Noſter, *maxume omnium, nudum,* &c. ſed potiores Codd. omittunt vocem *maxume.* J. Waſſe.

3 *Ab inermis pedibus.*] Antea, *inermibus.* ego, *Inermis,* repoſui ex *Nonio* haec recitante in commentariolo *de mutata declinatione.* Facile autem eſt conjicere, homines imperitos antiquae vocis inſolentia offenſos, ſuppoſuiſſe aliam, quae ad illius ſimilitudinem proxime accederet. *Manutius.*

4 *Caecum corpus.*] Hoc eſt, inquit *Soldus,* inerme. non habens reſpectum quo ſe praecipitet, *Badius;* atque eadem fere *Criſpinus.* caecum corpus, eſt tergum; quod quidem aut hoſtem proſpicere aut tela declinando vitare nequit; nemo enim adeo oculatus ut videre ſimul valeat πρόσω καὶ ὀπίσω. adeo neceſſe eſt ut id ſemper lateat manticae quod in tergo eſt. Loquendi modus ex *Xenophonte* Cyrop. III. Μαθεῖν γὰρ τὸ κρατεῖν βουλομένους, ΤΑ' ΤΥΦΛΑ' ΤΟΥ͂ ΣΩ'ΜΑΤΟΣ, καὶ ἄοπλα, καὶ ἄχειρα ταῦτα, ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις. Hinc, *caecum vulnus* quod *averſo* infigitur, teſte ad Aen. X. *Servio.* ita enim legendum, non *adverſo,* uti habet editio qua jam utor Baſil. 1613. ſic enim Poeta: *Atque idem* fugientem *haud eſt dignatus Oroden Sternere, nec jacta* caecum dare *cuſpide* vulnus: Obvius *adverſoque* occurrit. Sed etiam & illi caecum corpus ad hoſtem vortunt, qui ita ſub armis deliteſcunt, ut omnis conſpiciendi hoſtem facultas adempta ſit. *Xenophon.* Hiſt. II. p. 473. Φυλαττέσθαι δὲ δραπετεύουσιν ἀεὶ ὑπὸ ταῖς ἀσπίσιν, ὅτι ἐξέσται ὥσπερ ΤΥΦΛΟΥ'Σ καὶ τύπτειν ὅτι ἂν βουλώμεθα. Sed Noſter item *nudum* vocat, juxta *Thucydidis,* ΤΑ' ΓΥΜΝΑ' τοῖς πολεμίοις δούς. V, 10. tergum nempe ex fuga nudatum. *Virg.* Aen. V, 586. Et nunc terga fuga nudant, *nunc ſpicula vertunt Infenſi.* quae verba ab interpretibus admodum ſiniſtre accepta ſunt. *nudare* eſt, avertere arma, quae eidem praeſidio fuere. *Liv.* XXVI. nudata defenſoribus *moenia.* Cedrenus. γυμνὸν ἐπι- πάλων χωρίον. Quia ex fuga, haerentibus utcunque clypeis, terga nudantur, ideo *tergum* ſive *humerus,* & *fuga,* alterum pro altero venire ſolent. Eleganter Hebraei Pſalm. XXI, 13. pones eos *Shekem,* humerum ſcilicet averſum. hoc eſt, in fugam dabis. *Virgilium* & *Salluſtium* ſequitur *Hegeſippus* II, 15. Munitior enim *ſemper eſt qui* ſequitur, *quam qui praecedit: quia hic pectus* tegit, *ille hoſti* terga *ſua* detegit. *J. Waſſe.*

5 *Ex caſtris.*] Adjeci *ex,* quod haberent MSS. edd. omnibus hactenus male lacru-

Digitized by Google

lacrumans orare, *ne ea crederet: nihil dolo factum, ac magis calliditate Jugurthae; cui videlicet ſpeculanti iter ſuum cognitum eſſet.* [1] *Ceterum, quoniam neque ingentem multitudinem haberet; & ſpes, opeſque ejus ex patre ſuo penderent; credere illum nihil auſurum palam, cum ipſe filius teſtis adeſſet:* [2] *quare optumum factum videri, per media ejus caſtra palam tranſire: ſeſe, vel praemiſſis, vel ibidem relictis Mauris, ſolum cum Sulla iturum.* Ea res, uti in tali negotio, probata: ac ſtatim profecti, quia de improviſo [3] acceſſerint, dubio, atque haeſitante Jugurtha, incolumes tranſeunt. Deinde paucis diebus, [4] quo ire intenderant, perventum eſt.

CXVI. Ibi cum Boccho Numida quidam Aſpar nomine, multum; & familiariter agebat, praemiſſus ab Jugurtha, poſtquam Sullam accitum audierat, [5] orator,

abfuit. *Grut.* ſic Pemb. λ. Bodl. R. & Grut. *caſtris ire.* J. W. infra: *Nihil dolo.*] Aliquot MSS. *at*, mallem & hoc & illud objiceretur. *Grut. ac magis* in Marg. a 2. manu Pemb. confer *Septimium* 1, 9. Regio abeſt eleganter. *J. Waſſe. Credere illum.*] Pall. quintus, *ut crederet illum*, ſext. *credebat illum*, ſept. *crederet illum.* Gruterus. *ut crederet.* λ. abeſt *ut* Pemb. γ. *credere* a manu 1. *J. Waſſe.*

1 *Caeterum, quoniam ingentem multitudinem non haberet, & ſpes opeſque ejus omnes ex patre ſuo penderent.*] In manuſcriptis eſt, *quoniam neque ingentem multitudinem habere*; & quae ſequuntur. ſicque rectius legitur, ut ego ſentio. *Rivius.* ſenſus loci: quoniam neque haberet magnas copias Jugurtha, & ſpes opeſque ejus a patre ſuo Boccho penderet, in cujus fidem conceſſerat, *&c.* cum ipſe filius Vox teſtis adeſſet. caeterum Bodl. omittit filius, J. Waſſe.

2 *Quare optimum factum videri.*] Apulejus Miletia prima: *Optimum itaque factum viſum eſt anteluculo furtim evadere, & viam licet trepido veſtigio capeſſere.* & errat qui in veriſimilibus *horrendum ſpectatu* pro *ſpectatum* reponit. Supra Catilina: *Optimum factum credens exercitum augere.* Deinde: *Optimum factum ratus noctem.* & ſic reponendum ex libris Rittershuſii. *Arnobius* adverſus gentes Lib. 1. *Incredibile dictum eſt, & caecis obſcuritatibus involutum.* ubi male Criticus *dictu.* Symmachus Lib. 1. Epiſtola 111. *Difficile factum eſt ut honor anguſtis rebus addatur*, quae male mutant viri docti. *Putſchius.* Pall. ſec. alia poſitura, *quare videri optimum factum*, adeo ut *videri* forſan ſit ſupervacuum. *Gruter.* noſtri nihil novant. forte legendum apud *Sulpicium* 11, 45. *opt. factum.* J. Waſſe.

3 *Acceſſerant.*] Gruter. *acceſſerint.* at Reg. L 2. Venetae *acciderat.* ſic λ. Pemb. verum γ. *acciderant.* bene. *J. Waſſe.*

4 *Quo ire intenderant.*] Exiſtimo abundare vocem *ire.* infra: *Quo initio* intenderat *pervenit.* item: *Quo* intenderat, *Cirtham rediit.* Ciacconius.

5 *Orator, & ſ. ſp. Boc. conſilia.*] Ita omnes MSS. ſed voce *adhuc* auctiores, Pall. quidem ſec. *conſilia venerat*, tert. quart. ſext. ſept. *conſilia ierat.* quint. *conſilia audierat*, quae diſcrepantia ipſam facile convincat mendacii. *Gr. ierat.* Pemb.

& ſub-

Digitized by Google

& ſubdole ſpeculatum Bocchi conſilia: praeterea Dabar, Maſſugradae filius, ex gente Maſſaniſae, ceterum materno genere impar; nam pater ejus ex concubina ortus erat; [1] Mauro ob ingenii multa bona carus, acceptuſque, [2] quem Bocchus fidum eſſe Romanis, [3] multis ante tempeſtatibus expertus, illico ad Sullam nunciatum mittit, [4] *paratum ſeſe facere, quae populus Rom. vellet: colloquio [5] diem, locum, tempus [6] ipſe deligeret: [7] conſulta ſeſe omnia cum illo integra habere: neu Jugurthae legatum pertimeſceret:* [8] accitum eſſe, † quo res com-

Ar. Reg. λ. γ. *J. Waſſe.* pro *ſpeculatum* Codex Palmerii *ſpeculator.* Idem. infra: *Impar nam pater, &c.*] Sic Pall. ſec. tert. 8. quippe quartus *quia pater ejus ex concubina natus erat,* quintus ac ſextus, *nam mater ex concubina nata erat,* ſept. *nam mater ejus ex concubina orta eſt.* haec varietas inducit ſuſpicionem, ſcripſiſſe Salluſtium, tribus vocibus minus, *nam pater ex concubina.* Grut. *natus* Ar. *nata* λ. *nam ejus ex conc. ortus erat.* Pemb. in marg. a man. 2. viſitur, *pater.* vid. Palmerium. de Othone *Tacit.* Hiſt. 11, 49. Pater *Conſularis, avus Praetorius:* maternum genus impar, *nec tamen indecorum.* Hegeſip. 1, 38. Inferior materno *latere.* J. Waſſe.

1 *Mauro ob ingenii.*] In Veneto atque aliis, *Ob ingentia facta*: ſed utrum rectius, nos in medio relinquemus. Vulgata lectio magis probanda videtur. *Riv.*

2 *Quem Bocchus fidum eſſe Romanis.*] Verbum hoc poſtremum quidam tollendum putant. quaſi vero nihil referret, eſſet ne Romanis fidus is, cui tantis de rebus negocium committendum erat, praeſertim cum fere omnes proximi reges ab Jugurtha corrupti eſſent. *Caſt.* Illud *Romanis*, non habent omnes codices: nec ad regis commodum quicquam attinebat, eum Romanis fidum eſſe, ſed potius gratum Romanis, ac fidum regi. Badius etiam omiſit. *Glar.* haec non agnoſcit L 3. *bona Mauro* Gruter. *J. Waſſe.*

3 *Multis ante tempeſtatibus.*] Ita MSS. ſeptem. octavus enim, hoc eſt, cui ſcriptura omnium recentiſſima, *antea*, quomodo hactenus editi. *Grut.* infra: *Illico ad Sullam.*] Pall. ſec. *mittit nunciatum paratum*, quae tranſpoſitio facit, arbitrer, *nunciatum* eſſe a calamo extraneo. *Grut.*

4 *Paratum ſeſe facere quae vellet.*] MSS. *quae populus R. vellet.* quomodo & vetuſtiſſimum quodque ex impreſſis. *Rivius.*

5 *Diem & tempus.*] *Diem* abeſt Arond. caeteri agnoſcunt. *J. Waſſe.*

6 *Ipſe deligeret &c.*] Pall. ſec. *deligeret ipſe*, quod neſcio quomodo [illegible] eſt. *Gruter.* infra: *Conſulta ſeſe, &c.*] MSS. *conſulto*, praeter Palat. quint. ſept. octavum, in quibus ſcriptura vulgata. *Grut.* infra: *Neu Jugurthae, &c.*] Sic MSS. omnes praeter duos; nam ſept. *pertimeſceret illum acitum quo res com.* &c. octav. vero, *pertimeſceret quod eo advocatus eſſet quo res,* &c. hinc nata illa patrum aevo, *pertimeſceret, accitum eſſe quo:* quae ipſa tamen abſunt editionibus primis. *Gr.* Venet. *quod eo advoc. eſſet.* Mart. *quem eſſe accitum* Reg. Ar. L 3. λ. Pemb. [illegible] optimis Gruteri accedunt. *J. Waſſe.*

7 *Conſulta ſeſe.*] *Cicero* ad Atticum [illegible] *Omnia ſunt* integra *nobis.* &, *Si mihi integra omnia ac libera fuiſſent.* Et Lib. 2. *Integra omnia ſuſtinuimus.* Videndum ergo an vox *conſulta* otioſa ſit. *Ciac.*

8 *Accitum eſſe.*] Sic nulli MSS. in octo codicibus Gruteri tantum unus [illegible] *lum acitum:* alter, *quod eo advocatus eſ-*

munis

munis [1] licentius gereretur: nam ab inſidiis ejus [2] aliter caveri nequiviſſe. [3] Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea, quae praedicabat, ſimul Romanos, & Numidam ſpe pacis attinuiſſe: multumque cum animo ſuo volvere ſolitum, Jugurtham Romanis, an illi [4] Sullam traderet: libidinem advorſum nos, metum pro nobis ſuaſiſſe.

CXVII. [5] Igitur Sulla reſpondit, *pauca ſe coram Aſpare locuturum, cetera occulte aut nullo, aut quam pau-*

ſet. Indicio haec inſerta ab iis, qui vetere ſcriptura quod agerent non inveniebant. In qua nihil mutandum, niſi τὸ *quo* in *quin.* Senſus eſt: ne putaret obſtare ſibi Aſparem quo minus libere diceret ageretque quae in rem utriuſque eſſent; nam illum neceſſario admittendum fuiſſe ut aliae Jugurthae inſidiae excluderentur. *Gronovius.*

1 *Licentius gereretur.*] *Licentius,* Badius exponit *audentius, & cum permiſſione majore.* Soldus ut notum tranſilit. Ego ſane quid ſibi velit, non clare admodum intelligo. Nec illud planum eſt, cum Bocchus potentior eſſet Jugurtha, quomodo, niſi per Aſparis legati praeſentiam ab ejus inſidiis cavere potuerit. *Glareanus.*

2 *Aliter caveri nequiviſſe.*] Non dicit Bocchus, ſe aliter non potuiſſe cavere ab Jugurthae inſidiis, ſed Sullam; ideo loquitur per verbum imperſonale, ut vocant Grammatici. *Caſt.* Sic quidem MSS. aevi poſterioris, at priores *cavere.* Grut. Ar. Reg. Venetae Pemb. *caveri.* λ. *cavere* & ſupra, *i. γ. cavere.* J. W. infra: *Spe pacis attin.*] Ita MSS. fere omnes nam quart. *acciviſſe*, ſext. *obtinuiſſe*, ſept. *abſtinuiſſe.* oct. ut & edd. priſcae *detinuiſſe* Boug. liber *accerſiſſe.* Grut. vide Palmerium. *J. Waſſe.*

3 *Sed e. comperio ob ea quae &c.*] Fulvii Lib. *comperior.* Manut. Quamvis in Veneto & aliis pleriſque *comperio* reperitur, tamen legend. haud dubie *comperior*, ex Priſciano L. VIII. capite de generibus verborum. Corn. *Tacitus* IV. *Hunc ego Lepidum temporibus illis gravem & ſapientem virum fuiſſe comperior.* Gellius Salluſtii aemulus, hoc eſt, & ipſe uſurpator veterum vocabulorum lib. III. c. 2. *Verum eſſe* comperior, inquit, *quod quoſdam bene litteratos homines dicere audivi.* Diomedes lib. I. *comperior* & *comperio* differre ait. *nam comperior*, inquit, *eſt mea opinione colligo*; comperio, *ab alio cognoſco.* ceterum pronomen *ea*, omittendum cenſeo, legendumque, *quam ob quae praedicabat.* quomodo *Plautus* in Perſa, *Omnes res relictas habeo, prae quod tu velis.* hoc eſt, *prae eo quod tu velis.* Salluſt. in oratione L. Philippi in ſenatu, *Quae ille advorſum divina & humana omnia cepit non pro ſua, aut quorum ſimulat injuria, ſed legum ac libertatis ſubvertendae.* id eſt, *non pro eorum injuria, quorum pro injuria ſimulet.* Nec diſſimile admodum eſt illud Ciceronis, *Ut hujus rei cauſſa, dedita opera, mittat aliquem Balbus, ad quos videbitur.* pro, *ad eos quos volet.* Idem, *Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmaſti.* Rivius.

4 *Sullam traderet.*] Plutarch. p. 410. Ὡς δὲ πιστεύσας ἀνέβη πρὸς αὐτὸν ὁ Σύλλας, ἔσχε μέν τις τροπὴ γνώμης καὶ μετάνοια τὸν βάρβαρον, ἡμέρας τε συχνὰς διηνέχθη τῷ λογισμῷ, βουλευόμενος ἢ παραδοῦναι τὸν Ἰουγούρθαν, ἢ μηδὲ τὸν Σύλλαν ἀφεῖναι. pro *occulte* Ar. *occulta*, vide *Palmer.* J. Waſſe.

5 *Igitur Sullam pauca ſe, &c.*] In aliis, ut manuſcripto quodam, eſt, *occulte aut nullo, aut quam.* ſimul edocet quae

ciſſumis

ciſſumis praeſentibus: ſimul edocet, quae reſponderentur. Poſtquam, ſicuti [1] voluerant, congreſſi; dicit *ſe miſſum a Conſule veniſſe,* [2] *quaeſitum ab eo, pacem, an bellum agitaturus foret.* Tunc rex, uti praeceptum fuerat, poſt diem decimum redire jubet; ac nihil etiam nunc decreviſſe, ſed illo die reſponſurum. [3] Deinde ambo in ſua caſtra digreſſi. Sed ubi plerumque noctis proceſſit; Sulla a Boccho occulte accerſitur: ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur. [4] Praeterea Dabar internuncius, ſanctus vir, ex ſententia jurat ambobus: ac ſtatim ſic rex incipit.

CXVIII. *Numquam ego ratus ſum fore,* [5] *uti rex ma-*

reſponderentur. In alio manuſcripto non reperi neque τὸ *ſe*, neque *occulte*; atque haud ſcio, an ex gloſſa utrumque irrepſerit in contextum. In eodem non eſt *reſpondit*, neque *Sulla* caſu nominat. ſed accuſat. *Sullam.* Rivius. Abeſt *ſe* L 2, 3. Aldin. &, *reſpondit* intra lineas γ. tantum viſitur. pro, *praeſentibus*, Venetae *praeſente.* emendatum forte ab editore Laeto ad formam Terentianam, *praeſente nobis.* J. Waſſe.

1 *Voluerant.*] MSS. omnes praeter unum *voluerat*, Grut. Noſtri, fere, *quae ſibi reſp.* ſed vox *ſibi* abeſt *Grut.* J. Waſſe. *Dicit ſe miſſum al.*] Ejecerim *ſe miſſum*, ſeu ſpurium. *Grut.* infra, nunc *decreviſſe.* ibi eleganter abeſt *ait*, aut quid ſimile, notante Cl. *Perizonio* ad *Q. Septimium.* J. Waſſe.

2 *Quaeſitum ab eo.*] Ar. omittit *ab eo.* Idem.

3 *Deinde ambo in ſua caſtra dig.*] Si Sulla ad amicum venit, ad quid indigebat caſtris? Si ad inimicum, ut quem dubiae fidei cenſebat, quid juviſſent tantula caſtra in tanto regno? Sed magis mirum, quid Bocchus caſtris in ſuo regno indiguerit. Hoc eſt aequare *Thucydiden.* Mox: *Plerumque noctis proceſſit.* haec verba inter parentheſin ſatis inepte poſuit Aldinus codex. *Glareanus.*

4 *Praeterea Dabar internuntius ſanctus vir, jurat ex ſententia amborum.*] Alii libri, *Dabar internuntius ſancte jurat ex ſententia amborum.* Vide quae ſcripſi in Annotationibus Caeſaris ad Lib. 1. Bel. Civilis. *Ciacc.* Haec lectio confirmatur loco Caeſaris ex Libro 1. de B.G. *Urſin.* Nimis aperte adulterium reſipit, *ſanctus vir.* quod etiam utcunque produnt MSS. nam Pal. ſec. *praeterea internuntius ſanctus vir Dabar*, quart. *praeterea Dabar internuntius factus vir & ex ſententia ambobus ac ſtatim*, quint. *praeterea Dabar internuntius ſancte jurat ex ſententia ambobus.* ſex. *praeterea Dabar internuntius ex ſententia ambobus ac ſtatim.* ſept. *praeterea Dabar internuntius ſanctus intrat & ex ſententia ambobus ac ſtatim.* oct. *praeterea Davar internuntius ſanctus vir jurat ex ſententia amborum, ſtatim ſic,* &c. locus inquinatus & qui dubium reddit, annon alia quoque rapi queant in controverſiam, ac ſi tantum eſſent auctoris, *ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur, praeterea Dabar internuntius ex ſententia ambobus ac ſtatim.* haereo, haereo. *Grut.* γ. *internunt. ſancte jurat ex ſententia.* ſupra, *juraverat.* praeterea *ſancte* ex correctione. primo forte *ſanctus.* J. Waſſe.

5 *Uti res Max. &c.*] Gloſſematis & iſthaec obſita, de MSS. enim octo nullus

[illegible]

ximus in hac terra, & omnium, quos novi, opulentiſſimus, privato homini gratiam deberem. [1] *Et hercule Sulla, ante te cognitum, multis orantibus aliis ultro egomet opem tuli, nullius indigui.* [2] *Id imminutum, quod ceteri dolere ſolent, ego laetor.* [3] *Fuerit mihi pretium, eguiſſe aliquando tuae amicitiae; qua apud animum meum nihil carius habeo. Id adeo experiri licet: arma, viros, pecuniam, poſtremo* [4] *quidquid animo libet, ſume, utere: &,*

omnino eſt in quo viſitur verbum *opulentiſſimus*, quod tamen in edd. primis, itaque abjiciendum in eſquiliis inter Cadavera. forſan etiam alia nonnulla ejuſdem contubernii, retentis tantum *uti rex omnium in hac terra maximus privato.* Grut. Ar. R. Pemb. λ. γ. L 3. omittunt, ideoque indicas *omnium opul. q. novi.* J. W.

1 *Et hercule Sulla ante te cognitum.*] Perperam eſt in recentioribus, *ante cognitum*, omiſſo pronomine *te*. Sed & *Priſcianus* XVIII. nobiſcum facit, qui *ante te cognitum*, pro eo poſitum teſtatur, quod eſt, *antequam te cognoſcerem.* Error inde irrepſit, quod bis poneretur *te*, ita alterum eſt incuria quadam omiſſum. Quae res & alibi ſaepe locum errori fecit. Id quod in caſtigationibus noſtris in Ciceronem oſtendimus prolixius. *Rivius.*

2 *Id imminutum.*] Gruteriana, λ. Bodl. contra Codd. *immutatum.* J. W.

3 *Fuerit mihi pretium.*] Pro, *fuerit tanti*, ſive operae pretium fuerit, eguiſſe amicitiae tuae. Sic Corn. Tacitus 11. *Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret.* Et 1. *Germanico* pretium fuit *convertere agmen.* In vetuſtioribus non eſt *pretium*, rectene an ſecus, aliorum eſto judicium. *Rivius.* Edd. priſcae & Pall. ſec. tert. ſept. *fuerit mihi eguiſſe aliquando pretium tuae amicitiae*, nam quart. *fuerit mihi pretium aliquando eguiſſe id adeo, &c.* oct. vero, *fuerit mihi eguiſſe aliquando tuae amicitiae qua, &c.* ſolum reſtat ſcriptura prima in Pall. quint. & ſext. quorum tamen prior praepoſuit vocem *ſed fuerit*, alter vero ſervat *fuerit mihi pretii aliquando eguiſſe tuae am.* at nihil innovandum eſt; omnia ſunt compoſita, omnia ſana. *Grut.* Abeſt τὸ *pretium* Regio, uti & L 2, 9. corrige obiter *Hegeſippum* v, 15. Fuerat *Hebraei, humani ingenii contendere pertinaciter, &c.* in principio Orat. Joſephi. Recte heic MS. C. C. C. *fuerit.* Ita *Livius* 1, 23. *Neque recte, an perperam, interpretor: fuerit iſta ejus deliberatio, qui bellum ſuſcepit.* Quintilian. Inſt. 1, 1. *ſed hi pauci admodum. fuerit argumentum, quod in pueris elucet ſpes plurimorum.* Τὸ *pretium* non eſſe Salluſtii, vel ex eo apparet, quod in codicibus fere ſcriptis alio loco inculcatum eſt; nimirum, *fuerit mihi eguiſſe aliquando pretium tuae amicitiae.* Nonnulli, *pretii.* Sed deleatur utrumque & recipiatur, quod eſt in optimis: *fuerit mihi eguiſſe aliquando amicitiae tuae.* Genus loquendi illuſtravimus Lib. IV. Obſerv. Cap. 8. *Gronov.*

4 *Quidquid animo libet.*] Antiqua exemplaria cum impreſſis conſentiunt. Donatus aliter hunc locum legit, Terentii illa verba in Eunuchum enarrans: *Et habetur & refertur a me Thais. qui habet, inquit, apud ſe gratiam, nondum rettulit: rettulit qui deſtitit habere: multum ergo dixit. Et habetur gratia, & refertur. Quem ſenſum tranſtulit Salluſtius in bellum Jugurthinum: Arma, pecuniam ſume, utere: & quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris: ſemper apud me integra erit.* Proinde re diligenter animadverſa, venio in eam conjecturam, ut exiſtimem verba illa, *poſtremo quidquid animo libet*, errore librarii defeciſſe. Liberum eſt, & ſuum cuique judicium. *Popma.*

Digitized by Google

[1] *quoad vives, numquam tibi redditam gratiam putaveris; ſemper apud me integra erit:* [2] *denique nihil me ſciente fruſtra voles. Nam, ut ego exiſtumo, regem armis, quam munificentia, vinci, flagitioſum minus. Ceterum de Republ. veſtra,* [3] *cujus curator huc miſſus es, paucis accipe.* [4] *Bellum ego populo Rom. neque feci, neque factum umquam volui: finis meos advorſum armatos armis tutus ſum. Id omitto; quando vobis ita placet; gerite, uti vultis, cum Jugurtha bellum.* [5] *Ego flumen Mulucham,* [6] *quod inter me & Micipſam fuit, non egrediar, neque Jugurtham id intrare ſinam.* [7] *Praeterea, ſi quid meque vobiſque dignum petiveris, haud repulſus abibis.*

1 *Quoad vives.*] Donat. ad Terent. Eunuch. IV, 6, *vixeris* &, *putaris.* ſupra: *animo lubet.* Pemb. *in animo l.* a vulgatis ſtant caeteri. Noſter voce *lubet* abſolute ſemper & ſine *animo* utitur. Vide nos ad VI, 34. *J. Waſſe.*

2 *Denique nihil fruſtra voles, me ſciente.*] Manuſcripta, nec non ex impreſſis vetuſtioribus quaedam, *denique nihil me ſciente fruſtra voles.* quae verborum collocatio melior. *Rivius.*

3 *Cujus curator, &c.*] Magis putarim initio fuiſſe, *cujus cauſſa huc miſſus es,* eique adpictum deinde *orator,* ac deinde utramque vocem mutatam in *curator,* id quo nunc magis ſentiam, eſt quod invenerim pridem in Bongarſianis notis, fuiſſe in MSS. quem ipſe contulerat *cujus gratia orator,* Pall. octo tamen nulla litera variant. *Grut.* nec Noſtri. *J. W.*

4 *Bellum populo Romano numquam paravi, neque factum volui.*] In manuſcriptis eſt, *Bellum ego populo Romano neque feci, neque factum umquam volui.* Perperam eſt in recentioribus omiſſum pronomen *ego.* Perperam item, *numquam paravi.* pro, *neque feci.* Facit nobiſcum exemplar Badianum. *Rivius.*

5 *Ego flumen Mulucham.*] Hic Jacobus quiſpiam Bononienſis *Mulucha* legendum contendit, non *Mulucham*: ſed cunctis refragantibus, quotquot ipſe viderim, exemplaribus. Tametſi, ne quid diſſimulem, e vetuſtis quidam grammaticis neutrum eſſe hoc nomen volunt. Nam Phocas: *Barbara,* inquit, *neutri generis duo lecta ſunt apud Salluſtium nomina fluminum: hoc Mulucha, hoc Turia.* Quod ad poſterius attinet, facit cum eo Probus. Diſſentit ab utroque Priſcianus 5. *Quod autem Turia* (inquit) *& ſimilia fluminum nomina maſculina ſunt, oſtendit etiam Salluſtius,* in am *terminans ejus accuſativum, in ſecundo Hiſtoriarum:* Inter laeva moenium & dextrum flumen Turiam. *Nam ſi eſſet neutrum, ſimilis eſſet accuſativus nominativo.* Idem ſexto: *Quod autem non ſint neutra,* inquit, *Turia & Mulucha, & ſimilia, oſtendit etiam natura ipſius ſermonis Punici, in quo omnia nomina vel maſculina ſunt, vel foeminina.* Haec *Priſcianus,* cujus eſt opinio verior. Sed & *Pomponius* eodem genere utitur, quo eſt *Salluſtius* uſus: *Mulucha ille,* inquit, *quem diximus.* Rivius. In legi debet, quidquid dicat Phocas, vide *Priſcianum* ſtatim in principio libri ſexti. *Caſtilioneus.*

6 *Quod inter, &c.*] Pall. ſec. quod *ante me.* Gruter. Amicus noſter, fuit, male, ſubauditur *terminus.* J. W. Infra: *Neque Jug. id. &c.* Sic collocantur verba in Pall. antiquioribus poterat adhuc adferri pronomen *id.* Grut. L 2. alpha & λ. *J. Waſſe.*

7 *Praeterea ſi quid me vobiſque dig-*

Digitized by Google

CXIX. Ad ea Sulla [1] pro ſe breviter, & modice; de pace, & de communibus rebus [2] multis diſſeruit. Denique regi patefecit; *quod polliceatur, Senatum & populum Rom. quoniam amplius armis valuiſſent*, [3] *non in gratia habituros: faciundum aliquid, quod illorum magis, quam ſua, retuliſſe videretur; id adeo in promtu eſſe; quoniam Jugurthae copiam haberet: quem ſi Romanis tradidiſſet, fore, ut illi plurimum deberetur: amicitiam, foedus, Numidiae partem, quam nunc peteret, tunc* [4] *ultro adventuram.* [5] Rex primo negitare: *affinitatem, cognationem, praeterea foedus interveniſſe: ad hoc metuere, ne* [6] *fluxa fide uſus popularium animos averteret; queis & Ju-*

[illegible] *petieris, haud, &c.*] In MSS. atque aliis vetuſtioribus eſt, *ſi quid meque vobiſque dignum petieris*, geminata conjunctione. Nove autem dixit, *haud repulſus abibis*, pro, impetratum a me auferes vel non feres repulſam. *Rivius.* Ita Virgilius: *Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.* Id eſt, ſuum quiſque honorem & munus reportabit.

[1] *Pro ſe breviter.*] Locum aemulati, Livius XXXVIII, 12. *De ſe quoque pauca*, [illegible] nec immodica *adjecit*. & XXIII, [illegible] *tor* de ſe pauca ac modice locutus; *in magiſtrum equitum magnam partem gloriae vertit.* Tacitus, An. II, 58. [illegible] Germanicus, *de ſocietate Rom. Par*[illegible] magnifice; *de adventu Regis* [illegible] *cum decore* ac modeſtia re[illegible] contra, Arioviſtus *B. Gal.* I, [illegible] *Caeſaris* pauca reſpondit, [illegible] *virtutibus* multa *praedicavit*. [illegible]

[2] [illegible] *diſſeruit.*] Vox, *multis*, ſi cum [illegible] conjungatur, poteſt videri [illegible] contraria eſt illis, *breviter* [illegible] Nec habet eam vocem *Taci*[illegible] Salluſtii locum ſic aemulatus eſt [illegible] ait: *Domitianus de abſentia patris fratriſque ac juventute ſua* pauca & modice *diſſeruit*. Urſinus. *modice reſpondit, de p.* C. Popma legit. λ. Reg. [illegible] γ. primo habuit *multis*. poſtea factum *multum*, ſic Mart. *J. W.* Valde hallucinatur heic *Urſinus*, quod minus adſequeretur mentem hiſtorici; quae haec: reſpondiſſe bifariam Boccho Sullam; ei parti orationis, quae de ſe erat, breviter & modeſte; quae de pace & rebus populi Rom. diffuſe & compoſite. *Gruterus.*

3 *Non in gratia habituros.*] Codex vetuſtus habet, *in gratiam*: quod, quia vetuſtum eſt, & hic auctor antiquitatis imitator, talia quaepiam affectaſſe videri poterit, non eſt omnino rejiciendum. *habituros* autem puto a ſciolis introductum, pro *habiturum*. Soldus inepte legit, *ingratos abituros*, adeo decipit non attentum aſpirationis omiſſio. *Glareanus.*

4 *Ultro adventuram.*] Fortaſſis *adventura*, plurali numero, genere neutro legendum, habet enim hoc peculiare hic auctor, ut in Catilina: *Huic ab adoleſcentia bella inteſtina, caedes, rapinae, diſcordia civilis* grata *fuere*; ſed judicet lector. *Glareanus.*

5 *Rex primo.*] Ita MSS. non *primum* Pall. etiam ſec. *cogitare* ceteri *negare*. Gr. λ. *R. p. agitare c.* MSS. *R. primum negare agitare a. c. p.* C. *Popma.*

6 *Fluxa fide.*] Caecilius in Epiclero *profluvia* maluit. Itane Antipho, inventus *profluvia fide?* itan' eſt immemoris, *itan' eſt madida memoria?* Priſ-

Digitized by Google

gurtha carus, *& Romani* [1] *inviſi eſſent*. Denique [2] ſaepius fatigatus, lenitur; & *ex voluntate Sullae omnia ſe facturum* promittit. Ceterum ad ſimulandam pacem, cujus Numida, defeſſus bello, avidiſſumus, quae utilia viſa, conſtituunt. Ita, compoſito dolo, digrediuntur.

CXX. [3] At rex poſtero die Aſparem, Jugurthae legatum, appellat; dicitque ſibi per Dabarem ex Sulla cognitum, *poſſe conditionibus bellum poni*: quamobrem regis ſui ſententiam exquireret. Ille laetus [4] in caſtra Jugurthae venit. Deinde ab illo cuncta edoctus, properato

ſcian. p. 699. Codex MS. *immadida*. Plautum auctorem habet Noſter, Captiv. II, 3. eumque ſecuti, *Tacitus* Hiſt. II, 57, &, 93. III, 48. *Liv.* XXVIII, 6. XL, 50. *Silius* VIII, 16. *Sulp. Severus* Hiſt. Sacr. II, 46. *Septim.* III, 3. *Gellius*, IV, 20. *Euripides* Medaea 492. Ὅρκων δὲ ΦΡΟΥΔῊ ΠΙ´ΣΤΙΣ. *J. Waſſe.*

1 *Inviſi erant.*] Manuſcriptum, *inviſi eſſent*. id quod ſententia quoque ita poſtulat. niſi quis ἑτέρωσιν eſſe modi velit. *Rivius.* Non ambigo quin illud *eſſent*, ſit a mangonibus. certe ejus loco eſt in Pal. ſec. quint. ſext. ſept. *erant*, qui praeterea ſecundus nullam agnoſcit copulam *&*, nedum geminatam. itaque deleatur & illa. *Grut.* R. L 3. λ. γ. M. Venet. *erant*.

2 *Saepius fatigatus leniter, & ex voluntate Sullae.*] Ita legit vetuſtus codex. Aldinus conjunctionem *&* ſuſtulit. alius autem codex habet, *lenitur, & ex voluntate Sullae omnia ſe facturum promittit.* atque ita legit Badius. ego nihil definio. *Glareanus.* Pall. ſec. *ſaepe* [ſic Mart.] item *lenitus ex voluntate.* & vero connexio aliis etiam abeſt. *Grut.* Reg. L 2. γ. λ. Bodl. Pemb. *lenitur* vel *leniter.* pro *fatigatus* Pemb. *fugatus.* λ. 3. voces, *lenitur &*, non habent Arond. L 3. *omnia ſe facturum*. unum modo rogatus, univerſaliter officioſe aut ſerviliter promittit. Q. *Calaber.* II, 36. Αὐτὰρ ὅγ' ἀσπασίως μοι ὙΠΕ´ΣΧΕΤΟ ΠΑ´ΝΤΑ ΤΕΛΕ´ΣΣΑΙ. *Apulejus* Met. V. *invitus ſuccubuit maritus*, & cuncta ſe facturum ſpoſpondit. Vide nos ad Jug. XXVI. Fr. VI, 52. *Appius* in fine Orat. apud *Livium* VI, 41. Omnium rerum *cauſſa vobis antiquandas cenſeo iſtas rogationes.* pro *omnium* legit, quarum *Faber*. at alterum illud efficacius. Idem VII, II. *Silentium* omnium rerum, *ac juſtitio ſimile otium fuit.* XXXVI, 42. *maturandum* omnium rerum cauſſa. 4. omnium *potius his criminationibus, quam ipſius juvenis irritatus eſt animus.* VII, 13. *Nec omnibus contumeliis eludant.* XXII, 61. *ab omnibus notis ignominiiſque confectos eſſe.* XXIII, 44. *cum iis*, &c. *omnia ſibi & eſſe conſociata & ad ultimum fore.* 45. *vino & ſcortis* omnibuſque luſtris *confectos.* V. XXX, 23. XXXI, 17. XXXII, 35. J. Waſſe.

3 *Et Rex, &c.*] Pall. quart. *Aſparem Nuntium Jugurthae app.* ſext. *Aſparem Jugurthae appellat legatum*, nimirum dictio *legatum* notha eſt. *Grut.* Ar. [illegible] habet, *nuncium.* J. Waſſe. *Poſſe conditionibus, &c.*] Ita optime Pall. ſec. quint. ſext. non *componi*, ut editi nupere; [illegible] & primi ſane agnoſcunt illud [illegible], hinc in Bong. annotatum *deponi*. [illegible] γ. λ. *p. qui* Pemb. a manu I. *J.* [illegible]

4 *In caſtra Jugurthae venit.*] Manuſcripta, *proficiſcitur.* quomodo & ex impreſſis quaedam. *Rivius.* *In caſtra*, &c. Sic etiam MSS. aetate juniores [illegible] ſec. *in Jugurthae caſtra venit*, quomodo & edd. primae. *Grut.* L 2. *venit* [illegible] & L 2. om. *laetus.* λ. *proficiſcitur.* Reg.

itinere,

itinere, poſt diem octavum redit ad Bocchum; [1] & ei nunciat, *Jugurtham cupere omnia, quae imperarentur, facere; ſed Mario parum fidere: ſaepe antea cum imperatoribus Romanis pacem conventam, fruſtra fuiſſe. Ceterum Bocchus, ſi ambobus conſultum, & ratam pacem vellet, daret operam, ut una ab omnibus, quaſi de pace, in colloquium veniretur; ibique ſibi Sullam traderet:* [2] *cum talem virum in poteſtate haberet,* [3] *tum fore, uti juſſu* S.P.Q.R. *foedus fieret;* [4] *neque hominem nobilem non ſua*

Ar. Pemb. *J. Waſſe.* infra: *cuncta ab illo. ab illo,* reſpuit L. 2. 7. viſitur quidem intra verſus ſed manu ſec. *Idem.*

1. *Et ei nunciat.*] Manuſcripta *denunciat.* haud ſcio an perperam. *Riv.* Pall. ſec. quart. ſept. & *enunciat* quint. ſext. & et *denuntiat.* Grut. infra: *Omnia cupere, &c.*] Vox ultima eliminari poſſet pro gloſſa. *Grut.* infra: *Pacem cruentam, &c.*] MSS. meliores *pacem confectam,* remanet tamen alterum in edd. omnibus, alluditque Pall. tert. cui ſuperſcriptum alias legi *cruentam,* forſan litigioſa illa dictio librarii eſt. *Grut. conventam* Pemb. [illegible] *conventam, confectam.* infra: *Ceterum Bocchus, &c.*] Pall. tert. abeſt *Bocchus.* Gruter. infra: *ratam pacem.* cum vox ultima ſit in linea ſuperiore, in hac ea non magnopere opus eſt. Codd. tamen agnoſcunt. *J. Waſſe.*

2. *Cum talem virum in poteſtate haberet.*] Ita reſcripſi, fide Pall. ſec. caeteri *habuiſſet* minus recte. *Grut.* Noſtri *habuiſſet,* idque ferendum. *J. W.* Manu[illegible] cuncta quae ipſe viderim, & ve[illegible] quodque ex impreſſis, *in po*[illegible] *habuiſſet.* atque id rectius eſſe ar[illegible] quis τῷ ἀρχαϊσμῷ dictum pu[illegible]odo Cicero *eſſe in poteſtatem* ali[illegible] *Riv.* altera Conſtr. ſequitur. *J. W.*

3. *Tum fore, uti juſſu ſenatus aut populi Romani foedus foret.*] In vetuſtis, *uti juſſu S. P. Q. R. foedus fieret.* Idem. Naz. ac Pall. quint. ſex. *Senati aut populi foedus, &c.* neque ſecus Pal. ſec. niſi quod in *populi,* abſque illo *Romani;* medium placet. *Grut.* Mallem *poteſtatem.* Hirt. 1, 25. *Quo facilius omne Hadriaticum mare, extremis Italiae partibus regionibuſque Graeciae* in poteſtatem haberet. *Cic.* pro lege Manil. *Quum veſtros portus, atque eos portus, quibus vitam ac ſpiritum ducitis,* in *praedonum* fuiſſe poteſtatem *ſciatis.* de quo loco Vide *Gellii* judicium 1, 7. *Plautus* Aulul. IV, 8, 6. *collocare* in arborem. Petron. *Res eſt* in controverſiam. Terent. Eunuch. *Ille ubi miſer famelicus, videt me eſſe* in tantum honorem. Auctor de B. Hiſp. XXXVI. *Legati Carteienſes quod Pompejum* in poteſtatem haberet. Itaque contra *Carrionis* & *Grut.* edd. *poteſtatem* retinendum. v. C. 47. e. *J. Waſſe.*

4. *Neque hominem nobilem non ſua ignavia.*] In aliis, *non ſua ignavia captum, ſed ob rem populi R.* Quamquam ne quid diſſimulem, *captum* non habent codices in pergamenis deſcripti. [nec vetuſtus Glareani, nec Aldin. aut noſtri. *J. W.*] Exemplar Baſileenſe, *non ſua ignavia, ſed ob rempubl. captum.* Nos integrum lectori judicium relinquimus. *Rivius.* Pal. pr. initio habuit, *non ſignavia,* deletaque inde litera prima; unde factum ut habeat Pal. tert. *non ignavia.* agnoſcunt tamen pronomen MSS. reliqui. eſt in ſexto; *non ſua ignavia captum, ſed ob Remp.* & ita quoque editio prima. octavus praefert; *non ſua ignavia captum, ſed ob rem populi Rom.* Pal. ſec. non agnoſcit vocem *relictum.* adeo ut appareat latere heic aliquod monſtrum. forte fuit, *non ſua ignavia, ſed ob Remp. hoſtium potitum, &c.*

ignavia,

Digitized by Google

ignavia, ſed ob rempubl. in hoſtium poteſtate relictum iri.

CXXI. Haec Maurus ſecum ipſe diu volvens, tandem promiſit. Ceterum [1] dolo, an vere cunctatus, parum comperimus. Sed plerumque regiae voluntates, ut vehementes, ſic mobiles, ſaepe ipſae ſibi advorſae. Poſtea [2] tempore & loco conſtituto, in colloquium uti de pace veniretur, Bocchus Sullam modo, modo Jugurthae legatum appellare; benigne habere; idem ambobus polliceri. [3] Illi pariter laeti, ac ſpei bonae pleni eſſe. Sed nocte ea, quae proxuma fuit ante diem colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac ſtatim immutata voluntate, [4] remotis ceteris dicitur ſecum ipſe multa agitaviſſe, [5] vultu corporis pariter

Grut. *ſua* abeſt Reg. Pemb. adeſt a m. 2. γ. omittit prorſus. *J. Waſſe.*

1 *Dolo, an vere cunctatus.*] *Vero* Bong. ac Pal. octavus. Videtur dictio ultima aliquid habere ſpurii. *Gruterus.*

2 *Tempore & loco.*] Copula abeſt Naz. nam Pall. ſec. quint. *tempore locoque* probem mediam ſcripturam. *Grut.* Reg. *poſtea loci tempore & loco c.* Mart. *die tempore l.* caeteri cum vulgatis. voces *in colloquium* a manu ſec. & in margine ſervat Regius. *J. W.* *De pace veniretur.* Ita meliores MSS. habet tamen Naz. ſuperſcriptum illud *conveniretur,* quod in deterioribus. Grut. L 3. Venetum 1478. *conveniretur.* caeteri *veniretur.* pro *promiſit,* Reg. Pemb. γ. *promittit.* Gruter. Carrio; caeterique codices illud alterum tuentur. Supra: *regiae voluntates uti v. ſic m. &c.* Lucan. VIII, 163. *Nunc ſocias adeunt Romani foederis urbes,* Et varias regum mentes. idem de juvenibus *Ariſtaenetus* I, 21. αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν νέων ΤΑΧΕΙ͂ΑΙ, καὶ αὗται πολλάκις ἙΑΥΤΑΙ͂Σ ἘΝΑΝΤΙ΄ΑΙ. *J. Waſſe.*

3 *Illi laeti pariter, ac bonae ſpei eſſe pleni.*] Manuſcriptum *ac ſpei bonae.* ut adjectivum ſequatur. *Rivius.*

4 *Remotis ceteris.*] Haud dubie vox *ceteris* abundat. At enim, *adhibitis amicis, ac ſtatim remotis.* quod erat ſignum varii animi, & immutatae voluntatis. *Ciacc.* ſic & *Urſinus.* Quid ſi legas, *remotis arbitris?* pro, Nemine praeſente, ſolus ipſe exiſtens. nihil tamen immuto. *Riv.* Non temere monuit ſolertiſſimae diligentiae *Fulvius Urſinus,* locum videri maculoſum. nam illud *ceteris* non eſt in Naz. ſed ejus loco fuit initio, *ſceleris,* cui deinde eraſa litera princeps. praeterea pro *amicis* praefert *amiſſo.* poſſet quidem [illegible] *Marius adhibitis amicis, ac ſtatim immutata voluntate, remotis; ſceleris ſecum ipſe multum agitare.* niſi forte eradicandum adhuc illud *ſceleris.* nam non comparet *ceteris,* ulla litera in Pal. quarto; qui tamen largiter acceptus a gloſſographis, habetque: *Maurus adhibitis amicis,* [illegible] *ſo priori conſilio, ac ſtatim immutata voluntate. remotus dicitur ipſe, &c.* [illegible]

5 *Vultu, colore, ac motu corporis.*] [illegible] Bodl. Ar. & retro cuſi. Verum [illegible] Pall. III. VI. Fulvii liber. Reg. [illegible] *v. corporis p. atque animo varius,* [illegible] illud *pariter* non adeſt Pal. ſec. & [illegible]*ris* ab interprete eſſe autumat [illegible]. utrumque agnoſcunt noſtri omnes. [illegible] *immutata* habet, *imminuta.* reſpu[illegible] L. 3. ut *atque* Pemb. *Servius* ad [illegible] III. *vultu & oculis pariter atque* [illegible] *varius.* Voces *colore ac motu* a mala manu ſunt, ut obſervaverat *Putſchius;* il-

atque

las enim in margine & a manu ſec. exhibet γ. caeteri fere omittunt. Reg. ſupra, *vultu corporis* oſtendit; *i. e. in colorum mutatione & geſtu corporis*. Hinc perſpicue patet unde malum pedem tulerint. *Vultus corporis* nimis inſolens viſum, ideoque caetera ad aſperitatem ejus leniendam adtexuerunt. Noſtrum interea firmat *Auguſtinus* Ep. VII, 32. multos *in noſtro* corpore vultus *coloreſque formamus*. Neſcio an huc trahi debent illa *Ciceronis* 1. de Orat. §. 57. *Quidam*, vultu motuque corporis, *vaſti atque agreſtes*; vulgati aliter diſtinguunt. *Silius* corpus *egenum frontis & decoris*, alicubi dixit. hoc eſt, vultus boni. Aeque audacter apud *Apulejum* de Deo Socr. p. 48. *facies animi*, ac apud Noſtrum *vultus corporis*. Certe, *motu & colore* recte eliminant codices; nam qui vultu varius, vultu eſt ſubinde moto, colore etiam alio atque alio. At quae, malum, inquies immutatio coloris *incocto in corpore* Bocchi, in cujus ore vultuque nox mera? Poeni erant *Frontino* teſte p. 183. nigerrimi, eoſque propterea baliolos vocat *Plautus*. Sint ſane; ſed ita erant nigri, ut a nimio ſolis commercio nigriores tamen evaderent, id quod de Haſdrubale affirmat *Polybius*. Neque tantum noctis ex propinquitate ſyderis contrahere poterant, quin ſanguinis motus facile deprehenderetur. Quid, quod ipſos Aethiopas *perco*c*taque ſaecla calore*, palleſcere ex pudore refert ejus rei teſtis oculatus *M. Angelo de Gattina*. De Mauris jam olim fidem fecere *Silius* VII, 1. Palluit *infelix ſubducto ſanguine* Maurus. *Auguſtin.* Ep. VII, 33. *Nam etiam nos* indignando *aut laetando, caeteriſque hujuſcemodi animi motibus*, multos *in noſtro* corpore vultus, coloreſque *formamus*. Heliodorus X, 24. ipſum virtutis colorem ſuperaddidit. ὙΦ' ἩΔΟΝΗΣ τε, ἅμα καὶ ΑἸΔΟΥΣ, ἀλλ' ἘΝ ΜΕΛΑΙ'ΝΗι ΤΗ͂ι ΧΡΟΙ'Αι δῆλα δὴ ΦΟΙΝΙΧΘΕΙ͂Σ, οἱονεὶ πρὸς αἰθάλην τοῦ ἐρυθήματος ἐπιδραμόντος. *Claudianus*, ſed tralate. B. Gild. 341. *dum* ſanguis *in orbe noſter erit, ſemper* pallebit *regia Bocchi*. Caeterum in re ſimili habes colorem, vultum, motum. v. *Gell.* XIV, 9. *Curt.* IV. 5. *Cic.* Haruſp. §. 2. Catil. III, 13. Verrin. 1, 41. *Sidonium* VII, 258. *Stat.* Theb. VIII, 518. *Ovid.* Met. 11, 601. *Senec.* Agam. 238. Sequitur apud *Salluſtium* animo varius; eleganter. Pendent enim hi motus ex animo, ideoque eum fere commemorant. *Ammian.* XV, 11. *Cum haec taliaque ſollicitus ejus aures everberarent, expoſitas ſemper hujuſmodi rumoribus & patentes*, varia animo *tum miſcente conſilia, tandem id ut* optimum factum elegit. Regius primo, *vario* &c, *optimum factum*, ſicque invito Valeſio legendum. Nam ſapiens, & qui mente conſtat, in animo varia conſilia volvere ſolet, talemque Graeci ποικιλομήτην vocant; at vox *miſcente* uti & ipſe contextus, aeſtum animi & σύγχυσιν demonſtrat, quod *vario animo* optime exprimitur. *Sidon.* VII, 335. *verſat* vagus *omnia* conſilia, mente nimirum. *Plutarchus* p. 427. Ὡς ἐν ὀλίγῳ ΠΟΛΛΑ'Σ 'ΕΠ' 'ΑΜΦΟ'ΤΕΡΑ τῆς ΓΝΩ'ΜΗΣ ΤΡΟΠΑ'Σ λαβόντες. *Themiſt.* Orat. IX, p. 194. Ἀλλ' ἤδη καὶ τὸ ἐν σεμνοτέρῳ σχήματι, ἐπὶ μιᾶς γνώμης μεῖναι, ἀεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χρώματος. Orat. XIII, p. 300. Ὑπὸ τοῦ πάθους 'ΑΛΛΟΧΡΟΟΥ͂ΣΑ. *Ariſtaenetus* I, 11. ὙΦ' ἡδονῆς ΠΑΝΤΟΔΑΠΑ' ΧΡΩ'ΜΑΤΑ παρ' ἕκαστον λόγον 'ΥΦΙ'ΕΙ. Noſtrum probe exprimit *Heliodorus* III, 8. Ὠχρίασεν, καὶ ἁπλῶς μυρίον εἶδος ἐν ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ τὰς ὌΨΕΙΣ ἀμφοῖν 'ΕΠΕΠΛΑΝΗ'ΘΗ, καὶ ΜΕΤΑΒΟΛΗ' ΠΑΝΤΟΙ'Α ΧΡΟΙ'ΑΣ τε καὶ ΒΛΕ'ΜΜΑΤΟΣ, τῆς ψυχῆς τὸν σάλον κατηγοροῦσα. Seneca Herc. 249. *Ecce praecipiti gradu* Secreta mentis ore confuſo exerit. *Plutarchus*, hanc rem memorans, p. 410. 452. ait breviter ἔσχε τις τροπὴ γνώμης καὶ μετάνοια τὸν βάρβαρον. &, ἡμέρας τε συχνὰς διηνέχθη τῷ λογισμῷ. dein, πολλὰ διενεχθεὶς τῇ γνώμῃ. quare neſcio an emendatius legas, *vultu atque animo varius*, omiſſa voce *corporis*. Sed quid dubiis hiſce amplius immoramur? Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἴσχεο τέχνης, Οὐ δύνασαι δνοφερὴν νύκτα καθηλιάσαι. Quare permittamus huic loco ejus tenebras. Vide *Palmerium* p. 297. *J. W.*

atque animo varius: [1] quae ſcilicet, tacente ipſo, occulta oris patefeciſſe. [2] Tamen poſtremo Sullam arceſſi jubet, & ex ejus ſententia Numidae inſidias tendit. Deinde, ubi dies advenit; & ei nunciatum eſt, Jugurtham haud procul abeſſe; cum paucis amicis, & Quaeſtore noſtro, qui obvius honoris cauſſa, procedit in tumulum faciliumo viſu inſidiantibus. Eodem Numida cum pleriſque

1 *Quae ſcilicet tacente ipſo occulta oris patefeciſſe.*] Ita quidem *Carrionis* editio; neque male, niſi quatenus arbitrer adhuc ejiciendum illud *oris*. verum ne quid diſſimulem; habeo iſthaec omnia pro ſpuriis atque irreptitiis. certe minime hoc loco requiruntur. nemo enim aliquo judicio praeditus non a ſe colligat, animi mentem praeferri ipſo vultu; nedum ut id tam ambitioſe inculcare neceſſe Salluſtio. & ut hujus nihil eſſet, vel varietas membranarum prodit fucum. nam Pal. pr. habet; *quae ſcilicet ita tacente ipſo occultare & oris patefeciſſent.* ad oram vero ponitur; *ore patefecit.* ſecund. *quae ſcilicet ita tacente ipſo occulta cordis* & *oris patefeciſſent.* tert. *quae ſcilicet ita tacente ipſo occultare ſpecie oris patefeciſſe.* quart. *quae ſcilicet ita tacente ipſo, occulta pectoris, patefeciſſent.* quint. *quae ſcilicet tacente ipſo, occulta peccatoris dicitur patefeciſſe.* ſext. *quae ſcilicet ita tacente ipſo occulta cordis & oris immutationem patefeciſſe.* octavus; *quae ſcilicet ipſo tacente occulta pectoris oris mutatione patefecit.* at ſeptimus his refert omnino apicibus: *Q. S. ita tacente ipſo occulta pectoris immutatione oris dicitur patefeciſſe.* Grut. vv. cc. variant. nam alii habent: *Occulta pectoris, ſpecie oris patefeciſſent.* Alii: *Occulta pectoris oris immutatione patefeciſſe.* In aliquibus eſt: *Occulta pectoris patefeciſſe dicitur.* Sed unus apud me liber vetuſtiſſimus: *Occulta pectoris patefeciſſent.* Quae lectio vera videtur. *Urſin.* & *Ciaccon.* Fulvii liber, *quae ſcilicet tacente ipſo, occulta pectoris ſpecie oris patefeciſſent.* alii, *quae ſcilicet ipſo tacente, occulta pectoris oris immutatione patefeciſſe.* vel: *quae ſcilicet tacente ipſo, occulta oris*
patefecit. vel, *quae ſcilicet,*
occulta cordis, ſpecie oris p
nutius. Emendat Palmer.
culis p. a. a. varius: quae
ris ſpecie patefeciſſe. ſcilicet,
Pemb. Reg. *occultare.* &
occulta pectoris patefeciſſe.

2 *Tamen poſtremo Sylla*
bet.] Quamvis in Fabric
quomodo & ſuperius, ubi
hibernis accerſiri jubet;
lectionem relinquendam
in ceteris manuſcriptis eſt.
ceronem omittam, *C*
Attici, *Agrippam,* inqu
ſe accerſiri juſſit. & Livi
Placere itaque patrem
quoq; *Piſonem Licinian*
lib. XVII. *Riv.* Infra: *C*
Jugurtha Syllae vinctus
tum illud a Pincio excuſ
lia pleraque, *ceteris*
duo ablativi abſolute poſi
utrobique ſenſus: quom
no fuerit, haud ſcio;
duobus manuſcriptis
Idem. De hac Jugurth
a Fauſto Sullae filio in nu
que veteribus ſignata eſt.
cap. I. ſic ait: *Sulla*
Jugurthae ſemper
lib. VIII. cap. XV.
neminem Scriptorum
men Jugurtha à B
perducto, totam ſibi
ruit, ut annulo, qu
ſculptam illam tra
ſinus.

ceſſariis ſuis inermis, ut dictum erat, accedit; ac ſtatim ſigno dato, undique ſimul ex inſidiis invaditur. Ceteri obtruncati: Jugurtha Sullae vinctus traditur, & ab eo ad Marium deductus *eſt*.

CXXII. Per idem tempus [1] advorſum Gallos ab ducibus noſtris Q. Caepione, & M. Manlio male pugnatum. Quo metu Italia omnis contremuerat. Illique, & inde uſque ad noſtram memoriam Romani ſic habuere; alia omnia virtuti ſuae [2] prona eſſe; [3] cum Gallis pro ſalute, non pro gloria certare. Sed poſtquam bellum in Numidia confectum; & [4] Jugurtham vinctum adduci Romam nunciatum eſt; [5] Marius Conſul abſens factus eſt; & ei decreta provincia Gallia; [6] iſque Kalendis

1 *Advorſum Gallos.*] Livius *Cimbros*, in Gallos iniquior. ſane Cimbri ejus concitatores, ſed bellatorum multitudo & expeditionis principes majori ex parte Galli. v. *Strabonem* VII. *Valer.* IV, 7. *Paterc.* II. De gentibus Alpinis fuſe *Aegidius Tſchudus* Lib. de Antiq. Rhaetiae. *Glarean.* infra: *Q. Caepione.* Carrionis Ed. *Scipione*, peſſime. certe contra meliores & fortes. *Grut.* noſtri *Caepione.* J. W.

2 *Prona.*] Saepe hoc ſenſu uſurpat Apuleius pro *facilia; in promtu* nempe. Thucydidi ἕτοιμα. I, 20. ἐπὶ τὰ ἕτοιμα μᾶλλον τρέπονται). Statius III, Theb. 7. nam prona *ratus* facilemque *tot* armis Tydea. *plana* malit *Livius* IX, 3. *omnia* aequa ac plana *erunt Romano, in perfidum Samnitem pugnanti* IX, 29. *Etruſci belli fama exorta eſt: nec erat ea tempeſtate gens alia, cujus*, ſecundum Gallicos tumultus, *arma terribiliora eſſent.* Ita & Noſter Cat. LVII. Idem etiam XXI, 41. *Atque utinam* pro decore *nobis hoc tantum, & non* pro ſalute *eſſet certamen.* *habuere* hoc eſt *exiſtimavere*. Corrige *Apulejum* Colvii. Metam. IV. pag. 60. *jubet nobis protinus gaudii ſui gerulis, decem aureos*, ut ipſe habebat, *e ſuis loculis adnumerari.* Vulg. *ut ipſe ajebat.* a Palat. abeſt τὸ *habebat* inquit Elmenh. Librarii minime locum intellexerunt. lege, *gaudii ſui gerulis. ut ipſe habebat, decem &c.* Cic. de Haruſp. Reſp. §. 9. *Quam volumus licet P. C. ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanos*, nec robore Gallos, *nec calliditate Poenos, nec artibus Graecos*, &c. *ſed pietate ac religione &c. omnes gentes nationeſque ſuperavimus.* confer eundem Orat. de Provinc. Conſ. §. 13. *J. W.*

3 *Cum Gallis pro ſalute.*] *Tacitus* in vita Agricolae, *Romanis redit animus, ac ſecuri* pro ſalute, de gloria *certabant.* Ciacconius. *Hieronymus* a partibus Gruteri ſtat. Ep. 12, 6. *Quis hoc credet? quae digno ſermone hiſtoriae comprehendent? Romam in gremio ſuo*, non pro gloria, ſed pro ſalute *pugnare?* J. Waſſe. Ita MSS. omnes & antiquitus impreſſi non *de gloria*, ut invexit Carrio aut alius quis. *Grut.* verum ita Diomedes. *deſ. de gl.* J. Waſſe.

4 *Jugurtham vinctum, &c.*] Sic collocant verba Pallat. aliquot, melius meis auribus quam ut hactenus *Jugurtham Romam*. Gruterus.

5 *Marius conſul abſens factus eſt.*] Id per leges Romanas fieri non poterat, ſed in tanto periculo legibus ſolutus eſt. vide Plutarchum. *Ciacc.* Naz. *eſſet*, Pall. tert. abeſt id vocis, & recte. *Gruterus.*

6 *Iſque Kalendis Januariis magna gloria triumphavit.*] Manuſcripta *KL. Ja-*

Digitized by Google

Januariis magna gloria Conſul triumphavit. Ex [4] ea tempeſtate [5] ſpes, atque opes civitatis in illo ſitae.

nuarii. quomodo & ex impreſſis quaedam: tametſi quod ad ſenſum ipſum attinet, utrumvis probe quadrat. *Rivius.*

4 *Ea tempeſtate ſpes atque opes civitatis in illo ſitae.*] Ant. Caſarii Caeſenatis, & *Pauli Hyantaphii Sabini* libri duo ſcripti, *ex ea tempeſtate*, habent praeterea, *ſitae erant*, non *ſitae.* Alii judicent. impreſſa lectio mihi quidem ſatis lepida videtur, quomodo locutus & *Sulpitius Severus* Sacrae hiſtoriae Lib. I. de Joſepho: *Ea tempeſtate* ſpes atque ſalus *Aegypti in illo ſitae erant.* Manut. Ita MSS. potentioris fidei, nam quibus minor auctoritas, excluſere illud *ex*, vel mutarunt in *&* ſunt etiam qui praeferant, *& ex ea temp.* Gruterus.

5 *Spes atque opes civitatis in illo ſitae.*] Ejeci *Carrionis*, aſſeclarumque, *ſitae erant*; quod non compareret in pleriſque MSS. arcereturque alioquin editionibus obſoletis; denique proderent id falſi MSS. aliquot, in quibus, *ſitae ſunt.* Idem. *Hic tamen & Cimbris, & ſumma pericula rerum Excipit, & ſolus trepidantem protegit urbem. Atque ideo, poſtquam ad Cimbros, [illegible] que volabant Qui numquam [illegible] majora cadavera, corvi, Nobilis ornatur lauro collega ſecunda.* hoc eſt Q. C[illegible] tulus triumphavit, cum uni Mario [illegible] riae honos deberetur. *ſpes* [illegible] ea formula adeas *Plautum* [illegible] II, 3. Amphitr. V, I. *Terent.* [illegible] I. Adelph. III. 2, 33. *Q.* [illegible] 44. *Sulp. Severum* Hiſt. Sac. [illegible] *tolin.* in Gordian. Cap. XIX. *ſpes* [illegible] que *Liv.* IX, 4. de eventu & fine [illegible] belli *Oroſium*, *Plutarchum* in M[illegible] *necam* de Tranq. cap. XI. [illegible] pol. p. 80. *J. Waſſe.*

FINIS BELLI JUGURTHINI.

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII
HISTORIARUM FRAGMENTA.
LIBER I.

I. [1] RES populi R. M. Lepido, Q. Catulo Coſſ. ac deinde militiæ & domi geſtas compoſui. *Donatus Pomp. Meſſalinus.*

1 *Res populi*] In tanta rerum antiquarum obſcuritate, tamque denſis errorum tenebris, quæ prima ſint in his C. Salluſtii Criſpi hiſtoriis, quæ ſecunda; difficilis eſt dijudicatio, atque eo difficilior, quod neque veteres eam rem oratione perſecuti ſunt: & ſi qui ætatis poſterioris idem agere tentarunt, iiſdem etiam veſtigiis, quibus inſiſtimus, inhærere, & per inque ſcriptorum genus errare debuerunt: neque certam aliquam ſcribendi rationem, quaſi viam, tenere potuerunt. Igitur nos, quibus in rebus hujuſmodi diligentius inquirendis induſtriam graviorum diſciplinarum tractatio negavit, & in inveniendis ingenium natura ſatis parce eſt elargita, ita hæc hiſtoriæ Salluſtianæ fragmenta, & veluti e naufragio tabulas, componemus, ut ſi navem integram & ſartam tectam eſſe præſtare non poſſimus: (quis enim id ſperet?) ſaltem efficiamus, ut minus lacera, minuſque diſſipata, & in partes pauciores diſſoluta eſſe videatur. Hæc autem primo hiſtoriæ loco poſui, quod Tib. Donatus ſub initium Æneidos, Virgilium, qui prius rem, deinde poſuerit perſonam, ita tuetur; ut Salluſtium omni metrorum lege liberum hic hiſtoriam cœpiſſe ſcribit, Primo ut rem, mox Pop. Rom. perſonam poneret. Adde quod Auſonius in Protreptico ſuo, hiſtoriarum Salluſtii argumentum breviter recenſens, ita canit:

Jam facinus, Catilina, tuum, Lepidique tumultum,
Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romæ
Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos:
Jam lego civili miſtum Mavorte duellum,
Movit quod ſocio Sertorius exſul Ibero.

Quæ Auſonii ac Donati, commode, ni fallor, ad hæc verba referri poſſunt. Quæ cum bis a Priſciano, primo genitivum *Romæ*, pro adverbio notante, deinde idem poſterius repetente, tum vero etiam apud Rufinum, ſive quis alius auctor eſt libelli de *Metris Comicis*, a Pompejo Meſſalino adducuntur. Meſſalini verba ex libro *de Pedibus & Numeris oratorum* adſcribam: Neque enim parum ad eam, quam exprimendam curavi, ſcripturam confirmandam, & vero multum ad Priſcianum vehementer duobus lib. xv. in locis corruptum emendandum faciunt. *Nunc ſi videatur*, inquit, *Salluſtianæ periodi numeros inſpiciamus. Res popu*, dactylus. *li Romani Marco*, tres ſpondei. *Lepido*, anapæſtus. *Quinto Catulo*, ſpondeus & anapæſtus. *Conſulibus*, pæan primus. *ac deinde*, dichoreus ſive ditrochæus. *militi*, dactylus, *& domi*, creticus. *geſtas*, ſpondeus. *compoſui*, choriambus. Hactenus ille. Quod ita certum loci hujus conſtituendi argumentum ſit, ut vehementer mirer homines quoſdam, cum in hunc ſcriptorem incidiſſent, magis etiam, quaſi dedita opera ejus ſcripturam vitiare voluiſſe: tamen & apud Meſſalinum & apud Rufinum, copulam, &, ex veteribus Priſciani libris, cum in alio etiam vulgato exſtaret,

1 Cato

Januariis magna gloria Conſul triumphavit. Ex [4] ea tempeſtate [5] ſpes, atque opes civitatis in illo ſitae.

nuarii. quomodo & ex impreſſis quaedam: tametſi quod ad ſenſum ipſum attinet, utrumvis probe quadrat. *Rivius.*

4 *Ea tempeſtate ſpes atque opes civitatis in illo ſitae.*] Ant. Caſarii Caeſenatis, & *Pauli Hyantaphii Sabini* libri duo ſcripti, *ex ea tempeſtate*, habent praeterea, *ſitae erant*, non *ſitae*. Alii judicent. impreſſa lectio mihi quidem ſatis lepida videtur, quomodo locutus & *Sulpitius Severus* Sacrae hiſtoriae Lib. I. de Joſepho: *Ea tempeſtate* ſpes atque ſalus *Aegypti in illo ſitae erant.* Manut. Ita MSS. potentioris fidei, nam quibus minor auctoritas, excluſere illud *ex*, vel mutarunt in *&* ſunt etiam qui praeferant, *& ex ea temp.* Gruterus.

5 *Spes atque opes civitatis in illo ſitae.*] Ejeci *Carrionis*, aſſeclarumque, *ſitae erant*; quod non compareret in pleriſque MSS. arceretur que alioquin editionibus obſoletiſ[illegible] denique prodderent id falſi MSS. aliquot, in quibus, *ſitae ſunt.* Idem. *Hic tamen & Cimbros; & ſumma pericula rerum Excipit, & ſolus trepidantem protegit urbem. Atque ideo, poſtquam ad Cimbros, ſtragemque volabant Qui numquam attigerant majora cadavera, corvi, Nobilis ornatur lauro collega ſecunda.* hoc eſt Q. [illegible] tulus triumphavit, cum uni Mario [illegible] riae honos deberetur. *ſpes* [illegible] ea formula adeas *Plautum* [illegible] II, 3. Amphitr. V, I. *Terent.* [illegible] III, I. Adelph. III. 2, 33. *Q.* [illegible] II, 44. *Sulp. Severum* Hiſt. Sac. [illegible] *tolin.* in Gordian. Cap. XIX. ſpes [illegible] que *Liv.* IX, 4. de eventu & fine [illegible] belli *Oroſium*, *Plutarchum* in Mar[illegible] *necam* de Tranq. cap. XI. *A*[illegible] pol. p. 80. *J. Waſſe.*

FINIS BELLI JUGURTHINI.

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER I.

I. [1] RES populi R. M. Lepido, Q. Catulo Coſſ. ac deinde militiæ & domi geſtas compoſui. *Donatus Pomp. Meſſalinus.*

1 *Res populi*] In tanta rerum antiquarum obſcuritate, tamque denſis errorum tenebris, quæ prima ſint in his C. Salluſtii Criſpi hiſtoriis, quæ ſecunda; difficilis eſt dijudicatio, atque eo difficilior, quod neque veteres eam rem oratione perſecuti ſunt: & ſi qui ætatis poſterioris idem agere tentarunt, iiſdem etiam veſtigiis, quibus inſiſtimus, inhærere, & per omne ſcriptorum genus errare debuerunt: neque certam aliquam ſcribendi rationem, quaſi viam, tenere potuerunt. Igitur nos, quibus in rebus hujuſmodi diligentius inquirendis induſtriam graviorum diſciplinarum tractatio negavit, & in inveniendis ingenium, natura ſatis parce eſt elargita, ita hæc hiſtoriæ Salluſtianæ fragmenta, & veluti e naufragio tabulas, componemus, ut ſi navem integram & ſartam tectam eſſe præſtare non poſſimus: (quis enim id ſperet?) ſaltem efficiamus, ut minus lacera, minuſque diſſipata, & in partes pauciores diſſoluta eſſe videatur. Hæc autem primo hiſtoriæ loco poſui, quod Tib. Donatus ſub initium Æneidos, Virgilium, qui prius rem, deinde poſuerit perſonam, ita tuetur; ut Salluſtium omni metrorum ratione liberum hic hiſtoriam cœpiſſe ſcribat. Primo ut rem, mox Pop. Rom. perſonam poneret. Adde quod Auſonius in Protreptico ſuo, hiſtoriarum Salluſtii argumentum breviter recenſens, ita canat:

Jam facinus, Catilina, tuum, Lepidique tumultum,
Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romæ
Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos:
Jam lego civili miſtum Mavorte duellum,
Movit quod ſocio Sertorius exſul Ibero.

Quæ Auſonii ac Donati, commode, ni fallor, ad hæc verba referri poſſunt. Quæ cum bis a Priſciano, primo genitivum *Romæ*, pro adverbio notante, deinde idem poſterius repetente, tum vero etiam apud Rufinum, ſive quis alius auctor eſt libelli de *Metris Comicis*, a Pompejo Meſſalino adducuntur. Meſſalini verba ex libro *de Pedibus & Numeris oratorum* adſcribam: Neque enim parum ad eam, quam exprimendam curavi, ſcripturam confirmandam, & vero multum ad Priſcianum vehementer duobus lib. xv. in locis corruptum emendandum faciunt. *Nunc ſi videatur*, inquit, *Salluſtianæ periodi numeros inſpiciamus. Res popu*, dactylus. *li Romani Marco*, tres ſpondei. *Lepido*, anapæſtus. *Quinto Catulo*, ſpondeus & anapæſtus. *Conſulibus*, pæan primus. *ac deinde*, dichoreus ſive ditrochæus. *militi*, dactylus, *& domi*, creticus. *geſtas*, ſpondeus. *compoſui*, choriambus. Hactenus ille. Quod ita certum loci hujus conſtituendi argumentum ſit, ut vehementer mirer homines quoſdam, cum in hunc ſcriptorem incidiſſent, magis etiam, quaſi dedita opera ejus ſcripturam vitiare voluiſſe: tamen & apud Meſſalinum & apud Rufinum, copulam, *&*, ex veteribus Priſciani libris, cum in alio etiam vulgato exſtaret,

1 Cato Romani generis diſertiſſimus multa paucis abſolvit. *Servius & Acron.*

2 Fannius vere. *Victorinus.*

Nos in tanta doctiſſimorum hominum copia. *Servius.*

Neque me diverſa pars in civilibus armis movit a vero. *Aruſianus.*

3 Nobis primæ diſſenſiones vitio humani ingenii evenere: quod inquies, atque indomitum, 4 ſemper in certamine

neceſſario repoſui. Fuerunt conſules M. Aimilius Q.F.M.N. Lepidus, & Q. Lutatius Q.F.Q.N. Catulus, anno V.C IↃCLXXV. *Carrio.*

Res Pop. R. M.] Videtur Salluſtius æmulatus eſſe exordium, quo Thucydides hiſtoriam ſuam exorſus eſt, cum dixit Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων, καὶ Ἀθηναίων ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους. Nam verbum *compoſuit*, eodem modo uſurpavit, quo Græcus ſcriptor, ξυνέγραψε, quod poſitum eſt, pro, συνέθηκε. Ad Salluſtium reſpexit Tacitus cum dixit lib. 11. *Res Imperatoris Domitiani compoſui.* M. autem Lepidi, & Q. Catuli conſulatus, deſcriptus eſt in veteri apud me Senatusconſulto, quod in ænea tabella inciſum eſt ita: ΕΠΙ ΥΠΑΤΩΝ ΚΟΙΝΤΟΥ ΛΥΤΑΤΙΟΥ ΚΟΙΝΤΟΥ ΥΙΟΥ ΚΑΤΛΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΚΟΥ ΑΙΜΙΛΙΟΥ .... ΜΑΡΚΟΥ ΥΙΟΥ ΛΕΠΙΔΟΥ, &c. *Urſinus.*

1 *Cato*] M. Fab. Victorinus Comment. 1. ad Cic. de Invent. citat hoc fragmentum: Vox, *multa ex*. Actoris apud eum reponendum eſt. *Carrio.*

2 *Fannius vere*] Adducit hunc locum Marius Victorinus, apud quem legitur; *Fannius vero brevitatem*, pro, quo alii repoſuerunt, *Fannius vere* &c. Sed cum Salluſtius brevitatem Catoni tribuerit, fortaſſe pro, *brevitatem*, ſcribendum erit, *ubertatem*. Nam illud, *vere*, non placet, & factum videtur ex eo, quod in vulgatis eſt, *vero*. *Urſinus.* Duo fuere Fannii, cujus utriuſque meminit in Bruto Cicero: *Horum ætatibus adjuncti duo C. Fannii, Caii Marcique filii fuerunt: quorum Caii filius, qui conſul cum Domitio fuit, unam orationem de ſociis & nomine Latino, contra Gracchum reliquit: ſane & bonam & nobilem.* & poſt aliqua: *Aliter autem & Fannius M. F. C. Lælii gener, & moribus, & ipſo genere dicendi durior. Is ſoceri inſtituto, (quem, quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat: præſertim cum ille Q. Scævolam ſibi, minorem natu generum prætuliſſet: cui tamen Lælius ſe excuſans, non genero minori dixit ſe illud, ſed majori filiæ detuliſſe) is tamen inſtituto Lælii Panætium audiverat: ejus omnis in dicendo facultas ex hiſtoria ipſius non ineleganter ſcripta perſpici poteſt: quæ neque nimis eſt infans, neque perfecte diſerta.* Ejus quoque Annalium meminit Cicero primo de LL. & lib. 11. de Orat. item ad Atticum lib. XII. epiſt. V. ubi & indicat a Bruto fuiſſe in compendium redactos. *Voſſ.*

3 *Nobis*] Ex Priſciano lib. V. Exemplar. S. Martini Lovanienſis duas voces a vulgata editione variat. Primum enim legit; *nobis nuper primæ*: deinde, *agitur*: pro, *agit*. Quod poſterius, licet probante Thoſano codice, nondum admiſi. Sic in Critico emendationum Salluſtianarum emendavimus apud Salluſt. bello Jugurthino cap. XXV. *Porro animus cupidine cæcus ad inceptum ſcelus rapiebat.* Cum vulgo ubique legeretur, *rapiebatur*; loco ab hominibus ineptiſſimis Salluſtianæ loquendi rationis ignorantibus fœde depravato. *Carrio.*

4 *Semper in*] Quidam pro, *agit*, *agitur* reſcribere inſtituerunt, veteris (ut videtur) codicis fidem ſecuti. Unde ſuſpicio eſt, *agitat*, in Salluſt. ſcribi debere. Et certe mecum facit Priſcianus, hujus Fragmenti laudator; qui *agitur* hoc loco (lego *agitat*) pro *agit* po-

liber-

Digitized by Google

libertatis, aut gloriæ, aut dominationis agit. *Priſcianus.*

Nam a primordio urbis [1] ad bellum Perſi Macedonicum. *Idem.*

II. Res Romana plurimum imperio valuit, Ser. Sulpitio & M. Marcello Coſſ. [2] omni Gallia cis Rhenum, atque in-

ſitum obſervaſſe videri poteſt. Quid? quod plerumque frequentativis evenire ſolet, ut pro ſimplicibus ab Hiſtorico noſtro ponantur. Qua de re exempla, quod in promtu ſint, præterfluere ſino. *Douza.*

1 *Ad bellum Perſi*] *Perſi*, pro, *Perſis*, uſurpavit etiam Tacitus Salluſtium imitatus, cum dixit lib. IV. *Per bella Perſi.* Urſinus. Soſipater Chariſius lib. II. & Serv. in Æn. I. lib. VIII. tres poſtremas affert voces. quin & Probus Catholicis. In quibuſdam libris eſt, *Principio*; in pluribus *Primordio*. Omiſſa eſt computatio annorum. Fuerunt DXXCIII. C. Hoſtilio Mancino, C. Atilio Serrano Coſſ. *Colet.*

2 *Omni Gallia cis Rhenum*] Ammianus Marcellinus eadem lib. XV. tradidit; ſed verbis ita corruptis, ut qui ea ex ingenio emendare ſunt conati, magis etiam corrupiſſe videantur. *Galliæ regiones*, inquit, *præcipue quæ confines Italicis, paullatim levius odere, ſub imperium venire Romanum. Primo tentatæ per Fulvium prœliis parvis, quaſſatæ per Sextium, ad ultimum per Fabium Maximum domitæ, cui negotii plenus effectus aſperiore Allobrogum gente devicta, hoc indidit cognomentum. nam omnes Galliæ, niſi quæ paludibus invia fuere, ut Salluſtio docetur auctore, poſt decennalis belli mutuas clades * ſocietatique noſtræ fœderibus junxit æternis.* Verba Ammiani attuli; primum ut ea ad hiſtoriæ fidem examinarem: deinde, ut quid alii, dum corrigere voluerunt, promoverint, oſtenderem. poſtremo, ut cum noſtro hoc loco componerem. Igitur, ut ne ulteriora attingamus, quæ ab ipſo pæne urbis Romæ natali repetenda erant, utque bella Gallica Ciſalpina prætereamus, anno ab V. C. IↃCXXVIII. M. Plautio Hipſæo, M. Fulvio Flacco Coſs. bellum Allobrogicum exarſit: qui M. Fulvius biennio poſt de Liguribus, Vocontiis & Salviis triumphavit. De quibus iiſdem ſequenti deinde anno a C. Sextio Calvino proconſ. ut a C. Caſſio Longino de Allobrogibus, Arvernis, & Ruthenis triumphus actus eſt. Poſt Allobroges cum rurſus viribus refectis Romanis ſeſe opponerent, in eoſque pro gentis ſuæ conſuetudine continuum bellum gererent, tandem a Q. Fabio Maximo Procos. una cum rege Arvernorum Betulto ſuperati, ab eodem anno IↃCXXXIII. in triumphum ducti ſunt. Atque, hoc eſt, quod ait Marcellinus, Gallias a Fulvio tentatas, a Sextio quaſſatas, a Fabio Maximo devictas in Romanorum poteſtatem conceſſiſſe. Quod vero ait ex Allobrogibus devictis Fabii Maximi cognomentum inditum fuiſſe; id equidem ſemper ne verum eſſet, ſummopere ſum veritus: cum in Faſtis Capitolinis, etiam ante triumphum hunc Maximi titulo inſignem eſſe inveniatur. Additur in Marcellino: *poſt decennalis belli mutuas clades, ſocietatique noſtræ fœderibus junxit æternis:* quæ ejus oratio apertis vitiis non caret: iiſque ejuſmodi, ut a me ſine veteribus libris purgari nequeant. Nam quod quidam ſuppoſuerunt: *Cæſar ſocietati noſtræ fœderibus junxit æternis:* hoc cum & contra rei geſtæ veritatem, & præter hiſtoriæ fidem ſit; concoquere nullo modo poſſum. Cæſar id fecit? qui poteſt? cum Servius Sulpicius Rufus & M. Claudius Marcellus, ſub quibus omnem Galliam perdomitam fuiſſe ſcribit Salluſtius, ann. V. C. IↃCCII. hoc eſt, biennio ante bellum civile Cæſaris & Pompeji, fuerint conſules. Igitur locum corruptum eſſe fateamur, atque ita a nobis relinqui debere, doleamus. Nam quod in Mariangeli Accurſii, hoc eſt, prima, ni fallor, hujus hiſtorici editione legitur: *Omnes Galliæ, niſi quæ paludibus invia fuere, Salluſtio docetur auctore poſt decennalis belli mutuas clades perpeſſas, ſocietatique noſtræ fœderibus junxit æternis:* id ſatis magno argumento eſſe debet reliquo-

ter mare noſtrum, atque Oceanum, 1 niſi quæ a paludibus invia fuit, perdomita. 2 Optumis autem moribus, & maxuma concordia egit populus R. inter ſecundum atque poſtremum bellum Carthaginienſe. *Victorinus & Auguſtinus*.

At diſcordia, & avaritia, atque ambitio, & cetera ſecundis rebus oriri ſueta mala, poſt Carthaginis excidium maxume aucta ſunt. Nam injuriæ validiorum, & ob eas diſceſſio plebis a patribus, aliæque diſſenſiones domi fuere jam inde a principio: neque amplius, quam regibus exactis, dum 3 metus a Tarquinio & bellum grave *cum* Etruria poſitum eſt, æquo & modeſto jure agitatum: *dein,* ſervili imperio patres plebem exercere; de vita atque tergo regio more conſulere; agro pellere, 4 &, ceteris expertibus, ſoli in imperio agere. Quibus ſævitiis, & maxume 5 fenoris onere oppreſſa plebes, cum aſſiduis bellis tributum ſimul & militiam toleraret, armata, montem ſacrum, 6 atque Aventinum inſedit. Tumque trib. pl. & alia ſibi jura paravit. Diſcordiarum & certaminis utrimque finis fuit ſecundum bellum Punicum. *Auguſtin.* & *Servius* ad *Georg*. IV.

III. 7 Poſtquam, remoto metu Punico, ſimultates exer-

rum ſcripturas ab ingenio & conjectura, non autem ab ipſa rei veritate proficiſci. *Carrio.*

1 *Niſi*] A. Marcellin. *Niſi quæ paludibus inviæ fuere* M. Victor. ut in Textu. Nonius. *Niſi qua fuit paludibus invia.*

2 *Optimis moribus*] Salluſtius in Jugurth. *Nam ante Carthaginem deletam Pop. & Senatus Rom. placide modeſteque inter ſe Rempublicam tractabant.*

3 *Metus a Tarquinio*] Sic Liv. lib. XLV. *Cum major a Romanis metus, timorem a Principibus ſuis viciſſet.* Ciaccon.

4 *Et, ceteris expertibus*] Sic in Catilin. *Crudelitate feneratorum plerique patria: ſed omnes fama atque fortunis expertes ſumus.* Idem. Scil. imperii ac dominationis. Nam ſi omnis *poteſtas* (ut vult Poeta) *impatiens conſortis*, eo magis Regia. Simile poſtea in oratione ad Cæſarem de Pompejo: *Nam particeps dominationis neque fuit quiſquam, &c.* Douza.

5 *Fenoris*] Vide ſupra Bell. Cat. cap. XXXIII.

6 *Atque Aventinum inſedit*] Tacitus: *Duos colles quos barbari inſederant*, &, *Arcem Capitolii inſedit*, &, *Soli Cheruſci juga inſedere.* Livius lib. III. de eadem re: *Eunt agmine ad Urbem, & Aventinum inſident.* Vide quæ diximus ad c. XXXI. Bell. Jugurth. *Ciacc.* Diomedes vero l. II. c. ult. prolepſin figuram hic eſſe docet: eo quod mons, poſtea quam plebs illum inſederat, ſacer dictus eſt. Totum autem hoc hiſtoriæ fragmentum peſſime ab iis acceptum eſt, qui ſe harum hiſtoriarum emendatores eſſe ſunt profeſſi. *Carrio.*

7 *Poſtquam, remoto*] Sic Tacitus Hiſt. II. *Sed ubi ſubacto orbe, & æmulis urbibus regibuſque excifis, ſecuras opes concupiſcere vacuum fuit.* Ciacc.

cere

cere vacuum fuit, plurimæ turbæ, ſeditiones, & ad poſtremum bella civilia orta ſunt: dum pauci potentes, quorum [1] in gratia plerique conceſſerant, ſub honeſto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant, bonique & mali cives appellati, non [2] ob merita in rempublicam, omnibus pariter corruptis, ſed uti quiſque locupletiſſumus, & injuria validior, quia præſentia defendebat, pro bono ducebatur. 3 Ex quo tempore majorum mores non paul-

7 *Poſtquam*] In Agellio Buſlidiano eſt: *poſt remoto metu Punicos milites exercere vacuum fuit.* non recte. Vult enim Salluſtius, Romanis metu belli Punici impeditis parum otii fuiſſe exercendis ſimultatibus: remoto vero metu Punico, ſtatu Reipub. nimio & otio & luxu conquaſſato, privatim ſingulos privis ſimultatibus indulſiſſe. Quod bello Catilinario & Jugurthino, itemque multis hiſtoriarum locis frequenter repetit. De quo item Silius Italicus, quem plurima a Salluſtio mutuari, alibi teſtati ſumus, extremo decimo libro, ita canit:

Hæc tum Roma fuit, poſt te cui vertere mores.
Si ſtabat fatis; potius Carthago maneres.

Carrio. Ita recte & ordine in editionibus pleriſque. Quo magis miror ſiniſtram illorum diligentiam, quibus pro *ſimultates, milites* nobis objectare vacuum fuit. Quos ipſos ſatius, dum ejuſmodi Scholia commentarentur, vacuos eſſe fuiſſet. Ceterum hæc levioris operæ, cujus mihi pretium nonnullum facturus ſane videor, ſi & iſtud, & duo proxime inſequentia Fragmenta, quæ apud Auguſtinum, Agellium, & Frontonem trifariam diſpulſa leguntur, in unum locum compulero, ordine nonnihil immutato, qui mihi ad hoc exemplum diſpartiendus videtur: *Poſtquam remoto metu Punico ſimultates exercere vacuum fuit, plurima turba, ſeditiones & ad poſtremum bella civilia orta ſunt: dum pauci potentes, quorum in gratia plerique conceſſerant, ſub honeſto patrum aut plebis nomine, dominationes affectabant, bonique & mali cives appellati, non ob merita in remp. omnibus pariter corruptis, ſed uti quiſque locupletiſſimus, & injuria validior, quia præſentia defendebat; pro bono ducebatur. Ex quo tempore majorum mores non paulatim, ut antea, ſed torrentis modo præcipitati: adeo juventus luxuria atque avaritia corrupta eſt, ut merito dicatur, genitos eſſe, qui neque ipſi habere poſſent res familiares, neque alias pati.* Douza.

1 *In gratia*] Aruſianus Meſſus primo hiſtoriarum libro a Salluſtio dictum notat; *concedere in gratia.* Quæ apud Auguſtinum lib. III. cap. XVII. (is enim totum hoc Salluſtio fragmentum conſervavit) mutata loquendi ratione leguntur: *quorum in gratiam plerique conceſſerant.* Carrio. Ἀρχαϊκῶς, quemadmodum contra Cicero: *In poteſtatem eſſe.* Claudius, *in medium relinquere.* Terentius *in rem eſſe* dixerunt, quod eo libentius moneo, ne quis locutionis inſolentia ductus, pro lubidine ſua in quidvis aliud mutet. *Putſch.*

2 *Ob. merita*] *Merita*, tam in vitio quam in laude poſuit Salluſtius; ambiguitate, qua idem antea uſus in Jugurtha: *Laudare, increpare merentes.* Quem locum ancipitis vocabuli ignoratione male jampridem a ſciolis acceptum tandem ſartum tectum Criſpo reſtituit Rivius. *Douza.*

3 *Ex quo tempore*] Sintne hæc certa Salluſtianæ orationis verba, an vero etiam cum ſuperioribus debeant conjungi, valde dubito; certe idem Auguſtinus eodem, quo ſuperiora loco, paucis interjectis memorat. *Carrio.*

 latim,

latim, ut antea, ſed torrentis modo præcipitati: adeo juventus luxu atque avaritia corrupta eſt; uti merito dicatur, genitos eſſe, qui neque ipſi habere poſſent res familiares, neque alios pati. *Agellius & Auguſtinus.*

IV. 1 Igitur venditis proſcriptorum bonis, aut dilargitis. *Agellius.*

2 Id bellum excitabat metus Pompeji victoris 3 Hiempſalem in regnum reſtituentis. *Idem.*

Maxumeque ferocia regis 4 Mithridatis in tempore bellaturi. *Donatus & Aruſianus.*

5 Quin lenones & vinarii laniique, quorum præterea vulgus in dies uſum habet, precio 6 compoſiti. *Cariſius.*

Genus armis ferox, & ſervitii inſolitum. *Aruſianus.*

M. Æmilii Lepidi Coſ. ad P. R. Oratio contra Sullam.

Clementia & probitas veſtra, Quirites, quibus per ceteras gentis maxumi, & clari eſtis, plurimum timoris mihi faciunt, advorſus tyrannidem L. Sullæ: 7 ne aut ipſi, nefan-

1 *Igitur*] Opinor autem hunc locum de Sullana proſcriptione accipiendum. Auguſtinus enim cap. XVIII. lib. II. plura hic Salluſtium de Sullæ vitiis ceteraque fœditate reipub. tradidiſſe ſcribit. *Idem.*

2 *Id bellum*] Agellius lib. IX. hæc adducens, Pompeji metum, interpretatur, non quod Pompejus metueret, ſed quod metueretur. Quod & Nonium Marcellum in v. (*metus*) obſervare memini: apud quem tamen prima vox eſt emendanda. *Idem.*

3 *Hiempſalem*] Qui poſt devictum Jugurtham, cum tribus aliis, de quibus ſupra in fine belli Jugurthini actum eſt, Numidiæ regnum partitus eſt. Et poſtmodum ejectus regno civilibus motibus, a Pompejo reſtitutus eſt.

4 *Mithridatis*] Tac. Annal. XII. *Tamquam adverſus deſertores, & in tempore rebellaturos.* Quomodo exiſtimo hic legendum. Donatus tamen in Phormion. Act. II. Scen. IV. ita citat: *Regis Mith. in tempore bellaturi.* Ciacc.

5 *Quin lenones*] Corrige locum Chariſii adfectiſſimum libro primo, ubi hæc Salluſtii adducit: *Lanius dicitur, ut Terentius, Lanii & coci. Et Salluſtius, Quin vinarii laniique.* Ubi illud quoque notamus, *vinarium* dici. Lanio autem quaſi diminutio lanii. Et ita habet V. C. Nobiliſſ. Douzæ. *Putſch.*

6 *Compoſiti*] Nonius in iiſdem verbis, *compoſiti*, exponit, *redempti.* Carrio.

7 *Ne aut ipſi, nefanda*] quidam, *Ne qua ipſi nefanda exiſtimatis.* Alii, *Ne qua ipſi nefanda non æſtimatis ea &c.* *Carrio.* Forte, *Nefanda qua vobis exiſtimatis.* Et a dictione, *præſertim*, uſque ad *eximat*, parentheſi incluſa eſſe debeat. *Ciacc.* Ita in pleriſque exemplaribus hodie legitur: *Ne aut ipſi, nefanda quæ non exiſtumatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini.* Ego malim id quod in quibuſdam libris viſus ſum animadvertere: *Ne qua ipſi nefanda æſtimatis.* Atque ita optime & ſibi, & nobis conſtituta eſt ſententia alioqui inexplicabilis, ut ſignificet Lepidus Populum Roman. alios ex ſuo ingenio probare conſueſſe, & quoniam ipſorum mores a tyrannide,

da

da quæ æſtumatis, ea parum credendo de aliis circumveniamini: (præſertim cum illi ſpes omnis in ſcelere atque perfidia ſit; neque ſe aliter tutum putet, quam ſi pejor atque [1] inteſtabilior metu veſtro fuerit, [2] quo captivis libertatis curam miſeria eximat:) aut ſi provideritis, in tutandis periculis magis, [3] quam in ulciſcendo teneamini.

omnique adeo perfidia impenſiſſime abhorreant, ceteros omnes etiam ſui ſimiles putare, eoque ipſos nimia ſua credulitate per fidem facilius decipi, ac dolis Sullanis opprimi poſſe, quum quæ ipſi nefanda ſibi atque abominanda exiſtimant, ea haud temere in quenquam mortalem cadere poſſe arbitrantur. Quid? quod ita hunc locum interpretandum eſſe, clamant ea quæ præceſſere. Ceterum quod de Sulla ab omnibus Scriptoribus prædicatur, eum A. V. DCLXXIV. qui hunc Lepidi Conſulatum anteceſſerat, Dictaturam depoſuiſſe; falſum alicui, neque hercule injuria, videri poſſit: qui quidem hanc Æmilianam Orationem ſecum & cum animo ſuo paulo curioſius perpenderit; in qua de abdicatione dictaturæ verbum nullum, de dominatione autem ſermo plurimus. Sed tamen (ut, quod res eſt, fabuler) veriſimile non eſt, Sulla Rempubl. tractante, locum adeo liberæ orationi in urbe conceſſum fuiſſe, pariture alioqui præſens haud dubie incommodum tam auctori quam auditoribus, quos frequentes quidem & conglobatos adfuiſſe oportuit; ſi tamen ea pubi præſenti in concione, pro Roſtris habita fuerit, ex more Romano. Quo magis in eam ſententiam inclinat animus, ut credam depoſita quidem a Sulla Dictatura hæc verba M. Æmilium Cos. ad Quirites feciſſe; ſed depoſitam modo titulo tenus. Quippe cujus vim etiam poſtea per idoneos homines retentam, ex libidine Sullaturientium partium aſpere violenterque exerceretur in plebem; eorum, inquam, opera, qui malo Reip. creverant, quorum cum primis intererat, ne Acta Sullæ reſcinderentur. Teſtis Appianus, qui hoc genus hominum perpetuos dignitatis Sullanæ propugnatores etiam poſt ejuſdem exceſſum fuiſſe aſſerit. In hos igitur potius quam in Sullam, magnam harum invectionum partem convenire perſuaſum eſt mihi. Cui ſententiæ noſtræ non minimam fiduciam tribuit ter iterata in hac ipſa Oratione Satellitum Sullanorum mentio, quos ille, dum Dictator fuerat, quo fidos ſibi obnoxioſque magis in perpetuum faceret, ex præda civili acerbiſſima ditatos dilargitis proſcriptorum bonis, ad ſummos inſuper honores extulerat. In quorum ſtabili poſſeſſione quoniam ſe, Sulla jam privato, permanere poſſe diffiderent, ideo pro ipſius Actis, ſummis porro opibus atque induſtriis, haud ſequius quam pro aris & focis nitebantur. Utut eſt, illud certe extra controverſiam, in hunc primum Lepidi Conſulatum, qui geſtus fuit Anno Urbis DCLXXV. Sullæ mortem incidiſſe. Quum anno ante Dictatura ſe abdicaſſe ab Hiſtoricis prodatur. *Douza.* In Gymnico τὸ *nefanda* perperam deeſt. *Riv.*

1 *Inteſtabilior*] Vulgo; *inſtabilior*. Male. Sic idem Jugurth. *Improbus inteſtabiliſque*. Verbis ex legibus XII. tab. derivatis, quæ in jure noſtro civili ſunt frequentia. *Carrio.* Tacitus IV. Hiſtor. *Quum interim inteſtabilior & ſævior exortus eſt.* *Ciacc.*

2 *Quo captivis*] *Captivis*, ſcilicet *vobis*, quos ille pro *captivis*, ac proinde ut ſervos, ſeu capite diminutos habet. *Douza.*

3 *Quam in ulciſcendo teneamini*] Mira locutionis ratio; niſi a Salluſtio hæc eſſet. Et profecto fuit tempus, quum probiſſimam lectionem ſolicitare auſus, pro *Tutandis*, *Vitandis*, (id quod in neſcio quo exemplari reperiſſe mihi videbar) reſcribendum cenſerem. Nunc aliquando ad verum converſus mutata ſententia, muto pariter factum; &, *Tutandis periculis*, propulſandis ac defendendis interpretor. *Idem.*

V. [1] Sa-

Digitized by Google

V. 1 Satellites quidem ejus, homines maxumi nominis, non minus optumis majorum exemplis, 2 nequeo ſatis mirari, dominationis in vos, ſervitium ſuum mercedem dant: 3 & utrumque per injuriam malunt, quam optumo jure liberi agere: præclara Brutorum, atque Æmiliorum & Lutatiorum proles, geniti ad ea, quæ majores virtute peperere, ſubvertunda. 4 Nam quid à Pyrrho, 5 Hannibale, Philippoque & Antiocho defenſum eſt aliud, quam libertas, & ſuæ cuique ſedes; 6 neu cui, niſi legibus, pareremus? quæ cuncta ſævus 7 iſte Romulus, quaſi ab externis rapta, tenet, non tot exercituum clade, neque conſulis, & aliorum principum, quos fortuna belli conſumſerat, ſatiatus; 8 ſed tum crudelior, cum pleroſque ſecundæ res in miſerationem ex ira vertunt. Quin ſolus omnium, poſt memoriam hominum, ſupplicia in poſt futuros compoſuit: 9 quis prius injuria quam vita certa eſſet:

1 *Satellites quidem ejus*] Tò *ejus* in Gymnico deeſt. *Riv.* In MS. Nobiliſſ. Puteanorum: *Satellites quidem ejus, homines maximi nominis, optimis majorum exemplis*, quod probo. Nam illud *non minus*, ex ſuperioris vocabuli repetitione conflatum videtur. *Putſch.*

2 *Nequeo ſatis*] Perperam in aliis, *non ſatis*. Riv.

3 *Et utrumque*] Cum ſtatim ſequatur, *quam optimo jure liberi agere*; ut contraria contrariis opponantur, legendum videtur, *& vincti per injuriam malunt*. Ciacc.

4 *Nam quid a Pyrrho*] Recte atque ordine: Legibus enim parere tutiſſimum, omneſque mortales æquo ac modeſto inter ſe jure agitare decet: neque cujuſquam ſupra Leges potentiam eſſe. Hoc ſiquidem Albanæ tyrannidi, quam juſto imperio, aut bene conſtitutæ Reipub. propius & convenientius videtur. Ceterum notandum ejus dicti inſolentiam: *Defenſum a Pyrrho, Hannibale* pro, a vi, impetu, atque injuria Pyrrhi, Hannibalis, &c. vindicatum atque aſſertum. Eo dico, ne quis Romanorum libertatem ab hoſtibus defenſam Salluſtium hoc loco dixiſſe immerito calumniam auſit, notamque vanitatis certiſſimo Hiſtorico falſo inurere. Id enim verba ipſa prima fronte præ ſe ferre manifeſto videntur: Phraſi alioqui interioris notæ ſcriptoribus Ciceroni, Cæſari, aliis paſſim frequentata. Verbi gratia; Urbem Vitam, Dignitatem; a vaſtatione, ab inimicis defendere. *Douza.*

5 *Hannibale*] Vide ſupra Jug. cap. v.

6 *Ne cui*] Venetum exemplar, *nec cui*. Id rectius eſt, pro *neve alicui*. Riv.

7 *Romulus iſte*] Per contemptum: id eſt, Sulla qui ſe alterum Romulum dicit. Servius in Eclog. III. hæc pro Salluſtianis agnoſcit. vid. Douzam ad vſ. 389. Catulli, qui *Scævus* legendum contendit, ſed invitis Codicibus.

8 *Quom pleroſque*] Lego, *Pleriſque*. Cauſſa depravationis Correctorum improbitas, quibus (ut & ipſe Salluſtianum loquendi genus in rem meam accommodem) omni ætate in Scholaſticis ſordibus acta, quidquid non intelligunt corrumpere, *conſuetudine jam pridem in naturam vertit*. Douza.

9 *Quis prius injuria*] Ita Schurrerianum, id quod ſententia quoque poſtulat. Nam Sullam ait unum omnium poſt hominum memoriam ſupplicia in poſt futuros compoſuit

praviſ-

praviſſumeque per ſceleris immanitatem adhuc tutus 1 furit; dum vos, metu gravioris ſervitii, a repetunda libertate terremini.

VI. Agendum atque obviam eundum eſt, Quirites; ne ſpolia veſtra penes illum ſint: 2 non prolatandum, neque votis paranda auxilia; niſi forte ſperatis, per tædium jam aut pudorem tyrannidis, eſſe eum per ſcelus occupata periculoſius dimiſſurum. At ille eo proceſſit, uti nihil glorioſum, niſi tutum, & omnia retinendæ dominationis honeſta exiſtumet. Itaque illa quies, & otium cum libertate, 3 quæ multi probi potius, quam laborem cum honoribus, capeſſebant, nulla ſunt. Hac tempeſtate ſerviundum, aut imperitandum: habendus metus eſt, aut faciundus, Quirites. 4 Nam, quid ultra? quæve humana ſuperant, aut divina impolluta ſunt? populus Romanus paulo ante gentium moderator, exſutus imperio, gloria, jure, agitandi inops, deſpectuſque, ne 5 ſervilia quidem alimenta reliqua habet.

VII. 6 Sociorum, & Latii magna vis civitate pro multis, & egregiis factis, a vobis 7 data, per unum prohibentur: & plebis innoxiæ patrias ſedes occupavere pauci ſatellites, mercedem ſcelerum. Leges, judicia, ærarium, pro-

taros compoſuiſſe, hoc eſt, proſcriptorum liberos a rep. ſubmoviſſe, ac petendorum honorum jure prohibuiſſe. Ut ita nimirum injuria iis prius, quam vita certa foret. *Riv.* Vulgo, *certaſſet.*

1 *Furit;*] Legendum *furit. Riv.* ſic in ed. *Popmæ* & *Carrionis.*

2 *Non prolatandum,*] Hujus ſententiæ, quaſi interpretamentum habes in ejuſdem Catilina, ubi Catonem ita probabiliter argumentantem inducit: *Non votis, neque ſuppliciis muliebribus Deorum auxilia parantur: vigilando, agendo, conſulendo proſpere omnia cedunt.* Et cetera quæ ibidem ſequuntur. *Douza.*

3 *Quæ multi probi*] Sic in Veneto & Argentoratenſi; non, *quam*; ut neutro genere ponatur, & ad ſubſtantiva illa diverſorum generum referatur, *quietem & otium.* Riv.

4 *Nam quid ultra*] Non minus recte fortaſſe legetur: *Nam. quid ultra ſuperat? quæve humana aut divina impolluta ſunt?* Sic infra: *eſt ne juris reliqui aliquid* Ciacc.

5 *Servilia alimenta*] Quinos frumenti ſeu farris modios in ſingulos menſes intellige. Id enim (uti ad Phormionem notavit Donatus) ſervorum demenſum erat. Qua de re Criſpus etiam poſtea in Oratione Macri Tribuni Pl. *Niſi forte repentina iſta frumentaria lege munia veſtra penſantur, qua tamen quinis modiis libertatem omnium æſtimavere.* Ita enim & locum eum, & priorem Donati ex Seneca caſtigandum commonefecit nos princeps in ablectiſſimo illo Electorum ſuorum Commentario Juſtus Lipſius. *Douza.*

6 *Sociorum, & Latii*] V. ſupra Jug. cap. XXXIX.

7 *Data,*] Quod Romana Civitas liberæ Reipub. temporibus nulli invito adimere-

vinciæ, reges, penes unum; denique necis civium, & vitæ licentia. Simul humanas hoſtias vidiſtis, & ſepulchra infecta ſanguine civili. [1] Eſtne viris reliqui aliud, quam ſolvere injuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem unum omnibus finem natura vel [2] ferro ſeptis ſtatuit: [3] neque quiſquam extremam neceſſitatem nihil auſus, niſi muliebri ingenio, exſpectat. Verum ego ſeditioſus, uti Sulla ait, [4] qui præmia turbarum queror: & bellum cupiens, [5] quia jura pacis repeto.

VIII. Scilicet, quia non aliter ſalvi, ſatiſque tuti in imperio eritis, niſi Vettius Picens, [6] ſcriba Cornelius, alie-

tur fuſe & erudite oſtendit Illuſt. Spanheimius in Orbe Romano cap. v.

1 *Eſtne viris reliqui*] *Viris* recte, non *Juris*: hoc enim, *Muliebri ingenio*, quod deinceps ſequitur, opponitur a Criſpo. Cui lectioni magis etiam firmandæ eſt ejus ſcripturæ parilitas, quæ in Oratione Memmiana bello Jugurthino comparet: quam cur Rivius voce *Viro* ejecta mala manu eviraret, cauſſa non erat. Locus ſic habet: *Atque ego tametſi viro flagitioſiſſimum exiſtimo impune injuriam accepiſſe, tamen vos*, &c. Ita enim inibi legendum, vel potius *Viris*, ob ea quæ ſequuntur, pro certo perſuaſum eſt mihi. Non autem, *Verum*, aut *Virum*, ut perperam in aliis impreſſum extat: quorum neutrum mihi nec vero, nec viro dignum, vel conſentaneum videtur. *Douza*.

2 *Ferro ſeptis ſtatuit:*] Hoc eſt, obſeptis circumquaque, & quaſi vallatis ferro, pro muro, ſeu munimento, propugnaculoque ferreo, ni fallor. Egregia γνώμη, & conſimilis Propertianæ illi:

Ille licet ferro cautus ſe condat, & ære,
Mors tamen incluſum protrahet inde caput.

Neque aliter primus Oratorum Demoſthenes Oratione de corona: πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος κἂν ἐν οἰκίσκῳ αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. Quod exemplum ſententiæ huic opportuniſſimum, mihi ab oculatiſſimo Lipſio ſuggeſtum, ſilentio præterire, non fuit conſilium. *Douza*.

3 *Neque quiſquam*] Forte, *Nequicquam e. n. nihil auſus muliebri ingenio eſt*. *Extrema* autem *neceſſitas*, pro *morte*, uſurpatur a Tacito ſæpe. *Ciacc.*

4 *Qui præmia turbarum queror*:] Meliores libri MSS. *Quia præmia*: ut infra, *quia jura pacis*. Ciacc. Legendum videtur *quæro*, hoc eſt, petere vel affectare videor. *Gronov.*

5 *Quia jura, &c.*] Venetum, *qui*. Riv.

6 *Scriba*] *Scribæ* dicti ſunt, qui rationes publicas ſciberent in tabulis: obidque apparebant ſingulis magiſtratibus. Cic. Ver. 5. *Eſt vero honeſtus ordo, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque magiſtratuum committuntur.* Diſtributi autem erant in aliquot decurias, quarum in aliqua locum ſibi emere conſueverant, qui ſcribæ fieri nolebant. Æmilius Probus in vita Eumenis, ait Scribæ munus multo eſſe apud Græcos honorificentius, quam apud Romanos. *Nam apud nos*, inquit, *revera, ſicuti ſunt, mercenarii ſcribæ exiſtimantur: at apud illos contra nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide & induſtria cognita, quod neceſſe eſt omnium conſiliorum eum eſſe participem.* Hinc & dicebat idem Eumenes, Philippi regis & poſt Alexandri Magni Scriba: ſe vitam potius poſiturum eſſe, quam fidem. Scriba quidem clariſſimus dicitur: ſed is erat in Provincia quaſi Prætor tutelaris quidam. Alioquin & ſervi publici & Scribæ apud Capitolinum conjunguntur: ita enim ille loquitur; *non Scribæ ſervi pub-*

na

Digitized by Google

na bene [1] parata prodegerint: niſi approbaveritis omnis proſcriptiones innoxiorum, ob divitias: cruciatus virorum illuſtrium; [2] vaſtam urbem fuga, & cædibus: bona civium miſerorum, quaſi [3] Cimbricam prædam, [4] venum, aut dono datam. At [5] objectat mihi poſſeſſiones ex bonis proſcriptorum: quod quidem ſcelerum illius vel maxumum eſt, non me, neque quemquam omnium ſatis tutum fuiſſe, ſi recte faceremus. Atque illa, quæ tum formidine mercatus ſum, precio ſoluto, jure, [6] dominis tamen reſtituo: neque pati conſilium eſt, ullam ex civibus prædam eſſe. Satis illa fuerint, quæ, [7] rabie contracta, toleravimus, manus conſerentes inter ſe Romanos exercitus, & arma ab externis in noſmet verſa.

IX. Scelerum & contumeliarum omnium finis ſit. Quorum adeo Sullam non pœnitet, [8] ut & facta in gloria numeret, &, ſi liceat, avidius fecerit. Neque jam, quid exiſtumetis de illo, ſed quantum vos audeatis vereor: ne, alius alium principem exſpectantes, ante capiamini, non opibus ejus,

lici, non cenſuales illis actibus intereſſent. Barth. in Adv. lib. L. cap. 1. Legit *Scribo.* Sic Licin. *Scribo* apud Cornutum in Comment. ad v. Sat. Perſii.

1 *Parata*] An *parta* ut p. 420. parata Oxon. Delph. & *Carrionis* Antverp. 1679. at Popmæ, editio, *parta.*

2 *Vaſtam*] Alii vaſtatam. Inepte. *Carrio.*

3 *Cimbricam prædam, &c.*] Id eſt, venditam, aut dilargitam, quomodo idem locutus eſt antea. Sed corrigendum haud dubie, *data.* Etenim ad bona civium, non ad Cimbricam prædam referendum. *Douza.*

4 *Venum aut dono datam.*] *Data* dicere debuiſſet, ſi ad *bona* reſpexiſſet: nunc ad *pacem* retulit. *Ciacc.*

5 *Objectat*] Vulgo, *objicit.* Male. *Car.*

6 *Dominis*] Alii, *Mercatus ſum optumo precio, ſoluto jure, reſtituo Dominis.* Alii aliter. *idem.*

7 *Rabie contracta, toleravimus,*] Haud dubie legendum *rabie contacti toleravimus.* Apuleius lib. IX. de cane rabida: *certe venenatis morſibus contacta nonnulla jumenta, efferata ſimili rabie.* Livius l. II. *Bona Tarquiniorum diripienda, plebi data, ut contacta regia præda, ſpem in perpetuum cum his pacis amitteret.* Cicero de Divin. lib. II. *Vel ſuſpicor contactum aliquo morbo bovis cor fuiſſe.* Tacitus ſæpe, *contactu,* dicit: ut lib. V. *plures infecti quaſi valetudine & contactu.* Et lib. I. *Diſcedite a contactu, & dividite turbidos.* Sic infra oratione Philippi in Vat. lib. *Nec patiamini licentiam ſcelerum quaſi rabiem ad integros contactu procedere.* Ciacc.

8 *Ut & facta in gloria numeret,*] Ceterum hæc eo pertinere arbitror, quod Sulla poſt depoſitam Dictaturam, dimiſſo a ſe publico præſidio, palam in foro edixerat, ſeſe omnium ab ſe geſtarum rerum paratum eſſe rationem reddere. Auctores Appian. & Plutarch. *Douza.* Diomed. I, 7. *In* inquit, vice præpoſitionis *pro* eſt hic poſitum. apud eum tamen pejus legitur; *Numero.* Illud autem melius, *fecerit* quam faceret. *Carrio.*

Digitized by Google

quæ futiles & corruptæ ſunt, 1 ſed veſtra ſocordia, 2 quam captum iri licet, & quam audeat, tam videri felicem. Nam præter ſatellites commaculatos, quis eadem vult? aut quis non omnia mutata, præter victoriam? ſcilicet milites: quorum ſanguine, Tarrulæ, Scyrroque, 3 peſſumis ſervorum, divitiæ partæ ſunt. an, quibus prælatus in magiſtratibus capiundis Fuſidius, ancilla turpis, 4 honorum omnium dehoneſtamentum? Itaque maxumam mihi fiduciam parit victor exercitus, 5 cui per tot vulnera & labores, nihil præter tyrannum quæſitum eſt. Niſi forte tribuniciam poteſtatem everſum profecti ſunt 6 per arma, conditam a majoribus ſuis; utique jura & judicia ſibimet extorquerent; egregia ſcilicet mercede, cum 7 relegati in paludes & ſilvam, 8 contumeliam atque invidiam ſuam, præmia penes paucos intelligerent.

X. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? 9 quia ſecundæ res mire ſunt vitiis obtentui: quibus labefa-

1 *Sed veſtra ſocordia,*] Deeſſe quædam exiſtimo poſt *ſocordia*. Et Cato *ſecordiam* ſcripſit. Feſtus. *Ciacc.* V.C. *ſecordia*. Videndus Feſtus Pompejus in *ſecordia*, quam dicit ex *ſe* & *corde* compoſitam. *Urſin.*

2 *Quam captum iri licet,*] Ciacconius ante hæc verba aliquid deeſſe putat. Forte ſcribendum: *Ne alius alium principem exſpectantes, ante capiamini (non opibus ejus, quæ futiles & corruptæ ſunt, ſed veſtra ſocordia) quam captum ire libeat, & quantum audebitis tum videri felicibus.* Antequam vobis libeat ire captum Sullanos, & eſſe tam felicibus, quam tum audere volueritis. *Gronov.* Quidam, *raptum iri*, alii, *ratum* iri. Loci hujus ſententia, vereri ſe, ne ante capiantur, quam capi debeant. *Carrio.*

3 *Peſſumis ſervorum,*] Tacit. 1. *complebant templa peſſimis ſervitiorum.* Et Hiſt. 1. *deterrimi ſervorum.* Ciacc.

4 *Honorum omnium*] Venetum *honorum*, & ſic ſenſus exigere videtur, ut per *honores* intelligas *magiſtratus*. Riv.

5 *Cui per tot vulnera*] Credo illud volt dicere Lepidus: Maxima ſpes, imo confidentia eſt fore, ut exercitus, a Sulla tandem ad Remp. deficiat, poſtquam viderint ſuorum volnerum ac laborum præmia ad alios, nempe ſatellites ejus (quos Brutorum, Æmiliorum, ac Lutatiorum prolem appellitaverat ſupra) immeritiſſimo tranſire, atque per tot pericula & ærumnas bellorum, nihil aliud ſe præter tyrannum lucrifeciſſe. *Douza.*

6 *Per arma condita,*] Lege, *conditam*. Nam refertur ad tribuniciam poteſtatem. *Riv.*

7 *Relegati in paludes*] Hanc Æmilii Lepidi orationem ex lib. 1. hiſtoriarum Salluſtii eſſe, præterquam quod magno ſatis argumento ſit oratio Philippi, qua Æmilio bellum moventi reſiſtit, idem tamen *Meſſus* demonſtrat, qui libello de Elocutionum exemplis primo hiſtoriarum libro has voces, *relegati in paludes*, tribuit. *Carrio.*

8 *In contumeliam,* &c.] Τὸ *in* exemplar Venetum non habet, neque Argentoratenſe. *Riv.*

9 *Quia ſecundæ res*] Sententiam hanc Seneca pater Thucydidæ tribuit, locum tamen Demoſth. laudat, qui Olynth. ſecunda legitur: *αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη.* In hac,

ctatis,

ætatis, quam formidatus antea eſt, tam contemnetur: [1] niſi forte ſpecie concordiæ & pacis, quæ ſceleri & parricidio ſuo nomina indidit: [2] Neque aliter populo Romano eſſe belli finem ait, niſi maneat expulſa agris plebes, præda civilis acerbiſſuma, jus, judiciumque omnium rerum penes ſe, quod populi Romani fuit. Quæ, ſi vobis pax, & concordia intelleguntur, maxuma [3] turbamenta reipubl. atque exitia probate: annuite legibus impoſitis; accipite otium cum ſervitio; & tradite exemplum poſteris ad populum

inquit Seneca, controverſia XXV. *ſententia Græca tam brevi, habes quæ ſalvo ſenſu detrahas: deme vel ϲυγχεῦψαι vel ϲυϲκιάϲαι, conſtabit ſenſus, etſi non æque comtus, æque tamen integer. At in Salluſtii ſententia nihil demi ſine detrimento poteſt.* Sic Criticus ille. Verum Fabii & Paterculi auctoritate facile adductus ſum ad credendum, a Thucyd. primum id pronunciatum: cujus maxime æmulus fuit, cum Demoſthene. Salluſtii locum itaque dum ſtudioſe inveſtigo, tandem aliquando in Thucyd. lib. III. in Orat. Cleonis reperi. Quare propius factum eſt nihil, quam ut cum Archimede Geometra apud Vitruvium lib. II. Architecturæ exclamarem, εὕρηκα, εὕρηκα. Thucydidæ verba adſcribam, ut ex comparatione precium operæ ſit: Εἴωθε δὲ τῶν πόλεων, αἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν. Qui idem eſt cum eo, qui apud Clementem Alexandrinum lib. IV. Stromat. habetur: Εἰώθασι δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, φησὶν, οἷς ἂν μάλιστα ἀπροσδόκητος εὐπραγία ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. Quem & Philiſtus Hiſtoricus ſic eſt imitatus: τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα, ἀσφαλέστερα παρὰ δόξαν καὶ κακοπραγίαν· εἰώθασι γὰρ μάλιστα οἱ παρὰ δόξαν ἀπροσδοκήτως εὐπραγοῦντες, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. Solon quoque Athenienſium legiſlator, idem & Poeta, & ab illo mutuatus (ut pleraque in gnomas ſuas ex illo tranſtulit) Theognis Megarenſis eandem ſententiam per παρῳδίαν extulit:

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν πολὺς ὄλβος ἕπηται.

Naſcitur ex magnis opibus petulantia major.

Sed cum Græcis Latinus quoque hiſtoricus ſymbolam conferat: Trebellius enim Pollio, *Claudii*, inquit, *plerique milites, ſecundis rebus elati, quæ ſapientum quoque animos fatigant.* Hæc eſt Cl. Andreæ Schotti ſuper hoc loco ſententia, quam hic, ita ut in ſuis ad me literis eam edi voluit, candide repræſentavi, ne manum in alienam ſegetem miſiſſe viderer. Neque interim ſatis mirari queo Lud. Carrionem in antiquis ſuis lectionibus, & Nicol. Fabrum J. C. notis ad Senecæ Rhetoris controverſias, negare Salluſtii illud dictum ſupra commemoratum in Thucyd. extare, cum tamen id Seneca diſerte affirmet, & Cl. Schottus locum jam indicaverit. *Putſch.* Porph. in Horat. Lib. I. Ep. XVIII. hæc citat.

1 *Niſi forte ſpecie*] Scriptura haud dubie corrupta, & cui medicina ſit opus, quam hac ratione facere poſſe videor: *Niſi forte ſpes eſt concordiæ & pacis.* Nam ni ita legatur, quis ſenſus commode elici poſſit, haud ſane video. Conjecturam noſtram confirmat prorſus huic pariſſimum loquendi genus, quo hac ipſa Oratione uſus; paullo ante: *Niſi forte ſperatis, per tædium jam, aut pudorem tyrannidis, &c.* Douza.

2 *Neque aliter*] V. C. *neque aliter pacem & belli finem ait.* Non inepte. Sequitur enim, *Quæ ſi vobis pax & concordia intelliguntur.* Putſch. Alii, *Populi Romani*, male. *Carrio.*

3 *Turbamenta reipubl.*] Ex hac oratione accepit, ut videtur, Tacitus vocem *turbamenta*, cum ait lib. XVII. *Quæque alia turbamenta vulgi.* Urſin.

Romanum

Romanum ſuimet [1] ſanguinis cæde circumveniundum. Mihi, quamquam per hoc ſummum imperium ſatis quæſitum erat nomini majorum, dignitati, atque etiam præſidio; tamen non fuit conſilium, privatas opes facere; potiorque viſa eſt periculoſa libertas, quieto ſervitio. Quæ ſi probatis, adeſte Quirites; &, bene juvantibus diis, M. Æmilium Conſulem [2] ducem & auctorem ſequimini ad recipiundam libertatem.

XI. [3] Tunc vero & poſci. Cum ceteri ejuſdem cauſſa ducem ſenatus rati, maxumo gaudio bellum irritare. *Nonius, irritare, provocare.*

[4] Curionem quæſivit, ut adoleſcentior, & populi ſuffragiis integer, [5] ætati concederet Mamerci. *Priſcianus lib.* x.

[6] Philippus, qui ætate & conſilio ceteros anteibat. *Servius lib.* IX.

1 *Sanguinis cæde*] Omnino legendum, *mercede*. Douza.

2 *Ducem & auctorem ſequimini*] Id ex veteri formula ſumtum videtur, cujus exſtat typus quidam apud Livium lib. XXIV. in quo eſt: *Clamitans, ut qui ſalvam remp. vellent, auctorem & ducem libertatis ſequerentur.* Urſin. In Vett. Numiſm. Aimilius & Lutatius. Luctatius ſemel apud Silium ſed corrupte legitur. *Carrio.*

3 *Tunc vero & poſci.*] Videtur deeſſe nomen proprium ducis, quod ex his reliquiis, licet corruptis, concinnandum eſt, legendumque: *Tum V. . . . . . poſci, cum ceteri ejuſdem cauſſa ducem ſe nactos rati, maximo gaudio irritare.* Urſin.

4 *Curionem*] Ex Priſciano lib. x. videtur autem Curio ſe Æmilio Lepido oppoſuiſſe & præferri voluiſſe. In quibuſdam libris: a populi *Suffragiis.* Carrio. Hoc eſt, qui honorum ad id uſque tempus petitionis expers, per immaturam ætatem prenſationibus publicis abſtinuerat. Ita enim malo quam ademta præpoſitione ſententiam ex illuſtri obſcuram efficere. *Douza.*

5 *Ætati concederet*] Sic in Jugurtha: *Itaque Sulla, cujus facundiæ, non ætati a Manlio conceſſum.* Per Mamercum porro Lepidus ſignificatur. Mamercus enim Æmiliorum prænomen. Ceterum Curionem pariter cum Lepido Conſulatum petiiſſe ex hoc loco colligi poteſt. Quem tamen non hoc, ſed proximo anno DCLXXVII. ſimul cum Cn. Octavio primum adeptus. Neque illud prætermittendum, *Quæſivit*, in hoc Fragmento, pro rogavit, obſecravitque poſitum eſſe, ab antiqui verbi formatione, *Quæſo, Quæſere*: ne quis præteritum iſtud e *Quæro* derivandum, rei ſimilitudine deceptus, falſo porro ſibi perſuadere inſiſtat, quod a mente Hiſtorici nimis quam alienum fuerit. Neque alio referendum exemplum Phocæ, *qui Quæſere*, apud Tullium & Salluſtium noſtrum lectum eſſe diſerte notavit. Quod alii quo referrent ignorantes, verbum iſtud, ut Fragmentum, inter incerta Criſpi inſcite poſuerunt. *Douza.*

6 *Philippus,*] A Servio lib. IX. Æneid. non expreſſo hiſtoriæ numero hæc afferuntur. Quæ quod fragmento proxime conſequenti eſt L. Philippi oratio, huc pertinere non dubitavi. *Carrio.*

Oratio

Oratio L. Philippi contra Lepidum.

1 Maxume vellem, P. C. remp. quietam eſſe, aut 2 in periculis a promtiſſumo quoque defendi: denique prava incœpta conſultoribus noxæ eſſe. Sed contra, ſeditionibus omnia turbata ſunt, & ab iis, quos prohibere magis decebat. Poſtremo, quæ peſſumi & ſtultiſſumi decrevere, 3 ea bonis & ſapientibus faciunda ſunt. Nam bellum, atque arma, quamquam vobis inviſa, tamen, quia Lepido placent, ſumenda ſunt. Niſi forte cui pacem præſtare, & bellum pati conſilium eſt.

XII. Pro, dii boni, 4 qui hanc urbem, omiſſa cura, adhuc regitis; M. Æmilium omnium 5 flagitioſorum poſtremus, 6 qui pejor an ignavior ſit, deliberari non poteſt, exercitum opprimundæ libertatis habet, 7 & ſe e contemto metuendum effecit: vos muſſantes, & retractantes verbis, & 8 vatum carminibus, pacem optatis magis quam defenditis: neque intellegitis; mollitia decretorum, vobis dignitatem, illi metum detrahi. 9 Atque id jure: quoniam

1 *Maxume vellem, P. C.*] Et reliqua quæ ſequuntur. Confer quæſo, hic mihi inter ſe capita illa rerum contraria, videbiſque Reipubl. quietæ aptiſſime ſeditionum turbas opponi; defenſioni Reipubl. ſeditiones contra eorum hominum, quos maxime eaſdem prohibere decebat, prava denique incœpta, tantum abeſſe dicit, ut conſultoribus ſuis noxæ, vel incommodi aliquid pariant, ut contra etiam a Senatu iis obtemperetur: quæque peſſimi ac ſtultiſſimi decreverint, ea bonis & ſapientibus adverſus animi ſui ſententiam ſint exſequenda. *Douza.*

2 *In periculis a*] Utramque hanc præpoſitionem alii omiſerunt quam vero recte ipſi viderint. *Carrio.*

3 *Ea bonis*] Quidam: *Ea nobis ſapientibus.* Non placet. Alii, *a bonis & ſapientibus.* At hoc a brevitate Salluſtii alienius. *Idem.*

4 *Qui hanc*] Tà *qui* non ad Deos ſed ad Patres quos Philippus appellabat, refertur. Vide cap. XIV. *Quod ego vos oro atque obteſtor PC.*

5 *Flagitioſorum poſtremus,*] In epiſt. Mithridatis: *Poſtremus ſervorum Archelaus.* Ciacc. V. ſic *Tacitus, T. Vinius & Corn. Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignaviſſimus, odio flagitiorum oneratum.* Sic libri omnes vett. non amoto poſtremo verbo aut in *onerabant* mutato. *Carrio.*

6 *Qui pejor*] Eadem fere loquendi ratione uſus poſtea. Quo loco nobis Cn. Lentuli naturam & mores duobus verbis, ac ſuo more, quaſi in ſpeculo cernendos proponit. Fragmentum ſic habet: *Per incertum ſtolidior, an vanior.* Douza.

7 *Et ſe e contemto*] In aliis deeſt *e*, ſed perperam. *Riv.*

8 *Vatum carminibus,*] Vide ſupra B. Catilin. cap. XLVII.

9 *Atque id jure: quoniam ex rapinis*

ex

ex rapinis conſulatum, ob ſeditionem provinciam cum exercitu adeptus eſt. Quid ille ob benefacta cepiſſet, cujus ſceleribus tanta præmia tribuiſtis? 1 At ſcilicet, ii, qui ad poſtremum uſque, legatos, pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi decreverunt, 2 gratiam ab eo pepere. re. Immo deſpecti & 3 indigni repub. habiti, prædæ loco æſtumantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiſerant. Equidem a principio, cum Etruriam conjurare, proſcriptos arceſſi, largitionibus rempubl. lacerari videbam; maturandum putabam, & Catuli conſilia cum paucis ſecutus ſum.

XIII. Cæterum illi, qui gentis Æmiliæ benefacta 4 extollebant, 5 & ignoſcendo populi Romani magnitudinem auxiſſe, nuſquam etiam tum 6 Lepidum progreſſum vide-

Conſulatum,] Unde perſpicue palam eſt, hiſtoriæ ordinem male in hac editione ſervatum, & Fragmentum, quod ſtatim porro a calce Orationis hujus ſequitur, ante eandem conlocandum eſſe. Id enim ſic habet: *Uti Lepidus & Catulus decretis exercitibus maturrime proficiſcerentur.* Uterque ſcilicet ad Provincias ſibi decretas: Lepido enim Gallia ulterior, Catulo ejuſdem collegæ Italia ex Senatus conſulto forte obvenerat. *Douza.*

1 *At ſcilicet,*] Vett. vulgati: *at ſcilicet iis, qui legatos, pacem, concordiam &c. ad poſtremum uſque, gratiam habeo peperiſſe.* Glarean. *legit, At ſcilicet iis qui ad poſtremum uſque l. h. c. & alia hujuſcemodi pepererunt; gratias habeo peperiſſe.* Neutrum aſſequor. Si quid tamen latet aliud, id fortaſſe ex ſcriptura, *habeo* pro *aveo* originem traxit.

2 *Gratiam ab eo pepere.*] Ita eſt in nuperis editionibus, ſenſu ſatis perſpicuo: ſed quoniam cum in impreſſis, tum calamo exaratis libris lectiones mirifice variant, ſuſpicor locum levi immutatione & addito pronomine reſcribendum ex veſtigiis veteris ſcripturæ: *Gratiam ab eo repperere ſibi,* cui phraſi prorſus conſimilis, ne dicam gemina, eſt Plautina illa in Prologo Rudentis: *Veniam ſibi invenire a diis.* Sed & Plinius alibi; *Gratiam invenire,* ſcripſit. Neque eſt quod quemquam moveat vox illa *ſibi* pro ſupplemento adſcripta. Cui conjecturæ meæ primitus occaſionem præbuit lectionis ejus affinitas, quæ in aliis libris concepta legitur ad hanc faciem: *Gratiam habeo peperiſſe.* Scin', quid ſuſpicer? nempe aliquem ex Salluſtianis exſcriptoribus compendium notarum facere voluiſſe? & ſecundam verbi ſyllabam contruncatam abbreviaſſe ad hunc modum: *Peperere ſibi.* Atque; hinc porro aliis ſuccedentibus geminas voces coaluiſſe in unam. Unde *Peperiſſe* iſtud natum denique. *Douza.* Omnes teſtantur in MSS. eſſe *peperiſſe.* Recte igitur Palmerius Mellerus, *At ſcilicet eos, &c. peperiſſe.* Adi librum III. Obſerv. cap. IX. *Gronov.*

3 *Indigni*] A. Meſſus citat hunc locum ex lib. I. Hiſtoriarum Salluſtii.

4 *Extollebant,*] *Extollebant, & [dicebant] magnitudinem* P. R. *creviſſe ignoſcendo.* Criſpin.

5 *Et ignoſcendo Populi Rom. magnitudinem auxiſſe,*] In ſcripto libro eſt, *Et ignoſcendo Pop. Rom. magnit.* Faernus legebat, *Populum Rom.* Forte ex Catilin. de Populo Rom. *Et accepta injuria ignoſcere quam perſequi malebant. Sed ubi labore atque juſtitia reſpub. crevit.* Ciacc.

6 *Lepidum progreſſum videbat.*] Scribe: *qui gentis Æmilia benefacta extollebant,*

bant;

bant; cum privata arma opprimundæ libertatis cepiſſet, ſibi quiſque opes aut patrocinia quærendo, conſilium publicum corruperunt. At tum erat Lepidus latro cum calonibus, & paucis ſicariis; [1] quorum nemo non diurna mercede vitam mutaverit: nunc eſt proconſul cum imperio, non emto; ſed dato a vobis, cum legatis adhuc jure parentibus: & ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptiſſumi; [2] flagrantes inopia & cupidinibus, ſcelerum conſcientia exagitati: quibus [3] quies in ſeditionibus; in pace turbæ ſunt: hi tumultum ex tumultu, [4] bellum ex bello ſerunt, Saturnini olim, poſt, [5] Sulpicii, dein [6] Marii, [7] Damaſippique, nunc Lepidi ſatellites.

XIV. Præterea Etruria, atque omnes reliquiæ belli arrectæ: [8] Hiſpaniæ armis ſolicitatæ: [9] Mithridates in latere vectigalium noſtrorum, quibus adhuc ſuſtentamur, diem bello circumſpicit: quin, [10] præter idoneum ducem, nihil abeſt ad ſubvertendum imperium. Quod ego vos oro, atque obſecro P. C. ut animadvortatis; neu patiamini licentiam ſcelerum, quaſi [11] rabiem, ad integros contactu

& ignoſcendo populi Romani magnitudinem [illegible]; nuſquam etiam tum Lepidum pro[illegible] [illegible]. Poſſes etiam, populum [illegible]; ſed auxiſſe dicit, pro auctam eſſe, ut Cato: Eo res eorum auxit. Gronov.

1 Quorum nemo] Glareanus: nemo diurna mercede vitam mutaverit. Alii, quorum nemo diuturna mercede vitam mutaverit: atque contra ſentit Philippus, eos vel diurna mercede conductos; vitam etiam nihili facturos. Carrio. Scalig. ad Catullum: vitam non mutaverit.

2 Flagrantes inopia & cupiditatibus] Venetum; cupidinibus; idque Salluſtianum magis eſt. Riv.

3 Quies in ſeditionibus] Quia tunc ſo[illegible] ſunt.

4 Bellum ex bello ſerunt] Perperam alii, ferunt. Riv. Sic in epiſt. Mithridat. Belli ex bellis ſerendo magni facti. Liv. lib. XL. Ex bellis bella ſeruntur. Et Tacitus prœlia ſerere dixit Hiſt. V. Ciacc.

5 Sulpicii] Nam P. Sulpicius tribunus plebis, auctore C. Mario pernicioſas leges promulgavit, ut exules revocarentur, & novi cives libertinique diſtribuerentur in tribus, &c. qui cum in quadam villa lateret, indicio ſervi retractus & occiſus eſt. Servus ob mercedem manumiſſus eſt, ſed ob infidelitatem ſaxo dejectus. Bad.

6 Marii] Vide ſupra Jug. cap. LXIII.

7 Damaſippi] Vide ſupra Cat. cap. LI. vel lege, Damacii. Nam Lucius Damacius prætor ex juſſu Marii omnem nobilitatem, quæ in urbe erat, trucidavit. Bad.

8 Hiſpaniæ armis ſolicitatæ] Solicita eſt in duobus ſcriptis exemplaribus. Ciacc.

9 Mithridates] V. ſupra fr. 1. 4.

10 Præter idoneum ducem] Vide, ut Mamercum faſtidioſe & contemtim conterat Philippus, cui ne id quidem dignum habet tribuere, quem pro idoneo duce ad remp. evertendam agnoſcere velle videatur. Douza.

11 Rabiem] Quaſi tabem, conjecit Carrio, non male. Alibi enim utitur Auctor hac ſimilitudine.

procedere. Nam, ubi malos præmia ſequuntur, haud facile quiſquam gratuito bonus eſt. An [1] exſpectatis, dum exercitu rurſus admoto, ferro, atque flamma urbem invadat? [2] quod multo propius eſt ab eo, quo agitat, ſtatu, quam ex pace & concordia ad arma civilia: quæ ille adverſum divina & humana omnia cepit, non pro ſua, aut quorum ſimulat injuria, ſed legum ac libertatis ſubvertundæ.

XV. Angitur enim, ac laceratur animi cupidine, & noxarum metu, expers conſilii, inquies: hæc atque illa tentans, metuit otium, odit bellum, luxu atque licentia carendum videt, atque interim abutitur veſtra ſocordia. Neque mihi ſatis conſilii, metum, an ignaviam, an dementiam eam appellem: [3] qui videmini intenta mala quaſi fulmen optare ſe quiſque ne attingat, ſed prohibere ne conari quidem. Et quæſo conſiderate quam converſa rerum natura ſit. Antea malum publicum, occulte; auxi-

1 *Exſpectatis, dum exercitu*] Hoc contra hiſtoriæ fidem eſſe omnia veterum monumenta conſentiunt. Neque enim Lepidus ante poſtremam expeditionem illam, & pugnam commiſſam cum Catulo, quo victus deſerta Italia in Sardiniam refugit, ad Romana mœnia exercitum unquam admoviſſe legitur: nedum ut urbem ferro & flamma invaſerit. Unde mihi dubium non eſt, quin, *invadant*, legi atque emendari debeat. Quod ſi mihi Critici concedant, referendum erit ad homines illos omnium ordinum corruptiſſimos, veris ſupra coloribus a Philippo depictos. Cinnanos puta, & Marianos ſatellites, quorum in patriam reditu quantum civilis ſanguinis exhauſtum fuerit, Plutarchus, Appianus, Eutropius teſtes, poſtremo omnes veteres Memoriæ. *Douza.*

2 *Quod multo*] Hoc eſt Cives ad arma compellere non ſtudet, cum per vos exercitum habeat; & citius eveniet, ut ille ferro & flamma Urbem invadat, quam ut Cives ad arma capienda ſollicitet. *Criſp.* Cicero Tuſcul. I. *Antiquitas quæ quo propius aberat ab ortu & divina progenie.* Et ad Attic. lib. I. *quoniam propius abes.* Sed Plin. lib. XIV. cap. IV. *Tam prope*, inquit, *ab origine rerum ſumus.* Ciacc. Scriptura haud dubie mendoſa, & quam juxta cum ignariſſimis intelligo: niſi tamen totus locus interpolandus, & fortaſſe in hunc morem conſtituendus: *Quam ad pacem & concordiam ab armis civilibus.* Douza.

3 *Qui videmini intenta mala quaſi fulmen optare ſe quiſque ne attingas, ſed prohibere ne conari quidem*] Ab aliquo illuſtri Scriptore Græco hæc ſententia ſumta videtur. Tacit. Annal. III. *Ob intenta pericula.* Ciacc. Fulmina enim feralia habebantur. Et qui locus fulmine tactus, bidental appellabatur. Gloſſarii auctor recte expoſuit: Bidental. τόπος κεραυνόπληξ. Quin Perſius ipſum hominem κεραυνόπληγα bidental vocat:

Triſte jaces lucis, evitandumque bidental.

Bidental autem vocatur, quod talibus locis ovibus ſive bidentibus ſacrificia fierent. Artemidorus lib. II. ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας. Græci bidental vocant ἐνηλύσιον. Gloſ-

ſia

lia palam inſtruebantur, & eo boni malos facile anteibant: nunc pax, & concordia diſturbantur palam: defenduntur occulte. Quibus illa placent, in armis ſunt; vos, in metu. Quid exſpectatis? niſi forte [1] pudet aut piget recte facere. An Lepidi mandata [2] animos movent? qui placere ait ſua cuique reddi, & aliena tenet: belli jura reſcindi, cum ipſe armis cogat: [3] civitatem confirmari; qui ademtam negat: concordiæ gratia [4] plebei tribuniciam poteſtatem reſtitui, ex qua omnes diſcordiæ accenſæ.

XVI. Peſſume omnium, atque impudentiſſume, tibi ne egeſtas civium, & [5] luctus curæ ſunt, cui nihil eſt domi, niſi armis partum, aut per injuriam? alterum conſulatum petis, quaſi primum reddideris: bello concordiam quæris, quo parta diſturbatur: [6] noſtri proditor, iſtis invidus, hoſtis omnium bonorum, ut [7] te neque hominum, neque deorum pudet, [8] quos perfidia aut perjurio violaſti! qui, quando talis es, maneas in ſententia, & retineas arma, te hortor: neu prolatandis ſeditionibus inquies ipſe, nos in ſolicitudine retineas. Neque te provinciæ, neque leges, neque dii penates civem patiuntur. [9] Perge, qua cœ-

ſe Græcorum: [illegible]. Nam [illegible], fulgur. *Scalig.*

1 *Pudet aut piget*] Servius ad IV. Æn. Dicimus: *piget me facere, & pudet me feciſſe, quæ tamen interdum a Salluſtio ſimul ponuntur.*

2 *Animos movent*] In V. C. *animos movere.* Quæ forma loquendi Terentio perfamiliaris eſt. *Urſin.*

3 *Civitatem confirmari, qui ademtam negat*] In codice Puteani eſt: *quibus ademptam negat.* Hinc legendum propono: *civitatem confirmari qui civibus ademtam negat.* Putſch.

4 *Plebei*] Hæc vox ab omnibus editis exulat, eam tamen & vett. Codices recipiunt, & Priſcianus agnoſcit lib. VI. *Carrio.*

5 *Luctus curæ ſunt*] Potius legerim, *ſint.* Ciacc.

6 *Noſtri proditor, iſtis infidus*] Optime idem codex, *Iſtis infidus.* Opponit proditorem infido. *Rutſch.*

7 *Te neque hominum, neque Deorum pudet*] Hoc eo ſpectare videtur, quod Lepidus, cum legem Sulla mortuo de Actis ejus reſcindendis promulgaſſet, ut qui a Sulla proſcripti fuerant, & civitatem, & bona ſua recuperarent. Cumque eidem Catulus collega, ceterique obnixe adverſarentur, re in concionibus agitata, Lepidus a Senatu ſacramento adactus bellum ſe patriæ non facturum, in Galliam ulteriorem, quam ſortitus erat, profectus, ad Comitia, tamquam exacto conſulatu ſuo bellum illaturus, non venit. Appianus. Florus. Atque hoc eſt, quod perfidiam & perjurium Lepido objectat Philippus. *Douza.*

8 *Quos perfidia aut perjurio violaſti*] Libri veteres, *per fidem aut perjurio.* Livius I. *Cujus ad ſolemne ludoſque per fas ac fidem decepti veniſſent, &c.* Ciacc.

9 *Perge, qua cœpiſti*] *Qua cœptas* habent duo MSS. exemplaria. *Ciacc.*

piſti, ut 1 quam maturrume merita invenias. Vos autem, P. C. quouſque cunctando 2 remp. intutam patiemini, & verbis arma tentabitis? 3 Delectus advorſum vos habiti; pecuniæ publice, & privatim extortæ; ex lubidine leges imperantur: cum interim vos legatos & decreta paratis.

XVII. Et quanto, mehercule, avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit: cum intelleget ſe metu magis, quam æquo & bono ſuſtentatum. 4 Nam, qui turbas, & cædem civium odiſſe ait, & ob id armato Lepido 5 vos inermos retinet, quæ victis toleranda ſunt, ea, cum facere poſſitis, patiamini potius cenſet. Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum ſuadent. Hæc ſi placent; ſi tanta 6 torpedo animos oppreſſit, ut obliti 7 ſcelerum Cinnæ, cujus in urbem reditu, 8 decus, atque ordines omnes interierunt,

1 *Quam maturrume*] Tacit. Annal. v. *ut templum divo quam maturrime publica pecunia poneretur.* Et noſter infra: *Uti Lepidus & Catulus decretis exercitibus quam maturrime proficiſcerentur.* Et Cæſar lib. 1. B. G. Alia exemplaria hic *maturiſſime.* Citat Chariſ. lib. 11. in *maturiſſime*, M. Catonem dier. dict. de conſ. ſuo: *Item uti a Thermopylis atque ex Aſia maximos tumultus maturiſſime disjeci atque conſedavi.* Vide eundem in *Maturrime.* Ciacc.

2 *Rempub. intutam*] Ald. *inultam* legit. Tacitus Hiſt. 111. *non intuta manium firmare*, dicit. & Hiſt. 1. *proinde intuta quæ indecora.* Idem.

3 *Delectus*] Vide ſupra Bell. Catil. cap. XXXVI.

4 *Nam, qui turbas, & cædem civium odiſſe ait*] Si quis penitius loci hujus conſtructionem ac ſententiam inveſtiget, ne illi facile odorari fuerit, vel ex poſteriore periodo tantum, numeri rationem in verbis illis tribus; *Ait, retinet, cenſet*, perperam a ſciolis inverſam eſſe. Quod tamen a nato nemine uſque adhuc animadverſum demiror; præſertim cum ejus rei ipſos commonefacere potuerit numeri illius diverſitas, quæ in iſto argutiſſimo epiphonemate comparet. *Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum ſuadent.* In quo enarrando quomodo iſti ſibi ſatisfecerint neſcio: hoc ſcio, lectionem receptam & ſecum, & cum Salluſtiana elegantia pugnare. Nam quæ obſecro locutionis ratio ſit illa? Lepidus, armato Lepido, vos inermos retinet. Quocirca vel meo periculo (neque enim capitis res eſt) fidenter caſtigandum pronuncio: *Nam qui turbas, & c. c. o. ajunt, & ob id a. L. v. i. retinent; quæ v. t. ſ. e. c. f. p. p. p. cenſent.* Non enim de Lepido, ſed de factioſis Lepidi fautoribus, quos ipſe Satellites indigitare amat, intelligendum. *Douza.*

5 *Vos inermes retinet*] Libri MSS. duo, *inermos.* Ciacc.

6 *Torpedo animos oppreſſit*] Priſcianus, hunc locum ex 1. hiſt. recitans, ita legit. Apud Nonium vero in verbo, *Torpedo. Obrepſit*; ſcriptum eſt. *Manut.* Orat. 11. de Rep. ord. *Stupor eos atque torpedo invaſit.*

7 *Scelerum Cinnæ*] Nam Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio Janiculum occupaverunt, & fugati ab Octavio conſule receſſerunt. Marius Antium & Ariciam & Lavinium colonias devaſtavit: & cum nulla omnino ſpes eſſet optimatibus reſiſtendi, Cinna & Marius in urbem recepti, eam velut raptam cædibus & rapinis vaſtaverunt. *Bad.*

8 *Decus, atque omnes ordines interierunt*] Sic in V. C. leguntur, *Decus ordinis hujus interiit.* Ciacc. Quidam: Cujus in

Digitized by Google

terierunt, nihilo minus vos, atque conjuges, & liberos Lepido permiſſuri ſitis; quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is & alii boni rempubl. fruſtra curant. Agite, uti lubet; [1] parate vobis Cethegi, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas & incendia inſtaurare cupiunt, & rurſum advorſum Deos penates manus armare. [2] Sin libertas & bella magis placent; [3] decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus. Adeſt novus exercitus, [4] &, ad hoc, coloniæ veterum militum, nobilitas omnis, duces optumi, [5] fortuna meliores ſequitur.

Jam illa, quæ collecta ſunt, ſocordia noſtra dilabentur. Quare ita cenſeo, quoniam Lepidus exercitum privato conſilio, paratum [6] cum peſſumis, & hoſtibus reipubl. contra hujus ordinis auctoritatem ad urbem ducit; ut Appius Claudius [7] interrex cum Q. Catulo proconſule,

urbem reditu, decus ordinis hujus interiit. Sic infra: contra ordinis hujus Auctoritatem. *Carrio* & *Manut.* Eadem figura qua *Virg.* Pateris libamus & auro *Georg.* II.

1 *Parate vobis Cethegi*] Vet. C. *Cethegos.* Ciacc.

2 *Sin libertas & bella magis placent*] V.V.C.C. *& vera magis placent.* Infra lib. III. Hiſt. orat. Lepidi, *ſi vera & honeſta flagitiis ſuperaverit.* Ciacc.

3 *Decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus*] Quid eſt, *Augere ingenium?* an quod alii dicunt, *Animos augere alicui?* Gerræ germanæ. Proinde inducatur, atque ejus vicem mea auctoritate, [illegible], quamvis audacter, reponatur: [illegible] *imperium viris fortibus*, hoc [illegible] vеſtram. Cui haud [illegible] illud oratione ad Cæſarem: *Quæ* [illegible], *nationeſve magnis auctoribus* [illegible] Douza.

4 *Et ad hoc*] Conjunctio *&* abeſt a Vet. cod. recte. *Ciacc.*

5 *Fortuna meliores ſequitur.*] Tacit. Hiſt. IV. *Fortuna melioribus affuit.* Idem.

6 *Cum peſſumis, & hoſtibus reipub. contubus, ordinis auctoritatem ad urbem ducit*] Legendum, *contra hujus ordinis auctoritatem, &c.* facilis quidem & proclivis de ſimilitudine vocum, ſed fœdiſſimus error. *Riv.*

7 *Interrex*] Antiquis temporibus hic magiſtratus ſtatim a morte Romuli eſt inſtitutus. Nam cum in metu omnes eſſent, ne civitatem ſine imperio vis aliqua externa adoriretur: rem inter ſe centum patres conſociant, decem decuriis factis, ſingulisque in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent, decem imperitabant: unus cum inſignibus imperii & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in ordinem ibat. Hæc fere Livius. A quo non longe diſcedit Plutarchus; niſi quod vix unius diei imperium uni interregi tribuere videtur. Poſtea exactis etiam regibus, quoties comitia ea a Conſulibus, aut morbo, aut bello, aut ſeditione impeditis, haberi non poterant, ſi Dictatori non placuiſſet, interrex creabatur. Qui cum quinque dies magiſtratum obtinuiſſet (nam hoc Interregni tempus fuiſſe ſatis conſtat) alteri imperium tradidit. Ille, niſi quid impediret, Senatuſconſulto de Comitiis conſularibus facto, Conſules creabat. Solus hic patricius magiſtratus cum plebe communis factus non eſt. Neque enim populi ſuffragio creabatur, ſed a

Digitized by Google

Romanum ſuimet 1 ſanguinis cæde circumveniundum. Mihi, quamquam per hoc ſummum imperium ſatis quæſitum erat nomini majorum, dignitati, atque etiam præſidio; tamen non fuit conſilium, privatas opes facere; potiorque viſa eſt periculoſa libertas, quieto ſervitio. Quæ ſi probatis, adeſte Quirites; &, bene juvantibus diis, M. Æmilium Conſulem 2 ducem & auctorem ſequimini ad recipiundam libertatem.

XI. 3 Tunc vero & poſci. Cum ceteri ejuſdem cauſſa ducem ſenatus rati, maxumo gaudio bellum irritare. *Nonius, irritare, provocare.*

4 Curionem quæſivit, ut adoleſcentior, & populi ſuffragiis integer, 5 ætati concederet Mamerci. *Priſcianus lib.* x.

6 Philippus, qui ætate & conſilio ceteros anteibat. *Servius lib.* IX.

1 *Sanguinis cæde*] Omnino legendum, *mercede*. Douza.

2 *Ducem & auctorem ſequimini*] Id ex veteri formula ſumtum videtur, cujus exſtat typus quidam apud Livium lib. XXIV. in quo eſt: *Clamitans, ut qui ſalvam remp. vellent, auctorem & ducem libertatis ſequerentur.* Urſin. In Vett. Numiſm. Aimilius & Lutatius. Luctatius ſemel apud Silium ſed corrupte legitur. *Carrio.*

3 *Tunc vero & poſci.*] Videtur deeſſe nomen proprium ducis, quod ex his reliquiis, licet corruptis, concinnandum eſt, legendumque: *Tum V...... poſci, cum ceteri ejuſdem cauſſa ducem ſe nactos rati, maximo gaudio irritare.* Urſin.

4 *Curionem*] Ex Priſciano lib. x. videtur autem Curio ſe Æmilio Lepido oppoſuiſſe & præferri voluiſſe. In quibuſdam libris: a populi *Suffragiis*. Carrio. Hoc eſt, qui honorum ad id uſque tempus petitionis expers, per immaturam ætatem prenſationibus publicis abſtinuerat. Ita enim malo quam ademta præpoſitione ſententiam ex illuſtri obſcuram efficere. *Douza.*

5 *Ætati concederet*] Sic in Jugurtha: *Itaque Sulla, cujus facundia, non ætati a Manlio conceſſum.* Per Mamercum porro Lepidus ſignificatur. Mamercus enim Æmiliorum prænomen. Ceterum Curionem pariter cum Lepido Conſulatum petiiſſe ex hoc loco colligi poteſt. Quem tamen non hoc, ſed proximo anno DCLXXVII. ſimul cum Cn. Octavio primum adeptus. Neque illud prætermittendum, *Queſivit*, in hoc Fragmento, pro rogavit, obſecravitque poſitum eſſe, ab antiqui verbi formatione, *Quæſo*, *Quæſere*: ne quis præteritum iſtud e *Quæro* derivandum, rei ſimilitudine deceptus, falſo porro ſibi perſuadere inſiſtat, quod a mente Hiſtorici nimis quam alienum fuerit. Neque alio referendum exemplum Phocæ, *qui Quæſere*, apud Tullium & Salluſtium noſtrum lectum eſſe diſerte notavit. Quod alii quo referrent ignorantes, verbum iſtud, ut Fragmentum, inter incerta Criſpi inſcite poſuerunt. *Douza.*

6 *Philippus,*] A Servio lib. IX. Æneid. non expreſſo hiſtoriæ numero hæc afferuntur. Quæ quod fragmento proxime conſequenti eſt L. Philippi oratio, huc pertinere non dubitavi. *Carrio.*

Oratio

Oratio L. Philippi contra Lepidum.

[1] Maxume vellem, P. C. remp. quietam eſſe, aut [2] in periculis a promtiſſumo quoque defendi: denique prava incœpta conſultoribus noxæ eſſe. Sed contra, ſeditionibus omnia turbata ſunt, & ab iis, quos prohibere magis decebat. Poſtremo, quæ peſſumi & ſtultiſſumi decrevere, [3] ea bonis & ſapientibus faciunda ſunt. Nam bellum, atque arma, quamquam vobis inviſa, tamen, quia Lepido placent, ſumenda ſunt. Niſi forte cui pacem præſtare, & bellum pati conſilium eſt.

XII. Pro, dii boni, [4] qui hanc urbem, omiſſa cura, adhuc regitis; M. Æmilium omnium [5] flagitioſorum poſtremus, [6] qui pejor an ignavior ſit, deliberari non poteſt, exercitum opprimundæ libertatis habet, [7] & ſe e contemto metuendum effecit: vos muſſantes, & retractantes verbis, & [8] vatum carminibus, pacem optatis magis quam defenditis: neque intellegitis; mollitia decretorum, vobis dignitatem, illi metum detrahi. [9] Atque id jure: quoniam

1 *Maxume vellem, P. C.*] Et reliqua quæ ſequuntur. Confer quæſo, hic mihi inter ſe capita illa rerum contraria, videbiſque Reipubl. quietæ aptiſſime ſeditionum turbas opponi; defenſioni Reipubl. ſeditiones contra eorum hominum, quos maxime eaſdem prohibere decebat, prava denique incœpta, tantum abeſſe dicit, ut conſultoribus ſuis noxæ, vel incommodi aliquid pariant, ut contra etiam a Senatu iis obtemperetur: quæque peſſimi ac ſtultiſſimi decreverint, ea bonis & ſapientibus adverſus animi ſui ſententiam ſint exſequenda. *Douza.*

2 *In periculis a*] Utramque hanc præpoſitionem alii omiſerunt quam vero recte ipſi viderint. *Carrio.*

3 *Ea bonis*] Quidam: *Ea vobis ſapientibus.* Non placet. Alii, *a bonis & ſapientibus.* At hoc a brevitate Salluſtii alienius. *Idem.*

4 *Qui hanc*] Τὸ *qui* non ad Deos ſed ad Patres quos Philippus appellabat, refertur. Vide cap. XIV. *Quod ego vos oro atque obteſtor PC.*

5 *Flagitioſorum poſtremus,*] In epiſt. Mithridatis: *Poſtremus ſervorum Archelaus.* Ciacc. V. ſic *Tacitus, T. Vinius & Corn. Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignaviſſimus, odio flagitiorum oneratum.* Sic libri omnes vett. non amoto poſtremo verbo aut in *onerabant* mutato. *Carrio.*

6 *Qui pejor*] Eadem fere loquendi ratione uſus poſtea. Quo loco nobis Cn. Lentuli naturam & mores duobus verbis, ac ſuo more, quaſi in ſpeculo cernendos proponit. Fragmentum ſic habet: *Perincertum ſtolidior, an vanior.* Douza.

7 *Et ſe e contemto*] In aliis deeſt *e*, ſed perperam. *Riv.*

8 *Vatum carminibus,*] Vide ſupra B. Catilin. cap. XLVII.

9 *Atque id jure: quoniam ex rapinis*

ex

ex rapinis conſulatum, ob ſeditionem provinciam cum exercitu adeptus eſt. Quid ille ob benefacta cepiſſet, cujus ſceleribus tanta præmia tribuiſtis? [1] At ſcilicet, ii, qui ad poſtremum uſque, legatos, pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi decreverunt, [2] gratiam ab eo pepere-re. Immo deſpecti & [3] indigni repub. habiti, prædæ loco æſtumantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiſerant. Equidem a principio, cum Etruriam conjurare, proſcriptos arceſſi, largitionibus rempubl. lacerari videbam; maturandum putabam, & Catuli conſilia cum paucis ſecutus ſum.

XIII. Cæterum illi, qui gentis Æmiliæ benefacta [4] extollebant, [5] & ignoſcendo populi Romani magnitudinem auxiſſe, nuſquam etiam tum [6] Lepidum progreſſum vide-

Conſulatum,] Unde perſpicue palam eſt, hiſtoriæ ordinem male in hac editione ſervatum, & Fragmentum, quod ſtatim porro a calce Orationis hujus ſequitur, ante eandem conlocandum eſſe. Id enim ſic habet: *Uti Lepidus & Catulus decretis exercitibus maturrime proficiſcerentur.* Uterque ſcilicet ad Provincias ſibi decretas: Lepido enim Gallia ulterior, Catulo ejuſdem collegæ Italia ex Senatus conſulto forte obvenerat. *Douza.*

1 *At ſcilicet,*] Vett. vulgati: *at ſcilicet iis, qui legatos, pacem, concordiam &c. ad poſtremum uſque, gratiam habeo peperiſſe.* Glarean. *legit, At ſcilicet iis qui ad poſtremum uſque l. h. c. & alia hujuſcemodi pepererunt; gratias habeo peperiſſe.* Neutrum aſſequor. Si quid tamen latet aliud, id fortaſſe ex ſcriptura, *habeo* pro *aveo* originem traxit.

2 *Gratiam ab eo peperere.*] Ita eſt in nuperis editionibus, ſenſu ſatis perſpicuo: ſed quoniam cum in impreſſis, tum calamo exaratis libris lectiones mirifice variant, ſuſpicor locum levi immutatione & addito pronomine reſcribendum ex veſtigiis veteris ſcripturæ: *Gratiam ab eo repperere ſibi,* cui phraſi prorſus conſimilis, ne dicam gemina, eſt Plautina illa in Prologo Rudentis: *Veniam ſibi invenire a diis.* Sed & Plinius alibi; *Gratiam invenire,* ſcripſit. Neque eſt quod quemquam moveat vox illa *ſibi* pro ſupplemento adſcripta. Cui conjecturæ meæ primitus occaſionem præbuit lectionis ejus affinitas, quæ in aliis libris concepta legitur ad hanc faciem: *Gratiam habeo peperiſſe.* Scin', quid ſuſpicer? nempe aliquem ex Salluſtianis exſcriptoribus compendium notarum facere voluiſſe? & ſecundam verbi ſyllabam contruncatam abbreviaſſe ad hunc modum: *Peperere ſibi.* Atque; hinc porro aliis ſuccedentibus geminas voces coaluiſſe in unam. Unde *Peperiſſe* iſtud natum denique. *Douza.* Omnes teſtantur in MSS. eſſe *peperiſſe.* Recte igitur Palmerius Mellerus, *At ſcilicet eos, &c. peperiſſe.* Adi librum III. Obſerv. cap. IX. *Grut.*

3 *Indigni*] A. Meſſus citat hunc locum ex lib. I. Hiſtoriarum Salluſtii.

4 *Extollebant,*] *Extollebant, & [dicebant] magnitudinem* P. R. *creviſſe ignoſcendo.* Criſpin.

5 *Et ignoſcendo Populi Rom. magnitudinem auxiſſe,*] In ſcripto libro eſt, *Et ignoſcendo Pop. Rom. magnit.* Faernus legebat, *Populum Rom.* Forte ex Catilin. de Populo Rom. *Et accepta injuria ignoſcere quam perſequi malebant. Sed ubi labore atque juſtitia reſpub. crevit.* Ciacc.

6 *Lepidum progreſſum videbat.*] Scribe: *qui gentis Æmiliæ benefacta extollebant,*

bant;

Digitized by Google

bant; cum privata arma opprimundæ libertatis cepiſſet, ſibi quiſque opes aut patrocinia quærendo, conſilium publicum corruperunt. At tum erat Lepidus latro cum calonibus, & paucis ſicariis; ¹ quorum nemo non diurna mercede vitam mutaverit: nunc eſt proconſul cum imperio, non emto; ſed dato a vobis, cum legatis adhuc jure parentibus: & ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptiſſumi; ² flagrantes inopia & cupidinibus, ſcelerum conſcientia exagitati: quibus ³ quies in ſeditionibus, in pace turbæ ſunt: hi tumultum ex tumultu, ⁴ bellum ex bello ſerunt, Saturnini olim, poſt, ⁵ Sulpicii, dein ⁶ Marii, ⁷ Damaſippique, nunc Lepidi ſatellites.

XIV. Præterea Etruria, atque omnes reliquiæ belli arrectæ: ⁸ Hiſpaniæ armis ſolicitatæ: ⁹ Mithridates in latere vectigalium noſtrorum, quibus adhuc ſuſtentamur, diem bello circumſpicit: quin, ¹⁰ præter idoneum ducem, nihil abeſt ad ſubvortendum imperium. Quod ego vos oro, atque obſecro P. C. ut animadvortatis; neu patiamini licentiam ſcelerum, quaſi ¹¹ rabiem, ad integros contactu

& ignoſcendo populi Romani magnitudinem auxiſſe; nuſquam etiam tum Lepidum progreſſum dicebant. Poſſes etiam, *populum Romanum*; ſed *auxiſſe* dicit, pro auctam eſſe, ut Cato: *Eo res eorum auxit.* Gronov.

1 *Quorum nemo*] Glareanus: *nemo diurna mercede vitam mutaverit.* Alii, *quorum nemo diuturna mercede vitam mutaverit*: atque contra ſentit Philippus, eos vel diurna mercede conductos, vitam etiam nihili facturos. *Carrio.* Scalig. ad Catullum: *vitam non mutaverit.*

2 *Flagrantes inopia & cupiditatibus*] Venetum; *cupidinibus*; idque Salluſtianum magis eſt. *Riv.*

3 *Quies in ſeditionibus*] Quia tunc ſolum contenti ſunt.

4 *Bellum ex bello ſerunt*] Perperam alii, *ferunt*. Riv. Sic in epiſt. Mithridat. *Bella ex bellis ſerendo magni facti.* Liv. lib. XL. *Ex bellis bella ſeruntur.* Et Tacitus *prælia ſerere* dixit Hiſt. V. *Ciacc.*

5 *Sulpicii*] Nam P. Sulpicius tribunus plebis, auctore C. Mario pernicioſas leges promulgavit, ut exules revocarentur, & novi cives libertinique diſtribuerentur in tribus, &c. qui cum in quadam villa lateret, indicio ſervi retractus & occiſus eſt. Servus ob mercedem manumiſſus eſt, ſed ob infidelitatem ſaxo dejectus. *Bad.*

6 *Marii*] Vide ſupra Jug. cap. LXIII.

7 *Damaſippi*] Vide ſupra Cat. cap. LI. vel lege, *Damacii.* Nam Lucius Damacius prætor ex juſſu Marii omnem nobilitatem, quæ in urbe erat, trucidavit. *Bad.*

8 *Hiſpaniæ armis ſolicitatæ*] *Solicita* eſt in duobus ſcriptis exemplaribus. *Ciacc.*

9 *Mithridates*] V. ſupra fr. 1, 4.

10 *Præter idoneum ducem*] Vide, ut Mamercum faſtidioſe & contemtim conterat Philippus, cui ne id quidem dignum habet tribuere, quem pro idoneo duce ad remp. evertendam agnoſcere velle videatur. *Douza.*

11 *Rabiem*] *Quaſi tabem*, conjecit Carrio, non male. Alibi enim utitur *Auctor* hac ſimilitudine.

procedere. Nam, ubi malos præmia ſequuntur, haud facile quiſquam gratuito bonus eſt. An [1] exſpectatis, dum exercitu rurſus admoto, ferro, atque flamma urbem invadat? [2] quod multo propius eſt ab eo, quo agitat, ſtatu, quam ex pace & concordia ad arma civilia: quæ ille adverſum divina & humana omnia cepit, non pro ſua, aut quorum ſimulat injuria, ſed legum ac libertatis ſubvertundæ.

XV. Angitur enim, ac laceratur animi cupidine, & noxarum metu, expers conſilii, inquies: hæc atque illa tentans, metuit otium, odit bellum, luxu atque licentia carendum videt, atque interim abutitur veſtra ſocordia. Neque mihi ſatis conſilii, metum, an ignaviam, an dementiam eam appellem: [3] qui videmini intenta mala quaſi fulmen optare ſe quiſque ne attingat, ſed prohibere ne conari quidem. Et quæſo conſiderate quam converſa rerum natura ſit. Antea malum publicum, occulte; auxi-

1 *Exſpectatis, dum exercitu*] Hoc contra hiſtoriæ fidem eſſe omnia veterum monumenta conſentiunt. Neque enim Lepidus ante poſtremam expeditionem illam, & pugnam commiſſam cum Catulo, quo victus deſerta Italia in Sardiniam refugit, ad Romana mœnia exercitum unquam admoviſſe legitur: nedum ut urbem ferro & flamma invaſerit. Unde mihi dubium non eſt, quin, *invadant*, legi atque emendari debeat. Quod ſi mihi Critici concedant, referendum erit ad homines illos omnium ordinum corruptiſſimos, veris ſupra coloribus a Philippo depictos, Cinnanos puta, & Marianos ſatellites, quorum in patriam reditu quantum civilis ſanguinis exhauſtum fuerit, Plutarchus, Appianus, Eutropius teſtes, poſtremo omnes veteres Memoriæ. *Douza.*

2 *Quod multo*] Hoc eſt Cives ad arma compellere non ſtudet, cum per vos exercitum habeat; & citius eveniet, ut ille ferro & flamma Urbem invadat, quam ut Cives ad arma capienda ſollicitet. *Criſp.* Cicero Tuſcul. I. *Antiquitas quæ quo propius aberat ab ortu & divina progenie.* Et ad Attic. lib. I. *quoniam propius abes.* Sed Plin. lib. XIV. cap. IV. *Tam prope,* inquit, *ab origine rerum ſumus.* Ciacc. Scriptura haud dubie mendoſa, & quam juxta cum ignariſſimis intelligo: niſi tamen totus locus interpolandus, & fortaſſe in hunc morem conſtituendus: *Quam ad pacem & concordiam ab armis civilibus.* Douza.

3 *Qui videmini intenta mala quaſi fulmen optare ſe quiſque ne attingat, ſed prohibere ne conari quidem*] Ab aliquo illuſtri Scriptore Græco hæc ſententia ſumta videtur. Tacit. Annal. III. *Ob intenta pericula.* Ciacc. Fulmina enim feralia habebantur. Et qui locus fulmine tactus, bidental appellabatur. Gloſſarii auctor recte expoſuit: Bidental, [illegible] πλήξ. Quin Perſius ipſum hominem [illegible] bidental vocat:

Triſte jaces lucis, evitandumque bidental.

Bidental autem vocatur, quod talibus locis ovibus ſive bidentibus ſacrificia fierent. Artemidorus lib. II. [illegible] τὸ [illegible] τοὺς βωμοὺς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς [illegible]. Græci bidental vocant [illegible] Gloſ-lia

lia palam inſtruebantur, & eo boni malos facile antoibant: nunc pax, & concordia diſturbantur palam: defenduntur occulte. Quibus illa placent, in armis ſunt; vos, in metu. Quid exſpectatis? niſi forte [1] pudet aut piget recte facere. An Lepidi mandata [2] animos movent? qui placere ait ſua cuique reddi, & aliena tenet: belli jura reſcindi, cum ipſe armis cogat: [3] civitatem confirmari; qui ademtam negat: concordiæ gratia [4] plebei tribuniciam poteſtatem reſtitui, ex qua omnes diſcordiæ accenſæ.

XVI. Peſſume omnium, atque impudentiſſume, tibi ne egeſtas civium, & [5] luctus curæ ſunt, cui nihil eſt domi, niſi armis partum, aut per injuriam? alterum conſulatum petis, quaſi primum reddideris: bello concordiam quæris, quo parta diſturbatur: [6] noſtri proditor, iſtis invidus, hoſtis omnium bonorum, ut [7] te neque hominum, neque deorum pudet, [8] quos perfidia aut perjurio violaſti! qui, quando talis es, maneas in ſententia, & retineas arma, te hortor: neu prolatandis ſeditionibus inquies ipſe, nos in ſolicitudine retineas. Neque te provinciæ, neque leges, neque dii penates civem patiuntur. [9] Perge, qua cœ-

ſe Græcorum: *Βρυλλόνται, τὰ κατασκηνόθεντα χρόνια*. Nam *σκηπτὸς* fulgur. *Scalig.*

1 *Pudet aut piget*] Servius ad IV. Æn. *Dicimus: piget me facere, & pudet me feciſſe, quæ tamen interdum a Salluſtio ſimul ponuntur.*

2 *Animos movent*] In V. C. *animos movere.* Quæ forma loquendi Terentio perfamiliaris eſt. *Urſin.*

3 *Civitatem confirmari, qui ademtam negat*] In codice Puteani eſt: *quibus ademptam negat.* Hinc legendum propono: *civitatem confirmari qui civibus ademtam negat.* Putſch.

4 *Plebei*] Hæc vox ab omnibus editis exulat, eam tamen & vett. Codices recipiunt, & Priſcianus agnoſcit lib. VI. *Carrio.*

5 *Luctus curæ ſunt*] Potius legerim, *ſint.* Ciacc.

6 *Noſtri proditor, iſtis infidus*] Optime idem codex, *Iſtis infidus.* Opponit proditorem infido. *Putſch.*

7 *Te neque hominum, neque Deorum pudet*] Hoc eo ſpectare videtur, quod Lepidus, cum legem Sulla mortuo de Actis ejus reſcindendis promulgaſſet, ut qui a Sulla proſcripti fuerant, & civitatem, & bona ſua recuperarent. Cumque eidem Catulus collega, ceterique obnixe adverſarentur, re in concionibus agitata, Lepidus a Senatu ſacramento adactus bellum ſe patriæ non facturum, in Galliam ulteriorem, quam ſortitus erat, profectus, ad Comitia, tamquam exacto conſulatu ſuo bellum illaturus, non venit. Appianus. Florus. Atque hoc eſt, quod perfidiam & perjurium Lepido objectat Philippus. *Donza.*

8 *Quos perfidia aut perjurio violaſti*] Libri veteres, *per fidem aut perjurio.* Livius I. *Cujus ad ſolemne ludoſque per fas ac fidem decepti veniſſent, &c.* Ciacc.

9 *Perge, qua cœpiſti*] *Qua cœptas* habent duo MSS. exemplaria. *Ciacc.*

piſti, ut 1 quam maturrume merita invenias. Vos autem, P. C. quouſque cunctando 2 remp. intutam patiemini, & verbis arma tentabitis? 3 Delectus advorſum vos habiti; pecuniæ publice, & privatim extortæ; ex lubidine leges imperantur: cum interim vos legatos & decreta paratis.

XVII. Et quanto, mehercule, avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit: cum intelleget ſe metu magis, quam æquo & bono ſuſtentatum. 4 Nam, qui turbas, & cædem civium odiſſe ait, & ob id armato Lepido 5 vos inermos retinet, quæ victis toleranda ſunt, ea, cum facere poſſitis, patiamini potius cenſet. Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum ſuadent. Hæc ſi placent; ſi tanta 6 torpedo animos oppreſſit, ut obliti 7 ſcelerum Cinnæ, cujus in urbem reditu, 8 decus, atque ordines omnes in-

1 *Quam maturrume*] Tacit. Annal. v. *ut templum divo quam maturrime publica pecunia poneretur.* Et noſter infra: *Uti Lepidus & Catulus decretis exercitibus quam maturrime proficiſcerentur.* Et Cæſar lib. I. B. G. Alia exemplaria hic *maturiſſime.* Citat Chariſ. lib. II. in *maturiſſime*, M. Catonem dier. dict. de conſ. ſuo: *Item uti a Thermopylis atque ex Aſia maximos tumultus maturiſſime disjeci atque conſedavi.* Vide eundem in *Maturrime.* Ciacc.

2 *Rempub. intutam*] Ald. *inultam* legit. Tacitus Hiſt. III. *non intuta mœnium firmare*, dicit. & Hiſt. I. *proinde intuta quæ indecora.* Idem.

3 *Delectus*] Vide ſupra Bell. Catil. cap. XXXVI.

4 *Nam, qui turbas, & cædem civium odiſſe ait*] Si quis penitius loci hujus conſtructionem ac ſententiam inveſtiget, ne illi facile odorari fuerit, vel ex poſteriore periodo tantum, numeri rationem in verbis illis tribus; *Ait, retinet, cenſet.* perperam a ſciolis inverſam eſſe. Quod tamen a nato nemine uſque adhuc animadverſum demiror; præſertim cum ejus rei ipſos commonefacere potuerit numeri illius diverſitas, quæ in iſto argutiſſimo epiphonemate comparet. *Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum ſuadent.* In quo enarrando quomodo iſti ſibi ſatisfecerint neſcio: hoc ſcio, lectionem receptam & ſecum, & cum Salluſtiana elegantia pugnare. Nam quæ obſecro locutionis ratio ſit illa? Lepidus, armato Lepido, vos inermos retinet. Quocirca vel meo periculo (neque enim capitis res eſt) fidenter caſtigandum pronuncio: *Nam qui turbas, & c. c. o. ajunt, & ob id a. L. v. i. retinent; quæ v. t. ſ. e. c. f. p. p. p. cenſent.* Non enim de Lepido, ſed de factioſis Lepidi fautoribus, quos ipſe Satellites indigitare amat, intelligendum. *Douza.*

5 *Vos inermes retinet*] Libri MSS. duo, *inermos.* Ciacc.

6 *Torpedo animos oppreſſit*] Priſcianus, hunc locum ex I. hiſt. recitans, ita legit. Apud Nonium vero in verbo, *Torpedo. Obrepſit*; ſcriptum eſt. *Manut.* Orat. II. de Rep. ord. *Stupor eos atque torpedo invaſit.*

7 *Scelerum Cinnæ*] Nam Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio Janiculum occupaverunt, & fugati ab Octavio conſule receſſerunt. Marius Antium & Ariciam & Lavinium colonias devaſtavit: & cum nulla omnino ſpes eſſet optimatibus reſiſtendi, Cinna & Marius in urbem recepti, eam velut raptam cædibus & rapinis vaſtaverunt. *Bad.*

8 *Decus, atque omnes ordines interierunt*] Sic in V. C. leguntur, *Decus ordinis hujus interiit.* Ciacc. Quidam: Cujus in

terierunt,

perierunt, nihilo minus vos, atque conjuges, & liberos Lepido permiſſuri ſitis; quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is & alii boni rempubl. fruſtra curant. Agite, uti lubet; 1 parate vobis Cethegi, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas & incendia inſtaurare cupiunt, & rurſum advorſum Deos penates manus armare. 2 Sin libertas & bella magis placent; 3 decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus. Adeſt novus exercitus, 4 &, ad hoc, coloniæ veterum militum, nobilitas omnis, duces optumi, 5 fortuna meliores ſequitur.

Jam illa, quæ collecta ſunt, ſocordia noſtra dilabentur. Quare ita cenſeo, quoniam Lepidus exercitum privato conſilio, paratum 6 cum peſſumis, & hoſtibus reipubl. contra hujus ordinis auctoritatem ad urbem ducit; ut Appius Claudius 7 interrex cum Q. Catulo proconſule,

urbem reditu, decus ordinis hujus interiit. Sic infra: contra ordinis hujus Auctoritatem. *Carrio* & *Manut.* Eadem figura qua *Virg.* Pateris libamus & auro *Georg.* II.

1 *Parate vobis Cethegi*] Vet. C. *Cethegos.* Ciacc.

2 *Sin libertas & bella magis placent*] V.V.C.C. *& vera magis placent.* Infra lib. III. Hiſt. orat. Lepidi, *ſi vera & honeſta flagitiosis ſuperaverit.* Ciacc.

3 *Decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus*] Quid eſt, *Augere ingenium?* an quod alii dicunt, *Animos augere alicui?* Gerræ germanæ. Proinde inducatur, atque ejus vicem mea auctoritate, fiducia, quamvis audacter, reponatur: *Augere imperium viris fortibus,* hoc eſt, Rempublicam veſtram. Cui haud diſſimile illud oratione ad Cæſarem: *Quæ res populos, nationeſve magnis auctoribus auxiſſent.* Douza.

4 *Et ad hoc*] Conjunctio & abeſt a vet. cod. recte. *Ciacc.*

5 *Fortuna meliores ſequitur.*] Tacit. Hiſt. IV. *Fortuna melioribus affuit.* Idem.

6 *Cum peſſumis, & hoſtibus reipubl. contrahit, ordinis auctoritatem ad urbem ducit*] Legendum, *contra hujus ordinis auctoritatem, &c.* facilis quidem & proclivis de ſimilitudine vocum, ſed fœdiſſimus error. *Riv.*

7 *Interrex*] Antiquis temporibus is magiſtratus ſtatim a morte Romuli eſt inſtitutus. Nam cum in metu omnes eſſent, ne civitatem ſine imperio vis aliqua externa adoriretur: rem inter ſe centum patres conſociant, decem decuriis factis, ſingulisque in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent, decem imperitabant: unus cum inſignibus imperii & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in ordinem ibat. Hæc fere Livius. A quo non longe diſcedit Plutarchus; niſi quod vix unius diei imperium uni interregi tribuere videtur. Poſtea exactis etiam regibus, quoties comitia ea a Conſulibus, aut morbo, aut bello, aut ſeditione impeditis, haberi non poterant, ſi Dictatori non placuiſſet, interrex creabatur. Qui cum quinque dies magiſtratum obtinuiſſet (nam hoc Interregni tempus fuiſſe ſatis conſtat) alteri imperium tradidit. Ille, niſi quid impediret, Senatuſconſulto de Comitiis conſularibus facto, Conſules creabat. Solus hic patricius magiſtratus cum plebe communis factus non eſt. Neque enim populi ſuffragio creabatur, ſed a

& ceteris, quibus imperium eſt, urbi præſidio ſint, operamque dent, ne quid reſpubl. detrimenti capiat.

XVIII. 1 Uti Lepidus, & Catulus decretis exercitibus maturrume proficiſcerentur. *Cariſius.* lib. I I.

M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulſo, ſegnior neque minus gravis, ſed multiplex cura patres exercebat. *Servius. Marius Victorinus in Ciceronem.*

Obviam ire, & commori hoſtibus. *Aruſianus Meſſus. Commoritur illis* apud eundem.

Lepidus pœnitens conſilii. *Cariſius* lib. I I I.

Sic vero quaſi formidine attonitus, neque animo, 2 neque auribus, aut lingua competere. *Nonius, Competere, rei cujuſque meminiſſe, aut conſtanter valere.*

3 Prudens omnium, quæ Senatus cenſuerat. *Aruſianus.*

Magnis operibus 4 profectus, 5 oppidum cepit, per L. Catilinam legatum. *Feſtus.*

XIX. 6 Domitium proconſulem, ex citeriori Hiſpania cum omnibus copiis, quas paraverat, arceſſivit. *Priſcianus* lib. X. *Arceſſivit, inquit, & laceſſivit.*

patriciis coeuntibus auſpicato prodebatur, ut teſtatur Appius Claudius apud Livium. Creabatur autem, ut Pedianus docet, ad I I I. Kalendas Februar. Ejus officium erat omnia ea obire, quæ vel Regum, vel Conſulum fuiſſent. Itaque jus dicebat, Senatum vocabat, Rempublicam quoque turbulentis temporibus, ſub extremi atque ultimi Senatuſconſulti formula ſæpe accipiebat, ſurrogatiſque magiſtratibus Comitia habebat. *Janus Gulielm.*

1 *Uti Lepidus, & Catulus &c.*] Videndum an de Bell. Ital. hic agatur. Lepidus enim & Catulus Conſules habentur in ænea apud me tabella, in qua Italici belli fit mentio. *Urſin.* Vid. Cariſium lib. I.

2 *Neque auribus aut lingua competere*] Tacit. lib. I I I. *Oppidani neque oculis, neque auribus ſatis competebant.* Et Hiſt. I I I. *Trepidus miles, dux ſegnis, & veluti captus animi, non lingua non auribus competere.* Citatur a Donato in Adelph. Act. III. Sc. II. *Salluſt.* de Septimio, *Neque animo neque lingua ſatis compote.* Ciacc.

3 *Prudens omnium*] Tacitus in vita Agricolæ: *Ceterum animorum provinciæ prudens.* Idem.

4 *Profectus*] Sunt qui legendum putent, *profectis*; alii vero, *operibus confectis.* ſed in re ambigua quid aſſeveres? *Carrio.* Forte, legendum, *perfectis.*

5 *Oppidum cepit*] Videtur legendum *obſidium.* Nam Tacitus, Salluſtii æmulator ſic locutus eſt lib. I V. cum dixit: *Obſidium cepit per præſidia, quæ opportuna jam muniebat.* Urſin. Læl. in Orat. ad pop. *ut nobis terra marique ſimul obſidium facerent.* Ennius. *Cum ſævo obſidio magnum Tuna premebat.* Vid. Schott. in Q. Cicer. Tacit. frequentius I V. 24. X I I. 45. H. X I I. 46.

6 *Domitium proconſulem*] Non puto deſignari Cn. Domitium Calvinum Conſulem anno DCCXII. cum C. Aſinio Pollione, quippe ex Hiſpania, de qua Proconſ. triumphaverat, Imp. deſcribitur in argenteo denario Oſcæ ſignato, cum inſcriptione DOMIT. COS. ITER. IMP. OSCA. *Urſin.*

Sall.

Sanctus aliter, & ingenio validus. *Cariſius* lib. I. *aliter*, *pro alias*.

Gens raro egreſſa finis ſuos. *Servius ad* lib. XI. *Æneidos*. Vox *Gens* apud Servium non invenitur. *Aruſianus Meſſus*.

Niſi cum ira belli deſenuiſſet. *Priſcianus* lib. X.

Maturaverunt exercitum [1] Dyrrhachium cogere. *Aruſianus Meſſus*.

XX. [2] Illo profectus, vicos, caſtellaque incendere, &, fuga cultorum deſerta, igni vaſtare: [3] neque clara aut ſecuriſſimus metu gentis ad furta belli peridoneæ, *Nonius*. *Servius ad* XI. *Æneidos*. ad illud, *furta paro belli*.

[4] Liberis ejus avunculus erat. *Donatus ad Phormionem Terentii*. Act. V. Sc. VI. & Hecyr. Act. XI. Sc. II.

Nihil ob tantam mercedem ſibi abnuituros, *Aruſianus Meſſus*.

Inſanum [5] aliter ſua ſententia, atque aliarum mulierum. *Cariſius* lib. I.

Recens Cariſius Lib. II. Donat. Act. V. Sc. VIII.

1 *Dyrrachium*] *Dyrrachium* poſui pro *brachium*, quod ita in libro Elnonenſi eſſet. Quo etiam modo legendum eſſe, cum quidam conjeciſſent, alii pro certo id, ſine ulla librorum auctoritate, audacter receperunt. *Carrio*.

2 *Illo profectus, vicos, &c.*] Pro *Elata* in Vet. Cod. est *Elate*. pro quo inepte poſteriores *Elatus* poſuerunt; &, pro: *aut ſecuriſſimus* teſte Junio, *vetuſtiſſimus*. Et in meo aliiſque quibuſdam, *ſecuſtiſſimus*: pro quo depravatores Salluſtiani, *ſecurus*. *Carrio*. Et hoc Fragmentum, contagione credo rei quam narrat, periculum vaſtationis vix effugit, non quidem a Volcani violentia, ſed librariorum ignorantia contractarum ſyllabas abbreviantium. Quo de genere ſum queſtus jam antea, quorum temeritate effectum videtur, ut tres dictiones in unam concreverint. Quod conjectores iſti Salluſtiani non advertentes, ſibique cum ſimplici excetra rem modo eſſe arbitrantes, partum quas nobis Lernas pepercere; dum partim *ſecuro*, alii *ſecuriſſimo*; nonnulli etiam *vetuſtiſſimo* nobis objectare non dubitant, quod eo illis firmius viſum, quoniam in manuſcripto forte *fecundiſſimo* reperiſſent. Sed his plorare juſſis in rem præſentem venire melius eſt, lectorique de conjecturæ noſtræ ratione gratiam facere. Ea vero hæc eſt; *Neque elato, aut ſecuro eſſe animo, metu gentis, &c.* ſententia apertiſſima; & quam a Salluſtio eſſe, arguta ejus brevitas etiam me tacente indicium facit. *Douza*. *Illo*, *nunc nomen nunc adverbium*, inquit Aſper apud *Cariſium*.

3 *Neque clara &c.*] *Neque late aut ſecurus nimis*. Schottus. *Furta belli* uſurpat. *Ambroſ.* II. Epiſt. VII. Virg. Æn. II. pro quo Horat. *acuta belli*. IV. Carm. Od. IV.

4 *Liberis &c.*] Hæc tria Fr. ad adulterium uxoris Lepidi pertinent. *Auſ. Popm.*

5 *Aliter*] Id eſt alias. Sic ſupra, *ſanctus aliter atque ingenio validus*.

Digitized by Google

Solis viis. *Donatus Phorm.* Act. v. Sc. viii.

Juſſu Metelli [1] cornicines occanuerunt. *Priſcianus* lib. x. *Servius* ii. *Georg. Virg. Diomed.* lib. i. cap. iv.

Nexuit catenæ modo. *Priſcianus* lib. x.

Ductus militiam. *Aruſianus Meſſus.*

Neque ſe recipere aut inſtruere prœlio quivere. *Priſcianus* lib. x.

[2] Equi ſine rectore exterriti, aut ſaucii conſternantur. *Idem* lib. iv.

Occupatuſque collis editiſſumus apud [3] Hilerdam: & cum multa opera circumdata. *Priſcianus* lib. v.

At inde nulla munitionis, aut requie mora, proceſſit ad oppidum. *Priſcianus* lib. xviii. *requie, pro requiei.*

Agreſte. *Cariſ.* lib. i.

[4] Ardebat omnis Hiſpania citerior. *M. Fabius Victorinus de invent. Ciceronis* lib. i.

XXI. [5] * & ponere validam urbem multos dies reſtantem [6] pugnando vicit. *Nonius.*

1 *Cornicines occanuerunt*] Priſcianus libro x. *Quidam occanuit, pro occinui protulerunt.* Servius ii. Georg. Virgil. *Accano,* inquit, *veteres non cecini, ſed canui dixerunt.* Salluſtius: *Cornua occanuerunt.* Carrio. Sic *diſcedimus* pro *diſceſſimus* Varro de R. R. lib. i. cap. lxix. *accedimus* Plautus. *tolliſſe* apud Ulpian. in L. xiii. §. 4. ff. de Acceptilatione apud *atteruiſſe.* Tibull.

2 *Equi ſine rectore*] Hoc fragmentum idem Priſcianus citat ex lib. i. epiſtolarum; corrupte, ut puto, pro Hiſtoriarum. Neque enim Salluſtium epiſtolas vulgaſſe ullibi lectum. *Coler.* Ad hunc locum reſpexiſſe videtur Tacitus Annal. i. *Equis maxime vulnera ingerit. Illi ſanguine ſuo & lubrico paludum lapſantes, excuſſis rectoribus, disjicere obvios, &c.* Ciacc.

3 *Apud Hilerdam*] In Gemblacenſi & opt. Colonienſi, *Eum* pro *Cum.* Quam veram eſſe hujus loci reſtitutionem docet Meſſus qui in Salluſtio obſervat: *Circumdare hac re illam rem.* Quod alioqui cum his verbis minime congrueret. Et tamen hæc ipſa affert, ſed *apud Hilerdam* omittit, male. Et *Cum* retinet. *Carrio.*

4 *Ardebat omnis Hiſpania*] Cæſar lib. v. *Ardere Galliam.* Tacitus Annal. xii. *Arſiſſet bello provincia.* Ciacc.

5 *Et ponere validam*] Suſpicabar leviter legendum eſſe, *Hipponem,* docente Stephano περὶ πόλεων, Ἱππὼν πόλις Λιβύης; eamque a Phœnicibus conditam ſcietam. Salluſt. Jugurtha: *Poſtea Phœnices, alii multitudinis domi minuendæ, pars imperii cupidine ſollicitata plebe, & alii novarum rerum avidis, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliaſque urbes in ora maritima condidere.* Sed cum viderem viros doctos in Mſſ. Nonii codicibus reperiſſe *Diogenem,* non dubitavi ſcribendum eſſe, *Vizonem.* Stephanus, Βιζώνη πόλις ποντική. Probus, qui mihi dux ad hanc conjecturam, in Zo: *Hac quoque ſyllaba nullum nomen reperi terminatum, niſi unum barbaræ civitatis lectum in Salluſtio, Vizo Vizonis.* *Putſch.* Vetus codex Nonii habet, *Et Digonem.* ex quo excogitari debet nomen urbis ejus, de qua loquebatur. *Reſtare* autem, pro, reſiſtere dixit, ut Ta-

Itaque

Itaque Sertorius, levi præſidio relicto [1] in Mauritania, nactus obſcuram noctem, æſtu ſecundo, [2] furtivaque celeritate, vitare prœlium in tranſgreſſu conatus eſt. *Agellius* lib. x. cap. XXVI. *Nonius Marcellus.*

[3] Tranſgreſſos omnis, recipit [4] mons Ballera, præceptus a Luſitanis. *Idem ibidem.*

Earum aliæ paullulum progreſſæ, nimio ſimul & incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur. *Idem.*

Locum editiorem, quam victoribus decebat, capit. *Servius* VIII. *Æneidos. Aruſianus Meſſus.*

[5] Et mox Fufidius adveniens cum legionibus, [6] poſt-

cit. Annal. 3. c. XLVI. *Paulum moræ attulere ferrati, reſtantibus laminis adverſum pila & gladios.* Et Livius lib. XXXIV. *Qui pauci plures vincere ſoliti eſtis, nunc paucis plures non reſtatis.* Ciacc.

6 *Pugnando vicit*] Simile eſt illi, quod habetur in veteri inſcriptione Duilii, PUGNANDO CEPIT. *Urſin.*

1 *In Mauritania.*] Vide ſupra. *In Mauritania nactus.*] Lipſius, *In Mauritaniam*; lib. IV. epiſt. 14. Nam ſcribit Plutarch. Sertorium cum tribus millibus militum confugiſſe Carthaginem novam. Idem paullo poſt corrigit: *Furtim abiit; celeritate vitare prælium.* Coler.

2 *Furtivaque celeritate*] Ante erat, *Furtim aut celeritate:* ex quo faciebat Achilles Statius, *Furtim ac celeri rate.* Ciacc.

3 *Tranſgreſſos*] Agell. lib. x. cap. XXVI. & Nonius Marcell. tit. de impropriis, qui Agellii verba more ſuo deſcribit, hæc citant, apud quem duo fragmenta turpiter coaluerunt in unum, ſic ſeparanda & emendanda: *Tranſgreſſus a pedum gradu proprie dicitur, ſed auctoritas vetuſtatis liberiorem uſum loquendi dedit, ut Salluſtius hiſt. lib. 1. his de & qui navigaſſent, & de ipſis navibus eo verbo uti voluit, in quibus gradus non ſit. deſertio: Nactus obſcuram noctem æſtu ſecundo, furtivaque celeritate vitare prælium in tranſgreſſu conatus eſt, ac inde: Tranſgreſſos recipit omnes mons præceptus a Luſitanis.* (*pro, deſertio, legendum ex Gellio deſertorio*) Hanc veram eſſe hujus loci ſcripturam ſuffragabitur quilibet, qui Nonii mentem diligentius excuſſerit: eodem porro modo loquitur Siſenna lib. III. *Tranſgreſſus fluvium qua ſecundum Herculaneum ad mare pertinebat.* Et naves ambulare dixit Ennius:

Inde Paron per cærula navibus ambulabant.

Et claudas vocat Lucretius lib. IV.

At maris ignaris in portu clauda videntur
Navigia apluſtris fractis obnitier undis.

Et *currere* dicit Virgilius lib. I. Æneid. *Defeſſi Æneadæ quæ proxima littora curſu Contendunt petere.* Quo loco & Serv. *ſaltationes etiam navium dicebant, quod eſt animalibus terreſtribus proprium.* Eas optime ſentiunt qui vi ventorum & procellarum aliquando jactati fuerunt. *Putſch.*

4 *Mons Ballera*] In membranis Fuldenſibus *Belloia*, hinc forſan *Belona*, cujus meminit Stephanus. *Putſch.* De monte Ballera nihil legere me recordor. Servius *Mſ. Fuldenſis montem iſtum Belloiam vocat.* Sed puto & illud vitioſum. Pallenæ quidem montis Avienus meminit:

--- hic mellifluis Pallena ſub antris.

Verum is non in Hiſpania. *Coler.*

5 *Et mox Fufidius*] Ita emendarunt ex *Stipidius* (forte, quod ita in vett: Libris & quod ſupra Fufidii meminiſſet.) Mallem tamen, *Sulpicius.* Ciacc. Lipſius: *Aufidius.* Sic de bello Sertoriano accipietur: videndus Plutarch. *Coler.*

6 *Poſtquam tantas aſperitates*] Vett. Codi

quam

quam tantæ aſperitates, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hoſti quam ſuis opportuniora videt. *Nonius.*

Cum Sertorius neque erumperet, tam levi copia navibus [1] fugam maturabat. *Servius Fuldanus. Meſſus.*

XXII. Itineris eorum Metellus per literas gnarus. *Aruſianus.*

Itaque Servilius [2] ægrotum Tarenti collegam prior tranſgreſſus, iter vortit ad Corycum urbem inclutam: [3] paſtuſque nemore, in quo crocum gignitur. *Priſcianus. Nonius.*

[4] Ad Olympum atque Phaſelida. *Priſcianus.*

Apud Corycum. *Idem.*

[5] Apud Læte oppidum, [6] cui nomen oblivionis condiderant. *Idem. Servius ad* I. *Æneidos.*

Repulſus a Læte oppido. *Idem. Priſcianus.*

Apud [7] Mutinam. *Idem.*

habent, *ſpiras*, non *aſperitates*. quod verbum ab aliis nempe a Carrione repoſitum eſt. Feſtus exponit *ſpiram* hominum multitudinem. Profertque Ennii verſum:

Spiras legionibus nexunt.

Urſinus.

1 *Fugam maturabat*] Virgilius: *Maturate fugam*. Tacit. Annal. 5. *Fugam maturavit ſpe auxilii.* Ciacc.

2 *Ægrotum collegam*] Potius eſt, ut Salluſtium ſcripſiſſe credam, *ægroto collega*. idque de Lipſiana ſententia. *Douza.*

3 *Paſtuſque nemore*] Omnino hic nomen nemoris deſiderari exiſtimo; id quod imperito librario occaſionem præbuiſſe videtur locum depravandi, atque ejus vicem nobis, *Raſtuſque* iſtud ſupponendi. Quod nihili verbum eſſe, diſtinctionemque poſt *Inclutam*, removendam indicaſſe contentus, felicioribus ingeniis nomen porro nemoris iſtius, quod ego fruſtra in Ciliciæ deſcriptionibus perſecutus, literis, recomminiſci nondum potui, inveſtigandum relinquo. *Douza.*

4 *Ad Olympum atque Phaſelida.*] Urbes ſunt Lyciæ maritimæ & maximæ, quæ piratarum & prædonum domicilium & receptaculum fuerunt, & ea de cauſa bello Piratico a Servilio expugnatæ & deletæ ſunt. Strabo lib. XIV. Cic. in Verrem IV. *Ad Olympum.* Et hæc ad ſuperiora quodammodo pertinent. Scribit enim Pedianus Verrina tertia, P. Servilium bellum in Cilicia geſſiſſe, deque ea triumphaſſe, captis Coryco, Olympo, & Phaſelide, tribus magnis ejus terræ urbibus, ſed in Asconio depravatum eſt, *Raſilide*. Carrio.

5 *Apud Læte oppidum*] Hæc ita conjunximus ex ſententia clariſſimi D. Jani Douzæ, cujus opinionem firmat Silius Italicus, Salluſtii in locis deſcribendis imitator, de bello Punico lib. II.

Quæque ſuper Gravios lucentes volvit arenas,
Inferni populis referens oblivia Lethe.

Putſch. In Martinenſi & Colon. *Lepe* in Gembl. *Læte*. In Thoſano *Lethe*. Carrio.

6 *Cui nomen oblivionis condiderant*] Legam, *indiderant*, & de Lethe Hiſpaniæ flumine intelligam, quod Limiam appellant Strabo lib. III. & latius Mela: *Et cui oblivionis cognomen eſt, Limia.* Ciacc.

7 *Mutinam*] Quidam legunt *Numantiam* quibus diſſentientibus libris, needum aſſentior. Carrio.

Apud

Apud Præneſte locatus. *Idem.*

[1] Medio diei. *Meſſus.*

Quietam a bellis civitatem. *Idem.*

[2] Militiæ peritus. *Idem.*

[3] Sertorius portis turbam morantibus, & nullo, ut in terrore ſolet, generis aut imperii diſcrimine, per calonum corpora, ad medium quaſi deinſuper adſtantium manibus in murum attollitur. *Nonius. Servius.*

XXIII. Neque detruſus aliquotiens terretur. *Priſcianus* l. XV.

[4] Dubitavit acie pars. *Idem.*

Quos inter maxume. *Cariſius.*

Rumore primo. *Idem.*

[5] Idem fecere Octavius & Q. Cæpio ſine gravi cujuſquam exſpectatione, neque ſane ambiti publici. *Servius ad lib.* IV. *Æneidos: Ambire ſignificat & rogare. Salluſtius in Jugurtha: Quos ego audio ambire, fatigare vos ſingulos. Dicebatur & ambio illum, pro rogo. Salluſtius in* I. Idem fecere, &c.

1 *Medio diei*] Ita locutus eſt Tacitus, Salluſtii locum, ut videtur, imitatus lib. XVIII. cum dixit; *Sed medio diei exarſerant.* Urſin.

2 *Militiæ peritus*] Supra dixit: *Doctus militiam.* In utroque Græcos imitatus, qui dicunt, εἰδὼς μάχης, ſive πολέμοιο, ut apud Homerum οἱ εἰδότες μάχην. Idem.

3 *Sertorius*] Neque habeo certi, quod hoc de loco definiam; etſi Servius lib. IX. Æneid. quid ſibi voluerit Salluſtius ſatis indicat. *Muri,* inquit, *olim alti non erant, ſed ad impetum tantum repellendum. Ut etiam Salluſtius oſtendit, ubi Sertorium humeris ſublatum muros aſcendiſſe memorat.* Quæ poſtrema qui pro Salluſtianis accipiunt, fruſtra ſunt; cum huc referri debeant. *Carrio.* Videtur illud, *Parthis,* eſſe mendoſum, & fortaſſe, *portis,* ſcribendum, ut integra lectio ſit: *Sertorius portis turba morantibus, &c.* Erant igitur portæ ita turba occupatæ, ut nec Tribunus, nec ipſe Imperator pervadere poſſet. *Imperii* [illegible] *poſitum,* ut videtur, pro, *Imperatoris.* Urſin.

4 *Dubitavit acie pars*] Priſcianus extremo ſeptimo lib. tradit veteres conſueviſſe frequenter in quincta conjugatione tam genitivum quam dativum ablativo ſimiles proferre: & hæc ex prima Salluſtii hiſtoria allegat: prout vulgati habent libri. Nam a manuſcriptis abeſt numerus: & in hiſtoriis ita ſcripſiſſe Salluſtium in Catholicis refert Probus: nec librum nominat; uti nec Servius lib. I. Georg. Virgil. Probi hæc ſunt: *E, ſive correpta, ſive producta, nullius generis caſus genitivus reperitur terminatus, niſi antique. Virgilius: Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas. Salluſtius: dubitavit acie pars.* Carrio.

5 *Idem fecere*] Quæ ſequuntur ad finem uſque libri primi addidimus ex quadam Servii editione, quam debemus diligentiæ & ſolertiæ Cl. viri Petri Danielis. Nam ſi abſque illo eſſet, multa Salluſtii loca non haberemus, multa deteriora eſſent, quæ nunc ad Salluſtianæ navis tabulas coæquandas multa optima habemus. *Putſch.*

Cum aræ & alia diis ſacrata, ſupplicium ſanguine fœdarentur. *Idem.*

Poſtremos ipſos colonos per miſerias & incerta humani generis orare. *Idem ad illud* XI. *Æneid.*

——— *per everſæ genitor fumantia Trojæ*
Exſcidia obteſtor.

[1] Ea paucis, quibus peritia & verum ingenium eſt, abnuentibus. *Idem.*

[2] Perpenna tam paucis profectus vera eſt æſtimanda. *Idem ad* XII. *Æneidos.*

1 *Ea paucis quibus*] Servius ad illud XII. Æneid.

——— *Me verius unum*
Pro vobis luere.

Alii veteri more dictum accipiunt. Verum enim quod bonum & rectum eſſet appellabant. Terentius: *Idne eſt verum modo, id eſt peſſumum genus.* Idem, *Quod ſi aſtu rem tractavit, dii voſtram fidem, quantam & quam veram laudem capiat Parmeno.* Salluſtius *in primo: Ea paucis quibus peritia, & verum ingenium eſt abnuentibus.* Idem, *Perpenna tam paucis profectus vera eſt æſtimanda.* Locum integrum aſcripſi, ut eliciant aliquid meliora ingenia. Ego muginabar: *Perpenna tam paucis profectus vera eſt æſtimanda.* Senſu non pleno, quem pendere a ſequentibus reor. *Idem.*

2 *Perpenna*] Non ille qui Ariſtonicum vicit, ſed qui Sertorium in convivio trucidavit. *Criſpin.*

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII
HISTORIARUM FRAGMENTA.
LIBER II.

SArdinia [1] in Africo mari [2] facie veſtigii humani, in orientem quam in occidentem latior, prominet. *Agellius* lib. VIII. cap. XVIII. *Nonius: Faciem totius corporis formam,* πρόσωπον, *id eſt, os, poſuit antiquitas prudens; ut*

1 *Sardinia*] Fraudi, uti ſpero, futurum mihi non eſt, ſi has Salluſtiani velut naufragii tabulas aſſulis aliquantis auctiores reddidero: non quidem de meo, ne quis erret, (unde enim mihi, quæſo, Romanæ hiſtoriæ proferre pomœria, ſcriptorum præſertim codicum armamentis deſtituto?) ſed de Iſidori ſchediis & pluteis, quos jam dudum, conjuratis tot barbarorum ſæculorum procellis, & plus quam decumanis ignorantiæ fluctibus, a reliqua Salluſtiana rate disjectos, ac avulſos fuiſſe perſuaſum eſt mihi: atque hanc inde conjecturam facio, quod idem ille centonum, quem dico, ſarcinator unicus l. IX. Originum ſuarum, quo loco de Gentium vocabulis diſſerit, Maurorum & Numidarum prima quaſi incunabula, atque incrementa, retractans, iiſdem pæne verbis ordine paullum immutato narrationem longiſſimam a Salluſtiano Jugurtha petitam ad ſe traxit, ſuppreſſo auctoris, unde eam acceperat, nomine. quod ille paſſim etiam in aliis ſolemne quaſi ſuum ſervaſſe videtur. Exemplum Iſidori ſic habet: *Sardus Hercule procreatus cum magna multitudine a Libya profectus Sardiniam occupavit, & ex ſuo vocabulo inſulæ nomen dedit. Hæc in Africo mari facie veſtigii humani in Oriente, quam Occidente latior prominet; ferme paribus lateribus, quæ in Meridiem & Septentrionem vertunt, ex quo ante commercium a navigantibus Græcorum* ἴχνος *appellata eſt. Terra patet in longitudinem millia* CXL. *latitudine* XL. *In ea neque ſerpens gignitur, neque lupus, ſed ſolifuga tantum, animal exiguum, hominibus perniciosum. Venenum ibi quoque non naſcitur, niſi herba per ſcriptores plurimos & poetas memorata, apiaſtro ſimilis, quæ hominibus rictus contrahit, & quaſi ridentes interimit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cæcitatem, ſi ſacramento dato oculos aqua ejus tetigerint.* Hactenus Iſidorus; quæ univerſa ut a Salluſtio eſſe præſtare non auſim, ita pleramque partem eidem deberi quovis pignore ſponſionem facere ſum paratus. Fragmentum certe iſtud eodem inſertum plane arguit ſuſpicionem hanc noſtram de nihilo non eſſe. Et vero (ut rem loquar meram) ſi paucula quædam, quo de genere ſunt illa, *Infirmis medelam, furibus cæcitatem præbere*: item hoc, *Græcorum* ἴχνος: quod ad proximum Salluſtii Fragmentum, (illud, *Unde Ichnuſa appellata,* volui dicere) haud dubie pertinere, atque inde adeo emendandum ipſa res clamat: Iſidori ſordes potius, quam Salluſtianam munditiam redolentia iſtinc excipias, quidnam his additamentis Hiſtorico noſtro tantopere indignum inſit, non video. Cæterum cauſſam deſcriptionis Sardiniæ Lepidum Salluſtio præbuiſſe veriſimiliter inducor, (ſ. ut credam) quem male re geſta verſoriam in eam inſulam

ab aſpectu ſpecies, & a fingendo figura, ita a factura corporis facies. Salluſt. hiſt. lib. II. *Sardinia, &c. Iſidorus.*

Inde Ichnuſa appellata. *Solinus.*

1 Dubium an inſula ſit, quod Euri atque Auſtri ſuperjactis fluctibus, circumlavit. *Nonius, lavit, pro lavat.*

Nam Sullam conſulem 2 de reditu ejus legem ferentem ex compoſito trib. pl. C. Herennius prohibuerat. *Agellius* lib. x. cap. xx.

Nam procul, & diverſis ex regionibus. *Cariſius* lib. II. *Aſper, procul, inquit, eſt e loco.*

Obviam fuere. *Cariſius ibidem. Aſper, ait, vetuſte obviam fuere, adverbio quam nomine uti maluit.*

Urbe, patriaque extorres. *Meſſus.* apud quem, *Orbe.* ſed male.

II. 3 Genus militum ſuetum a pueritia latrociniis. *Idem.*

5 Inter læva mœnium, & dextrum 4 flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. *Priſcianus*

capere coactum, atque inibi paullo poſt tabe colliquiſſe veteres nobis Memoriæ confirmant. *Douza.*

2 *Facie veſtigii humani*] Imitatur Phraſin Solinus, cap. XLVII. *Equus C. Cæſaris nullum præter Cæſarem dorſo recepit, cujus primores pedes facie veſtigii humani tradunt fuiſſe.* Apulejus de Aſino IV. *Hæ arbores in lauri faciem prolixe foliatæ, pariunt in modum floris inodori porrectos caliculos modice punicantes.* Putſch.

1 *Dubium an inſula ſit*] Videtur legendum, *Continens, dubium an inſula ſit, quum Euri, &c.* Ciacc.

2 *De reditu ejus legem ferentem*] Notat Agellius lib x. cap. xx. Salluſtium proprietatis in verbis retinentiſſimum conſuetudini conceſſiſſe, & privilegium quod de Cn. Pompeji, Magni Pompeji patris reditu ferebatur, legem appellaſſe. *Carrio.*

3 *Genus militum*] Videtur Q. Curtius reſpexiſſe ad hunc locum, cum dixit lib. VI. *Mardorum erat gens confinis Hiſpaniæ, cultu vitæ aſpera, & latrociniis aſſueta.* Urſinus. Cariſ. II. *ſuetus* his. Suſpicor notari Jolenſes Sardiniæ populi. vid. Strab. 5. Diod. 4. pag. 163. d. Varro 1. de R. Ruſt.

4 *Inter læva mœnium*] Loquitur de prælio apud flumen Durium a Cn. Pompejo commiſſo. Pompejus ad Senatum: *Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, & prælium apud flumen Durium, & dux hoſtium C. Herennius cum urbe Valentia, & exercitu deleti, ſatis clara vobis ſunt.* Putſch. Sic Tacitus 2. Hiſt. *Oram Achaiæ & Aſiæ ac læva maris prævectus.*

5 *Flumen Turiam*] De hoc flumine vid. Reſendium de Antiq. Hiſpaniæ & corrige Plutarchum in Sertorio apud quem Τουρίαν pro Δουρίαν. Probus vult eſſe neutrum, Priſcianus Maſculinum *A. Popm.* Ita ſcribendum videtur. Græci quoque Scriptores Θουρίαν ποταμὸν edunt, licet diverſus ab eo flumine, a quo Thurios appellatos eſſe dicunt, quod ex ipſis etiam Thuriorum numiſmatibus conſtat, in quibus Crathis quidem fluvius taurina forma impreſſus eſt, Thuria vero fons, Leonis capite aquam fiſtula ex ore fundente. Hic autem de Thuria intelligendum, qui Vibonem, ſive Valentiam præterfluit. *Urſin.* lib. V.

Digitized by Google

lib. v. [illegible] dixit, qui accuſativus generis maſculini eſt, non neutri.

In fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur. *Donatus Phorm*. Act. I. Sc. III. *& Hecyr*. Act. IV. Sc. IV. *Nonius*, *Fiducia eſt audacia*. *Servius*.

Antequam regreſſus Sertorius inſtrueret pugnæ ſuos, *Aruſianus*. apud quem *inſtruitur huic rei*. Carrio.

Ipſe animo atrox. *Idem*. ibid. *atrox hujus rei*.

Copiis integra. *Idem*.

Eodem anno in [1] Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit [2] modis dictas pecunias coegit. *Nonius*, *dicere eſt promittere*.

Poſt, ubi fiducia nimius. *Aruſianus*.

III. [3] Sed ipſi ferunt taurum ex grege, quem prope litora regebat Corſa nomine Ligus mulier. *Priſcianus*. lib. VI.

Nam quædam Corſa nomine Ligus mulier cum taurum ex grege, quem prope litora regebat, tranſnatare ſolitum, atque per intervalla corpore aucto remeare vi-

1 *Macedonia*] Vide ſupra Jug. c. xxxv.

2 *Modis*] Ex vet. Codice repoſuit *Car.*

3 *Sed ipſi ferunt taurum*] En hoc Fragmentum ex Iſidoro haud mediocri acceſſione augeri, noſtraque comitate ex ſupplemento ejuſdem redivivam lucem accipere poteſt. Id vero eſt hujuſmodi ex lib. xiv. Originum c. vi. *Corſicam inſulam primum Ligures incoluerunt, appellantes eam ex nomine ducis. Nam quædam Corſa nomine Ligus mulier, cum taurum ex grege, quem prope litora regebat, tranſnatare ſolitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum a ceteris digredientem uſque ad inſulam navigio proſecuta eſt. Cujus regreſſu inſulæ fertilitatem cognoſcentes Ligures, ratibus eo profecti ſunt, eamque nomine mulieris auctoris & ducis appellaverunt.* Vides ut ex omni parte pulchre fundata & conſtituta ſit hæc navis, paucis exceptis, in quibus nos non materiarius, verum architectus fruſtratur: quæ tamen Salluſtii non eſſe ſuo ſe indicio produnt, veluti expreſſum illud de nomine mulieris Liguris auctoris & ducis vocabuli Corſicæ. quod ſemel antea dictum Salluſtiana a ſe breviloquentia ſpernit procul. nam majorem partem ejus Hiſtorici eſſe, argumentis, ſi ſit opus, vincere me poſſe confidentia eſt: fortaſſis & ea quæ ſequuntur, de quibus tamen lente & ſuſpenſa manu judicium meum profero. Dividitur autem a Sardinia xx. millium freto, cincta Liguſtici æquoris ſinu ad proſpectum Italiæ. *Eſt autem multis promontoriis anguloſa, gignens lætiſſima pabula, & lapidem quem Catochiten Græci vocant.* Utut eſt hujuſmodi tam accurata regionis deſcriptio, a Salluſtiana hiſtoria ratione abhorrere non nimium videtur: quem & multum in hoc genere atque adeo curioſum fuiſſe, ſimilium locorum collationes arguere poſſunt. *Douza*.

deret,

deret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum a cæteris degredientem uſque ad inſulam navigio proſecuta eſt. Cujus regreſſu inſulæ fertilitatem cognoſcentes Ligures, ratibus eo profecti ſunt, eamque nomine mulieris auctoris & ducis appellaverunt. *Iſidorus* lib. XIV. c. VI.

[1] Ne illa tauro parata ſint. *Donatus* Act. IV. Scen. II. *Andriæ*.

[2] Dædalum ex Sicilia profectum, [3] cum Minois fugeret iram, atque opes. *Priſcianus* lib. VI. *Servius*.

IV. Quem ex Mauritania rex Leptaſta proditionis inſimulatum cum cuſtodibus miſerat. *Priſcianus* lib. I.

Quos advorſum multi ex Bithynia volentes [4] occurrere, [5] falſum filium arguituri. *Priſcianus* lib. X. *Meſſus*.

[6] Ut actione deſiſteret. *Meſſus*.

1 *Ne illa tauro*] Particulam, *ne*, pro *nedum*, poſitam docent Grammatici. Sic Apulejus Apologia I. *At ego Æmiliano, non huic Afro, ſed illi Africano & Numantino, & præterea Cenſorio vix crediderim, ne huic frutici credam, non modo odium peccatorum, ſed ſaltem intellectum ineſſe. Carrio.* Hæc mendoſa ſunt. Urſin.

2 *Dædalum ex Sicilia profectum*] Videtur ex hiſtoria legendum; *Dædalum in Siciliam profectum, cum Minonis, &c.* Herodotus lib. VII. *Λέγεται γὰρ Μίνω κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην, τὴν νῦν Σικελίην καλεομένην*, &c. Unde in alio fragmento eſt: *Ariſtæus cum Dædalo in Sardiniam tranſivit*, Niſi forte dicamus Dædalum in Siciliam primo profectum, ex Sicilia rurſus in Japygiam Apuliæ conterminam veniſſe. Quam ſane a Japyge ejus filio dictam docent Græci ſcriptores, & confirmat Græcum vetus numiſma in Apulia apud Daunios ſignatum Arpis ſive Argyrippæ, in cujus altera parte alatum Japygis, ſive Icari, Dædali filii, ſimulacrum expreſſum eſt, in altera Diomedeæ aves duæ, ea plane qua Plinius & alii tradunt forma, Diomedis urnam ſepulcralem, ut idem ait Plinius, circumſtantes, qui Argyrippæ conditor dicitur. *Urſin.*

3 *Cum Minois*] Vulgo hæc 5to Hiſt. Libro dantur, cum Vett. Codd. ex eodem hoc afferant. & recte cum ad Sardiniam pertineant. In Gemblacenſi aliiſque antiquis: Quo *Minonis fugerat iram atque opes*, hoc in Thoſano melius eſt, *Cum Minonis fugeret*, &c. *Carrio.* Voſſius ex Priſciano legit *quo Minonis*, de Anal. II. pag. 275.

4 *Occurrere*] in Gemblacenſi *accurrere*. Carrio.

5 *Falſum filium arguituri*] Mirum, ni hæc ad Nuſam Nicomedis filium referenda: quem Regi illi haud dubie natum, hoc eſt, haud vitio, aut illegitime conceptum fuiſſe, Epiſtola porro Mithridatis teſtabitur. Quod tamen Bithynos iſtos, qui a Romanis in regnum illud mortuo Diomede, quaſi in vacuum venientibus ac poſſeſſionem occupantibus, gratiam ſeſe inire ſtudebant, redarguere conatos eſſe, fragmentum iſtud liquide ſignificare videtur. *Douza.*

6 *Ut actione deſiſteret*] Sic alibi locutus eſt ipſe Salluſtius, & Terentius Phormione, cum dixit:

Herus his deſiſtat litibus.

Item Virgil. lib. IV.

Mene incepto deſiſtere victam?

Urſinus.

Veſpe-

Digitized by Google

Veſpera. *Cariſius* lib. II.

Argentum [1] mutuum arceſſivit. *Priſcianus* lib. X.

[2] Eam deditionem ſenatus, per nuncios Oreſtis cognitam, approbat. *Priſcianus* lib. VI.

Niſi qua [3] flumen Lurda Tauro monte defluens. *Id. ibid.*

Frugum, pabulique lætus ager. *Arusianus*. *Servius* lib. I. *Æneidos*.

[4] Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, ſed ipſæ belli promtiſſumos delegebant. *Meſſus*.

V. Modeſtus ad omnia alia, niſi ad dominationem. *Donatus Phorm.* Act. I. Sc. II.

Noctu, diuque ſtationes, & vigilias tentare. *Cariſ.* lib. II. Inſtit. Gram.

At Lucullum regis cura [5] machinata fames brevi fatigabat. [6] Multique commeatus interierant inſidiis latronum. *Priſcianus* lib. VII. & *Nonius*.

Namque primum Jaſonem novo itinere maris Æetæ hoſpitis domum violaſſe. [7] *Priſcianus* lib. VIII.

[8] Tarteſſum Hiſpaniæ civitatem, quam nunc Tyrii [9] mutato nomine Gaddir habent. *Priſcianus* lib. V. & VI.

1 *Mutuum*] Priſcian. VIII, in quibuſdam, *argentum multum arceſſivi*. In vetuſtiſſimo Colonienſi. *Mutum arceſſivit* eum ſuperlineari gloſſemate, *i. e. ſimulachrum*. Carrio.

2 *Eam*] *Eandem deditionem* in Martinenſi. *Carrio*.

3 *Flumen Lurda*] Docet Priſcianus lib. VI. non ſolum in Africa, ſed etiam in aliis regionibus nomina fluviorum in *a* deſinere: eoque hæc refert verba. In vulgatis eſt, *Lurda*: in Gemblacenſi, *Clurda*: in Martinenſi & Thoſano, *Durda*: ita ut aut *Clurda*, aut *Durda*, ſcribendum, exiſtimem. *Carrio*. Apud Priſcian. *Curda*.

4 *Neque virgines*] Placeret magis, *promittebantur*, vel *tradebantur*. Urſin.

5 *Machinata*] Salluſtius paſſive extulit Priſcian. VIII.

6 *Multique commeatus*] Aliter, *interfecti erant*. Cui loquendi generi & conſimile eſt Lucilianum illud: *Fragmenta interfici panis*. Item compluria apud Plautum. *Douza*. *Interfecti erant*] emendant viri docti ex Nonio Marcello docente veteres interfici & occidi ad inanimata tranſtuliſſe. Nobis vero nihil mutandum videtur propter Lucilii:

Intereunt, labuntur, aguntur que omnia verſum.

& Ciceronis fragmenta ibidem ab eodem Nonio exempli cauſſa adducta, in quibus tamen verba illa apparent nuſquam. *Putſch*.

7 *Priſcian.*] Apud quem in excuſis, IV Salluſtii Hiſtoriæ aſcribuntur: in Gemblacenſi III. at Martinenſis ex eadem hac deſumpta eſſe vult, quem hac in parte ut reliquis meliorem ſum ſecutus. *Carrio*.

8 *Tarteſſum*] Vid. Bochart. in Phaleg. adducit etiam Donat. in Eunuch. Act. III, Sc. I. ubi mendoſe eſt, *Gandirum*, nec Hiſt. Salluſtii nominat. *Carrio*.

9 *Mutato nomine Gaddir*] Feſt. Avienus:

Neque ſubſidiis, 1 uti ſoluerat, compoſitis. *Priſcianus* l. x.

Neque inermos ex prœlio viros quemquam 2 agnoturum. *Idem ibidem.*

Ea 3 continentia vir gravis, & nulla arte cuiquam inferior. *Aruſianus. Nonius* in, Gravis.

VI. Omnes qui circum ſunt, 4 præminent altitudine millium paſſuum duorum. *Aruſianus.*

* & Pœni ferunt adverſus A. N. C. M. *Donatus.*

5 Quia corpore, & lingua percitum, & inquietem, nomine hiſtrionis vix ſani, 6 Barbulejum appellabant. *Priſcianus* lib. VI.

Audaciter. *Idem* XV.

7 Ibi Fimbriana ſeditione, qui regi per obſequelam orationis

Gaddir prima fretum ſolida ſupereminet arce,
Adtollitque caput geminis inſerta columnis:
Hic Cotinuſa prius fuerat ſub nomine priſco,
Tarteſſumque dehinc Tyrii dixere coloni:
Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat,
Pœnus quippe locum Gaddir vocat undique clauſum.

Dixerat etiam haud dubie Salluſtius hujus appellationis Punicæ cauſſam. Ex quo itidem ſuo more ſumſit Iſidorus lib. XIV. Sed & iſte Avieni locus huc merito tranſcribendus videtur:

——Gaddir eſt opidum.
Nam Punicorum lingua conſeptum locum.

Colen.

1 *Uti ſoluerat*] Ex Priſciani lib. X. *ſoluerat* autem eſt, ſolitus fuerat. *Carrio.*

2 *Agnoturum*] In Gemblac. *agnoturus.* in Thoſano, *agnoſciturum.* in Vulgatis *agniturum.* Carrio.

3 *Ea Continentia*] Apud Non. & Aruſianum male, *Et Continentur.* *Carrio.*

4 *Præminent*] Lipſio noſtro legi placet, *premiunt*; ut de monte quopiam reliquis editiore loquatur. Cui ego non hac in parte modo, ſed etiam in ceteris omnibus aſſentior lubens: ſed montis nomen quæro quod ſit. *Douza.*

5 *Quia Corpore*] Martin. *percitum* cum Gloſſ. interl. *valde citum* & ſic Martin. *burbulejam* idem quoque Martin. Gemblac. *burbulequius* cum hac interpret. *valde luxurioſum.* Uterque, *appellabat.* quid? quod, *quietem,* non *inquietem,* legendum videtur? cum dicat, *inquietis,* ſimplex etiam uſu in veniri idque Nævii, Macri & Salluſtii auctoritate probet. *Carrio.*

6 *Barbulejum appellabant*] An hoc de *Hirtulejo* dictum, cujus mentio eſt infra. Ita (ut ait Suetonius) *Tiberius Nero, per jocum dictus, Biberius Mero.* Urſin. Priſcianus ille toties a me laudatus lib. VI. hoc affert. Vult Salluſtius, neſcio quem Romanorum ob corporis geſtum & linguæ procacitatem nomine hiſtrionis cujuſdam Barbuleji fuiſſe appellatum. An ille eſt, de quo ſupra etiam Salluſtius, Curio pater? Eſt profecto. Ita enim vero mihi auguratus videor ex Plinii lib. VII. c. XII. Quem tamen rectius puto ſcribere Burbulejum, quemadmodum & Solinus, & Valer. Maximus lib. IX. c. XIV. *At M. Meſſala Conſularis & Cenſorius Menogeni: Curioque omnibus honoribus abundans Burbuleji: ille propter oris adſpectum, hic propter parem corporis motum, uterque ſcenici nomen coactus eſt recipere.* Coler.

7 *Ibi Fimbriana ſeditione*] Diſputationis,

tionis, & maxume odium Sullæ, graves, carique erant. *Nonius*.

Mœnibus deturbat. *Nonius*, *deturbare*.

1 E muris canes ſportis demittebant. *Idem*.

Ad hoc rumoribus, advorſa in pravitatem; ſecunda in caſum; 2 fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant. *Idem*.

VII. 3 At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam poſt annum

varie ſuper hoc loco viri docti. In manuſcripto Nonii, qui hæc pro exemplo adducit, extabat, *graves ſcarique*, in altero, *ob odium Sullæ cari erant*. Sed lectio quam expreſſit Carrio optima videtur, ſi τὸ *graves* ſumatur & habeatur pro, *fortibus*, ut ſæpe Salluſtius: *Ea continentia vir gravis, & nulla arte cuiquam inferior*. Et in fragmentis novis: *Hiſpaniæ gravem civitatem*. Putſch. Junius, eas voces *graves* & *que* omittit, librorum, quantum conjicere eſt ſuffragiis. Alii, *grati carique*, perperam. *Carrio*.

1 *E muris*]. Idem Nonius ſportas a ſparto, quaſi ſparteas; aut ab aſportando dictas eſſe vult. in vulgatis hæc V. lib. tribuuntur, in Vet. Cod. 2. Viri D. *Cives* pro *Canes*, legendum divinarunt. *Carrio*.

2 *Fortunam in temeritatem*] Videtur legendum: *Fortia in temeritatem declinando*; nam præceſſit, *adverſa in pravitatem, ſecunda in caſum*. Urſin.

3 *At Metellus, &c.*] Totum hunc locum citat Macrobius Saturnal. lib. III. cap. XIII. pro eo, quod eſt in Macrobio: *Concurrentibus undique virili & muliebri ſecus*. poſui aliquando: *concurrentium undique virile & muliebre ſecus*. Primum quod ita in Nonio legeretur: deinde quod Chariſius, & ille ipſe Nonius obſervent hic *ſecus* neutro genere. Quod hic alioqui probari non poterit. Quamquam & apud Chariſium & Probum legitur *ſecus*, pro, *ſexus*. Soſipatri libro I. Inſtit. Gramm. verba hæc ſunt: *Secus neut. generis nomen, unde & Salluſtius dixit, virile ſecus, hoc eſt, virilis ſexus, quod per omnes caſus integra forma declinatur. Eſt & ſecus adverbium*. Probus Catholicis; *Secus*, inquit, *duas res ſignificat, adverbium ſeparandi, & ſexum*. Salluſtius: *Virile & muliebre ſecus*. Hactenus illi. Fuit cum divinarem utrumque eſſe hallucinatum, & *ſexus* apud Salluſtium neutro genere eſſe retinendum. Quod etiam in Plauto Priſcianus notavit. Is enim libro V, *Plautus*, inquit, *hoc ſexus neutro genere protulit* in Rudente: *Virile ſexus nullum umquam habui*. Sed cum in Feſti veteribus libris, *ſecus eſſe*, non *ſexus*: in exemplis autem a Feſto citatis *ſexus*, non *ſecus*; monuerit Antonius Auguſtinus J. C. elegantiſſimus; ſcripturam, quam expreſſi, retinendam judico; neque virum doctiſſimum mihique familiarem audio, qui cum in veteri ſcriptura, *ſecus* eſſe fateretur, *ſexum* tamen neutro genere, apud Feſtum alioſque ſcriptores a Feſto adductos, reponi volebat. Hoc enim eſſet arbitrarias deque opinione factas emendationes libris veteribus, & a quibus libri veteres longe vincuntur ætate, Grammaticorum, quos dixit, ætati præponere; quod nemo, credo, doctus temere fecerit. Neque enim in librorum correctionibus Pythagoricum illud, αὐτὸς ἔφα, ſed ea quæ modo laudavi, vetuſtatis teſtimonia ſolidiſſimis rationibus adjuta, apud bonos harum rerum judices valere conſueverunt. Adde quod idem Chariſius eodem lib. I. ita ſcribat: *Alia nominativum & ablativum habent; ut tabes, pluris, ſiremps; facit ab hac tabe, plure, ſirempſe*. Cinna autem in Smyrna, *hujus tabis* dixit, nullo auctore. Alia unius tantum caſus ſunt, ut hoc ſecus, affatim, adincitas, inficias, ſuppetias, pedum, ſponte, dicis ergo, nequam, nihili, frugi. Ita enim locus ille Chariſii, reliquis

 regreſ-

regreſſus; magna gloria [1] concurrentium, undique virile & muliebre ſecus, per vias ac tecta omnium viſebatur: cum quæſtor C. Urbinus, aliique, cognita voluntate, eum ad cœnam invitaverant; ultra Romanorum, & mortalium etiam morem curabant, [2] exornatis ædibus per aulæa & inſignia, ſceniſque ad oſtentationem hiſtrionum fabricatis; ſimul [3] croco ſparſa humus, & alia, in modum templi celeberrumi. Præterea cum ſedenti [4] tranſenna demiſſum Victoriæ ſimulacrum cum [5] machinato ſtrepitu tonitruum coronam [6] capiti imponebat: tum venienti thure quaſi Deo ſupplicabatur.

VIII. [7] Toga picta plerumque amiculo erat ei accumbenti: [8] epulæ quæſitiſſumæ, neque per omnem modo provinciam, ſed trans maria, ex Mauritania volucrum, & ferarum incognita antea plura genera. Quibus rebus, aliquantam partem gloriæ demſerat, maxume apud veteres

quæ interpoſita ſunt, ejectis, de veteri libro reſtituendus eſt. *Carrio.* vid. Gronovium ad Livium Lib. XXVI. 46.

1 *Concurrentium*] Huc reſpexit Tacitus, ſi modo ejus verba mendo vacant, quæ leguntur lib. IV. *Virilis & muliebris ſexus omnis effuſus.* Urſin.

2 *Exornatis ædibus per aulæa & inſignia*] Legendum, *& ſigna.* De republ. ordin. *Domum ſignis, aulæis, aliiſque operibus exornare.* Ciacconius.

3 *Croco ſparſa humus*] Crocum hic intelligit aqua dilutum, qui odoratiſſimus ex Cilicia mittebatur, unde Martialis feſtiviſſimus Poeta:

Et Cilices nimbis hic maduere ſuis.

Atque ab Apulejo *odorus imber*, apud Senecam *odoratus imber* dicitur.

4 *Tranſenna*] Tranſennam Servius Æneid. lib. V. extenſum funem interpretatur. Nonius vero, *non tranſitum, ut quidam,* inquit, *putant, ſed feneſtram.* Servii autem interpretatio & melior eſt, & cum hoc loco magis convenit. *Carrio.*

5 *Machinato*] Nonius; *demittere*, inquit, eſt, *deſuper mittere.* Salluſt. lib. III. *cum machinis ſtrepitu demiſſum*, qui locus ex hoc reſtituatur. *Carrio.* In *tranſennis* apud Macrob. Ed. Lond. 1694.

6 *Capiti*] Vox, *Capiti*, in Macrobio deſideratur, & pro illa *ei*, ſubrogatum eſt. hæc etiam ex lib. IV. male adducuntur a Nonio. *Carrio.*

7 *Toga picta*] *Toga picta*, toga palmata eſt. Plutarcho θριαμβικὴ. Plinius de hac intelligit lib. VIII. cum dicit, Pictas veſtes jam apud Homerum fuiſſe, unde triumphales natæ. Iſidorus libro XIX. *Toga palmata dicebatur, quam merebantur ii, qui reportabant de hoſtibus palmas. Ipſa vocabatur & toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas haberet.* Olim tamen aliam fuiſſe pictam ſcribit Feſtus in ſchedis: *Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata eſt, eaque erat ſine pictura.* Ejus rei argumentum eſt picturæ in æde Vertumni & Conſi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera L. Papirius Curſor triumphantes ita picti ſunt. Hoc ita eſſe ex Livio quoque patet, nam quam lib. XXX. togam pictam, lib. XXXI. purpuream appellat. *Coler.* [illegible]

8 *Epulæ quæſitiſſimæ*] Tac. Annal. 2. *Excepere Græci quæſitiſſimis honoribus.* Ciacc. vid. Palmerium. Macrob. *ep. vero exquiſitiſſimæ in Londinenſi.*

& ſanctos viros, ſuperba illa, gravia, indigna Rom. imperio exiſtumantes. *Macrob. Saturnal.* lib. III. cap. XIII. *Nonius. Soſipater* lib. I.

[1] Ruinaque pars magna ſuiſmet, aut proxumorum telis, ceteri [2] vice pecorum obtruncabantur. *Nonius.*

[3] Occurrere duci, & prœlium accendere, adeo uti Metello in ſagum, Hirtuleio in brachium tela venirent. *Idem.*

IX. [4] Advidiſque ita, promptiſque ducibus, uti Metellus [5] ictu tragulæ ſauciaretur. *Idem.*

Sed Metellus in vulnere. *Donatus* Act. V. Sc. II. *Andr.*

Primo [6] incidit forte per noctem in [7] renunculo piſcantis. *Nonius.*

1 *Ruinaque pars magna*] *Ruunt que pars magn,* repoſuimus ex feliciſſima Chriſtophori Coleri conjectura, cum anteà vitioſe legeretur: *Ruinaque pars magna, &c.* Putſch. Scribit Non. Accuſ. vel Nomin. hic poni pro Ablativo vulgo *ruinaque.* Car.

2 *Vice pecorum*] Livius lib. XL. *Modo,* inquit, *pecorum fugientes per ſaltus avios.* Et Tacitus lib. XII. *Modo pecorum barbari trahebantur.* In orat. M. Lepidi dixit, *more pecorum.* Sed Tacitus illud, *vice,* uſurpavit eodem ſenſu lib. VI. cum ait: *Qui omnia facta dictaque vice legis obſervans.* Urſin.

3 *Occurrere, &c.*] *Sagum,* inquit Nonius, *veſtimentum militare eſt.* Et hæc Salluſtiū ex II. hiſtoria affert. Pro *uti,* non recte, ibi eſt, *ut:* pro *Hirtuleio, Hertuleio.* De quo nihil me quidquam memini legere. Præterea in vet. cod. manifeſte eſt *Hirtuleio,* quem Eutropius lib. VI. Epitome Liviana XC. & XCI. Oroſius lib. V. *Sertorii ducem* nominant, voce nonnihil in omnibus corrupta. De eodem hoc Hirtuleio ita ſcribit Frontinus Strategematum lib. II. cap. VII. *Q. Sertorius, cum acie decertaret, Barbarum, qui ei nuntiaverat, Hirtuleium periiſſe, pugione trajecit, ne & in aliorum id notitiam perferret, & ob hoc animi ſuorum infirmarentur.* Quanquam & alius Hirtuleius hujus ducis frater fuiſſe videtur, qui in bello Sertoriano quæſtor fuerit, ut Epitome Liviana nominat; Ideoque Plinius & Oroſius Hirtuleios fratres à Q. Metello Pio in Hiſpania oppreſſos ſcribunt. *Carrio.*

4 *Avidiſque, &c.*] De pugna in Saguntinis campis a Sertorio commiſſa loquitur, in qua Memmius Pompeji Legatus contra conſerta manu acerrime pugnans occubuit. Metellus Imperator multa ſuorum ſtrage defenſus, ictu tragulæ a Sertorio ſauciatus deceſſit. Vide Plutarchum in ejus vita. Quo etiam pertinere judico Fragmentum illud lib. incerti: *Sed Metellus in volnere.* Douza. apud Non. male legitur, *avidiſſimis atque promptis.* præterea non recte ex III. Hiſt. recitantur. *Carrio.*

5 *Ictu tragulæ*] Uſus & hac voce Suidas: Τραγούλας, inquit, ὅπλον, ᾧ χρησάμενος ὁ Κόττας, οὕτω βίαιον ἀφῆκε πληγήν, ὥστε τὸν βληθέντα καὶ διὰ τῶν πλευρῶν διαπεῖραι, καὶ τῇ γῇ προσπηλῶσαι. *Urſin.*

6 *Incidit*] Apud Non. *indicit.* in veteri quodam *inducit.* Et pro *per,* vulgo, *ſuper.* Pro *renunculo, lenunculo.* Male. *Carrio.*

7 *Renunculo*] Quam vocem Agellius lib. X. cap. XXV. pro navigio piſcatorio

Ad hoc pauca piraticæ adjungit aſtuaria navigia. *Idem in Piratica navicula.*

1 Omnia ſacrata corpora in ratem impoſuiſſe. *Aruſianus.*

Suos equites hortatus vado tranſmittit. *Idem.*

Ictu eorum, qui in flumine 2 ruebant, necabantur. *Donatus Adelph.* Act. III. Sc. II.

X. Circumventi dextra, unde ferrum erat, ſaxa, aut quid tale 3 capiti affligebant. *Aruſianus.* & *Donat.*

4 Sed Metellus in ulteriore provincia. *Donatus ad Phorm.* Act. I. Sc. IV.

5 Immane quantum animi exarſere. *Nonius.*

6 At illi quibus res incognita erat, ivere cuncti ad

accepit. *Carrio.* Non improbamus hanc ſcripturam, licet in notis ad Cæſarem diximus, *Lenunculum*, pro *revunculum*, reperiri in veteribus lapidum monumentis. Quomodo Ammianus uſurpavit lib. XVII. cum ait: *Lenunculo ſe commiſiſſe piſcantis.* Tacitus tamen *Lembunculum* dixit lib. XIV. *Nando deinde occurſu lembunculorum, &c.* Urſin.

1 *Omnia ſacrata corpora*] Fallor ego? An de Chiis loquitur Criſpus? quos a Zenobio, Mithridatici exercitus duce, exſutos armis, poſt MM. talentorum exactionem, cauſſante deeſſe aliquid juſto ponderi, mares ſeorſum a mulieribus & pueris in naves impoſitos, atque ita diſpulſos a patria in Euxinum porro deportari juſſos memorat Appianus. Sacrata corpora ergo, deſtinata morti, & quæ devota dîs manibus, interpretor. Neque abſimiliter Maro *Sacratum caput Sinonis* ſcripſit. *Douza.*

2 *Ruebant*] Donatus Adelph. Act. III. Sc. II. *Ruere*, inquit, *eſt toto corpore uti ad impellendum; quod faciunt, qui ipſi præcipites alios proſternunt.*

3 *Capite affligebant*] Puto legendum, *caput*, ex Frontone, qui fragmentum adducit, nam ita Salluſtius locutus eſt lib. III. cum dixit: *Aut afflicti alveus undarum vi.* Et Tacitus Salluſtii æmulator lib. XIV. *Fuſte caput afflixit.* Et alibi: *Lapide caput afflixit.* Urſin.

4 *Sed Metellus in ulteriore provincia*] Forte eſt idem quod pag. 448. præced. *At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam.* Ubi tamen legendum videtur, *ulteriorem provinciam.* Ciacc.

5 *Immane quantum animi exarſere*] Huc reſpexit Tacitus lib. XIX. cum dixit: *Flavianus exercitus immane quantum animo, &c.* Et lib. XX. *Immane quantum ſuis pavoris & hoſtibus alacritatis indidit.* Ipſe Salluſtius ſupra: *Immane dictu eſt quanti, &c.* Et Horatius eodem modo: *Immane quantum diſcrepat.* Urſin. Sic Græci, θαυμαστὸν ὅσον ut Plato. epiſt. 7.

6 *At illi quibus*] Fragmentum hoc ex incertis ad librum hunc reduximus, ex auctoritate MS. codicis Fulvii Urſini, in quo diſerte legitur, *Salluſtius lib. II. Hiſtoriarum.* Nam quod in vulgatis bello Jugurthæ tribuitur, ineptum eſt & vitioſum, quodque non niſi ab imperitis deſcriptoribus manavit, qui ſecundum hiſtoriarum librum bellum Jugurthinum interpretabantur, primum, bellum Catilinarium, Salluſtium nihil ultra ſcripſiſſe rati: eodem modo peccatum eſt in fragmento a Priſciano bello Jugurthino tributo, quod tamen in toto illo opere non comparet, nos inter incerta retulimus. Sic

portas

portas incognita tendere. *Servius. F. Urſini.* MS.

Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit. *Servius Fuldenus*.

quod hoc eodem libro delevimus: *Circumſpectare omnia, & omni ſtrepitu paveſcere:* in bello Jugurthino, totidem verbis perſcriptum extat. Citaverat illud Aruſianus ex ſecunda Salluſtii hiſtoria, innuens bellum Jugurthinum. Prima tamen hiſtoria a Chariſio pro primo hiſtoriarum libro addducitur, in *Aliter.* Hæc paulo aliter in codice Serviano Petri Danielis leguntur: *At illi quibus aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere.* Salluſtiane magis. *Putſch.* ex quo ivere pro ruere.

C. CRISPI

regreſſus; magna gloria [1]concurrentium, undique virile & muliebre ſecus, per vias ac tecta omnium viſebatur: cum quæſtor C. Urbinus, aliique, cognita voluntate, eum ad cœnam invitaverant; ultra Romanorum, & mortalium etiam morem curabant, [2]exornatis ædibus per aulæa & inſignia, ſceniſque ad oſtentationem hiſtrionum fabricatis; ſimul [3]croco ſparſa humus, & alia, in modum templi celeberrumi. Præterea cum ſedenti [4]tranſenna demiſſum Victoriæ ſimulacrum cum [5]machinato ſtrepitu tonitruum coronam [6]capiti imponebat: tum venienti thure quaſi Deo ſupplicabatur.

VIII. [7]Toga picta plerumque amiculo erat ei accumbenti: [8]epulæ quæſitiſſumæ, neque per omnem modo provinciam, ſed trans maria, ex Mauritania volucrum, & ferarum incognita antea plura genera. Quibus rebus, aliquantam partem gloriæ demſerat, maxume apud veteres

quæ interpoſita ſunt, ejectis, de veteri libro reſtituendus eſt. *Carrio.* vid. Gronovium ad Livium Lib. XXVI. 46.

1 *Concurrentium*] Huc reſpexit Tacitus, ſi modo ejus verba mendo vacant, quæ leguntur lib. IV. *Virilis & muliebris ſexus omnis effuſus.* Urſin.

2 *Exornatis ædibus per aulæa & inſignia*] Legendum, *& ſigna.* De republ. ordin. *Domum ſignis, aulæis, aliiſque operibus exornare.* Ciacconius.

3 *Croco ſparſa humus*] Crocum hic intelligit aqua dilutum, qui odoratiſſimus ex Cilicia mittebatur, unde Martialis feſtiviſſimus Poeta:

Et Cilices nimbis hic maduere ſuis.

Atque ab Apulejo *odorus imber,* apud Senecam *odoratus imber* dicitur.

4 *Tranſenna*] Tranſennam Servius Æneid. lib. V. extenſum funem interpretatur. Nonius vero, *non tranſitum, ut quidam,* inquit, *putant, ſed feneſtram.* Servii autem interpretatio & melior eſt, & cum hoc loco magis convenit. *Carrio.*

5 *Machinato*] Nonius; *demittere,* inquit, eſt, *deſuper mittere.* Salluſt. lib. III. *cum machinis ſtrepitu demiſſum,* qui locus ex hoc reſtituatur. *Carrio.* *In tranſenna* apud Macrob. Ed. Lond. 1694.

6 *Capiti*] Vox, *Capiti,* in Macrobio deſideratur, & pro illa *ei,* ſubrogatum eſt. hæc etiam ex lib. IV. male adducuntur a Nonio. *Carrio.*

7 *Toga picta*] *Toga picta,* toga palmata eſt. Plutarcho θριαμβική. Plinius de hac intelligit lib. VIII. cum dicit, Pictas veſtes jam apud Homerum fuiſſe, unde triumphales natæ. Iſidorus libro XIX. *Toga palmata dicebatur, quam merebantur ii, qui reportabant de hoſtibus palmas. Ipſa vocabatur & toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas haberet.* Olim tamen aliam fuiſſe pictam ſcribit Feſtus in ſchedis: *Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata eſt, eaque erat ſine pictura.* Ejus rei argumentum eſt picturæ in æde Vertumni & Conſi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera L. Papirius Curſor triumphantes ita picti ſunt. Hoc ita eſſe ex Livio quoque patet, namque lib. XXX. togam pictam, lib. XXXI. purpuream appellat. *Coler.*

8 *Epulæ quæſitiſſimæ*] Tac. Annal. 2. *Excepere Græci quæſitiſſimis honoribus.* Ciacc. vid. Palmerium. Macrob. *ep.* vero *exquiſitiſſimæ in Londinenſi.*

&

& ſanctos viros, ſuperba illa, gravia, indigna Rom. imperio exiſtumantes. *Macrob. Saturnal.* lib. III. cap. XIII. *Nonius*. *Soſipater* lib. I.

1 Ruinaque pars magna ſuiſmet, aut proxumorum telis, ceteri 2 vice pecorum obtruncabantur. *Nonius.*

3 Occurrere duci, & prœlium accendere, adeo uti Metello in ſagum, Hirtuleio in brachium tela venirent. *Idem.*

IX. 4 Advidiſque ita, promptiſque ducibus, uti Metellus 5 ictu tragulæ ſauciaretur. *Idem.*

Sed Metellus in vulnere. *Donatus* Act. V. Sc. II. *Andr*.

Primo 6 incidit forte per noctem in 7 renunculo piſcantis. *Nonius.*

1 *Ruinaque pars magna*] *Ruuntque pars magna*, repoſuimus ex feliciſſima Chriſtophori Coleri conjectura, cum anteà vitioſe legeretur: *Ruinaque pars magna*, &c. Putſch. Scribit Non. Accuſ. vel Nomin. hic poni pro Ablativo vulgo *ruinaque*. Car.

2 *Vice pecorum*] Livius lib. XL. *Modo*, inquit, *pecorum fugientes per ſaltus avios.* Et Tacitus lib. XII. *Modo pecorum barbari trahebantur.* In orat. M. Lepidi dixit, *more pecorum.* Sed Tacitus illud *vice*, uſurpavit eodem ſenſu lib. VI. cum ait: *Qui omnia facta dictaque vice legis obſervans.* Urſin.

3 *Occurrere*, &c.] *Sagum*, inquit Nonius, *veſtimentum militare eſt.* Et hæc Salluſtii ex II. hiſtoria affert. Pro *uti*, non recte, ibi eſt, *ut*: pro *Hirtuleio*, *Hertuleio*. De quo nihil me quidquam memini legere. Præterea id vet. cod. manifeſte eſt *Hirtuleio*, quem Eutropius lib. VI. Epitome Liviana XC. & XCI. Oroſius lib. V. *Sertorii ducem* nominant, voce nonnihil in omnibus corrupta. De eodem hoc Hirtuleio ita ſcribit Frontinus Strategematum lib. II. cap. VII. *Q. Sertorius, cum acie decertaret, Barbarum, qui ei nuntiaverat, Hirtuleium periiſſe, pugione trajecit, ne & in aliorum id notitiam perferret, & ob hoc animi ſuorum infirmarentur.* Quanquam & alius Hirtuleius hujus ducis frater fuiſſe videtur, qui in bello Sertoriano quæſtor fuerit, ut Epitome Liviana nominat. Ideoque Plinius & Oroſius Hirtuleios fratres à Q. Metello Pio in Hiſpania oppreſſos ſcribunt. *Carrio.*

4 *Avidiſque*, &c.] De pugna in Saguntinis campis a Sertorio commiſſa loquitur, in qua Memmius Pompeji Legatus contra conſerta manu acerrime pugnans occubuit. Metellus Imperator multa ſuorum ſtrage defenſus, ictu tragulæ a Sertorio ſauciatus deceſſit. Vide Plutarchum in ejus vita. Quo etiam pertinere judico Fragmentum illud lib. incerti: *Sed Metellus in volnere.* Douza. apud Non. male legitur, *avidiſſimis atque promptis.* præterea non recte ex III. Hiſt. recitantur. *Carrio.*

5 *Ictu tragulæ*] Uſus & hac voce Suidas: Τραγούλας, inquit, ὅπλον, ᾧ χρησάμενος ὁ Κότλας, οὕτω βίαιον ἀφῆκε πληγὴν, ὥστε τὸν βληθέντα καὶ διὰ τῶν πλευρῶν διαπεῖραι, καὶ τῇ γῇ προσπλῶσαι. *Urſin.*

6 *Incidit*] Apud Non. *indicit*. in veteri quodam *inducit*. Et pro *per*, vulgo, *ſuper*. Pro *renunculo*, *lenunculo*. Male. *Carrio.*

7 *Renunculo*] Quam vocem Agellius lib. X. cap. XXV. pro navigio piſcatorio

Ad hoc pauca piraticæ adjungit actuaria navigia. *Idem in Piraticæ naviculæ.*

¹ Omnia ſacrata corpora in ratem impoſuiſſe. *Aruſianus.*

Suos equites hortatus vado tranſmittit. *Idem.*

Ictu eorum, qui in flumine ² ruebant, necabantur. *Donatus Adelph.* Act. III. Sc. II.

X. Circumventi dextra, unde ferrum erat, ſaxa, aut quid tale ³ capiti affligebant. *Aruſianus.* & *Donat.*

⁴ Sed Metellus in ulteriore provincia. *Donatus ad Phorm.* Act. I. Sc. IV.

⁵ Immane quantum animi exarſere. *Nonius.*

⁶ At illi quibus res incognita erat, ivere cuncti ad

accepit. *Carrio.* Non improbamus hanc ſcripturam, licet in notis ad Cæſarem dixerimus, *Lenunculum*, pro *renunculum*, reperiri in veteribus lapidum monumentis. Quomodo Ammianus uſurpavit lib. XVII. cum ait: *Lenunculo ſe commiſiſſe piſcantis.* Tacitus tamen *Lembunculum* dixit lib. XIV. *Nando deinde occurſu lembunculorum, &c.* Urſin.

1 *Omnia ſacrata corpora*] Fallor ego? An de Chiis loquitur Criſpus? quos a Zenobio, Mithridatici exercitus duce, exſutos armis, poſt MM. talentorum exactionem, cauſſante deeſſe aliquid juſto ponderi, mares ſeorſum a mulieribus & pueris in naves impoſitos, atque ita diſpulſos a patria in Euxinum porro deportari juſſos memorat Appianus. Sacrata corpora ergo, deſtinata morti, & quæ devota dis manibus, interpretor. Neque abſimiliter Maro *Sacratum caput Sinonis* ſcripſit. *Douza.*

2 *Ruebant*] Donatus Adelph. Act. III. Sc. IV. *Ruere,* inquit, *eſt toto corpore uti ad impellendum; quod faciunt, qui ipſi præcipites alios proſternunt.*

3 *Capite affligebant*] Puto legendum, *caput*, ex Frontone, qui fragmentum adducit, nam ita Salluſtius locutus eſt lib. III. cum dixit: *Aut afflicti alveus undarum vi.* Et Tacitus Salluſtii æmulator lib. XIV. *Fuſte caput afflixit.* Et alibi: *Lapide caput afflixit.* Urſin.

4 *Sed Metellus in ulteriore provincia*] Forte eſt idem quod pag. 448. præced. *At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam.* Ubi tamen legendum videtur, *ulteriorem provinciam.* Ciacc.

5 *Immane quantum animi exarſere*] Huc reſpexit Tacitus lib. XIX. cum dixit: *Flavianus exercitus immane quantum animo, &c.* Et lib. XX. *Immane quantum ſuis pavoris & hoſtibus alacritatis indidit.* Ipſe Salluſtius ſupra: *Immane dictu eſt quanti, &c.* Et Horatius eodem modo: *Immane quantum diſcrepat.* Urſin. Sic Græci, θαυμαστὸν ὅσον ut Plato. epiſt. 7.

6 *At illi quibus*] Fragmentum hoc ex incertis ad librum hunc reduximus, ex auctoritate MS. codicis Fulvii Urſini, in quo diſerte legitur, *Salluſtius* lib. II. *Hiſtoriarum.* Nam quod in vulgatis bello Jugurthæ tribuitur, ineptum eſt & vitioſum, quodque non niſi ab imperitis deſcriptoribus manavit, qui ſecundum hiſtoriarum librum bellum Jugurthinum interpretabantur, primum, bellum Catilinarium, Salluſtium nihil ultra ſcripſiſſe rati: eodem modo peccatum eſt in fragmento a Priſciano bello Jugurthino tributo, quod tamen in toto illo opere non comparet; nos inter incerta retulimus. Sic

portas

portas incognita tendere. *Servius. F. Urſini.* MS.

Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit. *Servius Fuldenus*.

quod hoc eodem libro delevimus: *Circumſpectare omnia, & omni ſtrepitu paveſcere:* in bello Jugurthino, totidem verbis perſcriptum extat. Citaverat illud Aruſianus ex ſecunda Salluſtii hiſtoria, innuens bellum Jugurthinum. Prima tamen hiſtoria a Chariſio pro primo hiſtoriarum libro addducitur, in *Aliter*. Hæc paulo aliter in codice Serviano Petri Danielis leguntur: *At illi quibus aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere.* Salluſtiane magis. *Putſch.* ex quo ivere pro ruere.

C. CRISPI

C. CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER III.

I. EXaudirique ſonus [1] Bacchanaliorum. *Macrob.* lib. I. cap. IV. *Saturnal. Nonius.*

[2] Diverſa, uti ſolet rebus perditis, capeſſunt. Namque alii fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam ſparſi, alii globis eruptionem tentavere. *Priſcianus* lib. x. *Nonius* in v. gnaritas.

Unus conſtitit in agro Lucano, gnarus loci nomine.

[3] Publipor. *Idem* lib. v. *Probus Catholicis.*

Male jam aſſuetum ad [4] omnis vis controverſiarum. *Priſcianus* lib. VI.

Conjuratione claudit. *Idem* [5] lib. x.

[6] Quaſi par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat;

1 *Bacchanaliorum*] De illorum ritibus fuſe *Hoſpinianus.*

2 *Diverſa*] Apud Priſcian. ſub II. hiſtoriæ leguntur in MSS. 3. Libro tribuuntur in Vulg. & Mart. *laceſſivit*, quomodo ipſe etiam Priſcianus legiſſe videtur in Gembl. & Colon. *Capeſſivit* in Nonio, *Capeſſunt.*

3 *Publipor*] Priſcianus lib. VI. *Antiqui Publipor & Marcipor, pro Publii puer & Marci puer dicebant: qua O non producunt in obliquis caſibus.* Probus Catholicis: *Legi unum novo modo figuratum apud Salluſtium, Publipor Publiporis. Eſt enim quaſi proprium.* Sic erat & *Quinctipor,* Varroni ad Fufidium; apud Nonium *gargaridare,* & *edolare.* De quo vide noſtrum Antiq. lect. Comment. III. cap. VII. *Caipor,* Feſto, *Marcipor* eidem Feſto, Plinio lib. XXXIII. cap. I. Et Quinctiliano lib. I. cap. IV. *Carrio.*

4 *Omnis vis*] Excipitur, inquit Priſcianus lib. VI. *Hac vis, hujus vis,* cujus plurale ſimiliter *vis*, tam Lucretius quam Salluſtius protulerunt. Lucretius lib. II.

Sed quam multarum rerum vis poſſidet in ſe,
Atque poteſtatem.

Idem. *Marcus Meſſala* de Jano. Apud Macrob. Sat. I. 9. quæ vis Cæli maxima duas *vis* diſpares colligavit.

5 *Lib.* x.] In libro Martinenſi ex, IV. Hiſt. Salluſtii male adfertur. *Carrio.*

6 *Quaſi par*] Nonius in voce *mador,* ex III. Hiſt. affert. Cui etiam omnes tam ejuſdem Nonii quam Priſcian Vet. conſentiunt licet vulgati IV Lib. dent. Mendoſe; ut & ipſa verba; *monumenta madore infirmantur,* cum ſcribendum ſit, munimenta m. infirmarentur. Quin & Junius, pro, *mania oppidi,* legit, *amnis oppidi,* pro quo vetuſti libri, *omnia oppida* & procul vero eſt, ſi eam vocem ita a

ne

ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur: nam mœnia oppidi ſtagnabant, redundantibus cloacis adverſo æſtu maris. *Nonius* in, *Mador*.

[1] Equis, & armis decoribus cultus. *Priſcianus* lib. VI.

[2] Dedecores, inultique terga ab hoſtibus cædebantur. *Idem*.

[3] Contra ille calvi ratus, quærebat num ſomnio theſaurus portenderetur. *Idem* lib. VIII. *Nonius* in, *Calvitur*. Poſtrema verba habet *Eutyches*.

[4] Parte conſumta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem uſus [5] ſallerent, *Priſcianus* lib. X.

Epiſtola Cn. Pompeii ad Senatum.

II. Si advorſus vos, patriamque, & Deos penates, [6] to-

communi omnium uſu variaſſet Salluſtius, Nonium id taciturum fuiſſe. *Carrio.*

1 *Equis & armis*] Vide quæ diximus cap. VII. Belli Catilinarii. *Ciacc.*

2 *Dedecores*] *Dedecores* idem. In quo non recte eſt *dedecores*. Cum aperte Martinenſis & Thoſanus habeant, *decores*. Idque ipſa Priſciani hunc in modum ſcribentis poſtulat ſententia. *Invenitur & ſimplex decor decoris, penultima correpta, apud vetuſtos, quando pro decorus accipitur*. Quibus cum verbis exemplum hoc minime conveniet ſi *dedecores* legamus. Vocem etiam *per*, quæ ab ineruditis erat aſcripta, auctoribus vett. libris, ſuſtuli. *Carrio.*

3 *Contra ille*] Quis credat tam apertis verbis mendum inhærere, ſed docet Eutyches, qui in MS. habet, *quærit extis num ſomnio theſaurus portenderetur*. Putſch.

4 *Parte conſumta*] Quid, ſi quarta vox ſecundo loco tranſponatur, reſcribaturque potius hoc modo? *Parte cadaverum conſumta, reliqua ad, &c.* quamquam & volgatam lectionem ferri poſſe haud negaverim. Ceterum monendus lector, iis me exemplaribus aſſentiri potius, qui Fragmentum iſtud in quartum librum rejiciunt. Utut eſt, huic certe loco convenire non poteſt. Namque Epiſtola Pompeji, quæ ſtatim porro huic Fragmento ſubjungitur, tribus ante, quam hæc accidere, annis, ſcripta fuerit neceſſe eſt. Ego enim Hiſtoricum noſtrum de Calaguritanis obſeſſis loqui autumo; quorum invictæ in rebus perditis animi firmitudini hujuſmodi teſtimonium a Valerio Maximo tributum legimus: Calaguritani, quo perſeverantius interemti Sertorii cineribus obſidionem Cn. Pompeji fruſtrantes, fidem præſtarent, quia nullum jam aliud in urbe eorum ſupererat animal, uxores ſuas, natoſque ad uſum nefariæ dapis verterunt, & cadaverum reliquias ſalierunt. *Douza.*

5 *Sallerent*] Sic Varro Antiq. Human. lib. XV. *mortuos ſallunt*. Et de L. Lat. IV. *id pecus primum occidere cœperunt Domini, & ut ſervarent, ſallere*. Lucillius in VIII. *Sallere muranas, mercem in frigidaria ferre*. Mummius apud *Priſcian.* X. *Iſthæc ſum multo ſale ſalſurus*. Et ſallire etiam apud Siſennam teſte eodem. Cæterum hæc in Martinenſi libro, male afferuntur ex IV. Hiſt. ut *Carrio* teſtatur.

6 *Totiens labores*] Vett. Codd. *tot* & *quot* habent. *Ciacc.* Nic. Fabri & Cardin. Briconeti. *Carrio.* Et ſic Vaticani.

tiens labores & pericula ſuſcepiſſem, quotiens a prima adoleſcentia ductu meo ſceleſtiſſumi hoſtes fuſi, & vobis ſalus quæſita eſt: nihil amplius in abſentem me ſtatuiſſetis, quam adhuc agitis P. C. quem contra ætatem [1] projectum ad bellum ſæviſſumum, cum exercitu optume merito, quantum eſt in vobis, fame, miſerruma [2] omnium morte, confeciſtis. [3] Hac in ſpe populus R. liberos ſuos ad bellum miſit? Hæc ſunt præmia pro vulneribus, & totiens ob rempubl. fuſo ſanguine? feſſus ſcribundo, mittundoque legatos, omnis opes & ſpes privatas meas conſumſi: cum interim a vobis per triennium vix annuus ſumtus datus eſt.

III. Per Deos immortalis, [4] utrum cenſetis me vicem ærarii præſtare, an exercitum ſine frumento & ſtipendio habere poſſe? equidem fateor, me ad hoc bellum majore ſtudio, quam conſilio, profectum: quippe qui nomine modo imperii a vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paravi; hoſtiſque in cervicibus jam Italiæ agentis ab Alpibus in Hiſpaniam ſummovi. Per eas, iter aliud atque Hannibal, nobis opportunius pateſeci. Recepi Galliam, Pyrenæum, [5] Lacetaniam, Ilergetum: & primum impetum Sertorii victoris [6] novis quidem militibus, & multo paucioribus ſuſtinui: hiememque in caſtris inter ſæviſſumos hoſtis, non per oppida, neque [7] ex ambitione mea,

1 *Projectum ab bellum*] Sic Livius; *projectas & proditas ad inconſultam & improvidam pugnam legiones.* Ciacc.

2 *Omnium, & morte*] Legendum, *fame, miſerruma omnium morte confeciſtis.* Ut omiſſa copula, per appoſitionem, quam ſic grammatici vocant, conjungas. *Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν*, ut ille canit. *Famem* alicubi Livius *ultimum ſupplicium humanorum* vocat. *Riv.*

3 *Hac in ſpe*] Latinus Latinſus, *Haccine ſpe*: ſive ut eſt in æreis legibus frequens: *hacine.* Ciacc.

4 *Utrum cenſetis*] Diomedes lib. I. cap. IV. ex 3. hiſt. recitat, *Utrum vicem me præſtare creditis.* Manut.

5 *Lacetaniam, Ilergetum*] In aliis eſt, *Laletaniam*, uti etiam in omnibus iis, quos modo jam nominavi, libris, *Indigetes* non *Ilergetum.* Sunt autem Laletani & Indigetes Plinio lib. III. cap. III. noti. *Carr.*

6 *Novis quidem*] Vox *quidem*, abeſt ab ſcriptis libris. *Ciacc.* Et etiam a Fabri & Briconeti libris. *Carrio.*

7 *Ex ambitione mea egi*] Quod poſtremum quid ſit, explicat nobis Gracchanum illud apud Agellium lib. XV. cap. XII. ex Oratione ejus ad pop. in concione habita poſt reditum ſuum ex Sardinia: *Verſatus ſum in provincia, quomodo ex uſu veſtro exiſtimabam eſſe, non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar.* Douza.

egi.

egi. Quid dein prœlia, aut expeditiones hibernas, oppida exciſa, aut recepta enumerem? quando res plus [1] valent quam verba. Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, & prœlium apud flumen [2] Durium, & dux hoſtium C. Herennius cum urbe [3] Valentia, & exercitu deleti, ſatis clara vobis ſunt: [4] pro quis, o grati patres, egeſtatem, & famem redditis. Itaque meo & hoſtium exercitui par conditio eſt. Namque ſtipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire poteſt.

IV. [5] Quod ego vos moneo, quæſoque, ut animadvortatis; neu cogatis [6] neceſſitatibus privatim mihi conſulere. Hiſpaniam citeriorem, quæ non ab hoſtibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vaſtavimus; præter maritumas [7] civitates, quæ ultro nobis ſumtui, onerique: Gallia ſuperiore anno Metelli exercitum ſtipendio frumentoque [8] aluit: & nunc malis fructibus, ipſa vix agitat. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem conſumſi. Reliqui vos eſtis: qui niſi ſubvenitis, invito & prædicente me, exercitus hinc, & cum eo omne bellum Hiſpaniæ in Italiam tranſgredietur.

V. Namque his, præter ſolita vitioſis magiſtratibus, cum per omnem provinciam infecunditate biennii proxumi grave pretium fructibus eſſet. *Nonius.*

1 *Valent*] Emenda cum Fabri & Briconeti libris, *plus valet*. Carrio.

2 *Durium*] Vide ſupra p. 30.

3 *Valentia*] Vide ſupra p. 30.

4 *Pro quis*] Vulgo, *proque his*. Correctionem noſtram probat Vaticanus. *Car.*

5 *Quod ego vos moneo*] Eadem verba repetita habes, poſtea in Oratione Marci Trib. pl. *Quod ego vos moneo quæſoque, ut animadvortatis, neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, &c.* Item ſupra in Philippi: *Quod ego vos oro, atque obſecro P. C. ut animadvortatis, neu patiamini, &c.* Quæ eo magis viſum eſt adſcribere, ut ex hujuſce & conſimilium exemplorum collatione perſpicere poſſit juventus, quam ſui ſimilis Salluſtius in hiſtoria ubique. *Douza.*

6 *Neceſſitatibus*] Cariſius lib. 1. *Neceſſitas* inquit, *imperii eſt; neceſſitudo, ſanguinis conjunctio.* Salluſtius tamen, *neceſſitudinem* ſæpe pro *neceſſitate*, ponit: nec unquā pro *neceſſitudine*, neceſſitatem, aut ipſe aut quiſpiam veterum. Ita Cariſium emenda. *Carr.*

7 *Civitates, quæ ultro*] Dictio, *quæ* abeſt a duobus libris. *Ciacc.*

8 *Aluit, & nunc, malis fructibus, ipſa vix agitat*] Aut vacat particula, *&*, aut legendum, *at*. *Agitat*, vero abſolute poſitum videtur, pro, *vivit*. Tacit. Annal. 3. *Non modo apud illos homines, qui tunc agebant.* & Terent. *Quum vos facillime agitis.* Et in ejus vita Portius, *his per idem tempus qui agitabant facillime.* Ad hæc pertinet quod infra *agitandi inops*. Ciacc.

Hi ſaltibus occupatis, [1] tum externorum agros invaſere: frumentique ex inopia gravi ſatias facta. *Idem, Satias pro ſatietas.*

Neque jam ſuſtineri poterat [2] immenſum aucto mari, [3] & vento gliſcenti. *Idem.*

Ac tum maxume, uti ſolet extremis in rebus, ſibi quiſque cariſſumum domi recordari, cunctique [4] omnium ordinum extrema [5] munia ſequi. *Idem, Munia, officia.*

[6] Et forte in navigando cohors una, grandi [7] faſelo vecta, a ceteris deerravit, marique placido a duobus prædonum [8] myoparonibus circumventa. *Idem in voce Faſelus, & Myoparo.*

1 *Tum externorum*] Lipſius lib. IV. epiſt. 14. emendavit ingenioſe: *Hi ſaltibus occupatis Termeſtinorum agros invaſere.* Termeſtini populi ſunt citerioris Hiſpaniæ, teſte Tac. lib. IV. Opidum Termes nuncupatur Plinio lib. III. Florus Terme vocat. *Coler.*

2 *Immenſum aucto*] Tacit. Annal. 4. *In urbem trepidam ob multitudinem familiarum, quæ gliſcebat immenſum, minore indies plebe ingenua.* Ciacc.

3 *Et vento gliſcenti*] Nonius, *gliſcit,* inquit, *eſt congelaſcit, colligitur, igneſcit, ereſcit.* In veteri eſt, *gliſcenti,* pro vulgato, *gliſcente.* Recte, ad ipſum enim mare, non ad ventum referendum. *Carrio.*

4 *Omnium ordinum*] Legam: *Omnium ordinum munia exſequi.* Catilin. cap. LX. *Strenui militis, & boni imperatoris officia ſimul exſequebatur.* Ciacc.

5 *Munia*] Apud Nonium, *clariſſimum domi recordari,* abeſt verbum *extrema,* ut a Vet. Cod. *munia,* quas duas interpolando voces, recte hunc locum emendavit Junius. *Carrio.* At in Merceriana editione ut in Textu.

6 *Et forte*] Bis hæc adducit Non. in Vocibus, *Phaſelus* & *Myoparo,* ſed illic ex Lib. III. hic vero ex IV. *Carrio.*

7 *Phaſelo*] *Phaſelus* eſt navigium Campanum, ut a Nonio ſcribitur, qui ſuper hoc Varronem, Salluſtium & Siſennam citat. Meminit & Cicero ad Atticum. Sunt qui a Phaſelide loco deduci opinantur. *Pictos Phaſelos* appellat Poeta eo verſu:

Et circum pictis vehitur ſua rura Phaſelis.

Legitur elegans Catulli Epigramma, quo Gemellis Caſtoribus *Phaſelum* dedicat. Alii *Phaſelum* navem oblongam eſſe ſcribunt, quali ſtagnante Nilo Ægyptii utuntur, ut Virgilius. Atque inde Horatius *fragilem ſolvere Phaſelum* dixit. Iſidorus vero in Etymologico inquit: *Phaſelus eſt navigium, quod corrupte baccellum dicimus, noſtro vero nunc tempore vaſellum appellamus.* Gyrald. Hodieque Hiſpani vetus vocabulum retinent, & dicunt *Vaſcello.* Straboni & Appiano navigii genus eſt, miſtam habens formam ex oneraria & longa triremi, quod tam velis quam remis agi poterat. Unde Catullus, de Phaſelo.

——— *ſive palmulis*
Opus foret volare, ſive linteo.

8 *Myoparonibus*] *Myoparo* piratarum navis eſt, quod Nonius M. Tullii, Salluſtii & Siſennæ auctoritatibus comprobat. A Tyrrhenis Myoparo inventus creditur. Sextus Pompejus inquit, Myoparonem eſſe genus navigii ex duobus diſſimilibus formatum. Sunt quidem Parones quos & Pirones vocat *Ethicus Hiſter.* His navibus, eodem auctore Hiſtro, utuntur Albani, Mæotæ, Mazetæ, Gangines. Hæ & alio nomine Tulchiæ vocantur. Porro

VI. 1 Eum,

Digitized by Google

VI. 1 Eum, atque Metrophanem ſenatus magna induſtria perquirebat, cum per tot 2 ſcaphas, quas ad oſtia cum paucis fidis percunctatum miſerant. *Idem, & Cariſius* lib. 1.

Duos 3 quam maxumos utres levi tabulæ ſubjecit: 4 qua ſuper 5 omni corpore quietus, invicem tractu pedis quaſi gubernator exiſteret: ea inter molem, atque inſulam mari vitabundus claſſem hoſtium, ad oppidum pervenit. *Idem.*

6 Nam qui enare conati fuerant, icti ſæpe ferramentis navium, aut vulnerati a ſuis, aut 7 afflicti alveos undarum

Parones dictos Suidas innuit ab inſula Paro, cui & Ariſtophanis interpretes aſſentiuntur. *Gyrald.* Quid ſi Gallica vel potius Germanica vox ſit; nam & *Parones* ſive *Varones* a navigando dictos vetus Lexicon Belgicum atteſtatur. *Vaeren* enim navigare. *Thyſ.* Myoparo ex Myo & Parone componitur. A forma autem μυῶνος, hoc eſt, anguſta & oblonga: ut Myobarbum, anguſtus & oblongus Liberi patris cantharus. *Scaliger.*

1 *Eum atque*] Diſſentiunt libri Noniani inter ſe. Veteres plerique dant Hiſtoriæ, tertio libro quæ vulgati 4to. *Carrio.*

2 *Scaphas*] Scaphæ, teſte Nonio, naviculæ ſunt, quæ majores naves conſequuntur. Unde Jabolenus JC. *ſi navem,* inquit, *cum inſtrumento emiſti, præſtari tibi debebit ſcapha navis.* Cæſar in commentariis: *Quod cum animadvertiſſet Cæſar, ſcaphas longarum navium, item ſpeculatoria navigia militibus compleri juſſit.* Sane crebra eſt apud auctores *ſcapharum* mentio: nunc vulgo pro *ſcapha* noſtri nautæ *ſcyphum* appellant, ſic quidem & ab eruditis putatur. Sed certe & *ſcyphus* nomen eſt navigii. Id quod Aurel. Macrobius vir multæ eruditionis apertiſſime oſtendit Sat. v. Sunt & qui *ſcaphas* Liburnis aſſociari dicant, exploratoriaſque vocari, ut eſt apud Vegetium. Sunt & qui ab Illyricis inventas tradant. Sane venter navis *ſcapha* antiquis dicebatur, teſte Suida. *Gyrald.*

3 *Quam maxumos utres, &c.*] Hiſtoria eo haud dubie pertinet, quod Lucullus, tametſi Cyzicum terra marique tam arcte obſideretur, ut anguſtiſſimus etiam pelagi meatus, qui oppidum a continenti dirimebat, regiis navibus teneretur, parvo tamen navigio ex Daſcylitide ſtagno in mare tranſlato, Cyzicenis de nocte auxilia ſubmiſerat: quorum ducem, Florus auctor eſt, utri incubantem per medias hoſtium ſtationes ad Cyzicum uſque nando ſe penetraſſe: atque hoc hujus Salluſtiani loci argumentum fuiſſe videtur. *Douza.*

4 *Qua ſuper*] Ex Vet. Cod. reſcripſit Carrio pro, *quam ſuper,* & ex eodem, pro, *tracto pede, tractu pedis,* pro, *quas, quaſi,* quæ vox ab alio tamen MSS abeſt. pro, *inter molam qua inſulam* legit, *inter molam atque inſulam,* iiſdem jubentibus Libris. Et infra, *vitabundus* pro, *vitans.* *Car.*

5 *Omni corpore*] Mallem: *Omni corpore (ſupinus,* aut *pronus,* aut *extentus) &c. atque inter molem & inſulam vitabundus.* Ciacc.

6 *Nam qui*] Nonio *tamen,* eſt *tandem,* apud quem vox, *alveos,* ex Aruſiano Meſſo inſerenda eſt, qui etiam ex Nonio viciſſim corrigendus. *Carrio.*

7 *Afflicti alveos*] Puto præpoſitionem deſiderari, atque emendandum: *Afflicti ad alveos undarum vi.* Quomodo & Plautus:

Affligam te ad terram colaphis.

Accipioque *alveum,* pro carina, hoc eſt, extima navis alvo, ne quis aquæ fundum, ſeu vadum interpretetur inſciens. Apud Nonium qui locum citat, abeſt τὸ alveos pro quo Schottus legit, *alias.*

Digitized by Google

vi, [1] multato fœde corpore, poſtremo tamen periere. *Idem, & Aruſianus Meſſus.*

[2] Nam tertia tunc erat, & ſublima nebula cœlum obſcurabat. *Nonius.*

Illum nautis [3] forum. *Idem.*

Oratio Macri Licinii tribuni plebis ad plebem.

VII. [4] Si, Quirites, parum [5] exiſtumaretis, quid inter jus a majoribus relictum vobis, & hoc a Sulla paratum ſervitium intereſſet, multis mihi [6] diſſerendum fuiſſet, docendumque, quas ob injurias, & quotiens a patribus armata plebes ſeceſſiſſet; utique vindices paraviſſet omnis juris ſui trib. pleb. Nunc hortari modo reliquum eſt, & ire primum via, qua capeſſundam arbitror libertatem. Neque me præterit, quantas opes nobilitatis ſolus, impotens, inani ſpecie magiſtratus, pellere dominatione incipiam; quantoque tutius factio noxiorum agat, quam ſoli innocentes. Sed præter ſpem bonam ex vobis, quæ metum vicit, ſtatui certaminis advorſa, [7] pro libertate potiora eſſe forti viro, quam [8] omnino non certaſſe. Quamquam omnes alii creati pro jure veſtro vim cunctam, & impe-

1 *Multato fœde corpore*] Tac. 1. *Magna pars nudo aut mulcato corpore.* Ciacc.

2 *Nam tertia*] In quodam Noniano, *Nam tetra*, in pleriſque MSS. vix *Thracia* an *tertia* ſit ſcriptum dijudices. Junius legit *Thraſcias*. Carrio.

3 *Forum*] *Forum* generis maſculini obſervat Nonius. Ego vero de navium foris loqui eum non dubito. Atque ita vana erit hæc Nonii, ut pleræque aliæ, obſervatio. In quibuſdam lib. primo, in aliis hæc aſſignantur tertio. *Carrio.*

4 *Si Quirites*] Oratio Macri Tribuni pl. ad populum de Tribunicia poteſtate, quam Caſſio Varo & M. Lucullo Coſſ. habitam indicant illa verba: *Lucullus ſuperiore anno.* Vulgo inſcribitur M. Lepido, turpi mendo. Nam Lepidi cognomen habuit Aimilia gens patricia, cui non patebat aditus ad Tribunatum: at Macri cognominati Licinii plebeji, ut ex hiſtoriis notiſſimum eſt. *Auſon. Popma.* Et pro, *M. Licinii, M. Lepidi.* Schottus, Gruter. Carrio.

In Badiano, Cod. *Marci* Trib. Plebis. At *Macri* nomine citat hanc Orat. Ciacconius.

5 *Exiſtumaretis*] Donatus Phorm. Act. I. Sc. I. *Exiſtumans*, inquit, *dixit Terentius pro æſtumans*: & Salluſtius: *ſi Quirites parum exiſtumaretis.* Sic enim ibi legendum eſt, non, *pacem.* Carrio.

6 *Diſſerendum*] Vaticanus, Briconeti, & Fabri Libri. *Diſſerendum fuit.* Carrio.

7 *Pro libertate*] Ex Demoſthene. Sed locus non occurrit.

8 *Omnino non*] A libro Briconeti non tantum abeſt, ſed etiam deeſt, *Non.* Carr.

Digitized by Google

ria ſua gratia, aut ſpe, aut [1] præmiis in vos convortere; meliuſque habent, mercede delinquere, quam gratis recte facere.

VIII. Itaque omnes conceſſere jam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, ærarium, exercitus, regna, provincias occupavere, & arcem habent ex ſpoliis veſtris: cum interim [2] more pecorum vos multitudo ſingulis habendos, fruendoſque præbetis, exſuti omnibus, quæ majores reliquere: niſi quia [3] voſmet ipſi per ſuffragia, ut præſides olim, nunc dominos deſtinatis. Itaque conceſſere illuc omnes: & mox ſi veſtra receperitis, [4] ad vos redibunt plerique. [5] Rarus enim animus eſt ad ea, quæ placent, defendenda. [6] Cæteri validiorum ſunt. An dubium habetis, [7] ne officere quid vobis uno animo pergentibus poſſit, quos languidos ſocordeſque pertimuere? Niſi forte C. [8] Cotta ex factione media conſul, aliter quam metu jura quædam tribunis pleb. reſtituit, & quamquam [9] L. Sicinius primus de poteſtate trib. loqui auſus,

1 *Præmiis*] Inepte pleræque editiones, *præviis*; quod jam olim arbitrario jure conſtituimus; pro quo nunc omnes libri dicunt. *Carrio.*

2 *More pecorum*] Sic de Republ. ordinanda, *Vulgi more magis quam judicio.* Supra, *vice pecorum.* Ciacc.

3 *Voſmet ipſi*] Ciacconius e libris *vobiſmet ipſis.* Scribe: *vobiſmet ipſi.* Sic enim ut plurimum malebant. *Gronovius.* Vulgo, *noſmet* contra vet. libros & Lepidi ſententiam. *Carrio.*

4 *Ad vos redibunt*] Illud *redibunt* non eſt V. V. C. C. nam ad verbum *Conceſſere*, quod præcedit, refertur oratio. *Urſin.*

5 *Rarus enim*] Emenda ex tribus libris, *raris enim.* Et ſic ex Briconeti libris *Carrio.* Legendum *raris* pro paucis. Hoc eſt, quoto cuique animus eſt? &c. *Riv.* Sic eſt in libris antiquis & poſtulat ſententia: *paucis*, inquit, *eſt animus ad ea quæ placent facienda: plerique omnes ſunt in poteſtate nobiliorum & dominantium.* Similiter Cic. ad Attic. *Non videmur eſſe victoris.* Auſ. Popma.

6 *Cæteri*] Sic omnes libri. *Carrio.*

7 *Ne officere*] Rectius veteres *Num.* Carrio.

8 *Cotta*] Legem tulit, ut Trib. P. Liceret poſtea alios magiſtratus capere, quod Sulla iis ademerat: vid. Cic. & Aſconium in Corneliana.

9 *L. Sicinius*] Varie hoc nomen eſt corruptum: alii, *L. Cinium*: alii, *Cincium*: alii, *Sincium* appellarunt *Sicinium* præter vet. cod. Dionyſius, & Pædianus nominant. Neque vero *Sicinii* in Rep. R. ignobiles fuere. Vidi enim præter cetera numiſma, in cujus fronte hæ erant notæ: Q. SICINIVS III. VIR. In tergo hæc, C. COPONIVS. P. R. S. D. Quanquam Cinciam legem de donis & muneribus, neve quis ob cauſam orandam, pecuniam accipiat, JC. noverunt. Sed nihil ad rem. *Carrio.* Sunt hæc ex eadem oratione, ad quæ faciunt illa Aſconii in Divinationem: *Primus*, inquit, *Sicinius Tribunus plebis, nec multo poſt L. Quinctius, & poſtremo Palicanus perfecerunt, ut Tribuniciam poteſtatem populo darent Conſules Cn. Pompejus Magnus, & M. Licinius Craſſus.* Urſin.

muſſan-

muſſantibus vobis circumventus erat: tamen prius illi invidiam metuere, [1] quam vos injuriæ pertæſum eſt. Quod ego nequeo ſatis mirari, Quirites. Nam ſpem fruſtra fuiſſe intellexiſtis. Sulla mortuo, qui ſceleſtum impoſuerat ſervitium, finem mali credebatis. Ortus eſt longe ſævior [2] Catulus.

IX. Tumultus intercesſit Bruto, & [3] Æmilio Mamerco Coſſ. [4] dein C. Curio ad exitium uſque inſontis tribuni dominatus eſt. Lucullus ſuperiore anno quantis [5] animis ierit in L. Quinctium, vidiſtis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitantur! quæ profecto [6] incaſſum agerentur, ſi, prius quam vos ſerviundi finem, illi dominationis facturi erant: præſertim cum his civilibus armis dicta alia, ſed certatum utrimque de dominatione in vobis ſit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritia [7] in tempus arſere. Permanſit una res modo, quæ utrimque quæſita eſt: & erepta in poſterum vis tribunicia, telum a majoribus libertati paratum. Quod ego vos moneo, quæſoque, ut animadvortatis: neu [8] nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro ſervitio appelletis, quo jam ipſo frui, ſi [9] vera & honeſta flagitium ſuperaverit, non eſt conditio: fuiſſet, ſi omnino quieſſetis. Nunc [10] animum advortite: &, niſi viceritis, quoniam omnis injuria gravi-

1 *Quam vos injuriæ*] Hæc ex 3. Hiſt. recitat Fronto in verbo, *Tædet*. Manut. Et ſic Meſſus. *Carrio*.

2 *Æmilio*] Deeſt Vaticano. *Carrio*.

3 *Catulus*] Qui collega Lepidi in conſulatu ipſum Italia expulit: quod acta Sullæ reſcindere tentaret. *Bad*.

4 *Dein C. Curio da exitium*] Venetum, *ad exitum uſque*; ſed prior lectio mihi arridet magis. *Riv*.

5 *Animis iret in L.*] L. Quinctium, probo; atque eumpſe illum intelligo, quem (uti refert Plutarchus) Acta Sullæ in concionibus aſſidue exagitantem, & turbare molientem civitatis otium, hinc privatim mulcendo, hinc publice monendo ab incœpto deduxit Lucullus. Quod hic tangit Marcus. *Douza*. Inde appareret, Orationem hanc habitam eſſe Lucullo & Varo Coſſ. decennio ante Catilinæ conjurationem. *Criſp*.

6 *Incaſſum agerentur*] Vett. libri, *incaſſum agebantur*. Recte. *Ciacc*. Sic Carrio etiam ex Vaticano in his libris inſignite optimo.

7 *In tempus arſere*] Tacit. Annal. I. *Senſus miles in tempus conficta*. Et lib. IV. *Quod unum malorum ſuffugium in tempus erat*. Item l. XIV. *& ſcena in tempus ſtructa*. Idem.

8 *Nomina*] Ridicule vulgo, *omnia*. Carr.

9 *Si vera*] Aliæ edd. hanc ſententiam pervertunt, legendo, *ſi vera & honeſta flagitium ſuperaverint*, cum contra dicere voluerit. *Carrio* ex vet. lib.

10 *Animum*] Fabri & Briconeti, *advertere*. Carrio.

tate

tate tutior eſt, artius habebunt. Quid cenſes igitur? [1] aliquis veſtrum ſubjecerit. Primum omnium, [2] omittundum morem hunc quem agitis, impigræ linguæ, animi ignavi, non [3] ultra concionis locum memores libertatis. Dein ne vos ad virilia illa vocem, [4] quo tribunis plebei mandando patricium magiſtratum, libera ab auctoribus

1 *Aliquis veſtrum ſubjecerit*] Tres poſtremas dictiones, quaſi a gloſſa, & Salluſtiana brevitate indignas, loco movere auſi ſunt quidam: in quo largiter ſane mihi peccaſſe videntur: argumento eſt exemplum illud, quo in conſimili fere argumento in Jugurtha Memmius, & ipſe Trib. pleb. ad populum ſupra eſt uſus: *Dicet aliquis, Quid igitur cenſet? vindicandum in eos, qui hoſti prodidere Remp.* Ita enim locum eum interpungendum, tranſpoſita interrogatione, hujus ipſius exempli auctoritate confirmo. *Douza.*

2 *Omittendum morem*] Fronto adducens hunc locum legit, *amittendum*, ſi codex non fallit. *Ciacc.* Quod quidem ex Aruſiano reponeret Carrio.

3 *Ultra concionis locum*] Poſtrema hujus ſententiæ clauſula ſeptuoſa ſane, & perplexabilis, quam partim Plautinis, partim Salluſtianis verbis ſic explicare poſſe videor aliquatenus: *Inertes opera, lingua factioſi, cujus acumine gladiorum etiam aciem præſtinguitis domi, verbis tenus modo arma tractantes, neque ultra concionis locum, hoc eſt, neque longius, quam dum hanc Fori partem frequentes inſiſtitis, dumque hæc Roſtra, unde me concionantem audire poteſtis, in re præſenti intuemini, dictis noſtris aures veſtras calefacientibus, fortes ac memores libertatis paternæ: ceterum animos & verba iſta magnidica ſtatim dimiſſuri, ſimul atque hinc domum quiſque ſuam diverſi ac ſocordes abieritis.* Douza.

4 *Quo Trib. pleb. &c.*] MSS. duo: *quum tribunos plebis.* Ex quo effectum eſſe puto, *quo modo trib. pleb.* aut, *quo trib. pleb. modo.* Liber perantiquus Fulvii Urſini habet, *quos.* Legendum exiſtimo: *Queis tribunos plebei patricium magiſtratum, libera ab auctoribus patribus ſuffragia majores veſtri paraverunt.* Quaſi dicat: Deinde, etiamſi vos non hortet, ut illa virilia facinora majorum veſtrorum imitemini, quibus per ſeceſſionem armati, & tribunos plebis ad conſervationem juris & libertatis ſuæ, & patricium magiſtratum, hoc eſt, conſulatum & cenſuram ad æqualitatem honoris ſibi paraverunt: & poſtquam Patres omnia quæ populus in comitiis ageret, approbaſſent, & eorum auctores fierent: tamen ipſi poſthæc libera haberent ſuffragia, & cuicunque vellent magiſtratum mandare poſſent. Etſi ad hæc virilia, inquit, vos non hortor: tamen quamvis poteſtas in vobis ſit, Jovem potius conſultorem exſpectatis, quam vobiſmet ipſis ipſi conſulitis. Hic eſt verus ſenſus hujus loci: nunc per partes eum exponam: Tribunos plebis populum armatum per ſeceſſionem ſibi paraſſe auctor eſt Livius lib. II. *Agi deinde* (inquit) *de concordia cœptum, conceſſumque in conditiones, ut plebei ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio eſſet adverſus conſules, neve cui Patrum eum magiſtratum capere ſibi liceret: ita tribuni plebei creati duo, &c.* Et iterum lib. III. Idem ait Pædianus in Corn. de patricio magiſtratu. Idem Livius lib. VIII. *Dictatura popularis, & orationibus in patres criminoſus fuit, & quod tres leges fœcundiſſimas plebi, adverſus nobilitati tulit: unam, ut plebiſcita omnes Quirites tenerent: alteram, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent: tertiam, ut alter utique ex plebe, cum eo ventum ſit, ut utrumque plebeium fieri liceret, cenſor crearetur.* De liberis ſuffragiis poſt auctores patres, & hoc loco, & alio lib. I. *Decreverunt, ut cum populus legem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi Patres auctores fierent. Hodieque in legibus magiſtratibuſque rogandis uſurpatur*

 patriciis

patriciis ſuffragia majores veſtri paravere: [1] quamvis, Quirites, in vobis ſit, uti, quæ juſſa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere, aut non agere certe poſſitis. Jovem aut alium quem Deum conſultorem exſpectatis? magna illa conſulum imperia & patrum decreta, vos exſequendo rata efficitis, Quirites: ultroque licentiam in vos auctum, atque adjutum properatis.

X. [2] Neque ego vos ultum injurias hortor; magis uti requiem [3] capiatis: neque diſcordias, ut illi criminantur, ſed earum finem volens, jure gentium res repeto: &, ſi pertinaciter retinebunt, non arma, neque ſeceſſionem, tantummodo, ne amplius ſanguinem veſtrum præbeatis, [4] cenſeo. Gerant, habeantque ſuo modo imperia; quærant triumphos: Mithridatem, Sertorium & reliquias exſulum perſequantur cum imaginibus ſuis. [5] Abſit periculum & labos, quibus nulla pars fructus eſt; niſi forte repentina iſta [6] frumentaria lege [7] munia veſtra penſantur. Qua

idem jus vi ademtum: priuſquam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiant. Et Cicero pro Plancio id innuit: *Nam ſi ita eſſet, quod Patres apud majores noſtros tenere non potuerunt, ut reprehenſores eſſent comitiorum.* Aut ſi placet retinere vocem *modo*; ſcribe, *queis trib. pl. modo patricium magiſtratum, & libera ab auctoribus patribus ſuffr.* Sic enim ſæpe loquitur Salluſtius. *Ciacc.* Mendoſus locus. Quod ſi legas, *Quum tribunis plebei mandando patricium magiſtratum*; mendum tolletur, mutatione parva, & ſententia patefiet. *Manut.* Vulgo legitur, *Quo Tribunos plebei modo patricium magiſtratum.* Vatican. *quo T. pl. m. p. magiſtratuum.* Fabri & Briconeti. *Quo tribuni plebei m. p. magiſtratuum,* quam lectionem fere probat. *Carrio.* Scribendum: *Ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebei modo, patricium magiſtratum, libera ab auctoribus patriciis ſuffragia majores veſtri paravere.* Vid. lib. I. Obſerv. cap. XXV. *Gronov.*

1 *Quamvis, Quirites, in vobis ſit*] Scripti libri *quamvis omnis.* Latinus Latinius Viterbienſis, *Quum vis omnis.* Rectiſſime. Sed totum locum ſic legendum cenſeo: *Deinde ne vos ad viridia illa vocem, queis tribunos plebis m. m. p. m, l. a. a. p. ſ. majores veſtri peperere, quum vis omnis, Quirites, in nobis ſit, ut qua juſſa nunc pro aliis toleratis, p. v. a. a. n. a. certe poſſitis, Iovem aut a. q. d. c. exſpectatis!* Ciacc. Ex Vatic. & aliis duobus, ita conſtituendum. *Cum vis omnis, Q. i. v. ſ. & qua juſſa nunc p. a. t. &c.* prius illud, *Cum vis omnis*, a Vaticano eſt. Poſterius *Et* pro *ut* etiam ab aliis duobus.

2 *Neque ego vos*] Et hæc recitat Fronto, ex III. hiſt. libro, in verbo, *Hortor*: omiſſo verbo, *Ego*. Man. Citat & Meſſus, apud quem vox *Una* ex meo reponenda eſt. *Carrio.*

3 *Capiatis*] Omnes libri, Cupiatis. *Id.*

4 *Cenſeo*] 3. veteres libri, *Cenſebo. Ibid.*

5 *Abſit periculum & labos*] Credo ſcripſiſſe Salluſt. *ab iis abſit periculum & labos, quibus nulla pars fructus eſt.* Ciacc.

6 *Frumentaria lege*] Apparet latam fuiſſe legem factione Patrum, ut quini modii tritici ſingulis menſibus viritim dividerentur. *Idem.*

7 *Munia veſtra penſantur, &c.*] Totus

tamen

tamen [1] quinis modiis libertatem omnium æſtumavere, qui profecto [2] non amplius poſſunt alimentis carceris. [3] Namque ut illis exiguitate mors prohibetur; ſeneſcunt vires: ſic neque abſolvit cura familiari tam parva res: & [4] ignaviſſumi quique tenuiſſima ſpe fruſtrantur: quæ ta-

hic locus valde perturbatus, neque tamen ex antiquo libro, qui valde a vulgatis omnibus diſſentit, elicere quidquam potui, quod ſententiam illuſtraret. Fortaſſe in hoc felicior erit aliorum induſtria. Ego, ut in antiquo lib. ſcriptum vidi, ita teſtatum relinquam. Eſt autem in eo ſic: *In unia veſtra penſantur: qua tamen quin is modis libertatem omnium æſtimavere, qui profecto non amplius poſſunt alimentis carceris. Neque utilis exiguitate mors prohibetur. Seneſcunt vires, ſic ut neque abſolvi cura familiari tam parva res. Et ignavi quiſque tenuiſſimas perfruſtratur: qua tamen quamvis ampla, quoniam ſervitii pretium oſtentaretur, &c.* Manut. Locus corruptus & abſque erudito illo acumine Puteani plane depoſitus. Nam cum in Vaticano ſic concepta ſententia fuerit. *Frumentaria lege munia veſtra penſantur: qua tamen quinis modis libertatem omnium æſtimavere: qui profecto non amplius poſſunt alimentis carceris. Namque utilis exiguitate mors prohibetur, ſeneſcunt vires, ſic neque abſolvi cura familiari tam parva res, & ignavi quiuſque tenuiſſimas perfruſtratur.* In Briconeti & Fabri, *quinis modiis*, uti etiam illud, *qui profecto*, deinde ab iiſdem illis abfuerint duæ voces, *ut & poſſit*; poſtremo in iiſdem, *& ignavi qui uſque ten. perfruſtrantur.* Correxit ille ut in textu noſtro. Niſi quod pro *ignaviſſumi* & *fruſtrantur* repoſuerit *ignævus quiſque* & *fruſtratur*. Carrio. Carrionis editio hæc ſic exhibet, *Cum tamen qui his modis* & *hi profecto*, dein, *alimentis carere namque utilis exig.* & *ſic ut neque abſolvi c. f. t. p. r. poſſit.*

1 *Quinis*] At Donat. in Phorm. quaternos, & Cato de R. R. cap LVI.

2 *Non amplius, &c.*] Poſitum videtur pro eo quod eſt, non amplius quam alimenta. Sic enim Tacitus, *amplius unciario fœnere* dixit, & Salluſtius ipſe ſupra, *amplius una die aut nocte. Poſſunt*, vero, pro, *promittunt*, cum Plautus pluribus locis, tum Terentius uſurpavit in Heautontimor. *Alimenta autem carcerum, & ſervorum quini modii* (ita enim habet vetus etiam codex meus) *erant, dabanturque ſingulis menſibus, & dicebatur dimenſum.* Seneca Epiſt. CCXI. *Servus eſt, qui quinque modios accipit.* Et Epiſt. XVIII. *Liberaliora ſunt alimenta carceris. Sepoſitos ad capitale ſupplicium non tam anguſte, qui occiſurus eſt, paſcit, &c.* Salluſtius in oratione Lepidi: *Populus Romanus paullo ante gentium moderator, &c. neque ſervilia quidem alimenta reliqua habet, &c.* quibus verbis quinos hos modios intellexit. *Urſin.* De alimentis carceris vid. etiam legem 12 Tab. apud Gellium lib. XXI. cap. I. confer Demoſth. Olynth. III. qui hæc de diæta medicorum. Thucydidem lib. VII. ad finem. Senec. Ep. LXXX. Symmach. Præf. l. I. Ep. XXIII. ad Auſon. *Parvis nutrimentis quanquam a morte defendimur, nihil tamen ad robuſtam valetudinem promovemur.* Lipſius legendum putat *proſint*. Elect. I. VIII.

3 *Namque uti illis &c.*] Ut dicat: quemadmodum quæ in carcere dantur alimenta, quod exigua ſunt, prohibent quidem mortem, ſed ſenium accelerant. Simili quadam ſententia uſus eſt Tacitus lib. XVI. cum dixit: *Vidua implexa luctu continuo, nec ullis alimentis, niſi qua mortem arcerent, &c.* Et Hieronymus in Commentariis ad cap. IV. Ezechielis, Demoſthenem edit auctorem ſententiæ, cum ait: *Decem panis uncia diurna, & aqua tertia ſextarii pars, anima magis trahitur, quam ſuſtentatur.* Demoſthenis autem verba ex Olynth. III. ſunt hæc: ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε, καὶ γὰρ οὔτε ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησιν, οὔτε ἀποθνήσκειν ἐᾷ. Urſin.

4 *Ignaviſſimi*] Correximus *ignavi tamen*

men [1] quamvis ampla, quoniam ſervitii pretium oſtentaretur, cujus torpedinis erat decipi & veſtrarum rerum ultro injuria gratiam debere? Namque alio modo, neque valent in univerſos, neque conabuntur.

XI. [2] Cavendus tamen dolus eſt. Itaque ſimul comparant delenimenta, & differunt vos in adventum Cn. Pompeji: quem ipſum ubi pertimuere, ſublatum in cervices ſuas, mox demto metu lacerant. Neque eos pudet vindices, uti ſe ferunt, libertatis, tot viros ſine uno, aut remittere injuriam non audere, aut jus non poſſe defendere. Mihi quidem ſatis ſpectatum eſt, Pompejum tantæ gloriæ adoleſcentem [3] malle principem volentibus vobis eſſe, quam illis dominationis [4] ſocium, auctoremque in primis fore tribuniciæ poteſtatis. Verum, Quirites, antea ſinguli cives in pluribus, non in uno cuncti præſidia habebatis: neque mortalium quiſquam dare, aut eripere, talia unus poterat. Itaque verborum ſatis dictum eſt. [5] Neque enim ignorantia res claudit. Verum occupavit vos neſcio quæ torpedo, quia [6] neque gloria movemini, neque flagitio; cunctaque præſenti ignavia [7] mutaſtis: [8] abunde libertatem rati, quia [9] tergis abſtinetur, & huc ire licet atque illuc, [10] munere ditium dominorum.

juſque tenuiſſimas ſpes fruſtratur: & poſtea, *Qua quamvis ampla*, ut illud *qua* reſpiciat τὸ *decipi*: deinde, *& veſtra munerantibus pro injuria gatiam debere.* III. Obſerv. 2. *Gronov.*

1 *Quamvis ampla*] Ex veſtigiis libri Vaticani, Gallicorumque exemplarium & *ignavi quiuſque tenuiſſimas perfruſtrantur*, legit Schott. *ignavia quiſque tantus ſuas ſperes fruſtratur*. Nam ſperes, multitudinis numero M. Varro ſæpe uſurpavit, ut in Menipp. & apud Non. in voce, *Lactare*, Ennium, Feſtum, alioſque.

2 *Cavendus tamen*] Lege: *tantum*. Gronov.

3 *Malle principem*] Supra Jug. cap. CII. *tutiuſque rati volentibus quam coactis imperitare*. Alia exempl. *malle p. v. vobis, quam illius dominationis eſſe ſocium*. Ciacc.

4 *Socium*] Antea, *& ſocium*, quam vocem tollendo recte emendavit Lipſ. cujus emendatio Fabri & Briconcti libros ſubſcriptores habet.

5 *Neque enim ignorantia*] Donatus citat in Terent. Eun. Act. I. Sc. IV. ex Salluſtio: *Item nihil ſocordia claudebat*. Ciacc.

6 *Neque*] Vatican. *Non*. Fabri & Briconcti, *qui non*.

7 *Mutaſtis*] Omnes libri, *mutaviſtis*. Carr.

8 *Abunde libertatem rati*] Exiſtimo vocem, *libertatem*, gloſſema eſſe. Tacit. Hiſt. II. *Ipſe abunde ratus ſi præſentibus frueretur*. Ciacc.

9 *Tergis*] Citat hæc Servius ad I Æneid. & Cariſius Lib. II quem ſic ſupple. Quo exemplo etiam illis reſiſtitur, qui volunt *tergum* hominis eſſe, *tergus* vero pecoris. *Carrio*.

10 *Munere ditium*] Quam ad rem potiſſimum clauſulam iſtam attinere dice-

XII. At-

Digitized by Google

XII. Atque hæc eadem non ſunt agreſtibus; ſed cæduntur inter potentium inimicitias, donoque dantur in provincias magiſtratibus. Ita pugnatur, & [1] vincitur a paucis: plebes, quodcumque accidit, pro victa eſt: & in dies magis erit: [2] ſi quidem majore cura dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.

Poſtquam egreſſus anguſtias. *Meſſus.*

[3] Ad Cyzicum perrexit firmatus animi. *Ex eodem.*

[4] Ut ſuſtinere corpora plerique nequeuntes, feſſi, arma ſua quiſque ſtantes incumberent. *Idem, & Servius.*

rem, ſæpe mecum & cum animo meo agitavi jam antea; neque tamen umquam ad certam aliquam conjecturam quivi evadere. Nunc vero ad eam ſententiam accedit animus, ut *munera*, non autem *munere*, conſentientibus manuſcriptis, emendari placeret, quod quidem per appoſitionem additum, atque hoc pacto interpunctum: *Et huc & illuc ire licet, munera ditium dominorum*; ad Munera theatralia, & gladiatorum familias referendum arbitror, quibus Marcus iſte pop. Rom. addici contendit; eos Munera ditium dominorum (quod genus Munerarii, hoc eſt, Munerum exhibitores cluebant) contumelioſe ſatis pro rei indignitate appellans; eoque ignaviæ proceſſum dicens, ut cives ingenui, & (quæ ratio maxima eſt) Romani, non ſervitio, ſed imperio nati, præclare ſecum agi exiſtument; ſi tergis abſtineatur, hoc eſt, ſi non ſcapulas ſuas ad quotidianam virgidemiam præbentes, alienæ ſuperbiæ ludibrio, ac flagitribæ ſint, neque (ſic tamquam legitimi gladiatores in dominorum leges auctorati, Uri, vinciri, verberari) animis corporibuſque addictis Laniſtæ alicui Thraci in cuſtodiam porro, atque in diſciplinam tradantur, Ludo gladiatorio incluſi, unde pedem efferre, donec dominus juſſerit, fas impune non ſit: aut in immundiſſimam ſaginam demum arenæ denique reſerventur, ferro & feris in tempore objectandi: ſed libere & ſine cuſtodia habiti, huc illuc ipſis ire liceat, quo animo lubet, hoc ſolo diſcrimine ejuſmodi nugas hominum venalium vincentes. Munera ergo, Munerales quaſi factos interpretor, pudendo probro, & quo in animos ad ſervitutem (quam idem tota hac Oratione Quiritibus objectat) paratos addictoſque, nihil aliud dici poſſit aſperius, aut amarulentius. *Douza.* Figurate omnes Vett. libb. *munera.* Carr.

1 *Vincitur*] Longe alia neque animo meo melior Fabri & Briconeti ſcriptura. *Vincitur a paucis plebes; quodcunque accidit pro victis eſt.* Duo poſtrema verba agnoſcit Vaticanus. *Carr.*

2 *Si quidem*] Sententia ex Demoſthene expreſſa. Εἰδ' ὁ μὲν ὡς ἀεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, &c.

3 *Ad Cyzicum*] An loquitur de Lucullo, qui egregia victoria Cyzicum liberarat? *Coler.*

4 *Ut ſuſtinere corpora*] *Feſſi*, a Salluſtianis cenſoribus additum; idque (uti ipſis perſuaſum eſt) ex Servio obſervantes: *Suſtinere corpora plerique nequeuntes,* pro *feſſi*, poſitum hoc loco: quippe Salluſtiani contextus quaſi interpretamentum: quod ſi recte iidem illi (uti par erat) attendiſſent, nunquam profecto gloſſemate Serviano Salluſtianam hiſtoriam miſcendo commaculaſſent, cum vox *feſſi* in Frontone idem hoc exemplum producente nuſquam gentium compareat. Idem error in *ſtantes*, qui ex eodem Frontone corrigendus hoc modo; *Arma ſua quiſque inſtans incumberet.* Douza. Arutianus: *incumbit illam rem.* Servius lib. VII.

Stant longis adnixi haſtis, & ſcuta tenentes.

Ac ſtatim fugitivi, contra præceptum ducis, rapere ad ſtuprum virgines, matronaſque. *Nonius.*

XIII. [1] Quibus a Sertorio triplices inſidiæ per idoneos ſaltus poſitæ erant: prima, quæ fonte venientes exciperet. *Servius.*

[2] Ingens ipſe virium, atque animi. *Aruſianus.*

Locum nullum, niſi [3] in quo armati inſtitiſſent. *Idem.*

At Oppius poſtquam orans nihil proficiebat, timide veſte tectum pugionem expedire conatus, a Cotta, Vulſcioque impeditur. *Nonius.*

[4] Caſtriſque collatis, pugna tamen [5] ingenio loci prohibebatur. *Idem.*

Sed Pompejus a prima adoleſcentia, ſermone fautorum, [6] ſimilem fore ſe credens Alexandro regi, facta, conſultaque ejus quidem [7] æmulus erat. *Nonius.*

Dubius conſilii. *Aruſianus.*

XIV. Poſt reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani [8] gratiam fecerat. *Idem.*

Romani moris eſt & bellicæ neceſſitatis, ut Salluſtius commemorat, *feſſi arma ſua quiſque incumberent.* Sic enim ibi legendum, & apud Aruſianum vox *feſſi* inſerenda. Totus denique locus ex hoc conſtituendus. *Carrio.*

1 *Quia a Sertorio*] Multifariam hæc apud Servium leguntur. Sed ex omnibus hanc habe veram lectionem: *Quis a Sertorio triplices inſidia per idoneos ſaltus poſita erant, prima qua fonte venientes exciperet.* Huc reſpexiſſe Chariſius videtur cum ſcribit lib. I. Inſtitutionum Grammaticarum: *Inimicitia* & *inſidia pluraliter dici debent, ſed Salluſtius de inſidia prima inquit, & Accius inimicitiam dicit.* Legerim tamen lubens in Chariſio: *Sed Salluſtius de inſidiis, prima inquit.* Porro quod ait de Accio Chariſius, vereor ne reponendum ſit Ennii nomen ex Agellio lib. XIX. c. VIII. qui hos verſus adducit:

Eo, inquit, ingenio natus ſum, amicitiam
Atq; inimicitiam in fronte promtam gero.

Putſch.

2 *Ingens ipſe virium*] Tacit. Annal. I. *Fœmina ingens animi.* Ciacc. Loquitur de Sertorio. Vide Valerium lib. VII. *Coler.*

3 *In quo*] Sic ſcribendum patet ex Aruſiano, apud quem legitur in hujuſce conſtructionis exemplum. *Inſiſto in illo loco.*

4 *Caſtriſque collatis*] *Caſtra caſtris conferre* dixit etiam Cæſar lib. VII. ut ad eum locum notavimus. Item Ennius Hectoris lytris: *Caſtriſque caſtra ultro jam conferre parat.* Sic enim legendum apud Nonium in *Occupatus.* Ursin.

5 *Ingenio loci*] Tacit. Annal. V. *Locorum ingenio ſe tutabatur.* Sic in Epiſt. Mithrid. de hoc ipſo fortaſſe loco: *Quis multitudinem arctis locis pugna prohibuere.* Ciacc. Nonius *ingenium* hic naturam interpretatur. *Carrio.*

6 *Similem fore ſe credens*] Plutarchus tradit, Cn. Pompejum ita ſimilem forma fuiſſe Alexandro Magno, ut ſermone fautorum, fuerit Alexander appellatus. *Urſin.*

7 *Æmulus*] Vulgo *æmulatus*, male. Reponendum etiam *quondam* pro *quidem.* Carrio.

8 *Gratiam fecerat*] Sic locutus eſt in

Quod

Quod ubi fruſtra tentatum eſt, ſocordius ire [1] milites occœpere, non [2] aptis armis, uti in principio, & [3] laxiore agmine. *Nonius.*

[4] Atque eum Curio laudatum, accenſumque præmiorum ſpe, quibus cum optaviſſet, ire jubet. *Idem.*

Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo ſanguine ſuorum defenſus, poſtquam ex ſarcinis [5] paludamenta [6] adſtari, & delectæ cohortes intelligi cœpere. *Idem.*

Si nihil ante adventum ſuum inter plebem & patres conveniſſet, coram ſe daturum operam. *Priſcianus* lib. XIV.

[7] Fine inguinum ingrediuntur mare. *Aruſianus.*

XV. [8] M. Antonius perdundæ pecuniæ genitus, vacuuſque curis, niſi inſtantibus. *Idem.*

Bell. Catil. & in Bello Jugurth. cum dixit: *Delicti gratiam fecit.* Urſin. Apud Meſſum legendum, *illius criminis*, non, *illi*. Carr.

1 *Milites*] Vulgo, *ire miles obrepere.* Hinc legendum conjecit Junius, ut in Textu. Quam conjecturam ut certam ſecutus eſt Carrio.

2 *Aptis armis*] Pro connexis & colligatis accipio cum Nonio; vel quod potius placet, aptatis, expeditis, atque ita compoſitis, ut ubi uſus veniat, ad manum, atque in promtu eſſe poſſint: interpretatione a Catullo petita, cujus eſt ille verſus notiſſimus: *Aptis ſarcinulis, & expeditis.* Douza.

3 *Laxiore agmine*] Hoc præter morem diſciplinæ militaris, Romanæ præſertim: & melior tutiorque ordo ille, quem Metellus in agmine, ad Vacccenſes viam affectans, bello Jugurthino milites ſuos ſervare jubet, ubi legitur: *Sic animis eorum arrectis, equites in primo latere, pedites quam artiſſime ire, & ſigna occultare jubet.* Idem.

4 *Atque eum, &c.*] V. C. habet, *Cupio*, ut fortaſſe, *Scipio* legendum ſit, vel, *Capio*. Videndus Livius lib. XXVII. de Maſſiva a Scipione dimiſſo. *Urſin.* Ciacconius, qui multa Salluſtio loca feliciter reſtituit, infelici ſane conatu emendat: *Atque eum Scipio*; & refert ad laudationem illam Scipionis apud Livium Maſaniſſæ. Quo quid ad hunc locum excogitari poſſit abſurdius, non video. Ego vulgatam lectionem probo. Curio is ille ipſe eſt, qui Dardanos vicit, multis magniſque honoribus cumulatus: ejus meminit Epitome Livii. *Coler.* Pro *eum* in aliis eſt *cum*, pro, *accenſumque premiorum ſpe*, eſt, *accenſum quæ premiorum ſpes*. Pro, *jubet* & *Curio* vel *Capio*, denique in 2 vett. eſt *juvet* & *Cupio*, peſſime. *Carr.*

5 *Paludamenta adſtari*] Senſum idoneum elicere nondum potui, videbatur tamen legendum: *paludamenta aptari.* Putſch. Paludamentum, teſte Nonio, eſt veſtis, nunc chlamys. *Carrio.*

6 *Adſtari*] Vet. Cod. *obſtari.* Docti legunt *hiſtati.* Carrio.

7 *Fine inguinum*] Apul. de Aſin. lib. II. *Aſini inguinum ſane licinia remota*; ſive, ut in aliis eſt, *inguinum ſine.* Sed legendum ex hoc loco, *inguinum fine.* Cato de re Ruſtica cap. XXVIII. *Poſtea operito terra radicibus fini.* Vide an legendum ſit, *radicum fini.* Ut cap. CXIII. *Amphoras nolito implere nimium, anſarum infimarum fine.* Et Oppius de bello Africo, *Multiplici fine.* Ciacc. Quod mihi, ab aliis (ut videtur) haud ſatis intellectum, *inguinum tenus*, interpretari placet. *Douza.*

8 *M. Antonius*] Idem Aruſianus: *Ge-*

Muros

Muros ſucceſſerant. *Idem.*

Saxaque ingentia, [1] & axe vinctæ trabes per pronum incitabantur, axibuſque eminebant in modum [2] ericii militaris veruta binum pedum. *Nonius. Servius.*

Octavium mitem, & captum pedibus. *Aruſianus.*

[3] Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio, ſuper

nitus illi rei facundia. Hic autem eſt ille Antonius diſſolutiſſimus, qui gratia Cottæ Conſulis & Cethegi, curationem nactus totius oræ maritimæ, Siciliam & provincias omnes depopulatus eſt; & ad poſtremum inferens Cretæ bellum, morbo periit. Aſconius Pædianus IV. Verr. Cicero. *Carrio.*

1 *Et axe vincta*] Turnebus legit, *Et axe vincti orbes.*

2 *Ericii*] Servius lib. IX. Æneid. *In Armorum*, inquit, *generibus milites ſumunt ab animalibus nomina.* Salluſtius: *in modum hirci militaris.* Ericium autem bellicam eſſe machinam, præter cæteros, ſatis oſtendit Cæſar lib. III. de bello Civili. *Carrio.* Adi Lipſium de *Re mil.*

3 *Igitur diſcubuere*] Hoc fragmentum cum olim mendoſiſſimum circumferretur, nos ex vv. cc. & auctoritate vetuſtorum numiſmatum, in priſtinum nitorem, quantum fieri potuit, reſtituimus. L. autem hic Fabius Hiſpanienſis, & item L. Tarquitius, Sertorianarum, ut apparet, partium, habentur in argenteis denariis, quos protulimus in libro de familiis Romanorum. *Urſin.* Apud Romanos locus dignior habitus ultimus medii lecti. Dominus vero, tertii lecti primum locum premebat. Sic fiebat, ut dominus in primo loco accubans tertii lecti, & honeſtiſſimus convivarum in ultimo ſecundi lecti loco poſitus, ſeſe contingerent, in fine uterque ſui lectuli locatus, hic in ſummo tertii, ille in imo medii. Et hanc rationem inter alias reddit Plutarchus, cur medii lecti locus ultimus tribueretur convivarum digniſſimo, quia proximus eſſet convivii domino, qui in primo tertii diſcumbebat; verba Salluſtii hoc manifeſte indicant, quæ ita interpungenda ſunt. *Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio, ſupra L. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis. Antonius in ſumme, infra ſcriba Sertorii Verſius. Alter ſcriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium & dominum Perpernam.* Hic habes lectos, medium, ſummum, & imum. Perperna dominus convivii; & Imperator erat. Sertorius dignitate ſuper cæteros & Imperator. Non medius illi locus aſſignatur ut Imperatori, quemadmodum hariolantur, ſed infimus in medio lecto, qui Conſularis atque Imperatorius, atque honoratiſſimo debitus. In medio lecto duo tantum diſcubuere, Sertorius inferior, qui ſupra ſe habebat L. Fabium Hiſpanienſem. Quod ſi tres fuiſſent, Sertorius utique infimus diſcubuiſſet, infra eum etiam, qui medium locum detineret. Quia duo tantum fuere tum in illo lecto, inferior fuit, qui locus ὁ πρωτεῖος. Poſt medium lectum, in quo accumbebat convivarum qui præcipua erat dignitate, ſequebatur ſummus lectus. De eo accipiendus Salluſtius, in verbis ſupra citatis: *Antonius in ſummo, infra ſcriba Sertorii.* Sic duo tantum in illo convivio hunc ſummum lectum obtinuere, Antonius & ſcriba Sertorii Verſius, hic inferior in dextra nempe lecti parte, ille ſuperior in ſiniſtra. Sequitur tertius lectus & unus: alter ſcriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium & Dominum Perpernam. Locus non eſt mancus, ut opinatur Ciacconius, qui dicit non plane referri, qui inter Tarquitium & Perpernam dominum convivii accubuerit. Immo nihil pote planius. Alter ſcriba Sertorii Mæcenas in imo lecto accubuiſſe dicitur,

cum

eum [1] L. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis, in ſummo Antonius, & infra, ſcriba Sertorii Verſius: & alter ſcriba Mæcenas in imo; [2] medius inter Tarquitium, & dominum Perpernam. *Nonius. Servius.*

medius inter Tarquitium & Perpernam. Imus lectus Domini proprius, & in eo primus ſive ſummus locus. Hic eſt, quem in eo convivio obtinuit Perperna. Inter eum & Tarquitium medius accubuit Mæcenas. In illo tertio & imo lecto plerunque infra dominum accumbebat uxor & liberi. Si uxor una non cœnaret, umbris is locus deſtinabatur, & vilioribus perſonis: unde Juven.

Tertia ne vacuo ceſſaret culcita lecto,
Una ſimus ait.

Ex his poſſumus diſtincte colligere, quid ſit infra & ſupra diſcumbere, quid in imo & ſummo. Quæ docti viri diſtinguere neſciunt. In imo diſcumbere, & in medio, & in ſummo dicebatur, qui in ſummo lecto & medio, & imo diſcumbebat. At ſupra & infra, qui ſummus aut imus accumberet, hoc eſt, in primo vel ultimo loco lecti. Miror vero, unde Servius exſculpere potuerit ex his Salluſtii verbis, medium locum apud veteres domino convivii proximum ac deſtinatum fuiſſe. Nihil enim minus quam hoc illa tinniunt. Aliud fuit, quum Stibadio accumbebant, hoc eſt, toro continuo ac ſemirotundo, quod in ſigmatis literæ figuram factum erat, unde & nomen. In his Stibadiis, quum una ſerie continenter diſcumberent, veriſimile non eſt eandem rationem obſervatam circa loci dignitatem atque honorem, ut in tribus lectis ſeorſim ſtratis ac ſeparatis. In ſtibadio itaque is primum locum tenere cenſebatur, qui omnium ſummus erat, & qui ſupra omnes accumbebat, ut contra ultimus, qui infra cæteros. Is in dextro cornu ſtibadii locum habebat. Qui locus reſpondet ultimo loco tertii lecti. Contra ea convivarum digniſſimus in ſiniſtro ſtibadii diſcumbebat, & ſupra omnes erat. Sacerdotes hunc ordinem accumbendi in cœnis aditialibus tenebant, ſive in lectis diſcumberent diviſis, ſive in ſtibadio vel ſigmate. Feſtus: *Itaque in conviviis ſolus Rex ſupra omnes accumbit, ſed Dialis ſupra Martialem & Quirinalem: Martialis ſupra proximum, omnes denique ſupra Pontificem. Pontifex quinto loco accumbebat infra omnes: Rex ſacrorum primo ſupra omnes, quia potentiſſimus ac digniſſimus habebatur.* Hujus ergo locus in ſummi lecti prima parte ad ſiniſtram, vel in ſiniſtro cornu ſtibadii. Sunt qui velint maximum honorem loci fuiſſe in cornu dextro. Ergo & proximus eum locum accumbens digniſſimus. Hoc enim ſequitur. At contra fuit. Quippe proximus ad cornu ſiniſtrum ſecundus a primo habitus, non proximus decumbenti in cornu dextro. Quare ſi proximus accumbenti in cornu ſiniſtro dignior eſt illo, qui proxime tangit accumbentem in cornu dextro, utique & qui in ſiniſtro cornu locum habet, dignior eo cenſendus, qui dextrum premit cornu. Conſequentia hæc neceſſaria. Apud Sidonium Imperator dextro cornu collocatur, quia invitaverat, atque dominus erat convivii. Ita autem Reges & Principes facere ſolebant, ut invitatis locum honoratiorem præberent, ſecus atque hodie. *Salmaſius.* Vide Ciacconium de Triclinio.

1 *L. Fabius Hiſpanienſis*] Lucii Hiſpanienſis in veteribus libris nulla, quod ſciam, mentio: in numiſmatibus plurima. Extat apud C. V. Latinis & Græcis literis, juxta ac doctiſſimum Lævinum Torrentinum, apud quem hujuſmodi cimeliorum infinita copia eſt. Exſtat & apud Abrahamum Ortelium Geographum exactiſſimum, numiſma argenteum cum hac inſcriptione: L. FAB. HISP. Et alioqui L. Fabium Hiſpanienſem, in conjuratis fuiſſe conſtat. *Carrio.*

2 *Medius inter Tarquitium, &c.*] Vide quæ annotavimus ad cap. XLVIII. Catilin. *Ciacc.*

Quarum [1] unam epiſtolam forte cum ſervo nacti prædatores Valeriani [2] ſcorpione in caſtra miſere. *Nonius.*

1 *Unam epiſtolam*] Una hæc fuit ex Epiſtolis nobilium, qui Sertorium ad invadendam Italiam invitaverant. Eas epiſtolas Pompejus variis modis inquiſivit & concremavit. *Coler.* Vulgo, *una epiſtola*, male. In aliis, *ſcorpionem*. Carrio.

2 *Scorpione*] Adi Lipſium. Et Stewichium in notis ad Auctores de R. Mil.

C. CRISPI

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII
HISTORIARUM FRAGMENTA.
[1] LIBER IV.

I, [2] AT Cn. Lentulus patriciæ gentis, collega ejus, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum ſtolidior, an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiſerat, exigunda, promulgavit. *Agellius* libro XVIII. cap. IV.

[3] Omnes, quibus ætas ſenecto corpore, animus militaris erat. *Priſcianus* lib. IX. & X.

[4] Dein lenita jam ira, poſtero die liberalibus verbis [5] permulcti ſunt. *Idem.* lib. IX.

[6] Implicitæ rates miniſteria prohibebant. *Idem ibidem.*

1. *Lib. IV.*] Continet hiſtoriam rerum geſtarum Metelli & Pompeji contra reliquias Sertorii. Luculli contra Mithridatem & Tigranem, M. Craſſi debellantis Spartacum. L. Gel. Poplicola Cn. Corn. Lentulo Coſſ. U. C. 681. Et C. Lentulo Et Cn. Aufid. Oreſte Coſſ. 682. *A. Popma.*

2 *At Cn.*] Ex Agellio lib. XVIII. cap. IV. de ſtolidi & vani differentia differente. Et certe M. quoque Tullius Cicero in oratione, quam pro Quinctio habuit, eodem modo *vanitatem* accepit cum eam *veritati* opponeret. Clodianum autem Latinæ gentis eſſe, patet ex Varrone, *Quintilianum* Clodianum, Epiſtola ad Fufium nominante. *Carrio.* Clodianus collega fuit in conſulatu P. Licinii Craſſi. Eſt, ut arbitror, hic ille Lentulus, de quo Cicero in Bruto ſic ſcribit; *Cn. autem Lentulus multo majorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo facultas erat.*

3 *Omnes, quibus ſenecto*] Ita enim ſcribendum, inducto τῷ *ætas*, id quod recentiores quidam de ſuo infarſere. [Carrionem intelligit qui hanc vocem ex vetuſtiſſimo Coloienſi protulit] Sic in Catilina: *Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat.* Douza.

4 *Dein lenita*] Lubens duas has Salluſtianæ navis ex tanto naufragio ſuperſtites tabulas compegero: ſiquidem per eas liceat quibus ea res in manu: *Diffidere inter ſe cœpere, neque in medium conſultare, dein lenita jam ira poſtero die liberalibus verbis permulcti ſunt.* Putſch. Liberalia verba ſunt, quæ Plauto *dicta dapſila* dicuntur. Videtur autem de Sertoriano exercitu eſſe ſermo, quem ob cædem Imperatoris ſui merito concitatum Perperna poſtero die coactus fuit magno ambitu, partim minis certis, hoc eſt, pretio, partim largiloquis dictis onuſtos tranquillare. *Douza.*

5 *Permulcti*] Omnes libri vett. ex lib. IV. non ut vulgati ex lib. III. adducunt. Et *liberalibus* pro *libralibus* ſcribunt. *Carr.*

6 *Implicitæ rates*] Malim cum Priſciano, *Implicatæ*, quam cum noſtris, *Impli-*

Digitized by Google

Igitur legiones pridie in monte poſitas [1] arceſſivit. *Idem* lib. x.

[2] Anxius animi, atque incertus. *Aruſianus.*

[3] Magnam exorſus orationem. *Idem.*

Impotens, & nimius animi eſt. *Idem.*

Amiſumque aſſideri ſine prœliis audiebat. *Priſcianus* lib. VIII.

Qui quidem mos, uti tabes, in urbem conjectus. *Feſtus.*

[4] Caſtella cuſtodias theſaurorum in deditionem acciperentur. *Servius. Cariſius* lib. I.

[5] Reliqua cadavera ſalita. *Diomedes* lib. I. cap. IV.

cita. Quid ſi *Magiſteria* legamus; quippe hoc navali regimini aptius, accommodatiuſque, qua ad rem, qua ad proprietatem verbi: videturque Fragmento huic non abſurde conjungi poſſe illud inter incerta rejectum: *Impediebant juſſa nautarum;* addita copula hoc modo: *Implicata rates magiſteria prohibebant, impediebantque juſſa nautarum;* ad quod Servius: *Celeuſma, eſt quaſi præceptum, unde Salluſtius, &c.* Douza. At exemplaria tria vetuſta Priſciani habent, *implicita*, niſi quod hoc in Gemblacenſi deletum. Et aliud ut in pleriſque Bibliothecæ illius libris ſolet, alia manu ſubſtitutum eſt. *Carrio.*

1 *Arceſſivit*] In Martinenſi exemplari eſt, *laceſſivit.*

2 *Anxius animi*] Sic Tacitus lib. V. & XIX. *incertus animi* dixit. *Urſin.*

3 *Magnam exorſus*] Et huc fortaſſe pertinuerit illud, *In hunc modum diſſeruit:* unum ex duobus Fragmentum ut fiat. Videtur autem de Mithridate loqui, quem Appian. narrat, poſtquam in Paphlagoniam veniſſet, claſſium prius decurſione facta, concionem ad milites habuiſſe magniloquam, tum de ſuis majoribus, tum de ſeipſo, quod exigua regni pomœria in immenſum auxiſſet, nec unquam præſens victus eſſet a Romanis, &c. *Douza.*

4 *Caſtella cuſtodias*] Ex Servio XI. Æneidos, Chariſio lib. I. Inſt. Gram. *cuſtodias*, pro, *cuſtodia.* Ita etiam Aſper intelligit, licet alii accuſativum eſſe velint. Verba autem Chariſii aliter vulgo, aliter in membranis, quarum uſus, ut reliquarum Colonienſium omnium, mihi, dum in Ubiis eſſem, vir eruditione ſingulari & eximia humanitate ornatus Melchior Hittorpius libenter expenſum ferebat, hunc in modum perſcribi video: *Paterfamilias & materfamilias, antiqui magis uſurpaverunt; propterea quod nominativo ſingulari, s literam adjiciebant, ut facerent genitivum: hæc familia, hujus familias: hæc Maja, hujus Majas: quam declinationem & Salluſtius in tertio ſecutus ait: Caſtella cuſtodias theſaurum, in deditionem acciperentur; ſed emendatius, cuſtodia, Maja, & familia dicitur.* Carrio.

5 *Reliqua cadavera*] Diomed. lib. I. cap. IV. *Veteres*, inquit, *ambiguitatis cauſa* ſalitus *dixerunt a* ſalo, *non* ſalio. Neſcio autem an hæc ad III. hiſtoriarum pertineant librum, & eodem cum illo referenda ſint fragmento, quod a me undecimo poſitum eſt loco; an vero decimum illud libri tertii fragmentum in hunc potius librum conjiciendum ſit: infinita enim ſunt in Diomede menda: eaque emendatorum audacia mirum ac pœne incredibile dictu quantum excreverint; ita ut primam ejus editionem omnium, quæ hactenus ſunt viſæ, integerrimam, aut certe minime corruptam præſtare auſim. *Idem.*

Epiſto-

Epiſtola Regis Mithridatis ſcripta ad Regem Arſacem.

II. REX MITHRIDATES REGI ARSACI S. [1] Omnes, qui ſecundis rebus ſuis ad belli ſocietatem orantur, conſiderare debent, liceatne tum pacem agere. Dein quod quæritur, ſatis ne pium, tutum, glorioſum, an indecorum ſit. [2] Tibi perpetua pace frui liceret, [3] niſi hoſtes opportuni, & ſceleſtiſſumi. Egregia fama, ſi Romanos oppreſſeris, futura eſt. [4] Neque petere audeam ſocietatem: & fruſtra mala mea cum tuis bonis miſceri ſperem. [5] Atqui ea, quæ te morari poſſe videntur, ira in Tigranem

1 *Omnes qui ſecundis rebus*] Hæc epiſtola Mithridatis regis Ponti, ad Arſacem regem Perſarum eſt. Nam ut Servius atteſtatur, omnes reges Perſarum *Arſaces* dicebantur. *Eam autem dediſſe videtur, quando ad Tigranem regem Armeniæ fugere cogebatur: diſſimulat tamen adhuc timorem & egeſtatem, ut facilius Arſacem ad ſocietatem belli contra Romanos ineundam pelliciat. Cujus gratia etiam (ut in tali re fieri ſolet) oſtendit Romanos communes omnium regum hoſtes. Quod etiam Jugurtha Boccho ſcripſerat.* Bad.

2 *Tibi perpetua pace frui liceret*] Emenda ex Vaticano & aliis. *T. ſi p. p. f. licet n. h. o. & ſceleſtiſſimi, & egregia f. eſt: &c.* Fruſtra, inquit, a me ad ſocietatem belli petereris, ſi ea eſſet rerum tuarum conditio, ut tibi perpetua pace liceret frui, niſi in ipſis regni tui faucibus hoſtes eſſent opportuni & ſceleratiſſimi; niſi denique egregia fama, Romanis oppreſſis, te eſſet ſecutura. *Carrio.* Non cohæret oratio: & vereor hercule, ne coagmentum aliquod deſideretur. Quid ſi ita legamus; *Aliter neque petere audeam ſocietatem.* Uti in Oratione ad Cæſarem: *Aliter neque privata res, neque publica, &c.* aut ultima certe primis inſerendo, ordo totius dictionis mutandus: donec tandem commoda aliqua ſententia exiſtat, cujuſmodi haud alienam ſane hac conſtructione electurus videor: *Tibi perpetua pace frui liceret; neque petere audeam ſocietatem, & fruſtra mala mea cum tuis bonis miſceri ſperem; niſi hoſtes opportuni, & ſceleſtiſſimi:* opportuni, cui rei? injuriæ forte patiundæ ne, an faciundæ? credo iſtuc poſtremum velle dicere. Ceterum *bona* & *mala*, quæ inter ſe hic opponi vides, reperias & apud Plautum illo Aululariæ verſu:

Bonis tuis rebus meas res irrides malas.

Douza.

3 *Niſi hoſtes opportuni*] Verba ſunt ex epiſtola Regis Mithridatis, quæ videtur fere tota tranſlata ex oratione Corcyræorum ad Athenienſes apud Thucydidem libro 1. Ad hunc autem locum facit, quod habetur in Bello Jugurthæ: *Cavere tamen oportet, necubi hoſtis opportunus fieret.* Urſin.

4 *Neque petere*] Si voculam *fruſtra* ex poſteriore periodi membro huc retrahas, optime omnia cohærebunt. *Nollem* fruſtra, & a nullo tuo commodo, per ſocietatem quam a te peto, bello pacem tuam minuere. *Criſp.*

5 *Atqui ea, &c.*] *Atque*, habent alii: unde ego exſculpſi: *Ad quæ, ea quæ te morari, &c.* Hoc eſt, ad jungendam mecum ſocietatem, atque ita conjunctis opibus Romanos opprimendos: ſicque optime ſibi & conſtabit & cohærebit ſententia, tota a ſuperiori oratione dependens, hiulca prorſus & incompoſita, ſi aliter legatur. Atque huic ſimile illud ad Cæſarem: *Ad quæ te illi iidem hortantur, &c.* Douza.

recentis belli, & meæ res parum proſperæ, ſi vera æſtumare voles, maxume hortabuntur.

III. Ille enim obnoxius, qualem tu voles, ſocietatem accipiet: mihi fortuna, multis rebus ereptis, uſum dedit bene ſuadendi: 1 &, quod florentibus optabile eſt, ego non validiſſimus præbeo exemplum, quo rectius tua componas. Namque Romanis, cum nationibus, populis, regibus cunctis, una & ea vetus cauſſa bellandi eſt, cupido profunda imperii, & divitiarum: qua 2 primum cum rege Macedonum Philippo bellum ſumſere. Dum a Carthanienſibus premebantur, amicitiam ſimulantes, ei ſubvenientem Antiochum conceſſione Aſiæ per dolum avertere: 3 ac mox a Philippo Antiochus, omni cis Taurum agro, & 4 decem millibus talentorum ſpoliatus eſt.

IV. Perſen deinde Philippi filium, poſt multa & varia certamina, apud Samothracas Deos acceptum in fidem, callidi, & repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, 5 inſomniis occidere. 6 Eumenem, cujus amicitiam

1 *Et, quod florentibus optabile eſt, &c.*] Sententia vere Mithridatica, prorſus ad illud Poetæ accommodata:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Douza.

2 *Primum*] Nonnulli libri, *primo*. Carr.

2 *Ac mox a Philippo*] Notat Carrio in Vaticano lectum, *mox tracto Philippo*. Scribe: *at mox fracto Philippo Antiochus, &c.* Gronov.

3 *Decem millibus talentorum*] Ex Livio, & Appiano in bell. Syriaco, legendum eſt; *Quindecim millibus talentorum*. Livii verba ſunt hæc ex l. XXXVII. *Aſiaque omni, quæ cis Taurum eſt, decedite: pro impenſis deinde in bellum factis, quindecim millia talentum Euboicorum dabitis: quingenta præſentia, duo millia & quingenta, cum Senatus populuſque Roman. comprobaverint, mille deinde talentum per duodecim annos.* Urſin.

4 *Inſomniis accidere*] Recte correxi, *inſomniis occidere*, voce Salluſtiana, quam apud eundem in Catilinario Criticus noſter reponit: *dies noctiſque feſtinare: vigilare: neque inſomniis, neque labore fatigari.* Et oratione de Rep. *profecto, ſi id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi ſedaverit; quin inſomniis exitus, furibundus, atque alienata mente feraris.* Error ex eo natus, quod veteres, *inſomnis*, ſcriberent, *pro inſomniis*, I. longa videlicet, pro geminata. Certe antiquiſſime vulgati, qualis eſt apud eruditiſſimum Nicolaum Fabrum, *inſomnia*, agnoſcunt. Dicunt Latini *inſomnia* utroque numero; pro eo quod eſt iiſdem vigilia, & Græcis ἀϋπνία. Priore quidem numero Pacuvius Antiopa:

Perdita illuvie atque inſomnia.

Item Cæcilius Plocio:

Conſequitur comes inſomnia: ea vero inſaniam adfert.

Poſteriore vero Terentius Eunucho:

Aut mox noctu te horſum adigent inſomnia.

Sic enim Donatus illa Terent. accepiſſe viſus eſt, etſi non diſſimulet, *adiget inſomnia*, alibi ſcriptum reperiri. Virgil.

Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia Manes.

glorioſe

glorioſe oſtentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem; [1] poſt Attalum cuſtodem agri captivi ſumtibus & contumeliis ex rege miſerrumum ſervorum effecere: [2] ſimulatoque impio teſtamento, filium ejus [3] Ariſtonicum, quia patrium regnum petiverat, hoſtium more per triumphum duxere: Aſia ab ipſis obſeſſa eſt: poſtremo [4] totam Bithyniam, Nicomede mortuo, diripuere, [5] cum filius Nuſæ, quam reginam appellaverant, genitus haud dubie eſſet.

Quanquam ibi, *ſomnia* ſignificari volunt Grammatici, addita ſcilicet præpoſitione: ut Græci dicunt *ἐνύπνια*. Sed idem Virgilius, *inſomniis*, etiam plurali pro vigiliis poſuit:

Quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent?

Quamvis & hic ſomnia intelligi poſſunt, quibus terreri potuerit. Ita Carinum emenda. Falluntur autem, qui, *inſomnium*, pro eodem extuliſſe antiquos crediderunt: cujus exempla nulla ſunt, itaque apud Suetonium Caligula ſcribe ex vetere libro, *Incitabatur inſomniis maxime: neque enim plusquam tribus nocturnis horis quieſcebat*, non, *inſomnio*; ut vulgo. Quod vero propius ad rem attinet, Perſen Philippi F. inter ceteras de morte illius opiniones, *ἀϋπνίᾳ* extinctum eſſe; ſcriptoribus pleriſque placuiſſe a Plutarcho relatum eſt. *Carr.*

6 *Eumenem*] Male in Glareani aliorumque editionibus; *En cujus*: in vett. impreſſis propius a veritate; *Eum en en*. Pro, *Eumenem cujus*: male etiam in noſtra; *Eumeniem*: operarum vitio. *Id.*

1 *Attalum cuſtodem*] In exemplari quo uſus eſt Carrio legitur, *mercede poſthabita cuſtodi*. Et ſic edidit in ſua Ed. quæ prodiit Antwerp. 1579. ex officina Plantin. Vatic. *pacis mercedem poſthabituum*. Pulcherrime Fabri & Briconeti, inquit, ille. Nempe ut in Textu.

2 *Simulatoque impio teſtamento*] Omnino ad Attalum pertinent: De cujus teſtamento, ut omittamus multos ſcriptorum veterum locos, proferemus unum tantum Porphyrionis manuſcripti, apud quem ita habetur in Horatii verſu ex Ode XVIII. lib. II.

——— *Neque Attali*
Ignotus heres regiam occupavi.

Attalus Rex Aſiæ, Pergami regnavit, cujus hereditatem Pop. Rom. accepit. Dicendo autem, *ignotus heres occupavi*, ſuſpicionem dat, qua eximemus, falſo teſtamento Romanos hanc ſibi hereditatem vindicaſſe, &c. *Urſin.*

3 *Ariſtonicum*] Variant inter ſe veteres Hiſtorici non parum. Nam Liv. epitoma lib. LVIII. Eumenis Regis filium dicit, & item Juſtinus lib. XXXVI. qui non juſto matrimonio, ſed ex pellice genitum ſcribit. At Florus, *regii ſanguinis ferocem juvenem* appellat; Pomponius vero Lætus auctor recens, Eumenis nepotem tradit. Quod placet, ſi veteris hiſtorici auctoritate nititur. Rurſus Eumenem alii dicunt Attali patrem, alii patruum, ut in tanta Hiſtoricorum varietate, fortaſſe locus ſit aliquid ſuſpicandi de mendo vulgatæ lectionis. *Idem.*

4 *Totam*] Hæc vox a libris Vett. abeſt. *Carrio.*

5 *Cum filius Nuſæ, &c.*] Scriptura præ aliis inſignite prava, & quæ Salluſtio non modo fraudi fuit, ſed etiam viros maximos in errores graviſſimos induxit: quorum alii partim, an hæc Salluſtii eſſent, dubitarunt, nonnulli Nuſam, ſive Nyſam Nicomedis Regis Bithyniæ filium eſſe crediderunt; alii etiam eadem occaſione locum Suetonii, ea de re, qui recte habet, corrigere tentarunt. Vetus editio; *cum filius Nuſa, quam regiam appellaverat, genitus haud dubie eſſet*. Minimum a veritate. Fabri & Briconeti; *quem Regem ſuum appellaverant*. In qua ſcriptu-

V. Nam

V. Nam quid ego me appellem? quem disjunctum undique regnis, & tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat divitem, neque ſerviturum eſſe, per Nicomedem bello laceſſiverunt, ſceleris eorum haud ignarum, & ea, quæ accidere, teſtatum antea, 1 Cretenſes ſolos omnium liberos ea tempeſtate, & regem Ptolemæum. Atque ego ultus injurias, Nicomedem Bithynia expuli; Aſiamque ſpolium regis Antiochi recepi, & Græciæ demſi grave ſervitium. Incœpta mea poſtremus ſervorum Archelaus, exercitu prodito, impedivit: illique, quos ignavia aut prava calliditas, uti meis laboribus tuti *eſſent*, armis abſtinuit, acerbiſſumas pœnas ſolvunt. Ptolemæus precio 2 diem belli prolatat. Cretenſes impugnati ſemel jam, neque finem niſi excidio habituri. 3 Equidem cum mihi ob ipſorum interna mala dilata prœlia magis, quam

ra illud, *appellaverant*, rectum videlicet. Vaticanus; *Nyſa, quam Reginam.* Hinc lege, quod & humaniſſimo doctiſſimoque Puteano placuit; *cum filius Nuſa, quam Reginam appellaverant, genitus haud dubie eſſet.* Vult enim Mithridates, Nyſæ Nicomedis filiæ, quam Romani reginam appellaverant, priuſquam Bithyniam diriperent, filium regni heredem natum fuiſſe. Non tantum veriſimiliter, ſed omnino vere. *Nyſam* enim muliebre nomen eſſe e Plutarcho conſtat; qui in vita Luculli magni illius Mithridatis ſororem ita appellatam ſcribit. Ac ſane, niſi Suetonius *Nyſam* Nicomedis filiam diceret, parum abeſſet, quin illam Plutarchi eandem cum hac eſſe, & neſcio cui Nicomedis filio, ex quo etiam filium ſuſtulerit, nuptam fuiſſe exiſtimarem. Sueton. Julio: *(Cicero) quondam in Senatu (Cæſari) defendenti Nyſæ cauſam filiæ Nicomedis beneficiaque regis in ſe commemoranti; Remove, inquit, iſthæc oro: quando notum eſt & quid ille tibi, & quid illi tu dederis.* Niſi forte verba illa, *Nyſæ filiæ*, quæ varie leguntur, delenda ſunt, aut ita interpretanda, uti quod jam dixi, non filia fuerit ſed nurus. Verba autem Cæſaris in ea oratione hæc fuerunt: *Vel pro hoſpitio regis Nicomedis, vel pro horum neceſſitate, quorum res agitur, refugere hoc munus, Memmi, non potui. Nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur: neque clientes, ſine ſumma infamia, deſeri poſſunt, quibus etiam a propinquis noſtris opem ferre inſtituimus.* Male autem operæ, *Muſa*, pro *Nuſa*, expreſſerunt. *Carrio.* Ex Plutarcho erudite Carrio repoſuit, *Nuſa.* Quod & Turnebus agnoſcit lib. XIV. cap. XIV. Ego locum ſic recte ſcribi & diſtingui arbitror: *Cum filius quem regem appellaverat, Nuſa genitus haud dubie eſſet.* Rex Nicomedes filium ex Nuſa conjuge conceptum Regem appellaverat, regnique heredem inſtituerat. Plinius tamen Nicomedis uxorem a cane interfectam Conſingen appellat lib. VIII. *Coler.*

1 *Cretenſes*] *Soli omnium liberi* e. t. ex rex Ptolemæus. In edito libro quo uſus Carrio. Pro qua lectione, hanc ex vetuſtiſſimis ſubſtituit quam hæc editio præ ſe fert.

2 *Diem belli*] Et hic vulnus plane Chironeum. Fabri & Briconeti; *dies bellum prolatans*, ut & vetus editio. Vatic. *in dies bellum prolatans*, pulcherrime. Scribe. P. p. in dies b. prolatans. *Carrio.*

3 *Equidem, &c.*] *Interna mala*, hoc

pacem

Digitized by Google

pacem datam intelligerem; [1] abnuente Tigrane, qui mea dicta ſero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rurſus tamen bellum cœpi: [2] Marcumque Cottam Romanum ducem apud Chalcedona terra fudi: mari exſui claſſe pulcerruma.

VI. Apud Cyzicum magno cum exercitu, [3] in obſidione moranti frumentum defuit, [4] nullo circumadnitente: ſimul hiems mari prohibebat. Ita ſine vi hoſtium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud [5] Param, & Heracleam, militum optumos cum claſſibus amiſi. Reſtituto deinde [6] apud Cabira exercitu, & variis [7] inter me atque Lucullum prœliis, inopia rurſus ambos inceſſit. Illi ſuberat regnum Ariobarzanis bello intactum: ego vaſtatis circum omnibus locis, in Armeniam conceſſi: ſecutique Romani non me, ſed morem ſuum omnia regna ſubvertendi, quia multitudinem artis locis pugna prohibuere, imprudentiam Tigranis pro victoria oſtentant.

VII. Nunc quæſo conſidera, nobis oppreſſis, utrum

hoc eſt, domeſticas ſeditiones, & bella civilia per Cinnam denuo, ac Marium reducem in media Urbe excitata, quæ res cum primis vorſoriam Sullæ in Italiam capiundi, conditioneſque ab Archelao conceptas ac propoſitas, a Mithridate mox confirmatas accipiundi cauſſa fuit. *Douza.*

4 *Abnuente Tigrane*] Suadebat bellum ſuſcipiendum Mithridates: negabat Tigranes: eoque diſſuadente, Mithridates arma ſumſit, atque hoc eſt quod dicit: *abnuente Tigrane bellum cœpi.* Sic enim legendum eſſe, non, *cœpit:* præter certam verborum ſententiam, res ipſa clamat. *Carr.*

2 *Marcumque Cottam, &c.*] Non dubito eum eſſe, cujus oratio inſcribitur Caji Cottæ. Nam M. Aurelius Cotta, conſul a Mithridate victus eſt apud Chalcedoniam, ſeu, ut hic dicitur, *Chalcedona.* Sed L. Lucullus proconſul ad Cyzicum urbem, exercitum Mithridatis fame ferroque delevit, & in Pontum coegit e Bithynia confugere. *Bad.*

3 *In obſidione moranti*] Fabri & Briconeti, *in obſidio moranti.* Et ſane *obſidium* veteres etiam dixiſſe conſtat. C. Lælius ad populum pro ſe: *uti terra marique ſimul, nobis obſidium facerent.* Et Salluſtius lib. I. Hiſtoriarum, *magnis opibus profectus, obſidium per L. Catilinam legatum.* Vide Nonium. *Carrio.*

4 *Nullo circumadnitente*] Hoc eſt, nemine ſociorum juvante me aut frumento, aut commeatibus. *Douza.*

5 *Param, & Heracleam*] Emendo Servium ad III. Æneidos. *Alii Heracleam appellatam volunt, quia Heraclides Lacedæmoniorum reges.* Putſch. Vet. ed. *Parvum.* Vatic. *Patrum.* Carrio.

6 *Apud Cabira*] Ibi fuit Mithridatis ſedes. Strabo: ἐν δὲ τοῖς Καβείροις τὰ βασίλεια Μιθριδάτε κατεσκεύαστο. Coler. Vetus ed. *Caberum,* pro qua faciunt MSS. *Idem.*

7 *Inter me, atque Lucullum prœliis,*] Hæc ex IV. Hiſt. Cariſius lib. I. recitat. In quo, *Prope*, pro, *Prœliis*; mendoſe legitur in vulgatis libris. *Manut.*

firmiorem te ad reſiſtendum, an finem belli futurum putes? [1] ſcio equidem tibi magnas opes, virorum, armorum, & auri eſſe: &, ea re a nobis ad ſocietatem, ab illis ad prædam peteris. [2] Ceterum conſilium eſt Tigranis, regno integro, meis militibus belli prudentibus, procul ab domo, parvo labore, per noſtra corpora bellum conficere: [3] quando neque vincere, neque vinci ſine tuo periculo poſſumus. An ignoras Romanos, poſtquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convertiſſe? neque quicquam a principio [4] niſi raptum habere, domum, [5] conjuges, agros, imperium? convenas, olim ſine patria, ſine parentibus, [6] peſte conditos orbis terrarum: quibus non humana ulla neque divina obſtant, quin ſocios, amicos, procul [7] juxta ſitos, inopes potentiſque [8] trahant, [9] excidantque; omniaque [10] non ſerva & maxume regna hoſtilia ducant.

1 *Scio equidem*] Hæc Carrio [illegible] lib. I. recitat. At quod illic eſt, *petieris*, melius hic, *peteris*, quod vero hic, *meis militibus* abſolute, hoc illic rectius, [nempe ut in hac editione.] *Carrio.*

2 *Ceterum conſilium eſt*] Chariſius lib. I. *ceterum quomodo poſitum eſt? pro alioquin conſilium eſt, an reliquum conſilium eſt? ceterum* non erat opus viros doctos concorditer hic ex neſcio quibus libris inſerere, repugnante ſententia. *Putſch.*

3 *Quando*] Vetus ed. & Fabri & Briconeti, *quomodo neque.* *Carrio.*

4 *Niſi raptum habere*] Id eſt, armis quæſitum, aut per injuriam. Id quod Lepido Philippus objecerat ſupra. Et fortaſſe hic ablativus ille reponendus, ut fiat *Niſi armis partum habere.* Et certe hoc altero illo multo numeroſius. *Douza.*

5 *Conjuges*] Verbum, *conjuges*, non alio, quam ad raptum Sabinarum refertur. Galgalus etiam apud Tacitum in vita Agricolæ, Raptores orbis appellat Romanos. *Urſin.*

6 *Peſte conditos orbis terrarum*] Quid ſi legamus, *Peſti?* Hoc eſt, exitio ſive in peſtem atque perniciem orbis terræ procreatos a Romanis videlicet in ſervitutem redacti. *Douza.*

7 *Juxta ſitos*] In pleriſque edd. *procul juxtaque.* Sed [illegible] *que* ut minus Salluſtianum auctoribus Carrionis libris omnibus delevi.

8 *Trahant, excidantque*] Hæc verba ex eadem quoque epiſtola, ita in VV. CC. leguntur: *Trahant, excidant, omniaque non ſerva, & maxime regna hoſtilia ducant.* Quæ lectio non diſplicet: nam paulo ſupra dixit: *Me* [illegible] *diuturna* [illegible] *ſervitutum eſſe* [illegible] *modo bello laceſſiverunt.* [illegible] legebat: *Regnum Perſidis* [illegible] *viris, non ſequitur.* Item in VV. CC. eſt: *Quod haud difficile eſt*, pro eo quod vulgo legitur, *quod difficile* [illegible] *eſt.* *Urſin.*

9 *Excidantque*] Vatican. *exſcindantque.* Fabri libro abeſt copula. *Carrio.*

10 *Non ſerva & maxume regna*] Quid illud, quod in libris omnibus legitur? *Omniaque non ſerva & maxime regna hoſtilia ducant*: niſi forte, *non ſerva*, pro iis quæ libera ſunt, nulliuſque imperia parent, acceperis. *Carrio.*

VIII. Nam-

Digitized by Google

VIII. Neque pauci libertatem, pars magna juſtos dominos volunt: nos ſuſpecti ſumus æmuli, & in tempore vindices affuturi. Tu vero, cui Seleucia maxuma urbium, regnumque Perſidis [1] inclutis divitiis eſt, quid ab illis, niſi dolum in præſens, & poſtea bellum exſpectas? Romani in [2] omnis arma habent, acerruma in eos, quibus victis ſpolia maxuma ſunt; audendo & fallendo, & bella ex bellis [3] ſerendo, magni facti. Per hunc morem [4] exſtinguent omnia, aut occident: [5] quod difficile non eſt, [6] ſi tu Meſopotamia, nos Armenia circumgredimur [7] exercitum ſine frumento, ſine auxilus: fortuna autem noſtris vitiis adhuc incolumis. Teque illa fama ſequetur, auxilio profectum magnis regibus, latrones gentium oppreſſiſſe. Quod uti facias moneo, hortorque, [8] neu ma-

1 *Inclutis divitiis eſt*] Fœrnus *inclutam divitiis eſt* legebat. *Ciacc.* Vereor ne *incluta* ſcripſerit Criſpus. Hoc enim ſemper fere cum auferendi caſu copulatum reperio: niſi quis fortaſſe *inclutum* legi malit. Quod nec mihi quidem diſpliceret, niſi hoc a veſtigiis receptæ ſcripturæ longius aliquanto recedere videretur, *Douza.*

2 *In omnis*] Omnes libri [nempe, Vatic. Fabri & Bric.] *arma in omnes.* Carrio.

3 *Serendo*] Pleræque editt. *ferendo.* Inepte. *Carrio.*

4 *Exſtinguent omnia, aut occident, &c.*] Id eſt, Romani hac via graſſando aut perſum dabunt omnia, aut ibunt ipſi. *Douza.*

5 *Quod difficile non eſt*] MSS. *Quod haud difficile eſt.* Ciacc. *Difficile haud eſt* Vatic. Fabri & Bricon. *aut difficile eſt.* Carr.

6 *Si tu Meſopotamia*] Hic locus in vett. libris emendate legitur, ad hunc modum: *Si tu Meſopotamia, nos Armenia circumgredimur exercitum ſine frumento, ſine auxiliis; fortuna aut noſtris vitiis adhuc incolumem.* *Noſtris vitiis* autem dixit, pro, noſtra culpa & ſegnitia aut diſcordia. *Ciacc.*

7 *Circumgredimur: exercitus*] Locus quà ſcriptura, quà ab interpunctione valde mendoſus: ſcribe, *circumgredimur exercitum ſine frumento, ſine auxiliis, fortuna aut noſtris vitiis incolumem.* Sic vetuſtiſſima editio, Vaticanus, aliique. *Carrio.*

8 *Neu malis pernicie*] Præclare & illi libri hoc loco habent: *Neu malis pernicie noſtra tuam prolatare*, quaſi nil aliud ſit, Mithridatem non juvare, quam tantiſper, dum Mithridates vincitur, Arſacem ſuam perniciem prolatare, quæ tamen, Mithridate victo, in illum ſit caſura. *Ciacc.* Alii, *noſtra tuum imperium.* Vaticanus, *pernicie noſtra tua prolatare.* Optime vetus editio, ut & Fabri & Briconeti: *non malis pernicie noſtra tuam prolatare, quam ſocietate victor fieri.* Carrio. Placet ſcriptura, quam alii, partim ex membranaceis libris, partim ex veteri editione eruerunt: *Neu malis pernicie noſtra tuam prolatare, &c.* Eodem ſignificatu, quo paullo ſuperius ſcripſerat: *Ptolomaus pretio diem belli prolatans.* Hoc vult Mithridates, Tigrane ſecum a Romanis oppreſſo, Arſacem finem belli (id quod cum argumentis, tum exemplis aliorum Regum oſtenderat antea) haud quaquam futurum, ſed ulterius gradum, impetumque adeo in regnum ipſius facturos. Quod eos jam pridem totis animis invaſiſſe dicit, cupidine profunda imperii, ac divitiarum. Quod ut animadvertat, monet; neu fallacibus ipſorum dictis fidem habeat: quibus hoc unum ſtudent, ut belli moram ab Arſace redimant modo; fidem haud longius ſer-

lis pernicie noſtra [1] unum imperium prolatare, quam ſocietate victor fieri.

IX. Curio [2] Vulcanaliorum die ibidem moratus. *Nonius de mutata declinatione*. *Cariſius* lib. I.

Scalas pares mœnium altitudine. *Aruſianus*.

Diſſidere inter ſe cœpere, neque in medium conſultare. *Idem*.

Multiſque ſuſpicionibus volentia [3] plebi facturus videbatur. *Nonius*, *Volentia*, *quæ plebs vellet*.

Suſpectuſque fuit, incertum vero [4] an per neglegentiam, ſocietatem prædarum cum latronibus compoſuiſſe. *Idem*. *Componere*, *conjungere*.

Collegam minorem, & ſui cultorem exſpectans. *Aruſian*.

Quam maxumis itineribus per regnum [5] Ariobarzanis contendit, ad flumen Euphratem; qua in parte Cappadocia ab Armenia disjungitur. Et quamquam ad id [6] naves codicariæ occulto per hiemem fabricatæ aderant. *Nonius*.

vaturi, quam dum utramque, hoc eſt, & Mithridatem & Tigranem afflixerint. Quare patrata, præſens ipſi exitium a Romanis paratum eſſe: ac duobus magnis regibus victimarum in morem mactatis, tertium Arſacem quaſi ſuccidaneum datum iri. *Douza*.

1 *Unum*] Alii *tuum*. Vatic. *tua prolatare*. Optime vetus ed. uti & Fab. & Bricon. *noſtra tuam prolatare &c.* (ut in hac edit.) *Carrio*.

2 *Vulcanalia*] Vid. Hoſpinianum & Bochart. de Colon. I. cap. XII. Cariſii locum ſic emenda, & ſupple. *Genitivus quoque pluralis, cum ratione vectigalium facit: Auctores tamen vectigaliorum, dixerunt: ut Aſinius; vectigaliorum, reipub. curam eſſe habendam: & Horat. Anciliorum & nominis & togæ ut Bacchanaliorum, Salluſtius & Vulcanaliorum; & alii, Saturnaliorum & Sigillariorum.* Carrio.

3 *Plebi*] In aliis, *levi*. Non recte. Tacit. III. *Muciano volentia ſcripſere*. Et alibi. Quanquam utroque loco *volentia*, legi poſſit. Vid. Antiq. noſtras Lect. III, 20. Sic Criticus noſter illud in Jugurth. *Volenti animo de ambobus acceperant* legi voluit. *Carr.*

4 *An per*] Vulgo, *ac per*. Item *prædare* & *compoſuiſſet*. Id.

5 *Ariobarzanis contendit*] *Ariobarzani* tam hic, quam in epiſtola Mithridatica; proinde, ut vulgo legitur, cenſeo reponendum, quicquid dicant alii, antiquo caſu. Sic & *Regnum Perſi Macedonicum* idem dixerat ſupra, pro *Perſis*. Sed & Cicero, *Filium Verri*, pro *Verris*, & Virgilius, *Immitis Achilli*, pro *Achillis*. Qua de re Probum vide in Catholicis. *Douza*.

6 *Naves codicariæ*] Feſtus in epitoma: *Caudicaria*, inquit, *naves ex tabulis craſſioribus factæ*. At in veteri inſcriptione, CODICARI NAVICULARI INFERNATES. Item CODICARII NAVICULARII ET QUINQ. CORP. NAVIGANTIS. Videndus Seneca in Comment. de vitæ brev. ubi de Claudio Caudice, & Varro de vita pop. Rom. lib. III. apud Non. qui citat locum Salluſtii; nam habet: *Quod*

Qui-

Qui [1] prætergrediebantur [2] equites cataphracti, ferrea omni ſpecie. *Idem*. *Confer Fr. lib.* VI. *cap.* XIII. *a*. Equis paria operimenta erant *&c*.

XI. Cum interim, lumine etiam tum incerto, duæ Galliæ mulieres conventum vitantes ad [3] menſtrua ſolvenda montem aſcendunt. *Idem*.

Pluteoſque reſcindit, ac munitiones demolitur; locoque ſummo potitur, *Idem*.

Exercitum dimiſit, ut primum Alpes degreſſus eſt. *Aruſianus*. *Degredior illum locum*. Ita corrige.

antiqui plureis tabulas conjunctas codices dicebant, a quo in Tiberi naves codicarias appellamus. Urſin.

1 *Prætergrediebantur*] Ita Vett. edd. & MSS. recentiores, *prægrediebantur*. Puto autem illud quod Servius lib. II. Æneid. ex hac adducit hiſtoria cum hoc idem eſſe: ibique male legi, *& ſequebantur*, pro, *qui prætergrediebantur*. *Carrio*.

2 *Equites-Cataphracti*] Huc pertinet alterum Salluſtii fragmentum, quod eodem loco Servius profert his verbis conceptum: *Equis paria ornamenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant, &c.* [VI, 13. a] Ex quo loco ſatis aperte Servius docet, Cataphractos equites eſſe, qui & ipſi ferro muniti ſunt, & equos ſimiliter munitos habent. Videndus Tac. lib. XVII. Ubi de Cataphractis ait: *nobiliſſimo cuique tegmen ferreis laminis, &c.* & Liv. lib. XXXV. cujus verba ſunt: *Equitum mirabilem vim trajici Helleſpontum in Europam partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim ſagittis ex equo utentes*. Urſin. Juſtinus lib. XLI. *Munimentum (Parthis) equiſque lorica plumata ſunt, quæ utrumque toto corpore tegunt*. Utramque ſimilitudinem Maro junxit lib. XI. ſub finem, addens materiem æneam:

> *Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis*
> *In plumam ſquammis, auro conſerta tegebat*.

De equitibus non ita mirum, ſed illud, equos ſimiliter ferro totos quidem & uſque ad ungulas tectos fuiſſe. Egregie Claudianus II. in Rufinum de lamellis conſutis:

> *Flexilis inductis hamatur lamina membris*
> *Horribilis viſu: credas ſimulachra moveri*
> *Ferrea, cognatoque viros ſpirare metallo:*
> *Par veſtitus equis.*

Vid. Veget. III, 21.

3 *Menſtrua ſolvenda*] Tacit. Hiſtor. V. de Aſphalto, *Fugit cruorem, veſtemque infectam ſanguine quo feminæ per menſes exſolvuntur*. Ciacc. Turnebus lib. XV. c. I. ait, *hoc loco menſtrua ſolvere, eſſe ſacra ſolvere, quæ menſe quoque dabantur*. Si in loci hujus enarratione fruſtra me dixero alias fuiſſe, profecto haud ementiar. Nec tamen mirum, cum (ut Petroniani Bollenii expurgatione in rem meam utar) & homo ſim, & adhuc juvenis; adde Lucretii (at quanti Poetæ) auctoritate inductus; apud quem iſtiuſmodi exemplum legeram: *Tempore eo ſi odorata eſt, quo menſtrua ſolvit:* lib. V. ubi de muliere menſtruali, ac ſanguinis profluvio abundante loquitur. Itaque in eadem fortaſſis nunc etiam perſuaſione hærerem, niſi me errantem humanitus, comitate (ut ſolet) ſua, facile in viam reduxiſſet Lipſius, pariter autem vellendo, & admonendo, exiſtimare ſe *Menſtrua* hoc loco non pro Menſibus genitalibus, ſed pro Sacris potius accipienda; iis dico, quæ quot menſibus pro exercitus incolumitate, & maxime ſalute ſuorum, perſolvi, neſcio an Romani, Barbari certe moris antiqui-

Tetrarchas, regeſque territos animi [1] firmavit. *Idem*.

[2] Simul eos, & cunctos jam inclinatos laxitate loci, plures cohortes, atque omnes, ut in ſecunda re, pariter acre invadunt. *Nonius*.

[3] Hi locorum perignari, & ſoliti nectere ex viminibus vaſa agreſtia, ibi tum, quod inopia ſcutorum fuerat, ad eam artem ſe quiſque in formam parmæ equeſtris armabat. *Nonius*.

XII. [4] De pecore coria recens detracta, quaſi glutino adoleſcebant. *Cariſius* lib. I. *Servius*.

Avidior modo properandi factus. *Aruſianus*.

Conſilii æger. *Idem*.

tus fuiſſe videtur: quam quidem ego hominis ingenioſiſſimi, & omnium ſine controverſia doctiſſimi interpretationem, non amplius primam pronunciare auſus ipſe mecum & cum animo meo curioſius aliquamdiu agitaſſem, acceſſit tandem ad Lipſianam ſententiam auctoritas Plutarchi, apud quem (ut forte an conſilio in Craſſum ejus incideram) hæc verba inveni: *οἱ δ' ἐπιχειρῶντο μὲν τὴν αἴσθησιν ἀποκρύπτειν, τὰ κράνη κλάδοις περιπλέκοντες, ὀφθέντες δ' ὑπὸ δυεῖν γυναικῶν προθυομένων τοῖς πολεμίοις, ἐκινδύνευσαν, εἰ μὴ Κράσσος ὀξέως ἐπιφανεὶς, μάχην ἔθετο πασῶν καρτερωτάτην.* Id eſt: *His imperat* (Craſſus) *ut quam poſſint occultiſſime iter faciant, qui ſtudentes hoſtem fallere, galeas frondibus contexere. Conſpecti autem a duabus mulieribus, quæ ſacrificabant pro ſalute hoſtium, in periculo fuiſſent, ni celeriter interveniens Craſſus pugnam commiſiſſet multo acerrimam, &c.* Vides, quantam a Plutarcho Salluſtius, a Salluſtio contra Plutarchus accipiat lucem. Nam abſque illo foret, nec per quas mulieres, Italicine, an exotici generis; nec a quo loco, nec quo diei tempore: nec qua occaſione inſidiæ iſtæ militares detectæ fuerint, compertum quicquam haberemus. *Douza*.

1 *Firmavit*] Male ibid. *Fermavit*, in aliis, &, *ullius rei*. male. *Carrio*.

2 *Simul eos*] Videndum an legi poſſit: *Cunctos jam inclinatos laxitas loci, & plures cohortes, &c. pariter arces invadunt.* Urſin. In vet. quodam Codice, *indignatos*, in aliis aliud. Putat legendum, ut in Textu Carrio.

3 *Hi locorum perignari*] Puto corrigendum, *Hi locorum pergnari*. Sic ſupra: *fiducia gnaritatis locorum*. Item, *fore*, pro *fuerat*. Sed & illud, *Ad eam artem*, non placet; malimque, *ad eas artes*: idque ex veterum librorum fide, in quibus diſerte expreſſum legitur, *ad eas arces*, mutatione facili *t* ſcilicet in *c* facta. *Douza*. Pro, *fuerat*, in aliis eſt, *fuere*, in nonnullis, *fecerat*, pro, *ad eam artem*, vulgo, *arcem*, in aliis, *ad eas arces*. Eſt autem, *ad eam artem* idem quod, *ea arte*, ut, *ad hunc modum*, pro *hoc modo*, Salluſtio non infrequens. *Carrio*.

4 *De pecore*] Cariſius lib. I. notat pecu & *pecus pecoris*, & hæc duo Salluſtii verba adfert. Servius autem lib. III. Georgicôn & Martianus lib. III. reliqua commemorant, nullo tamen adjecto libri numero, quæ ego primum inter ſe conjunxi, deinde hoc libro, hoc etiam loco poſui, quod cum eo, quod præcedit, optime congruerent. Dicit enim Salluſtius eos ſcuta ex viminibus nexuiſſe, illiſque coria de pecore recens detracta impoſuiſſe: quæ quaſi glutino adoleſcebant, quo etiam pertinet, quod idem ſcribit Servius, Salluſtium dicere Lucanos de vimine facta ſcuta coriis tegere. lib. Æneid. VII. Cariſius, lib. II.

Reverſi

Reverſi poſtero die, ¹multa, quæ properantes deſeruerant in caſtris, nacti, cum ſe ibi cibo, vinoque læti ¹ invitarent. *Nonius.*

Atque hiavit humus multa, vaſta & profunda. *Idem.*

Rurſus jumenta nacti ad oppidum ire contendunt. *Nonius.*

Ubi ſe laniata navigia fundo emergunt. *Aruſianus.*

Tum vero Bithyni propinquantes jam amnem ² Tartanium. *Idem.*

³ Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis comparaverunt. *Nonius.* Pro machinari. componere.

XIII. In quis notiſſumus quiſque, aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore, ⁴ improbo patibulo eminens affigebatur. *Idem.*

glutinum, inquit, *dixit Varro in Scauro. glutinum Dædalum inveniſſe, quam declinationem Salluſtius ſequitur, cum dicit; quaſi glutino adoleſcebant.* Idem eodem: *Varro in Scauro, glutinum ferunt Dædalum inveniſſe: quaſi gaudium, præmium. Itaque Salluſtius iſtius potius declinationis uſum ſecutus, Glutino, inquit, adoleſcebant, ut gaudio, præmio.* Quas duas poſtremas voces cum exempli cauſa adferat Cariſius, eaſque ſuperius etiam cum Varronianis compoſuerit, mirari ſatis nequeo eorum ignaviam, dicam, an imperitiam, qui eas ut Salluſtianas habuere. *Carrio.*

1 *Invitarent*] Pro replerent inquit Nonius; ut infra hiare pro aperire. forte, *aperiri. Carrio.*

2 *Tartanium*] Amnem Bithyniæ.

3 *Eos qui hoc malum, &c.*] Retulit inter hujus libri reliquias Ludovicus Carrio, ſed cum in Nonii Marcelli codicibus tum recentioribus cuſis, tum etiam MSS. vetuſtioribus, unde hæc deſumſit Carrio, fragmento huic Siſennæ, non Salluſtii nomen præfixum ſit, eo unde ſumtum eſt me quidem judice relegabitur tantiſper, donec hujus conſtitutionis ratio reddatur. *Putſch.*

4 *Improbo patibulo eminens affigebatur*] Hoc in navibus factum fuiſſe, ex eo appareat, quod ante dixit, *aut malo dependens verberabatur.* Igitur legendum videtur, *in prora patib. e. aff.* Ciacc. *In prora patibulo eminens.* Lipſius lib. 11. Antiq. legit: *In proris.* Neutrum placet. Ego ad Criticum Senatum adferre hanc meam emendationem non dubito: *Aut immutilato corpore improbe, patibulo eminens affigebatur.* Coler. Mihi dubium non eſt veram eſſe lectionem *in puppi*, quam Illuſtriſſimus Scaliger in MS. Nonii extare indicio fuit ſic ſcriptam *in pouppi.* Putſch. Improbum patibulum hic excelſum denotare videtur. Sic *improbius natus*, pro grandioris ſtaturæ homine: item *improbiora labra.* Aliæ enim cruces aliis fuerunt. Enimvero fatendum eſt, quod altitudinem crucis ſpectat, alias aliis majores ſtatui ſolitas, etiam in vulgari & ordinario latronum & ſervorum ſupplicio. Nam prout robuſtiores eſſent, & altioris ſtaturæ, qui erant cruci affigendi, vel infirmiores, ita crux illis altior, aut humilior compingebatur. Patibulum quidem proprie dicitur de tranſverſo ligno, ſicuti & patibulum pro ſera ſive vecte, qua oſtia occluduntur, dictum a Titinnio notat Nonius. Cum tamen hæc vox pro cruce ponitur, tota ea intelligenda eſt. Sicuti hic apud Salluſtium

Ad

Digitized by Google

Ad Siciliam vergens faucibus, non amplius patet millibus v. & xxx. *Meſſus.*

[1] Clauſi lateribus pedem. *Idem.*

[2] Naphthas. *Probus Catholicis.*

noſtrum. Itaque errat hic Lipſius, quanquam locum ex Carbonaria Plauti apud Nonium adducit: *Patibulum ferat per urbem, deinde affigatur cruci.* Sed fallitur. Vide *Salmaſ.* de Cruce.

1 *Clauſi lateribus*] Laudat Fragmentum iſtud Fronto, confirmare ſe ſtudens auctoritate Salluſtii, probe oppido, ac Latine dici: *Altus pedes tot.* Sed cum in hoc exemplo nec vola, nec veſtigium elocutionis ejus uſquam gentium compareat; cui dubium eſſe poteſt quin vox *altus* mala manu iſtinc ſublecta redonari Salluſtio debeat, reſtituique fortaſſe hoc modo: *Clauſi lateribus pedem altis.* Douza.

2 *Naphthas*] Probus Catholicis, hoc hujus Naphthæ genus olei cedrino ſimilis, Salluſtius lib. IV. Hiſt. dixit. *Naphthas.*] Alioqui & flos tenuiſſimus bituminis ita vocatur, circa Babylonem copioſiſſime proveniens, cui tanta eſt cum igne cognatio, ut flamma tranſiliat in eam undecunque viſam. Auctor Plinius lib. II. c. CV. Vid. Dioſcor. I. cap. CI. Strabonem 15. 743.

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII
HISTORIARUM FRAGMENTA.
[1] LIBER V.

I. [2] AT Lucullus, audito Q. Marcium Regem pro conſule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere. *Priſcian.* lib. XVIII.

[3] Legiones Valerianæ [4] comperto, lege Gabinia Bithy-

1 *Lib.* V.] Hoc Libro expoſuit res geſtas 4. Annorum ab U.C. 683. ad 686. in quos *incidit* B. Piraticum deſertio exercitus Luculli. *A. Popma.*

2 At *Lucullus &c.*] Hic conſul fuit A. U. CCLXXXV. una cum L. Metello, fratre Q. Metelli Cretici, qui (ut auctor eſt Pedianus) Conſule Pompeio Siciliæ Prætor fuit. Sed & ipſo ſub initium Conſulatus ſui, & ſucceſſore ſuo, antequam Magiſtratum eum iniret, defunctis; nemineque in locum porro ejus ſubrogato, ſolus eo anno Conſulatum geſſit; cujus hic mentionem injicit Criſpus, haud alio referendam, quam quod Lucullus, comperto Regem iſtum cum tribus Legionibus in Ciliciam (quæ eidem provincia cum exercitu decreta erat) per Lycaoniam tendere, ſuis militiam detrectantibus, ac jam abnuentibus omnia, auxilium ejus adverſus Mithridatem imploravit: ſed fruſtra; id quod ad proximum Fragm. docebimus. *Douza.* Vulgo male eſt, *Lucilius*; deinde pro, *Q. Marcium*, in quibuſdam *Macium*, in aliis, *Marium*. De hoc Marcio ipſe *Salluſt.* in Catilinario cap. XXXIV. *Carrio.*

3 *Legiones Valerianæ, &c.*] M. Acilium Glabrionem intelligit; qui A. U. DCLXXXVI. cum P. Piſone Conſul fuit, eique provinciæ iſtæ una cum Mithridatico bello decretæ. Sed hariolor reſcribendum: *Conſuli datam, ſeſe miſſos eſſe:* quæ conjectura eo mihi firmior videtur, quo propior cum ad priores omnium editiones, tum vero etiam ad ſcriptorum codicum fidem accedit, in quibus probe & plane exaratum legitur. *Conſuli datam eſſe, miſſos eſſe,* quod quam proclive fuerit imperito cuipiam exſcriptori, ex noſtro hoc τὸ *ſeſe*, architectari, quis non videt? Ceterum, *ſeſe miſſos eſſe*, ab armis dimiſſos, & quaſi militaris ſacramenti nexu exſolutos interpretor. Hic enim color erat, quem Legionarii illi Valeriani, animis a Lucullo pariter abalienatis, rebellioni ſuæ prætexebant. Deſiderantur autem verba, quibus periodi iſtius clauſula explebatur, puta, *Cauſſantes*, ſeu *Prætendentes*, militiam detrectavere. Quæ Priſcianus, cui nos & hujus & prioris Fragmenti conſervationem debere par eſt, per incuriam, ut ſolet, citare porro neglexerit. Quod ego hic a me dictum cupio, non quidem contextus augendi, ſed interpretandæ ſententiæ tantum: quæ clarius ut liqueat, haud abs re fuerit, hiſtoriæ argumentum altius aliquanto repetere. Ea vero ſic habet: *Poſt Triarii cladem cum Lucullus adveniſſet, iſque Mithridatem facile opprimere poſſe, ſi in eum perrexiſſet, videretur, ab exercitu ſuo deſertus, nihil profecit.* Fuerunt autem Legiones, quæ primum ſub Valerio Flacco, poſt ſub Flavio Fimbria

k niam,

Digitized by Google

niam, & Pontum conſuli datam, 1 miſſos eſſe. *Idem ibidem.*

2 Regem averſabatur. *Aruſianus.*

3 Ceteri negotia ſequebantur familiaria legatorum, aut tribunorum; & pars ſua commeatibus mercatis. *Nonius.*

4 Et uxori ejus frater erat. *Aruſianus.*

meruerant quæ a P. Clodio ſolicitatæ, quum ſtipendia ſua ſe confeciſſe dicerent, dicto audientes eſſe, ac Imperatorem in Mithridatem ſequi recuſarunt. Præſertim vero, ubi Acilium Glabrionem Conſulem Lucullo ſucceſſorem Roma miſſum adeſſe cupientiſſimis animis accepere, quæ Lucullo cauſſa fuit, ut, cum militum ſuorum ſeditione, tum quod ne a Marcio quidem, qui (uti dictum jam antea eſt) Ciliciæ cum imperio præerat, auxilium impetraret, omnibus modis proditus deſertuſque a ſuis, Mithridate veteri hoſte relicto, retro in Tigranem converterit.

4 *Comperto, lege Gabinia Bithyniam, &c.*] Sic Tacitus II. *Comperto quoque Græcam literaturam, &c.* Et lib. I. *Cæcina, comperto unam eſſe formidinem.* Et Livius lib. XXXI. *Satis comperto Eordæam petituros Romanos.* Simile eſt quod ſupra, *audito*, Ciacc.

1 *Miſſos*] In Gemblacenſi, *Conſuli datam eſſe, miſſos eſſe.* Carrio. In MSS. *Conſuli datam eſſe, miſſos eſſe.* unde pro priori *eſſe*, *ſeſe* reſcribendum putat. Deinde ut ſenſus abſolvatur addit *prætendentes* aut Cauſſantes & de Legionibus accipit quas Clodius per iram & invidiam ſollicitavit, ut ne amplius Lucullum adverſus Mithridatem ſequerentur. Anon. apud *Criſp.*

2 *Regem averſabatur.*] Tacit. Hiſt. IV. *Vulgus averſari Regem, invidere Ægypto, ſibi metuere.* Ciacc. Ambitionem Scriptoris facile averſeris. *Tacit.*

3 *Ceteri negotia ſequebantur*] Videtur legendum: *Ceteri negotia exſequebantur.* Quomodo notavimus ſupra ad fragm. I. III. ſcribendum eſſe, ubi eſt: *Cunctique ordinum munia exſequi.* Et in bello Catilinæ dixit: *Cetera multitudo conjurationis ſuum quiſque negotium exſequebatur.* Urſin.

4 *Et uxori ejus frater erat.*] Sic ſupra in bell. Jugurthæ dixit, *Liberis ejus avunculus erat.* Et Tacitus libro IV. *Aſinius Gallus, cujus liberis Agrippina matertera erat.* Sic enim apud Tacitum legendum videtur, non ut in vulgatis editionibus, *liberorum.* Urſin. Huic elocutioni pariſſima illa, quam ſupra libro primo habuimus. *Liberis ejus avunculus erat.* Innuitque haud dubie P. Clodium, qui, quod frater uxoris Luculli foret, potiore apud Imperatorem loco eſſe volebat. Quod, quum ob flagitioſæ vitæ impuritias, ſummamque improbitatem atque inſolentiam, minus ei ex ſententia procederet, excogitavit homo malitioſe & arroganter confidens, quanam potiſſimum ratione & quibus artibus Lucullum de Imperii faſtigio dejectum præcipitem daret. Itaque invidia, atque ira, peſſimis conſultoribus graſſatus, comperto, Fimbrianos milites (quos ſupra Legiones Valerianas, a Valerii Flacci Imperatoris quondam ſui nomine appellavit) ad ſingula ſeditionum momenta jam pridem arrectos, intentoſque diem novandis rebus circumſpectare; eoſque, ac ceteros de factione, quorum cognoverat promtam audaciam, comparatis delinimentis ſubire inſtituit: perſuaſitque facile animis lubricis, & jam inde ab antiquo turbare, ac tumultuari aſſuetis, ſe non amplius ſacramenti religione teneri. Cujus rei ſpecies erat, rogatio legis Maniliæ, qua provinciæ atque exercitus omnes, quibus ad id uſque tempus cum imperio Lucullus præfuerat, Pompejo recens a Piratico bello reduci mandabantur, adjecta etiam Cilicia, quam Glabrio obtinebat. Proinde ſic quaſi ex Senatus decreto una cum ipſo Imperatore ſuo exauctorati, traducebant illi otioſe in Gordyene tempus, Pompejum, aut quem alium Imperatorem

II. 5 Sæpe

Digitized by Google

II. [1] Sæpe celebritatem nominis intellego timentem. *Priſcianus* lib. XVIII.

[2] Video ingentia dona quæſitum ire properantem. *Id. ib.*

[3] Nam ſi Pompejo quid humani eveniſſet. *Aruſianus.*

[4] Quibus de cauſſis Sullam in victoria dictatorem, equo deſcendere, ſibi uni aſſurgere de ſella, caput aperire ſolitum. *Nonius. Aruſianus. Servius.*

ad ſuccedendum Lucullo miſſum exſpectantes. Ex quibus omnibus perſpicue patet, in Fragmento iſto ordinem perperam ac præpoſtere ſervatum eſſe, &, quod nunc quintum legitur, ante ſuperiora illa quatuor principe loco collocari debere. Quo etiam haud abſurde meo quidem animo pertinere judico exemplum proximum, illud, quod iſtud anteceſſit, volui dicere: *Ceteri negotia ſequebantur familiaria Legatorum, aut Tribunorum, & pars ſua* (ſubaudi, *negotia ſequebantur*) *commeatibus mercatis:* Id eſt militiæ vacatione, ſeu miſſione, non data, ſed empta pretioque conciliata a ducibus ſuis: arte noſtris etiam Strategis non ignara. Unde magis etiam videre eſt, quanta lubido Romanos iſtos manipulares tenuerit, veterem Imperatorem novo commutandi, ac relicto Lucullo ſe cum Pompeii victoris, ac bis Triumphalis copiis ambitioſe conjungendi. *Douza.*

1 *Sepe celebritatem nominis intelligo timentem*] Videndum an legi debeat, *Sed te celebritatem, &c.* Urſin. In Gemblacenſi eſt, *Spe celebritatem noſtris intelligo timentem*, pro, timere. In aliis, *te lego timentem.* Carrio.

2 *Video*] Gemblacenſis; *Video ingentia dona quæſitura* τ̀ Σκόειον, *properantem*, pro, *properare.* Alius vet. Codex. *Video ingentia dona quæſita Græcia properantem.* Fortaſſis vox illa *Græcia*, á Librario aliquo adjecta eſt, volente ſignificare verba Græca quibuſcum Latina Priſcianus compoſuerit, hic eſſe inſerenda. *Carrio.*

3 *Nam, ſi &c.*] Fragmentum iſtud, Catuli Orationis partem fuiſſe, ſummatim a Salluſtio recenſæ, pro certo mihi perſuadet Plutarchus, ita ſuper hac ipſa re in Pompejo ſuo diſſerens; Κάτλου δὲ πρὸς τὸν νόμον προσελθόντος, πολλὴν μὲν αἰδούμενος ὁ δῆμος ἡσυχίαν παρεῖχε. ἐπεὶ δὲ πολλὰ μετὰ τιμῆς ἀνεπιφθόνως ὑπὲρ τοῦ Πομπηΐου διελθὼν, συνεβούλευε φείδεσθαι, καὶ μὴ προβάλλειν τὸν τοιοῦτον ἄνδρα κινδύνοις ἐπαλλήλοις καὶ πολέμοις. ἢ τίνα, εἶπεν, ἕξετε ἄλλον. ἂν ἀποβάλητε τοῦτον; Id eſt: *Procedente ad dicendum* (advorſus legem Gabiniam) *Catulo, magnum ſilentium tenuit reverentia ejus populus. Poſtquam hic multis Pompeii laudibus candide commemoratis, ſuaſit ut parcerent ei; nec periculis & bellis aliis ex aliis talem virum objicerent. Aut quemnam (inquit) habituri eſtis alium, hunc ſi amiſeritis? &c.* Douza. Quo hoc fragmentum ſpectet, coner demonſtrare illo Paterculi loco lib. II. *Digna eſt memoria Q. Catuli cum auctoritas, tum verecundia, qui cum diſſuadens legem in concione dixiſſet, eſſe quidem præclarum virum Cn. Pompejum, ſed nimium jam liberæ Reipubl. neque omnia in uno reponenda; adjeciſſetque, ſi quid huic acciderit, quem in ejus locum ſubſtituetis? Succlamavit univerſa concio, Te, Q. Catule.* Meminit & Cicero pro L. Manilia, & Valerius Maximus lib. VIII. cap. XV. Plutarchus in Pomp. *Coler.*

4 *Quibus de cauſſis*] Verba ipſa de Pompejo accipienda judico, cui uni ad ſe accedenti Sullam aſſurgere ſolitum Appianus lib. I. tradidit. *Carrio.* Honoris ſcilicet. Servius ad X. Æneidos: *Quatuor erant apud Romanos, quæ ad honorificentiam pertinebant, equo deſilire, caput aperire, via decedere, aſſurgere; hoc etiam præcones præeuntes magiſtratus clamare dicebantur.* Arnobius lib. VII. *Si quiſpiam viſo potentiſſimi nominis viro, via decedat, aſſurgat, caput revelet, vehiculoque deſiliat, tum deinde ſalutet.* Putſch.

C. CRISPI SALLUSTII
FRAGMENTA
INCERTORUM LIBRORUM.

I. [1] NE inrumiendi po ..... ſublicibus cavata .... ſent. *Feſtus*.

[2] Cujus duas inſulas propinquas inter ſe, & decem ſtadium procul a Gadibus ſitas, conſtabat ſuopte ingenio alimenta mortalibus gignere. *Nonius*.

1 *Ne*] Ex quarto an ex quincto hiſtoriarum libro hæc in voce, *ſublicium*, Feſtus adducat, nemo facile dixerit, ſic enim in Antonii Auguſtini exemplo ſcriptum eſt: *Salluſtius lib. qu.* qua nota quartus non minus quam quinctus deſignari poteſt. Præterea de verbis ipſis Salluſtianis, cum ingens in Feſto ſit lacuna, minor dubitatio eſt, & ea re Feſtum ipſum exprimere, quam neſcio quid novum comminiſcendo, in temeritatem incurrere malui. *Carrio*.

2 *Cujus duas inſulas propinquas*] Sunt qui fragmentum hoc VII. ſunt qui X. Salluſtii hiſtoriæ, ſunt qui XI. adſcribant. Sed cum præter V. ſuperiores hiſtoriarum libros nullos a Grammaticis recenſeri videam, & veteres codices ſexto poſtrema hæc tribuant; omnino hunc numerum retinere malui. Neque enim mihi ſit veriſimile, reliquos eos, ſi modo præter ſex, ut jam dixi, alii etiam a Salluſtio ſcripti ſunt, ita prorſus intercidiſſe, ne verbum quidem ex iis ut a Grammaticis afferatur: maxime cum novator verborum Salluſtius ſui ubique ſit ſimillimus: & aliis ſuis libris, ſi quos forte ſcripſiſſet, non minorem Grammaticis novas, imo veteres, loquendi rationes in iis obſervandi occaſionem dediſſet, quam iis, quos mutilos, laceros, conſciſſos, perturbatos, & nulla ex parte ſibi reſpondentes nunc in lucem edimus, ſuppeditaverit. Adde, quod illa ipſa fragmenta, quæ ex quibus hiſtoriarum libris ſint deſumta, incertum eſt, cum ad hos quidem ſuperiores libros pertinere certum ſit, cui tamen unumquodque eorum debeat aſſignari, non temere dixeris, ſed ad fragmentum. Loquitur, quantum divinare valeo, de inſulis fortunatis, ad quas victum voluiſſe ire Sertorium e Salluſtio in hiſtoriis eſſe traditum, ſcribit in *librum* Epodôn Horatianus interpres, ſive is Acron eſt, ſive Porphyrio; ſed ſilentio prætereundum non eſt, me, pro *ſatis conſtabat*, ſcripſiſſe, *ſitas conſtabat:* quod ne cui paulo humaniori non probem, non timendum mihi eſſe exiſtimo. *Carrio*. Multæ ſuper hoc loco doctorum opiniones. Aldus Manutius nono, Ludovicus Carrio ſexto hiſtoriarum libro adſcripſit. Colerus inter incerta referendum cenſuit. Nos vero cum videremus in quibuſdam Nonii codicibus IX. in aliis XI. in aliis VI. hiſtoriarum libro tribui, ad quartum relegandum putavimus. In MS. fuit IV. quod non intelligentes inepti illi librarii in VI. in IX. in XI. mutaverunt, quæ omnia ex hac priore ſcriptura manaſſe nemo paulo humanior negabit: neque vero mihi cum doctiſſ. Colero ſit veroſimile, Criſpum ultra V. hiſtoriarum libros conſcripſiſſe, perſuaſis auctoritate Grammaticorum, qui

1 Serum bellum in anguſtiis futurum. *Junius Philarg. ad Georg. Virgilii.*

2 Illi tertio menſe pervenere in Pontum multo celerius ſpe Mithridatis. *Aruſianus.*

Ergo ſenati decreto ſerviundum ne ſit. *Donatus* Act. II. Scen. II. *Andr.*

3 Pompejus oris improbi, animoque inverecundo. *Suetonius de claris Gram.* cap. XIV.

4 Simulans ſibi alvum purgari. *Iſidorus* lib. XI. *in voce Alvus. Servius ad* lib. III. *Æneid.*

ſane non inſuper habuiſſent, verborum a communi uſu remotorum delectum, & elegantiam, uti ex ſuperioribus ita & ex his libris, ſi unquam fuiſſent, ſcriptis ſuis inſerere. *Putſch.*

1 *Serum bellum in anguſtiis*] Serum hic explicant Grammatici crudele atque ſævum. Virg. V.

Seraque terrifici cecinerunt omina vates.

Valerius Flaccus Argonauticon lib. VI.

——— *Funeſta priuſquam*

Conſilia, ac ſeras aperit rex perfidus iras.

Putſch.

2 *Illi tertio, &c.*] Aruſianus Meſſus; *citius ſive celerius hac re.* Sic enim ibi ſcribendum eſt. Hoc autem fragmentum, etſi non dubito, quin ad librum quartum pertineat, quo bellum Mithridaticum deſcribitur, tamen, ut certum, eo referre religio mihi fuit. *Carrio.*

3 *Pompejus*] Suet. de claris Gramm. cap. XIV. *Lenæus*, inquit, *tanto amore erga patroni memoriam exſtitit, ut Salluſtium hiſtoricum, quod Pompejum oris improbi animoque inverecundo ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra lacerarit, laſtaurum, lurconem & nebulonem, popinonemque appellans, vita ſcriptiſque monſtroſum: præterea priſcorum Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem.* Carrio. Legendum puto ita (ut in reliquis fere editionibus eſt) *Pompejus oris probi, animoque inverecundo.* Argute ſane, ut in hoc ſcriptore omnia, maxime ob antitheta illa; *Animi*, dico, *inverecundiam*; cujus rei teſtes cumprimis invidia, atque ambitio Pompeji, quibus idem Lucullo (at cui viro?) victoriam cum imperio modo non e manibus impudentiſſime extorſit: (Nam de Carbonis ter Conſulis, patroni, ſive (ut verius cum Plauto dicam) Genii ſui parricidio, incertum habeo, pudeat magis, an pigeat diſſerere) ingenuam deinde probitatem, quam in ejus viri ore, ac vultu toto, ſumma cum modeſtia habitaſſe, ſeque non ſine rubore gratioſo, quoties ad dicendum accederet, prodidiſſe extrinſecus, in tantis teſtimoniorum undique affluentium copiis probare neceſſe non habens, unico Plinii modo indicio contentus lectorem abſolvam. Id vero lib. XXXVII. cap. II. legitur iſtiuſmodi: *Imago Cn. Pompeji e margaritis, illa regio honore grata, illius probi oris, veneranda per cunctas gentes, illa inquam ex margaritis, ſeveritate victa, & veriore luxuria triumphio.* Douza. Schotti membranæ, *Animo verecundo*, at receptam lectionem cur Douza immutet non video. Lenæus enim jure meritoque in Salluſtium invehitur, quod bis mentiretur, tam nempe de ore quam de animo patroni. Si enim, ut revera erat, probioris & inverecundi animi Pompejus habebatur, quid erat cur vero tantopere offenderetur Lenæus?

4 *Simulans ſibi alvum purgari*] In Servii [vulgatis aliquot] *Simulans alvum purgare*: Sane bene, (atque ut multa paucis proloquar) Salluſtianum in morem. Hoc eſt, adſtricte, ut ejus hiſtorici omnia. Cui ſimile Tibullianum illud: *Mox ſimulat transſire domum.* Item apud Tullium: *Ulyſſes furere aſſimulabat.* Putoque eum de-

II. Fecit ut nunciis confeſtim lugubribus. *Cariſius* lib. II.

1 Communem habitum tranſgreſſus. *Priſcianus* lib. XIV.

Inter arma civilia æqui boni famam petit. *Seneca* lib. XX. epiſt. CXV.

Haud impigre, neque inultus occiditur. *Donatus ad And. Terentii* Act. I. Sc. II.

Feſtinantibus in ſumma inopia patribus. *Idem ad Eunuch.* Act. IV. Scen. III.

Hoſtes oppreſſi, aut delapſi forent. *Iſidorus* lib. XVIII. De Triumphis facinus fecit.

2 Exercitum argento fecit. *Seneca* lib. XX. epiſt. CXV.

3 Togam paludamento mutavit. *Iſidor.* lib. XIX. In voce, paludamentum. *Servius.*

Hiero rex Syracuſanorum bellum fecit. *Seneca.* Lib. XX. Epiſt. 115.

Mario loqui, qui (ut Plutarchus in vita ejus tradit) cum ſub noctem eum principes civitatis adiſſent, atque in Saturninum concitarent, his inſciis admiſit illum altera janua. Mox alvi profluvium apud utroſque cauſſans, modo ad hos, modo ad illum in ædibus tranſcurrit, eoſque ita inter ſe commiſit atque inflammavit. Scio, ſtatim hic mihi objectum iri, facinus iſtud Marianum (quod a Plutarcho commemoratur) multis annis ante Lepidi & Catuli conſulatus (unde Hiſtoriæ hujus initium Salluſtium feciſſe, cum ex principe prioris libri Fragmento, tum ex Auſoniano Protreptico compertum habemus) eveniſſe. Quæ mihi plane confiteri lubet. Sed quid vetat paulo altius Hiſtoriam ſuam repetiviſſe Salluſtium, quo videlicet ad mox futura porro inſtructior veniret lector? cui opinioni ſtabiliendæ, & Jugurthini & Catilinarii belli, ultima ex origine deducti, exordia eſſe poſſunt, niſi quis hæc ad dedecorem Carbonis exitum referri maluerit, quem idem Plutarchus narrat, poſt quæſtiones a Pompeio aſpere in eum ac violenter pro tribunali exercitas, abduci inde, ac trucidari juſſum, ut gladium ſtringi vidit, locum & ſpatium breve ad alvum exonerandam ſibi concedi poſtulaſſe. *Idem.*

1 *Communem habitum*] Hæc in magnum Pompejum convenire, credi quid vetat? *Idem.*

2 *Exercitum argento fecit*] Tacitus Annal. V. *Mittit qui auxilia mercede faceret.* Ciacc.

3 *Togam paludamento*] Hoc eſt a pace ad bellum migravit. Togis enim in pace utebantur Romani, ubi bellum advenerat, paludamentis: & Paludati in libris Auguralibus armati. Feſtus: *Paludati in libris Auguralibus ſignificat, ut ait Veranius, armati, ornati; omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici.* Ita quoque accipio notiſſimum Lucilii verſum:

Pone paludatus ſtabat rorarius velox.

Emendandus quoque Servius ad illa Maronis:

——Veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit
ariſta.

Glandem vero mutavit ariſta, ita ait ut, totam paludamento mutavit. lege, *ut togam palud.* Reſpicit locum hunc Salluſtii. *Putſch.*

Ibi

Ibi triennio fruſtra trito. *Servius ad* IV. *Æneidos:* Ad, *Quæ ſpe Libycis teris otia terris.*

Oratio C. Cottæ Conſulis ad Populum.

III. 1 Quirites, multa mihi pericula domi, 2 militiæ multa adverſa fuere; quorum alia toleravi, partim repuli Deorum auxiliis, & virtute mea: 3 in quis omnibus, 4 neque animus negotio defuit; 5 neque decretis labos. Malæ, ſecundæque res, opes non ingenium mihi mutabant. At contra in his miſeriis cuncta me cum fortuna deſeruere. Præterea ſenectus, per ſe gravis, curam duplicat: cui miſero, 6 ſenecta jam ætate, ne mortem quidem honeſtam ſperare licet. Nam, ſi parricida veſtri

1 *Quirites*] Hæc oratio dicitur C. Cottæ conſulis: quod ex eo patet, quod ipſe in ea dicat, *C. Cotta Conſul.* Offendi tamen in Epitomatis L. Flori, quod M. Aurelius Cotta Conſul; ad Chalcedoniam prælio a rege victus eſt, rexque, a Pompejo & Metello victus. Itemque judicia per M. Aurelium Cottam, ad equites Romanos tranſlata ſunt: quo tempore Mithridates deſperatione rerum ſuarum ad Tigranem regem Armeniæ confugit. Unde ſive idem Cotta ſit, ſive alius, certum eſt, quod poſtquam male ab eo pugnatum erat, & rurſus in patriam ac civitatem receptus erat, hanc orationem habuit: in qua commiſerationem populi ex infortunio ſuo & voluntaria (ſi exigatur) devotione implorat. *Bud.* Oratio C. Cottæ Conſulis ad populum, ut tolerent adverſa. Quam inſcriptionem ea verba oratione hic extrema poſita ſatis videntur confirmare: *Auſus eſt C. Cotta Conſul.* Ex quo autem hiſtoriarum libro, nondum cogitando aſſequi potui: dubitavi aliquando, neque dum poſſum ſtatuere, e tertione an potius e quarto hiſtor. lib. hæc olim fuerint exempta. Nam & tertio libro frequens Cottæ mentio eſt: & quarto Mithridates etiam Cottam nominat. Quanquam ibi *Marcus*; hic vero, niſi nos libri fallunt, *Cajus* appellatur. Et ſane, ſi in re incerta omnino aliquid ſtatuendum eſt, malim hæc tertio quam quarto hiſtoriarum libro date. Duobus enim annis continuis e Cottarum familia & gente Aurelia Conſules fuerunt; anno nempe U. CIↃCCLXXIIX. quem tertio libro noſter deſcripſiſſe videtur. L. Octavius Cn. F. Cn. Nepos collegam habuit C. Aurelium M. F. C. ni fallor, nepotem Cottam, ſequenti dein anno Coſſ. fuerunt L. Licinius L. F. L. N. Lucullus, & M. Aurelius M. F. C. ni fallor, nepos Cotta, de quibus quarto libro egit Salluſtius. *Carrio.*

2 *Militiæ*] Vatic. *Militiaque*, ſed libenter copulas omittit noſter. *Carr.*

3 *In quis*] Sic correxit ex Vaticano *Carrio*, etſi in aliis fuerit, inque his.

4 *Neque*] Fabri & Briconeti, numquam. *Car.*

5 *Neque decretis labos.*] Sic recte, contra quam Schurrerius impreſſit; nam teſtatur in primum Æneidos Servius, *ubique pæne Salluſtium labos dixiſſe, pro labor.* Riv.

6 *Senecta jam ætate*] Exemplaria & aliæ editt. *Acta jam ætate*, quod reſtituendum exiſtimo, intelligoque effœtam & decrepitam ſenectam: ut in oratione ad Cæſarem: *Non orbi liberi, non parentes exacta ætate.* Item bello Jugurthino de Micipſa quod ſcribit: *Exacta ætate ſua, &*

ſum,

ſum, & [1] bis genitus hic Deos Penates meos, patriamque, & ſummum imperium vilia habeo: quis mihi vivo cruciatus ſatis eſt, aut quæ pœna mortuo? [2] cum omnia memorata apud inferos ſupplicia ſcelere meo vici. A prima adoleſcentia [3] in ore veſtro, privatus, & in magiſtratibus egi: qui lingua, qui conſilio meo, qui pecunia voluere, uſi ſunt: neque ego [4] callidam facundiam, neque ingenium ad malefaciendum exercui: avidiſſumus privatæ gratiæ maxumas inimicitias pro republica ſuſcepi; [5] qui victus cum illa ſimul, cum egens alienæ opis, plura mala exſpectarem; vos, Quirites, rurſus mihi patriam, [6] Deos Penates, cum ingenti dignitate dediſtis.

parvis liberis. Douza. Antiquiores edd. agnoſcunt, *Senecta*, & Servius ad Æn. II. ex Salluſtio citat. Utitur & Lucretius.

1 *Et vobis genitus hic*] MSS. *& bis genitus hic*: recte; cum paulo poſt: *Vos Quirites rurſus mihi patriam, deos penates, cum ingenti dignitate dediſtis.* Sic etiam Cicero diem, quo ab exſilio fuit reſtitutus, natalem ſuum appellat. Ad Attic. lib. 3. *Natalem diem reditus mei cura ut in tuis ædibus amœniſſimis agam tecum.* Ciacc. Quia poſtliminio renatus videbatur, cum iterum eſſet patriæ datus. *Bad.* Recte Badius, quod fruſtra faſtidiunt Carrio & alii, qui aut *vobis genitus*, aut, ſive *bis* ſive *vobis* deleri malunt. Iterum genitum ſe ſignificat, quum factione Mariana, quam cum aliis nobilibus fugerat, per Sullam oppreſſa in urbem redit: ut Cicero quoque ſuum ab exilio reditum παλιγγενεσίαν vocat. In eandem ſententiam eunt Turnebus, Ciacconius, Colerus. Qui quoniam omnes eadem dicunt, unum iis addam proprie noſtrum, locum videlicet Ciceronis in Bruto pœne extremo: *Sed me cupidiſſimum audiendi primus dolor percuſſit, Cotta cum eſt expulſus.* Et paulo poſt: *Tumultus interim pro recuperanda republica & crudelis interitus oratorum trium Scævolæ, Carbonis, Antiſtii: reditus Cottæ, Curionis, Lentulorum, Pompeii.* Gronov.

2 *Cum omnia memorata*] MSS. *quin omnia.* Ciacc. Et *Carrio* ex Vaticano. Vid. Orationem Cæſaris in Catilinario.

3 *In ore*] Ed. antiqua more veſtro inepte. *Car.* ſimile vitium apud Tacitum emendat Lipſius Hiſt. III. & noſter, *in ore gentibus agens.* Carr.

4 *Callidam facundiam*] Sunt qui, *caninam facundiam*, Salluſtium ſcripſiſſe exiſtiment. Quod diſſentientibus libris nondum probare poſſum. Scio quidem a Salluſtio Ciceronis facundiam ſeu potius ab Appio ita appellatam fuiſſe, ſed quid ad rem? *Carrio.* Nonius in Rabula ſic citat aliud fragmentum, quod modo indicavimus Fr. II. a. *Salluſtius*, inquit, *Canina ut ait Appius, facundia exercebatur.* Columella in operis præfatione; *Sed ne caninum quidem, ſicut dixere veteres, ſtudium præſtantius, locupletiſſimum quemque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum a majoribus, a nobis etiam conceſſum intra mœnia, in ipſo Foro latrocinium?* Iſidorus de ſummo bono l. III. c. LX. quid ſit canina facundia docet, cum ait: *Antiqui Forenſem eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant, eo quod cauſidici in certaminibus cauſſarum omiſſis quæ agunt, veluti canes, alter alterum ſe lacerant jurgiaque cauſſarum ad injurias ſuas commutant.* Prudentius in Hamartigenia:

Inde canina Foro latrat facundia toto.

Urſin.

5 *Qui victus*] MSS. *queis victus.* Ciacc. *quis* Vatican. *Carrio.*

6 *Deos P.*] Deoſque P. Vatican. *Car.*

pro

IV. Pro quibus beneficiis, vix ſatis gratus, ſi ſingulis animam, quam nequeo, conceſſerim. Nam vita & mors [1] jura naturæ ſunt: uti ſine dedecore cum civibus, fama & fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur. Conſules nos feciſtis, Quirites, domi bellique impeditiſſuma rep. Namque Imperatores Hiſpaniæ ſtipendium, milites, arma, frumentum poſcunt: & id res cogit: [2] quoniam poſt defectionem ſociorum, & Sertorii per montis fugam, neque manu certare poſſunt, neque utilia parare. Exercitus in Aſia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur: [3] Macedonia plena hoſtium eſt: nec minus Italiæ marituma, & provinciarum: cum interim vectigalia [4] parva, & bellis incerta, vix partem ſumtuum ſuſtinent: [5] ita claſſe, qua commeatus [6] vehebatur, minore quam antea navigamus.

V. Hæc ſi dolo aut ſocordia noſtra contracta ſunt, [7] agite, &, uti lubet, ita ſupplicium ſumite: ſin commu-

1 *Jura Naturæ*] Ita Vatican. alii, *jure*. Idem.

2 *Quoniam poſt defectionem*] Scribo ex libris omnibus, *quoniam defectione ſociorum, & Sertorii per montes fuga*. Quorum poſtrema in omnibus, maxime tamen Glareani libris ſunt corrupta: in quibus eſt; *& Sertorii per montes, neque fuga, neque manu certare poſſit, neque utilia parare*. Quod alii corrigentes legunt; *& Sertorii per montis juga neque manu certare*. Utrumque abſurde καὶ ἀπροσδιονύσως. Carrio.

3 *Macedonia plena hoſtibus eſt*] Venetum, *hoſtium eſt*. Quomodo & Argentoratenſe; tametſi quod ad ſenſum attinet, parum refert, utrum legas. *Riv.*

4 *Parva*] Quia dum bella geruntur, non poſſunt vectigalia tam abunde colligi: & ſi colligantur, in periculo ſunt, ne intercipiantur. *Badius.*

5 *Ita claſſe, qua*] MSS. libri, *ita claſſe, qua c. vehebat*: & *ita*, pro, præterea, poſitum videtur. *Ciacc.* Non hercle percipio quid velit, (ita ſeptuoſe dictio a Cotta datur) & vereor ſincere ſatis hæc devotionis formula concepta ut ſit, nec ipſis (ſat ſcio) Quiritibus intellecta: ſi tamen ita legendum, ac non potius, quod mihi ſub acumen ſtyli natum, in mentem venit modo, verbis aliquantum tranſpoſitis ad hoc exemplum: *Ita claſſe, quam antea commeatus vehebatur, minore navigamus*. Ut ſignificet Conſul eo anguſtiarum redactos Romanos, ut navium armatarum, ſeu bellicarum numerus jam minor ſit, quam antea claſſis fuerat, qua commeatus tranſvehebantur. *Douza.* Ita navigamus claſſe minore quam ea qua commeatus antea vehebatur. *Criſp.*

6 *Vehebatur*] Pulcherrime Fab. & Bric. *tuebatur*. Carrio.

7 *Agite, uti libet*] V. C. *agite ut monet ira, & ſupplicium ſumite*. Ciacc. Vulgo, *agite ut lubet, & ita ſupplicium ſumite*. Vera ſcriptura in Vaticano eſt, *agite, uti monet ira, ſupplicium ſumite*. Cujus veſtigia in vetuſtiſſima ed. extant hæc; *agite uti non & ira ſupplicium ſumite*. Omnes omnino libri *ira* habent. Niſi forte illud *lubet* in *jubet* mutari placet. *Carrio.*

nis fortuna aſperior eſt, [1]quare indigna vobis, nobiſque, & rep. incipitis? Atque ego, cujus ætati mors propior eſt, non deprecor, ſi quid ea vobis incommodi demitur. neque mox [2]ingenuo corpori honeſtius, quam pro veſtra ſalute finem vitæ [3]fecerit. Adſum en C. Cotta conſul, facio quod ſæpe majores aſperis bellis fecere; voveo, dedoque me pro Rep. quam deinde, [4]cui mandetis, circumſpicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, cum fortunæ, [5]& pacis, & belli ab aliis acti, ratio reddenda, aut turpiter moriendum ſit. Tantummodo in animis habetote, non me ob ſcelus, aut avaritiam cæſum, ſed volentem pro maxumis beneficiis animam dono dediſſe. [6]Per vos igitur, Quirites, & gloriam majorum, tolerate advorſa, & conſulite reipubl. Multa cura ſummo imperio ineſt, multi ingentes labores: quos nequicquam abnuitis, & pacis opulentiam quæritis: cum omnes provinciæ, regna, maria, terræque aſpera, aut feſſa bellis ſint.

VI. [7]Germani intectum renonibus corpus tegunt. *Iſidorus.*

1 *Quare indigna vobis, nobiſque & reipubl. incipitis*] Venetum & Schurrerianum, *rep.* caſu ablativo. *Riv.*

2 *Ingenuo*] Carrio legit, *ingenio corporis.* Sic legendum primo docuit Ludov. Carrio ex MS & veteri editione. Locutio rara quæ exſtat apud Agellium lib. 1. cap. 1. ut docet idem Carrio. Ceterum *ingenium corporis*, naturam, ita alibi *ingenium loci* naturam ejus deſignat. Florus lib. II. *Callidiſſimus imperator patentibus in campis, obſervato loci ingenio, quod & ſol ibi acerrimus, & plurimus pulvis & Eurus ab oriente ſemper quaſi ad conſtitutum flaret.* Tertullian. de habitu mul. *Herbarum ingenia adduxerant.* Gloſſa: *Ingenium.* [illegible], φύσις. Putſch. Diſtinguit inter *virum ingenuum* & *Corpus* Criſpinus. Sed ejus ſubtilitas noſtræ rationis aciem fugit.

3 *Fecerit*] Putſch. *fecerim.* Recte. *Ciacc.*

4 *Cui mandetis*] Tacite innuit ſe ad hac utilem fore reipubl. cum non ſit facile repertu melior. *Bad.*

5 *Et pacis*] MS. *& maris.* Recte. *Urſin.* & *Carrio.*

6 *Per vos igitur, Quirites, & gloriam majorum, precor, tolerate adverſa*] τὸ precor, non eſt in Veneto, neque in Argentoratenſi; ac rectius abeſſe poterit: nam alias eodem modo Criſpus. *Rivius.* Vox *igitur* non eſt in MSS. *Ciacc.* Nec in Carrionis MSS.

7 *Germani*] Ex Iſidoro lib. XIX. in voce, *Renones:* quem eundem locum intellexit Servius lib. III. Georg. Salluſtium veſtes de pellibus renones vocare ſcripſit. Quo de commentario III. Antiquar. lect. diximus. *Carrio.* Iſidorus lib. XIX. cap. XXIII. *Renones ſunt velamina humerorum & pectoris uſque ad umbilicum, atque intortis villis adeo hiſpida, ut imbres reſpuant, quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum, quaſi reptat:* de quibus

Unde

Unde pons in oppidum pertinens explicetur. *Arusianus.*

Et ei voce magna vehementer gratulabantur. *Donatus.*

1 Et Marius victus duplicaverat bellum. *Servius.*

Atque eos a tergo incurrerunt. *Rufinianus.*

In hunc modum diſſeruit. *Priſcianus.*

Inde ortus ſermo percunctantibus utrimque, Satin ſalvæ, quam grati ducibus ſuis, quantis familiaribus copiis augerentur. *Donatus.*

2 Fugam noſtris fecere. *Seneca.*

Quæ audita Panormitanos dedere Romanis fecere. *Idem.*

VIII. 3 Quo cupidius in ore ducis ſeſe quiſque bonum, & ſtrenuum oſtentantes. *Iſidorus. Servius* x.

4 Ventis per cava terræ citatis, rupti aliquot montes,

Salbeſtius: Germani intectum renonibus corpus tegunt. Legerim tamen: *Germani intecti* rhenonibus *corpus tegunt.* Intecti enim plerumque corpus erant. Tacitus: *Tegumen omnibus ſagum fibula conſertum. Cetera intecti totos dies juxta focum atque ignes agunt.* Et paulo poſt: *Gerunt & ferarum pelles.* Cæſar. lib. VI. bell. Gall. *Pellibus aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda.* Hoc autem nomen Gallos pellibus ferinis indidiſſe putat Scaliger eruditiſſimus, quod Græci ῥῆνας τὰ μῆλα nominent. Nam & ipſos Gallos aliquando Græce locutos eſſe. Germani noſtri etiamnum juvencum ſeu vitulum Rind vocant. *Coler.*

1 *Et Marius duplicaverat bellum*] Tacitus: *Per Gallias Germaniaſque duplicaverat bellum.* Ciacc.

2 *Fugam noſtris*] Videndum an legi debeat, *noſtri.* Niſi illud ſit quod alibi citatur, *noſtri fœda fuga*; & legendum ex Jugurtha, *Poſt Auli fœdus, & exercitus noſtri fœdam fugam.* Ciacc.

3 *Quo cupidius in ore ducis*] Tacit. lib. XIX. *Julianus ad Vitellium productus, & vulneribus fœdatus, in ore ejus jugulatur.* Sed in Bello etiam Jugurthæ Salluſtius ita locutus eſt. *Urſin.*

4 *Ventis per cava terra citatis*] Huc fortaſſe pertinet fragmentum, quod ſupra lib. IV. habetur ex Nonio: *Atque hiavit humus multa & profunda.* Nam Salluſtius agebat hic, ut apparet, de ingenti quodam terræ motu, & fortaſſe de eo, de quo Athenæus facit mentionem lib. III. ex hiſtoriis Nicolai Damaſceni, in quibus ſcriptum erat: Ἀνεφάνησαν περὶ τὴν χώραν αὐτῶν λίμναι τε αἱ πρότερον οὐκ οὖσαι, καὶ ποταμοὶ καὶ ἄλλαι ὑπὸ τῆς κινήσεως ἀνοιχθεῖσαι. Ad Salluſtii certe locum reſpexit Tacitus, cum dixit de terræ motu quodam lib. II. *Neque ſolitum in tali re effugium ſubveniebat in operta prorumpendi, quia deductis terris hauriebantur, ſediſſe immenſos montes, viſa in arduo, quæ plana fuerant, effulſiſſe inter ruinam ignes memorant.* Urſin. Vulgo, *per concava terræ præcipitati, rupti aliquot montes tumulique ſedere.* Delrii Vetus Codex, *Ventis per cava terræ concitatis, ruptique aliquot montes, tumulique ſederunt.* Pulmanni Cod. *terra citati.* Cod. Parcenſium habet ut expreſſimus, Recte opinor, ſic enim Servius. *De terræ motu variæ ſunt opiniones. Nam alii dicunt, ventum eſſe in concavis terræ, qui motus eam movet.* A Servio ut alia, mutuatus Iſidor. *Carrio.*

Digitized by Google

tumulique ſedere. *Iſidorus*. Initio lib. XIV. *Servius*. Lib. II. Georg.

1 Ubi multa nefande caſu ſuper auſi, atque paſſi. *Priſcian.*

2 Saguntium. *Cariſius*. Lib. I. Inſtit.

3 Tota autem inſula modica, & cultoribus inanis eſt. *Martianus.*

Immodicus animi. *Aruſianus. Meſſus.*

Pugnam illam pro omine 4 belli futuram. *Servius*. In lib. X. Æn.

5 Tantum antiquitatis, curæque majoribus pro *Italica* gente fuit. *Idem.*

1 *Ubi multa*] Cenſorinus, inquit Priſcianus libro decimoquarto, de accentibus ſic ſcribit: *ſuper præpoſitio eſt apud* Virgilium I. Æneid.

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Salluſtius vero in hiſtoriis adverbium hoc protulit: *Ubi multa nefande caſu ſuper auſi atque paſſi. Sed mihi videtur Salluſtius quoque loco præpoſitionis hoc præpoſtere protuliſſe.* Hæc Priſcianus. Quorum poſtrema in eo ſcribuntur quaſi Cenſorini ſint, non Priſciani: cum tamen Priſcianus ab illo in alia omnia diſcedat, & hic præpoſitionem poſtpoſitionem, Græca figura, factam eſſe velit: hinc etiam, *caſu*, non *caſus*, quod vulgo eſt, ſcribi, & poſtremas duas voces, quæ ab editionibus abſunt, ex veteribus libris adjici oportere judico. An autem hic Cenſorinus, cujus de Grammatica, de accentibus, aliiſque eodem pertinentibus Caſſiodorus non ſemel libros nominat, idem ſit cum illo, cujus de die Natali volumen multis defectibus ſuppletis locupletius, lociſque infinitis correctius brevi in lucem dabimus, dubitare me non nego. *Carrio.*

2 *Saguntium*] Huc poſſunt referri, quæ refert Hieronymus in Commentario in Abacuc, cum ait: *Criſpus loquitur in Hiſtoria: Saguntini fide atque ærumnis incluti, per mortalium ſtudium majores, quam opibus; quippe quorum etiam tum ſemiruta mœnia, domus intecta, parieteſque templorum ambuſti, manus Punicas oſtentabant.* Urſin. Pro *Saguntinorum* dictum eſſe notat Chariſius lib. I. Sed vix eſt ut credam bellum Saguntinum in hiſtoriis deſcripſiſſe Salluſtium, cum a Lepido & Catulo, uſque ad bellum Catilinarium ſcripſerit. Videtur aliquis pro concione apud Salluſtium, aut alia quacumque oratione aut epiſtola Saguntinorum meminiſſe. *Coler.*

3 *Tota autem*] Martianus libro quinto; *Si brevis*, inquit, *fuerit monoſyllaba; jambus aut anapæſtus antecedat: ut ait Salluſtius. Tota autem, &c.* eadem ſunt apud Conſultum Chirium (ſive Curium) Fortunatianum libro tertio Rhetoricorum: ut quidem vulgo, & in ipſa etiam Nannii caſtigatione editus eſt: duplici profecto vitio. Nam & ea, quæ de officio oratoris agunt, uſque ad elocutionem, D. Auguſtini, non Fortunatiani ſunt. Et quæ dehinc conſequuntur, a nebulone neſcio quo, ad verbum ex Martiano tranſlata, & illis fuerunt adjecta. Ita homines male induſtrii ex diverſiſſimis liquoribus egregium iſtum cinnum temperarunt. *Carrio.*

4 *Belli*] Apud Servium *bello*, rectius Carrio.

5 *Tantum*] Me conjectore reſtituas licebit: *Tantum anxietatis, curaque, &c.* Douza. Cum Servio tamen *antiquitatis* retinendum exiſtimat Gronov. ad Liv. lib. I. cap. XXXII. Legunt viri docti, *tan-*

Oppro-

Opprobrii gratia. *Agrætius.* De Orthographia.

VIII. Maxumis ducibus, fortibus ſtrenuiſque miniſtris. *Diomedes* lib. II. cap. VI.

Non repugnantibus modo, ſed ne deditis quidem. A. B. C. M. *Donatus.* In Act. I. Sc. II. *Phorm.*

In ſilva Sila fuerunt. *Servius.* In XII. *Æn.*

Quæſere. *Phocas.*

In nuda injecta corpora. *Diomedes.* Lib. II. cap. VI.

1 Apollinis filia & Cyrenes. *Probus.*

Ne ſimplici quidem morte moriebantur. *Servius.* In II. Georg.

Cum prædixero poſitum inſulæ. *Donatus.* Act. I. Sc. II.

IX. 2 Cujus adverſa voluntate, colloquio militibus permiſſo, corruptio facta paucorum, & exercitus Sullæ datus eſt. *Idem.* Act. III. Sc. II. *Eunuch.*

3 A Graccho ſeditiones graves ortæ. *Auguſtinus.* De Civ. Dei lib. II.

tum anxietatis, refragrante Servio ad II. Georg. ANTIQUASQUE DOMOS, *aut revera antiquas, aut charas, ut Salluſtius, Tantum antiquitatis, &c.* Putſch.

1 *Apollinis*] Ex Probi Catholicis. Credo autem hæc ad Sardiniæ deſcriptionem pertinere, ut videtur. *Carrio.*

2 *Cujus adverſa voluntate*] Recte eſt, *adverſa voluntate*, hoc eſt, animadverſa a Sullanis Scipionis Coſ. voluntate. Nam de Scipionis exercitu accipiendum clamat res ipſa; docetque nos Plutarchus in Sulla his verbis: Ὁ δὲ Σύλλας ἔτι πολλοῖς στρατοπέδοις, καὶ μεγάλαις δυνάμεσι περιεχόμενος αὐτοῦ τοὺς πολεμίους ὁρῶν πανταχόθεν, ἥττητο δυνάμει, καὶ δι' ἀπάτης προσκαλεῖται εἰς διαλύσεις τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων Σκιπίωνα. δεξαμένου δ' ἐκείνου, σύλλογοι ἐγένοντο, καὶ κοινολογίαι πλείονες, ἀεὶ δὲ τινὰ καταγωγὴν, καὶ πρόφασιν ἐμβάλλων ὁ Σύλλας, διέφθειρε τοὺς περὶ Σκιπίωνα τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις ἠσκημένοις πρὸς ἀπάτην καὶ γοητείαν ἅπασαν, ὥσπερ αὐτὸς ὁ ἡγεμών. εἰσιόντες γὰρ εἰς τὸ χάρακα τῶν πολεμίων, καὶ ἀναμιγνύμενοι, τοὺς μὲν εὐθὺς ἀργυρίῳ, τοὺς δὲ ὑποσχέσεσι, τοὺς δὲ κολακεύοντες, καὶ ἀναπείθοντες, προσήγοντο. Id eſt, *At Sulla multis adhuc exercitibus, & ingentibus copiis hoſtium circumfuſum ſe videns, omnibus impar viribus, dolo invitavit alterum Conſulem Scipionem ad fœdera. Non aſpernante illo, congreſſus & colloquia crebra fiebant. Sed ſemper moram aliquam Sullæ & cauſſam injiciendo, militibus ſuis ad omnem fraudem & præſtigias, ſicut ipſe dux erat, compoſitis, exercitum Scipionis corrupit. Nam ingreſſi in hoſtium caſtra, iiſque admiſti, alios pecunia, pollicitis alios, nonnullos delinimentis inductos, ad ſe illexere.* Ab his initium factum Appianus ſcribit; clam Scipione, ſecreto cum Sulla, ſi propius accederet modo, de tranſitione agendi, pariterque hoſti proditum, quaſi ſub cultro (ut apud Flaccum eſt) linquendi Imperatorem. Et fortaſſe huc etiam pertinuerit locus, quem paullo ante indicavimus, hoc exemplo: *Inde ortus ſermo percunctantibus utrimque: Satin' ſalva? quam grati ducibus ſuis? quant is familiaribus copiis augerentur?* Douza. *Ad verba,* in libro Carrionis.

3 *A Graccho*] Citat Auguſtinus libro

1 M. Atilius 2 Palicanus humili loco Picens, 3 loquax magis, quam facundus. *Quintilianus* lib. IV. cap. II. *Hieronymus* adverſus *Helvid.* & Agell. I. 15.

4 Inſolens vera accipiundi. *Donatus.* In Andr. Act. V. Sc. I.

Quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat. *Idem.* Phorm. Act. I. Sc. I.

Curubis. *Probus.*

Tharros. *Idem.*

Camiſos. *Idem.*

5 Luces. *Sergius* in artem *Donati.* Et *Pompejus* in eandem.

Primam modo Japydiam ingreſſus. *Servius.* In II. Georg.

viceſimo primo, de civitate Dei. Puto hæc ad primum librum hiſtoriarum, ejuſque ſtatim exordium referenda. *Carrio.*

1 *M. Attilius*] Ex Quinctiliano lib. IV. cap. II. & Hieronymo adverſus Helvidium. Agellius quoque lib. I. cap. XV. Noct. Att. quatuor ultimas adducit voces, eaſque ex hoc Eupolidis ſumtas eſſe aſſerit: λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν. Idem.

2 *Palicanus humili loco*] Videndum an ad hunc pertineat denarius argenteus, in quo Roſtra expreſſa ſunt cum titulo, PALIKANUS; quod is Trib. pl. cum eſſet, Tribuniciam poteſtatem auctore Pompejo reſtituit, ut ſcribit Aſconius Pædianus & alii. A nobis tamen cognomen Paſikanus Lolliæ familiæ tributum eſt in libro de familiis, & fortaſſe non ita recte. *Urſin.*

3 *Loquax magis quam facundus*] In hoc homine plus loquentiæ quam eloquentiæ fuiſſe docet & M. Tullius Cicero in Bruto: *Cn. Carbonem & Marcum Marium, & ex eodem genere complures, minime dignos elegantis conventus auribus, aptiſſimos cognovi turbulentis concionibus, quo in genere (ut & in iis perturbem ætatum ordinem) nuper L. Quintus fuit, aptior autem etiam imperitorum auribus Palicanus.* Putſch.

4 *Inſolens vera accipiundi*] Tacitus Annal. XV. *Audiendi quæ facerent inſolens erat.* Ciacc. More tyrannis conſueto, quorum, quamquam alieno ex ore ſapientium, *auriculas teneras mordaci radere vero fas* nato nemini, qui quidem vitalem ſe eſſe poſtulet: nihil niſi quod animo complacitum, fictumque ad voluntatem fiet audire ſuſtinentes. Unde veritas & fides ſeſe ab Aula fecernunt procul. Neque vero dubium mihi eſt, quin hæc de Tigrane Mithridatis genero ſint accipienda: quem dulci fortuna ebrium ita inſolentem dominationem agitaſſe perhibet Appianus, ut ex tam infinita populorum multitudine ejus imperio parentium, nemo cum tantis cervicibus repertus, qui de adventu Luculli jam Euphratem cum Romano exercitu tranſgreſſi quidquam Regi ſuo præſignificare auſus fuerit; pariter omnibus metuentibus ſibi, uniuſque tenebrionis periculo perdoctis, linguæ repagula frenare; quem Rex ille, ob nuncium adeo liberum, patibulo ſtatim ſuffigi, numerumque porro ſuſpendioſorum augere juſſerat. *Donza.*

5 *Luces*] Pompejus: *Sunt quædam generis feminini tantum ſingularis; ut, pax, lux: licet legerim has paces, luces.* Hæc ille. *Paces* quidem in bello Jugurthino a me adnotatum eſt: *luces*, nec reperiri, nec adnotari potuit. *Carrio.*

1 Carbo

1 Carbo turpi formidine Italiam, atque exercitum deſeruit. *Idem.* In III. *Georg.*

X. Quæ pacta in conventione non præſtitiſſent. *Donatus.* Act. III. Sc. II. *Andr.*

Crebritate fluctuum ut Aquilo ſolet. *Servius.* Lib. I. *Æn.* III.

2 Mithridates corpore ingenti perinde armatus. *Quintilianus* lib. VIII. cap. III.

3 Tyrannumque, & Cinnam appellantes. *Victorinus.* In lib. Cic. *de Invent.* & *Servius.*

4 Nomenque Danubium habet. *Acron.*

1 *Carbo turpi formidine*] De pudenda hac, & Conſulari adeo Imperatore indigniſſima formidine, fugaque Carbonis, ita Appianus: Γαλάται τε ὅσοι ὑπὸ Ῥαβέννης ἐπὶ τὰ Ἄλπεια παρήκουσιν, ἀθρόως ἐς Μέτελλον μετετίθεντο, καὶ Λεύκολλος ἑτέρους τῶν Καρβωνείων ἐνίκα περὶ τὴν Πλακεντίαν· ὧν ὁ Κάρβων πυνθανόμενος τρισμυρίους ὅμως ἔτι ἔχων περὶ τὸ Κλούσιον, καὶ δύο τέλη τὰ Δαμασίππου, καὶ ἕτερα περὶ Καρρίναν καὶ Μάρκιον, Σαμνιτῶν τε αὐτῷ χειρὶ πολλῇ προθύμως ἔτι περὶ τὰ στενὰ κακοπαθούντων, ἀπογνοὺς ἁπάντων, ἀσθενῶς ἔφυγε σὺν τοῖς φίλοις ἐς Λιβύην ἐξ Ἰταλίας, ὕπατος ἔτι ὤν, ὡς Λιβύην περιποιησόμενος ἀντὶ τῆς Ἰταλίας. Hoc eſt, *Præterea tota Ciſalpina Gallia defecit ad Metellum. Et Lucullus contra Carbonianum exercitum alium proſpere pugnavit ad Placentiam. Quibus auditis Carbo, quamvis haberet adhuc armatorum* XXX. M. *circa Cluſium, & duas Damaſippi legiones, & totidem alteras ſub Carinate, Marcioque; adhæc Samnitium magnam manum graviter anguſtias perrumpere molientium, omnibus tamen rebus deſperatis, ſegniter profugit cum amicis in Africam, Conſul Italiam deſerens, quaſi hac amiſſa illam occupaturus.* Douza.

2 *Mithridates corpore*] Hoc exemplum brevitatis nomine commendatur a Fabio lib. VIII. cap III. Neque hercule mirum, quippe a Salluſtio, uno & unico illo brevitatis amatore. Si tamen ita inibi legendum; ac non potius *animatus*, id eſt, ſpiritus animoſos, vereque regios gerens. In qua ſententia doctiſſimum Belgarum Lipſ. eſſe video, cujus ego ſingulas conjecturas, ſingula oracula puto. Luſit in hujus vocis ambiguitate lepide Varro, ubi ſcribit: *Majores noſtri, quum allia & cepe verba illorum olerent, tamen optime animati erant.* Quod ſi quis receptam tamen lectionem tueri maluerit, haud magnopere pugnabo; præſertim qui de Appiano didicerim, Mithridatis arma, Delphos Nemeamque ab ipſo tranſmiſſa, miraculo fuiſſe viſentibus; indeque conjecturam poſteris factam, de ejuſdem immani ſtaturæ modo, corporiſque totius vaſtitudine. *Idem.* Quamvis eam lectionem ſollicitent, & *animatus* ſubſtituant, vulgata tamen mihi nihil vitii habere videtur. *Freinſhem.*

3 *Tyrannumque & Cinnam*] Citantur hæc ter apud Servium, bis in codice Fuldano, ſemel ad quartum Æneidos, quo loco ſic ſcriptum eſt: *Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu. Paris Paridi ſimilis, & injuria a perſona; probroſis enim non lenibus veteres convitia dicebant, ut Salluſtius Tyrannumque excivitam maxima voce appellans.* Lege *Probroſis enim nominibus.* Paridis enim nomen probroſum ſicut & Cinnæ, ut patet ex Salluſtio ſupra: *Si tanta torpedo animos oppreſſit, ut obliti ſcelerum Cinnæ, cujus in urbem reditu decus atque ordines omnes interierunt.* Salluſtiana quoque verba emenda apud Servium ad primum & quartum Æneidos. *Putſch.*

4 *Nomenque, &c.*] Acro, ſive qui A-

Cui

Cui niſi pariter obviam iretur. *Donatus* in *Eunuch.* Act. I. Sc. II.

1 Septimium, neque animo, neque lingua ſatis compotem. *Idem.* Act. III. Sc. II. *Adelph.*

2 Vulgus amat fieri. *Quintilianus*, Lib. IX. cap. III.

3 Non pœniturum. *Idem.* Lib. IX. cap. III.

Pompejus cum alacribus ſaltu, cum velocibus curſu, cum validis vecte certabat. Neque enim ille aliter potuiſſet par eſſe Sertorio, niſi ſe, & milites frequentibus exercitiis præparaviſſet ad prœlia. *Vegetius* lib. I. cap. IX. *Johan. Sareſb.*

XI. 4 Cicero caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit. *Lactantius.* Lib. VI. cap. XVIII.

cronis nomine in librum Horatii de Poetica arte: *Notandum eſt*, inquit, *apud Horatium flumen Rhenum genere neutro: ut in Salluſtio in hiſtoriis, nomen Danubium.* Carr.

1 *Septimium, neque animo*] Huc pertinent illa, quæ habentur ſupra: *Neque auribus, aut lingua competere.* Ad quæ reſpexit Tacitus, cum dixit lib. III. *Oppidani neque auribus*, neque oculis ſatis competebant. Et lib. XIX. *Trepidus miles, dux ſegnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere.* Urſin. Donatus act. III. ſc. II. Adelph. Hoc autem fragmentum idem eſſe cum illo, quod a me libro primo poſitum eſt; (*ſic vero quaſi formidine attonitus neque animo, neque auribus aut lingua competere*;) olim ſuſpicabar: nunc mihi ipſi cum hac omni mea conjectura omnino non placeo. Donatus enim *compotem*. Marcellus vero *competere*, plane agnoſcunt. Præterea animadverti Cornel. Tacitum facundiæ Salluſtianæ, uti ſæpe dixi, æmulum, eandem plane rem verbo illi (*competere*,) multis in locis ſubjicere. Quare nihil mutandum ſtatuo. *Carrio.*

2 *Vulgus amat fieri.*] Quinctilianus libro IX. cap. III. ſic idem Salluſtius bello Jugurthino: *Multitudo, quæ in concione aderat vehementer accenſa, terrebat cum clamore, vultu, ſæpe impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat.* Idem. Seneca lib. de Conſolatione ad Marciam cap. XVI. *Nullum*, inquit, *amat fruſtra cadere telum, quod in confertum agmen immiſſum eſt.* Sic enim legitur hic locus in v. c. *Urſin.*

3 *Non pœniturum.*] Et hoc quoque in Salluſtio nuſquam, apparet, quod ab eodem Fabio lib. IX cap. III. hunc in modum recitatur: *Uſque adeo eſt proceſſum, ut non pœniturum* pro non acturo pœnitentiam, & *viſuros* ad videndum miſſos *Salluſtius dixerit.* Ubi ex vet. cod. legendum eſt, *non acturum*. Carr.

4 *Cicero caninam*] Videnda, quæ ſupra notavimus ad orationem M. Lepidi, in qua ex hoc loco mutavimus *callidam facundiam*, in *caninam facundiam*. Lactantius lib. VI. cap. XVIII. ad hoc fragmentum reſpexit, cum ſcripſit, *ſed quia ipſe caninam illam facundiam, ſicut Salluſtius ab Appio dictum refert, exercuit, voluit quoque hominem canino more vivere ut remorderet laceſſitus.* Hieronymus in epiſt. ad Auguſtinum: *Sed incidit*, inquit, *tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui ita, ut noſtra ſtudia ceſſarent, & juxta Appium, canina exerceretur facundia.* Et adverſus Luciferianos: *Proxime accidit, ut quidam Luciferi ſectator cum alio Eccleſiæ alumno, odioſa loquacitate contendens, caninam facundiam exercuerit.* Urſin.

Primus

Primus Græcorum Achilles. *Servius*. In 1. *Æn.*

Cupientiſſumus legis. *Diomedes*. Lib. 1. cap. 1.

[1] Magna gloria tribunus militum in Hiſpania T. Didio imperante, magno uſu bello Marſico, paratu militum, & m armorum

1 *Magna gloria*] Suſpicor ſcribendum eſſe *T. Didio Imp.* ut habetur in argenteo Didii hujus denario, in quo T. DIDI. IMP. deſcriptus eſt, licet Plutarchus habeat ὑπὸ Διδίῳ στρατηγῷ, quod eſſet, *Didio prætore*. Videtur autem librarius illud IMP. quod erat IMPERATOR, vertiſſe in verbum, *Imperante*. Urſin. Agellius libro ſecundo, cap. XXVIII. Salluſtii de Sertorio duce orationem, cum iis quæ Demoſthenes habet de Philippo rege, contendens, nobis hoc fragmentum, quamquam nec ab ordine, nec a ſcriptura ſatis, uti mox oſtendam, integrum, conſervavit. Demoſthenis autem verba ſtatim ſubjiciam, ſi prius tamen quod mei hoc de loco ſit judicii expoſuero. quod itaque vulgo legitur, *tribus millibus*, id nec rectum eſſe, nec a Salluſtio poſitum, hiſtoriæ ſeries arguit. Sertorium enim tribunum militum fuiſſe præter ceteros rerum Romanarum auctores Plutarchus memoriæ prodidit. neque vero melius, imo, aquanto etiam deterius eſt hoc, quod quidam ſuis in libris excudi voluerunt, *T. Didius imperator*: quam illud, quod antea in Agellio legebatur, *T. Didio imperante*. Et Salluſtium de Sertorio loqui, præter Agellium res etiam ab eo geſtæ declarant; & quod in Hiſpania non fuerit T. Didius tribunus militum, ſed Sertorius. Deinde quod vulgo eſt, *quæ rapta*, ſententiam nullam habet. Fuerunt qui ſcriberent, *corrupta*. Ego veteris editionis ſcripturam ſum ſecutus, quamquam, verum ut fatear, ne eo ipſo quidem mihi ſatisfacio. Quid enim illud? primo per ignobilitatem, deinde per invidiam ſcriptorum celebrata ſunt. Et quæ alii afferunt, nihilo ſimiliora veri ſunt. Jam, *comminus faciem ſuam oſtentabat*; non *quæ cominus oſtentabant*, in eadem antiqua editione diſertim legitur. Poſtremo extrema Salluſtianæ orationis verba paullo aliter apud Donatum in Terent. Eunuch. Act. III. Sc. II. neque ſatis probe, hunc in modum leguntur: *hac, id eſt, cicatrices, ſunt virtutis inſignia; dehoneſtamento tamen eſſe corpori maxume lætabatur.* Locum, ut opinor, utcunque conſtituimus, nunc hujus a nobis conſtitutionis factæ, & omne id quod dixi verum eſſe, Plutarchi auctoritate probatum eſt. Σερτώριος (inquit) μετὰ τὸν Κίμβρων καὶ Τευτόνων πόλεμον, ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ Δειδίῳ στρατηγῷ χιλίαρχος ἐπὶ Ἰβηρίας, ἐν τῇ πόλει Κάστλωνι παρεχείμαζεν Κελτιβήρων. Quo loco interpretes *imperatorem* vertere debuerunt, hoc enim στρατηγὸς ſonare, nemo, vel mediocriter in Græcis ſcriptoribus verſatus poteſt ignorare: præſertim cum & Salluſtius Didium Imperatorem dixerit. Idem paullo infra: Τοῦ γὰρ Μαρσικοῦ πολέμου συνισταμένου στρατιώτας τε προσταχθὲν αὐτῷ καταλέγειν καὶ ὅπλα ποιεῖσθαι, σπουδὴν καὶ τάχος προσθεὶς τῷ ἔργῳ, παρὰ τὴν τῶν ἄλλων νέων βραδυτῆτα καὶ μαλακίαν, ἀνδρὸς ἐμπράκτως βιωσομένου δόξαν ἔσχεν· οὐ μὴν ὑφήκατο τῆς στρατιωτικῆς τόλμης, εἰς ἀξίωμα προεληλυθὼς ἡγεμόνος, ἀλλὰ καὶ χειρὸς ἐπιδεικνύμενος ἔργα θαυμαστὰ, καὶ τὸ σῶμα τοῖς ἀγῶσιν ἀφειδῶς ἐπιδιδοὺς. τῶν ὄψεων ἀπέβαλε τὴν ἑτέραν ἐκκοπεῖσαν. ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ καλλωπιζόμενος ἀεὶ διετέλει. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους οὐκ ἀεὶ τὰ μαρτύρια τῶν ἀριστειῶν περιφέρειν, ἀλλὰ καὶ ἀποτίθεσθαι στρεπτὰ, καὶ δόρατα, καὶ στεφάνους. αὐτῷ δὲ τῆς ἀνδραγαθίας παραμένειν τὰ γνωρίσματα, τοὺς αὐτοὺς ἔχοντι ἀρετῆς ἅμα, καὶ τῆς συμφορᾶς θεατάς. Quæ ita Salluſtii ſententiam exprimunt, ut cum a Plutarcho tum hic, tum vero etiam alibi, fere ad verbum imitatum crediderim. Quod autem me pæne fugit ſcribere, verba Demoſthenis de rege Philippo hæc ſunt: Ἑώρων δὲ αὐτὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἦν ἡμῖν ὁ ἀγὼν, ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον, πᾶν ὅ τι ἂν βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτο προϊέμενον, ὥστε τὸ λοιπὸν μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν. *Carrio.*

armorum fuit. [1] Multaque tum ductu ejus curata, primo per ignobilitatem, deinde [2] per invidiam ſcriptorum celebrata ſunt. Cominus faciem ſuam oſtentabat, aliquot adverſis cicatricibus, & effoſſo oculo. Quo ille dehoneſtamento corporis maxume lætabatur: neque illis anxius, quia reliqua glorioſus retinebat. *Agellius.*

XII. [3] Curetes, quia principes intelligendi divina fuerunt, vetuſtatem uti cetera in majus componentem altores Jovis celebraviſſe, inde [4] Rhegium nominatum. *Lactantius & Iſidorus.*

[5] Italiam conjunctam Siciliæ conſtat fuiſſe: ſed medium ſpatium aut per humilitatem obrutum eſt aquis, aut propter anguſtiam ſciſſum. *Idem.*

1 *Multaque tum*] Hæc ita legenda putamus: *Multaque tum ductu ejus curata, primo per nobilitatem, deinde per invidiam ſcriptorum celata ſunt, &c. Paratu* vero *militum & armorum* uſurpavit item Tac. l. XVII. cum dixit: *Igitur navium, militum, armorum paratu ſtrepere provincia.* Et in vita Agric. *Paratu magno, majore fama, uti mos eſt de ignotis, oppugnare ultro caſtella adorti.* Urſin.

2 *Per invidiam ſcriptorum*] Non diſplicet Ciacconii correctio: *Per invidiam ſ. celata ſunt,* licet Lipſius in Epiſtolicis acute defendat talem ſcripturam: *Per invidiam proſcriptorum celebrata ſunt.* Coler.

3 *Curetes, quia*] Lactantius lib. I. cap. XXI. *Totam,* inquit, *hanc opinionem quaſi a Poetis fictam Salluſtius reſpuit, voluitque ingenioſe interpretari, cur Jovis cultores dicantur* Curetes *fuiſſe:* & ſic ait, *Quia, &c. quantum vero erraverit homo eruditus, res ipſa declarat, &c.* Servius quoque in III. lib. Æneid. *Jupiter,* inquit, *in Creta dicitur eſſe enutritus: quod ideo fingitur, ut ait Salluſtius, quia primo Cretenſes conſtat inveniſſe religionem.* Idem Servius lib. III. Æneid. *Salluſtius dicit primo Cretenſes inveniſſe religionem.* Fortaſſe quiſpiam audacior legendum ſuſpicabitur: *Salluſtius dicit libro primo.* Quod autem quibuſdam in libris, iiſque etiam caſtigationem, neſcio quam, præ ſe ferentibus eſt, *in majus componentes*; hoc rectius a nobis poſitum eſt, *in majus componentem,* de qua loquendi ratione Comment. II. Antiq. lect. diximus: poſſet & legi, *in majus componentes:* ut Curetes ipſi factum illud inventum a ſe religionis in majus extulerint. Sed prius illud placet impenſius. *Carrio.*

4 *Rhegium nominatum*] Oblitus ſum monere typographos, poſteriora verba hujus fragmenti *inde Rhegium nominatum,* ſequenti adjungenda hoc modo: *Italiam conjunctam Siciliæ conſtat fuiſſe, ſed medium ſpatium aut per humilitatem obrutum eſt aquis, aut propter anguſtiam ſciſſum, inde Rhegium appellatum.* Putſch.

5 *Italiam conjunctam Siciliæ, &c.*] Hujus deſcriptionis cauſſam Salluſtio callida Spartaci conſilia, irritique conatus præbuiſſe videntur. Quem Plutarchus tradit navigia Cilicum prædatoria aliquot in freto nactum, (quo fortaſſe referendum fragmentum illud ſuperius lib. II. *Ad hoc pauca piratica, actuaria navigia*) duobus armatorum millibus in eam Inſulam expoſitis, de bello Servili, illic paulo ante ſopito, rurſus integrando conſilia agitaviſſe; ſed deſertum a Cilicibus, proditumque, coactum ſe recipere a mari, atque in Rheginorum peninſula conſidere: ubi poſt a Craſſo foſſa, ac vallo circumdatus, obſeſſuſque. Quis ſcit? an & his conjungendum exemplum libri quarti, tertium a fine

1 Pom-

¹ Pompejus devictis Hiſpanis tropæa in Pyrenæis jugis conſtituit. *Servius*. In lib. XI. *Æn.*

Atque edita undique tribus tamen cum muris, & magnis turribus. *Donatus*. *Andr*. Act. I. Sc. I.

Et in prœliis ² actu promptus. *Idem*. Act. IV. Sc. VII. *Eunuch.*

Pactione amiſſo ³ Publio legato. *Idem*.

XIII. Ipſum ⁴ Mare Ponticum dulcius quam cetera. *Servius*. ad *Æn*. XII. *Priſcianus*. XV. *Macrobius*. Lib. VII. *Saturnal*. Sergius in Artem D. & Pompejus in eandem.

⁵ Equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. *Servius*. ad *Æn*. XI.

⁶ Rebus ſupra votum fluentibus. *Idem*. In *Æn*. II.

dicos; compendumque hoc modo, præmiſſo Pronomine, ut cohæreat narratio: *Quod* (ſcilicet Rhegium) *ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus* V. & MM. Ceterum conſulendus de hoc ſpatio Plinius. *Douza*.

1 *Pompejus devictis Hiſpanis*] Non hoſtica tropæa modo, verum & corporis ſui ipſius ſimulachrum atque effigiem, factis monumentum ſuis; multum hercle diſſimilem illi, quam poſtea Mithridatico bello parato ex margaritis dedicavit, conſecravitque; ſi quidem Plinio credimus, ita porro cum Pompeji perſona delitiganti lib. XXXVII. cap. II. *E margaritis, Magne, tam prodiga re, & fœminis reperta, quam gerere te fas non ſit, hinc fieri tuos vultus? ſic te pretioſum videri? Nonne illa ſimilior tui eſt imago, quam Pyrenæi jugis impoſuiſti?* Sed commonefaciendus eſt lector, binas hic voces perperam in ſingularem coaluiſſe, hujuſmodi me menſoræ ſpatio diſterminandas; *Pompejus de victis Hiſpanis, &c.* Douza.

2 *Actu*] Forte legendum, *aſtu*, Carrio. Cui quidem aſſentior propterea quod Donatus hoc in loco Pyrrhum ſtratagematum peritiſſimum laudat.

3 *Publio*] Interp. Heautont. Act. III. Sc. II. *publico conſilio*. Sed ille patrum noſtrorum memoria vixit. Confer Phorm. Act. I. Sc. II. *Carrio*.

4 *Mare Ponticum dulcius*] Sic locutus eſt Tacitus cum dixit: *Quanto violentior cætero mari Oceanus*. Ad hunc autem auctoris noſtri locum videtur reſpexiſſe Iſidorus, cum ait lib. XIII. cap. XVI. de ſinu Pontico: *Quod mare ex multitudine fluminum, dulcius quam cetera, nebuloſumque, & brevius eſt, &c.* Et fortaſſe totum fere caput ex Salluſtio deſcriptum eſt. *Urſin*. Cauſſa eſt multitudo amnium dulces aquas inferentium. Id quod & Iſidorus videtur ex Salluſtio obſervaſſe lib. XIII. Pertinet hoc fragmentum, ut & alia ad lib. IV. in quo de Ponto & Mæotide ſcripſerat luculenter, quem & in deſcriptione oræ maritimæ ſe ſecutum ait Feſtus Avienus:

Interrogaſti, ſi tenes, Mæotici
Situs quis eſſet æquoris. Salluſtium
Noram id dediſſe, dicta & ejus omnibus
Prejudicatæ auctoritatis ducier.
Non abnuebam. Ad ejus igitur inclutam
Deſcriptionem, qua locorum formulam
Imaginemque expreſſor efficax ſtyli,
Et veritatis pene in obtutus dedit.

5 *Equis paria operimenta erant, &c.*] Credo Tigranis equitatum deſcribi a Criſpo, ſuper quo Plutarchum conſule in vita Luculli. De Cataphractis vide ſupra IV. 10. Fr.

6 *Rebus ſupra, &c.*] Tacit. Hiſt. III. *Cunctis ſuper vota fluentibus*, Ciacc.

Digitized by Google

Ænum, & Maroneam, & viam militarem. *Idem.*

Impediebant juſſa nautarum. *Idem.* In Æn. III.

Nihil ſocordia claudebat. *Donatus.* In *Eunuch.* Act. V. Sc. II.

1 Ut tanta repente mutatio non ſine Deo videretur. *Idem.*

2 In ore gentibus agens, populo, civitati. *Idem.* In *Adelph.* Act. I. Sc II.

Preſſi undique multitudine. *Id. ibid.* Act. III. Sc. II.

3 Hunc igitur redarguit Tarquinius. *Id. ibid.*

4 Dein campi Themyſcirii, quod habuere Amazones,

1 *Ut tanta*] Non procul hinc locum habuiſſe ſuſpicor id Fragmenti, quod habet ſupra: *Et ei voce magna vehementer gratulabantur.* Putoque de Pompejo agi a bello Piratico reduce, de quo hunc in modum Plutarchus: *αἰσθόμενοι δὲ πάντες ἐξεχύθησαν εἰς τὴν ὁδὸν, ὥσπερ οὐ πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων ἐκπέμψαντες αὐτόν· ἐποίει δὲ τὴν χαρὰν, τὸ παρ' ἐλπίδα τῆς μεταβολῆς τάχος, ὑπερβάλλουσαν ἀφθονίαν τῆς ἀγορᾶς ἐχούσης.* Id eſt: *Qua re nunciata, obviam effuſi ſunt omnes, quaſi non paullo ante eum emiſiſſent. Faciebat inexpectata converſionis celeritas gratulationem, foro omnium rerum venalium copia ſuperfluente.* Niſi ſi quis gratulationem iſtam a revorſione ejus ex Africa factam intelligi malit; unde domito Domitio, capto Iarba, Regnis, Regumque negotiis compoſitis victor in Italiam revocatus a Sulla: qua de re ſic idem ſcriptor: *πυθόμενος δὲ τἀληθῆ, καὶ πάντας ἀνθρώπους αἰσθανόμενος δέχεσθαι καὶ παραπέμπειν τὸν Πομπήιον ὡρμημένους μετ' εὐνοίας, ἔσπευδεν ὑπερβαλέσθαι, καὶ προελθὼν ἀπήντησεν αὐτῷ,* &c. Hoc eſt, *Poſt, quum omnes adverteret* (Sulla) *ad excipiendum benigne Pompeium, & procedendum obviam effuſos, tetendit eos vincere progreſſuſque prodiit illi obviam, &c.* Sed omnium veriſimillimum iſtud, quod, quum legitimo ſtipendiorum tempore expleto (qui mos R. Equitibus erat) equo & ipſe ad Cenſores adducto, redditaque militiæ ratione, ejus peteret vacationem. Quo tempore ab altero Cenſorum, natu major qui erat, interrogatus his verbis: Quæro ex te, Magne Pompeje, ecquid omnia ſtipendia impleveris? Pompejus alta voce reſpondit: Omnia ſe impleviſſe; & quidem ipſo ſemet Imperatore. Ad quam vocem populum frequentem acclamaſſe teſtatur Plutarchus; nec ſedari præ lætitia clamores potuiſſe, conſurgentibus pariter Cenſoribus; a quibus honorifice demum, affectante univerſa plebe, eique cum maximo plauſu gratulante etiam deductus eſt domum. *Douza.*

2 *In ore gentibus agens*] Deſumta eſt hæc Salluſtianæ hiſtoriæ tabula ex Donato interpretante hæc Terentii; *In ore eſt omni populo.* Ubi ut ait, *In ore omni populo. Salluſtius: In ore gentibus agens, populo, civitati.* Sed qui hæc poſteriora pro Salluſtianis habuerunt, Salluſtium a Donati verbis non diſtinxerunt, qui illo *civitati* interpretatur Terentii *populo.* Sint igitur hæc Salluſtii: *In ore gentibus agens.* Cetera Grammatici: quem ſic diſtingue: *In ore eſt omni populo. Salluſtius: in ore gentibus agens.* POPULO, *civitati.* Putſch. Ex hoc diſſentaneum non eſt, ut de laudatiſſimo illo, ac vere Magno Pompejo ſcriptum habeatur. *Douza.*

3 *Hunc igitur, &c.*] Ibidem Donatus Salluſtium, cum de deſcriptione Celtiberiæ loqueretur, ita ſcripſiſſe tradidit. Fortaſſis legendum eſt. *Tarquitius,* de quo in bello Sertoriano, pro *Tarquinius.* Carrio.

4 *Dein campi Themyſcirii*] Varia loci hujus apud Servium lib. XI. Æneid. exſtat ſcriptura. In quibuſdam enim legitur

a

Digitized by Google

a Tanai flumine incertum quamobrem digreſſæ. *Servius.*

XIV. [1] Ubi eum tota concione ab exercitu cogit diſcedere, dicit ſe ejus opera non uſurum; eumque ab armis dimittit. *Idem.* Æn. XII.

Et Metello procul agente [2] longa ſpes auxiliorum. *Idem.* Æn. x.

More [3] equeſtris prœlii ſumtis tergis atque redditis, & egreſſi ad faciliores ictus loco cedebant. *Idem.*

Caſtra ſine vulnere introitum. *Idem.* In lib. x. Æn.

[4] Multos tamen ab adoleſcentia bonos inſultavit. *Idem,* *& Donatus. Eunuch.* Act. II. Sc. II. *&c.*

[5] Coſa. *Servius.* In Æn. x.

[6] Equis, atque armis inſignibus. *Id. ibid.* & *Aſper.*

Dein campi Theſmiſcirei: cæteris cum hac noſtra lectione conſentientibus. In aliis vero, *Dein campi Threiſſi, quos habuerunt Amazones ab flumine, incertum, quam ob cauſſam digreſſæ.* Primum autem illud quod expreſſimus, & antiquius eſt, & cum Salluſtiana oratione magis convenit; niſi quod, pro *Threiſſi,* aut *Theſmiſcirei,* voce paullulum immutata ſcribendum eſt, *Themyſcirii:* Amazones enim campos Themyſcirios inſediſſe nemo neſcit. *Carrio.*

1 *Ubi eum tota*] Idem Servius lib. XII. Æneid. Salluſtium hæc de Appio dixiſſe memorat. Quamquam explicatio potius verborum Salluſtii, quam ipſa Salluſtianæ orationis verba eſſe videantur. *Carr.*

2 *Longa ſpes*] *Longa ſpes,* eodem Servio lib. x. Æneid. interpretante eſt ſpes longe poſita. *Idem.*

3 *Equeſtris prœlii*] Ita enim bina iſtæc Fragmenta mala (uti apparet) manu divulſa rurſus in unum conglutinari poſſe de argumenti ſimilitudine conjectare lubet, traductis alio verbis illis: *Caſtra ſine vulnere introitum:* quæ nunc media (ſi diis placet) interjecta leguntur. Ceterum reciprocam iſtam, acceſſim, & receſſim equeſtri prœlio, quaſi ſerra velitandi rationem explicat idem multo clarius nobis in Jugurtha, de Numidarum equitatu loquens: *Quibus illi freti, non (uti equeſtri prœlio ſolet) ſequi, dein cedere, ſed adverſis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem.* Douza.

4 *Multos tamen, &c.*] Tribus in locis verba hæc Salluſtiana adducuntur. Primo a Donato, in Eunuch. Act. II. Sc. II. eo quo a me edita ſunt modo. Dein a Servio libro decimo Æneid, non nihil diverſe: *multos a pueritia bonos inſultaverat.* Poſtremo ab eodem Servio lib. x. *multos ab adoleſcentia bonos inſultaverat;* id eſt, inquit, *impetum fecerat.* Carrio.

5 *Coſa*] *Coſa* civitas Tuſciæ, quæ numero ſingulari etiam ſecundum Salluſtium dicitur. Servius lib. x. Æneid. *Idem.* Ex qua Catulus ejecit Lepidanos. Rutil. I.

Inter Caſtrorum veſtigia Sermo retexit.
Sardoam Lepido præcipitante fugam
Litore namque Coſa cognatos depulit hoſtes
Virtutem Catuli Roma ſecuta ducis.

6 *Equis atque, &c.*] Sic & ſupra: *Equis & armis decoribus cultus.* De Pompejo loqui videtur, Sullæ Dictatori a victoria obviam accedente: quam rem ita commemorat Plutarchus: γνοὺς δὲ ὁ Πομπήϊος ἐγγὺς ὄντα, προσέταξε τοῖς ἡγεμόσιν ἐξοπλίζειν, καὶ διακοσμεῖν τὴν δύναμιν, καὶ ὡς καλλίστη τῷ αὐτοκράτορι, καὶ λαμπροτάτη φανείη id eſt, *Cum* (Sullam) *appropinquare Pompeius certior factus, Legatis imperat, ut exercitum arment, & inſtruant, quo quam pulcherrimam ſpeciem præbeant Imperatori.* Douza.

1 Feſſus

[1] Feſſus in Pamphiliam ſe receperat. *Idem.*

XV. Profectus quidam Ligus [2] ad requiſita naturæ. *Quintilianus. Lib.* VIII.

[3] Apud latera certos collocaverat. *Servius.* In. I. Æn.

Apertæ portæ, repleta arva cultoribus. *Id. ibid.*

[4] Hiſpaniam ſibi antiquam patriam eſſe. *Idem.*

Lyciæ, Piſidiæque agros deſpectantem. *Idem.*

[5] Sorte ductos fuſti necat. *Idem.* In II. Æn.

[6] Omnis Italia coacta in anguſtias ſcinditur in duo promontoria, Bruttium, & Salentinum. *Idem.* Æn. III.

[7] Italia plana ac mollis. *Idem.*

XVI. [8] Qua tempeſtate ex Ponto vis piſcium erupit. *Idem.* In IV. Æn. *Et Scholiaſtes Juvenalis.*

1 *Feſſus*] Idem Servius IIX. *Feſſus*, inquit, *hic eſt egens conſilii:* nam corpore fatigatum dicimus, animo feſſum. *Carr.*

2 *Ad requiſita*] Flodegarius de quo alibi nihil legere memini, in Commentario ad Barbariſmos Donati qui in Bibliotheca Elnovenſi calamo exaratus extat, *fit*, inquit, *Cacophaton in ſenſu, cum aliquid turpitudinis, quod non convenit niſi hiſtrionibus vel Satyricis, ab Hiſtoriographo vel prudenti narratur.* Unde Salluſtius: *profectus &* item *Horat.* & tuos rubros obſtetrix pannos lavit. *In quibus quod ad verba attinet, honeſta eſt elocutio, de re tamen turpiſſima.* Carrio. Confer autem B. Jugurth. cap. XCIII.

3 *Apud latera, &c.*] *Certus* aut velocem ſignificat aut fidelem, aliquando etiam firmum, ut ait Salluſtius, *apud latera certos collocaverat.* Servius lib. I. Æneid. *Idem.*

4 *Hiſpaniam*] Ibidem, *patria*, inquit, *id eſt, civitas in provincia eſſe poteſt, non tamen ut ipſa provincia patria ſit. licet in Salluſtio lectum ſit, Hiſpaniam ſibi antiquam patriam eſſe: ſed illic ad rem, non ad veritatem.* Idem. lib. III. *Hiſpaniam ſibi patriam eſſe, provinciam pro patria poſuit.* Carrio.

5 *Sorte*] corrupte, *furti negati.* Feliciter emendavit Pithœus ut in textu. *Idem.* Puto legendum, *eductos*, accipiendumque de ſevera ac militari Craſſi diſciplina, qua idem in fugitoribus coercendis uſus, ex duabus Memmianis Legionibus contra edictum Imperatoris in hoſtem (Spartacum) pugnare auſis, profligatiſque; quingentos primos, unde initium fugæ factum fuerat, ſorte eductos decimari præcepit. Quod vetus ſupplicii genus intermortuum, ac deſitum jampridem, poſtliminio in caſtra Romana reduxit a Craſſo. Auctor Plutarchus in ejus vita. *Douza.*

6 *Omnis &c.*] Sint ne hæc certa Salluſtianæ orationis verba, vehementer dubito. *Carrio.*

7 *Italia &c.*] Dubito num legi debeat: *Italia plana ac humilis.* Virg.

——Humilemque videmus
Italiam. Putſch.

Guntherus Poeta:

——Campos ac plana jacentis
Proſpicit Italiæ.

8 *Qua tempeſtate, &c.*] Huc reſpexit Tacitus lib. XII. cum ſcripſit: *Quippe Byzantium fertili ſolo, fœcundoque mari, quia vis piſcium in Pontum erumpens, & obliquis ſubter undas ſaxis exterrita, omiſſo alterius litoris flexu, hos ad portus defertur.* Urſin. Etiam citatur a veteri Scholiaſte Juvenalis. qui ſic ſcribit: *Qui in Ponto & Mæotide capiuntur piſces immanes & pingues ex ipſa nativitate, quoniam quando*

1 Intror-

[1] Introrſus prima Aſiæ Bithynia eſt, multis antea nominibus appellata. Ipſa enim eſt & major Phrygia. *Servius. v. Æn. bis.*

Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingreſſus, matre veneno interfecta. *Idem.* In Æn. v.

[2] Exercitum vertere. *Id. ibid.*

Creta altior eſt, qua parte ſpectat orientem. *Idem.*

[3] Se regibus devovent, & poſt eos vitam refutant: adeo illis ingenita eſt ſanctitas regii nominis. *Idem, & Philargyrius.*

gelat, in glacie harent. Salluſtius: *Itaque tempeſtate piſcium vis ponto erumpit.* Plinius lib. IX. cap. XV. *Piſcium genus omne maxima celeritate adoleſcit, maxime in Ponto.* Feſtus Avienus:

Qua piſcoſa jacet ſpacio porrecta Propontis. Coler.

1 *Introrſus prima, &c.*] An vero cuiquam dubium eſſe poteſt, quin hinc mutuatus Bithyniæ ſuæ deſcriptionem Iſidorus? unde & hoc Criſpi Fragmentum (id quod ſupra in Corſicæ, ac Sardiniæ topographia præſtitimus) haud mediocri ſupplemento ſuccenturiari poſſe videtur, facie verborum nonnihil immutata; quæ ita apud eum Sarcinatorem conſuta leguntur: *Prima Aſiæ minoris Bithynia in Ponti exordio ad ſolis orientis partem adverſa Thraciæ jacet, multis antea nominibus appellata. Nicomedia urbs in ea eſt, ubi Hannibal fugiens veneni hauſtu animam exhalavit.* Quorum poſtremam particulam de Juvenalis floſculis decerptam, eſt veriſimile ita de Mario ſcribentis:

Si circumducto captivorum agmine, & omni
Bellorum pompa, animam exhalaſſet opimam,
Cum de Teutonico vellet deſcendere curru.

Videtur autem Salluſtius a Bithyniæ deſcriptione exorſus, cauſſas porro ſummatim ſolens expoſuiſſe belli a Romanis ſumti adverſus Mithridatem, per Nicomedem Bithyniæ Regem (id quod ex Epiſtola illa Pontici Regis didicimus) ipſorum maxime inſtinctu, armis laceſſitum. *Douza.* Recte Doctiſſimus ac Nobiliſſimus Douza fragmentum hoc Salluſtii apud Iſidorum auctius exſtare odoratus erat, nam ita ut edidimus, legitur apud Servium quem habemus liberalitate Cl. Petri Danielis. Sed Iſidori locum non pigebit aſcribere, ut mendum, quod ei jamdudum inhæſit, eluatur: *Prima Aſiæ minoris Bithynia, in Ponti exordio, ad ſolis orientis partem adverſa Thraciæ jacet, multis antea nominibus appellata: nam prius Beritia* (lege Bebritia) *dicta, deinde Mygdonia: mox a Bithynio rege, Bithynia appellata, ipſa eſt & major Phrygia.* Val. Flaccus lib. IV.

Proxima Bebricii raduntur limina regni,
Pingue ſolum, & duris regio non invida tauris.

Ceterum cum Servius citet hæc Criſpi, ut doceat Bithyniam, & Bebriciam dictam, nullaque ejus rei in fragmento hoc exſtet mentio, non dubito Salluſtium augere hoc pacto: *Igitur introrſus prima Aſiæ Bithynia eſt, multis antea nominibus appellata. Ipſa enim eſt & major Phrygia, prius Bebricia dicta, mox a Bithynio rege Bithynia.* Putſch.

2 *Exercitum*] In Jugurtha legitur *exercitum more majorum gereret.*

3 *Se regibus*] Duo hæc fragmenta ſeorſum apud Servium lib. IV. Georg. exſtantia, orationis ſerie ſuadente conjunxi; vere an falſe, nihil laboro. Certe veriſimiliter. Quanquam prius de Celtiberis, poſterius vero de Parthis & Medis Salluſtium protuliſſe, Servius aſſerere videatur.

XVII. [1] Dum:

XVII. 1 Dum inferior omni via graſſaretur. *Johannes Grammat.*

2 Narbone concilia Gallorum. *Pompejus in artem Donati.*

Cum Brutus &c. *Pompejus. Ibidem.*

Poſt defectionem 3 ſociorum & Latii. *Donatus. Adelph.* III. 4.

4 Ad Jovis mandem noſtra. *Idem.* IV. 2.

5 Morbi graves ob inediam inſolita veſcentibus. *Idem. Hecyr.* III. 2.

Carrio. De Parthis loquitur, ſi bene ſuſpicor. Philargyrius, antiquiſſimus Virgilii interpres, de Parthis: *His autem gentibus, ait Salluſtius adeo ingenita eſt ſanctitas religionis.* Ubi emendandum ex eopſe Salluſtii loco: *Sanctitas regii nominis.* Coler.

1 *Dum inferior, &c.*] Senſus efflagitare videtur, ut pro *via*, *vi* reſcribamus. *Douza.* Johannes neſcio quis, qui quædam ex Macrobii Libro de differentia græcæ & Lat. linguæ excerpſit. *In iis graſſatio* iteratio eſt a graditur. Salluſt. Liber eſt penes Pithœum. *Carrio.*

2 *Narbone*] Narbo ob id Martius nuncupatus, quod in eum Cæſar Dictator colonos ex Martia legione milites deduxiſſet. Cicero ſpeculam & propugnaculum Italiæ appellavit. Plinius ait Coloniam fuiſſe decumanorum: & Mela inſuper Atacinorum. Sita eſt ad oſtia Atacis fluminis XII. m.p. a mari diſtans, hodieque & munitiſſima & pulcherrima civitas, tum & Archiepiſcopali ſede aliiſque ornamentis clara. Olim quoque pulcherrimo epitheto eam affecerat Martialis, qui & *Paternam* dixerat, modo codicis manu exarati lectionem ſequamur nobis a Scriverio indicatam;

Docti Narbo Paterna Votieni.

Vulgo enim dicitur:

Docti Patria Narbo Votieni.

Sed firmat lectionem ſcriptam iſta præſertim Epigraphe; COL. JUL. PATERNA. NARBO. Julia Paterna videlicet, ut intelligeretur Julii Patris Dictatoris, non Julii Filii, id eſt, Octaviani, auſpiciis deductam. Martialis verſus hi ſunt:

Quem pulcherrima jam redire Narbo,
Docti patria Narba Votieni,
Ad leges jubet annuoſque faſces.

3 *Sociorum & Latii*] Vide ſup. p. 9.

4 *Ad Jovis mandem noſtra*] Ita & in Donato, exemplaribus noſtris, inſcita prorſus, ac perplexabili ſententia, imo nulla potius. Ita ut dubium mihi non ſit, quin, *Id Jovi mandem noſtro, debeat emendari. Quaſi dicas: Jupiter iſta viderit; vel, hæc Deo ſint cura, qui ſupra nos negotium curabit.* Sic & Martialis ſuppalpans Domitiano:

Hoc ſatis eſt; ipſi cetera mando Deo.

Douza.

5 *Morbi graves*] Sic legendum; nam Tacitus habet: *De obſidione cunctantibus, ſolita inſolitaque alimenta deerant.* Videndum autem an ad hæc fragmenta addi poſſit illud, quod ab Ambroſio citatur epiſt. ad Marcellin. V. *Brevi*, inquit, *multitudo diverſa atque vaga, concordia civitas facta erat, &c.* Nam paulo ante nominatur Salluſt. ut ad eum hæc quoque referri poſſint. *Urſin.* Credo utique de exercitu Mithridatis agi Cyzicum obſidente, eo uſque inediæ redacto, ut ne humanis quidem carnibus abſtinerent; alii pecorum in morem, herbis radicibuſque evulſis uterentur pro cibo. Unde & gravium morborum & peſtilentiæ cauſſæ, eo magis, quod itinera terreſtria, qua commeatus ſubvehi poſſent, omnia a Lucullo obſeſſa circumquaque; & aquæ, per anni tempus hiemantes, ma-

Atque

Digitized by Google

Atque ea cogentes non coactos ſceleſtos magis quam miſeros diſtringi. *Idem.* IV. I. *ibid.*

Graviori bello, quo prohibituri venerant ſocii, [1] frigere. *Idem.* Act. V. Sc. I. *ibid.*

[2] Nam quidem Pyrrho, [3] Hannibali, æquor & terra. *Idem.* Act. I. Sc. I. *Phorm.*

Nam Sullæ dominationem audebat. *Idem.* Act. II. Sc. III. *Phorm.*

[4] Neque eſt defenſus dominationum Sullæ. *Id. ibid.*

At illi. *Serv. Eclog.* I.

Cui [5] nomen. *Serv.* I. *Æn.*

Neu quis miles, neve pro milite. *Servius.*

XVIII. Ex inſolentia avidus malefaciendi. *Idem.*

Tergis vinciebant. *Idem.* Æn. IX.

[6] Charybdis, quæ forte illata naufragia ſorbens gurgi-*ritimas* importationes præpedirent. Quam incommoditatem obſeſſor ipſe Cyzicenus queſtus erat ſupra, in Epiſtola ſua ad Arſacem: ubi in hunc modum res, ita ut geſta erat, quam breviſſime enarratur: *Apud Cyzicum, magno cum exercitu, in obſidione moranti frumentum defuit, nullo circumadnitente, ſimul hiems probibebat.* Quid enim? potuitne brevius? *Idem.*

1 *Frigere*] Legendum forſan, *afflixere*, vel *fregere*. Ciacc.

2 *Nam quidem Pyrrho*] Exiſtimo eſſe ex actione Lepidi; in qua legitur, *Nam quid a Pyrrho, &c.* Ciacc. & Carr. Fr. I. V.

3 *Hannibali*] Vide ſupra Jug. cap. V.

4 *Neque eſt defenſus*] Nec eſt defenſus dominationum Sulla. Videtur ſumptum ex aliqua Oratione. *Coler.* Legitur hodie apud Donatum. *Neque eſt offenſus dominationem.* In edit. Terent. quæ prodiit Hack. 1686.

5 *Nomen*] Male apud Servium *nomen æſtuum*, pro, *nomen oblivionis.* Carrio.

6 *Charybdis*] Servius lib. III. Æn. *Charybdis*, inquit, *ſecundum Salluſtium circa Tauromenitanum egerit litus.* Verba autem Salluſtii, quæ a Servio abſunt, primus e ſchedis viri omnis antiquitatis ſtudioſiſſimi, juxta ac peritiſſimi Petri Danielis in lucem dedit amicus noſter Joſeph. Scalig. de quo illud habeo affirmare, plus eum in Græca Latina lingua, externa, domeſtica antiquitate, omni denique omnium artium encyclopædia memoria tenere, quam quiſquam eorum qui ſe doctos & eſſe, & dici volunt, hac quidem ætate, ignoret. Hæc autem Salluſtiana Silius in librum ſuum XIV. ita tranſtulit;

Et qui corruptas ſorbentem verticis hauſtu
Atque iterum e fundo jaculantem ad ſidera puppes
Tauromenitana cernunt de ſede Charybdin.

Sic enim liber Colonienſis: non, *Tauromenitana.* Strabonis locum, qui de Salluſtiano ad verbum expreſſus eſt, pæne me fugit apponere. Eſt igitur hic: Δείκνυται δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τῷ πορθμῷ, βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσι εὐφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δίνης μεγάλης, καταποθέντων δὲ, καὶ διαλυθέντων τὰ ναυάγια παρασύρεται πρὸς ἠιόνα τῆς Ταυρομενίας, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ συμπτώματος τούτου κοπρίαν. *Carrio.* Quo loco notandum raram ſignificationem in voce *Naufragia*; quæ pro quaſſatum, & qua-

tibus occultis millia sexaginta Tauromenitana ad litora trahit. *Idem.*

¹ Saguntini fide atque ærumnis incluti per mortalium ſtudium majores quam opibus, quippe quis etiam tum ſemiruta mœnia, domus intectæ, parieteſque templorum ambuſti manus Punicas oſtentabant. *Hieronym. in Habacuc.* cap. 11.

² Apud Corduennos amomum & alii leves odores gignuntur. *Philargyrius in* IV. *Georg. Virgil.*

XIX. Quem trans ſtagnum omnis uſque ad flumen. *Idem.*

Repente incautos agros invaſit. *Idem.*

Belli ſane ſciens. *Acron.*

³ Namque omnium ferociſſumi ad hoc tempus Achæi atque Tauri ſunt, quod, quantum conjicio, locorum egeſtate rapto vivere coacti. *Gloſſæ Juvenalis.*

Atque ipſe cultus rei. *Acron.*

⁴ Triplici fluctu. *Servius Fuldanus.*

⁵ Charybdi mare vorticoſum. *Idem.*

ſi aſſulatim dedolatarum navium fragminibus, laceriſque armamentorum reliquiis poſita; recte. Ceterum reſcribendum: *Per millia ſexaginta*: eodemque etiam referendum videri alterum illud libri IV. quod habes ſupra: *Ubi ſe laniata navigia fundo emergunt.* Douza.

1 *Saguntini*] Æſtuat in hujus loci emendatione Colerus. Lege nulla licentia: *quippe quis etiam tum*, pro *qui*, optimo ſenſu & convenienti, *quis* pro *quibus* pueri norunt. *Putſch.*

2 *Apud Corduennos, &c.*] Levis odor eſt ſuavis & fragans, ut contra gravis. Valerius Flaccus.

Illic peſtiferas ſubter juga concava torquet
Ater aquas Acheron, vaſtoque exundat hiatu,
Tumens & ſæva ſequitur caligine campus,
Linque gravem fluvium, & miſeris ſua fata colonis. Idem.

3 *Namque omnium*] De Taurorum crudelitate Lactantius lib. I. *Erat lex apud Tauros inhumanam & feram gentem, uti Dianæ hoſpites immolarentur, & id ſacrificium multis temporibus celebratum eſt.* Putſch.

4 *Triplici fluctu*] Græcis τρικυμία. Latinis Decumanus fluctus. Atque hoc de Charybdi accipio, quam eandem intelligit Virgil. lib. III. divini operis:

Dextrum Scylla tenet, lævum implacata Charybdis
Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus.

Et Homerus:

Τῷ δ' ὑπὸ δῖα χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναῤῥοιβδεῖ
Δεινόν. Putſch.

Ita vocabant maximum fluctum, ut Latini Decumanum. Servius annotat Græcis dici τρικυμίαν. Heſychius: τρικυμία, ἡ ζάλη, ὅταν τρία κύματα εἰς ἓν συνδραμόντα ἐσωματώθη. Coler.

5 *Charybdi mare vorticoſum.*] Scribo:

Sed

Sed ubi [1] tempore anni mare claſſibus patefactum eſt. *Idem.*

Sane bonus ea tempeſtate contra pericula & ambitionem. *Idem.*

XX. Simul immanis hominum vis ex locis invaſere patentes, cum & pacis modo effuſas. *Idem.*

Genua patrum advolvuntur. *Idem.*

Perrexere in Hiſpaniam an Sardiniam. *Idem.*

[2] Quæ mapalia ſunt circumjecta civitati, ſuburbana ædificia. *Idem.*

Et onere turrium incertis navibus. *Idem.*

[3] Traditur fugam in longinqua Oceani agitaviſſe. *Idem.*

Ad mutandum modo in melius ſervitium. *Servius ad primum Æneidos.*

Magna vis hominum convenerat agris pulſa aut civitate ejecta. *Id. ib.*

[4] Cum murum hoſtium ſucceſſiſſet, pœnas dederat. *Idem ad Eclogam quintam.*

XXI. Quippe vaſta Italia rapinis, fuga, cædibus. *Idem.*

Hi ſunt qui ſecundum pocula, & alias res aureas, diis ſacrata inſtrumenta convivio mereantur. * *Idem ad* VIII. *Æneidos.*

In ſecunda feſtinas cohortes compoſuerat. *Idem ad* IX.

Jam repente viſus ſævire Taguns. *Idem ad* X.

Charybdis, mare vorticoſum. Plinius lib. III. cap. VIII. ex Salluſtio: *In eo freto eſt ſcopulus Scylla.* Item: *Charybdis, mare vorticoſum, ambo clara ſævitia.* Seneca lib. IV. cap. I. de beneficiis: *Turbinum motus vagus eſt & disjectus, & ut Salluſtii verbis utar, vorticoſus.* Idem. *Thucyd.* lib. IV. non unum locum ſed totum fretum Charybdin appellavit.

1 *Tempore anni mare, &c.*] Hieme enim non navigabatur, ſed appetente vere maria iterum aperiebantur.

2 *Quæ mapalia ſunt*] Deſumtum eſt hoc ex codice Fuldano Servii, ubi ſic legitur: *Quæ magalia ſunt circumjecta civitati, ſuburbana ædificia magalia.* Separo hæc & duo fragmenta facio: *Quæ magalia ſunt circumjecta civitati.* Et, *Suburbana ædificia magalia:* vel ſi lubet poſtrema, *ſuburbana æ. m.* pro gloſſemate ſunto ex Servii commento. *Putſch.* Vide ſupra Jug. cap. XVIII.

3 *Traditur fugam.*] Exiſtimaverim hæc de Sertorio accipienda eſſe, & fortaſſe per *longinqua Oceani* intelligendas inſulas fortunatas. Acron mihi idoneus auctor eſſe poſſit. *Salluſtius,* inquit, *in Hiſtoriis tradit Sertorium victum voluiſſe fugere ad inſulas fortunatas.* Coler.

4 *Cum murum hoſtium.*] Refero ad librum primum. Ad iſta nempe: *Sertorius portis &c.* Putſch.

Exuant armis equiſque. *Idem.*

Solas feſtinare. *Idem.*

Luſitaniæ gravem civitatem. *Idem.*

1 Ex parte cohortium præcipere inſtructa, & ſtationes locatæ pro caſtris. *Idem.*

Bellum quibus poſſet conditionibus deſineret. *Idem.*

In quis longiſſimo ævo plura de bonis falſa in deterius compoſuit. *Idem.*

Cultu corporis ornata egregio. *Idem.*

At Sertorius vacuus hieme augere copias. *Acro in Horatium.*

2 Sin vis obſiſtat, ferro quam fame æquius perituros. *Servius.*

Conſedit in valle virgulta nemoroſaque. *Idem.*

Paululum requietis militibus. *Idem.*

XXII. 3 Qui nullo certo exilio vagabantur. *Idem.*

Nubes fœdavere lumen. *Idem.*

4 Sanctus alia. *Idem.*

Geronis. *Idem.*

Quæ cauſa fuerat novandis rebus. *Idem.*

Radicem montis exceſſit. *Statii interpres.*

Ut res magis quam verba gerentur, liberos parenteſque in muris locaverant. *Idem.*

Incerta eſt fortitudo dum pendet. *Idem.*

In quibus plauſtra ſedes ſunt. *Acro ad Horatium.*

5 Luxo pede. *Probus.*

6 Maurique 7 vanum genus, ut alia Africæ, contende-

1 *Ex parte*] Emenda, *ex parte cohortium præcipue inſtructa ſtationes locata pro caſtris.* Putſch.

2 *Sin vis obſiſtat.*] Reduco ad 3. Hiſtor. librum, de exercitu apud Cyzicum fame confecto.

3 *Qui nullo certo exſilio.*] Supra in Catilina, *Qui Ænea duce profugi ſedibus incertis vagabantur.* Nam quod Palmerius ibi, *ſedibus cunctis* legat, more ſuo facit, id eſt, abutitur ingenio. *Putſch.*

4 *Sanctus*] Supra lib. 1. hiſtor. verba habes ab his non multum diſcrepantia, *Sanctus aliter & ingenio validus.* Quæ cum his eadem putabam, ſed refutavit me Chariſius, qui hic *aliter* pro *alias* notat, & Servius ibi *alias* accuſativo ponit, ut, *At altera Grajus.* Quæ diverſitas fecit, ut hic & diverſe a me ponerentur. *Idem.*

5 *Luxo pede*] Id eſt, vacillanti. *Probus.*

6 *Maurique*] Citat hæc Priſcianus ex Criſpi noſtri Jugurtha; quæ cum ibi non legantur, hoc inter incerta referenda duxi. Quod boni mihi vitio non vertent, cum ſæpe in adducendis veterum teſtimoniis a Grammaticis peccatum ſit. Ut apud Nobans

bant [1] Antipodes ultra Æthiopiam cultu Perſarum juſtos & egregios agere. *Priſcianus.*

Et Perpernam forte cognoſcit mulio redemtoris. *Acro in Horatium.*

Omnium fluminum, quæ in maria, qua imperium Romanum eſt, fluunt, quam Græci τὴν ἔσω θάλασσαν appellant, maxumum eſſe Nilum conſentitur, proxuma magnitudine eſſe Hiſtrum ſcripſit Salluſtius. *Agellius* lib. x. cap. VII.

Ex omnibus quæ tractavimus, Æbuti Liberalis, poteſt videri nihil tam neceſſarium, aut magis, ut ait Salluſtius, cum cura [2] dicendum, quam quod in manibus eſt. *Seneca.* de benef. IV. I.

Turbinum motus vagus eſt, & disjectus, & uti Salluſtii verbis utar, vorticoſus; cometarum autem, compoſitus, & certum iter carpens. *Idem.* Nat. Q. 7. 8.

XXIV. Salluſtius, auctor certiſſumus, aſſerit Tigrim, & Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diverſa euntes longius dividantur, ſpatio medio relicto multorum millium: quæ tamen terra, quæ ab ipſis ambitur, Meſopotamia dicitur. *Idem.* Et *Iſidor.* 13. V. Euphrates. & *Hieron.* de locis Heb. & *Vib. Sequeſt.*

Pelorum promontorium Siciliæ reſpiciens aquilonem, juxta Salluſtium dictum a gubernatore Hannibalis illic ſepulto, qui fuerat occiſus per ignorantiam regis, cum ſe ejus dolo crederet eſſe deceptum. *Servius* in III. Æn. *Et Iſidorus.* 14.

XXV. Ariſtæus, uti Salluſtius docet, poſt laniatum a

nium in luſtrare. *Luſtrare patefacere. Salluſtius Catil. lib.* I. *Si luſtrantur, ſi erumpunt omnia, muta jam iſtam mentem,* cum omnino legendum ſit, *Cicero Catil.* I. in cujus orationibus hæc exſtant, non in Sall. Catil. Falſo quoque aſcribit Sall. fragmentum ex libris Ciceronis de Repub. Antonius Auguſtinus ſub finem notarum P. Ciacconii Antverpiæ editarum. *Putſch.*

7 *Vanum*] Tertull. de anima hanc lectionem agnoſcit. v. fr. 532.

1 *Antipodes*] Uti notum, illi dicuntur, qui adverſa nobis urgent veſtigia. Cic. in Academ. *Antipodes e regione nobis, e contraria parte terræ adverſis veſtigiis ſtant contra veſtigia.* Idem dicit in Som. Scip. *eorum partim obliquos, partim verſos, partim etiam adverſos ſtare nobis.*

2 *Dicendum*] Olim, *cura dictum.* Sed ex MSS fere infinitis quibus uſus eſt Fr. Martinius in Caſtigando Seneca, hanc lectionem deprompſit Carrio.

cani-

Digitized by Google

canibus Actæonem filium, matris inſtinctu Thebas reliquit, & Ceam inſulam tenuit, primo adhuc hominibus vacuam: poſtea, ea relicta, [1] cum Dædalo in Sardiniam tranſivit, poſt delatus eſt Cumas. *Servius*. I. Georg. & VI. Æn.

[2] Salluſtius duces laudat, qui victoriam incruento exercitu deportarunt, *Idem*. In XI. Æn. & Iſid. 18.

Cares inſulani populi fuerunt, piraticam exercentes, famoſi, victi a Minoe, uti Salluſtius, & Thucydides p. 3. δ. tradunt. *Idem*. VIII. Æn.

[3] A Troja Capys Campaniam, Helenus Macedoniam, alii Sardiniam, ſecundum Salluſtium, tenuerunt. *Idem*. I. Æn.

Dardania a Dardano Jovis & Electræ filio, aut ſecundum Salluſtium, a Mida Dardanorum rege, qui Phrygiam tenuit. *Idem*. II. Æn.

1 *Ariſtæus, &c. cum Dædalo in Sardiniam tranſivit*] Ex Servio lib. I. Georg. Idem lib. VI. Æneid. *Dædalus*, inquit, *ut ſcribit Salluſtius, primo Sardiniam, poſt delatus eſt Cumas*. Illud in lib. XII. tranſtulit Silius; ſic enim canit:

Fama eſt, cum laceris Actæon flebile membris
Supplicium lueret ſpectatæ in fonte Dianæ,
Attonitum novitate mali fugiſſe parentem
Per freta Ariſtæum, & Sardoos iſſe receſſus:
Cyrenen monſtraſſe ferunt nova littora matrem.

Carrio.

2 *Salluſtius duces*] Ut de L. Scipione Sulla, Pompejus de D. Bruto caſtris collatis apud Mutinam obſeſſo. Sed, *Reportarunt*, malim. Et fortaſſe huc pertinuerit, quod habes ſupra: *Caſtra ſine vulnere introitum*. Quod ipſum tamen ad Pompeji Epiſtolam Senatui inſcriptam, poſt victoriam de Bruto, quam dixi, referri oportere, poteſt, ut credam, hoc Plutarchi teſtimonio adductus: ἔλυσε δὲ τὸν φόβον ἐπιστολὴ παρὰ Πομπηΐου κομισθεῖσα, κατορθωκότος ἄνευ μάχης τὸν πόλεμον. ὁ γὰρ Βροῦτος, εἴτε παραδοὺς τὴν δύναμιν αὐτὸς, εἴτε προδοθεὶς μεταβαλλομένης ἐκείνης, ἐνεχείρισε τῷ Πομπηΐῳ τὸ σῶμα, &c. Id eſt, *Hanc formidinem allatæ a Pompejo litteræ diſcuſſere; bellum ſine certamine eſſe perpetratum: Brutus enim, quia vel exercitum ipſe tradidit, vel, tranſitionem ille quum faceret, proditus fuit, ſeque & vitam ſuam in Pompeji permiſit fidem*. Addam corollarii vicem, hujuſmodi victoriæ genus, in re tamen diverſa, & quæ ad Venerem potius ſpectet, quam Martem, etiam præcipue Triumpho dignum cenſeri a Poeta Sulmonenſi: In qua (ut idem feſtiviſſime argutatus) utcunque eſt, *ſanguine præda caret*. *Douza*.

3 *A Troja*] Servius lib. I. Æneid. paulo aliter: *A Troja Capys Campaniam, Helenus Epirum, Antenor Venetiam, alii Sardiniam, ſecundum Salluſtium, occuparunt*. Eodem pertinet illud Silii lib. XI.

Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo
Aſſaracus, nulloque minor famave manuve
Tum Capys, ut primis dederit ſua nomina muris.

Carrio.

XXVI. Sallu-

XXVI. Salluſtius Scyllam ſaxum eſſe dicit ſimile formæ celebratæ procul viſentibus. *Idem.* Lib. III.

In Sicilia eſt Enceladus, Othus in Creta, ſecundum Salluſtium. *Id. ibid.*

Salluſtius ait, Hiſpanorum morem fuiſſe, ut in bella euntibus juvenibus parentum facta memorentur a matribus. *Idem.* lib. x. Æn.

Orion, juxta Salluſtium, oritur juxta ſolis æſtivi pulſum. *Idem.* Æn. v.

In Flaminia eſt civitas, quæ [1] Cale dicitur, & in [2] Gallia hoc nomine, quam Salluſtius a Perperna captam commemorat. *Idem.* Æn. VII.

Getæ ſunt Myſii, quos Salluſtius a Lucullo dicit eſſe ſuperatos. *Id. ibid.*

Trojanorum tempore invadendarum terrarum cauſſa fuerat navigatio, uti Salluſtius meminit. *Idem.* Æn. I.

Curribus falcatis uſos eſſe antiquos, Livius & Salluſtius docent. *Id. ibid.*

Vices ſignificant pugnam, quia per [4] viciſſitudinem pugnabatur, ut inquit Salluſtius. *Idem.* II. Æn.

Creta medio jacet inſula ponto, id eſt, ſecundum Salluſtium, procul a continenti. *Idem.* III. Æn.

Primo menſe veris dicitur novum ver, ſecundo ver adultum, tertio præceps; ſicut etiam Salluſtius dicit ubique, nova æſtas, adulta, præceps. *Idem.* in I. Georg.

Salluſtius in Hiſtoriis tradit, Sertorium victum voluiſſe fugere ad inſulas fortunatas. *Acron*, in Epod. Horat.

Inſulas fortunatas Salluſtius inclutas eſſe ait Homeri carminibus. *Servius.* in Æn. v.

Proximum dicebant veteres, non ſolum adhærens, & adjunctum, verum etiam longe remotum, ſi tamen inter

1 *Cale*] Ex Salluſtio Calem in Gallia, & Calenſem villam, ab urbe Pariſiorum quaſi centum ſtadiis diſtantem, habet Greg. Turonenſis. Haud procul a Matrona flumine, ut Gaguinus ait. *Ortel.*

2 *In Gallacia*] Voſſ. ad Melam emendat. p. 186. confert Vitruv. II, 3. cum membranis Chriſtinæ & emend. Plin. 35, 14.

4 *Viciſſitudinem*] In aliis, per *viciſſitudines.* Carrio.

duo

duo diſcreta nihil medium exſtitiſſet. *Virg. Æneid.* lib. v.

Proximus huic, longo ſed proximus intervallo,
Inſequitur Salius.———

Ita & Salluſtius in Situ Ponti, de promontoriis Paphlagonum, & quod Κριϛ μέτωπον appellavit, poſuit. *Nonius.*

Interrogaſti, ſi tenes, Mæotici
Situs quis eſſet æquoris. Salluſtium
Noram id dediſſe, dicta & ejus omnibus
Præjudicatæ auctoritatis ducier,
Non abnuebam. Feſtus Avienus.

XXVIII. *Portus ab Eoo fluctu curvatus in arcum.* In arcus ſimilitudinem. Sic de Ponto Salluſtius, unde hic tulit colorem, nam ſpeciem efficit Scythici arcus. *Servius ad* 11. *Æneid.* v. 533.

Lata autem ideo dixit, quia ſe anguſtiæ Pontici oris illic dilatant, uti dicit Salluſtius. *Servius. ad Æn.* 11. v. 312.

Teia autem dicta eſt a Teio Anacreontis Poetæ Lyrici oppido, quod in Paphlagonia eſſe Salluſtius indicat, cum de ſitu Pontico loquitur. *Comment. in Horatium.*

Porro Salluſtius auctor certiſſimus aſſerit tam Tigris, quam Euphratis in Armenia fontes demonſtrari. *Hieronymus de locis Heb.*

Cum multi evaſerint Trojanum periculum, uti Capys, qui Campaniam tenuit; ut Helenus, qui ut alii Sardiniam, ſecundum Salluſtium. *Servius.*

Salluſtianus Calpurnius. *Hieronym. adverſ. Ruf.*

Calpurniani diſcipuli. *Id. ibid.*

Tamen vulgata jam res eſt gentilium proprietatum. Comici Phrygas timidos illudunt. Salluſtius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat. *Tertull. de anima.*

XXIX. Sarcaſmus Chleuaſmo proxima eſt, & ſimilis figura, qua adverſariorum facta, cum exacerbatione admiſſi eorum laceſſimus. Ut apud Salluſtium de Sullæ crudelitate. Ut in M. Mario, cum fracta prius crura per artus expiraret. *Jul. Rufinianus de ſchematis lexeos.*

Meſopotameni homines effrenatæ libidinis ſunt, ut Sal-

Digitized by Google

Salluſtius meminit, in utroque ſexu. *Gloſſæ in Juvenalem.*

Antonius ille trium Antoniorum corruptor, ille Salluſtius, qui oræ maritumæ, qua Romanum eſſet imperium, contrarius piratis. Si omnes ſocios & maxime Græcos Aſiaticos ac Siculos fortunis omnibus ſpoliaverunt. *Eædem Gloſſæ.*

XXX. Σαλλουστίου ἢ θαυμάζω, τότε πρῶτον ὤφθαι Ῥωμαίοις καμήλους, λέγοντος, εἰ μήτε πρότερον τοὺς μετὰ Σκιπίωνος νικήσαντας Ἀντίοχον ᾤετο, μήτε τοὺς ἔναγχος περὶ Ὀρχομενὸν καὶ περὶ Χαιρώνειαν Ἀρχελάῳ μεμαχημένους, ἐγνωκέναι κάμηλον. *Id eſt*: Salluſtium demiror, qui autumat tum primum viſos Romanis Camelos; quod neque olim illos, qui duce Scipione Antiochum devicerunt, neque hos, qui ad Orchomenum & Chæroneam certaverunt cum Archelao, noſſe putaverit Camelum. *Plutarchus*. in Lucul. 498. ed. *Francof*. 1620.

Σαλλούστιος μὲν οὖν φησι, χαλεπῶς διατεθῆναι τοὺς στρατιώτας πρὸς αὐτὸν, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου, πρὸς Κυζίκῳ, καὶ πάλιν πρὸς Ἀμισῷ δύο χειμῶνας ἑξῆς ἐν χάρακι διαγαγεῖν ἀναγκασθέντας. *Id eſt*: Ac Salluſtius quidem fuiſſe milites jam inde a principio male ait in eum (Lucullum) animatos, quod ad Cyzicum, [1] & iterum ad Amiſum duas hiemes eos in caſtris continuiſſet. *Idem.*

LECTORI.

HActenus Fragmenta florentiſſimi Rerum Romanarum ſcriptoris, quæ extare putamus. Ceteraquæ ſequuntur, in MS. Servio legi auctor eſt V. Cl. Andreas Schottus: in optima tamen illa Honorati Editione a Petro Daniele JC. procurata non comparent.

* m or Trequii præter s r ciem neceſſariam haud multo ſecus quam ferro noceri poterat. At Varinius, dum hæc aguntur a fugitivis, ægra parte militum autumni gravitate, neque ex poſtrema fuga, cum ſevero edicto jube-

1 *Et iterum ad Amiſum*] Vide ſupra IV. 1.

Digitized by Google

rentur, aliis ad ſigna redeuntibus, & qui reliqui erant per ſumma flagitia detrectantibus militiam. Quæſtorem ſuum C. Thoranium ex quo præſente vera facillime noſcerent. *** commiſerant, & tamen interim quum volentibus numero quatuor. . . .

XXXI. * ingre, tante ſetui debacrltur, nefandum in modum perverſo vulnere & interdum lacerum corpus ſemianimum omittentes, alii in tecta jaciebant ignes, multique ex loco ſervi, quos ingenium ſocios dabat, abdita a dominis aut ipſos trahebant ex occulto, neque ſanctum aut nefandum quicquam fuit iræ barbarorum, & ſervili ingenio: quæ Spartacus nequiens prohibere, multis precibus cum oraret, celeritate **** nuntios.

Aliquot dies contra morem fiducia augeri noſtris cœpit, & promi lingua. Qua Varinius contra ſpectatam rem incaute motus novos incognitoſque & aliorum caſibus perculſos milites, ducit tamen ad caſtra fugitivorum. Preſſo gradu ſilentes jam, neque tam magnifice ſumentes prælium, quam poſtulaverant. Atque illi certamini conſcii inter ſe juxta ſeditionem erant. Crixo & gentis ejuſdem Gallis atque Germanis obviam ire & ultro offerre pugnam cupientibus contra Spartacum.

FRAGMENTA tria, ex vetuſtis, & Servianis doctiſſimi Petri Danielis ſchedis, necdum publicatis, Lutetiæ deſcripta, atque inde porro ad C. V. Juſtum Lipſium ab adoleſcente lectiſſimo, Andrea Schotto, [illegible] Lugdunum noſtrum tranſmiſſa, alius nominis; quam Salluſtii eſſe quovis pignore contendere auſim. Cui rei argumenta, primo ſtylum, dico: quem ego adeo omni ex parte Salluſtiano dicendi generi reſpondere, probare poſſe videor; ut lac lacti ſimilius eſſe non queat: deinde Servilis belli tractationem, quam Salluſtium in his Hiſtoriarum ſuarum libris executum eſſe, cum ex aliquot ſuperioribus Fragmentis, tum vero ex Auſoniana illa duodecim annorum computatione ita examuſſim compertum jampridem, atque exploratum habemus, ut ſcrupulo nobis ejus rei cauſſa opus non ſit. Abeſſent tantum cæcæ lituræ illæ, tot barbariæ [illegible], ac maculis obſita: Quibus ipſo hercule eluendis ſat eſſe non poſſum. neque enim Fullonicam didici. Uti capſe exarata accepi, ita repræſentavi. Cæterum fides [illegible] Scriptores [illegible] Dixera.

ORA-

ORATIONES DUÆ AD C. CÆSAREM, SALLUSTIO ADSCRIPTÆ.

1. ORATIONES DUÆ.] De Scriptore duarum (ut quidem nunc inſcriptio eſt) Orationum ad C. Cæſarem, cum ambigerent literati homines, cauſſa non erat; præſertim cum & codicum membranaceorum conſenſus, & quæ ratio maxima, germaniſſimus dicendi character, tamquam in iis Cenſoriæ antiquæ exercita ſeſe ab alio nomine, quam a ſevero & ſerio illo Hiſtorico eſſe, haud indicium modo, ſed & fidem merebantur multo certiſſimam. Quid enim? E ſummo puteo (uti apud Comicum noſtrum eſt) ſimilior numquam poteſt aqua aquæ ſumi, quam hæc ipſa ſunt, & altera illa, quæ de Salluſtianis naufragiis reliqua Deorum nobis benignitas fecit. Nam quod de Tacito, aut alio etiam rerum illius ætatis auctore hallucinati ſunt quidam, quid ſimile? Primum, numquam ea linguæ Latinæ puritas in Tacito: deinde, temporum ratio putetur: magnum ſatis inter Flaviani ac Juliani ſeculi ſcriptores intervallum. Neque ipſi id inficiantur. At brevitas illa, quæ in Hiſtorico noſtro familiam ducit, non æque credo in his Orationibus, ac in ceteris ejuſdem ſcriptis, compareret. Ridicula res vero, miror que ſibi nam & oculos, & animi mentem habuerint, qui hujuſmodi tanto ... ſententias dixere: niſi tamen forte hæc ipſa, ſicuti peregrinantes, perlegerint, quod hercle pernegari non poteſt. Quæ etiam cauſſa fuiſſe videtur, ut quo in lingua Latina aſtrictius nihil, aut conciſum magis, dici, ſcribi, vel fingi ne ab ipſo quidem Salluſtio poſſit, id iſti immodice longum, ac Salluſtiana breviloquentia indignum arbitrari ſint auſi; haud quaquam cogitantes, ejuſcemodi delicias longas dici non poſſe: quibus (ut Martialis Tribuni interceſſione pro Criſpo Prætore noſtro utar) *nihil eſt, quod demere poſſis*; ut omittam cetera, quæ in Coſconium nota ibidem Epigrammate leguntur, in hujuſmodi novos Lacones potius, quam veterem illum Celtiberi Poetæ criminatorem convenientia. Verum aliquando in rem præſentem, in qua ego omnibus verbis vindicare, manumque cum hoſte, (ſi uſus venit) apud Prætorem, quem dico, conſerere ſum paratus. Non quidem vitilitigandi ſtudio (a qua ſcabie, meditate ſemper cavi, ut ungues tenerem) ſed veritatis, & Salluſtiani honoris defendundi. Cui hoc loco, aſſertorem me veniſſe haud pœnitet, magis reticuiſſe pigeret. Nam ſive hæc, ſive alia ſtudioſis probabuntur, a me quidem pro virili dictum & adjutum fuerit. Reliquum eſt, ut quid de pervolgata hac inſcriptione ſentiam, quam breviſſime potero, exponam. Nam Orationum nomine cenſendas perſuadere mihi non poſſum. Proinde (more majorum quod liceat) Epiſtolas, non orationes judico inſcribi oportere: conjecturam ex eo ducens, quod auctorem ipſum, non orantem, ſed ſcribentem poſtea inducit Salluſtius, his verbis: *Forſitan, Imperator, perlectis literis deſideres, quem numerum Senatorum fieri placeat, quoque modo in multa,*

ta, & varia officia, &c. Et aliquanto poſt: *Ea mihi omnia generatim deſcribere haud difficile factu fuit, prius laborandum viſum eſt de ſumma conſilii, &c.* Denique etiam ſub finem: *Quæ mihi utilia factu viſa ſunt, quæque tibi uſui fore credidi, quam pauciſſimis potui, perſcripſi.* Ubi manifeſto vides, & litterarum & ſcriptionis per litteras interpretes factæ, non autem Orationis ad Cæſarem habitæ fieri mentionem. Quod quoniam ſatis ſuperque argumentis oſtenſum ac declaratum arbitror, in promptu erat, aliquot ex omni numero exempla decerpta proponere unde, tamquam ex vulpe leonem, cuivis promptum ſit oculo præſente arbitrari, Epiſtolas, quas dico, utraſque ſine probro lectas, hoc eſt, puras putas Salluſtianas eſſe: neque quicquam in iis adulterinum deprehendi, quod parentem ſuum infitiari poſſit. Exemplo fuerint vel hæc paucula: *Ita defeſſos, & exſangues Regi, aut nationi prædæ futuros.* Sic in Catilina: *Quin defeſſis, & exſanguibus, qui plus poſſet, imperium, atque libertatem extorqueret.* Item: *Quare capeſſe, per Deos, Rempub. & omnia aſpera, uti ſoles pervade.* Cui confine illud in Jugurtha de Mario: *Omnes aſperitates ſupervadere.* Niſi cui forte hinc eum locum emendari, atque utroque, *Pervadere,* legi placeat. Neque iſtinc adeo abhorret, quod ſcripſerat ſupra: *Inter has difficultates evadendum eſt tibi.* Addam & tertium ex eadem: *Juventus probitati & induſtriæ, non ſumtibus neque divitiis ſtudeat.* Cui pariſſimum illud Belli Jugurthini: *At contra quis omnium eſt his moribus, quin divitiis, & ſumtibus? non probitate, neque induſtria cum majoribus ſuis certet?* Illud vero Epiſtolæ ſequentis, *Poſtremo cuiquam mortali, cujus opes in excelſo ſunt;* quis cum hoc Catilinario exemplo facere non videt? *Qui magno imperio præditi in excelſo ætatem agunt.* Cui contrarium alterum ibidem lectum: *in obſcuro vitam agunt.* Jam iſtuc indictum nobis abire non debet: *Sed per ceteras mortales illa res clarior eſt, quod & prius defeſſi ſunt homines laudando munificentiam tuam, &c.* adfine illi quod in Oratione Lepidana habuimus antea: *Quibus per ceteras gentes maximi, & clari eſtis.* Quæ duo (magnitudinem, dico, & claritatem; quarum altera ad potentiam populi Romani; altera ad gloriam referunda videtur) etiam infra conjungit. *Quis te clarior, quis major in terris fuerit!* Neque illa phraſis ſilentio tranſeunda: *Cum indignabuntur omnia funditus miſceri.* Sic in Catil. *Neque mutari, ac miſceri omnia cerneres.* Scripſerat idem paulo ſupra: *Quorum omnis vis, virtuſque in lingua ſita eſt.* Ad exemplum credo illius e Catilina: *Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt.* Succurrit illud: *M. Livio Druſo ſemper conſilium fuit, in Tribunatu ſumma ope niti pro nobilitate.* Sic in Jugurthina Memmii Oratione *Vos pro libertate, quam ab illis accepiſtis, non ſumma ope nitemini.* Item: *Alieno pro ſcelere, ſua quaſi pro gloria nitebantur.* Ab hoc diverſum, quod mox idem ſubjungit: *Contra eam nixi.* Nam *Conſilium fuit mihi,* notius quam ut exemplis ſit opus. Neque omittendum illud: *Nam ubi cupido divitiarum invaſit.* Idem enim in Epiſtola Mithridatis: *Cupido profunda imperii, & divitiarum.* Sequitur ibidem: *Neque ingenium ullum ſatis pollet quin animus magis, aut minus mature poſtremo tamen ſuccumbit.* Cui clauſulæ ſuffragatur illud quod habes ſupra libro III. *Multato fœdo corpore poſtremo tamen periere.* Habes in eadem: *Libertas juxta bonis, & malis, ſtrenuis, & ignavis optabilis eſt:* Sic in Jugurtha: *Juxta boni, malique ſtrenui, & imbelles multi obtruncati:* Sed ibi, *Juxta,* reſcribendum videtur. At hæc pauca e multis Elocutionum generibus annotaſſe ſufficiat; Cetera, (uti ſpero) juventuti curæ erunt, ut ea pro ſe quiſque ſuapte induſtria inveſtiget. Nam plura ne attexam, Salluſtianæ brevitatis lex vetat & ipſe Lectori argutias longiores exhibere metuo. Nam de labore meo facile eſt. Sed quis modus quæſo obſervationum futurus, ſi nobis libido fuerit omnia examuſſim perſequendi? Proinde ad digniora properantes, quæ reſtant Grammaticorú curioſitati linquemus, omiſſuri etiam compendii faciundi cauſa; ſimul ne communium miſeriarum, quas

per

Digitized by Google

[1] ORATIO I.
AD
C. CÆSAREM,
DE
REPUBLICA ORDINANDA.

XXXII. [2] POPULUS R. antea obtinebat, regna atque imperia, fortunam dono dare, item [3] alia, quæ per mortalis avide cupiuntur: quia & apud indignos ſæpe erant, quaſi per lubidinem data; neque cuiquam incorrupta permanſerant. Sed res docuit

per tot annos ægre, ac duriter exanclavimus, nos ipſi in memoriam inducamus, tot tantaſque in illuſtri poſitas pro rep. indignationes: quibus ſolens cum ſeculi ſui vitiis rixari amat Salluſtius; graviſſimus alienæ & publicæ luxuriæ caſtigator. Quas ſi quis cum Catilinarii, & Jugurthini Belli querimoniis inter ſe contendere voluerit, facile videbit, ejuſdem imaginis formam poſſidere utraſque: neque aliud in his majus diſcrimen comparere, quam quo Menæchmum ſurreptum a Soſicle diſcrevit Plautus. Quare his, ut dixi, præteritis, aliquot prius a me emendatiunculas daturus, rem ad exodium aliquando deducam. *Douza.*

1 Altera Salluſtii oratio ad Cæſarem, quam male præponunt, quum ea ſcripta ſit poſt Pompejum victum, altera ante eam victoriam. *Mercerus.*

2 *Populus Romanus*] Duo Longobardicis litteris ſcripti libri habent, *Pro vero antea obtinebat, regna atque imperia fortuna dono dare.* Sed Latinus Latinius legit, *fortuna dono dari.* Forte, *Pro vero antea obtinebam regna atque imperia fortunam dono dare.* Ciacc. Fab. & Bric. *P. R. vero.* Carrio. Ita hæc diſtinguo: nec puto quicquam deſiderari; multo minus locum corruptum, aut deploratum eſſe; id quod cenſent Critici. Proinde, *Obtinebat*, novo ſignificatu, a novatore verborum Salluſtio poſitum accipio, *Opinabatur*, ſeu potius, *perſuaſum habebat ſibi, &c.* pleno ac perſpicuo intellectu. *Douza.* Imperiti homines qui non intelligebant, *obtinebat*, poſitum eſſe pro, opinio obtinebat, ſive vulgo credebatur, cum aliquid deeſſe perſuaſum haberent, ex ingenio, quod maxime probabile viſum ſupplevorunt, duobus his verbis, *Populus Romanus* initio præpoſitis: quæ duo verba clariſſimam alioquin & illuſtriſſimam ſententiam tenebris plus quam Cimmeriis involverunt. Legendum autem: *Antea obtinebat regna atque imperia fortunam dono dare, item alia quæ per mortales avide cupiuntur, &c.* Mer. Caſaubonus in notis ad Antoninum p. 41. Teſtatur Carrio in his libris Fabri & Briconeti lectum *Populus Romanus vero.* Fortaſſis igitur, *pro vero antea obtinebat.* Apulejus in Apol. *Certus equidem eram, proque vero obtinebam,* Gronov. Ut, *vero obtinere,* ſit credere verum. Jugurth. *nulla pro ſocia obtinet; dolo an vero cunctatus.* A. Popma.

3 *Alia*] Veneta, *ita illa.* Carrio.

id

id verum eſſe, quod in [1] carminibus Appius ait, [2] *Fabrum eſſe* [3] *ſuæ quemque fortunæ*: atque in te maxume, qui tantum alios [4] prætergreſſus es, [5] uti prius defeſſi ſint homines laudando facta tua, quam tu laude digna faciundo. Ceterum [6] uti fabricata, ſic virtute parta, quam magna induſtria haberi decet; ne incuria deformentur, aut corruant infirmata. Nemo enim alteri imperium volens concedit: [7] & quamvis bonus atque clemens ſit, qui plus poteſt; tamen, quia malo eſſe licet, formidatur. [8] Id evenit, quia plerique rerum potentes perverſe conſulunt: & eo ſe munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, [9] nequiores fuere.

XXXIII. At contra id eniti decet, cum ipſe [10] bonus atque ſtrenuus ſis, uti quam optumis imperites. Nam peſſumus quiſque aſperrime rectorem patitur. [11] Sed tibi

1 *Carminibus*] Appii Cæci carmen a Pythagoreorum inſtitutis non abhorrens laudat Panætius in epiſtola ad Q. Tuberonem. Et ex ejus *ſententiis* citant quædam Feſtus & Priſcianus.

2 *Fabrum*] Duo Longobardicis literis ſcripti libri, *fabrum ſuæ eſſe quemque fortunæ*. Ad hæc alludit Livius lib. XXXIX. cum de Catone loquens, ait: *In hoc viro tantum vis animi ingeniique fuit, ut quocunque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus fuiſſe videretur*. Plautus Trinummo: *Nam ſapiens quidem pol ipſe fingit fortunam ſibi*. Ciacc.

3 *Suæ*] Abeſt a Fabri & Briconetti Codd. Carrio.

4 *Prætergreſſus*] Omnes libri *Prægreſſus*. Carrio.

5 *Uti prius defeſſi &c.*] Sic in ſequenti Epiſtola: *Quod prius defeſſi ſunt homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo quæ gloria digna eſſent*. Ciaco.

6 *Uti fabricata*] Videtur Salluſtius paullatim id agere, ut Cæſarem adducat ad ordinandam novis legibus Rempublicam, & quidem neceſſario. Hæ enim anima ſunt civitatis. Ut corpora noſtra ſine mente, ſic, civitas ſine lege ſuis partibus ac nervis, ac ſanguine uti non poteſt: ait M. Tullius in ea pro Cluentio. Quod fere dixit ad imitationem ſui Demoſthenis, qui ſcripſerat [illegible]. Plane ad hanc Salluſtii mentem illud Valerii Max. dictum: *Quid prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male vivitur? Expugnentur* [illegible] *corripiantur gentes, regna manibus injiciantur; niſi foro & curiæ officium ac verecundia ſua conſtiterit, partarum rerum* [illegible] *æquatus, ſedem ſtabilem non habebit*. Ciac.

7 *Et quamvis bonus, atque &c.*] Id eſt: Quia illi copia eſt malefaciendi vel quia in manu ejus poteſtas plus poſſe, clemenſne, an Tyrannus eſſe velit, idcirco [illegible] *Douza*. [illegible]

8 *Id evenit*] Fabri & Briconetti libri [illegible] *convenit*. Carrio.

9 *Nequiores*] Vide Indicem [illegible]

10 *Bonus*] Ita legendum conjecit Carrio, cum antea legeretur, *notus*; [illegible] illi opponitur.

11 *Sed tibi hæc gravius eſt* [illegible] eſſe Cæſari ordinare Remp. quam cuiquam unquam Romanorum fuerit, hac de cauſſa. Primum, quod bellum nimis placide [illegible] aliorum pace mollius geſſerit; dein, quod victi cives ſint, & alii prædam petunt victores. Rariſſimum hoc exemplum in Cæ-

hoc

hoc gravius eſt, quam 1 ante te omnibus armis parta 2 componere. Bellum aliorum pace mollius geſſiſti; ad hoc victores prædam petunt, victi cives ſunt. Inter has difficultates 3 evadendum eſt tibi; atque in poſterum firmanda reſpubl. non armis modo, neque adverſum hoſtes, ſed, quod multo majus, multoque aſperius eſt, bonis pacis artibus. Ergo omnes 4 magna mediocrique ſapientia res huc vocat: quæ quiſque optima poteſt, ut

ſare, quod etiam Hiſtorica auctoritate ſtabilio. Scribit enim de hac victoria Florus, *Pax incruenta, penſatumque clementia bellum. Nemo cæſus imperio præter Afranium (ſatis ignoverat ſemel) & Fauſtum Sullam: didicerat generos timere, filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sulla: hic poſteris cavebatur.* Hæc Florus. Hinc de Præda militibus dividunda, magna in hac re difficultas Cæſari objecta erat. Nam & milites prædatores & victi cives. Invidioſum omnium factum fuerat Cæſaris, bona civium prædæ dare. Jam valebat Romæ fama de crudelitate Cæſaris, ex mera invidia ficta. Tangit eum Cicero ad Atticum ſcribens: *Qui quidem incertum eſt, Phalarimne an Piſiſtratum ſit imitaturus.* Unde & illud veriſſimum eſſe liquet, quod idem Cicero ſcribit; *Omnia ſunt in bellis civilibus miſera, ſed nihil miſerius quam ipſa victoria, quæ etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioreſque reddit, ut etſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur.* Illud vero homini miſerrimum, poſt bellum civile, quod non ſolum non fiunt, quæ velit victor, verum quod iis mos gerendus, quibus adjutoribus parta eſt victoria, ut ſcribit idem Cicero lib. XII. Epiſt. XVIII. Et id bene etiam ſcivit Æſchines: ςάσις ἐμφύλιος ἐσχάτη κακῶν. Atqui tamen Cæſari ultionem poſt victoriam adhibendam dicat aliquis, quia ultio plerumque poſt bellum, quam & Seneca l. 1. de Clement. ait duas res præſtare, injuriæ ſolatium, & in reliquum ſecuritatem. Verum tamen ego non ſuaſiſſem Cæſari, ob belli ſpeciem, ut ante dictum. Non externum aliquem hoſtem, non ſocios perfidos vicerat Cæſar, ſed cognatos, amicos, cives. Reliquum igitur belli jus ſilebat. Neque vero ſecundum Senecam etiam ultio Cæſari ullam ſecuritatem præſtitiſſet. Quippe nec in armis ſecurus ſis, ubi tuos nimis læſeris. Quærenda igitur in tali negotio vera & ſolida pacis ſtabilimenta, ſolius opinor Clementiæ & Miſericordiæ tibicine fulcienda. Id ſuadet Auguſtinus: *præterita vindicando iram paſcimus, miſericordes ſi ſimus, in futurum conſulimus. Hoc igitur Cæſaris munus erat, Modeſtia & Clementia civium odia vincere, omniaque ad eorum commoda & ſalutem referre.* Præclare Cicero in nobiliſſima Epiſt. ad Q. Fratrem: *Eſt non modo, ejus, qui ſociis & civibus, ſed etiam ejus, qui ſervis, qui mutis pecudibus præſit, eorum, quibus præſit, commodis, utilitatique ſervire.* Etiam Afris, Hiſpanis, Gallis immanibus ac barbaris nationibus, eorumque commodis & utilitati ſalutique conſulere humanitatis eſt. *Coler.*

1 *Ante te omnibus*] Emend. *Carrio* ex libris. Antea fuit. *ante omnibus te.*

2 *Componere bellum*] Vaticanus: *Componere: quod bellum.* Carrio.

3 *Evadendum*] Id eſt, invento honeſto medio, quo neutri lædantur, e diſcrimine eundum.

4 *Magna mediocrique ſapientia*] Agit de conſiliariis, quos Cæſari adhibendos cenſet, non tantum acutos & ſapientes, ſed etiam mediocri ſapientia. Neque enim acuti ſolū, ſed etiam hebetiores aliquando optimi conſultores. Certe hos magni facit Thucydides, Politicus & ipſe inſignis: Οἱ φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον ἄμεινον οἰκοῦσι τὰς πόλεις. Hæc Sal-

dicat.

Digitized by Google

id verum eſſe, quod in [1] carminibus Appius ait, [2] *Fabrum eſſe* [3] *ſuæ quemque fortunæ*: atque in te maxume, qui tantum alios [4] prætergreſſus es, [5] uti prius defeſſi ſint homines laudando facta tua, quam tu laude digna faciundo. Cæterum [6] uti fabricata, ſic virtute parta, quam magna induſtria haberi decet; ne incuria deformentur, aut corruant infirmata. Nemo enim alteri imperium volens concedit: [7] & quamvis bonus atque clemens ſit, qui plus poteſt; tamen, quia malo eſſe licet, formidatur. [8] Id evenit, quia plerique rerum potentes perverſe conſulunt: & eo ſe munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, [9] nequiores fuere.

XXXIII. At contra id eniti decet, cum ipſe [10] bonus atque ſtrenuus ſis, uti quam optumis imperites. Nam peſſumus quiſque aſperrime rectorem patitur. [11] Sed tibi

1 *Carminibus*] Appii Cæci carmen a Pythagoreorum inſtitutis non abhorrens laudat Panætius in epiſtola ad Q. Tuberonem. Et ex ejus *ſententiis* citant quædam Feſtus & Priſcianus.

2 *Fabrum*] Duo Longobardicis literis ſcripti libri, *fabrum ſuæ eſſe quemque fortunæ*. Ad hæc alluſit Livius lib. xxxix. cum de Catone loquens, ait: *In hoc viro tantum vis animi ingeniique fuit, ut quocunque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus fuiſſe videretur*. Plautus Trinummo: *Nam ſapiens quidem pol ipſe fingit fortunam ſibi*. Giacc.

3 *Suæ*] Abeſt a Fabri & Briconetti Codd. Carrio.

4 *Prætergreſſus*] Omnes libri, *Prægreſſus*. Carrio.

5 *Uti prius defeſſi &c.*] Sic in ſequenti Epiſtola: *Quod prius defeſſi ſunt homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo quæ gloria digna eſſent*. Giacc.

6 *Uti fabricata*] Videtur Salluſtius paullatim id agere, ut Cæſarem adducat ad ordinandam novis legibus Rempublicam; & quidem neceſſario. Hæ enim anima ſunt civitatis. Ut corpora noſtra ſine mente, ſic civitas ſine lege ſuis partibus ac nervis, ac ſanguine uti non poteſt: ait M. Tullius in ea pro Cluentio. Quod fere dixit ad imitationem ſui Demoſthenis, qui [illegible] [illegible]. Huc ad hanc Salluſtii mentem illud Valerii Maximi dictum: *Quid prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male vivitur? Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, regnis manus injiciantur; niſi foro & curiæ officium [illegible] ſua conſtiterit, partarum rerum [illegible] æquatus, ſedem ſtabilem non habebit*. Carr.

7 *Et quamvis bonus, atque &c.*] Id eſt: Quia illi copia eſt malefaciundi vel quia in manu ejus poteſtas plus poteſt, clemenſne, an Tyrannus eſſe velit, [illegible] [illegible] *Diutur.* [illegible]

8 *Id evenit*] Fabri & Briconetti libri, *id convenit*. Carrio. [illegible]

9 *Nequiores*] Vid. Indicem [illegible]

10 *Bonus*] Ita legendum conjecit Carrio, cum antea legeretur, *pernox*; [illegible] illi opponitur. [illegible]

11 *Sed tibi hoc gravius eſt* [illegible] eſſe Cæſari ordinare Rempublicam [illegible] unquam Romanorum fuerit, [illegible] Primum, quod bellum nimis placidum [illegible] aliorum pace mollius geſſerit; dein, quod victi cives ſint, & alteris prædam peterent victores. Rariſſimum hoc exemplum in Cæ-

hoc

hoc gravius eſt, quam [1]ante te omnibus, armis parta [2]componere. Bellum aliorum pace mollius geſſiſti; ad hoc victores prædam petunt, victi cives ſunt. Inter has difficultates [3]evadendum eſt tibi; atque in poſterum firmanda reſpubl. non armis modo, neque adverſum hoſtes, ſed, quod multo majus, multoque aſperius eſt, bonis pacis artibus. Ergo omnes [4]magna mediocrique ſapientia res huc vocat: quæ quiſque optima poteſt, ut

ſare, quod etiam Hiſtorica auctoritate ſtabilio. Scribit enim de hac victoria Florus, *Pax incruenta, penſatumque clementia bellum. Nemo caſus imperio præter Afranium (ſatis ignoverat ſemel) & Fauſtum Sullam: didicerat generos timere, filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sulla hic poſteris cavebatur.* Hæc Florus. Hinc de Præda militibus dividunda, magna in hac re difficultas Cæſari objecta erat. Nam & milites prædatores & victi cives. Invidioſum omnium factum fuerat Cæſaris, bona civium prædæ dare. Jam valebat Romæ fama de crudelitate Cæſaris, ex mera invidia ficta. Tangit eum Cicero ad Atticum ſcribens: *Qui quidem incertum eſt, Phalarimne an Piſiſtratum ſit imitaturus.* Unde & illud veriſſimum eſſe liquet, quod idem Cicero ſcribit; *Omnia ſunt in bellis civilibus miſera, ſed nihil miſerius quam ipſa victoria, quæ etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioreſque reddit, ut etſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur.* Illud vero nonne miſerrimum poſt bellum civile, quod non ſolum non fiunt, quæ velit victor, verum quod iis mos gerendus, quibus adjutoribus parta eſt victoria, ut ſcribit idem Cicero lib. XII. Epiſt. XVIII. Et id bene etiam ſcivit Æſchines: *ςάσις ἐμφύλιος ἐξάπαντα κακόν.* Atqui tamen Cæſari ultionem poſt victoriam adhibendam fuiſſe dicat aliquis, quia ultio plerumque juſta poſt bellum, quam & Seneca l. 1. de Clement. ait duas res præſtare, injuriæ ſolatium, & in reliquum ſecuritatem. Verum tamen ego non ſuaſiſſem Cæſari, ob belli ſpeciem, ut ante dictum. Non externum aliquem hoſtem, non ſocios perfidos vicerat Cæſar, ſed cognatos, amicos, cives. Reliquum igitur belli jus ſilebat. Neque vero ſecundum Senecam etiam ultio Cæſari ullam ſecuritatem præſtitiſſet. Quippe nec in armis ſecurus ſis, ubi tuos nimis læſeris. Quærenda igitur in tali negotio vera & ſolida pacis ſtabilimenta, ſolius opinor Clementiæ & Miſericordiæ tibicine fulcienda. Id ſuadet Auguſtinus: *præterita vindicando iram paſcimus, miſericordes ſi ſimus, in futurum conſulimus. Hoc igitur Cæſaris munus erat, Modeſtia & Clementia civium odia vincere, omniaque ad eorum commoda & ſalutem referre.* Præclare Cicero in nobiliſſima Epiſt. ad Q. Fratrem: *Eſt non modo, ejus, qui ſociis & civibus, ſed etiam ejus, qui ſervis, qui multis pecudibus præſit, eorum, quibus præſit, commodis, utilitatique ſervire.* Etiam Afris, Hiſpanis, Gallis immanibus ac barbaris nationibus; eorumque commodis & utilitati ſalutique conſulere humanitatis eſt. *Coler.*

1 *Ante te omnibus*] Emend. *Carrio* ex libris. Antea fuit. *ante omnibus te.*

2 *Componere bellum*] Vaticanus: *Componere: quod bellum.* Carrio.

3 *Evadendum*] Id eſt, invento honeſto medio, quo neutri lædantur, e diſcrimine eundum.

4 *Magna mediocrique ſapientia*] Agit de conſiliariis, quos Cæſari adhibendos cenſet, non tantum acutos & ſapientes, ſed etiam mediocri ſapientia. Neque enim acuti ſolū, ſed etiam hebetiores aliquando optimi conſultores. Certe hos magni facit Thucydides, Politicus & ipſe inſignis: *Οἱ φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἄμεινον οἰκοῦσι τὰς πόλεις.* Hæc Sal-

dicat

dicat. Ac mihi ſic videtur; qualicumque modo tu victoriam compoſueris, ita alia omnia futura. Sed jam, quo melius, faciliuſque conſtituas, paucis, quæ me animus monet, accipe.

XXXIV. Bellum tibi fuit, imperator, [1] cum homine claro, magnis opibus, [2] avido potentiæ, [3] majore fortuna, quam ſapientia: [4] quem ſecuti ſunt pauci, per ſuam injuriam tibi [5] inimici, item quos affinitas, aut alia neceſſitudo traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quiſquam; neque, ſi pati potuiſſet, orbis terrarum bello concuſſus foret. [6] Cetera multitudo vulgi, more magis quam judicio, [7] poſt alius alium, quaſi prudentiorem, ſecuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandæ reipubl. in ſpem adducti homines, [8] quibus omnia pro-

luſtiana decore illis, quæ Juſt. Lipſius in Notis ad Polit. diſputat, apponi poſſunt. *Coler.* Fab. & Bric. *mediocris ſapientia.* Carrio.

1 *Cum homine claro*] De claritudine Pompeii ſupervacuum eſt ex Cicerone, Plutarcho, Dione aliquid addere. Hoc tantum addo, Pompejum fama & claritate etiam ſupra Craſſum & Cæſarem fuiſſe. Florus lib. IV. *Forte tunc Craſſus genere, divitiis, dignitate florebat, vellet tamen auctiores opes. C. Caſar eloquentia & ſpiritu, & jam conſulatu allevabatur. Pompejus tamen ſupra utrumque eminebat.* Idem.

2 *Avido potentiæ*] Vellejus: *Potentiæ, quæ honoris cauſſa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidiſſimus.* Non ita, puto, Salluſtius intellexit. Sed cum Vellejo ſentit etiam Plutarchus, Cicero, alii. *Idem.*

3 *Majore fortuna*] Hoc negat Cicero & Lucan. Et Vellejus ei diſerte Prudentiam militarem tribuit. Sed Salluſtius Pompejum cum Cæſare confert. Ideoque dicam, prudentiam in Pompejo reſpectu Cæſaris non admodum magnam fuiſſe. Hac certe vicit Cæſar. Cicero de Pompeio ad Atticum: *Nihil actum eſt a Pompejo noſtro ſapienter, nihil fortiter.* Et alibi de Cæſare: *Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt.* Coler.

4 *Quem ſecuti ſunt pauci*] Intelligo nobiliores illos, Lentulum, Marcellum, Scipionem, Catonem. Ipſe Cæſar lib. I. de Bello Civ. *Paucorum factionem* appellat. Hæc omnia copioſe ipſe Cæſar & Plutarchus. Paucos autem iſto ævo & iſta Reip. forma, vocabant, quos Cicero optimates. Aut certe ita invidioſe dixit Salluſtius. Nam voce paucorum ὀλιγαρχία ſignificatur. *Idem.*

5 *Inimici*] Inimicitias refero ad Catonem, affinitatem ad Scipionem. *Idem.*

6 *Cetera multitudo*] Pompejus belli cauſſa diſcedens ab urbe, in ſenatu dixerat, eodem ſe habiturum loco, qui Romæ remanſiſſent, & qui in caſtris Cæſaris fuiſſent. Hoc ipſe Cæſar lib. I. bel. civ. Quo effecit Pompejus, ut diſcedentem tam plebis quam nobilitatis agmina ſequerentur. *Idem.*

7 *Poſt alius alium*] Supra bello Jugurth. *Deinde ab eo magiſtratus alium poſt alium ſibi peperit.* Et rurſus, *aliis poſt aliis minitari.* Videndum ergo an hic legi debeat, *Alius poſt alium*, an, *poſt alium alium.* Ciacc.

8 *Quibus omnia probro*] Conjicio non fuiſſe infimi ordinis homines, ſed equeſtri cenſu. De Curione quidem res eſt pervulgata. Is quaſi conciliator & parari-

bro,

bro, ac luxuria polluta erant, concurrere in caſtra tua: & apertè quietis mortem, rapinas, poſtremo omnia, [1] quæ corruptus animus jubebat, minitari.

XXXV. Ex quis magna pars, [2] ubi neque creditum condonare, neque te civibus, ſicuti hoſtibus, uti vident, defluxere: pauci reſtitere, quibus majus otium in caſtris, quam Romæ, futurum erat: tanta vis creditorum impendebat. Sed ob eaſdem cauſſas, immane dictu eſt, quanti, & quam multi mortales poſtea ad Pompejum diſceſſerint: eoque per omne tempus belli quaſi ſacro, atque inſpoliato fano debitores uſi. Igitur, quoniam tibi victori de bello, atque pace, agitandum eſt; hoc uti [3] civiliter deponas, [4] illa ut quam juſtiſſima, & diuturna ſit: [5] de te ipſo primum, quia compoſiturus es, quod optimum factu eſt, exiſtima. [6] Equidem ego cuncta imperia

us Cæſarianorum fuit, obque id maximo, ære alieno liberatus a Cæſare, ut ſcribit Dio. Sed eadē via alios etiam nonnullos ſibi obnoxios fecerat Cæſar. Ea res cum apud Pompejanos magnam invidiam faceret, invidiā auxerunt, & perditiſſimū quemque in Cæſaris caſtra ire juſſerunt, quippe ubi & civium ſpolia darentur & creditum condonaretur affatim. At illi, ubi viderunt contra eſſe, neque Cæſarem creditum condonare, nulloque modo, ut Ciceronis verbo utar, Sullaturire, defluxerunt. Reliqui in caſtris eſſe maluerunt, quibus Romæ non licebat, ob creditorum multitudinem. *Idem.*

1 *Quæ corruptus*] Vetus editio, *quæ corrupto animo jubebat*, hinc ſcilicet vulgarem ſcripturam naſci. Omnes Mſſ. *quæ corruptò animo ludebat*. Carrio.

2 *Ubi neque*] Ubi vident te neque pecuniam creditam condonare, aut novas tabulas proponere. *Criſp.*

3 *Civiliter deponas*] Victori duo facere neceſſe eſt, ut pacem non tantum bene conſtituat, ſed etiam bellum civiliter deponat. Puto autem civiliter, deponit bellum, qui magis victis ignoſcit, quam indulge ultioni; quod jure belli fieri poſſe & ſolere ſupra dixi.

4 *Illa ut quam juſtiſſima.*] Glareanus; *illa quidem juſtiſſima.* Fabri & Briconeti, *illi quam juſtiſſima.* Pro nobis eſt Vaticanus. *Carrio.*

5 *De te ipſo primum, quia compoſiturus es, quid optimum, &c.*] vv. cc. habent, *qui ea compoſiturus es, quid optimum &c.* Videndum item an *optimū factū* ſcribi debeat, pro *optimum factu.* Sic enim locuti ſunt veteres ſcriptores. Seneca de vita beata, cap. 11. in v. c. *Quamvis, quid optimum factum ſit, non quid uſitatiſſimum.* & Salluſtius ipſe in Bell. Jugurthæ: *Quare optimum factum quidem tibi, &c.* Sic enim eſt in vv. cc. Item Cicero in Catil. 1. ut eſt in v. c. *Ego ſi hoc optimum factum judicarem.* Et Plautus Aulularia in v. c. *Hoc mihi factum optimum eſt, &c.* Urſinus. Vatic. qui ea. Fab. & Bric. *qui compoſiturus?* Vatican. *qui ea compoſiturus es.* Carrio. Exinde apparet hanc Epiſtolam ſcriptam eſſe paulo ante Bellum Hiſpanienſe contra Pet. & Afranium. *A. Popma.*

6 *Equidem ego cuncta, &c.*] Præfert manifeſte Salluſtius clementiam ultioni; huic crudelitatis nomen imponit, retrahens ſcilicet Cæſarem ab exemplis Sullæ, Marii & talium. Et revera ita eſt: nullum unquam imperium crudele aut

crudelia, magis acerba, quam diuturna, arbitror, neque quemquam [1] a multis metuendum eſſe, quin ad eum ex multis formido recidat: [2] eam vitam bellum æternum & anceps gerere; quoniam neque adverſus, neque ab tergo, aut lateribus tutus ſis, ſemper in periculo, aut metu agites.

XXXVI. [3] Contra qui benignitate, & clementia, imperium temperavere, his læta & candida omnia viſa, etiam hoſtes æquiores, quam [4] aliis cives. [5] An qui me his dictis corruptorem victoriæ tuæ, nimiſque in victos bona voluntate prædicent? ſcilicet quod ea, quæ externis nationibus, [6] natura hoſtibus, noſque majoreſque noſtri ſæpe tribuere, ea civibus danda arbitror; neque barbaro ritu cæde cædem, & ſanguine ſanguinem [7] expiandum. An illa, quæ [8] paullo ante hoc bellum in Cn. Pom-

tyrannicum fuit diuturnum. Aurea verba Euſebii huc ſcribo, que exſtant apud Stobæum περὶ ἀρχῆς: Ἀρχὴν ἔχων μὴ ἀπονοστάλκει πρὸς τοὺς ἐν δυναστείᾳ σοι τεταγμένους γεγηθημένους. οὐ γὰρ ὅπως ἀρμονίης ἐχέγγυ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρεγενήθης, ἀλλ' ὅπως καὶ τὰ παρ' ἄλλων ἐπιβολῆς ἀσφαλέως καὶ ἀνεπιβουλεύτους φυλάξῃς τοὺς ὑπὸ σοὶ τεταγμένους, καὶ ὅπως δὴ ὀρθῶς φύλαξ τῆς τε θείας μεγάλης δικαιοσύνης ὑπηρέτης τε καὶ ἐξηγητής. Hæc in aures, immo in mentem demittant illi, qui hodie non Principes, non Reges amplius; ſed Monarchas audire ſe poſtulant, quos tamen ob ſævitiam ſatius eſſet appellari Tyrannos. Sed revera talis crudelitas perpetuam quaſi umbram pone ſe habuit Dei ultricem manum. Notavit pie & ſerio Comminæus in Richardo Angliæ rege, & Ferrando Neapolitano. *Idem.*

1 *A multis*] Fab. & Bric. *in multis.* In Vatic. *nulla præpoſitio.* Carrio.

2 *Eam vitam bellum æternum & anceps gerere*] Vox, *vitam*, abundat, ut videtur, legendamque puto: *Eum, bellum æternum gerere*, *&c.* vel retenta etiam voce, *anceps*, ſi placet. *Urſin.*

3 *Contra, qui benignitate*] Ad hanc plane faciem Jamblichus in Epiſtol. Ἀλλ' ὅταν χρηστῇ τε φιλανθρωπίᾳ τὸ σεμνὸν χρηστῇ τε κόσμηθῇ τῇ ἐπιεικείας, ἐμμελὲς τε πρᾶον, ἀστεῖον, καὶ εὐπρόσιτον καθίσταται. τε τοῦτο μάλιστα τὸ εἶδος ἡγεμονίας φιλεῖται ὑπὸ τῶν ἀρχομένων. Id eſt, *Si vero grave auſterumque imperium benignitate & humanitate temperetur, concinnum, mite, manſuetum & adeuntibus facile redditur, quale genus imperii imprimis amant ſubditi.* Colerus.

4 *Aliis cives*] Vatic. & Vet. ed. ดū. Car.

5 *An qui*] Vat. *haud ſcio an qui.* Idem.

6 *Natura*] Fab. *natura nobis hoſtibuſque nos.* Bric. *natura nobis hoſtibuſque noſque majoreſque.* Vatic. *natura nobis hoſtibus noſque majoreſque.* Subſcripſit vetus editio & nos noſtrum punctum adjicimus. *Idem.*

7 *Expiandum*] Fabri & Briconeti libri, *Expianda.* Idem.

8 *Paulo ante*] Mirum eſt, quam accurate operam det Salluſtius, ut Cæſar omnia arma manibus excutiat, atque adeo ad manſuetudinem magis magiſque traducat; quaſi monſtri aliquid alere Cæſarem, litera alioquin mitiſſimum, ſuſpicetur. Nemo enim unquam victor poſt bellum ejuſmodi non aliquam crudelitatem exercuit. Id Florus quoque tangit, in fine lib. IV. *Victores, quod non temere alias in ci-*

pejum

pejum victoriamque Sullanam increpabantur, [1] oblivio abſtulit? interfecit Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in prœlio belli jure, ſed poſt ea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos: plebem Romanam [2] in villa publica [3] pecoris modo conſciſſam.

vilibus bellis, pace contenti fuerunt. Coler.

1 *Oblivio abſtulit? interfecit Domitium, &c.*] Hiſtoria nota. Ceterum illud nobis haud ſatis probatum, τὸ *Interfecit*: eo minus, quod ſtatim intra eandem periodum repetitum legatur, *Interfectos*: quod ipſum ſententiæ explendæ ſatis cum ſit, miror, unde nam alterum illud in contextum irrepſerit. *Douza.* Ego verbum, *abſtulit* quod in nullis libris & editionibus antiquis extat, induxi, & pro, *interfecit*, ſcripſi, *intercepit*, ut lib. III. Hiſt. *Commeatibus interceptis*; ubi vulgo, *interfectis*. *A. Popma.* In Mſſ. *oblivio interfecit Domitium.* Carrio conjecit *oblivio abſtulit*, & τὸ *interfecit*, quod nullum locum habere poſſit propter ſequens *interfectos*, delet: deinde & tentat: *obticeo? Domitium.* Idem *interfecit* confodiunt Douza Pater & Freinſhemius. Fortaſſis; *An illa, quæ paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum increpabantur, oblivio intercepit? Domitium, Carbonem, Brutum, &c.* Gronovius. De Bruto, Carbone, Domitio interfectis, ita res habet. Poſt bellum civile Marianum, victor extitit L. Corn. Sulla. Poſt hanc victoriam, tanta proſcriptionum vis, tanta civium mactatio inſecuta eſt, quanta ante Romæ nunquam audita fuerat. Sed aliud novum inſuper ex hoc bello enatum, quod Sertorianum appellant, quodque eleganter Florus ſcribit nihil aliud fuiſſe, quam Sullanæ proſcriptionis hereditatem. Contra hunc Sertorium, ut jam hoſtem P. R. miſſi ſunt, Metellus, & Cn. Pompejus paulo poſt victores Sertorio extincto, novum continuo bellum exarſit, revocante Lepido maximam partem proſcriptorum. Huic ſe oppoſuerunt Lutatius Catulus, Cn. Pompejus, Sullanæ dominationis ſucceſſores & jam anteſignani. Sed quæ de Bruti, Carbonis, Domitii nece ſcribit Salluſtius, ea pleraque facta ſunt bello Mariano & Sullano. Nam L. Domitius, & Q. Mutius Scævola, Pontifex Maximus in ædem Veſtæ fugiens, juſſu Marii in ipſo ædis veſtibulo occiſus eſt, ut plerique exiſtimant a Damaſippo, ut Appianus vult, a Bruto Prætore urbano. Carbonem autem Pompejus occidit in Sicilia, muliebriter etiam flentem. Idem & Brutum interfecerat bello Lepidi. Hi igitur omnes, non jure belli, ſed per ſummum ſcelus trucidati fuerant, quæ facinora Salluſtius juris publici peritiſſimus his verbis infamat: *Alios item non armatos, neque in prœlio belli jure, ſed poſtea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos.* Coler.

2 *In villa publica*] Id ipſum quoque bello Mariano accidit. Florus libro III. cap. XXI. *Quatuor millia deditorum inermium civium in villa publica interfici juſſit.* In numero tamen interfectorum diſſentiunt auctores. Corn. Nepos XX. millia ponit: Livius VIII. Plutarchus VI. Auguſtinus l. 3. de Civit. Dei VII. Porro, villa publica, in Campo Martio fuit, domus illa quidem ampliſſima & recipiendis hoſtium legatis deſtinata. Coler. Quæ a Didio fortaſſe reſtituta, vel ornata in altera parte antiqui denarii figurata eſt. Cicero ad Att. lib. IV. ita ſcribit: *Efficiemus rem glorioſiſſimam: nam in campo Martio ſepta Tribunitiis comitiis marmorea ſumus & tecta facturi, eaque cingemus excelſa porticu, ut mille paſſuum conficiatur: ſimul adjungetur huic operi villa etiam Publica.* Livius: *Macedones deducti extra urbem in villam Publicam, ibique iis lautia & munera præbita.* M. Varro de re ruſtica lib. I. cap. II. *Comitiis Ædilitiis*, inquit, *cum ſole caldo ego & Q. Axius Senator tribulis ſuffragium tuliſſemus, & candidato, cui ſtudebamus, vellemus eſſe præ-*

XXXVII. Heu quam illa occulta civium funera, & repentinæ cædes in parentum, aut liberorum ſinum, fuga mulierum, & puerorum, [1] vaſtatio domorum! ante partam [2] a te victoriam omnia ſæva, atque crudelia erant. Ad quæ te illi iidem hortantur: & ſcilicet id certatum eſſe [3] utrius veſtrum arbitrio, injuriæ fierent: neque receptam, ſed captam a te remp. & ea cauſſa exercitus ſtipendiis confectis, optimos, & veterrimos omnium, adverſum fratres, parenteſque, [4] alii liberos armis contendere; ut ex alienis malis deterrimi mortales ventri, atque profundæ libidini ſumtus quærerent; atque eſſent opprobria victoriæ: quorum flagitiis commacularetur bonorum laus.

XXXVIII. Neque enim te præterire puto, [5] quali quiſque eorum more, aut modeſtia, etiam tum dubia victoria, ſeſe geſſerit; quoque modo in belli adminiſtratione ſcorta, aut convivia, exercuerint nonnulli; quorum ætas ne per otium quidem [6] tales voluptates ſine dedecore attigerit. De bello ſatis dictum. De pace firmanda quoniam tuque, & omnes tui agitatis: primum id, quæſo, conſidera, [7] quale id ſit, de quo conſultas: ita, bo-

ſto, cum domum rediret. Axius mihi inquit, dum dirimuntur ſuffragia, vis potius Villæ Publicæ utamur umbra, quam privati candidati tabella, dum ita ædificemus nobis, &c. Urſin.

3 *Pecoris modo*] Supra *more pecorum* dixit, & lib. Hiſt. II. *vice pecorum obtruncabantur.* Tacit. XII. *modo pecorum a barbaris trahebantur,* & Livius lib. XL. *Modo pecorum fugientes per ſaltus invios confectati ceciderunt,* Videndum ergo an hic *pecorum*, pro *pecoris*, legi debeat. Et ipſe ſupra, *bonus pecori agere;* quamvis Cæſar. dixerit, *Magna vis pecoris.* Ciacc. *Conſciſſam. Heu quam* Lege: *conciſam. Heu quo illa.* Gronovius.

1 *Vaſtatio domorum*] Omnes libri, *domuum.* Carrio.

2 *A te victoriam omnia*] Poſtremam vocem ignorant vetus editio Fabri & Briconeti, itaque dele a ſententia. optime. *Carrio.* Ego potius illam retinerem: delerem autem τὸ *emens.* Gron.

3 *Utriuſque veſtrum*] Scribe de libro Vaticano & Fabri: *Utrius veſtrum arbitria injuria fierent.* Scilicet, inquit, id a vobis civilibus iſtis actum eſſe bellis, tuone an vero Pompeji arbitratu fierent injuriæ. *Carrio.*

4 *Alii liberos*] Sic Livius III. 37. Et jam ne tergo quidem abſtinebatur: Virgis cædi, alii ſecuri ſubjici. Cæſar. I. 8. vid. omnino Gronov. ad locum Livii ſupra laudatum.

5 *Quali quiſque*] Fabri, *quales & geſſerint.* Carrio.

6 *Tales voluptates*] Exemplar Venetum, *talis voluptatis.* Riv.

7 *Quale id*] Omnes libri, *quali ſit.* Carrio.

nis, maliſque dimotis, patenti via ad verum perges. Ego ſic exiſtumo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempeſtate urbi Romanæ fatum excidii adventarit, [1] cives cum civibus manus conſerturos: ita defeſſos, & exſangues regi, aut nationi prædæ futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ, movere, aut contundere queunt hoc imperium. Firmanda igitur ſunt [2] concordiæ bona & diſcordiæ mala expellenda.

XXXIX. Id ita eveniet, ſi ſumtuum, & rapinarum licentiam demſeris; non ad [3] vetera inſtituta revocans, quæ, jam pridem corruptis moribus, ludibrio ſunt; ſed ſi ſuam cuique rem familiarem [4] finem ſumtuum [5] ſtatueris: quoniam is inceſſit mos, ut [6] homines adoleſcentuli, ſua, at-

1 *Cives cum civibus*] Ait alibi diſcordia maximas res dilabi; quod præcipue de civitatibus intelligendum eſſe docet Democritus: Ἀπὸ ὁμονοίης, inquit, τὰ μεγάλα ἔργα, καὶ ταῖς πόλεσι τοὺς πολέμους δυνατὸν κατεργάζεσθαι, ἄλλως δ' οὔ. Hæc bellorum civilium vis ac potentia, ut civitates alias inexpugnabiles facillime perdant. Sed vere, puto de Roma ſcripſit Florus l. IV. *Jam pene toto orbe pacato majus erat imperium Romanum, quam ut illud externis viribus exſtingui poſſet. Itaque invidens fortuna principi gentium populo, ipſum illum in exitium ſuum armavit.* Hæc etiam de Romanis ſententia fuit Hetruſcorum, teſte Livio. *Coler.*

2 *Concordiæ*] Fab. & Bricon. *vel Concordia.* Carrio.

3 *Vetera inſtituta*] Intelligit leges ſumptuarias & cibarias, Liciniam, Fanniam, Didiam, Orchiam & alias ejuſmodi. Has leges optimas in contemptum ob corruptos civitatis mores abiiſſe non tantum hic ſcribit, ſed exprobrat Romanis Tertullianus quoque Apologet. cap. VI. *Quonam illæ leges abierunt ſumptum & ambitionem comprimentes, quæ centum æra non amplius in cœnam ſubſcribi jubebant, nec amplius quam unam inferri gallinam, & eam non ſaginatam?* Video enim centenarias cœnas a centenis jam ſeſtertiis dicendas. Hoc autem ſalubre Salluſtii conſilium, quin Cæſari maxime probatum fuerit, nemo eſt qui dubitet, quippe recordatus legum Juliarum, quæ ſub ipſo etiam Auguſto latæ, quarum non poſtrema fuit ſumptuaria, de qua Suetonius & Agellius. *Coler.*

4 *Et finem*] Conjunctionem & dele. Vult enim unicuique facultates ſuas & rem familiarem modulum ſumtuum eſſe. Accedunt libri. *Carrio.*

5 *Statueris*] Cauſſas diſcordiæ ex abdito eruit. Nam ut ex ſumtibus & luxuria egeſtas, ita ex egeſtate rapinæ procedunt. Rapaces autem diſcordiæ civilis faces. Priorem cauſſam idem ſcriptor graviſſime in Bello Catilin. & alibi declarat. Eamque inter alias Rerumpublicarum peſtes primam tetulit Pythagoras, quem ait dixiſſe Stobæus: εἰσιέναι εἰς τὰς πόλεις πρῶτον τρυφήν, ἔπειτα κόρον, εἶτα ὕβριν, μετὰ δὲ ταῦτα ὄλεθρον. Appoſite Florus lib. III. *Magnificus apparatus conviviorum, & ſumptuoſa largitio, nonne ab opulentia paritura mox egeſtatem? Hæc Catilinam patriæ ſuæ impegit.*

6 *Homines adoleſcentuli*] Intelligit juventutem Romanam, quæ ſi corrupta eſt, Reſpub. nunquam valebit. Nihil autem ad prodigalitatem propenſius, quam juvenum animi. Ubi vero ille mos inceſſit, quem Salluſtius ait, jam non amplius admonitione, ſed cenſura & correctione opus. Intra pudoris itaque & modeſtiæ

que

Digitized by Google

que aliena conſumere, nihil lubidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrumum putent; eam virtutem, & magnitudinem animi, pudorem, atque modeſtiam pro ſocordia æſtiment. Ergo animus ferox, prava via ingreſſus, ubi conſueta non ſuppetunt, fertur accenſus in ſocios modo, modo in cives; movet compoſita, & res novas veteribus acquirit. Quare [1] tollendus fenerator in poſterum, uti ſuas quiſque res curemus: ea vera, atque ſimplex via eſt, magiſtratum populo, non creditori, gerere; & magnitudinem animi in addendo, non demendo reipubl. oſtendere.

XL. Atque ego ſcio, quam aſpera hæc res in principio futura ſit, præſertim iis, qui ſe in victoria licentius liberiuſque, quam artius, futuros credebant; quorum ſi ſaluti potius, quam lubidini, conſules; illoſque noſque & ſocios in pace firma conſtitues. Si eadem ſtudia, arteſque juventuti erunt: næ iſta egregia tua fama ſimul cum urbe Roma brevi concidet. Poſtremo [2] ſapientes pacis cauſſa bellum gerunt, laborem ſpe otii ſuſtentant.

ſepta a pueris includenda & continenda Juventus, in omni civitate. Id ſevere Plato quoque libro v. de Repub. præcipit, ubi inter cetera, πάντη δὲ, inquit, αἰδῶ χρὴ [illegible]. De modeſtia vero ſive mediocritate juventutis eleganter Hippodamus Pythagoræus: Τὰ κοινὰ δὲ πολιτείας διὰ τούτων, ὡς ὅτι μάλιστα ποιεῖν τὴν πόλιν, ὅπως ὁμολογέῃ καὶ σύμφωνος [illegible] [illegible] καὶ τὰ μέτρια [illegible]. Id eſt, *Et univerſa hoc enim docet, ut hismodis quantum fieri poteſt, civitatem conſonam partibuſque ſuis concinnam & æqualem reddamus, ne diſcordiis & ſeditionibus commoveatur. Hoc ita eveniet, ſi juvenilium animorum affectus regantur, & ad modeſtiam ducantur.* Contra ſi fiet, illud ſequetur, quod nemo melius, aut gravius quam Salluſtius dixerit; *Ergo animus ferox, prava via ingreſſus, ubi conſueta non ſuppetunt, fertur accenſus in ſocios modo, modo in cives: movet compoſita, & res novas veteribus acquirit.* Coler.

1 *Tollendus fenerator*] Feneratoribus enim juventus, quaſi quodam aucupio irretitur, & a bonarum artium ſtudio arcetur. Rodiginus legendus lib. vi. cap. 12. Hoc tantum addo, nullam eſſe tamen inter leges Julias, de feneratoribus. Et de antiqua illa Genutia res eſt nota: de Duilia item. *Idem.*

2 *Sapientes pacis cauſſa*] Ita Cicero: *Ita bellum ſuſcipiatur, ut nihil aliud, quam pax quæſita videatur.* Probat etiam ſanctus Auguſtinus: *Cui,* inquit, *licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur.* Et alibi: *Apud veros Dei cultores etiam illa bella non ſunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, ut*

pacis

Digitized by Google

Niſi illam firmam efficis, vinci, an viciſſe, quid retulit? Quare capeſſe per Deos rempubl. & omnia aſpera, [1] uti ſoles, pervade. Namque aut tu mederi potes; aut omittenda eſt cura omnibus. Neque quiſquam te ad crudeles pœnas, [2] aut acerba judicia, invocat, quibus civitas vaſtatur magis, quam corrigitur, ſed uti pravas artes, malaſque lubidines, ab juventute prohibeas.

XLI. [3] Ea vera clementia erit conſuluiſſe, ne immerito [4] cives patria expellerentur; retinuiſſe ab ſtultitia, & falſis voluptatibus; pacem [5] concordiamque ſtabiliviſſe: non, ſi flagitiis obſecutus, delicta perpeſſus, præſens gaudium cum mox futuro malo conceſſeris. Ac mihi animus, quibus rebus alii timent, [6] maxume fretus eſt, [7] negotii magnitudine: & [8] quia tibi terræ, & maria ſimul

li coerceantur, & boni ſublevantur. Adtraho & illud Flori lib. III. cap. XXI. *Vincentibus, quibus pax & quies potior.* Seneca Hercule Furente:

Si æterna ſemper odia mortales agant,
Nec cœptus unquam cedat ex animis furor,
Sed arma felix teneat, infelix paret,
Nihil relinquent bella.

Et iterum:

Pacem reduci velle victori expedit,
Victo neceſſe eſt.

Coler.

1 *Uti ſoles, pervade*] Sic recte olim correxi. Nam quod in aliis eſt, *perſuade.* Id rectum eſſe cui quæſo perſuaderi poterit? *Carrio.*

2 *Aut acerba judicia*] Supra, *Deinde ne vos ad virilia illa vocem.* Tacitus Hiſt. I. *non ad bellum vos, neque ad periculum voco.* Ciacc.

3 *Ea vera clementia, &c.*] Libri ſcripti melius; (ut & Carrionis libri) *Ea vera clementia id eſt, ne merito c. p. e.* hoc eſt, ita rempubl. conſtituiſſe, & bonis artibus, moribuſque ornaſſe, ne cives ea committant, propter quæ merito patria expelli poſſint. Sed libentius legerem *expellantur,* quam, *expellerentur.* Vel potius ſic, *Ea vera clementia erit ne merito cives patria expellantur, retinuiſſe ab ſtultitia, falſis voluptatibus:* omiſſa voce, *conſuluiſſe.* Idem.

4 *Cives patria expellerentur*] Plurimi exulabant poſt bellum civile, & plerique ſua ſponte, vel metu Cæſaris. Cum autem illa res ſit adverſa libertati, data opera Cæſarem non ipſum tantum a proſcriptionibus civium absterret, ſed ultro etiam inſtigat, ut eos ab omni ſeditioſorum injuria & exſiliis liberos & ſecuros præſtet. Nam cives patria expelli, hoc demum aſperum & acerbum eſt imperium, non clementia. Cicero etiam manifeſte dicit exilium non eſſe pœnam judicii. Sic enim loquitur in Orat. pro domo: *Quid enim eſt exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis.* Coler.

Concordiamque] Deeſt Fabro. In quo & Bric. *ſtabiliviſſe.* Uti etiam *Conceſſerim,* pro *conceſſeris.* Carr.

5 *Maxume erectus eſt*] Omnes libri, *maxime fretus.* Idem.

6 *Negotii magnitudine*] Proprium alti & heroici animi, non tam parvis quam magnis rebus patrandis aptum eſſe. *Idem.*

7 *Quia tibi terra, &c.*] Ita modeſte vocat

omnia

omnia componenda ſunt, (quippe res parvas tantum ingenium attingere [1] nequit) magnæ curæ magna merces eſt. Igitur provideas oportet, uti plebes, [2] largitionibus, & publico frumento, corrupta, habeat negotia ſua, quibus ab malo publico detineatur: juventus probitati, & induſtriæ, non ſumtibus, neque divitiis, ſtudeat. Id ita eveniet, [3] ſi pecuniæ, quæ maxuma omnium pernicies eſt, uſum, atque decus [4] demſeris.

XLII. Nam ſæpe ego cum animo meo reputans, quibus quiſque rebus [5] clariſſimi viri magnitudinem inveniſſent, [6] quæ res populos, nationeſve [7] magnis auctoribus

Romanum imperium, quod terra & mari potentiſſimum erat. Supra tamen non ſibi temperavit, quin diceret: *Neque, ſi pati potuiſſet, orbis terrarum bello concuſſus foret.* Et Cicero ſatis magnifice, in Orat. de Provinc. Conſul.: *Nulla gens eſt, quæ non aut ita ſubacta ſit, ut vix extet, aut ita domita, ut quieſcat: aut ita pacata, ut victoria noſtra imperioque lætetur.* Neſcio quam vere hoc dixeris, Cicero, ante clauſum ab Auguſto Janum. Quid enim ad ſeptentrionem converſa plaga poſtea non eſt auſa? Quid Pannonii, Dalmatæ, Myſii, Thraces, Daci? Ipſam Germaniam victam noluiſſetis. Florus ait lib. IV. *Germaniam quoque utinam vincere tanti non putaſſet; magis turpiter amiſſa eſt, quam glorioſe adquiſita.* Sed omitto Auguſti ſeculum. Diu fuit, ut magis victi Germani, quam domiti dici debuerint. *Coler.* Potius eſt, ut Salluſtium, *Terra & mari,* ſcripſiſſe credamus. *Douza.*

1 *Nequit*] Vatic. *nequiret.* Carrio.

2 *Largitionibus*] Quibus magis capitur, quam ullis honoribus. Livius lib. VI. Plebs ad eas leges, quæ ad ipſius lucrum & ſublevationem bonorum pertinent, tutandas potius animatur, quam ad eas, quæ ad ſolum honorem ſpectant, eumque illi tribuunt. Romæ certe leges Fœnebres & Agrariæ magis auditæ, quam de Conſulatu aut aliis muneribus honorariis. Largitionum uſus, morum corruptor unicus, diu Romæ incognitus fuit. Teſtatur Salluſtius, graviſſimus ſuæ Reipublicæ cenſor, in bello Jugurth.: *Nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur, niſi pariter volens: dona omnia in benignitate habebantur.* Sed de alia largitione loquitur Salluſtius, quam illa plebeia. Quid ex legibus etiam illis Agrariis & Frumentariis calamitatis in Rempubl. invectum ſit, tot ſeditionibus illuſtratum eſt. Florus lib. IV. cap. XIII. *Sed hæc ipſa in perniciem redibant, & miſera Reſpubl. in exitium ſuum merces erat. Nam & a ſenatu in equitem tranſlata judiciorum poteſtas, vectigalia, id eſt, imperii patrimonium ſupprimebat, & emptio frumenti ipſos Reipubl. nervos, exhauriebat ærarium.* Hæc Florus. *Idem.*

3 *Si pecuniæ uſum atque decus*] Male alii *dedecus.* Sic infra: *verum ſi pecuniæ decus ademeris.* Et *ergo in primis auctoritatem pecuniæ demito.* Ciacc.

4 *Demſeris*] Fab. & Bric. *ademſeris.* Carrio.

5 *Clariſſimi viri*] Repone ex omnibus libris, *Clari viri.* Idem.

6 *Quæ res*] Vatic. *quæque res.* Idem.

7 *Magnis auctoribus*] Ita quidem Vaticanus, ſed Fabri & Briconeti, *magnis auctionibus*: animo meo rectius. *Idem.* Scripti libri, *Quæque res.* Præterea legendum cenſeo, *magnis auctis auxiſſent.* Nam apud Livium lib. XXIX. Africanus Scipio deos ita precatur; *Eaque vos bene juvetis, bonis auctibus auxitis.* Et lib. IV. *Cujus primum ſit*

auxiſ-

Digitized by Google

auxiſſent; ac deinde quibus cauſſis ampliſſuma regna, & imperia, corruiſſent: eadem ſemper bona, atque mala reperiebam, omneſque victores divitias contemſiſſe, & victos cupiviſſe. Neque aliter quiſquam extollere ſeſe, & divina mortalis attingere poteſt, niſi, omiſſis pecuniæ, & corporis gaudiis, animo indulgens, non aſſentando, neque concupita præbendo, perverſam gratiam gratificans; ſed in labore, patientia, boniſque præceptis, & factis fortibus exercitando. Nam domum, aut villam exſtruere, [1] eamque [2] ſignis, aulæis, aliiſque operibus exornare, & omnia potius, quam ſemet, viſendum efficere; id eſt, non divitias decori habere, ſed ipſum illis flagitio eſſe.

XLIII. Porro ii, quibus [3] bis die ventrem onerare, nullam noctem ſine ſcorto quieſcere mos eſt; ubi animum, quem dominari decebat, ſervitio oppreſſere, nequicquam eo poſtea hebeti, atque claudo pro exercito uti volunt. Nam imprudentia pleraque, & ſe præcipitant. Verum hæc, & omnia mala pariter cum honore pecuniæ deſinent, ſi neque magiſtratibus, neque alia vul-

in civitate, tam maximis ſemper auctibus creſcere. Tacit. Hiſt. I. *Tiberis immenſo auctu, prorupto ponte ſublicio, &c.* Quibus in locis & alium Tacit. Hiſt. IV. emendandum exiſtimo, ubi in vulgaribus libris ſic legitur: *At civilem immenſis actibus univerſa Germania extollebat, ſocietate nobiliſſimis obſidum firmata.* Erit ergo, *immenſis auctibus.* Ciacc.

1 *Eamque*] Deeſt Fabr. & Briconet. *Carrio.*

2 *Signis, aulæis*] Quæ omnia Romam cum Aſiatica luxuria commigrarunt. Conqueritur Salluſtius in Bello Catilin. Plin. lib. XXXIII. cap. II. lib. XXXVII. cap. I. Auguſtinus de Civit. Dei, lib. III. cap. XXI. *Coler.*

3 *Bis die*] Cœnabant antiqui lautius, prandebant tenuius. Prandii autem mentionem faciunt tum alii ſcriptores permulti, tum inprimis apud Græcos Hippocrates lib. II. de victus ratione, & in Oeconomico Xenophon, apud quem narrat Iſchomachus ſe leviter prandere, ut largius cœnet. Quod eo lubentius indicavi, ne cui forte veterum quorundam & Iſidori imponat auctoritas, qui negat prandia in uſu antiquis fuiſſe. Galenus lib. VI. de tuenda valetudine dicit; ſe, niſi tardius lavaret, cibum interdiu non ſumpſiſſe, & illum quidem cum ſumeret, ſolo pane uti abſque potu. Moderatum quoque deſignat prandium Plin. lib. III. Epiſt. cum inquit: *poſt cibum, quem interdiu levem, & facilem veterum more ſumebat.* Cicero quoque in Quinta Tuſculana leve & ſimplex prandium videtur probaſſe, cum dicit: *vita illa beata quæ ferebatur, plena Italicarum Syracuſanarumque menſarum nullo modo mihi placuit, bis in die ſaturum fieri.* Itaque hic reprehendit eos auctor, qui integros dies conviviis & comeſſationibus frangebant. Vide Urſini appendicem ad Ciaccon. de Triclin.

go cupienda venalia erunt. Ad hoc providendum eſt, quonam modo Italia, atque provinciæ tutiores ſint, id quod factu haud obſcurum eſt. Nam iidem omnia vaſtant, ſuas deſerendo domos, & per injuriam alienas occupando. Item ne, ut adhuc, militia injuſta, aut inæqualis ſit: [1] cum alii triginta, pars nullum ſtipendium faciet: & frumentum id, quod antea præmium ignaviæ fuit, per municipia, & colonias illis dare conveniet, [2] cum ſtipendiis emeritis domos reverterint. Quæ reipubl. neceſſaria, tibique glorioſa ratus ſum, quam pauciſſumis abſolvi.

XLIV. Non pejus videtur, pauca nunc de facto meo diſſerere. Plerique mortales ad judicandum ſatis ingenii habent, aut ſimulant: [3] veruntamen ad reprehendenda aliena facta, aut dicta ardet omnibus animus; vix ſatis apertum os, aut lingua prompta videtur, quæ [4] meditata pectore evolvat: quibus me ſubjectum haud pœnitet, magis reticuiſſe pigeret. Nam ſive hac, ſeu meliore alia via [5] perges; a me quidem pro virili parte dictum, & adjutum fuerit. [6] Reliquum eſt, optare, uti, quæ tibi placuerint, ea dii immortales approbent, beneque evenire ſinant.

1 *Cum alii triginta*] Ex hoc loco apparet numerus legitimus ſtipendiorum, quem vellem addidiſſet eruditiſſimus Lipſius iis, quæ ad 1. Annal. Taciti commentatus eſt de ſtipendiis. Quæ autem hic præcipit Salluſtius de ſtipendiis & emeritis, ea poſtea omnia ſuo more & modo Auguſtus recenſuit & ordinavit. *Coler.* Vide ſupra.

2 *Cum ſtipendiis*] *Cum,* deeſt, Fab. & Bric. Vatic. *qui ſtip.* Carrio.

3 *Veruntamen*] Scribe e MSS. *verum enim.* Carrio.

4 *Meditata*] Fabr. & Briconet. *edita pectore evolat.* Sic Vatic. vulgo, *dicta pectore evolvat.* Hinc fuere qui legendum conjicerent ut in textu. *Idem.*

5 *Perges*] Omnes, *perget.* Idem.

6 *Reliquum eſt optare*] Sic & in II. ad Cæſarem: *Quæ mihi utiliſſima factu viſa ſunt, quæque tibi uſui fore credidi, quam pauciſſimis potui, perſcripſi. Ceterum Deos immortales obteſtor, ut quocunque modo agas, ea res tibi, reique publicæ proſpere eveniat.* Et Demoſth. Olynth. I. Χρεὼν δ' εἶν παντὸς εἵνεκα. Et III. Σχεδὸν εἴρηκα ἃ νομίζω συμφέρειν. ὑμεῖς δ' ἕλοισθ' ὅ, τι καὶ τῇ πόλει, καὶ ἅπασιν ὑμῖν συνοίσειν μέλλει. Manut. Liv. lib. VI. *harum omnium rerum cauſſa vobis antiquandas cenſeo iſtas rogationes. Quod facitis deos velim fortunare.* Ciacc.

[1] ORATIO II.

AD

C. CÆSAREM,

DE

REPUBLICA ORDINANDA.

XLV. SCio ego, quam difficile, atque aſperum factu ſit, conſilium dare regi, aut imperatori; poſtremo cuiquam mortali, cujus opes in excelſo ſunt: quippe cum & illis conſultorum copiæ adſint; neque de futuro quiſquam ſatis callidus, ſatiſque prudens ſit. Quin etiam ſæpe prava magis, quam bona conſilia proſpere eveniunt: quia pleraſque res fortuna ex lubidine ſua agitat. Sed mihi ſtudium fuit adoleſcentulo rempublicam capeſſere: atque in ea cognoſcenda multam, magnamque curam habui: non ita, uti magiſtratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti erant; ſed etiam uti rempubl. domi, militiæ, quantumque armis, viris, opulentia poſſet, [2] cognitum haberem. Itaque mihi multa cum animo agitanti conſilium fuit, famam, modeſtiamque meam poſt tuam dignitatem habere, & cujus rei lubet [3] periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriæ

1 ORATIO] Vel ex hac Epiſtola ſatis apparet, amicum valde Cæſari vixiſſe Salluſtium. Ita ſolebant in otio degentes viri præ ceteris cari & rerum periti, abſentes & rem foris gerentes amicos excitare, & quaſi ſui officii commonefacere. Talis eſt illa quantivis pretii Epiſtola M. Ciceronis ad Q. Fratrem. Et videtur ſane hæc ſcripta ad Cæſarem, antequam ad Petrejum Afraniumque proficiſceretur in Hiſpaniam. Bello adhuc flagrante ſcriptam eſſe ſatis apparet. *Coler.*

2 *Cognitum hab.*] Omnes libri, *habuerim.* *Carrio.*

3 *Periculum facere*] Hoc eſt, adire diſcrimen. Tacit. XIII. *Corbulo merita tot per annos gloria non ultra periculum faceret.* Et XIV. *ejuſdem pecuniæ periculum facerent, cujus ii, qui imperatorem appellavere.* Et infra: *qui optatius habent ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te pop. Rom. imperium maximum ex magno fieri.* Ciacc.

1 accederet. Idquenon temere, neque 2 ex fortuna, tua decrevi; ſed quia in te, præter ceteras, artem unam egregie mirabilem comperi, ſemper tibi majorem in adverſis, quam in ſecundis rebus animum eſſe. 3 Sed per ceteros mortales illa res clarior eſt, quod prius defeſſi ſint homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo, quæ gloria digna eſſent.

XLVI. Equidem mihi decretum eſt, 4 nihil tam ex alto reperiri poſſe, quod non cogitanti tibi in promtu ſit. Neque ego, quæ viſa ſunt, de rep. tibi ſcripſi, quia mihi conſilium, atque ingenium meum amplius æquo probaretur: ſed inter labores militiæ, interque prœlia, victorias, imperium, ſtatui admonendum te de negotiis urbanis. Namque tibi ſi id modo in pectore conſilii eſt, uti te ab 5 inimicorum impetu vindices, quoque modo contra adverſum conſulem beneficia 6 populi retineas: indigna virtute tua 7 cogitas. Sin in te ille animus eſt, qui jam a principio nobilitatis factionem diſturbavit; plebem Rom. ex gravi ſervitute in libertatem reſtituit; in

1 *Accederet*] Fabri, *acciderit*, Carr.

2 *Ex fortuna*] Carrionis liber, *aut ex.*

3 *Sed per ceteros mortales*] V. C. habet: *ſuper ceteros mortales, &c.* Videtur autem legendum: *Sed præter ceteros mortales, &c.* nam ſupra eadem uſus ſententia, dixit: *Atque in te maxime, qui tantum alios prætergreſſus es, &c.* Unde videtur paulo ſupra alio item loco ſcribendum: *Quibus præter ceteras gentes maximi & clari eſtis, &c.* non *per ceteras gentes.* *Urſin.* *Sed ſuper ceteros.* Ita edidi ex vet. Codice, cum vulgo eſſet, *ſed per*, unde docti fecerant, *præter*, infra *Super omnes mortales gloria.* A. Popma. Elegantiſſime Fabri & Briconeti, *ſed per deos immortales.* Carrio.

4 *Nihil tam ex alto reperiri poſſe*] Quid ſi legamus; *ex alto repeti poſſe.* Virgilius Æneid. *Quid cauſſas petis ex alto?* Urſin.

5 *Inimicorum impetu*] Inimicitias apertas Reipub. cauſſa vindicandas eſſe cenſet. Hujus rei neglectus nimius Cæſari necem properavit. *Coler.*

6 *Beneficia populi*] Conſules erant, ſi recte conjicio, C. Claudius Marcellus & L. Corn. Lentulus. Favor autem plebis, optimum munimentum contra imperium Conſularis poteſtatis. Caute ſane & ſapienter niſus ope populari Cæſar. Parum abeſt, quin totum illud Iſocratis Cæſari accommodem: Ὅλως δὲ οὐδὲν παραλείπων ὧν προσεῖναι τοῖς βασιλεῦσι δεῖ, ἀλλ' ἐξ ἑκάστης πολιτείας ἐκλεγόμενος τὸ βέλτιστον, καὶ δημοτικὸς μὲν ὢν, τῇ δὲ πλήθους θεραπείᾳ πολιτικὸς δὲ, τῇ τῆς πόλεως διοικήσει· στρατηγικὸς δὲ, περὶ τοὺς κινδύνους εὐβουλίᾳ, τυραννικὸς δὲ, τῷ πᾶσι τούτοις διαφέρειν. Id eſt, *Omnino nihil eorum negligens, quæ adeſſe regi oportet; verum e quolibet Politicæ parte optima quæque diligens. Popularis, dum vulgus ſuum facit. Civilis, adminiſtratione Reipublicæ. Imperator, circumſpectus in periculis. Regius, omnia hæc ſuperans.* Idem.

7 *Cogitas*] Antea *Cogites* in Edd. ſed Carrio vulgatam lectionem ex Fab. & Bric. depromſit.

præru-

prætura inimicorum arma inermis disjecit; domi militiæque tanta, & tam præclara facinora fecit, uti ne inimici quidem queri quidquam audeant, [1] niſi de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quæ dicam [2] de ſumma republ. quæ profecto aut vera invenies, aut certe haud procul a vero.

XLVII. Sed quoniam Cn. Pompejus aut animi pravitate, aut quia nihil maluit, quam [3] quod tibi obeſſet, ita lapſus eſt, ut hoſtibus tela in manus jaceret: quibus ille rebus rempubl. conturbavit, [4] eiſdem tibi reſtituenda eſt. [5] Primum omnium, ſummam poteſtatem moderandi, [6] de vectigalibus, ſumtibus, judiciis, ſenatoribus paucis tradidit; plebem Romanam, cujus antea ſumma poteſtas erat, [7] ne æquis quidem legibus in ſervitute reliquit. Ju-

1 *Niſi de magnitudine*] Quæ & coegit adverſarios, Cæſaris facta tyrannidem appellare. Quis tamen tyrannum illum dicat merito, cujus virtutes aditum ſibi in cælum ſtruxerunt? ut loquitur de ipſo Valer. Maximus libro VI. cap. III. *Bad.*

2 *De ſumma Reipubl.*] Lege, *de ſumma Republ.* quomodo fere priſci illi, Plautus, Terentius, omniſque illa Catoniana ætas loqui conſuevit, cujus dicta ſententiaſve, præ ceteris æmulus Salluſtius fuit. *Douza.* Phraſis pura puta Plautina. v. g. in Mercat. *Ubi loci res ſumma noſtra eſt publica.* Sueton. Julio. *Marcellus edicto præfatus, de ſumma ſe republica acturum.* Virg. *Quo res ſumma loco.* Sic, *ſummam rem cauſamque.* Cicero. Vide omnino Cujacium 12. Obſervat. 32. & Gronov. ad Liv. lib. XXVI, cap. X. omnes Carrionis Mſſ. conſentiunt.

3 *Quam quod tibi*] Vatic. aliique Mſſ. *quia nihil eo maluit quod tibi obeſſet.* Car.

4 *Eiſdem tibi reſtituenda eſt*] Omnes libros habere *reſtituendum eſt*, teſtatur Carrio. Itaque videtur hic genus loquendi antiquum latere: ſive fuerit, *in manus jaceret; rempublicam, quibus ille rebus conturbavit, eiſdem tibi reſtituendum eſt:* ſive; *quibus ille rebus rempublicam conturbavit, eis eam tibi reſtituendum eſt.* Ut Varroni, *Animadvertendum tempora;* Plauto, *agitandum vigilias;* Columellæ, *curandum ulcera.* Vide lib. I. Obſervat. VII. *Gronovius.*

5 *Primum omnium*] Locus hic antea corruptiſſimus, jam ni fallor utcunque conſtitutus. Sic enim legebatur: *primum omnium ſummam poteſtatem moderandi de vectigalibus, ſumptibus, judiciis, ſenatoribus paucis tradidit plebs Romana.* Quod autem animadverterem eum de Pompejo loqui, factum hoc Pompejo, non plebi Romanæ dedi, & pro, *plebes Romana*, ſcripſi, *Plebem Romanam*, quod ſæpe ex notis hujuſmodi errores natos ſcirem, & hoc ipſa poſtularet ſententia. Libri manuſcripti pro me teſtimonium dicunt. *Carrio.*

6 *De vectigalibus*] Obtinuit certe Pompejus per legem Maniliam tantum non totius Romani Imperii poteſtatem, ut aperte teſtatur Plutarchus & Dio. Conſulatus ejuſdem nimis immoderati fuerunt. Quia vero poteſtatem illam moderandi, de vectigalibus, ſumptibus, judiciis, non ſine amicorum conſilio & auxilio adeptus eſſet, eandem ad eos tranſtuliſſe, non ſine invidia dictum a Salluſtio. Vectigalia porro eleganter Florus *Imperii patrimonium* appellat: Cicero, *nervos Reipublicæ.* Coler.

7 *Ne æquis*] Sic ante Carrionem editi. Vulgata lectio debetur Vaticano.

dicia,

dicia, tametſi, ſicut antea, tribus ordinibus tradita ſunt; tamen iidem illi factioſi regunt, dant, adimunt, quæ lubet; innocentes circumveniunt: ſuos ad honorem extollunt.

XLVIII. Non facinus, non probrum, aut flagitium obſtat, quo minus magiſtratus capiant: [1] quod commodum eſt, trahunt, rapiunt: poſtremo, tanquam urbe capta, lubidine, ac licentia ſua, pro legibus utuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, ſi virtute partam victoriam more ſuo per ſervitium exercerent. Sed homines inertiſſumi, quorum omnis vis, virtuſque in lingua ſita eſt, forte, atque alterius ſocordia dominationem oblatam inſolentes agitant. Nam, quæ [2] ſeditio, ac diſſenſio civilis tot tamque illuſtres familias ab ſtirpe evertit? aut quorum umquam victoria animus tam præceps, tamque immoderatus fuit? L. Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, [3] tametſi ſupplicio hoſtium partes ſuas muniri intellegebat; tamen, paucis interfectis, [4] ceteros beneficio, quam metu, retinere maluit. At hercule [5] nunc cum Catone, L. Domitio, ceteriſque ejuſdem factionis, quadraginta ſenatores, multi præterea cum ſpe bona adoleſcentes, ſicuti hoſtiæ, mactati ſunt: cum interea importuniſſuma genera hominum tot miſerorum civium ſanguine ſatiari [6] nequiere: non orbi liberi, non parentes exacta ætate, non [7] gemitus virorum, luctus mu-

1 *Quod commodum*] Scribe, quos commodum eſt. *Carrio*.

2 *Seditio aut diſſenſio*] Civile bellum non vult dicere; parcit auribus Cæſaris. At enimvero neque ſeditio, neque diſſenſio, neque bellum civile, ſatis exprimat hujus belli atrocitatem: ſed potius *commune quoddam, & plus quam bellum* Flori verbis appellabimus *Coler*.

3 *Tametſi a Sulpicio*] Aurea correctio, ad quam veteres libri manu ducunt; *Lucius Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tametſi ſupplicio hoſtium partes ſuas muniri intelligebat, tamen paucis interfectis ceteros beneficio, quam metu retinere maluit.* Carrio. Libri ſcripti, & priſcæ edd. ut in textu, ut mirum ſit Carrionem maluiſſe T. a S. quod a mente Salluſtii maxime alienum eſt, non enim de hoſte Sulpitio loquitur, ſed de principibus Sullæ hoſtibus. *A. Popma*.

4 *Ceteros beneficio quam metu retinere maluit*] Sic Terent, Heautont. *Pudore & liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo quam metu*. Ciacc.

5 *Nunc cum*] Abſunt a libris Fabri & Bric. *Carrio*.

6 *Nequiere*] Ante Carrionem, *nequierunt*. Fab. *nequivere*. Bric. *nequiere*. Car.

7 *Non gemitus*] Fabri, *non luctus, gemitus, virorum, mulierum*.

lierum

Digitized by Google

lierum immanem eorum animum inflexit: quin, acerbius in dies male faciendo, ac dicundo, dignitate alios, alios civitate everſum irent.

XLIX. Nam, quid ego de te dicam, cujus contumeliam homines ignaviſſumi vita ſua [1] commutare volunt, ſi liceat? neque illis tantæ voluptati eſt (tametſi inſperantibus accidit) dominatio, quanto mœrori tua dignitas: quin optatius habent, ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te populi R. imperium maxumum ex magno fieri. Quo magis tibi etiam atque etiam animo proſpiciendum eſt, quonam modo rem [2] ſtabilias, communiaſque. Mihi quidem quæ mens ſuppetit, eloqui non dubitabo. Ceterum tui erit ingenii probare, quæ vera, atque utilia factu putes. In duas partes ego civitatem diviſam arbitror, ſicut a majoribus accepi, in [3] patres, & plebem. Antea in patribus ſumma auctoritas erat, [4] vis multo maxuma in plebe.

L. Itaque ſæpius in civitate ſeceſſio fuit: ſemperque nobilitatis opes deminutæ ſunt, & jus populi amplificatum. Sed plebes eo libere agitabat; quia nullius poten-

1 *Commutare volunt*] Vaticanus, *commutare nolunt*. Recte: ſic enim Salluſtius frequenter loquitur, & alioquin utroque idem ſignificatur: eamque ſcripturam in vetere editione & libro Fabri, poſterius obſervavi. *Ciacc.* Alterum foret, in quem ut ſint contumelioſi, vitam impendere ſunt parati: alterum, in quem ut ſint contumelioſi vitam beneficio ejus accipere nolunt. *Gronov.*

2 *Stabilias, communicesque*] Venetum, *communicaſque*. Mihi legendum videtur, *Stabilias, communiaſque*. Nec aliter ſenſus poſtulat, quantumvis reclamantibus exemplaribus: pro *confirmes*, Riv. Ed. vetus *communicaſque*. Fab. & Briç. *communiceſque*. Vatic. *communiaſque*, quod probo. *Carrio.*

3 *Patres & plebem*] Romuli hoc inſtitutum fuit ad imitationem Athenienſium. Dionyſ. Halicarnaſſæus libro II. Poſtea tamen tertius ordo civitati acceſſit, Equites; iſque medius, ut ſcribit Appianus l. II. de bello Civili. Plinius eum confirmatum putat a conſulatu Ciceronis, quo ſe quoque Cicero provectum eſſe celebraverit, ejuſque vires peculiari popularitate quæſiverit. Sed ante etiam tantæ dignitatis & æſtimationis fuit, ut penes hunc ordinem fata fortunæque patrum, vitæque principum & vectigalia diu fuerint. Tandem vero L. Druſus ſenatui priſtinum jus & dignitatem adſeruit. De qua re ex M. Varrone Florus ſic ſcribit lib. III. cap. XVII. *Judiciaria lege C. Gracchus diviſerat P. R. & bicipitem ex una fecerat civitatem.* Col.

4 *Vis multo maxima in plebe*] Contra in Jugurth, *Ceterum nobilitas factione magis pollebat, plebis vis ſoluta, atque in multitudinem diſperſa, minus poterat.* Sed diverſa tempora; aut ſane pro arbitrio & uſu dicentis. *Ciaccon.*

tia

Digitized by Google

tia ſuper leges erat; neque divitiis, aut ſuperbia, ſed bona fama, factiſque fortibus nobilis ignobilem anteibat: 1 humilimus quiſque in armis, aut militia, nullius honeſtæ rei egens, ſatis ſibi, ſatiſque patriæ erat. Sed, ubi eos paullatim expulſos agris, inertia, atque inopia incertas domos habere ſubegit: cœpere alienas opes petere, libertatem ſuam cum republica venalem habere. Ita paullatim populus, qui dominus cunctis gentibus imperitabat, dilapſus eſt: & pro communi imperio, privatim ſibi quiſque ſervitutem peperit. Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes, vitaſque varias diſpalata, nullo modo inter ſe congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capeſſendam rempubl.

LI. Ceterum, additis novis civibus, magna me ſpes tenet, fore, ut omnes expergiſcantur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retinendæ, tum his ſervitutis amittendæ cura orietur. Hos ego cenſeo, permixtos cum veteribus novos, in coloniis conſtituas: ita & res militaris opulentior erit, & plebes bonis negotiis impedita malum publicum facere deſinet. Sed non inſcius, neque imprudens ſum, cum ea res agetur; quæ ſævitia, quæque tempeſtates hominum nobilium futuræ ſint, cum indignabuntur omnia funditus miſceri, antiquis civibus hanc ſervi-

1 *Humilimus quiſque in armis*] Non placet hæc ſcriptura; neque credibile eſt, rem eandem bis a Salluſtio iteratam. Quid enim *militia* opus erat, cum *armis* dixiſſet? Apage tautologiam iſtam a ſcriptoris noſtri Laconiſmo. Quin potius ad conſuetas divinandi artes confugimus, quam hanc Criſpo maculam, ab imperitis impreſſam diutius reſidere patiamur? Quam rem uti & ego mea ex parte agere aliquando intendam, magna contra hanc labem remedia ſtatuere non decrevi, ſed tantum literæ (quæ media eſt) inverſione facta, ac initiali pede ſublato *m* in *u* commutare, quo ad ex *Armis*, *Arvis* fiat, ut vitam ruſticam, ſtudiumque agriculturæ deſignet: quam rem induſtrioſiſſime perſequuti Romani illi veteres; cujuſque adeo cultores (ſi quidem Varroni credimus) non ſine cauſſa urbanis, ac togatis umbraticolis anteponebant. Quam conjecturam meam eo etiam impenſius amplector, quod de Agris ſequatur; unde tunicatam plebem validiorum injuriis expulſam graviſſime apud Cæſarem conqueritur, quiſquis tandem hic fuerit, callentiſſimus utique ac vere Salluſtianus conſultor. *Douza.* Vel *agris* legendum, quod magis convenit, & probant ſequentia, *ſorti centuria*, vulgo, *ſorte*. Sed alterum eſt in MSS. quo etiam utitur Plaut. in Caſina. *Sorti ſum victus.* Et Lucilius. *Gracia Sulpitio ſorti datur.* A. Popma.

rutem imponi, regnum denique ex libera civitate futurum, ubi unius munere multitudo ingens in civitatem pervenerit. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo, malum facinus in ſe admittere, qui incommodo reipubl. gratiam ſibi conciliet. [1] Ubi bonum publicum etiam privatim uſui eſt: id vero dubitare aggredi, ſocordiæ, atque ignaviæ duco. [2] M. Livio Druſo ſemper conſilium fuit, in tribunatu ſumma ope niti pro nobilitate: neque ullam rem in principio agere intendit, niſi illi [3] auctores fierent. Sed homines factioſi, quibus dolus, atque malitia, fide cariora erant, ubi intellexerunt, per unum hominem maxumum beneficium multis mortalibus dari: videlicet & ſibi quiſque conſcius, malo atque infido animo eſſe, de M. [4] Livio Druſo juxta, ac ſe, exiſtimaverunt. Itaque metu, ne per tantam gratiam ſolus rerum potiretur, [5] contra eam nixi, [6] ſua ipſius conſilia diſturbaverunt.

1 *Ubi bonum publicum*] Ubi bonum publicum etiam privatim uſui eſt, id non aggredi, ſocordis & ignavi eſt. Hoc de rege vel principe Salluſtius. At Cicero de omnibus lib. III. Off. *Unum debet eſſe omnibus propoſitum, ut eadem ſit utilitas, uniuſcujuſque & univerſorum; quam ſi ad ſe quiſque rapiat, diſſolvetur omnis humana conſociatio.* Atque ſi etiam hoc natura præſcribit, ut homo homini quicunque ſit, ob eam ipſam cauſſam, quod is homo ſit, conſultum velit: neceſſe eſt ſecundum eandem naturam omnium utilitatem eſſe communem. *Coler.*

2 *M. Livio Druſo*] Fabri & vetus editio, *Marce Lubio*: inepte. Sunt enim Druſi in gente Livia. A Vaticano abeſt, *Livio*, neque adeſſe neceſſe eſt: probat ſcriptorum uſus. *Carrio.* Adverſus omnibus modis in hac Epiſtola nobilitati eſt Salluſtius. Inde de M. Druſo ingerit Cæſari. De hoc Druſo Livius, Florus lib. III. cap. XVII. Val. Maximus lib. IX. cap. V. Vellejus. Cicero pro Milone: *Domi ſuæ nobiliſſimus vir, ſenatus propugnator, atque illis quidem temporibus, pene patronus, avunculus hujus noſtri judicis, fortiſſimi viri M. Catonis, tribunus plebis M. Druſus occiſus eſt.* Ejuſdem potentiæ meminit idem Orat. pro C. Rabirio: *Notabile vero exemplum de amicis ambitione tantum & largitionibus quæſitis. Execranda illa vox in libera Republ. M. Druſi: Nihil ſe ad largitionem ulli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum.* Coler.

3 *Auctores fierent homines*] Locus qui & ab interpunctione & a ſcriptura male habet. Vetus editio, *niſi illi auctores fuerant ſe homines factioſi.* Fab. & Bric. *niſi illi auctores fuerant, ſed homines factioſi.* Tu ſcribe de Vaticano: *niſi illi auctores fierent, ſed homines factioſi, quibus dolus atque malitia fide cariora erant, ubi intellexerunt per unum hominem, &c.* Non enim vult homines factioſos Druſo in tribunatu rei alicujus auctores fuiſſe, ſed nobilitatem. *Carrio.*

4 *Livio*] Vatic. gentem omittit. *Idem.*

5 *Contra eam*] *Eum*, Fab. & Bric. Vaticanus autem & vetus ed. *contra eam niſi.* Idem.

6 *Sua ipſius conſilia*] Carrio e libris, *ſua & ipſius.* Malim, *ſua ipſorum.* Gronov.

LII. Quo tibi, imperator, majore cura fideque amici, & multa præſidia paranda ſunt. Hoſtem adverſum opprimere, ſtrenuo homini haud difficile eſt: occulta pericula neque facere, neque vitare, bonis in promptu eſt. Igitur, ubi eos in civitatem adduxeris; quoniam quidem revocata plebes erit, in ea re maxume animum [1] exercitato, uti colantur boni mores; concordia inter veteres, & novos coaleſcat. Sed multo maxumum bonum patriæ civibus, tibi, liberis, poſtremo humanæ genti, pepereris, ſi ſtudium pecuniæ aut ſuſtuleris, aut, [2] quoad res feret, minueris. Aliter neque privata res, neque *publica*, neque domi, neque militiæ, regi poteſt. Nam ubi cupido divitiarum invaſit; neque diſciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum ſatis pollet: quin animus magis, aut minus mature, poſtremo tamen [3] ſuccumbit. Sæpe jam audivi, qui reges, quæ civitates, & nationes, per opulentiam magna imperia amiſerint, quæ per virtutem inopes ceperant, [4] id adeo haud mirandum eſt. Nam ubi bonus deteriorem divitiis magis clarum, magiſque acceptum videt; primo æſtuat, multaque in pectore volvit: ſed ubi gloria honorem magis in dies, virtutem opulentia vincit; animus ad voluptatem a vero deficit.

LIII. Quippe gloria induſtria alitur: ubi eam demſeris, ipſa per ſe virtus amara, atque aſpera eſt. Poſtremo ubi divitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia ſunt, fides, probitas, pudor, pudicitia. Nam ad virtutem [5] una, & ardua via eſt: ad pecuniam, qua cuique lubet, nititur; [6] & malis, & bonis rebus ea creatur. Ergo in

1 *Exercitato*] Vatic. & vet. ed. *exercito*; forte, *exſerito*.

2 *Quoad res*] Bric. Fab. Vet. *quoad res referet*. Vulgata eſt ex Vatic. quam tuetur. *Carrio*.

3 *Succumbit*] Bric. Fab. Vet. *ſuccumbat*. Vatic. ut in textu.

4 *Id adeo*] Vatic. & Vetus *id eo*. Fab. Bric. vox *adeo* deeſt. *Carrio*.

5 *Una & ardua*] Conjunctio abeſt a Fab. & Bric. Vatic. agnoſcit. *Idem*.

6 *Et malis, & bonis rebus*] Videtur ſine dubio, pro, *rebus*, ſcribendum, *rationibus*; nam peccatum librarii agnoſcimus ex *rationibus*, in, *rebus*. Sic Cato dixit *agrum bonis & malis rationibus colendum*. Et Metellus apud Agellium lib. 1. cap. VI. *Quid ergo nos, a diis immortalibus divi-*

primis

primis auctoritatem pecuniæ demito: neque de capite, neque de honore ex copiis quiſquam magis, aut minus judicaverit; 1 ſi neque prætor, neque conſul, ex opulentia, verum ex dignitate, creetur. Sed de magiſtratu facile populi judicium fit. Judices a paucis probari, regnum eſt; 2 ex pecunia legi, inhoneſtum. Quare omnes primæ claſſis judicare placet, ſed numero plures, quam judicant. Neque Rhodios, neque alias civitates umquam ſuorum judiciorum pœnituit: ubi promiſcue dives, & pauper, 3 ut cuique ſors tulit, de maxumis rebus juxta, ac de minumis diſceptat. 4 Sed de magiſtratibus creandis haud mihi quidem abſurde placet lex, quam 5 C. Gracchus in tribunatu promulgaverat; ut ex confuſis quinque claſſibus 6 ſorte centuriæ vocarentur. 7 Ita coæquati dignitate, pecunia, virtute anteire alius alium properabit. 8 Hæc ego magna remedia contra divitias ſtatuo. Nam perinde omnes res laudantur, atque appetuntur, ut earum rerum uſus eſt: malitia præmiis exercetur.

LIV. Ubi ea demſeris, nemo omnium gratuito malus eſt. Ceterum 9 avaritia bellua fera, immanis, intoleranda eſt:

nius exſpectemus, niſi malis rationibus finem facimus. Cicero pro Rabirio Poſtumo dixit, *Augere rem bonis & honeſtis rationibus.* Idem error irrepſit in lib. 1. Cæſaris de Bell. Civ. in quo eſt: *Tamen omnibus rebus in eo perſeverandum putabat.* Cum, pro, *rebus*, debeat legi, *rationibus*, ut ad eum locum notavimus. *Urſin.*

1 *Si neque prætor*] Vetus ed. *Si ut neque p.* in Vatic. *ſic ut neque.* Fab. & Bric. *ſic neque.*

2 *Ex pecunia legi*] Nam laudabiliter conſtitutum fuit Romæ, ut Prætores jurati optimum quemque in ſelectos judices referrent: ut teſtatur Cicero pro A. Cluentio. *Celer.*

3 *Ut cuique ſors tulit*] Recte Carrio *fors.* *Cuique* facilius tolerarem, ſi ſequeretur *cecidit*, non, *tulit.* Nunc potius placet, *utcunque fors tulit.* Gronov.

4 *Sed de magiſtratibus*] Abeſt, *de* a Vatic. & vet. ed. *Carrio.*

5 *C. Gracchus*] Probat C. Gracchi plebiſcitum, quo rogaverat, ut ex confuſis quinque claſſibus ſorte & ſine accurato delectu centuriæ vocarentur. Ratio: ut coæquati dignitate cives & pecunia, virtute alius alium anteire properaret. Sed tamen neque hanc, neque alias rogationes Gracchanas Optimates tulerunt. *Gronov.*

6 *Sorte*] Fab. & Bric. *ſorti.* Carrio.

7 *Ita coæquati*] Vetus ed. & Fab. *coæquantur.* Alii *coæquari.* Idem.

8 *Hæc ego*] *Nec ego* Vatic. ſic apud Manil. emendavit Carrio. *Hunc mihi tu Cæſar patriæ princepſque paterque.* Et tertio infra, *vireſque facis ad tanta canenda.* Cum antea eſſet. *Nunc mihi & canendum.* Quorum poſterius etſi more antiquo ferri poteſt, aliter tamen in libro, ante ſexcentos annos ſcripto teſtatum omnibus eſſe voluit.

9 *Avaritia bellua*] Eodem Schemate Chryſoſt. vocat omnium vitia *θηρία καὶ λέοντας* Comment. in Epiſt. ad Romanos &

quo intendit, oppida, agros, fana, atque domos, vaſtat: divina cum humanis permiſcet: neque exercitus, neque mœnia obſtant, quo minus vi ſua penetret: fama, pudicitia, liberis, patria, atque parentibus cunctos mortales ſpoliat. Verum, ſi pecuniæ decus ademeris; magna illa vis avaritiæ facile bonis moribus vincetur. Atque hæc ita ſeſe habere, tametſi omnes æqui, atque iniqui memorent: tamen tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum eſt: cujus ſi dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt. [1] Nam hi, ſi virtute ſatis valerent, magis æmuli bonorum, quam invidi, *eſſent*. Quia deſidia, & inertia, [2] & ſtupor eos, atque torpedo, invaſit; ſtrepunt, obtrectant, alienam famam bonam ſuum dedecus exiſtumant. Sed, quid ego plura, quaſi de ignotis memorem? M. Bibuli fortitudo, atque animi vis, in conſulatum erupit: hebes lingua, magis malus, quam callidus ingenio. Quid ille audeat, cui conſulatus maxumum imperium [3] maxumo dedecori fuit? An L. Domitii magna vis eſt, [4] cujus nullum membrum a flagitio

ἐθελοντρέψειν uſurpat in aliquo peccato ſibi indulgere. Homil. 18. in Ep. ad Rom. Theodoretus in Θεοφιλεῖ, de Theodoſio *τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ὀργὴν καὶ τὴν ἀλαζόνειαν καὶ τ' ἄλλα τῆς ψυχῆς ἐθελοντὶ κατεκοίμιζε.* Gregorius Palama *οὐκ οἶδ' ὅπως ἐμφανῆ λανθάνειν ἐθέλοντα πονηρὸν ὑπὸ κόλπου θάλπουσι.*

1 *Nam hi ſi virtute*] Tangit ſatis acerbe Cæſaris æmulos nobiles, M. Bibulum, L. Domitium, M. Catonem, L. Poſthumium & Favonium præcipuos. De ſingulis aliquid vel Salluſtii vel fidei cauſſa dicendum videtur. Et ſane poſſit Salluſtius in vituperandis nonnullis pro parum candido, & falſo haberi. L. Domitius iſte Ænobarbus dictus. Ejus rapacitas & timiditas etiam a Cæſare arguitur lib. I. de bello Gall. & Plutarcho, & Seneca. De Bibuli conſulatu legendus Dio lib. XXXVIII. & Plutarchus in Cæſ. Itane vero de M. quoque Catone ſcriptum oportuit? Nimia iſthæc libertas, imo dicacitas. Et de Græcis literis quale judicium; Majorem gratiam debebas, Salluſti, Græciæ, & ipſi adeo Thucydidi tuo. De hoc quidem Catone Vellejus Paterculus ſcriptum reliquit: *Hic genitus proavo M. Catone, principe illo familia Porcia, homo virtuti ſimillimus, & per omnia ingenio diis quam hominibus propior, qui nunquam recte fecit ut facere videretur, ſed quia aliter facere non poterat.* L. Poſthumii mentio rara. De Favonio apud Cæſarem, Dionem, Plutarchum legat, qui vult. Porro elogium illorum ita reſtituit Lipſius lib. IV. Epiſt. XIV. *L. Poſthumius & M. Favonius mihi videntur quaſi magna navis ſupervacua onera eſſe, ubi ſalvi pervenere, viri ſunt: ſi quid adverſi coortum eſt, de illis potiſſimum jactura fit, quia precii minimi ſunt.* Coler.

2 *Et ſtupor*] Fab. Bric. Vet. *inertia, ſtupor eos atque.* Carrio.

3 *Maximo dedecori*] Qui nihil in eo præclare geſſit: ſed penitus collegæ Cæſari ceſſit. *Coler.*

4 *Cujus nullum membrum, &c.*] Totum

aut

aut facinore vacat? lingua vana, manus cruentæ, pedes fugaces; quæ honeſte nominari nequeant, inhoneſtiſſuma.

LV. Unius tamen M. Catonis ingenium verſutum, loquax, callidum haud contemno. Parantur hæc diſciplina Græcorum. Sed virtus, vigilantia, labos, apud Græcos nulla ſunt. Quippe, qui domi libertatem ſuam per inertiam [1] amiſerunt; cenſeſne eorum præceptis, imperium haberi poſſe? Reliqui de factione ſunt inertiſſumi nobiles: in quibus, [2] ſicut in ſtatua, præter [3] nomen, nihil eſt additamenti. L. Poſthumius, & M. [4] Favonius, mihi videntur quaſi magnæ navis [5] ſupervacua onera eſſe, [6] ubi ſalvi pervenere, uſui ſunt: ſi quid adverſi coortum eſt, de illis potiſſumum jactura fit, quia pretii minumi ſunt. Nunc quoniam, ſicut mihi videor, de plebe renovanda, corrigendaque diſſerui: de ſenatu, quæ tibi agenda videntur, dicam. Poſtquam mihi ætas ingeniumque adolevit, haud ferme armis, atque equis, corpus exercui, ſed [7] animum in litteris agitavi; quod natura firmius erat, id in laboribus habui. Atque ego in ea vita

hunc locum æmulatus eſt ille, quiſquis fuit, qui Salluſtii nomine declamationem in Ciceronem edidit, nam ſic ſcribit: *Cujus nulla pars corporis turpitudine vacat, lingua vana, manus rapaciſſima, gula immenſa, pedes fugaces; quæ honeſte nominari non poſſunt, inhoneſtiſſima.* Ciaccon.

1 *Amiſerunt*] Fab. & Bric. *amiſerunt.*

2 *Sicut in ſtatua*] Sicuti ſtatuo, & quod nunc *additamentum* id poſt paullo *adjutamentum* dixit. Marcil in Catul. & *ad itamenti* ut *aditio* pro *adjuto* Liv. xxiv. *adituſque*, pro *adjutuſque*. Lipſ. in V. Elect. *adjumamenti.* Veteres editiones, *ſicut inſtituto.* Fabri & Briconeti, *ſicut inſitiuo.* A vulgatis eſt Vaticanus. Petrus Pithœus legendum putabat, *ſicut in Statua.* Juſtus autem Lipſius, cum quo mihi omnia vincula ſunt antiquiſſimæ neceſſitudinis, *ſicut in ſtatua*; quam ſuam conjecturam multis argumentis & in Variis & in Epiſtolicis confirmatam mihi, credo etiam aliis, omnino probavit. *Carrio.*

3 *Nomen*] addunt Vet. Fab. & Bric. *bonum.*

4 *Favonius*] Meminit ejus Cic. ad Attic. & Dio lib. xxx.

5 *Supervacua*] Vatic. *ſupervacanea.* Carrio.

6 *Ubi ſalvi pervenire viſi ſunt*] Vetus editio: *ubi ſalvi pervenire uſi ſunt.* Lipſius ingenioſa ſane conjectura vitium tentavit tollere, legitque, *ubi ſalvi pervenere, viri ſunt.* Corrige de Vaticano: *ubi ſalvi pervenere, uſui ſunt.* Quam proxime a vetere editione. *Idem.*

7 *Animum in litteris*] Perverſa ſcriptura & improba hominum ineptiſſimorum emendatio, in qua ſententia, nec pes, nec caput, ut ille ajebat, uſquam apparet. Sic enim ibi legitur: *ſed animum in litteris, quod natura firmus erat, in laboribus habui.* Vetus editio, *animum*

multa

multa legendo, atque audiendo ita comperi, omnia [1] regna, civitates, nationes uſque eo proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerunt: ubicumque gratia, timor, voluptas, ea corrupere; poſt paullo imminutæ opes, deinde ademtum imperium, poſtremo ſervitus impoſita eſt.

LVI. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo; cuicumque in ſua civitate amplior, illuſtriorque locus, quam aliis eſt, ei magnam curam eſſe reipubl. Nam ceteris, ſalva urbe, tantummodo libertas tuta eſt: qui per virtutem ſibi divitias, decus, honorem, pepererunt; ubi paullum inclinata reſpub. agitari cœpit, multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur; aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem defenſat; omnibus locis adeſt, feſtinat: quanto in ſecundis rebus florentior fuit, tanto in adverſis aſperius, magiſque anxie agitat. Igitur ubi plebes ſenatui, ſicuti corpus animo, obedit, ejuſque [2] conſulta exſequitur: patres conſilio valere decet, populo ſupervacanea eſt calliditas. Itaque majores noſtri, cum bellis aſperrimis premerentur, equis, viris, pecunia amiſſa, nunquam defeſſi ſunt armati de imperio certare. Non inopia ærarii, non vis hoſtium, non adverſa res, ingentem eorum animum ſubegit, quin, quæ virtute ceperant, ſimul cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus conſiliis, quam bonis prœliis, patrata ſunt. Quippe apud illos [3] una reſpubl. erat, ei omnes conſulebant; factio contra hoſtes parabatur: corpus atque ingenium, patriæ, non ſuæ quiſque potentiæ, exercitabat.

in litteris cogitavi: quod natura firmius erat, id in laboribus habui. Neque ſane aliter Fab. & Br. Scribendum ut in Textu docet Vaticanus. *Carrio.* Horat. in Arte P. *animum auditoris agunto*, pro *impellant.* Et noſter ſupra 45. *cum animo agitanti.* Et Liv. *His curis animum agitaverat*, pro *exercuerat.* Sed *animum agitare in re aliqua* me legiſſe non memini.

1 *Regna*] *Item Civitates & Nationes* Fab. & Bric. omittit, & Vatic.

2 *Conſilia*] Libri omnes, *conſulta.* Carrio. In aliis edd. *conſilia.* Sed Carrionis potior lectio, quam proinde in textum recepi.

3 *Una Reſpublica*] Quemadmodum Reipublicæ corpus diſſenſione ordinum diſcerpitur, ita æque laceratur ſeparatione publici & privati commodi. [illegible]

LVII. At

LVII. At hoc tempore [1] contra homines nobiles, quorum animos ſocordia, atque ignavia, invaſit, ignari laboris, hoſtium, militiæ, domi factione inſtructi, per ſuperbiam cunctis gentibus moderantur. Itaque patres, quorum conſilio antea dubia reſpubl. ſtabiliebatur, oppreſſi; ex aliena libidine huc atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia, decernunt: ut eorum, qui dominantur, [2] ſimultas, ac arrogantia fert, ita bonum, malumque publicum exiſtimant. Quod ſi aut libertas æqua omnium, aut ſententia obſcurior eſſet; majoribus opibus reſpubl. & minus potens nobilitas eſſet. Sed quoniam [3] coæquari gratiam omnium difficile eſt; quippe cum illis majorum virtus partam reliquerit gloriam, dignitatem, clientelas: cetera multitudo [4] pleraque inſcia, ſit ſententia eorum a metu libera Ita occulto *ſibi* quiſque alterius potentia carior erit. Libertas juxta bonis, & malis, ſtrenuis, atque ignavis optabilis eſt. Verum eam plerique metu deſerunt ſtultiſſimi mortales, [5] quod in certamine dubium eſt, quorſum accidat, id per inertiam in ſe, quaſi victi, recipiunt. Igitur duabus rebus confirmari poſſe ſenatum puto: [6] ſi numero auctus per tabellam ſententiam feret.

[illegible] ἐστί τι τῶν πόλεων &c. Id eſt, (ait appoſite Jamblichus) *Commodum enim publicum non ſeparatum eſt a privato. Quinimo in univerſo, ſingulorum etiam utilitas continetur, & partes in toto conſervantur, tum in civitatibus, tum in aliis quoque naturis.* Coler.

1 *Contra homines*] Omnes libri, *contra ea.* Carrio.

2 *Simultas*] Vatic. *ſimultas aut gratia.* Fab. Bric. Venus, *uti eorum qui dominantur, ſimultas arrogantia fertur.* Car

3 *Coæquari gratiam*] Demoſthenis eſt [illegible]. Quod & Ariſtoteles repetit in Diatribis. *Coler.*

4 *Pleraque inſcia*] Pulcherrima ſententia in mendo cubat. Primum, *inſcia* libri neſciunt, & pro illo *inſititio*, *inſititia* ſcribunt: deinde vice illius *ſententia*, Bric. & Fab. habent, *ſententias.* Vatic. ita, niſi quod habeat, *ſententia.* Fortaſſe ita Vaticano fuerit, *multitudo pleraque inſititia ſit, ſit eorum a metu libera.* Poſteriore illo, *ſit*, a librariis ejuſmodi ſyllabarum geminationi non aſſuetis omiſſo. Lege; *cætera M. p. inſititia ſit, ſententias &c.* Carrio.

5 *Quod in certamine*] Hoc eſt, priuſquam victi ſunt, & dubitant, an vinci debeant, recipiunt in ſe jugum ſeu legem contendentium, tanquam ii vicerint. *Bad.*

6 *Si numero auctus*] Numerum ſenatorum auxerat primus Tarquinius. Morem diu deſitum reduxit Jul. Cæſar, teſte Suetonio & Dione. Multos enim per bellum Civile per malas artes Senatores factos removit, alioſque allegit. Qua re & dignitatem ſenatoriam mire amplificavit.

LVIII. [1] Ta-

Digitized by Google

LVIII. [1] Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat: [2] in multitudine, & præſidii plus, & uſus amplior eſt. Nam fere, his tempeſtatibus, alii judiciis publicis, alii privatis ſuis atque amicorum negotiis implicati, haud ſane reipubl. conſiliis adfuerunt; neque eos magis occupatio, quam ſuperba imperia diſtinuere. Homines nobiles cum paucis ſenatoriis quos additamenta factionis habent, quæcumque libuit probare, reprehendere, decernere, ea, uti libido tulit, fecere. Verum ubi, numero ſenatorum aucto, per tabellam ſententiæ dicentur; næ illi ſuperbiam ſuam dimittent, ubi iis *obediendum* erit, quibus antea crudeliſſume imperitabant. Forſitan, imperator, perlectis litteris [3] deſideres, quem numerum ſenatorum fieri placeat; [4] quoque modo is in multa, & varia officia diſtribuatur; & quoniam [5] judicia primæ claſſis mittenda putem, quæ deſcriptio, qui numerus in quoque genere futurus ſit. Ea mihi omnia generatim deſcribere haud difficile factu fuit: ſed prius labo-

& auctoritatem ſuam ſtabilivit. Sed hoc quoque bonum initium malos eventus habuit. Confluentibus enim amicis Cæſaris, tandem in mille patres erupit ſenatus. Quæ res invidiam Cæſari facile peperit. Correxit igitur Auguſtus, & redegit ad DC. ut ſcribit Suetonius, Dio. Ceterum ſub Tiberio vilior viliorque facta, & ſub aliis poſtea principibus pene ad nihilum redacta ſenatus auctoritas. *Coler.*

1 *Tabella*] Per tabellam, in quam puncta ſcribebantur: & ita major numerus punctorum vincebat, nec ſciebatur certus auctor ſententiæ: quæ res odium demebat. *Bad.* Per tabellam ſententiam fieri vult, ut major libertas conſultandi & ferendi ſit. Sed fuit hic mos etiam olim, ut ſcribit Aſconius ad Verrinas; verum alia de cauſſa: nimirum ne dictam ſententiam revocare liceret. Hoc Salluſtii conſilium apparet valde urſiſſe & in uſum vertiſſe Cæſarem & Auguſtum. *Idem.*

2 *In multitudine*] Libertas Reipubl. ſtabilitur multitudine Senatorum. Sed hic fucum facit Salluſtius ordini honeſtiſſimo, quem nunquam nimis florentem Principes optavere. Falſiſſime & fallaciſſime Nero jactat apud Tacitum l. XIII. Annal. *Non ſe negotiorum omnium judicem fore, ut clauſis unam intra domum accuſatoribus & reis paucorum potentia graſſaretur. Nihil in penatibus ſuis venale, aut ambitioni pervium: diſcretam domum & Rempublicam. Teneret antiqua munia ſenatus.* Coler.

3 *Deſideres*] Lectio hæc ex membranis Carrionis. Vetus Ed. *deſineres*. Ed Amſt. 1671. Oxon. & Gruteriana *decerneres* neque ſecus illa Ciacconii Plant. 1594 Carrionis Ant. 1579.

4 *Quoque modo*] Vatic. *is in multa* & *diſtribuantur.*

5 *Judicia prima claſſis*] Olim judicia penes Senatum, equites, Tribunos ærarios ſuſtulit, teſte Suetonio. Ea porro, de quibus Salluſtius loquitur, digeſſit omnia Auguſtus poſtea. Vide Dionem lib. LV. *Judicia quoniam omnibus primæ claſſis.* Fab. & Bric. *diſtribuantur, judicia quoniam prima claſſis &c,* ſic vetus Ed. Carrio.

randum

Digitized by Google

randum viſum eſt de ſumma conſilii, idque tibi probandum verum eſſe. Si [1] hoc itinere uti decreveris, cetera in promtu erunt. Volo ego conſilium meum prudens, maximeque uſui eſſe. Nam ubicunque tibi res proſpere cedet, ibi mihi bona fama eveniet. Sed me illa magis cupido exercet, uti quocumque modo, & quamprimum reſpubl. [2] adjuvetur. [3] Libertatem gloria cariorem habeo, atque ego te oro, hortorque, ne clariſſumus imperator, [4] Gallica gente ſubacta, populi R. ſummum atque invictum imperium tabeſcere vetuſtate, ac per [5] ſummam diſcordiam dilabi, patiaris. Profecto, ſi id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi ſedaverit, quin inſomniis [6] exercitus, furibundus, atque amens alienata mente feraris. Namque mihi pro vero conſtat, omnium mortalium vitam [7] divino numine inviſi: neque bonum, neque malum facinus cujuſquam pro nihilo haberi: ſed ex natura [8] diverſa præmia bonos, maloſque ſequi. [9] Interea forte ea tardius procedunt: ſuus cuique animus ex conſcientia ſpem præbet. Quod ſi tecum pa-

1 *Hoc itinere*] Hac via & ratione procedendi. *Bad.*

2 *Adjuvetur*] Alii *adnitetur.* Car.

3 *Libertatem cariorem*] Vulgo, *clariorem.* Veteribus potius impreſſis aſſentior, qui *cariorem* præferunt. *Idem.*

4 *Gallica gente*] Hoc ad gloriam Cæſaris ſpectat. Galli enim natura bellicoſi, ut teſtatur Salluſtius in Bello Catil. Et fine Jugurth. ait, amplius cum Gallis pro ſalute, non de gloria certari. Idem de Gallis alii hiſtorici. M. Cato Orig. 2. *Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur: rem militarem & argute loqui.* Inſigne vero illud elogium Cæſii Baſſi apud Diomedem: *Romani Gallis devictis facti victores. Durat adhuc & durabit laus fortiſſimæ gentis.* Coler.

5 *Summam diſcordiam*] Sic dictum velim: pro quo ceteræ editiones *ſocordiam* oſtentant. Quam quidem ſcripturam ego nupera & novitia iſta multis millibus habeo cariorem. *Douza.* Atqui jam res Romana, ſublata omni diſcordia, in unius ditionem conceſſerat, ſcribe igitur, *ſocordiam.* Carrio.

6 *Excitus*] Vetus Ed. *exercitus*, & *ea mens* pro *amens* infra. *Carrio.* In hanc ſententiam egregie Lucanus de hoc ipſo Cæſare & ejus militibus. VII. 764. *Quos agitat veſana quies, ſomnique furentes* & paulo poſt. *Invigilat cunctis ſævum ſcelus. armaque tota Mente agitant, capuloque manus abſente moventur &c.*

7 *Divino numine inviſi*] Ita etiam ſinceri Philoſophi omnes ſentiunt, nihil Deum latere. Secus Epicurus cum ſuo grege. Quem quaſi etiam Cæſar ſectatus fuerit, innuit Cato apud Salluſtium in Catilin. *Coler.* *Inviſere* Vetus Ed. Fab. & Bric. *inviſiri* Vatic. *inviſier.* Car.

8 *Diverſa præmia*] Fab. Bric. & Vatic. *diviſa.*

9 *Interea forte*] Bric. & Fab. *interea dum ea.* Carrio.

tria, atque parentes poſſent loqui, ſcilicet hæc tibi dicerent: O Cæſar, nos te genuimus fortiſſumi viri, in optuma urbe, decus, præſidiumque nobis, hoſtibus terrorem.

LX. Quæ multis laboribus, & periculis ceperamus, ea tibi naſcenti cum anima ſimul tradidimus, patriam maximam in terris; domum, familiamque in patria clariſſumam; præterea bonas artes, honeſtas divitias; poſtremo omnia honeſtamenta pacis, & præmia belli. Pro his ampliſſumis beneficiis non flagitium a te, neque malum facinus, petimus; ſed uti libertatem everſam reſtituas. Qua re patrata, profecto per gentes omnes fama virtutis tuæ volitabit. Namque hac tempeſtate, tametſi domi, militiæque præclara facinora egiſti; tamen gloria tua cum multis viris fortibus æqualis eſt: ſi vero urbem ampliſſumo nomine, & maxumo imperio, prope jam ab occaſu reſtitueris; quis te clarior, quis major in terris fuerit? Quippe ſi morbo jam, aut fato huic imperio [1] ſecus accidat: cui dubium eſt, quin per orbem terrarum vaſtitas, bella, cædes, oriantur? Quod ſi tibi vana lubido fuerit, patriæ, parentibus gratificandi; poſtero tempore, rep. reſtituta, ſuper omnis mortalis gloria agnita, tuaque unius mors vita clarior erit. Nam vivos interdum fortuna, [2] ſæpe invidia, fatigat: ubi anima naturæ ceſſit, demtis obtrectationibus ipſa ſe virtus magis magiſque extollit. Quæ mihi utilia factu viſa ſunt, quæque tibi uſui fore credidi, quam pauciſſumis potui, perſcripſi. Ceterum Deos immortales obteſtor, uti, quocumque modo ages, [3] ea res tibi, reique publicæ, proſpere eveniat.

1 *Secus*] Apud Schottum in obſervat. Legitur *Socius*. Sed mendum eſt forte, pro, *ſecius*.

2 *Sæpe invidia*] Simile Theophraſti dictum: φθόνος τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον· τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν, ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται. *Invidia tantum in vivos eſt. Mortuus vero, ut qui nemini obſtat, conſtanti & libera benevolentia colitur.*

3 *Ea res eveniat, &c.*] Prudenter videtur hic, quiſquis eſt, conſilium deſinere; qui animum [illegible] flectendit: & Cæſari, [illegible] ſuaſit. Verum quia jam [illegible] tur Cæſar, etiam [illegible] judicio ejus omnia permittit [illegible]

C. CRISPI

C. CRISPI SALLUSTII

[1] DECLAMATIO IN M. TULLIUM CICERONEM.

LXI. GRAVITER, & iniquo animo, maledicta tua paterer, M. Tulli, ſi te ſcirem judicio magis, quam morbo animi, [2] petulantia iſta uti. Sed, quoniam in te neque modum, neque modeſtiam ullam animadverto, reſpondebo tibi: uti, ſi quam maledicendo voluptatem cepiſti, eam male audiendo amittas. Ubi querar? quos implorem, P. C. diripi rempubl. atque audaciſſumo cuique eſſe [3] perfidiæ? an apud populum Rom. qui ita largitionibus corruptus eſt, [4] uti ſeſe, ac fortunas ſuas, venales habeat? an apud vos, P. C. quorum auctoritas turpiſſumo cuique, & ſceleratiſſumo, ludibrio eſt? [5] ubi M. Tullius leges, judicia populi Rom. defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quaſi unus reliquus ex familia viri clariſſumi, Scipionis Africani, ac non repetitius, accitus, ac paullo ante inſitus huic urbi civis. An vero, M. Tulli, facta, ac dicta tua obſcura ſunt? an non ita a pueritia vixiſti, ut nihil flagitioſum corpori tuo putares, quod alteri collibuiſſet? Scilicet,

1 De hac Declam. vid. Quintil. 4. cap. de exordio.

2 *Petulantia*] Impreſſi quidam: *iſta tua uti.* Sed in 5 Mſſ. & Codice antiquo Venetiis impreſſo non apparet. C. *Popm.*

3 Badianus Codex habet *perfidiæ locum.* Sed τό locum ex Gloſſa natum videtur.

4 *Uti ſeſe*] Ex Conſenſu 3 antiq. Cod. ſic reſtituimus, cum antea legeretur. *Ut ſeſe ac fortunas ſuas.* C. Popm.

5 *Ubi M. Tull. leges*] *Populo Rom.* in dandi caſu habet codex Aldinus, ſed vetuſtus in gignendi, quod malim. Illud autem, *in ordine*, quod proxime ſequitur, quid ſibi velit, apud me non admodum planum eſt. *Glar.* Omnes quos vidi, & ut opinor, quos non vidi codices habent ut in Textu. Sed melior omnino Lectio a nobis reſtituta. C. *Popma.*

Digitized by Google

iſtam immoderatam eloquentiam apud M. Piſonem non pudicitiæ jactura perdidiciſti? [1] Itaque minime mirandum eſt, ſi eam flagitioſe venditas, quam turpiſſume paraſti.

LXII. Verum, ut opinor, ſplendor domeſticus tibi animos attollit; uxor ſacrilega, ac perjuriis delibuta; filia matris pellex, tibi jucundior, atque obſequentior, quam parenti par eſt. Domum ipſam tuam vi, & rapinis, funeſtam tibi ac tuis, comparaſti: videlicet uti nos commonefacias, quam converſa ſit reſpublica, cum in ea domo habitas, homo flagitioſiſſime, quæ P. Craſſi, viri conſularis, fuit. Atque hæc cum ita ſint; tamen Cicero ſe dicit [2] in conſilio deorum immortalium fuiſſe; inde miſſum huic urbi, civibuſque cuſtodem, [3] abſque carnificis nomine, qui civitatis [4] incommodum in gloriam ſuam ponit: quaſi vero non illius conjurationis cauſſa fuerit conſulatus tuus, & iccirco reſpubl. disjecta eo tempore, quo te cuſtodem habebat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quæ poſt conſulatum cum Terentia uxore de republ. conſuluiſti: [5] cum legis Plautiæ judicia domi faciebas: ex conjuratis alios morte, alios pecunia condemnabas: cum tibi alius Tuſculanum, alius Pompejanam villam ædificabat, alius domum emebat: qui vero nihil poterat, is erat calumniæ proximus, is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut inſidias ſenatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat.

LXIII. Quæ ſi tibi falſa objicio; redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit,

1 *Itaque*] Quidam MSſ. *itaque non mirandum.* C. Popma.

2 *In conſilio Deorum immortalium*] Quia in pleriſque concionibus & invectivis dixit, *Non humanis opibus, me arte magiſtra ita republ. conſultum, ſed divina miſeratione.* Sed ad invidiam concitandam omnia trahunt adverſarii in majus. *Bad.*

3 *Abſque carnificis nomine*] Id quoque contumelioſe, cum ille dixerit; ſine cæde & ſanguine rempublicam ſervatam. *Idem.*

4 *Incommodum civitatis*] Id acriter & ſubtiliter: qui vult ob conſulatum Ciceroni mandatum conjurationem factam, & omne malum obortum. *Idem.*

5 *Cum legis Plaucia*] *Plancia* cum *n*, non cum diphthongo *au* habebat codex Aldinus hoc in loco. At in Catilina cum diphthongo, ut alii libri, *Plaucia*, legebat. Diximus autem in Catilina de hac lege nobis nihil certi conſtare. *Glarean.*

qua

qua ex pecunia domum paraveris, Tuſculanum, & Pompejanum infinito ſumtu ædificaveris. Aut, ſi retices; cui dubium poteſt eſſe, quin opulentiam iſtam ex ſanguine, & [1] viſceribus civium paraveris! Verum, ut opinor, [2] homo novus Arpinas, ex C. Marii familia, ejus virtutem imitatur; contemnit ſimultatem hominum nobilium; populi R. curam habet; neque terrore, neque gratia commovetur. [3] Illud vero amicitiæ tantum, ac virtutis eſt animi? Immo vero homo leviſſumus, ſupplex inimicis, amicis contumelioſus, [4] modo harum, modo illarum partium, fidus nemini, leviſſumus ſenator, mercenarius patronus, [5] cujus nulla pars corporis a turpitudine vacat: lingua vana, manus rapaciſſumæ, gula immenſa, pedes fugaces; quæ [6] honeſte nominari non poſſunt, inhoneſtiſſuma. Atque is, cum ejuſmodi ſit, tamen audet dicere: *O fortunatam natam me conſule Romam!* Te conſule fortunatam, Cicero? immo vero infelicem, & miſeram, quæ crudeliſſumam proſcriptionem civium perpeſſa eſt; cum tu, perturbata republ. metu perculſos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas, cum omnia judicia, omnes leges, in tua lubidine erant; cum tu, ſublata lege Porcia, erepta libertate, omnium

1 *Viſceribus* Vetuſti Codd. *& miſeriis.* C. Popm.

2 *Homo novus Arpinas ex M. Craſſi fam.*] Ita fere habent codices. At ego non dubito ita a Salluſtio ſcriptum: *Homo novus Arpinas ex C. Marii familia*; non *ex M. Craſſi.* Fuerat enim & Marius Arpinas, & homo novus. Ergo ſubjungit εἰρωνικῶς, *ejus virtutem imitatur*: cum ille ſummus bellator, Cicero ſummus orator: ille manu, hic lingua promtus. *Glar.* Vide ſupra Jug. cap. LXIII. 4. Mſſ. *ex M. Craſſi familia* habent. Aldus in ſuo Libro voluit ex C. *Marii.* Nullos, ut opinor, Mſſ. ſecutus. Lectio certa libris etiam reclamantibus. *C. Popm.*

3 *Illud vero amicitia tant. ac virt. eſt an.*] Aldinus codex nominativos in genitivos mutavit. Vetuſtus codex ſic habebat: *aliud vero amicitia tantum ac virtus eſt animi.* Sed ex neutro ſenſus clarus eſt, nec ego clare expedio. Non eſt mihi dubium, cum confutationis hujus duæ ſint partes, prior per quæſtionem, altera per inficiationem: prioris eſſe hanc particulam, ut altera pars incipiat ibi: *Imo vero homo leviſſimus.* Lectori hæc innuo dumtaxat, ut occaſionem dem altius cogitandi ac exemplaria diligentius inſpiciendi. *Glar.*

4 *Modo harum*] Vincentius Bellovac. omittit, *modo harum modo i. p.* pag. 186.

5 *Cujus nulla*] D. Vid. Orat. ad Cæſarem cap. LIV.

6 *Quæ honeſte*] V. Supra VI. 5. 4.

noſtrum

noſtrum vitæ, neciſque poteſtatem ad te unum revocaveras.

LXIV. Atque parum eſt, quod impune feciſti: verum etiam commemorando exprobras; [1] neque licet obliviſci ſervitutis ſuæ. Egeris, oro te Cicero, perfeceris, quod libet: ſatis eſt perpeſſos eſſe: etiamne aures noſtras odio tuo onerabis? etiamne moleſtiſſumis verbis inſectabere? *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.* Quaſi vero togatus, & non armatus, ea, quæ gloriaris, confeceris; atque inter te, Sullamque dictatorem, præter nomen imperii, quidquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua inſolentia commemorem? quem Minerva omnes artes edocuit, Jupiter optumus maxumus [2] in conſilio Deorum admiſit, Italia exſulem humeris ſuis reportavit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullos, Fabios, Scipiones, ſuperaſti; quem tandem locum in hac civitate obtines? quæ tibi partes reip. placent? [3] quem amicum, quem inimicum, habes? cui in civitate feciſti inſidias, [4] ancillaris. Quo jure, cum de exſilio tuo [5] Dyrrhachio rediſti, eum ſequeris? quos tyrannos appellabas, eorum nunc potentiæ faves? qui tibi ante optimates videbantur, eoſdem nunc dementes, ac furioſos vocas? Vatinii cauſſam agis: de Sextio male exiſtumas: Bibulum petulantiſſumis verbis lædis: laudas Cæſarem: quem ma-

1 *Neque licet*] Codex vetuſtus habebat *his* pro *piis*, Aldinus utrumque omiſit. At ego alterum vel quid ſimile adeſſe debere puto. *Glar.* Obliviſci *piis* in vetuſtis Libris ſe inveniſſe teſtatur. *C. Pomp.* Sic & Glareanus. Infra *concilium* non *concilio*, præter Aldin. omnes legunt. *Glar.*

In conſilio] In accuſandi caſu conſilium, præter Aldinum Codicem omnes alioqui legunt. *Glar.*

3 *Quem amicum, &c.*] Ingenue fateor, me hæc verba, ut in Aldino ſunt codice, atque adeo etiam in vetuſto, ac cunctis aliis, quos mihi videre contigit, non intelligere. Ideoque mutio, admonito tamen Lectore, ut mecum ipſe dubitet, aut felicius, ſi queat, eruat; Tranſilire, ut notum, facile erat, ſi quoſdam imitari velim, quos pudet fateri ſe non omnia vel ſcire, vel intelligere. *Glar.* *Id eſt,* quales amicos, vel inimicos habes? Amicos perditiſſimos quoſque cives, inimicos Reipub. amantiſſimos. *Thyſ.*

4 *Ancillaris*] Deeſt in Cod. Venetiis impreſſo.

5 *Dyrrhachio*] Vide ſupra p.

xume

xume odiſti, ei maxume obſequeris: [3] aliud ſtans, aliud ſedens, de republ. ſentis: his maledicis, illos odiſti: leviſſume transfuga, neque in hac, neque in illa parte fidem habes.

3 *Aliud ſtans*] Hoc eſt aliud dicis aliud ſentis. Stantes enim ſententiam dicebant in ſenatu. *Criſp.*

JULII

Digitized by Google

JULII EXUPERANTII
OPUSCULUM
DE MARII, LEPIDI, AC SERTORII
BELLIS CIVILIBUS;

Quod cum in vetere quodam Saluſtii codice, bello Catilinario & Jugurthino in fine ſit additum, Hiſtoriarum Saluſtii breviarium quoddam eſſe videtur.

EX BIBLIOTHECA PITHOEANA.

I. CUM Lucius Metellus Proconſul, contra Jugurtham in Numidiam exercitum duceret, Marium ex gregariis militibus genere ignobilem, ſed virtute præſtantem, ſecum habuit. Quem cum militibus quæſtorem feciſſet, ita ſe factis fortibus [1] promiſerat, ut hoſtibus terrori, Romano imperatori carus eſſet. Sed victimas immolanti numinibus, in oppido Numidarum, cui nomen eſt Utica haruſpices magna quædam impendere Mario reſponderunt: atque hortati ſunt, ut quæ vellet, auderet, peteretque celſiora natalibus, meritiſque majora: ſiquidem cuncta videbatur favor ſpondere fortunæ. Tunc capiendi conſulatus invaſit magna cupiditas, ad quem petendum paratus ſuffragiis, relicta provincia Metello, Romam venit: ibique de Metelli rebus loquendo corruptius, ac ſuam extollendo virtutem effecit animos vulgi cupidos novitatis, in ſuum excitando favorem, adjuvantibus Tribunis plebis. Nam eo tempore inter patres ac populum, ſtudio dominationis, erant excitata certamina. Ita factum eſt ut quaſi in perniciem nobilitatis, quam lacerabat injuriis, Marius novis extolleretur honoribus. Itaque comitiis conſularibus, univerſus populus, qui ad eligendum convenerat, Marium conſulem juſſit: & erepta Metello provincia, in Numidiam miſſus eſt.

---

1. *Promiſerat*]Non eſt ſollicitanda lectio, hæc etſi inſolentior. Nam ſic fere loquuntur R. Ruſticæ ſcriptores. V. gratia, *promittit ſe arbor*, pro, *ſe effert in fructus*, Plin. 16. 26. Ne alios memorem.

II. Is accepto conſulatu, quaſi ſpolium victoriæ [1] ſuperatis patribus oſtentabat; aperteque ſe eorum potentiæ profitebatur adverſum. Sed cum militem novum ſcriberet, primum omnium capite cenſos cives infidoſque atque inutiles duxit ad bellum; ut hac ratione cum publico detrimento populo gratiam redderet, a quo ſperatos honores acceperat. Nam populus Romanus per claſſes diviſus erat, & pro patrimonii facultate cenſebatur. Ex iis omnes quibus res erat, ad militiam ducebantur. Diligenter enim pro victoria laborabant qui * ex libertate bona patriam defendebant. Illi autem quibus nullæ opes erant, caput ſuum quod ſolum poſſidebant, cenſebantur, & belli tempore in mœnibus reſidebant. Facile enim poterant exiſtere proditores: quia [2] *egeſtas haud facile habetur ſine damno.* Hos igitur Marius, quibus non fuerat Reſp. committenda, duxit ad bellum. Sed forte L. Syllam legatum, unum de nobilibus, in provinciam duxit. Atque ibi confecto feliciter bello, & Jugurtha capto, ad urbem rediere victores. Atque ſtatim, virtute cognita, Marius in Galliam miſſus, quæ tunc Romanos fines hoſtili incurſione vexabat.

III. Eodem tempore Mithridates cum magnis copiis univerſam Aſiam urbeſque ſociorum expugnando atque vaſtando cepit affligere. Ad quem coercendum L. Sylla eſt cum exercitu deſtinatus, cujus in Africano bello probata erat * corporis atque animi magnitudo. Hoc ubi Mario compertum eſt, terminare quod gerebat prœlium feſtinavit: & homo infinitæ cupidus gloriæ, non patiebatur libertatem dignitatemque Romanam alterius virtute defendi. Contuſis igitur Gallis, vaſtataque natione penitus barbarorum, Romam iterum victor intravit. Itaque inſtinctu ejus Sulpicius Tribunus plebis legem tulit, ut auferretur Syllæ provincia ac Mario daretur. Hoc Syllæ ubi nunciatum eſt, Murenam legatum ſuum provinciæ * Valerianiſque præfecit militibus, quos infidos bellis exiſtimabat eſſe civilibus: & cum parte exercitus, injuriæ dolore commotus, ad extinguendam Marianam venit factionem. Statim ut Romam venit, reſiſtentem ſibi Sulpitium, & ſeditioſis concionibus R. P. diſturbantem, cum multis quos ſibi ſocios adſciverat, trucidavit; atque Marium ipſum, machinatorem tantæ contumeliæ, in exilium impetu detruſit armorum: atque ille * quotiens victor, per Gallorum atque Afrorum rura, quæ ipſe vaſtaverat, naufragus atque egenus erravit.

1. *Superatis*] Abeſt hæc vox ab Ed. Amſtelod. 1630. Sed agnoſcit Gruterian.
2. *Egeſtas haud*] Delendum τὸ *haud.* Ceterum ſententia eſt ipſius Salluſtii B. Cat. Cap. 38. *a quibus opes nullæ ſunt* &c. *Odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent, turba atque ſeditionibus ſine cura aluntur: quoniam egeſtas facile* &c.

VI. Dum

IV. Dum hæc aguntur, Cinna & Octavius facti ſunt Conſules: quorum Cinna de partibus Marianis fuit. Hic legem tulit, ut novi cives, qui aliqua ratione Romanam acceperant civitatem, cum veteribus nulla diſcretione ſuffragium ferrent. Hoc videlicet in eorum gratiam faciebat qui Marium ſuffragiis ſuis extulerant, & ampliſſimis honoribus decorarant. Sed hæc lex injurioſa erat in veteres cives, qui meritum dignitatis videbantur amittere, ſi cum novis indignis in ferendo ſuffragio jungerentur. Ob hoc itaque Octavius collega commotus, ut ſeditionibus privaretur, collegam ſuum Cinnam, adnitentibus veteribus civibus, in exilium miſit armatus, munitus videlicet copiis Syllæ. Quæ cum agerentur, maximus ex utriſque partibus civium numerus interemptus eſt. Expulſus igitur Cinna cum vagaretur, ad Africam, ubi Marius inops erat, forte pervenit: atque ibi communicato conſilio, ſollicitatis animis perditorum, & de ergaſtulis erutis ſervis, exercitum confecerunt; & armata validiſſima manu juventutis, ad urbem venerunt, atque Octavium Syllæ ſatellitem ſuperatum necaverunt. Tunc varia crudelitas pervagata eſt, ut nobilitas omnis ad fugitivorum trucidaretur arbitrium. Atque eo immanis ſævitia Cinnæ fuit, ut nec illis parceret, quorum opera erat victor effectus. Et cum hac inſolentia in omnes communiter baccharetur, cum haberet conciones, a militibus ſuis occiſus eſt. Tum Marius, * ne ſine ſocio dominatum ſuſtinere non poſſet, in * locum Carbonem ſibi in ſeptimo conſulatu collegam ſubrogavit.

V. Tum Sylla, tanta indignatione commotus, contra Marium atque Carbonem exercitum duxit; & inter ſe ferali certamine Romani exercitus conflixere. In quo bello ſuperatus eſt Marius. Tum vero Sylla victor, quicquid in urbe remanſerat, crudeliter perſecutus eſt; & R. P. vindicatam non reddidit legibus, ſed ipſe poſſedit; ac ſe talem præbuit, ut Cinnana ac Mariana, quod ultum erat, dominatio quæreretur. [1] Hinc * *Salluſtius; bonis initiis malos eventus habuit.* Nam fuerunt bona principia, quod oppreſſam voluit civium defendere libertatem: mali eventus, * quod ſuperatis dominis, & ducibus ſævis, gravius ipſe civitatem quaſſavit, qui ſe publicæ calamitatis fore promiſerat * defenſorem. Hic, cum teneret imperium, multas leges ac jura præſcripſit, multas civitatibus immunitates vectigalium dedit, multos Romana civitate donavit.

VI. Hujus acta cum conatur Lepidus in ſuo conſulatu ſubvertere, contra collegam Catulum civile prœlium geſſit, & victus eſt. Nam congregatis iis, in quorum poſſeſſiones novos colonos de ſuis

1 *Hinc Salluſt.*] B. Catilin. Cap. XI.

militibus Sylla victor immiſit, ac ſibi conjunctis liberis proſcriptorum, ingentem congregavit exercitum pollicendo, ſi viciſſent, ſe bona patria reſtituturum. Plebi quoque multis muneribus publice privatimque * largitus, carus videbatur, ac publice libertatis aſſertor. Sed in * Etruri litore commiſſo prœlio cœperat Lepidus eſſe ſuperior per armatam multitudinem, quæ odio rerum Syllanarum, ſe Lepidi partibus applicarat. Sed Pompeius de Gallia rediens, non paſſus eſt Lepidi audaciam cum publicis detrimentis impune bacchari. Nam fugientes ejus copias ac ſe implicantes feſtinatione formidinis, ita proſtravit, ut majore numero privatus, in Sardiniam confugeret; ut impedito commeatu, populum Romanum fatigaret inopia, ac ſuas vires armis copiiſque & omni inſtrumento reficeret. Atque ibi * contrario Proprætore, variis prœliis gravibuſque conflixit. Nam ſollertiſſime tutando provinciam effecit, ut Lepidi conſilia vana forent. Undique enim prohibitus, & munitionibus ac civitatum expugnatione * depulſus, nequivit cogitata perficere. Ac dum multa parat, morbo gravi oppreſſus ac mortuus eſt.

VII. Cujus ſocius & adminiſter Perpenna, ob delictum tanti facinoris ſupplicium timens, ex Sardinia in Hiſpaniam tranſvectus eſt; ac ſe Sertorio ſociavit, qui tum Romanis armis quaſſabat imperium. Nam hic Sertorius de Marii partibus fuit. Nam * Norbano & Scipione conſulibus, cum ex Aſia Sylla contra Marium atque factionem veniret infeſtus, timens Senatus * iram, ne malo publico certamina inter duces orirentur, ſtatuit, ut curarent Conſules, ne R. P. acciperet detrimentum. Hoc itaque Senatus conſulto excitati Conſules, contra venientem Syllam, atque omnibus exitium minitantem, præſidia ſibi cujuſque generis parare cœperunt, & duces idoneos, ad quorum induſtriam pertineret cura bellorum. In queis elegere Sertorium. Parato validiſſimo exercitu proceſſere; & vetante Sertorio, colloquia Conſules permiſerunt inter ſuum & Syllæ exercitum; & facta proditio eſt, omniſque exercitus Syllæ traditur. Tunc Sertorius deſtitutus, atque omni copiarum nudatus auxilio, in Etruriam confugit iram metuens Syllæ, ne exigeret gravem de ſuperato hoſte vindictam. * 1 Erat autem Etruria fidiſſima partibus Marianis, qui ab ipſis Romanam, quam antea non habebant, acceperant civitatem. Timentes igitur Etruſci, ne beneficium tantæ dignitatis a Marianis acceptum, Sylla revocaret, ſi adverſæ partes eſſent amputatæ, penitus ad Sertorium ſe atque alios ejuſdem factionis duces applicarunt, omnia quæ imperarent, ſine recuſatione promittentes eſſe facturos. Itaque factum eſt ut rurſus

1 *Erat autem Etrur.*] Erat autem in Etruria G.

fiſ:

firmiſſimus XL. cohortium comportaretur exercitus. Nam & multi milites, qui ſe venienti Syllæ tradiderant, * fruſtrationis, ad priorum ducum caſtra reverterunt, quæ ante prodiderant. Inter hæc facti ſunt Marius ſepties & Carbo Conſules.

VIII. Tunc Sertorius, de Marii poteſtate ſecurus Romam venit, & omnium cœpit accuſare ſegnitiem, & ex multis promptiſſimis factis Syllæ induſtriam virtutemque laudare; cui niſi obviam iretur, actum jam ac debellatum foret. Tum Conſules principeſque alii factionis, tanto verborum pondere caſtigati, ſive ut æmulum ac vehementem negligentiæ correctorem ab oculis removerent, ſive ut feroci provinciæ, cujus infidelitatem timebant, idoneum præponerent, ducem miſere in citeriorem Hiſpaniam; atque ei mandatum eſt, ut tranſiens res in Gallia tranſalpina componeret. Sed ubi in provinciam venit, ita ſtrenue ſociorum animos jam deficientes atque alia cupientes, in favorem partium ſuarum modeſte tuendo atque blandiendo perduxit, ut & carus eſſet, & tamen ab omnibus timeretur. Sed in urbe Sylla & Marius conflixere: atque in ipſo certamine Marius interemptus eſt: Carbo, perditis rebus aufugit. Tum Sertorius, * commiſſis atque deletis partibus, quas ſequebatur, optimum conſilium credens exercitum non dimittere, ne nudatus ſupplicia victoribus penderet, collecta Hiſpaniæ multitudine, contra Romanum exercitum ſtatuit dimicare. Mortuo itaque Sylla, hoſtem ſe publicum profeſſus eſt. Ad quem expugnandum miſſi ſunt Metellus atque Pompeius; qui eum gravibus atque aſſiduis pugnis afflixere. Qui tamen difficile vinceretur; niſi per conjurationem in convivio a ſuis eſſet occiſus. Poſtea Pompejus Perpennam ſubegit; * Auxum, Clunium, Calagurrim civitates delevit, & factis in Pyrenæo tropæis, Romam regreſſus eſt.

Fin. Opusculum Julii Exuperantii.

Digitized by Google

PORCII LATRONIS DECLAMATIO CONTRA LUCIUM SERGIUM CATILINAM

I. SIQUID precibus apud Deos immortales ſanctiſſimi Judices, vobiſcum aliquando valuiſſemus, jamdudum & potiremur Rep. noſtra florentiſſima, & cives noſtros haberemus, tum *ſtudioſos* rerum gerendarum, tum patriæ ſimul, ac virtutis amantiſſimos: idque temporis eximia lætitia frueremur, cum rationes omnes dicendi noſtras in laudem ſummorum, atque optimorum civium conſumendas eſſe videremus. Nihil enim ſtatuimus animo dignius, nec autoritate majorum, nec opinione populari, quam in eo genere verſari forenſis exercitationis, quæ canere laudes egregias ſummorum hominum poſſet, atque animos inflammare noſtræ civitatis ad imitandum.

II. Verum (ea) dicendi voluptas olim ſapientiſſimo viro *M.* Catoni plane contigerit, necnon & Galbæ, Scipioni, Gracchis, Porcinæ, Craſſo, atque Antonio ſummis atque ornatiſſimis oratoribus, quorum tempora ſingulari præſtantia virtutis, ac ſtudio pene incredibili pulcherrimarum artium floruerunt: nobiſcum vero ſententia noſtra bene ageretur, ſi modo tantum abeſſemus ab illa modeſtia temporum, atque hominum, nec incidiſſemus in atrociſſimos Reip. fluctus ac miſerandam temporum calamitatem. *M.* Siquidem Catoni [1] aut Scipioni coætaneo ſuo monimentis immortalibus hujus Urbis, & ſine dubio clariſſimis luminibus temporum ſuorum, de Legibus dicendum erat, de Inſtitutis majorum, de gloria militari, perſæpe de laudibus, ac victoriis; nobis vero, qui devenimus in hanc truculentam temporum conditionem, ſublata eſt omnis gratia dicendi, atque interceptus locus omnis, aut jucundiſſimi ſermonis, aut conciliandæ benevolentiæ popularis.

III. Nam ſiquando vox noſtra ſive a foro; ſive a curia deſideratur, dicendum eſt perpetuo nobis aut de teterrimis hujus patriæ calamitatibus, aut de nefariis oppreſſionibus civium, aut de perditæ

Textum ſequimur R. Steph. *Par.* 1544. V. Lectiones adjecimus ex Ed. *Baſ.* 1564. & Gruteri *Francf.* 1607. *M.* Marginem R. Steph. deſignat, *G.* autem. Ed. Gruterianam.

1 *Aut*] G. *&*.

juventutis

Digitized by Google

juventutis nunc impudicitia flagitioſa, nunc ignavia ſingulari. Quare peſtium quanta in dies redundatio eſt, vos eſtis teſtimonio judices, quorum aures calluerunt aſſiduitate pene quotidiana, copiaque incredibili civilium controverſiarum. Diximus equidem paucis ante diebus, ut probe meminiſſe poteſtis, de L. Glabrionis immanitate, atque audacia furioſiſſimi hominis, & ſine dubio crudeliſſimi: cujus in Senatu ſica pridie deprehenſa eſt, cum qua *M.* Papyrium, lucem omnis patritiæ dignitatis, extinguere moliebatur. Nunc vero dicendum eſt de L. Catilinæ ſceleratiſſima mente, [1] ac inuſitata nequitia, quam nuper in omnium civium perniciem, ſtragemque redundaturam Dii immortales in autorem ſceleris, tum benignitate ſua, tum conſulari vigilia retorſerunt.

IV. Quæſo igitur judices diligenter attendite, remque cognoſcite barbaram crudelitate: periculo vero, & calamitate Reip. pernicioſiſſimam. Lucius ſiquidem Catilina non ignobili genere præditus, neque infima virtute, ſi dotes egregias, tum fortunæ, tum corporis ad dignitatem Urbis, non ad perniciem conferre ſtatuiſſet, Remp. nuper ex atrociſſimis bellorum civilium vulneribus pauliſper reſpirantem, novis inſidiis opprimere conatus eſt. Quid exhorruiſtis judices? Non modo opprimere conatus eſt, ſed crudeliſſime vexare: non vexare tantum, ſed inaudito quodam genere feritatis extinguere. Manum ad id comparat, diverſam quidem genere, ſed magnitudine ſceleris, vitæque ſimilitudine pene eandem: quam [2] manum exacerbatam continuo penuria rei familiaris, & ob id deſiderio prædæ mirabiliter flagrantem, illecebræ ſibi faciliime conciliaverunt. Conſilia nefarii facinoris in ampliſſimi civis M. Leccæ domo decoquebantur.

V. Ad eam greges confluebant perditorum adoleſcentium, quorum hic familiaritatem eximiam conſecutus fuerat, conciliatam partim aſſuetudine ſtupri, partim genere quodam nefariæ largitionis. Adhibiti ſunt & [3] cuncti barbarorum hominum, nobilitati non ſolum magnitudine & ſumma æris alieni, verum etiam conſuetudine, ac ſtudio turpiſſimarum rerum. Nec alæ muliebres ab eo cœtu religioſo, nocturno prorſus, abſuiſſe [4] judicatæ ſunt: nulla denique portenta Urbis, nullæ finitimarum religionum peſtes repertæ ſunt, quæ non denotatæ ſolertiſſime per hunc, per magnitudinem inopiæ faciliime concitatæ, repente [5] devolaverunt in aream ipſam nefariæ, atque flagitioſæ conjurationis. Ratio conſiliorum fuit, ut Saturnalibus proxime futuris univerſi cum armis ad ipſius [6] Leccæ do-

1 *ac*] *Atque* G. 2 *Manum*] G. non agnoſcit. 3 *Cuncti*] Baſ. & Gr. *Cœtus*. 4 *judicata*] Legendum ex G. *indicatæ*. 5 *Devolaverunt*] G. *devolaverint* 6 *Leccæ*] G. ubique *Lecca*.

mum præſto forent: ibique dato ſigno collaberentur omnes, partim ad diripiendam, inflammandamque Urbem, partim ad trucidandum Senatum, partim ad eos conficiendos qui præſidium Urbi ferre voluiſſent: Catilinam interim omnes, & Ducem, & Imperatorem appellarent.

VI. Audiſtis judices ſatis evidenter (ut arbitror) conſilium ſceleratiſſimi hominis Catilinæ, reique indigniſſimæ miſerabilem, ac deteſtabilem crudelitatem. Nunc vero audienda cauſa eſt, agnoſcendæque faces, quibus ille flagravit ad cupiditatem hujuſmodi ſcelerati facinoris obeundam: quas ſi plane comprobatas vobis (ut arbitror) planeque illuſtratas evidentibus ſignis attulero, nihil erit impedimento, quin hoſtem Reip. crudeliſſimum, atque infeſtiſſimum ſummis ſuppliciis, ſummis cruciatibus[1] multandum, ac mactandum eſſe *jubeatis*. Tria judices, ſententia mea, ſcelerata, crudelia, flagitioſa, inaudita, quæ mentem Catilinæ ſemper immoderatam, ſemperque novis rebus ſtudentem, ad exitium patriæ commoverunt, nunc dicenda ſunt.

VII. Primum, ratio quædam triſtis ſimultatis: qua ductus eſt univerſum Senatum ex memoria repulſæ conſulatus capitaliter fuiſſe ſemper inſectatum. Secundo, rabies quædam temerariæ ambitionis ſitiens immodicæ gloriæ, prorſuſque inflammata perpetua quadam, & ſingulari cupiditate dominandi. Poſtremo, cœtus infames turpiſſimorum hominum, non modo fatigati diuturno malo domeſticæ neceſſitatis, verum etiam imbuti flagitiis, ac conſuetudine ſcelerum ſempiterna comite & genitrice peſſimarum *cupiditatum*, quod genus hominum Catilinam ſuum etiam dormientem e ſomno facillime excitare valuiſſet. His autem oſtenſis, breviter, ſaneque confutatis, quæ pro defenſione flagitiorum ſuorum *noſtri* adverſarii dicenda eſſe putaverunt, finem adeſſe nobis intelligetis. Bello Mithridatico Judices, longiſſimo quidem omnium, & ſine dubio poſt Punicum periculoſiſſimo, cum diutius in Senatu de eligendo Imperatore dubitatum fuiſſet, planeque omnes ambigerent quiſnam ſagaciſſimo Regi ſagaciſſimus noſter Imperator opponeretur: Catilinam inter omnes competitores, incredibili quadam ambitionis

1 *Multandum*] Legerem libenter, *mulcandum*. *Multare* enim eſt, multam infligere pecuniariam, *mulcare* autem pugnis aut calcibus lacerare, mutilare. Optima Virgilii exemplaria Æn. 11. v. 839. *Mulcatam morte Camillam* exhibent. teſte Errico Memmio. Terentii membranæ in Adelph. *Omnem familiam mulcavit uſque ad mortem*. Tacitus. *Magna pars, nudo aut mulcato corpore*. Annal. 1. Cic. in Bruto. *Scriptores illos male* multatos *exiiſſe cum Galba*. Ubi Codex Juntæ, *mulcatos*. Neque aliter Plauti, Salluſtii Suetonii Apuleii Editiones optimæ.

Digitized by Google

bitionis magnitudine deflagrantem, omnes Senatoriæ ſententiæ rejecerunt. Eo telo percuſſus adeo Catilina fuit, ut poſtea nullam omiſerit, neque perturbandæ curiæ, neque inſectandi Senatus occaſionem. Videbat namque deteſtandam cupiditatem ſuam illo ſuperſtite, nunquam in eum locum perventuram [1] fore, de quo illam pridem univerſæ omnium voces ejiciendam eſſe putaviſſent. Volvebat item animo ſummas vitæ neceſſitates, quibus exuere ſe poſſe arbitrabatur, ſi qua ratione præclaris magiſtratibus aſpiraſſet: nunc illas vero magis ac magis inſtauratas quotidie intelligebat, quandoquidem inſpicerent omnes vitæ ſuæ rationes, ea ſententia jugulatas prorſus extitiſſe: ac quicquid [2] incepiſſet ulterius, metuendam eſſe conſularem vigiliam, metuendum eſſe judicium Senatoriæ autoritatis.

VIII. Hanc vero ſpeciem ita exanguem, ita conſternatam conſuetudo erexit vitæ praviſſimæ ad omne facinus, neque otii ſui patiens, neque alieni. Qualis ejus vita fuerit, etſi præclare conſcientia publica teneatur, huic tamen illuſtrandæ, ſeu patefaciendæ teſtes indubitati videri poſſunt ii, qui ſacrarium illud lubidinum colere atque obſervare conſueverunt. Quæ nugæ, Dii immortales? quæ portenta ſcelerum? qui libidinum gurgites? quæ ſentinæ flagitiorum? Verum is rumor ſparſus eſt de moribus Catilinæ, eaque gentium opinio pervagata, quatenus exiſtimem voces ipſas publicas, non hominum eſſe, [3] ſed oraculi potius nuncupandas. Famam vero popularem a majoribus noſtris ſæpenumero accepimus, neque temere unquam naſcituram eſſe, neque temere occaſuram: [4] decus illud egregium corporis non ad dignitatem nominis, ac gloriæ, ſicuti par erat homini nobiliſſima familia nato, ſed uti latro perditiſſimus ad omne genus flagitii conferendum fuiſſe ſemper arbitratus eſt.

IX. Vires ad ſtuporem hominum præclaræ, atque inuſitatæ, perpetua voluptatum intemperantia ſunt labefactatæ. Flos pueritiæ venuſtiſſimæ ad intuentium jucunditatem, cui non libidini patuit flagitioſæ juventutis? aut quam turpitudinis notam non ſubeundam ultro, atque accerſendam eſſe cogitavit? Lux illa vero præclari, atque excellentis ingenii, quam omnes divinam ſemper & ſingularem, atque [5] inuſitatam penitus eſſe arbitrabantur, nonne inter fœdiſſimas voluptatum ſordes reſtincta eſt? Omitto peſtis hujus impuriſſimas voces, mollitiem ſcenicam, obtuitus impudicos, blanditias muliebres, & omnem denique copiam non mediocrium

1 *Fore*] Omittit G. 2 *Incepiſſet*] *Increpuiſſet*. St. 3 *Oraculi*] *Os oculi*.
4 *Decus*] *Dedecus* St. 5 *Inuſitata*] *Inviſitata*. St.

vitiorum ſub illa frontis erudita ſimul, atque inſigni pulchritudine delitescentem: prætereo mentem illius plus quam gladiatoriam, ſitim incredibilem humani cruoris, mirum inconſtantiæ genus, vultum nunc demiſſum, nunc alacrem, nunc anhelantem ſcelus, nunc gratia meretricia floreſcentem, ſummum pecuniæ deſiderium, ſummam ſimul prodigalitatem, contemptum incredibilem omnium bonorum: itemque eximiam cum ſummis, atque ornatiſſimis civibus familiaritatem. Nihil enim fuit iſto monſtro verſipellius, aut mutabilius hominum memoria: ita ut res diverſiſſimæ ſæpenumero videantur in eodem ingenio, tanquam in ſentina quadam teterrima, ſimul redundare.

X. Quis igitur dubitandum eſſe putaverit hominem præditum hujuſce inſtitutione vitæ, remotiſſimum ab omni genere humanitatis, perfacile ſeſe teterrimo cuique, atque immaniſſimo facinori fuiſſe accommodaturum? Fontem aperuimus judices omnium Catilinæ morum, atque omnis conſuetudinis, unde illi demanaviſſe [1] vis iſta præclara conſiliorum facillime intelligenda eſt: nunc videndum eſt, ſpem atrociſſimi ſceleris, unde illi ſubminiſtratam fuiſſe judicemus. Cum hic itaque ſecum repeteret memoria miſerandam ignominiam comitiorum, turpeſque anguſtias afflictæ rei familiaris: ſimulque intueretur, vel ſibi vivendum, ac moriendum fore cum turpitudine ſumma, vel Senatum nullum eſſe oportere: de ratione tollendi ipſius primum cogitare cœpit. Nam illo deleto ſine dubio intelligebat viam latiſſimam libidinibus ſuis continuo patere. Vertit itaque oculos ad innumerabilem copiam juventutis, qua dies, ac noctes ſtipabatur in exercenda conſuetudine ſuarum cupiditatum:[2] cum putavit manum ipſam hominum, tanquam haſtam validiſſimam furoris ſui facillime ſibi accommodari poſſe, quam contorqueret in omnium noſtrum ruinam, atque interemptionem, ut quam cognoverat educatam vitæ praviſſimæ inſtitutis, imbutam ſæpenumero ſanguine miſerorum civium, ardentem incredibili deſiderio prædæ, ſibi vero mira familiaritate conciliatam.

XI. Genus eſt hominum vehementer exercitatum ferro, atque inopia, duabus rebus ad omne genus facinoris paratiſſimum: quod quidem ego civitati noſtræ, maxime debilitatæ bellis civilibus, atque afflictæ magnitudine calamitatum, magnopere pertimeſcendum eſſe judico. Nihil enim illis præter ſpem atque animam fortuna reſervavit: alteram ad differendam vitæ neceſſitatem, alteram ad livorem ſuum magnifice accommodatam. Nihil illis contemptibi-

1 *Vis*] *Vim* G. 2 *Cum putavit*] *Cumputavit* Marg. Baſil.

lius:

lius: quos ſiquidem rudimenta vitæ traducta, in hac tenuiſſima re depoſita, nunc in gladiatoriis muneribus, nunc alia facinoris atrocitate, partim ad omne ſcelus, partim ad omnem patientiam erudierunt. Verum hæ peſtes, ſententia mea, quo fuerint abjectiores, eo magis extimeſcendas eſſe reor, tanquam perpetuo ſeditionum civilium, ac rerum novandarum avidiſſimas: ſive quia voluptatem capiant ex mœrore ſociæ calamitatis: ſive quia civitatum verſutiam, mutabilitatem rerum ſuarum portendi quodammodo arbitrantur. Hi ſunt quidem, quos in foro quotidie in oculis civium calamiſtratos, ac veſtibus collucentes paſſim obvolitare cernimus, fortunas omnium populariam, atque otium civitatis luminibus conſignantes: qui non modo arrecti [1] permanent ad opportunitatem cujuſpiam præſentis commodi, verum etiam geſtiunt ad opinionem ſperatæ utilitatis. Si feras quidem omnis generis, quo magis attenuatæ fuerint penuria edendi, eo magis præcipites, atque effrenatas ruere in perniciem videmus: quid hanc deſperatorum colluviem jejunam, ſitientem facultatum noſtrarum, quo impetu, quave ſtrage ruituram eſſe creditis, aut debacchaturam, ſi ſe carceribus emiſerint: cum illæ ratione careant, atque intelligentia: hi vero non abſint penitus ab ipſa facultate intelligendi? Graviſſimi quidem ſunt morſus irritatæ neceſſitatis.

XII. Dii immortales, quæ clades ab illa feritate hominum, quæ genera flagitiorum emanaviſſent, ſi nocturnus iſte imperator, quaſi quaſdam rapidiſſimas belluas in Urbis penates immittere potuiſſet? Horret animus judices, ea cogitatione complecti, quæ miſeri pertuliſſemus, ſi ſopor oculos conſulares detinuiſſet. Reſtinguenda eſt itaque flamma nobis ſcelerata & atrox, dum adhuc velata cineribus, ac ſopita, facultas reſtinguendi leviſſime data eſt: ne cum omnia comprehenderit (quod immortales Dii penitus avertant) nos fruſtra poſtmodum furibundam, atque exultantem reſtinguere cupiamus. Neque rectorem navis audiendum prorſus exiſtimo in ipſo mœrore calamitoſæ tempeſtatis, quam illi fugere facillime licuiſſet conſurgentem primo, ſibique, ac rebus ſuis naufragium minitantem: neque item gubernatorem urbis in ipſo excidio, & calamitate civitatis, quam impendentem prius ipſe conſilio ſuo, ſuaque prudentia ſuſtinere quodammodo, ac propulſare potuiſſet. ſeræ ſunt hominum lamentationes, prorſuſque vituperandæ, quas occupatas in his lugendis cernimus, quæ vitio ſuo, deſidiaque contigerunt.

---

1 *Permanent*] *Permaneant*. G.

 XIII. Calli-

XIII. Callicratidi Lacedæmoniorum Duci cum ornatiſſimam, cui præerat, claſſem funditus amiſiſſet propter immoderatam gloriæ cupiditatem, nihil ad eam reſtituendam noviſſima conſilii ratio ſuffragata eſt? quam ita ſervare poterat, ſi modo in ſtatione continuiſſet. Terentio Varroni ſempiternum dedecus, atque immortale monimentum erunt flagitioſæ turpitudinis deletæ ad Cannas temeritate ſua pulcherrimæ Romanorum legiones, quæ ſervatæ perículoſiſſimo tempore Reip. ſine dubio fuiſſent, & robur eximium pulcherrimæ urbis, & perpetuum decus conſularis prudentiæ, diſciplinæque militaris.

XIV. Recte itaque majores noſtri ſummis laudibus efferendi ſunt, qui Spu. Melium, qui Gracchos, qui Manlium Capitolinum, qui Druſum, qui Saturninum fortiſſimos homines, & Reip. ſæpenumero non mediocriter opitulatos, quod deveniſſent in affectatæ tyrannidis ſuſpicionem, morte [1] multandos eſſe putaverunt. Nec Spu. Melio favor ampliſſimus civitatis, nec Gracchis avi ſui Scipionis clariſſimi viri memoria: nec Manlio celeberrima gloria Capitolii liberati: nec Druſo ſanctiſſimi ſui penates: nec Saturnino [2] vis ſacroſanctæ dignitatis auxiliata eſt. Quid ita? quia necem paucorum, aut unius hominis, calamitati publicæ majores noſtri ſemper anteponendam eſſe putaverunt. [3] Quid? genus crudelitatis eximium non ſunt arbitrati, cives eos perimere, ſummiſque affligere ſuppliciis, quorum in Remp. perſæpe clariſſima beneficiorum genera extitiſſent? Minime. Quid ita? quia nullum ſatis dignum ſupplicii genus in eos conſumi poſſe opinabantur, qui patriæ ſuæ libertatem opprimere ſtatuiſſent: nec illos cives eſſe judicaverunt, quos abjeciſſe rationem patriæ caritatis intuerentur. At contra eos, qui tales interemiſſent, non modo dici, atque appellari cives, ut eſſent, ſtatuebant, ſed afficiendos fore immortalibus donis, ac ſempiternæ hominum memoriæ conſecrandos. Quid enim poteſt indignius dici, quam vitam a patria ſuſceptam, ad illius perniciem, calamitatemque conferre? quid fingi ſceleratius, quam eorum pœnas ac crudeliſſimam ſervitutem excogitare, quos iiſdem mœnibus ac tectis conſtitutos, eædem leges, atque eadem vivendi ratio continuiſſet? quid denique poteſt intolerabilius exiſtimari, quam inferre delubris Deorum immortalium, ac facultatibus noſtris illinc ſceleratas faces hinc, acerbiſſimas expilationes? Hæc qui curaverunt, judices, aut qui tentaverunt, nunquam ego alienos ab hoſtibus, aut diſſimiles feritati beſtiarum exiſtimabo.

---

1 *Multandus*] Vide ſupra. 2 *Vis*] *Jus.* B.G. 3 *Quid?*] Baſ. in Marg. Quin.

XV. Vidi-

XV. Vidimus de ſpe perficiendi nefarii facinoris: videndum eſt de loco, quam latebram commodiſſimam & tutiſſimam egregius artifex delegit, cum contegendæ conſpirationi ſuæ, tum armis omnibus ejus artificii comprehendendis: ne forſan temere domum nobiliſſimi civis, atque opulentiſſimi M. Leccæ delectam eſſe judicetis. Primum homo delectus eſt hujuſmodi nefariis cupiditatibus affinis, quo participe ſemper uſus fuerat conſiliorum ſuorum, adjutore teterrimarum libidinum, ſocio maximorum periculorum, cui ſpectato frequenter in difficillimis rebus, ſummam hujuſmodi atrociſſimi mali tuto committi poſſe, facillime ſibi pollicebatur. Præterea domum ſibi deligendam eſſe judicabat ſolitudine locorum deſertam, & ab omni frequentia [1] populari remotiſſimam, quæ ſcilicet voces conjurationis tutiſſime continere poſſet. Contulit igitur ſeſe in ipſam M. Leccæ domum, remotam ab omni celebritate, conſtipatam multitudine arbuſcularum, & ab omni ſuſpicione prodendi facinoris non mediocriter abhorrentem. Quos vero tetenderit ibi conjurationis laqueos, aut quas catenas ſcelerum conflaverit nobis, ac facultatibus noſtris, Saturnalium dies patefactura fuerat, niſi primum benignitate Deorum immortalium, deinde vigilantia conſulari, nefariæ ſicæ de manibus latronum excidiſſent. Nullas amplius tendiculas pertimeſcamus ab execrabili monſtro: nullas inſidias ab hoſte teterrimo, tenetur fera, nec ſi viri eſtis, declinatura eſt telum ipſum ſacroſanctæ veſtræ autoritatis.

XVI. Neve Catilina neſcias, vigilantiſſimos conſules habere Remp. te quocunque veneris, quocunque abieris, diligentia noſtra [2] circumſeptum teneri: quid [3] heſterna nocte conciunculis tuis agitatum ſit, licet mecum recognoſcas. Cum ad M. Leccam veniſſes, unum ex fideliſſimis commilitonibus tuis ad multam noctem, teque in interiorem, una cum illo, cubiculi partem recepiſſes, tanquam in ſacrarium memorabile cupiditatum veſtrarum, repente de Lecca ſciſcitari cœpiſti, num quis ex conjuratis adveniſſet: cum ſubito Lentulus, ac Cethegus teterrima capita maleficiorum omnium, furibundi, atque alacres irruperunt, moxque ingreſſi vociferare cœperunt, quid agis Catilina? cur voluptates noſtras diutius remoraris? præſto ſunt Saturnalia nobis otioſis, atque oſcitantibus: quem unum diem ſæpenumero nuncupare ſolitus es, everſorem ſuperbiſſimi ordinis, fugatorem ærumnarum noſtrarum, lucem ac principem univerſæ noſtræ dignitatis. Num in gerendis nego-

1 *Populari*] *Populi* G. 2 *Circumſeptum*] St. *circumſpectum* 3 *Heſterna*] St. *externa*.

tiis

tiis ignoras ſequendas eſſe temporum opportunitates, & in occaſione rerum deſidiam, ac tarditatem omnem, quam diligentiſſime fugiendam? Mutabiliſſimæ quidem ſunt Deorum voluntates, & fortunam, cum abire permiſeris, fruſtra poſtmodum diſcedentem, ac fugientem ſis imploraturus. Talia vero conquerentem, tu paucis pro re ſubſecutus, Aquilam argenteam proferri continuo juſſiſti, præclaram auſpicem, ac gubernatricem furoris tui futuram. Teſtor noctem ipſam, impiarum molitionum tuarum conſciam, ac teſtem, nihil ex iis me fugiſſe, quæ clandeſtini veſtri conatus agitaverunt.

XVII. Perpauca ſatis attigiſſe fuerit, ne ſolitudine in ipſa latibulorum tuorum, cum ora vulgi plane devitaviſſes, feſelliſſe te crederes diligentiam pariter, atque induſtriam conſularem. *Linquo* telorum innumerabilem, atque inexcogitatam copiam, quam in iiſdem furialibus antris conſtipandam, atque occultandam fore curaviſti. Mitto literas manu tua ſcriptas, diverſis [1] municipiis reddendas, quæ furori tuo ſuccurrere, atque opitulari vellent. Tranſeo rem illam ſimillimam prodigio, cum mane iſto jam coacto Senatu, redundantibuſque ſubſelliis, ſerius in Senatum, præter conſuetudinem veniſſes: quod nulli non oculi te Senatorum ſtatim conſignarunt ingredientem demiſſo vultu, pallore terribili, luminibus errantibus, ac facie præ ſe ferente neſcio quid inuſitatæ crudelitatis. Præterea Saturnalibus proxime futuris, rem adoriri placuit: quo die civitas omnis feriata publico edicto, conferre ſeſe in montem Aventinum, ac ruſticari quodammodo ſolita eſt: cum tu manum furoris tui diligenter armatam, atque inſtructam, primum ad cædem Senatus, ac conſulum, deinde ad occupandam Capitolii arcem munitiſſimam fueras immiſſurus: atque his perfectis, daturus operam cum direptioni publicæ, tum inflammandis ædibus, atque his trucidandis qui Remp. defendere voluiſſent.

XVIII. Videtis, Judices, lucem clariſſimam rationum, quas ego profecto cenſeo nullis involucris tenebrarum ſuarum obruturos eſſe, nec M. Leccam præclaram ſedem, atque officinam teterrimæ conjurationis, nec ipſum deteſtabile caput, atque obſcurum artificem Catilinam. Cumque hæc omnia conſtent, animadvertendum eſt pariter uno maleficii genere Catilinam non modo Deos, ac patriam, verum etiam mores, leges, conſuetudinem urbis, atque inſtituta majorum violaſſe.

---

1 *Municipiis*] *Mancipiis*, St.

XIX. Pri-

XIX. Primum XII. tabulis cautum eſſe cognoſcimus, NE QUIS IN URBE COETUS NOCTURNOS AGITARIT: deinde lege Gabinia promulgatum, QUI [1] COITIONES ULLAS CLANDESTINAS IN URBE CONFLAVISSET, MORE MAJORUM CAPITALI SUPPLICIO MULTARETUR. De te itaque Catilina ſciſcitor, tunc, cœtus iſtos commilitonum tuorum contra præcepta XII tabularum, contra leges noſtras, contra vero Senatus, ac plebis autoritatem, noctu cogendos eſſe putaviſti? Deinde quæro, ſiquando in lucem ſepulchrales iſtæ conciunculæ tuæ prodiiſſent, quid reſponſurus fuiſſes Senatui, quid conſulibus, aut quid viris optimis, atque amantiſſimis patriæ? Quid leges igitur noſtras violas Catilina? quid Senatus autoritati contradicis? Æquum enim eſt inſtituta majorum, atque edicta graviſſimi, ſanctiſſimique ordinis, quia perſtringere veſania tua non es veritus, ea reſtituas, ac ſarcias ſupplicii tui memorabili animadverſione.

XX. Manlius Torquatus filium ſuum, ſumma & ſingulari virtute adoleſcentem, quod is in hoſtem contra mandatum patrium dimicaſſet, victorem acriter percuti ſecuri juſſit: nos vero te tam temerario auſu tendentem contra mandata Senatus, contra univerſæ Romanæ Reip. majeſtatem Catilinam perferemus? Majores olim noſtri ſapientiſſimi homines, & ſine dubio graviſſimi, num leges e Græcia per legatos ſuos accerſendas eſſe putaverunt, quibus hanc imperii magnitudinem perpetuo ſtabilirent, ut tu homo recens ſeveritate illarum cum barbatulis tuis abutereris? Non ita viſum Carthaginienſibus accepimus in Hannone ſuo morti condemnando, fortiſſimo, ac triumphali viro, quod is edicto Senatus minus obtemperaviſſe putaretur. Non ita placuit Athenienſibus, urbi ſine dubio doctiſſimæ atque eruditiſſimæ, cum e Sicilia, belloque graviſſimo revocandum eſſe Alcibiadem ſtatuerunt, ſummum & ſingularem imperatorem, quem juberent, expiare ſupplicio ſuo leges violatæ religionis. Non ita denique [2] a majoribus noſtris judicatum eſt, cohortibus exoletorum tuorum, ſententia mea, longe anteponendis, cum L. Sulpitium conſulari familia, ſummoque ingenio virum, propter exiguam notam libidinoſæ ſuſpicionis, cenſuerunt removendum e Senatu, multoſque dies in vinculis habendum eſſe putaverunt.

XXI. Vos vero Judices, Catilinam non modo leges noſtras, atque autoritatem Senatus crudeliter labefactantem, verum etiam uni-

1 *Coitiones*] Sic. G. Sed St. *Conciones*. perperam. 2 *A Majoribus*] St. omittit voculam, *a*.

verſos

verſos cives ad perniciem ferro, flammaque devocantem impune perferetis? Jacet homo proſtratus eventu maximarum molitionum: ut qui conatus ſuos conſcientia veſtra patefactos atque illuſtratos cernat, neque contentos fuiſſe, ſeu ſuperſtitione cruenti ſacramenti, ſeu tenebris nocturnis, ſeu ſolitudine locorum maxima & ſingulari. Contundite igitur, contundite, Judices, genus iſtud inauditi furoris: comprimite hominem geſtientem effræmata temeritate, flagrantem inuſitatis cupiditatibus, furentem incredibili ſuperbia, ſpe novandarum rerum mirabiliter inflammatum: quinetiam rem ipſam publicam non modo eventu crudeliſſimæ calamitatis, verum etiam metu, ac ſuſpicione liberate.

XXII. Diximus [1] equidem ſufficienter de Senatoria ſimultate Lucii Catilinæ, capite ac fonte ſceleratæ conjurationis: reſque omneis complexi ſumus, quas aluiſſe furorem illum, ac primum excitaviſſe judicavimus. Nunc videndum eſt de ratione ambitionis teterrima, atque exitiabili, qua deflagraviſſe perpetuo Catilinam ſuperiori diviſione demonſtravimus. Cupiditates equidem plurimas in illo monſtro, calamitoſas, ac nefarias omnes perſæpe judices animadverti: libidinem unam pernicioſiſſimam in primis conſpicere viſus ſum, temerariæ cujuſdam, atque inconſideratæ ambitionis: qua duce properaſſe, nec ullo [2] ſtudio unquam conſciſcendarum opum, nec ullo deſiderio dignitatum abſtinuiſſe reputatus eſt. Putabat enim ſe fruſtra nobiliſſimo genere natum, fruſtra virtutes eximias corporis atque animi conſecutum fuiſſe, ni omnia divina atque humana, truculentiſſimo genere cupiditatis inquinaviſſet: quoſque cernebat excellere Romæ præſtantia quadam dignitatis, beatiſſimos eos eſſe, & ſine dubio Diis æquiparandos fore arbitrabatur.

XXIII. Id genus veſanæ cogitationis hominem, ſuapte natura præcipitem, atque inconſideratum compulit in abominandas ac nefarias vitæ cupiditates. iſque nuper comitiis conſularibus (quandoquidem ſuffragia curiæ, propter impendentem metum Parthici belli diligenter enucleata ſunt) quas non adiit Senatorum voces, aut quos civium conſeſſus, partim pecunia, partim [3] obſecrationibus, non obeundos ſuppliciter, ac contaminandos eſſe judicavit? nulli tamen ad dignitatem gradus, neque inſanienti, neque anhelanti bono candidato patuerunt. Eadem ratio ſceleratæ libidinis illum ad majorem vim ſcelerum paulo ante concitaverat. Piſonem memi-

1 *Equidem*] G. *quidem.* 2 *Studio* G. *ſtudiorum.* 3 *Obſecrationibus*] *Obſervationibus.* G.

nistis

niſtis egregia virtute adoleſcentem, (niſi & idem cupiditatibus obtemperare conſueviſſet) calamitoſam ſibi, ac multis in urbe ſeditionem [1] excitaſſe: cujus inſigni familiaritate, atque amicitia, Catilinam uſum fuiſſe nemo eſt qui neſciat: nec modo conjunxiſſe ſe temerario juveni, verumetiam illum de ſucceſſu rerum ſuarum non mediocriter trepidantem, in audacia ſimul, ac ſententia confirmaſſe, cum ſe illi vigilantiſſimum ſocium, ac ſatellitem [2] fidiſſimum regendæ, gubernandæque conjurationis polliceretur.

XXIV. Quod ſi votis ſceleratorum hominum ſucceſſus aſpiraſſent, quanta ſtrage civium creditis, aut quanto diluvio facultatum urbanarum ruituram fuiſſe deteſtabilem horum atque execrandam impietatem? Verum ii cælites, quorum auſpiciis princeps, ac parens hujus urbis Romulus, pulcherrimi imperii Romani fundamenta jecit, triſtiſſimam cladem, ac conatus perditos nece adoleſcentis intercepemnt. Piſone mortuo conquieviſſe Catilinam dicemus, aut incœpti temerarii pœnituiſſe? Non [3] pœnituit modo, nec requieſcendum fuiſſe arbitratus eſt, ſed rurſus alio furori acceſſit. Non conſueverat animus perpetuis cupiditatum flagitiis exercitatus, prima deſtitutione fortunæ refrigeſcere, ac conſternari: ſed vix ſepulta memoria Piſonianæ conjurationis, [4] L. adeptus eſt Sidicinum, potentiſſimum quidem hominem, ac tunc furentem ſingulari ſtudio rerum novandarum. Verum ea fax incendii, rurſum benignitate Deorum immortalium, ſummaque virtute conſulum reſtincta eſt. Non obdormiſcit tamen Catilina, his deſtitutus eventis vigiliarum ſuarum, ſed rurſus ſævit immanior: & quam Remp. ſervitio non potuerat obruere, deſtrangulandam penitus, ac tollendam cogitavit. Sceleratus in omnem urbem, quam toties inſidiis appetiviſſet: ſceleratiſſimus vero in patriam, cujus extant in illum ſumma & commemoranda monimenta beneficiorum.

XXV. Reminiſcere quæſo Catilina, reminiſcere ferrum illud ſceleſtum, atque illas nefarias faces, quas iſtis ſanctiſſimis penatibus, atque iſti pulcherrimæ patriæ minitaris, non ad oppugnandam urbem, neque ad eam concremandam tibi datas fuiſſe, ſed potius ad ſalutem civium, dignitatem imperii, libertatiſque noſtræ defenſionem. Per Deos immortales oro te Catilina, ſi patria tecum his vocibus uteretur, quid eſſe illi quæſo reſponſurus? [5] Ego te parvulum Catilina, cum in primis ornatiſſimo genere gentis naſci voluiſſem: deinde ſummis dotibus exornaſſem tum corporis, tum

1 *Excitaſſe*] G. *Excitaviſſe.* 2 *Fidiſſimum*] *fideliſſimum* G. 3 *Non pæn. modo*] G. *Modo non.* 4 *L. adeptus*] *Lucius adeptus.* G. 5 *Ego*] Auctor orationem Micipſæ moribundi ob oculos habuiſſe videtur. B.G.Cap. x. *Parvum ego te Jugurtha* &c.

animi, tum duabus rebus inſtituendum putavi, ferro, ac flammis, quibus eſſe parata tibi facultas tum amplificandi imperii mei, tum defendendæ publicæ libertatis: quid eam vim armorum in viſcera noſtra torques? aut quid convertis in exitium civium meorum, inſtitutam diligentia mea, meiſque rationibus eruditam dimicandi facultatem? Majores contra tui ſummis a me beneficiis, atque honoribus aucti, pro magnitudine ſuſceptarum dignitatum, pulcherrimas in urbe ſæpenumero leges: pro præſtantia beneficiorum, clariſſimas ex hoſtibus victorias referre conſueverunt: tu mihi luctus acerbiſſimos paras, pro ſumma copia beneficiorum meorum, tu cædes civium, tu domorum incendia, tu vexationes virginum, tu vaſtitatem urbis, tu genus atrociſſimæ ſervitutis. O crudeliſſimum hominum genus, & ab omni penitus humanitate *derelictum*, tu ſtudio flagras ejus urbis evertendæ, quam nec Carthaginienſium aſtutiſſimi doli, nec Numantinorum eximiæ vires, nec Græcorum erudita & præclara ingenia labefactare, obſcurareque potuerunt. Quod ſi citentur hi populi rurſum divinitus, atque iſtæ urbes redeant in ſtatum vetuſtiſſimæ dignitatis, certe non ipſo ſcelere tuo quicquam in me crudelius, nec quicquam [1] magis extimeſcendum molituras fuiſſe prædicabunt. Sed ad te redeo.

XXVI. Temperarem [2] ego memet mihi, curſumque iſtum violentæ orationis forſitan revocandum eſſe judicarem, tum ab odio tuo, tum ab ipſa dicendi acerbitate, ſiquem in te ſenſum patriæ caritatis aſpicerem, aut ullo te [3] puncto poſſe arbitrarer ſceleratam iſtam mentem relinquere. Sed id genus eſt cupiditatum tuarum, ut reſtinguendarum forſan rationem aliquam conſequi poſſis, ſanandarum nullam: nec te prius amiſſurum perverſitatem iſtam animi puto, quam vitam amiſeris. Vellem reviviſceres. [4] Hala Servili, non expectaremus ſententiam judicum, neque [5] abuti majeſtate Senatus, atque autoritate populi Rom. [6] ſed magnitudinem tanti flagitii, ſanguine tuo ſtatim expiaviſſes. Nam de Senatus voluntate nihil ambigimus, modo non impediretur legibus, repente profecto fueras pœnas impietatis tuæ digniſſimas [7] laturus. Utinam Deorum immortalium munere, Judices, mentem, atque animum hujus introſpiceremus, nequa vobis fieret puniendi dubitatio, qui *tantum* ſcelerum ingenio conflaviſſet. Videretis enim mentem anhelantem triſtiſſimum genus minarum, mentem debacchantem inaudita feritate, furentem incredibili veſania; ſitientem cruoris. Urbani, præ-

1 *Magis* [illegible] St. 2 *Ego memet*] *Egomet*, fortaſſe legendum. 3 *Puncto*] G. B. *Pacto*. 4 *Hala*] *Ahala* G. 5 *Abuti*] *Abuteremur* G. 6 *Sed*] *Si* G. 7 *Laturus*] *Daturus*.

dæ

dæ avidiſſimam, [1] vobis, atque omnibus ferro, flammaque minitantem.

XXVII. Catilinam vobis demonſtravimus, Judices, irritatum perſæpe, repulſis comitialibus, nullas vocum aut ſuffragiorum corruptelas fuiſſe prætergreſſum, deinde nullis rationibus infractum, ac perterritum, de perſeverantia ſcelerum ſuorum [2] deſtitiſſe: quibus animadvertere ſane poteſtis, quanta ſemper immanitate laboraverit ambitionis. Supereſt noviſſima pars diviſionis. Grex ipſe ſodalium Catilinæ truculentus, atque amens: cujus in manu non exiguam rationem fuiſſe diximus excitandæ conjurationis. Lentulus ſiquidem & Cethegus terribilia portenta noſtræ civitatis, furiæque vel certiſſimæ Populi Rom. multa de magnitudine ſua in ipſis concionibus, multa de dignitate imperii ſui futuri palam prædicare conſueverunt, tanquam ſi Deorum immortalium concilio interfuiſſent.

XXVIII. Primum Lentulus in libris Sibyllinis, neſcio quid ſe [3] perſpexiſſe prædicabat, quod viri acutiſſimi atque peritiſſimi L. Cornelius, ac Cn. Piſo cuſtodes publicarum ceremoniarum, nequaquam proſpicere potuerant. Lucem namque ait neſcio quam de domo Cornelia quondam prodituram fore, quæ gloria nominis ſui Romanum Imperium ſimul & complexura ſit, & illuſtratura: eoque genere vaticinii, dignitatem ſuam portendi fataliter putavit: planeque opinatur fati ſui rationem in ipſa latebra Sibyllinæ divinationis, tanquam in equo Trojano [4] delitеſcere. Ego vero Sibyllam ſine dubio ſapientiſſimam mulierem fuiſſe judico, viſamque idoneam Diis immortalibus, cui ſingularem quandam vim divinandi concederent: verum illam deliram penitus, ac prorſus cæcam fuiſſe affirmarem, ſi quam ſpem dignitatis in hac crudeliſſima peſte repoſuiſſet. Si quid tamen ceciniſſe viſa eſt, quod ad Corneliam gentem pertinere videretur, vim omnem illius divinationis in uno L. Sylla conſumptam fuiſſe judicemus: cujus paulo ante Reſp. ſenſit & crudeliſſimam ſimul, & ampliſſimam poteſtatem. Nec ego Deos immortales huic imperio tam infeſtos eſſe reor, neque a ſalute populi Rom. tam abhorrentes, ut homini dementiſſimo regnum concederent hujus ſanctiſſimæ atque optimæ civitatis. Syllam profecto crudelitas vicit: at ipſe maximarum laudem virtutum, & rei militaris ſummam, ac ſingularem gloriam conſecutus eſt. Lentulum vero nullæ victoriæ noſtræ [5] civitati, nullum ſtudium armo-

---

1 *Vobis, atque*] Ex Ciceronis in Catilinam. 2 *Deſtitiſſe*] *Extitiſſe*. St. 3 *Perſpexiſſe*] *Proſpexiſſe*. Vid. Salluſt. B. Catilin. cap. XLVIII. 4 *Deliteſcere*] *Deliteſcentem*. St. 5 *Civitati*] *Civitatis*.

rum, nulla præſtantia virtutis, aut ingenii commendavit. Quæ vero non tabernæ potius, aut qui non greges infamium hominum, Sibyllinum iſtum principem concelebrarunt? nam vitam ejus commemorare non eſt neceſſe, verſatam ſemper in obeundis libidinibus, ac ſocietate turpiſſimorum hominum nobilitatam: nihil in eo ſanguinis aviti, nihil induſtriæ Romanæ, nihil ſplendoris domeſtici, nihil avitæ frugalitatis.

XXIX. Fingite vobis, Judices, fingite dignitatem hujus hominis, tum florentem ampliſſimo magiſtratu, tum omnibus populi Roman. muneribus exornatam: quantum quæſo ſanguinis civilis in foro, in curia redundaturum eſſe creditis? aut quantam vim libidinis, atque impudicitiæ per omnium civium cubicula demanaturam? profecto dignitate fretus ea, quæ privatus concupiviſſet, ſine dubio conſequeretur: [1] ferveretur amens in omnia, nec ullæ rationes conſiliorum, aut pudoris, nec ulla ſtudia humanitatis refrenarent præcipitem, atque incitatum curſum vetuſtæ crudelitatis. Cethegus inferior nobilitate, atque ingenio, vehementia furoris longe immanior, parum a Lentuli ſomnio diſcedere viſus eſt. Verum inſaniam leviſſimæ opinionis, modeſtiore loquendi ratione contegere velle [2] videretur: genus eſt idem tamen furoris, eademque ratio concelebratæ divinationis. Tales hi ſcelerum artifices, amboque concitati ad evertendam Remp. partim a veſana ſpe vaticinii commemorati, partim a nefaria ſcelerum aſſiduitate Catilinam offenderunt, novis rebus ſtudentem: cujus præſidio, conſilioque cupiditates ſuas ita juvari poſſe faciliime crediderunt, ſi viro ſociorum copioſiſſimo ſeſe conjunxiſſent.

XXX. Eſt enim in illo monſtro, ſicuti paulo ante tetigimus, vis eximia facetiarum, & ratio quædam adumbrata virtutum, facilis ad comprehendendum omnium hominum familiaritates. Hunc igitur Catilinam adepti Cethegus, Lentulus, & ipſi lenociniis ſuis inſignes, ad omne genus benevolentiæ ſubeundum deflagrare cœperunt, admirabili quadam cupiditate ſeu diripiendæ Urbis, ſeu potiundæ dominationis. Hæ ſunt, Judices, hujus nefarii facinoris abominandæ faces, hi ſunt crudeles igniculi, quibus exarſiſſe Catilinæ ferocem animum facillime credendum eſt. Talibus *initiis* conſociati principes nefandæ conjurationis, manum exiguam deſperatorum hominum, atque obſcœnæ juventutis, pedetentim coegerunt: coactam, quid vellent, edocuerunt: edoctam, pari cupidi-

1 *Ferveretur*] *Ferretur* B. G. 2 *Videretur*] *Videtur*.

Digitized by Google

tate ſceleris inflammaverunt: inflammatam denique pepulerunt, ut in omnium noſtrum facultates, ac vitam facillime conſpirarent.

XXXI. Furias iſtas audiſtis, Judices, commodiſſimas ac paratas, non modo ad vivos commovendos in omne facinus, verum etiam ad mortuos ex ipſo erebo, mediiſque buſtis excitandos. Reperti ſunt [1] tum atrociſſimi ſceleris patroni, quique immanitatem deteſtandæ rei, tum contegere verbis, tum excuſare conati ſunt. [2] L. Hortenſius vir eximia caritate Reip. ſummiſque ornamentis præditus, & ſcientiæ, & moderationis, nequaquam omnia credenda eſſe dicit: jubetque graviſſimis hominibus facilitatem judiciorum diligenter eſſe continendam. Primum affirmat Catilinam in perpetua cuſtodia Senatus extitiſſe: denique nunquam ferme diſceſſiſſe a latere Publii Cepionis nobiliſſimi civis, atque integerrimi viri, ita ut lepide dicat, *diſſeparationi eorum neque ſolem orientem unquam, neque occidentem interveniſſe.*

XXXII. Credo equidem ſapientiſſimum hominem Hortenſium, ut eſt innocentia ſingulari, ſummaque virtute, cuncta ipſa, quæ graviſſime ſimul atque ornatiſſime complexus eſt, ita vera eſſe, ſicuti dixerit, exiſtimare: ſed longe graditur a ſententia mea. Quæro igitur de te L. Hortenſi, teque obteſtor, atque obſecro per ipſum jus vetuſtiſſimæ noſtræ familiaritatis, ſi L. Catilinam conſtat dies omnes, omnium civium conſcientia, ſive in foro, ſive in turmis agere, nunc ſtipatum catervis exoletorum ſuorum, nunc vero gladiatoriis agminibus per ora vulgi palam obvolitare: ſi manifeſtum eſt noctes omnes aut in luſtris ſcortorum, aut in antris [3] M. Leccæ ducere, viri, tuo judicio, non abhorrentis a Reip. caritate; quid eſt quod illum obſervatum dicas in perpetua cuſtodia, atque oculis Senatorum? niſi forte cuſtodiam Senatoriam vocas vel exiguam moram [4] in ipſius curiæ conciliis obeundis.

XXXIII. Quod vero pertinet ad ipſius Cepionis familiaritatem aſſiduam, benevolentiamque ſingularem, nihil eſt quod inſimulationi noſtræ derogandum eſſe judicetis. Diximus enim ſuperius ingenii Catilinæ miros, atque occultiſſimos eſſe receſſus, nec qui cognoſci, ſeu perluſtrari facillime poſſent. Vigent enim in illa [5] clade res diverſiſſimæ pariter, continentia, & libido. Nihil illo [6] perſæpe affixius ad [7] tollenda bonorum conſortia, nihil ſolertius ad illis inſidiandum, nihil illius munificentia inſignius, nihil avidius rapacitate. nihil acutius conſilio, nihil temeritate contemptibilius:

---

1 *Tum*] *Tamen.* B. G. 2 *L.*] *Lucius* G. 3 *M.*] *Marci.* G. 4 *In*] deeſt vocula, in G. 5 *Clade*] *Ætate.* Marg. Bas. 6 *Perſæpe*] *Perſpexi.* G. 6 *Tollenda*] *Colenda.* G.

quæ

quæ cum ita ſint, Cepionem admirabimur in tantis viarum ambagibus erraviſſe? Me me, quem fateor, Judices, vetuſtiſſima quadam familiaritate Catilinæ conjunctum, perſæpe deliraviſſe miris perplexionibus illius, neque unquam certi quicquam in illo ingenio comprehendere potuiſſe. Nihil igitur erit miri, ſi virum integerrimum Cepionem verſutiſſimi hominis doli, atque inconſtantiſſimi mores fefellerunt.

XXXIV. Non erit itaque neque prudentiæ tuæ, neque gravitatis Hortenſi, candidiſſimam opem humanitatis tuæ, ſummamque dicendi copiam ſontibus ipſis polliceri: aut quam beſtiam irretitam judicio tenemus, diſſolutam atque exultantem Reip. immittere. Quod te nunquam commiſſurum fuiſſe arbitrarer, niſi qui me mores, iidem te Catilinæ ſine dubio fefellerunt. Satis oſtentatas vobis putamus, Judices, tum rationes periculi noſtri, tum hujus immaniſſimi ſceleris atrocitatem. Nam ſi odio Senatus [1] quam maximo Catilinam arſiſſe demonſtravimus: ſi rationes vitæ ſuæ veteres, ac novas in exercitatione teterrimarum libidinum collocatas: ſi ſpem perficiendi ſceleris homini proſequentiſſimo inimicitiarum: ſi denique locorum ac temporis opportunitates extitiſſe: præterea ſi rabiem quandam ambitionis in illo fuiſſe diximus: ſi nullam poteſtatem [2] refrænandarum libidinum, aut ullum pœnitentiæ locum: poſtremo, ſi copiam innumerabilem deſperatæ juventutis cum illo conjunctam fuiſſe patefecimus, & eam ſimul oſtendimus ſuopte ingenio furentem incredibili audacia, ſummaque cupiditate [3] prodendæ, ac vexandæ urbis inflammatam: quid erit, Judices, quod dubitetis de liberanda patria, deque ulciſcendi crudeliſſimi ſceleris immanitate? Noviſtis enim facinus inauditum omnium hominum memoria: facinus atrox, ſuperbum, nefarium, pernicioſum, remotiſſimum ab omni humanitate, lege, conſuetudine: cujus acerbitatem, ſi minus animo bene perſpexiſtis, [4] quæſo mecum diligenter attendite.

XXXV. Scelus illud, Judices, everſionem nefariam moliebatur ampliſſimæ noſtræ [5] dignitatis, interitum crudeliſſimum Senatorii ordinis, cædem communem omnium bonorum: hujus ſceleris libido repoſita erat in diripiendis omnium civium facultatibus, atque opprimenda urbis libertate: huic ſceleri parabantur teterrimæ conjugum, ac liberorum noſtrorum vexationes: in hoc ſcelere verſabantur denique faces inferendæ penatibus noſtris, expilationes ædium, ſtupra virginum Veſtalium, luctus ac mœror

1 *Quam*] Deeſt G. 2 *Refrænandarum*] *Referendarum*. G. 3 *Prodendæ*] *Perdendæ*. 4 *Quæſo mecum*] In Steph. *quæſo mecum diligenter attendite ſcelus illud Judices. Everſionem nefariam* &c. *Dignitatis*] *Civitatis*.

miſera-

miſerabilis univerſæ civitatis. Quæ ſi vobis, ut ſunt, indigna atque intolerabilia videntur, non iniquum erit, autores horum malorum multare teterrimis ſuppliciis, cladem que omnium crudeliſſimam e viſceribus Reip. propulſare. Tenetis exempla majorum, atque omnium gentium autoritatem, qui ſemper ſummas & ſingulares pœnas in eo genere hominum conſumendas eſſe putaverunt, qui rationes habuiſſent aut prodendæ patriæ, aut opprimendæ publicæ libertatis. Nihil [1] igitur erit impedimento, quin audaciam crudeliſſimi hominis Catilinæ, crudeliſſimo genere ſuppliciorum expietis: [2] & ultionem ex illorum cruciatibus ac pœnis capiat Reſpub. quorum erat conflagratura manibus, niſi ſanctiſſimi imperii Romani cuſtodes ac vindices Dii immortales nefariis votis obſtitiſſent.

XXXVI. Credite, Judices, hodierno die conſurrexiſſe univerſam urbem conſpecturam ex judicio veſtro, planeque animadverſuram quid in poſterum de ſalute ſua, deque facultatibus ſuis ſperandum ſit. Credite item vim univerſam flagitioſæ juventutis, aut hodierno Catilinæ ſupplicio ſimul conficiendam fore, aut illius liberatione lætam atque exultantem, non multo poſt in omnium noſtrum perniciem una cum illo celerrime conſurrecturam. Agitur ſiquidem hodierna veſtra ſententia de ſalute hujus pulcherrimæ, atque optimæ civitatis, de ſtabilitate imperii Romani, de legum incolumitate, de libertate civium, de pudicitia liberorum ac conjugum veſtrarum. Hujus enim peſtis [3] idem ſcelus erat, ut non graſſaturum per capita paucorum, ſed tanquam atrociſſima vis veneni per omne corpus Urbis demanaturum. Quod ſcelus, aut quam peſtem ſi vindicandum eſſe cenſebitis, ut reor, & Reſpub. deſiderat, putate profecto Deos immortales, & in primis Capitolinum Jovem ſempiternum cuſtodem, ac vindicem hujus imperii, pro liberatis eorum templis, ac ceremoniis, gratias vobis ampliſſimas eſſe reddituros: putate pariter idem facturam eſſe curiam pro defenſa conſulum vita, ſervataque Senatorii ordinis dignitate: putate matronas Urbis, ac liberos noſtros ob ſervatam pudicitiam, ſupplices ac congratulantes univerſos ad genua veſtræ ſeſe obverſaturos fore: putate virgines veſtales, atque ipſam majeſtatem ampliſſimi numinis, [4] ob liberationem ſuam, ſumma vobis lætitia congratulaturam: putate denique cives omnes, ob retentam vitam, ac libertatem ſuam, penates publicos pro conſervatis focis, atque aris, parietes Urbis pro teterrimo genere vaſtitatis propulſato; ferme incredibili gaudio exultaturos: putate tandem hodierno judicio

1 *Nihil*] Deeſt. G. 2 *Et*] *Ut*. G. 3 *Idem*] *Id*. 4 *Ob liberat*] *Ad*. B. in Textu.

paratum

paratum eſſe vobis aut immortale dedecus, aut memoriam nominis ſempiternam.

XXXVII. Multa ſunt equidem in hac vita, quæ turpiter, ac calamitoſe negleƈta, reſtitutionem tamen quandam quodammodo patiantur: hujus vero vindicandi ſceleris ſi præſentem facultatem neglexeritis, fruſtra poſtea recuperandæ copiam quæretis. Aut hodie vobis propulſanda eſt e viſceribus Reip. peſtifera vis calamitatis, aut ipſi patriæ ſine dubio concidendum: utrum eligendum ſit, vos videritis. Quid eſtis, Judices, humanitate tanta (ne [1] ſecordia dicam) ut eorum vitam, ac ſpiritum diutius in Repub. commorari patiamini, qui vitæ ſalutique civium crudeliter inſidiati ſunt? [2] Præponite vobis ante oculos, ac meditatione crebra revolvite diem illum nefarium, quo ſalus omnium civium, quo facultates noſtræ, quo ipſa Reſp. peritura fuerat: quando ſcilicet [3] aſpexiſſemus beſtias iſtas emiſſas carceribus per urbem omnem, per domos noſtras furialiter exultantes, ipſumque in primis miſerandi facinoris ducem ac principem Catilinam, confirmatum hoc judicio, ſpe plenum, lætitia geſtientem: nunc hos ad cædem noſtram, nunc illos ad rapinam, atque inflammationem ædium devocantem: conjuges e complexibus noſtris ad libidinem viƈtorum raptæ fuiſſent: liberi ad ſtupra de gremiis parentum extorti, pretioſa ſupellex aſportata, teƈta conflagraſſent ignibus, corpora cæſa paſſim jacuiſſent, omnia denique gemitu, fletuque redundaſſent. Hæc fuiſſet imago miſerrimæ urbis, quam urbem a majoribus noſtris florentiſſimam accepimus: &, ſi prohibueritis, claram, atque excellentem poſteris noſtris tradituri ſumus.

XXXVIII. Per humanitatem denique veſtram vos obteſtor, atque obſecro, Judices, per amorem hujus pulcherrimæ, atque inviƈtiſſimæ urbis, per omnia quæ vobis jucundiſſima ſunt in vita, providete iterum atque iterum, ne liberati quondam tot ampliſſimis bellorum periculis, tot imminentibus malis erepti, nunc per ignaviam [4] veſtram ac deſidiam periclitemur. Eripite vitam civium a miſeranda crudelitate, prohibete penates veſtros a nefariis ignibus, ſervate pudicitiam neceſſitudinum veſtrarum a teterrimis vexationibus, liberate templa Deorum a triſtibus rapinis, ſubtrahite fortunas publicas ab indigna direptione, protegite magiſtratus veſtros ab inaudita feritate, defendite denique univerſam urbem ab hoc inuſitato prorſus & triſtiſſimo genere calamitatis.

FINIS.

---

1 *Secordia*] *Socordia*. B. G. 2 *Præponite*] *Proponite*. B. G. 3 *Aſpexiſſemus*] *Aſpeximus*. G. 4 *Veſtram*] *Noſtram*. B. in T. *veſtram*, in. Marg.

FRAGMENTA

FRAGMENTA HISTORICORUM VETERUM.

1 N. FABII PICTORIS ANNALIUM. LIB. I.

I. 2 SOlito inſtitutoque egreſſam virginem, in uſum ſacrorum aquam petitum ex eo fonte qui erat in luco Martis, ſubito imbribus tonitrubuſque, quæ cum illa erant, disjectis, a Marte compreſſam, conturbatamque, mox recreatam conſolatione Dei, nomen ſuum indicantis, affirmantiſque ex ea natos dignos patre evaſuros. Autor *de origine gentis Romanæ*. cap. xx.

LIB. ... II... III... IV...

3 Quapropter tum primum ex plebe alter conſul factus eſt, duo & viceſimo anno poſtquam Romam Galli ceperunt. *A. Gellius*. v. vi.

INCERTA.

II. 4 Mortuus eſt anno duo & viceſimo: Rex fuit annos viginti & unum. *Ibidem*.

1 *N. Fabii Pictoris*] Fabius Pictor ſcripſit Annales Græcos & Latinos: illos de antiquitatibus Italiæ, & initiis urbis Romæ: hos de rebus geſtis pop. Rom. Livius ſcriptorem antiquiſſimum nominat, æqualem temporibus belli Punici II: Dionyſius in eo requirit induſtriam, Polybius fidem & veritatem. De prænomine variant Cicero & Dionyſius; alter Quintum appellat, alter Numerium, ut fortaſſe ſit N. Fabius C. F. Pictor, qui in Faſtis Prætor anni CDXXCV. & biennio poſt Conſul cum D. Junio Pera. An vero ejuſdem ſint libri Rerum geſtarum & juris Pontificii, dubito; & fere adducor ut exiſtimem eſſe Servii Pictoris, de quo ita Cicero in Bruto; *Ser. Fabius Pictor & juris, & literarum, & antiquitatis bene peritus*. A Popm. Fabium hunc & Livius & D. Halicarn. ſecuti ſunt. Vide Polybii Cenſuram p. 17. 83. 28.

2 *Solito inſtitutoque*] Locus eſt Fabii Pictoris adductus ex Auctore de Origine gentis Rom. Qui eodem teſte, Vennonio tribuitur cap. XI. Sic & alia nonnulla, ut cap XXX. Illud Albini, *Baiani Euxini, &c.* Poſtea cap. XLVII. Lutatio adſcribitur. Et cap. LIII. Illa verba, *cum bello Latino*, & quæ ſequuntur, Antipatro aſſignata, habentur quoque ſupra cap. II. inter Fragmenta Fabii Pictoris, itemque cap. XXXII. inter Gelliana. Omnibus enim his adſcribit Cicero 1. de divinatione. A. P.

3 *Quapropter tum primum*. Roma capta & direpta eſt anno CCCLXIII. Conſul de plebe primum eſt creatus anno CCCLXXVII: interceſſerunt ergo inter urbem captam & plebium conſulatum anni 24, etſi Fabius hic 22. numeret, referens annum captæ urbis in CCCLXV: de quo inter autores controverſia eſt. P.

4 *Mortuus eſt anno*]Nonius hoc recitat ex Varronis Rerum humanarum XI. ſed perperam legit Duodeviceſimo, ut notavi ad Catonis Orig. 4. Duo & viceſimo ut hic obſervat Gellius; utitur Tacitus Hiſtor. 1, *Quarta ac duo & viceſ. legiones*. Idem 3. *Sextadecimanos duo & viceſimanoſque lævum cornu compleſſe*. De claris oratoribus: *uno & viceſimo Cæſar Dolabellam*.

Lupus femina. *Quintilianus.*, l. x.

Æneæ ſomnium ejuſmodi eſt, ut omnia quæ ab Ænea geſta ſunt, quæque illi acciderunt, ea fuerint, quæ ei ſecundum quietem viſa ſunt. *Cicero de Divinatione.* II.

Amata inedia ſe interemit. *Servius* in XII. Æn.

Cum bello Latino ludi votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repente eſt excitata. Itaque ludis intermiſſis *Inſtaurativi* conſtituti ſunt. *Ibidem.*

Cujus Aulus fuerit filius, cujas gentis & nationis. *Arnobius adverſus gentes.* VI. p. 194.

Literas Cadmum ex Phœnice in Græciam, inde in Italiam Evandrum attuliſſe. *Victorinus de Orthographia.*

III. Κελεύσαντος Ἀμουλίου τὰ βρέφη λαβόντες ἐν σκάφῃ, κείμενα τῶν ὑπηρετῶν τινες, ἔφερον ἐμβαλοῦντες εἰς τὸν ποταμὸν, ἀπέχοντα τῆς πόλεως ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους &c. Dionyſ. Halic. lib. 1. p. 65. lin. 1.

Ὁ μὲν οὖν Ῥῶμος (ὡς ὁ Φάβιος παραδέδωκε,) δέσμιος εἰς τὴν Ἄλβαν ἀπήγετο. Idem lib. 1. p, 67. lin. 30. Confer Plutarchum in ejus vita. p. 21.

Διεῖλε δὲ καὶ τὴν χώραν ἅπασαν, εἰς μοίρας ἓξ καὶ εἴκοσιν, ἃς καὶ αὐτὰς καλεῖ φυλὰς, καὶ τὰς ἀστικὰς προσθεὶς αὐταῖς τέτταρας καὶ τριάκοντα φυλὰς ἀμφοτέρων. Idem lib. IV. p. 220. lin. 8.

Τὸ μὲν [illegible] αὐτοῦ (Fabii) [illegible] ἐπὶ δὲ τῆς Ἀρύντου [illegible] μόνοις ὁ καὶ [illegible] ὅτι υἱὸν εἶναι Ταρκυνίου τὸν Ἀρύντα. ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερον, ὅτι φησὶν ἀποθανόντα ὑπὸ τῆς μητρὸς Τανακυλίδος ταφῆναι. Idem lib. IV. p. 234. lin. 20.

Αὐτὴν (Tarpeiam) ἔρως εἰσέρχεται τῶν ψελλίων ἃ περὶ τοῖς ἀριστεροῖς βραχίοσιν ἐφόρουν καὶ τῶν δακτυλίων. Idem lib. II. p. 105. lin. 34. deinde. p. 106. 20. φυλάξαι τὴν ὑ[illegible] τὰς [illegible] συνθήκας.

Τοῦτον τὸν ἄνδρα (Tarquinium Collatinum) Φάβιος μὲν υἱὸν φησιν Ἠγερίου. Dionyſ. IV. p. 261. lin. 30.

Φησὶ Ῥωμαίους αἰσθέσθαι τοῦ πλούτου τότε πρῶτον, ὅτε τοῦ ἔθνους τούτου ἐκράτησαν. Strabo lib. V. p. 228.

VI. Φάβιος δέ φησιν ὁ Ῥωμαϊκὸς συγγραφεὺς, ἅμα τῷ κατὰ Ζακανθαίους ἀδικήματι καὶ τὴν Ἀσδρούβου πλεονεξίαν καὶ φιλαρχίαν, αἰτίαν γενέσθαι τοῦ κατ' Ἀννίβαν πολέμου. ἐκεῖνον γὰρ μεγάλην ἀναλαβόντα τὴν δυναστείαν ἐν τοῖς κατ' Ἰβηρίαν τόποις, μετὰ ταῦτα παραγενόμενον ἐπὶ Λιβύην, ἐπιβαλέσθαι καταλύσαντα τοὺς νόμους, εἰς μοναρχίαν περιστῆσαι τὸ πολίτευμα τῶν Καρχηδονίων· τοὺς δὲ πρώτους ἄνδρας ἐπὶ τοῦ πολιτεύματος, προϊδομένους αὐτοῦ τὴν ἐπιβολὴν, συμφρονῆσαι καὶ διαστῆναι πρὸς αὐτόν· τὸν δ' Ἀσδρούβαν ὑποπτεύσαντα, ἀναχωρήσαντα ἐκ τῆς Λιβύης, τὸ λοιπὸν ἤδη τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν χειρίζειν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, οὐ προσέχοντα τῷ συνεδρίῳ τῶν Καρχηδονίων. Ἀννίβαν δὲ κοινωνὸν καὶ ζηλωτὴν ἐκ μειρακίου γεγονότα τῆς ἐκείνου προαιρέσεως, καὶ τότε διαδεξάμενον τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν Ἀσδρούβᾳ ποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων. διὸ καὶ νῦν τὸν πόλεμον τοῦτον ἐξενηνοχέναι κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν Ῥωμαίοις, παρὰ τὴν Καρχηδονίων γνώμην. οὐδένα γὰρ εὐδοκεῖν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Καρχηδόνι τοῖς ὑπ' Ἀννίβου περὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν πραχθεῖσι. ταῦτα δ' εἰπών φησι, μετὰ τὴν τῆς προειρημένης πόλεως ἅλωσιν παραγενέσθαι τοὺς Ῥωμαίους, οἰομένους δεῖν ἢ τὸν Ἀννίβαν ἐκδιδόναι σφίσι τοὺς Καρχηδονίους, ἢ τὸν πόλεμον ἀναλαμβάνειν. Polyb. III. p. 228.

Πᾶν δὲ [illegible] ἐσθῆτας καὶ μαχαίρας [illegible] οὐχ ὡς Φάβιός φησιν, ἐξαγωνισμένος καὶ πελεκηφόρος, ἀλλ' ὡς ἂν ἀπαθὴς καὶ [illegible] ἄνδρες, (a) ἱερὸν ἐπικείμενος στέφανον. *Idem.* lib. 1. p. 83.

(a) Ἱερὸν] Vid. Lipſium ad Senecæ Epiſt. 83. *J. W.*

IV. Anno

V. Anno primo octavæ olympiadis Romam conditam fuiſſe. *Solinus Polyhiſt. cap. I.*

Millia LXXX. primo luſtro civium cenſa: eorum, qui ferre arma poſſent, eum numerum fuiſſe. *Livius I.*

Quadraginta ea ſola talenta fuiſſe (ſepoſita in ædificationem Capitolii.) *Ibidem.*

Coriolanum uſque ad ſenectutem vixiſſe. Hanc ſæpe eum exacta ætate uſurpaſſe vocem, *Multo miſerius ſeni exilium eſſe.* Ibidem. II.

Ambos Coſs. in Samnio & ad Luceriam res geſſiſſe: traductumque in Etruriam exercitum; ad Luceriam utrimque multos occiſos, in eaque pugna Jovis Statoris ædem votam ut Romulus ante voverat. *Idem* X.

Ad Thraſymenum pugna XV. millia Romanorum in acie cæſa ſunt, X. millia ſparſa fuga per omnem Etruriam diverſis itineribus Romam petiere. Mille & quingenti hoſtium in acie, multi poſtea utrimque ex vulneribus periere. *Idem.* XXXI.

Cum obſideretur præſidium Romanum a Liguſtinis, hirundinem a pullis ad ſe allatam ut lino ad pedem ejus alligato nodis ſignificaret, quoto die adveniente auxilio eruptio fieri deberet. *Plinius* X. XXIV.

Matronam, quod loculos in quibus erant claves cellæ vinariæ reſignaviſſet, a ſuis inedia mori coactam. *Idem* XIV. XIII.

Puilia ſaxa eſſe ad portum, qui ſit ſecundum Tiberim. *Feſtus Puilia.*

FABII PICTORIS RERUM GESTARUM LIB. I.

Et ſimul videbant Picum Martium. *Nonius* in *Picumnus.*

PONTIFICII JURIS LIB. I.

VI. Quæ verba Pontificem Max. dicere oporteat cum Virginem capit, ea ejuſmodi ſunt, *SACERDOTEM VESTALEM QUAE SACRA FACIAT, QUAE JOUS SIET, SACERDOTEM VESTALEM FACERE PRO POPULO ROM. QUIRITIBUS, UTI QUOD OPTIMA LEGE FUAT, ITA TE AMATA CAPIO. A Gellius* I. 12.

Equo Dialem Flaminem vehi religio eſt, *claſſem procinctam* extra pomerium, id eſt, *exercitum ornatum* videre. Jurare Dialem fas numquam eſt. Annulo uti niſi pervio caſſoque fas non eſt. Ignem e Flaminia, id eſt, Flaminis Dialis domo, niſi ſacrum efferri jous non eſt. Vinctum ſi ædes ejus introierit ſolvi neceſſum eſt, & vincula per impluvium in tegulas ſubduci, atque indeforas in viam demitti. Nodum in apice neque in cinctu neque alia in parte ullum habet. Siquis ad verberandum ducatur, ſi ad pedes ejus

 ſupplex

Digitized by Google

ſupplex procubuerit, eo die verberari piaculum eſt. Capillum dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet. Capram & carnem incoctam & ederam & fabam neque tangere Diali mos eſt neque nominare. Propagines e vitibus altius prætentos, non ſuccidet. Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos eſſe oportet: & de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas eſt, neque apud ejus lecti fulcrum capſulam eſſe cum ſtrue atque ferto oportet. Unguium Dialis & capilli ſegmina ſubter arborem felicem terra operiuntur. Dialis cotidie feſtatus (*al. teſtatus, Steph. fertatus*) eſt ſine apice ſub Divo eſſe licitum non eſt: ſub tecto uti liceret, non pridem a Pontificibus conſtitutum. *Idem* x. xv.

Exta porriciunto, diis danto in altaria, aramve, focumve, eove quo exta dari debebant. *Macrobius Saturnal.* 3. 2.

[1] Vitulari. *Ibidem*.

LIB. III.

Pilumno & Picumno. *Nonius* in *Picumnus*.

LIB. XVI.

Aquam manibus pedibuſque dato, [2] polubrum ſiniſtra manu teneto, dextra vaſum cum aqua. *Idem Polubrum*.

ANNIBALICA.

[1] Ἡ δὲ βυλὴ (3) Κόϊντον μὲ Φάβιον, τὸν συγγραφέα τῶνδε τῶν ἔργων, ἐς Δελφὰς ἔπεμπε. Appian. vol 1. pag. 569.

INCERTA.

VII. [4] Muries fit ex ſale, quod (a) ſal ſordidum tunſum eſt, & in ollam rudem fictilem adjectum eſt, & poſtea id ſal virgines Veſtales ſerra ferrea ſecant. *Idem ſal neutro genere*.

(a) *Sale ſordidum tunſum eſt*) Vetus codex ſuſtum eſt; Fulvius, *ſi piſum eſt*, Junius, *uſtum eſt*. A. P.

1. *Vitulari*] Hoc eſt, *voce lætari*, παιανίζειν. Vitula enim eſt Dea lætitiæ ſecundum Hyllum in libro de Diis. Secundum Piſonem vero, victoriæ. *J. W.*

2 *Polubrum*] Seu pollubrum, *pelluvium vas* & Pelvis Feſto. Græci χέρνιβα vocant, nos trullum, inquit Nonius Marcellus. Varro *in vita Populi Romani*, diſtinguit inter *trulleum* & *pelvim*. Vocis Græcæ crebra apud Homerum mentio, inquit Popma, ſed memoria lapſus eſt; nam in hoc ſignificatu ſemel tantum apud eum reperitur Iliad, ω. 304. Χέρνιβον (Attice χερνιβεῖον teſte Athenæo lib. IX. ἀμφίπολος δ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα. Ubi Scholiaſtes prius verbum λέβητα reddit, poſterius vero, ξέστην. In cæteris locis, aquam ipſam, non *vaſum*, denotat, ut πρόχοος χρυσείη & ἀργυρέοιο λέβητος hoc eſt, vertente Nonio in Odyſſea, *argenteo polubro aureo & gutturnio*. Pro quo, *aureo gutto*, recte legit divinus Scaliger ad Feſtum. Apud Galenum VII. Epidem. Pro matella ſumitur. *J. W.*

3 Κόϊντον] Vide Ciceronem tum de ejus, quam Piſonis annalibus, in II de Oratore. Pighius ex Sigonio ad XXIII. Livii putat extare Fabium hunc apud Ludovicum Beccatellum. cujus erroris originem videſis apud Voſſium, de Hiſt. Lat. p. 17. *J. W.*

4 *Muries fit ex ſale*] Feſtus, *Muries eſt ut quæ fit ex ſale ſordido in pila pinſito, & in ollam fictilem conjecto, ibique operto, gypſatoque, & in furno percocto. Cui Virg. Veſtales ſerra ferrea ſecto, & in ſeriam conjecto* &c. Hinc apparet Fabium ſcripſiſſe *frictilem*, & Nonium aut librarios ſubſtituiſſe *fictilem*. Eſt autem olla frictilis

ſitorem,

Hos Deos enumerat quos invocat Flamen, *ſacrum cereale* faciens Telluri & Cereri, Vervactorem, Reparatorem, Imporcitorem, Inſitorem, Obaratorem, [1] Occatorem, Sarcitorem, Subruncinatorem, Meſſorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem. *Servius Georg.* I.

[2] Q. FABII MAXUMI SERVILIANI PONTIFICIS ANNALIUM LIB. I.

Tum Æneas ægre patiebatur in eum deveniſſe [3] agrum, macerrumum, littorioſiſſimumque. *Idem Æneid.* I.

PONTIFICII JURIS LIB. XII.

Negat oportere atro die parentare: quia tunc quoque Janum Jovemque præfari neceſſe eſt, quos nominari atro die non oportet. *Macrobius* I. XVI.

INCERTA.

Amitti magis quam apiſci. *Priſcian.* VIII.

[4] L. CINCII ALIMENTI ANNALIUM GRÆCORUM LIB. I.

VIII. Poſt eum regnavit Tiberinus Silvius, Silvii filius, qui cum adverſus finitimos bellum inferentes copias eduxiſſet, inter prœliantes depulſus in Albulam flumen deperiit, mutandique nominis exſtitit cauſſa. *Autor de origine gentis Rom.*

LIB. II.

Aſcanius completis in Lavinio triginta annis recordatus novæ urbis condendæ tempus adveniſſe ex numero porcorum, quos pepererat ſus alba; circumſpectis diligenter finitimis regionibus, ſpeculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, quæ in eo condita eſt, Albanus nuncupatur, civitatem communit, eamque ex forma, quod ita in longum porrecta eſt, Longam, ex colore ſuis, Albam cognominavit. *Ibidem.*

INCERTA.

Λεύκιος δὲ Κίγκιος, περὶ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς δωδεκάτης ὀλυμπιάδος. De Romæ natali loquitur. *Dionyſ.* I. p. 60. lin. 12.

apta ad frigendum torrendumve. Sicut fritilla puls ex hordeo toſto: Arnobius lib. VII. *Quid fritilla? Quid framen?* A. P. Vid. omnino *Serv.* in Eclog. VIII. *P. Danielis. J. W.*

1 *Occatorem, ſarcitorem*] Inter typothetæ ſphalmata retuliſſem, niſi ſcriptum excuſumque etiam alibi reperiſſem. Legendum tamen, *ſarritorem* non *ſarcitorem*. Sarriunt enim ruſtici poſt occationem. Plautus: *Semper occant priusquam ſarriunt ruſtici.* Vide Capt. Act. III. Scena V. Et apud Martialem, *ſarrire ſanum.* P.

2 *Q. Fabii Maxumi*] Q. Fabius Maximus inter antiquiſſimos hiſtoricos recenſetur a Dionyſio, ut dubitem an ſit ille Q. Fabius Maximus Servilianus, qui Conſul fuit cum L. Metello Calvo anno DCXI. Cenſor ſexto poſtea anno cum Q. Fulvio Nobiliore. P.

3 *Agrum macerrumum*] Deſignat agrum Laurentem octo millibus a mari remotum, in quem Æneas primum venit, ut refert Cato in originibus. Virgilius Æneid. I.

Laviniaque venit littora. P.

4 *L. Cincii Alimenti*] L. Cincius Alimentus fuit conjunctus ætate Pictori, &, ſicut ille, Græco ſermone Annales ſuos ſcripſit, teſte Dionyſio a quo dicitur vir ordinis Senatorii. Bello Punico miles interfuit, captivus Annibalis factus. P. In plerisque libris corrupte, *Mimentus* vocatur. Prætor fuit M. Claudio Marcello & M. Valerio Coſſ. *J. W.*

Volſiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiæ Etruſcæ deæ comparere. *Livius.* VII.

Captum ſe ab Annibale. *Idem* XXX.

Gallis Liguribuſque additis, cum his LXXX Millia peditum, decem equitum adducta in Italiam: ex ipſo autem audiſſe Annibale, poſtquam Rhodanum tranſierit, XXXVI millia hominum, ingentemque numerum equorum & aliorum jumentorum amiſiſſe in Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat in Italiam digreſſo. *Ibidem.*

HISTORIA DE GORGIA LEONTINO.

IX. [1] Qui dum jam ſilicernius finem ſui temporis exſpectaret, etſi morti non potuit, tamen infirmitatibus inſultavit. *Fulgentius.*

[2] *Numina peregrina, novitate ex ipſa apellata pronunciat.* Nam ſolere Romanos religiones urbium ſuperatarum, partim privatim per familias ſpargere, partim publice conſecrare: ac ne aliquid Deorum multitudine aut ignorantia præteriretur, brevitatis & compendii cauſa uno pariter nomine cunctos Novenſiles invocari. *Arnob.* III. pag. 122.

Dehinc idem Romulus Jovi Feretrio ludos inſtituit in Tarpejo, quos Tarpejos dictos & Capitolinos Piſo tradit. *Tertullian. de Spectaculis* cap. VI.

[3] LIB. DE FASTIS. (ſeu) FASTORUM.

X. (*Ait*) imperite quoſdam opinari Aprilem menſem antiquos a

1 *Qui dum jam ſilicernius*] Hoc fragmentum Cincio dedi fide Fulgentii Planciadæ, hominis alioquin in citandis autorum teſtimoniis minus fidi. De Gorgia Leontino loquitur, de quo Valerius lib. 8. *Cum centeſimum & ſeptimum ageret annum, interrogatus, quapropter tam diu vellet in vita remanere, quia nihil, inquit, habeo quod ſenectutem meam accuſem.* A. P. Vid. Voſſium de Hiſt. Lat. I, 15. In Codice Leidenſi, quo uſus Munkerus *Alimetus*. eſt. At *Alimentus* fuit Cinciæ gentis cognomen, ut docet *Aldus* de Orthog. p. 6. Vid. Liv. lib. XXI. in MS. Codice Sidneienſi pro, *qui dum*, legitur *quid cum*, pro, *morti, mori*. Apud Fulgentium pro, *ſilices, ſilicem*. Vid. Daceriam ad Feſtum. *J. W.*

2 *Numina*] Sic fere Cornificius ibidem, *Novitatum præſides* vocat. Cui opinioni favet etiam Varro loco ſupradicto, ſed ejus verba ab ignorantia ſcribarum vindicanda ſunt. *Novensiles numerum &c. quod in novandis rebus potentiſſimus ſemper habetur & numinum.* In vulgatis perperam, *Novenſiles*. Tullius quidem vet. novensi uſurpat, ſed tum Cornificii explicatio pro noſtra lectione ſtat, quam etymologia. Prior enim lectio non valet niſi legatur *Novenſiles*, ſed loquitur de novenario numero. Denique *rebus novandis* non tantum occurrit apud Ciceronem. Virg. Ovid. & Juriſperitos, ſed & apud ſcriptores Africanos. *quid autem & revelatio pudendorum?* p. 182. Arnobius. Apud Apuleium & Tertullianum de jejun. cap. 13. M. Capellam 165, 27. 71, 7, 98, 21. Nec objiciat quiſpiam, quod opiniones Varronis & Cornificii hoc pacto non amplius erunt diverſæ, cum Cincius & Cornificius conſentiant, & loco tantum non ſenſu disjungantur. Et quamvis idem plane dicunt, inter eos nihilominus inſeritur Manilius cujus ſententia ab iis diſſidet nimium quantum. Confer etiam ſequentia & me a ſcopo non multum aberraſſe deprehendes. *J. W.*

3 *Faſtis*] Primo modo concipitur libri titulus apud Macrob. poſteriore vero apud Feſtum. Ad hunc pertinere judico Fragmenta de Romæ natali apud Solinum & Dionyſium quæ inter incerta a Popma ponuntur. Uti etiam illud apud Livium VII. de clavibus, annorum indicibus, in templo Nortiæ Deæ. Ceterum apud Macrob. I. 9. pro, *Cincius, in Suaſione legis Fanniæ*, rerum ex Sariſberienſi 8, 7. tum ex ipſo Macrobio 2, 12. legendum, *Titius*, cujus meminit Feſtus, in *Offendices*. ut viri docti obſervarunt. De lege Fannia vide Macrob. 2. 16. *J. W.*

Venere

Venere dixiſſe, cum nullus dies feſtus, nullumque ſacrificium inſigne Veneri per hunc menſem a majoribus inſtitutum ſit: ſed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla, ut cæterorum cœleſtium, laus celebratur. *Cincio etiam Varro conſentit* Macrob. 1. cap. XII. p. 170.

Junius *menſis* quod Junionis apud Latinos ante vocitatus, denique apud Aricinos, Præneſtinoſque hac appellatione in Faſtos relatus ſit: *Idem ibidem.*

1 Menſem nominatum putat a Maja, quam Vulcani dicit uxorem; argumentoque utitur quod Flamen Vulcanalis Calendis Maiis huic Deæ rem divinam facit. *Macrob. paulo infra.*

Regifugium dies notatur in faſtis VI. Kal. Martiis quia eo die rex Tarquinius Roma fugerit, quod falſum eſſe arguit Cincius. Tullius de feriis, qui Saliares Virginio & ſalios adeſſe dicunt regi ſacrorum, cum facit ſacrificium in 2 Comitio, quo facto ſtatim fugit. *Feſtus* in Regifugium

LIB. DE COMITIIS.

3 Patricios *ait* eos appellari ſolitos qui nunc ingenui vocentur. Feſtus in *Patricios.*

LIB. DE CONSULUM POTESTATE.

XI. Prætor ad portam nunc ſalutatur is, qui in provinciam pro prætore aut Procos: exit. Cujus rei morem ait fuiſſe talem. Albanos rerum potitos uſque ad Tullum regem: Alba deinde diruta uſque ad P. Decium Murem Coſ. populos Latinos 4 ad caput Oetentinæ, quod eſt ſub monte Albano conſulere ſolitos, & imperium communi conſilio adminiſtrare. Itaque quo anno Romanos Imperatores ad exercitum mittere oporteret juſſu nominis Latini complures noſtros in Capitolio a ſole oriente auſpiciis operam dare ſolitos. Ubi aves addixiſſent, militem illum, qui a communi Latio miſſus eſſet, illum quem aves addixerant, Prætorem ſalutare ſolitum, qui eam provinciam obtineret Prætoris nomine. *Feſtus* in Prætor.

LIB. DE OFFICIO JURISCONSULTI.

Subici 5 aries dicitur, qui agitur ut cædatur, quod fit (ait)

1 *Menſem*] *Feſtus* non diſerte citat Macrob. hoc in loco, forte quod ſupra id fecit, ſed ex affinitate rei huc pertinere non dubito tam hoc quam ſequens fragmentum. *J. W.*

2 *Comitio*] Committe ſuper hac re Macrobium cum Ovid. Faſt. Lib. 2.

3 *Patricios*] Vide Decii Muris verba apud Livium lib. X.

4 *Ad Caput*] Legend. ad *caput Ferentinæ.* A. Auguſtin. Ut patet ex Dionyſio IV. V. & Liv. I.

5 *Aries*] Lex Numæ his verbis apud Servium concipitur. *Ut ſi quis imprudens hominem occidiſſet, pro capite occiſi & natis ejus in concione arietem offerret.* J. W.

exemplo

exemplo Athenienſium, apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo qui ſcelus admiſit pœnæ pendendæ loco. *Feſtus* in Subici.

Lib. II.

Nuncupata pecunia eſt, nomina certa nominibus propriis pronunciata. *CUM NEXUM FACIET, MANCIPIUMQUE UTI LINGUA NUNCUPASSIT, ITA UTI NOMINARIT, LOCUTUSVE ERIT, ITA JUS ESTO.* [ex lege XII. Tab.] Feſtus in *Nuncupata*.

XII. *Sanates*, quaſi *ſanati* appellati. Scriptum eſt in XII. nexo, *nexo, ſolutoque, forti ſanatique, idem jus eſto.* Id eſt 1 *honor* quod & peregrino qui & inferiorum coloniarum, quæ ſunt deductæ in Priſcos Latinos, quas Priſcus rex inegerit ſecundum mare ſupra & infra Romam in Civitates Latinorum, eoſque *Sanatis*, propterea quod præter opinionem, eos paraviſſet, *ſanaviſſetque*, & cum eis paciſci potuiſſet, nominavit, *Feſtus* in Sanates.

Mystagogicon Lib. II.

Trientem tertium pondo id ſignificare ait, duas libras pondo & trientem, qua conſuetudine hodieque utimur cum lignum beſalterum dicimus, id eſt, pedem & beſſem latitudinis habens. Et ſeſtertium, id eſt duos aſſes & ſemiſſem tertiam, item ſi tres aſſes ſunt, & quartus quadrans. *Feſtus* in trientem.

Lib. De Verbis Priscis.

XIII. 2 Reconductæ fecerit, & condere urbem, facere. Ædificare, *Feſtus* in Reconductæ.

Rudiarii qui ſaga nova poliunt. *Idem ibid.*

3 Scenam dolabram pontificiam. *Feſtus* in Scenam.

4 Gentilis dicitur & ex eodem genere ortus & is qui ſimili nomine appellatur. *Feſtus* in Gentilis.

Quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis appellatur, ſicut veſtimentum rude non perpolitum. Sic æs infectum ruduſculum apud ædem Apollinis æs conflatum jacuit, id ad rudus appellabant. Feſtus in *Rodus*.

Naccæ appellantur vulgo fullones quod nauci non ſint. *Idem* in V.

1. *Honor*] Legendum *bono*; ſic enim *Forti* ſignificat. Confer etiam Gellium. XVI. X. & Feſti fragmentum. *J. W.*

2 *Reconductæ*] A. Aug. *recondérit fecerit* legendum putat. Scalig. *recondidit*. Optime ad morem priſci ævi, cæterum de Etymologia videſis Q. Scævolam apud Ciceronem in Topicis. *J. W.*

3 *Scenam*] Pertinet ad Lib. II. ut bene conjicit Dacerius ex---*libro qui eſt ei.* Illum vide ad locum. *J. W.*

4 *Gentilis*] Nullus dubito quin ſit hoc fragmentum ex libro, *de verbis priſcis* licet ſub hoc titulo non diſerte laudetur. Cæterum de Etymologia *gentilis* vide Q. Scævolam apud Ciceronem in Topicis. *J. W.*

Natio

Natio genus hominum, qui non aliunde venerunt ſed ibi nati ſunt. Et non tantum univerſim de omnibus, ſed etiam de ſingularibus quoque hominibus ſejunctim dici ſolet. Idem in V.

Naucum poni pro nugis. Quod in olea nucis quid intus ſit. Vel *ut infra*, quod in oleæ nuce intus ſit. Idem in V.

Novalem agrum eum eſſe ubi gleba proſciſſa ad novam ſementem ſit relicta. Idem V.

Nuptias, quia flameo Caput nubentis obvolvatur. *Feſtus* in V.

1 Obſtitum qui Deo Deæque obſtiterit. *Feſtus* in V.

XIV. 2 Proſpera quædam nomina uſurpabant antiqui, in e declinata, ut *præfiſcine* extrema producta ſyllaba, videlicet ut occurrerent faſcino. *Feſtus* in V.

Refriva faba, dicitur, quæ ad ſacrificium referri ſolet domum ex ſegete auſpicii cauſa quaſi revocent fruges, ut domum 3 *datantes revirtico* ad rem divinam faciendam.

Siniſtræ aves a 4 Deorum ſede cum in meridiem ſpectes (ſunt Varronis verba) ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes, factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextra eſſe exiſtimentur. Idem fere (ſentit) Cincius. *Feſtus* in V.

5 Tuditantes, tudentes negotium, tondentes ſignificare ait Cincius id eſt agentis. *Feſt.* in V.

6 Vindiciæ olim dicebantur illæ, quæ ex fundo ſumtæ, in jus adlatæ erant. *Feſtus* V.

Salias Virgines Cincius ait eſſe conductitias, quæ ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatæ. *Feſtus* in *Salias*.

DE RE MILITARI LIB. III.

XV. Fecialis verba. *QUOD. POPULUS. HERMUNDULUS. HOMINES. QUE. POPULI. HERMUNDULI. ADVERSUS. POPULUM. ROMANUM. BELLUM. FECERE. DELIQUERUNT. QUE. QUOD. POPULUS. ROMANUS. CUM. POPULO. HERMUNDULO. HOMINIBUS.*

1 *Obſtitum*] Vid. Comment. ad Virgilianum illud, *Dique Deæque omnes quibus obſtitit Ilium. J. W.*

2 *Proſpera*] Titinius, *Paula mea, amabo, pollulam laudem addito---Præfiſcini.* Vide Feſtum in, *ergo*, *Muſcedra*, *Pone. Quando.* Gellium x. 24. & Macrobium Sat. 1. 4. *Idem.*

3 *Datantes*] Scalig. legit, *data enim eſt & tritico.* i. e. non ſolum data eſt faba refriva ſuo generi, ſed & reliquis frugibus & tritico. Inde Kalendæ Juniæ in quibus res divina fiebat *fabariæ* dictæ ſunt, auctore Macrobio XII. & Varrone in vita populi Romani Lib. 1. patet ex Nonio in *mactare* Sacrum id primum inſtituiſſe Junium Brutum. Cum Cincio etiam facit Plin. VIII, 12. apud quem tamen in Mſſ. Regio, Colbertino, & Thuanæo, *referiva* legitur. *J. W.*

4 *Deorum*] Partes nempe ſeptentrionales ut patet ex Servio ad---11. Æn. *Intonuit lævum. J. W.*

5 *Tuditantes*] Utitur hac Voce Varro *Marcipore. Haccine nobis tibique tudiculaſſe?* a tudes, tudicis malleus, ut nos certiores facit Feſtus ibidem. *Idem.*

6 *Vindiciæ*] Urſinus & Turnebus pro, *illæ* legunt, *glebæ* nam qui fundum aliquem ſibi proprium eſſe dicebat ex eo glebas aliquas in jus ferebat, ut de illo litem moveret & vindicias peteret. Fundi petendi formulam vide apud Ciceronem in Muræna. Et Agellium. XX, 9. *Idem.*

Digitized by Google

QVE. HERMVNDVLIS. BELLVM. JVSSIT. OB. EAM. REM. EGO. POPVLVS. QVE. ROMANVS. POPVLO. HERMVNDVLO. HOMINIBVSQVE. HERMVNDVLIS. BELLVM. INDICO. FACIOQVE. Gellius 16. 4.

De re Militari. Lib. V.

Quum delectus antiquitus fieret & milites ſcriberentur jusjurandum eos Tribunus militaris adigebat in verba hæc. *IN. MAGISTRATV. C. LAELII. C. FILII. CONSVLIS. L. CORNELII. P. FILII. CONSVLIS. IN. EXERCITV. DECEMQVE. MILIA. PASSVVM. PROPE. FVRTVM. NON. FACIES. DOLO. MALO. SOLVS. NEQVE. CVM. PLVRIBVS. PLVRIS. NVMMI. ARGENTEI. INDIES. SINGVLOS. EXTRAQVE. HASTAM. HASTILE. LIGNA. NAPVM. PABVLVM. VTREM. FOLLEM. FACVLAM. SI. QVID. IBI. INVENERIS. SVSTVLERIS. VE. QVOD. TVVM. NON. ERIT. QVOD. PLVRIS. NVMMI. ARGENTEI. ERIT. VTI. TV. AD. CAIVM. LAELIVM. C. FILIVM. CONSVLEM. L. VE. CORNELIVM. P. FILIVM. CONSVLEM. SIVE. QVEM. AD. VTRVM. EORVM. JVS. ERIT. PROFERES. AVT. PROFITEBERE. IN. TRIDVO. PROXIMO. QVICQVID. INVENERIS. SVSTVLERIS. VE. SINE. DOLO. MALO. AVT. DOMINO. SVO. CVJVM. ID. CENSEBIS. ESSE. REDDES. VTI. QVOD. RECTVM. FACTVM. ESSE. VOLES.* Agell. XVI. 4.

Miles quum die, qui prædictus eſt, aberat, neque excuſatus erat [1] infrequens dabatur.

Lib. VI.

XVI. Alæ dictæ exercitus equitum ordines; quod circum legiones dextra ſiniſtraque tanquam alæ in avium corporibus locabantur. In legione ſunt Centuriæ ſexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.

INCERTA.

Hujus Serapis hujus Iſis. *Chariſius.* pag. 107. lib. 1.

P. Scipionis Historia Græca. Cicro in Bruto.

[2] C. Acilii Annales Græci.

Ἀφανῆ γενέσθαι· τοὺς δὲ τῷ Φαύνῳ προσευξαμένους ἐκδραμεῖν γυμνοὺς ἐπὶ τὴν ζήτησιν, ὅπως ὑπὸ τοῦ ἱδρῶτος μὴ ἐνοχλοῖντο. γυμνοὺς [illegible] καὶ τοῦτο, περιτρέχειν τοὺς Λουπέρκους. Plut. in [illegible]

1 *Infrequens*] Lipſius Antiq. Lect. 3, 4. legit *infrequens eum miles* [illegible] J. N. [illegible] *frequentius* [illegible] & C. [illegible] Tr [illegible], pro [illegible]

2 C. *Acilii*] Hic C. Acilius ſcripſit Annales [illegible] Græcos, quos in Latinum convertit Claudius

Digitized by Google

CLAUDII ANNALES ACILIANI LATINI.

Ita nocte ac die bina caſtra hoſtium expugnata ductu L. Martii. Ad triginta ſeptem millia hoſtium cæſa, captos ad mille octingentos triginta; prædam ingentem partam, in ea fuiſſe clypeum argenteum pondo. Centum triginta octo, cum imagine Barcini Aſdrubalis. *Livius.* xxv. cap. xxxix.

XVII. P. Africanum in ea fuiſſe legatione, eumque Epheſi collocutum cum Annibale, & ſermonem etiam unum refert, quo quærenti Africano quem fuiſſe maximum imperatorem Annibal crederet, reſpondiſſe, Alexandrum Macedonum regem; quod parva manu innumerabiles exercitus fudiſſet, quodque ultimas oras, quas viſere ſupra ſpem humanam eſſet, peragraſſet. *Quærenti deinde*, quem ſecundum poneret; Pyrrhum, *dixiſſe*, Caſtrametari primum docuiſſe. Ad hoc, neminem elegantius loca cepiſſe, præſidia diſpoſuiſſe, artem etiam conciliandi ſibi homines eam habuiſſe, ut Italicæ gentis reges externi, quam P. Romani, tamdiu principis in ea terra, imperium eſſe mallent. *Exſequenti, quem tertium duceret*, haud dubie ſemetipſum *dixiſſe*, tum riſum obortum Scipioni, & ſubjeciſſe: Quidnam tu diceres, ſi me viciſſes? tum me vero, *inquit*, & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante omnes alios Imperatores eſſe. *Liv.* xxv. 14. idem narrat *Appian.* de *B. Syriacis* p. 91.

[1] C. FANNII ANNALIUM LIB. I.

XVIII. Cum in vita agenda didicimus multa, quæ impræſentiarum bona videntur, poſt inventa & multo amplius, aliuſmodi atque ante viſa eſſent. *Priſcianus.* xiii.

LIB. VIII.

Domina ejus, [2] ubi villam venerat, jubebat [3] biber dari. *Cariſius* 1. *Biber.*

in Quadrigarius, in aliis. Autor de origine gentis Romanæ habet, *Vekatius & Acilius Piſo*: quod corruptum puto, cum Piſonis cognomen in gente Ælia nondum reperĕrim, itaque diſtinctione interpoſita lego, *Acilius, Piſo.*

1 *C. Fannii.*] C. Fannius M. F. gener Lælii, cum quo loquitur in Ciceronis Dialogo de amicitia. Scripſit libros Annalium, quos M. Brutus in Epitomam redegit, quam Cicero ad Atticum lib. xii. vocat Epitomen Bruti Fannianorum. De illo ita judicat in Bruto: *ejus omnis in dicendo facultas ex Hiſtoria ipſius non ineleganter ſcripta perſpici poteſt: quæ neque nimis infans eſt, neque perfecte diſerta.* Salluſtius lib. 1. Hiſtoriarum cum aliis Hiſtoriographis ſingula tradidiſſet, dat Fannio veritatem.

2 *Ubi villam venerat*] Alii, *ad villam*, male; omittit enim præpoſitionem, ut Plautus, *rogat quid Cariam veniam.* Cæſar de bello civili III, *Tertio die Macedoniam* &c.

3 *Biber dare*] Ita legit Cariſius, quaſi Biber nomen ſit. Ego puto infiniti modi duo verba conjungi, *Bibere dare*: quod etſi vitioſum in oratione cenſent Grammatici, tamen vetuſti autores uſurpant. Terent. Andria. *Quod juſſi ei dari bibere.* Livius 40, *ut bibere ſibi juberet dari.*

INCERTA.

Hæc adipiſcuntur. *Priſcian.* VIII.

Ταχὺ δὲ τῶν νέων πάντων ἐπρώτευεν εὐταξίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ· καὶ τοῦ γε τείχους ἐπέβη τῶν πολεμίων πρῶτος, ὥς φησι Φάννιος, λέγων καὶ αὐτὸς τῷ Τιβερίῳ συνεπιβῆναι, καὶ συμμετασχεῖν ἐκείνης τῆς ἀριστείας. Plutarch. in Gracchis v. 826. a.

Q. Metelli Oratio contra Tiberium Gracchum expoſita eſt in C. Fannii Annalibus. *Cicero* in *Bruto.*

Εἴρωνα me, ne ſi Africanus quidem fuit, ut ait in Hiſtoria Fannius, exiſtimari velim. *Ibidem.*

[1] VENNONI HISTORIARUM LIBRI.

Solito inſtitutoque egreſſam virginem in uſum ſacrorum aquam petitum, &c. *Autor de orig. gentis Romanæ.* Vid. *Fabium P.*

Εἰς μίαν καὶ τριάκοντα φυλὰς ἀξιοπιστότερος ὤν, οὐχ ὁρίζει τῶν μερῶν τὴν χώραν. Dionyſ. LIB. IV. p. 220. lin. 5.

[2] LIBONIS ANNALES.

XIX. Quatuordecim annis poſt Prætor eſt factus Tuditanus quam Conſul Mummius. *Cicero ad Atticum.*

Tum Prætorem P. Popillio, P. Rupilio Coſs. *Ibidem. ep.* XXXII.

M. PORCII CATONIS [3] ORIGINUM LIB. I.

Clarorum virorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem exſtare oportere. *Cicero pro Plancio.*

[4] P. Scipionem eum qui primus Africanus appellatus ſit dicere ſolitum, nunquam ſe minus otioſum eſſe quam cum otioſus, nec minus ſolum quam cum ſolus. *Idem officior.* III.

Agrum quem Volſci habuerunt campeſtris, [5] plerus Aboriginum fuit. *Priſcian.* V.

Quadrigarius Annal. 3. *Caſtra ſimulare oppugnare.* Idem. 6. *Non auſi ſunt deſcendere jubere.* Servius ad illud Virgilii. *Magnum dat ferre talentum*, Græcum eſſe ait, duo verba conjungere, & poetis concedi. Unde uſus, inquit, obtinuit, *dare bibere*, quod alloquin faciendum non eſt. Dixit tamen Cato de re ruſt. *Meridie bibere dato.* Plautus Perſa, *Bibere da uſque plenis cantharis.*

1 *Vennonii*] Hunc Cicero 1. de Legibus exilem in hiſtoria dicit eſſe ut Piſonem, Fannium Dionyſius fide dignum in hiſtoria prædicat.

2 *Libonis annales*] Fuit L. Libo inter oratores ætate Catonis, qui Trib. pleb. populum incitante, & rogationem in Galbam privilegii ſimilem ferente, M. Cato multa dixit, ut refert Cicero in Bruto. Idem forte autor Annalium.

3 *Originum Lib.* 1. *Clarorum virorum*] Cicero in Oratione pro Plancio: *Etenim M. Catonis illud quod in principio ſcripſit Originum ſuarum ſemper magnificum & præclarum putavi*, Clarorum virorum atque magnorum, *&c. Ad quod dictum Catonis reſpexit Columella lib.* 11. *cap.* XXII. *Tam otii quam negotii rationem reddere majores conſuerunt.* Vide notas ad Catonem de jure Civili J. W.

4 *P. Scipionem*] Idem in initio lib. II. de Officiis hoc dictum Scipionis refert e Catone: quod ad hunc lib. 1 Originum pertinere, & cum præcedenti dicto conjungendum eſſe, plane mihi perſuadeo.

5 *Plerus*] a πλήρης MS. autem Priſciani

Antemna

Antemna vetuſtior eſt quam Roma. *Idem* IVI.

Mezentium Rutulis imperaſſe ut ſibi offerrent quas Diis primitias offerebant, & Latinos omnes ſimilis imperii metu ita voviſſe, *JUPITER SI TIBI MAGIS CORDI EST NOS EA TIBI DARE POTIUS QUAM MEZENTIO, UTI NOS VICTORES FACIAS.* *Macrobius.* I. 5.

Sed lucus Capenatis. *Priſc.* IV

Inde eſt ferme mille paſſuum. *Gell.* I. 16.

XX. [1] Veteres proſapias & multa alia apud multos. *Nonius Proſapies.*

Propter id bellum cœpit. [2] Cœlius Prætor Albanus oratores miſit Romam, eum. *Feſtus, Oratores pro legatis.*

Igitur tertio pedato bellum nobis fecere. *Nonius, Pedato pro repetitu.*

Fana in eo loco compluria fuerunt. ea exauguravit, [3] præquam quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari. *Feſtus, Nequitur.*

Nam de omni Tuſculana civitate ſoli L. [4] Manulei beneficium gratum fuit. *Priſc.* VI.

Vehes ligni. *Cariſius.* I.

LIB. II.

XXI. Lucum Dianium in nemore Aricino [5] Ægerius Lesbius Tuſculanus dedicavit, Dictator Latinus. Hi populi communiter Tuſculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Cocanus, Tiburtinus, Pomerinus, Ardeatis, Rutilus. *Priſc.* XIV. p. 629.

A. pro, *Aboriginum fuit*, habet, *frequens non fuit.* Utitur etiam Pacuv. in Duloreſte; *Pater Achæos in Caphareis ſaxis pleros perdidit.* Ubi MS. B. *Achæos* &, in Teucro. *Periere Danai, pleraque pars peſſumdata eſt*, vel ut in Feſti fragmento habetur, *peſſumdatur.* Aſellio adverbialiter, profert *fieri ſolet plerum.* J. W.

1 *Veteres proſapias*] Sumſit hoc a Catone Salluſt. in Jugurth. *Hominem veteris proſapiæ.*

2 *Cœlius prætor*] Exiſtimo legend. *Clœlius.* Nam *Clœlii* principes Albanorum fuerunt, quos una cum Serviliis, Quintiis, Geganiis, Rex Tullus in patres, ut eam quoque partem reipub. confirmaret, legit. Et quoniam nullum bellum Albanum memoratur, præter quod cum C. Cluilio rege geſſit Tullus, de illo hic locus fortaſſis intelligendus eſt.

3 *Præquam quod*] Ita libri veteres Feſti: vulgati, *præterquam quod*: de quo ſcripſi ad Eimargum Varronis, & lib. I. de uſu antiquæ locutionis.

4 *L. Manulei*] Emendarim *Mamilii.* Nam Manulei nulli ſunt in hiſtoria Romana. At Mamiliarum familia Tuſculanæ celeberrima, ex qua L. Mamilius C. Nautio. L. Minutio Coſſ. civitate donatus, ob beneficium, credo, quod Cato hic rettulit. Livius lib. 3. & Dionyſius. Putſchii Editio, *Mamlii*, MS. A pro *Lucii*, *Lucilii.*

5 *Ægerius Lesbius*] Feſtus vocat Manium Ægerium: cum quo nomen commune habuit Ægeria Dea, que Aricino luco fontibuſque finitimis præerat. Virgilius.

Inſignem quem mater Aricia miſit,
Eductum Ægeriæ lucis.

Strabo lib. V. in deſcriptione nemoris Aricini Τῶτων δ᾽ ἐστὶν Αἰγερία καλουμένη δαίμονός τινὸς ἐπώνυμος, Ita enim locus ille Strabonis emendandus mihi videtur, ex Ovidii XV. Metamorph. Ubi eam mutari inducit in fontem a Diana, poſt Numæ mortem. In ſeqq. errata ſunt operarum ni fallor, nam Ed. Putſchii.

Mar-

Marſus hoſtem occidit, priuſquam Pelignus: propterea Marrucini vocantur, de Marſo detorſum nomen. *Idem.* XIX. p. 871.

[1] Si quis mortuus eſt Arpinatis ejus hæredem ſacra non ſequuntur. *Idem.* XIV. p. 629.

[2] In campo Tiburti ubi hordeum demeſſuit idem in montibus ſeruit: ibi hordeum idem iterum meſſuit. *Idem.* X. & ſuper XI. Æn. p. 1254.

Queſcunque Romæ regnaviſſent. *Cariſ.* I.

In maximumque decus atque in excelſiſſimam claritudinem ſublimavit. *Feſtus ſublimavit.*

Ex [3] ſali qui apud Carthaginenſes fit. *Priſc.* V. p. 759.

[4] Si indus naves putidas atque ſentinoſas a commeatibus ponere volebant. *Nonius putidum.*

Itaque res huber fuit antequam vaſtaſſent [5] legiones. *Priſc.* VI. p. 547.

XXII. Qui aquatum ut lignatum videntur ire, [6] ſecurim atque ſolum ferunt, gelum craſſum excidunt, eum loco colligatum auferunt. *Nonius Gelus.*

Ligures omnes fallaces ſunt: ſed ipſi unde oriundi ſunt exacta memoria, illiterati, mendaces: quæ ſunt & vera, minus meminere. *Servius* XI.

Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur, rem militarem & argute loqui. *Cariſius* II.

Papaver Gallicanus. *Idem.* I.

(a) *Commeatibus ponere*) V. C. *Commeatibus ponere*; MS. *commeatibus onerare*.

legit, *Coranus*, *Tiburtis*, *Pilumnius*, cum quâ fere conſentiunt 3. MSſ. Codd. Bib. Publicæ Cantab. Coranus ſine a Cora oppido in finibus Volſcorum, de Catilli & Tyburti fratris nomine dictum. Et M. Capella p. 786. Dardano conditum; narrat ex Solino qui Plinium exſcripſit. Membranæ tamen Cantab. legunt *Geronem*. Sed Oxonienſis cum Impreſſis conſentit. Vid. Solin. cap. II. p. 13. & Lucan. VII. 393. Florum 3. 20. 5. *Cametia & Cora ad Auruncos deficiunt* Liv. IV. 16. *J. W.*

1 *Si quis mortuus*] Nam ſoli cives Romani habebant ſacra hæreditaria ex lege XII. Tab. *Sacra privata perpetuo manento*: quâ cavebatur, ut pater filiuſque hæres eadem ſacra colerent. Unde cum de poteſtate filius exibat, non amplius paternis ſacris aſtringebatur. Ex eo Plauti Captivis:

Sine ſacris hereditatem adeptus ſum effertiſſimam.

MS. *A. ſiquis mortuus eſt & Arpinatis* Videndus Cicero. lib. 2. De legib. *J. W.*

2 *In Campo Tiburti*] Caſſius Hemina lib. in Annalium hunc locum iiſdem plane verbis imitatur, cum ait, *in campo Tiburti ubi hordeum demeſſuerunt*. Commendat autem fertilitatem agri Tiburtini, quem Strabo libr. v. nominat locum fertiliſſimum. Campus Tiburti, ut Virgilius *Urbem Patavi*. Gellius lib. IX. cap. XIV. *In Tiburti Bibliotheca*; pro Tiburtina.

3 *Sali*] Putſchiana Ed. *ſale*; & ſic MS. *J. W.*

4 *Is inde in naves*] Libri veteres Nonii, *Si inde ignorabo*. Ex quo Lipſius libri v. Epiſtolis fecit, *Is inde naves, vel, inde, & malebat*, ſed noſtra lectio propius ad antiquam accedit. *Sentinoſas*, a ſentina.

5 *Legiones*] MSſ. A. B. F. *regiones*. *J. W.*

6 *Securim atque ſolum*] Refert incolas regionis cujuſpiam frigidiſſimæ, ob gelu laborantes aquæ penuria, ita aquatum adornatos perinde ac qui lignatum eunt. Solum fortaſſis vocat ſuſtentaculum ligneum vel ſcorteum, bajulorum humeris dependens, in quo vecturas onerum impoſitas portant. Lipſ. lib. I. Epiſtolis, *unde jubentur ire, ſecurim atque lorum.*

Neque

Neque ſatis habuit quod eam in occulto vitiaverat, quin ejus famam proſtitueret. *Gellius* XVII. 13.

In his duobus bellis alteras ſtipendio agrique parte multari, alteras oppidum vi captum, alteras primo pedato & ſecundo. *Cariſius* II.

Qui tantiſper nullæ rei ſies dum nil agas. *Priſcian.* VI.

LIB. III.

XXIII. Haud eos eo poſtremum ſcribo quin populi & boni & ſtrenui ſint. *Gellius* XVII. 13.

Laſerpitium pro pulmentario ſuo habet. *Cariſius* I.

Multo pulmento uſi. *Ibidem*.

1 Equos reſpondit, Oreas mihi inde, tibi cape flagellum. *Feſtus, Orea freni.*

Rhegini Taurocini vocantur de fluvio qui præterfluit. Id oppidum Auranci primo poſſederunt: inde Achæi Troja domum redeuntes. 2 In eorum agro fluvii ſunt ſex, ſeptimus fines Rheginorum atque Taurinorum diſpeſcens. Fluvio nomen eſt Taccoſico. Oreſtem cum Iphigenia atque Pylade dicunt maternam necem expiatum veniſſe, & non longinqua memoria eſt cum in arbore enſem viderint, quem Oreſtes abiens reliquiſſe dicitur. *Probus in Bucolica Virgilii.*

LIB. IV.

XXIV. Non lubet ſcribere quod in tabula Pont. Max. eſt, quotiens annona cara, quotiens Lunæ aut ſolis lumini caligo, aut quid obſtiterit. *Gellius* II. 28.

3 Si quis membrum rupit, aut os fregit, talione vindicta proximus cognatus ulciſcitur. *Priſc.* VI.

Mapalia vocantur ubi habitabant. Ea quaſi cortes rotundæ ſunt. *Feſtus, Mapalia.*

4 Deinde duodeviceſimo anno poſt dimiſſum bellum quod quar-

1 *Equos reſpondit*] Apologus Steſichori poetæ, quem Horatius lib. I. Epiſtol. 10. breviter attingit, & Ariſtoteles in Rhetoricis prolixe refert. Significat autem libertatem a natura inſitam ſervitute perire, ut equus poſtquam ultro hominem ſeſſorem equitemque accepit, deinceps ſemper ejus imperio paret, & freno regitur. Oreas Cato vocat frena, quod ori inducantur.

2 *In eorum agro, &c.*] Idem refert Varro lib. X. Rerum humanarum, & hoc amplius fluviorum ſeptem nomina ponit; de quibus ibidem dixi.

3 *Si quis membrum*] Eſt lex XII. Tabul. quæ permittit parem vindictam *ſi membrum rupit, ni cum eo pacit, talio eſto*: ad quam puto Catonem hic reſpexiſſe, cujus video Gellium & Juſtinianum tradere Decemviros pœnas diverſas ſanxiſſe membro fracto; & oſſe rupto. Verba Juſtiniani ſunt lib. IV. Inſtitut. *Pœna autem injuriarum ex lege 12. Tabul. propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os vero fractum nummaria pœna erat conſtituta, quaſi in magna veterum paupertate.* Legend. Gellius, lib. XX. cap. 1.

4 *Deinde duodeviceſimo*] Dicit Carthaginienſes poſt dimiſſum bellum Punicum primum, quinquies defeciſſe, & ſextum, cum bellum Pu-

tuor

tuor & viginti annos fuit, Carthaginienſes ſextum de fœdere decedere. *Nonius duodeviceſimo, ita ut duodecimo.*

Compluriens eorum milites mercenarii inter ſeſe multi alteri alteros in caſtris occidere, compluriens multi ſimul ad hoſtes transfugere, compluriens in imperatorem impetum fecere. *Gellius* v. 21.

Igitur dictatorem Carthaginenſium magiſter equitum monuit, Mitte mecum Romam equitatum, die quinti in Capitolio tibi cœna cocta erit. Deinde Dictator jubet poſtridie Magiſtrum equitum arceſſi, Mittam te ſi vis, inquit, cum equitibus. Sero eſt, inquit, Magiſter equitum: jam reſcivere. *Idem* x. 24.

Imperator noſter ſi quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit. *Idem* xi. 1.

Prœlium factum, depugnatumque pro caſtris. *Idem* xi. 3.

Exules duo lege publica execrati. *Priſc.* xix.

Lib. V.

XXV. 1 Scio ſolere pleriſque hominibus rebus ſecundis, atque prolixis, atque proſperis animum excellere, atque ſuperbiam atque ferocitatem augeſcere, atque creſcere: quod mihi nunc magnæ curæ eſt, quod hæc res tam ſecunde proceſſerit, ne quid in conſulendo adverſi eveniat, quod noſtras ſecundas res confricet, neve hæc licentia nimis luxurioſe eveniat. Advorſæ res ſe domant, & docent quid opus ſit facto: ſecundæ res lætitia tranſvorſum trudere ſolent a recte conſulendo atque intelligendo. Quo majore opere dico ſuadeoque, uti hæc res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in poteſtatem noſtram redeamus. *Gellius* vii. 3.

Atque ego quidem arbitror Rhodienſes noluiſſe nos ita depugnare uti depugnatum eſt, neque regem Perſen viciſſe. Non Rhodienſes id modo noluere, ſed multos populos ac multas nationes idem noluiſſe arbitror. Atque haud ſcio an partim eorum fuerint, qui non noſtræ contumeliæ cauſſa id noluerint evenire: ſed enim metuere, ſi nemo eſſet homo quem vereremur, & quicquid luberet faceremus, ne ſub ſolo imperio noſtro in ſervitute noſtra eſſent, libertatis ſuæ cauſſa in ea ſententia fuiſſe arbitror. Atque Rhodienſes tamen Perſen publice nunquam adjuvere. Cogitate quanto nos privatim cautius facimus. Nam unuſquiſque noſtrum, ſi quis adverſus rem ſuam quid fieri arbitratur, ſumma vi contra nititur ne adverſus eam fiat, quod illi tamen perpeſſi.

viceſimo[?] indictum eſt: de quo vidend. Livius Florus & alii. Inter bellum autem Punicum primum finitum anno DXII, & ſecundum incœptum anno DXXXIV, interfuerunt anni XXII. Itaque legend. *duo & viceſimo*, & Nonius erravit.

1 *Scio ſolere pleriſque*] Oratio pro Rhodienſibus habita in Senatu, Q. Ælio, M. Junio Coſſ. anno DLXXXII. Ejus argumentum expoſuit, & virtutes luminaque verborum penſitavit Gellius lib. VII. cap. III. Meminit Livius lib. LIV.

Ea

XXVI. Ea nunc derepente tanta nos beneficia ultro citro que tantam amicitiam relinquimus? Quod illos dicimus voluiſſe facere, id nos priores facere occupabimus?

Qui acerrume advorſus eos dicit, ita dicit, hoſtes voluiſſe fieri. Et quis eſt tandem noſtrorum, qui quod ad ſeſe attineat, æquum cenſeat quemquam pœnas dare ob eam rem quod arguatur malefacere voluiſſe? nemo opinor. Nam ego quod ad me attinet, nolim.

Quid nunc? & quæ tandem lex eſt tam acerba quæ dicat, Si quis illud facere voluerit mille nummi dimidium familiæ multa eſto, Si quis plus quingenta jugera habere voluerit, tanta pœna eſto, Si quis majorem pecudum numerum habere voluerit, tantum damni eſto. Atqui nos omnia plura habere voluimus, & id nobis impune eſt.

Sed ſi honorem non æquum eſt haberi ob eam rem quod benefacere voluiſſe quis dicit, neque facit, tamen Rhodienſibus tale erit, non quod male fecerunt, ſed quod voluiſſe dicuntur facere.

Rhodienſes ſuperbos eſſe ajunt, id objectantes quod mihi a liberis meis minime dici velim. Sint ſane ſuperbi, quid id ad nos attinet? idne iraſcimini, ſi quis eſt ſuperbior quam nos? *Ibidem.*

XXVII. Urbes inſulaſque omnes pro agro Illurico eſſe. *Idem* XI. 3.

Poſtridie ſignis collatis æquo fronte, [1] peditatu, equitibus, atque aliis, cum hoſtium legionibus pugnavit. *Idem* XV. 9.

Recto fronte. *Ibidem.*

[2] Exercitum ſuum pranſum paratum cohortatum eduxit foras, atque inſtruxit. *Ibidem* XIII.

Illi polliciti ſeſe [3] facturum omnia. *Priſc.* IX.

[4] Quod eorum nemo quiſquam quidquam mihi ignoturus eſt. *Idem* X.

[5] Origine fluvium Naronem magnum, pulcrum, piſculentum. *Nonius, Piſculentum.*

Sed protelo trini boves unum aratrum ducent. *Idem Protelare eſt adjugare.*

1 *Peditatu, equitibus atque aliis*] Nonne verius ſit, *atque alis? pugnare alis, æquo fronte, peditatu*, dicendi formulæ militares ſunt.

2 *Exercitum ſuum pranſum par*] Mos educendi exercitum poſt curam corporis, notus ex hiſtoriis, de quo dixi ad Varronis Menippeam Pranſus Paratus.

3 *Facturum omnia*] Genus loquendi antiquum, ut in Quadrigarii XIIX Annal *Deos bonis bene facturum.* Et in Ciceronis lib. V. In Verrem. *Rem præſidio ſperant futurum*: in quibus facturum, indefinito modo efferuntur, tribuunturque omnibus numeris & generibus, ut obſervavit Gellius, lib. I.

4 *Quod eorum nemo quiſquam*] Parelcon veteribus uſitatum. Terentius Eunucho, *Nemo hercle quiſquam.* Et Hecyra, *Nemo quiſquam illorum ad te venit.* Sic nemo unus, Omnes univerſi, & ſimilia, de quibus lib. II. cap. X. de uſu antiq. locut.

5 *Origine fluvium Naronem*] Nar fluvius videtur a Catone appellari Naro, de quo Servius ad Virgilium, *In via Flaminia eſt civitas Narnia in montibus poſita quibus ſubeſt Nar fluvius, qui Tiberino conjungitur.* Silius, *Narque albeſcentibus albis, In Tiberim properans.* Sed potius hic eſt Naro fluvius in Dalmatia, cujus meminit Plinius lib. III. Ptolomæus, Strabo lib. II, & ad bel-

Digitized by Google

Lapis candidior quam pilates. *Feſtus, pilates lapidis genus,*

LIB. VI.

Itaque ego cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror. *Gellius* xx. 5.

LIB. VII.

XXVIII. 1 Qui magiſtratum curulem cepiſſet calceos (a) mulleos, allucinatos, ceteri perones. *Feſtus, Mulleos genus calceorum.*

2 Mulieres opertæ auro, purpuraque, (b) ars inhæret diadema, coronas aureas, ruſſea facie, galbeas, (c) lineas pallas, redimicula. *Idem, Ruſſium.*

3 Fluvium Iberum. Is oritur ex Cantabris magnus atque *pulcer,* piſculentus. *Nonius, Piſculentum.*

4 Sunt in his regionibus ferrariæ argentifodinæ pulcerrumæ: mons ex ſale mero magnus, quantum demas tantum adereſcit. Ventus Cercius cum loquare buccam implet, armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit. *Gellius* 11. 22. *Apuleius de mundo.*

Jurum legumque cultores. *Cariſ.* 1.

5 Multa me dehortata ſunt huc prodire, anni, ætas, vox, vires,

(a) *Mulleos allucinatos*) A. Auguſtinus, allutacinatos, vel, lunatos. Scaliger, alii uncinatos.
(b) *Ars inhæret*) Idem arſinia, rete.
(c) *Lineas pallas*) A. Auguſtinus, pelles.

lum Illyricum pertinet, quod Cato hoc libro deſcripſit.

1 *Qui magiſtratum curulem*] Mullei calcei purpurei, ſunt dicta a mullando, id eſt ſuendo, autore Feſto. Vopiſcus in Aureliano: *Calceos mulleos & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus ſuſtulit, mulieribus reliquit.* His primum uſi reges Albanorum, poſtea Senatores & Patricii. Unde & Calcei patricii appellantur in extremo Inſcriptionis, quam C. Marius Coſ. poſuit *de manubiis Cimbricis & Teutonicis ædem honori & virtuti victor veſte triumphali calceis patriceis.* Papinius Silvar. v.

Primaque patricia clauſit veſtigia luna.

Alutati calcei ſunt urbanæ plebis, confecti ex aluta ſive nigris pellibus mollioribus. Juvenalis Sat. 7.

Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

Perones ſunt calcei ruſticorum & militum e corio crudo, contra nives, imbreſque, & frigora: Virgil. lib. VII. Æneid.

——— *nudus tegit altera pero.*

2 *Mulieres opertæ auro*] Locus corruptus, quem Scaliger ita tentavit reſtituere M. O. A. P. *arſinia, rete, diadema, coronas aureas, ruſſeas faſcias.* Eſt autem Arſinium ornamentum capitis muliebris, autore Feſto. Mihi probatur: M. O. A. P. *arcivere & diadema, coronas aureas, ruſſea faſcia.* Optima ſententia; ut, inquit, Reges habent diademata, ſive candidas faſcias caput circundantes: ita mulieres ſibi adſciverunt coronas aureas, præligatas faſcia ruſſea, quia rufo colore delectantur. Unde & capillum cinere ungerabant ut rutilus eſſet crinis, ut eſt in Originibus. Ruſſeus color idem qui rufus, rubeus. Gloſſæ ῥούσσος, rubeus, rufus, ruſſus. Petronius, *Videmus ſenem calvum, tunica veſtitum ruſſea.* Apuleius lib. 2. Metamorph. *Ipſa linea tunica mundule amicta, & ruſſea faſciola prænitente.* Trebellius Pollio in Claudio, *Tunicas ruſſas militares, annuas.*

3 *Fluvium Iberum*] Idem dixit Plinius lib. 3. cap. eod. *Iberus amnis navigabili commercio dives, oritur in Cantabris, haud procul oppido Juliobrigam.* Strabo lib. 3. ὁ Ἴβηρ ἀπὸ Καντά-βρων ἔχων τὰς ἀρχάς.

4 *Sunt in his regionibus*] Hæc ſcribit de Hiſpanis Alpinis citra Iberum; quorum metallicas fodinas & ſales foſſiles etiam Strabo celebrat lib. 3. Ventus Cercius eſt Boreas, qui, ut ait Diodorus, ſpirat ἀπὸ θερινῆς δύσεως καὶ ἄρκτου, & Galliæ Narbonenſi præcipue infeſtus eſt, quem etiam hodie iſtic ſentiunt tam impetuoſum, vix ut in equo ſedere poſſint. Plura Seneca lib. 4. Quæſt. natural. Plinius lib. 2. Strabo lib. 4. & Suetonius in Claudio.

5 *Multa me dehortata*] Oratio in Ser. Gal-

ſene-

Digitized by Google

ſenectus: verum enim vero cum tantam rem publicam agier arbitrarer. *Gellius* XIII. 23.

Eum dicit jus pontificium diſcere noluiſſe. Ego me nunc volo jus pontificium optume ſcire. Jam ne ea cauſſa Pontifex capiar? [1] jus volo augurium optume tenere. Ecquis ob eam rem Augurem capiat? *Idem* I. 12.

De frumento utrobi, bona utrobi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde factiones tibi paces. *Cariſius* I.

Ser. quidem Galbam miſeratione ſola, qua non ſuos modo liberos parvulos in concionem deduxerat, ſed Galli etiam Sulpitii filium ſuis ipſe manibus circumtulerat, elapſum eſſe, cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione teſtatum eſt. *Quintilian.* II. 15.

Secordia. *Feſtus, Secordia pro ſtultitia.*

INCERTA EX QUIBUS LIBRIS ORIGINUM.

XXIX. Qui urbem novam condit, tauro & vacca aret, ubi araverit moerum faciat, ubi portam vult eſſe, aratrum ſuſtollat, & portet, & portam vocet. *Servius Aen.* V. *Iſidorus* XV. 2.

Eodem nomine complures ex agro acceſſitavere. Eo res eorum auxit. *Gellius* XVIII. 12.

Si ques ſunt populi. Quium. *Serv. Æn.* I.

[2] Mulieres noſtræ capillum flavo cinere ungitabant, ut rutilus eſſet crinis. *Idem* IV. *Cariſius* I.

[3] Oratores am terminum. *Macrob.* I. 16.

Dotes filiabus ſuis non dant. *Priſc.* VII.

Ne prædia in lubricum dirigerentur, cum tributus exigeretur. *Nonius, Tributus.*

[4] Ager Gallicus Romanus vocatur qui viritim cis Ariminum datus eſt ultra agrum Picentium. In eo agro aliquotſariam in ſin-

bam illum qui prætor diripuit Luſitanos quem Cato accuſavit natus annos XC, ut Plutarchus tradit, ſed minifeſto errore. Nam Cato annos V. & LXXX. natus exceſſit e vita, & eo ipſo anno contra Ser. Galbam orationem dixit quam in Origines ſuas retulit, Cicero in Bruto, Plinius, & Paterculus. Hoc autem orationis initium imitatur Salluſt. Jugurth. *Multa me dehortantur a vobis.*

1 *Jus volo augurium*] Vulgo corrupte *Si volo.* Jus augurium, ut jus pontificium. Cicero in Catone, *Scientia juris augurii.*

2 *Mulieres noſtræ*] Mulieres Romanæ plurimum delectabantur capillo rutilo ſive rufo; cujus rei gratia unguenta varia adhibebant. Cato ait, capillum cinere ungitaſſe; de quo Servius accipit illud Virgilii in Georgicis: *Immundum cinerem.* Serenus vocat Unguentum cineris. Plinius lib. XXIII. cap. II, *Face aceti, addito lentiſcino oleo illitum una nocte rufari capillum.* Sed matronæ ſpectatæ pudicitiæ nigrum in capillis colorem probabant. Horatius, *Et Lycum nigris oculis.* &, *nigroque crine decorum.* Martialis:

Sit moro coma nigrior caduco.

3 *Oratores am terminum*] Macrobius hunc locum ita recitat, in quo illum errare, ſcripſiſſeque Catonem *Oratores amtermines* rectiſſime Scaliger animadvertit. Feſtus, *Amtermini qui circa terminos pop. Romani vicinia manent.*

4 *Ager Gallicus Romanus*] Ager Gallicus unde Senones Galli expulſi fuerant, quem C. Flaminius Trib. pleb. lege lata contra Senatus autoritatem militibus diviſit, ut refert Cicero in

gula jugera dena cullea vini fiunt. *Varro de Re ruſt.* I. *Columella* IX. 2.

XXX. [1] In Saurecte, Fiſcello, capræ feræ ſunt quæ ſaliunt e ſaxo pedes plus ſexagenos. *Ibidem.*

[2] Alæ ex lupino. *Servius* ad *Georg.* I.

Q. Cæditius Tribunus ad conſulem venit, oſtendit exitium de loci oportunitate & hoſtium conſtantia. Maturum cenſeo, inquit, ſi rem ſervare vis, faciundum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire jubeas, eamque uti occupent, imperes. *Gellius* III. 7.

[3] Dii immortales Tribuno militum fortunam ex virtute ejus dedere. Nam ita evenit, cum ſaucius multifariam ibi factus eſſet, tum vulnus capiti nullum evenit: eumque inter mortuos defatigatum vulneribus atque ſpirantem, quod ſanguen defluxerat cognovere. Eum ſuſtulere, iſque convaluit, ſæpeque poſtilla operam reip. fortem atque ſtrenuam perhibuit: illoque facto, quod illos milites ſubduxit, exercitum ceterum ſervavit. Sed idem beneficium loco in quo ponas nimium intereſt. Leonidas Lacedæmonius laudatur, qui ſimile apud Thermopylas fecit. Propter ejus virtutes omnis Græcia gloriam atque gratiam præcipuæ claritudinis inclutiſſumæ decoravere monumentis, ſignis, ſtatuis, elogiis, hiſtoriis, aliiſque rebus gratiſſimum id ejus factum habuere. At Tribuno militum parva laus pro factis reddita, qui idem fecerat atque rem ſervaverat. *Ibidem.*

Biber Glis. *Cariſius* I.

XXXI. Suem triginta porculos peperiſſe in eo loco ubi nunc eſt Lavinium, cumque Æneas ibi urbem condere conſtituiſſet, propterque agri ſterilitatem metueret, per quietem ei viſa Deorum Penatum ſimulacra adhortantium ut perſeveraret in condenda urbe quam cœperat, nam poſt annos totidem, quot fetus illius ſuis eſſent, Trojanos in loca fertilia atque uberiorem agrum tranſmigraturos, & urbem clariſſimi nominis [4] in Italia condituros. Igitur Latinum Aboriginum regem cum ei nuntiatum eſſet multitudinem advenarum claſſe advectam occupaviſſe agrum Laurentem, adverſum ſubitos inopinatoſque

Catone. Plura dixi in Notis ad Varronem lib. I. de re ruſt.

1 *In Saurecte, Fiſcello*] Saurecte pro Sorecte, antique, ut Saurex ſorex. Eſt mons in agro Faliſcorum apud Irpinos, haud procul a Flaminia, de quo Strabo lib. v. Fiſcellus mons in agro Sabino, Plinius lib. III. cap. XII.

2 *Alæ ex lupino*] Servius in Virgilium: *Nonnulli proprie calamos lupinorum Alas dici putant, ut Ælius. Alæ ex lupino Surculi ſine foliis Cato in Originibus: Alæ ex lupino. Memini tamen Varronem de L. Lat. alam cubitum faba dicere.*

3 *Dii immortales.*] Res geſta in Sicilia, M. Atilio Calatino Coſs. a Tribuno militum Q. Cæditio, vel Laberio, vel Calpurnio Flamma: de quo adi Gellium lib. III. cap. VII. Plinium lib. XXII. cap. VI, Frontinum Strategematum lib. I. cap. V.

4 *In Italia*] Locus corruptus, quem docti viri varie reſtituunt. Ego in Notis ad Varronem monui mihi ſic legend. videri. *Inſulta in ſortis terna atque quaterna millia Galli ſuccidia hiberna ſus uſque adeo.* &c. Cujus emendationis rationes ibidem expoſui.

matoſque hoſtes incunctanter ſuas copias eduxiſſe. Ac prius quam ſignum dimicandi daret, animadvertiſſe Trojanos militariter inſtructos, cum ſui lapidibus ac ſudibus armati, tum etiam veſte aut pellibus, quæ eis integumento erant, ſiniſtris manibus involutis, proceſſiſſent. Itaque ſuſpenſo certamine per colloquium inquiſito qui eſſent quidve peterent, utpote qui in hoc conſilium autoritate numinum cogebatur: namque extis ac ſomniis ſæpe admonitus erat, tutiorem ſe adverſos hoſtes fore, ſi copias ſuas cum advenis conjunxiſſet. Cumque cognoviſſet Æneam & Anchiſen bello patria pulſos cum ſimulacris deorum errantes ſedem quærere, amicitiam fœdere iniſſe, dato invicem jurejurando, ut communes quoque hoſtes amicoſve haberent. Itaque cœptum a Trojanis muniri locum, quem Æneas ex nomine uxoris ſuæ Latini regis filiæ, quæ jam ante deſponſata Turno Herdonio fuerat, Lavinium cognominavit. At vero Amatum Latini regis uxorem cum indigne ferret Lavinium, repudiato Turno conſobrino ſuo, Trojano advenæ collocatam, Turnum ad arma concitaviſſe, eamque mox coacto Rutulorum exercitu tetendiſſe in agrum Laurentem, & adverſus eum Latinum pariter cum Ænea progreſſum, inter prœliantes circumventum occiſumque. *Autor de origine gent. Rom.* Cap. XIII.

XXXII. Turnum poſtea ad Mezentium confugiſſe ejuſque fretum auxilio bella renovaſſe, quibus Æneas Turnuſque pariter rapti ſunt. Migraſſe poſtea in Aſcanium & Mezentium bella: ſed eos ſingulari certamine dimicaſſe, & occiſo Mezentio Aſcanium Julum cœptum vocari a prima barbæ lanugine, quæ ei tempore victoriæ naſcebatur. *Servius Aen.* I. *&.* IV.

Accipe quoties id fecerint & quidem ſemper bono publico. Jam a principio regnante Romulo, quum Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro ſignis collatis dimicaretur, nonne intercurſu matronarum inter acies duas, prœlium ſedatum eſt. Quid? Regibus exactis &c. *Liv.* XXXIV. 5.

Trojanos a Latino accepiſſe agrum qui eſt inter Laurentium & caſtra Trojana & habuiſſe jugera DCC. *Idem* XI.

Politem ad Italiam veniſſe, & ſegregatum ab Ænea condidiſſe oppidum Politorium a ſuo nomine, *Idem.* V.

Civitatem quam primo fecit Æneas, Trojam dictam. *Idem* VII.

Metabus pulſus a gente Volſcorum, quæ Etruſcorum poteſtate regebatur. *Idem* XI.

Primo Italiam tenuiſſe quoſdam qui appellabantur Aborigines. Hos poſtea adventu Æneæ Phrygibus junctos Latinos uno nomine nuncupatos. *Idem* I.

XXV. Aſca-

XXXIII. Aſcanium triginta annis expletis Albam condidiſſe. *Ibidem.*

Romam quadringentis triginta duobus annis poſteriorem bello Iliaco. *Dionyſius* I.

Aboriginum gens Græca fuit. *Ibidem*

Capuam ab eiſdem Tucis conditam, ac ſubinde Nolam: ſtetiſſe autem Capuam antequam a Romanis caperetur annis circiter CCLX. *Velleius* I. *ubi Catonis errorem notat.*

Faliſca Argis orta. *Plinius.* III. 5.

Interiiſſe Thebas Lucanas. *Ibidem* XI.

Ameriam ante Perſei bellum conditam, annis DCCCCLXII. *Ibidem* XIV.

Interiiſſe Boias, quorum tribus CXII fuiſſe. *Ibidem* XI.

Novaria ex vertacomacoris Vocontiorum hodieque pago, non (ut Cato exiſtimat) Ligurum.

Oppidum Orobiorum Barra. Unde Bargomates dictos. *Ibidem.*

Orobiorum ſtirpis eſſe Comum atque Bergomum, & Licini forum, & aliquot circa populos: ſed originem ſe ignorare. *Ibid.*

XXXIV. Venetos Trojana ſtirpe ortos, Cenomannos juxta Maſſiliam habitaſſe. *Ibidem* XIX.

Latini juris Euganeæ gentes, quorum oppida XXXIV. Ex iis Triumpilini venalis cum agris ſuis populus. Deinde Camani complureſque ſimiles finitimis attributi municipiis: Lepontii & Salaſi Tauriſcæ gentis. *Ibidem.* XX.

Ideo Graviſcæ dictæ ſunt quod gravem aerem ſuſtinent. *Servius* X.

Alpes muri vice tuebantur Italiam. *Ibidem.*

Larius eſt locus vicinus Alpibus, qui per LX. tenditur millia. *Idem, Georg.* II.

A Philocteta condita jam pridem civitate Petilla murum tantum factum. *Idem Æn.* VII.

Hæc Drepana civitas Siciliæ. *Ibidem.*

A laniis boves immolatos priuſquam cæderentur, profugiſſe in Siciliam. *Idem* X.

Quia is locus montibus præſtet, Præneſte oppido nomen dedit. *Idem.* VII.

XXXV. Capenos Veientum condidiſſe auxilio regis Propertii, qui eos Capenam, cum adoleviſſent, miſerat. *Ibidem.*

Sabinos a Sabo loci dæmone trahere originem: Sabinorum etiam mores populum Rom. ſecutum. *Idem* VIII. *& Dionyſius* II.

Qui Piſas tenuerint ante adventum Etruſcorum negat ſibi compertum

Digitized by Google

pertum: ſed inveniri Trachonem Tyrrheno oriundum poſtquam eorundem ſermonem acceperat, Piſas condidiſſe: cum ante regionem eandem Teutones quidem Græce loquentes poſſederint. *Servius* x.

Albonem montem Albanum dictum· *Idem* XII.

Clypei Græcorum rotundi. *Idem* IV.

Tiburtum, ut Cato teſtimonium facit a Catillo Arcade præfecto claſſis Evandri, ſicut Sextius, ab Argiva juventute. *Solinus* IX.

Cato cum imperatorum nomina annalibus deſcriberet, eum (elephantum) qui fortiſſime prœliatus eſſet in Punica acie, Surum tradidit vocitatum, altero dente mutilato. *Plin.* VIII. 5.

Mos apud majores hic epularum fuit, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. *Cicero in Tuſcul.*

Legiones Romanas in eum ſæpe locum profectas alacri animo & erecto, unde ſe nunquam redituras arbitrarentur. *Idem Catone.*

Multa auguria, multa auſpicia, ne negligentia collegii amiſſa plane & deſerta. *Idem de divinat.*

INCERTA EX QUIBUS ORATIONIBUS AUT LIBRIS.

XXXVI. Tu ſi verum ſupprimis falſarius agnoſcereris ſi, falſa confingis mendax eſſe videris. *Iſidor. Hiſp.* 754.

Quod tibi deerit a te ipſo mutuare. *Seneca* lib. v de benefic.

Qui nec orientem unquam ſolem viderunt, nec occidentem. *Idem.* lib. XXII. *Epiſt.*

Vecticulariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil. *Feſtus.*

Caduceatori nemo homo nocet. *Idem.*

Τὰς ἱστορίας δὲ συγγράψαι φησὶν αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ, καὶ μεγάλοις γράμμασιν, ὅπως οἴκοθεν ὑπάρχῃ τῷ παιδὶ πρὸς ἐμπειρίαν τῶν παλαιῶν καὶ πατρίων ὠφελεῖσθαι. Plutarch. in Catone pag. 348.

Qua arte natio ſua ſeparata ſeorſum.

[6] Tertiato & quartato verba dicere præ metu. *Cariſius* lib. II.

Jure, lege, libertate, republica communiter uti oportet: gloria atque honore quomodo ſibi quiſque ſtruxit.

Tetre ætatem. *Cariſius* lib. II.

Malitioſe iſtorum jura. *Ibidem.*

Veternoſus quam plurimum bibit, tam maxume ſitit. *Feſtus.*

Videor mihi in ſomnis laborare. *Seneca* lib. II. Declamat.

Præda quæ capta eſt, viritim diviſa. *Feſtus.*

6 *Tertiato & quartato*] Legendum *tertiata & quartata*, Apuleius lib. v. *Tertiata verba ſemianimi voce ſubſtrepens.* Servius interpretatur *rara*, ad illud Virgilii Æneid. III. *raris turbatus vocibus hiſco.* Ego puto eſſe dimidiata & truncata tertia quarta parte; qualia efferunt turbati & metuentes.

Impera-

Imperabiliter. *Ibidem.*

Æſtate frigidum, hieme formidum. *Feſtus.*

Quod iter longius arduviuſque erat a curis. *Priſcianus* lib. III.

XXXVII. Speca appoſita, qua aqua de via abiret. *Idem* lib. XV.

Quam molliſſimum eſt adoriuntur. *Servius Æneid.* IV.

Sub tela volantia. *Servius* XII.

Fenoribus coopertus eſt. *Gellius* lib. II. cap. 17.

Conſitoſus Victorioſus.

Mortualia gloſſaria. *Idem* lib. IV.

Et in Italia atras capras lace album habere. *Cariſius.* II.

Malum deligatum paraſtatæ junctæ (al. diſligatum) *Iſidor.* XIX. 2.

In Italia Inſubrei terna atque quaterna millia Gallia ſuccidia habere; ſus uſque adeo pinguetudine creſcere ſolet, ut ſe ipſa ſtans ſuſtinere non poſſit, neque progredi uſquam. Itaque eas ſi quis quo trajicere velit, in ploſtrum imponit. *Varro* lib. II. *de re Ruſt.*

Culignam in fœno Græco ponito, ut bene oleat. *Feſtus.*

Ungulatos ungues. *Idem.*

Cloacale flumen. Veterina beſtia. *Idem.*

Aliorſum. Illorſum. Audacias. Ferocit. Fivere. Fruniſcor. Frunitum. Futare. Latitaverunt. Meritavere. Mihipte. Moſculis. Recipiem. Verberitate. Uls. Vopte. His jugeris. Raro. Secundo. Ungulatus. Pecuum. Circum circa. *Idem.*

Dicem, Faciem. *Serg. in artem Donati Quint.* l. I. c. 12.

XXXVIII. Felices arbores, *Cato dicit,* quæ fructum ferunt; infelices quæ non ferunt. *Idem.*

Ideo propinquos feminis oſculum dare, ut ſcirent an temetum olerent. *Plin.* XIV. *& Plutarch.*

Ad plebem annonam importunius flagitantem hoc uſus eſt exordio. Χαλεπὸν, μὲν ἐστιν ὦ πολῖται, πρὸς γαστέρα λέγειν, ὦτα οὐκ ἔχουσαν. *Plutarch.* in *Cat.* 340. b. *Plinius* lib. XIV. cap. 13.

Et in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui *Servius* in lib. I. *Æneid.*

Depoſita veſte purpurea, feminas uſas cærulea cum lugerent. *Idem.* III.

De tribus partibus politiæ, Populi, Optimatium, Regiæ poteſtatis, ordinatam fuiſſe Carthaginem. *Idem.* IV.

Albonem montem, Albanum dictum. *Idem.* XII.

Tribus univerſas jam regnante Tullio triginta fuiſſe. *Dionyſius* lib. IV.

Larentiam meretricem quæſtu locupletatam poſt exceſſum ſuum populo Romano agros Turacem, Semurium, Litirum & Salonium

reliquiſſe

reliquiſſe: & ideo ſepulcri magnificentia & annuæ parentationis honore dignatam. *Macrob.* lib. I. cap. 10.

Si quis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eumque indiligenter curabat, vineamque haberet derelictui, non id ſine pœna fuit. Si equum haberet gracilentum *impolitiæ* notabatur. *Gel.* lib. IV. cap. 12.

Moris erat, ut qui magiſtratum petebant, hoc abſque togis in induſio facerent. *Plutarch.* Quæſt. *Roman*: XILX.

XXXIX. Αὐτὸς ὁ Κάτων καὶ τὸν πατέρα Μάρκον, ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ στρατιωτικὸν ἐπαινεῖ, καὶ Κάτωνα τὸν πρόπαππον ἀριστείων πολλάκις τυχεῖν φησιν, καὶ πέντε πολεμιστὰς ἵππους ἐν μάχαις ἀποβαλόντα, τὴν τιμὴν ἀπολαβεῖν ἐκ τοῦ δήμου δι' ἀνδραγαθίαν. Plutarch. in Catone 336.

Φησὶ γὰρ αὐτὸς, ἑπτακαίδεκα γεγονὼς ἔτη τὴν πρώτην στρατεύσασθαι στρατείαν, περὶ ὃν Ἀννίβας χρόνον εὐτυχῶν ἐπέφλεγε τὴν Ἰταλίαν. Idem ibid.

Ἐσθῆτα μὲν γὰρ οὐδέποτε φησὶ φορέσαι πολυτελεστέραν ἑκατὸν δραχμῶν. πιεῖν δὲ καὶ στρατηγῶν καὶ ὑπατεύων τὸν αὐτὸν οἶνον τοῖς ἐργάταις. ὄψον δὲ παρασκευάζεσθαι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐξ ἀγορᾶς ἀσσαρίων τριάκοντα· καὶ τοῦτο διὰ τὴν πόλιν, ὅπως ἰσχύοι τὸ σῶμα πρὸς τὰς στρατείας. ἐπίβλημα δὲ τῶν ποικίλων Βαβυλώνιον ἐκ κληρονομίας κτησάμενος, εὐθὺς ἀποδόσθαι. Τῶν δ' ἐπαύλεων αὐτοῦ μηδεμίαν εἶναι κεκονιαμένην· οὐδένα δὲ πώποτε πρίασθαι δοῦλον ὑπὲρ τὰς χιλίας δραχμὰς καὶ πεντακοσίας, ὡς ἂν οὐ τρυφερῶν οὐδ' ὡραίων, ἀλλ' ἐργατικῶν καὶ στερεῶν, οἷον ἱπποκόμων καὶ βοηλατῶν δεόμενος. Καὶ τούτους πρεσβυτέρους γενομένους ᾤετο δεῖν ἀποδίδοσθαι, καὶ μὴ βόσκειν ἀχρήστους. ὅλως δὲ μηδὲν εὔωνον εἶναι τῶν περιττῶν, ἀλλ' οὗ τις οὐ δεῖται, κἂν ἀσσαρίου πιπράσκηται, πολλοῦ νομίζειν. κτᾶσθαι δὲ τὰ σπειρόμενα καὶ νεμόμενα, μᾶλλον ἢ τὰ ῥαινόμενα καὶ σαιρόμενα. Idem. 338.

Προσειπεῖν δὲ τὸν υἱὸν ἐπὶ ταῦτα, φησὶν, οὐκ ἀνδρὸς, ἀλλὰ χήρας γυναικὸς εἶναι, τὸ μειῶσαί τι τῶν ὑπαρχόντων. Idem. 349.

Ὥσπερ νεανιευόμενος ἐπὶ τούτοις, καὶ τὸν ἵππον ᾧ πρὸς τὰς στρατείας ὑπατεύων ἐχρῆτο, φησὶν ἐν Ἰβηρίᾳ καταλιπεῖν, ἵνα μὴ τῇ πόλει τὸ ναῦλον αὐτοῦ λογίσηται. Idem 339.

XL. Αὐτὸς δέ φησιν πλείονας εἰληφέναι πόλεις, ὧν διήγαγεν ἡμερῶν ἐν Ἰβηρίᾳ. Plutarch. in Cat. 342. a. confer Appian. & Polyb. de B. Hiſp. 466. Plutarch. Idem aliis verbis apud eundem in Apophthegm. 199.

Εἰς δ' αὐτὸν ἐκ τῶν ἁλισκομένων οὐδὲν ἐλθεῖν λέγει, πλὴν ὅσα πέπωκεν ἢ βέβρωκε. Καὶ οὐκ αἰτιῶμαι (φησὶ) τοὺς ὠφελεῖσθαι ζητοῦντας ἐκ τούτων, ἀλλὰ βούλομαι μᾶλλον περὶ ἀρετῆς τοῖς ἀρίστοις, ἢ περὶ χρημάτων τοῖς πλουσιωτάτοις ἁμιλλᾶσθαι, καὶ τοῖς φιλαργυρωτάτοις περὶ φιλαργυρίας.

Πλεῖστον δὲ ταῖς πράξεσι ταύταις ὄγκον περιτέθεικε καὶ φησὶ τοὺς ἰδόντας αὐτὸν τότε διώκοντα καὶ παίοντα τοὺς πολεμίους, παραστῆναι, μηδὲν ὀφείλειν Κάτωνα τῷ δήμῳ τοσοῦτον ὅσον Κάτωνι τὸν δῆμον, αὐτόν τε Μάνιον τὸν ὕπατον, θερμὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔτι θερμῷ περιπλακέντα, πολὺν χρόνον ἀσπάζεσθαι καὶ βοᾶν ὑπὸ χαρᾶς, ὡς οὔτ' ἂν αὐτὸς, οὔθ' ὁ σύμπας δῆμος ἐξισώσειε τὰς ἀμοιβὰς ταῖς Κάτωνος εὐεργεσίαις. Plutarch. 344.

Ἐκτᾶτο λίμνας, ὕδατα θερμὰ, τόπους κναφεῦσιν ἀνειμένους, ἐργατησίαν χώραν ἔχουσαν αὐτοφυεῖς νομὰς καὶ ὕλας. ἀφ' ὧν αὐτῷ χρήματα προσῄει πολλὰ, μηδ' ὑπὸ τοῦ Διὸς, (ὥς φησιν αὐτὸς,) βλαβῆναι δυναμένων. Idem. 349.

Ὅς γε καὶ Σωκράτη φησὶ λάλον καὶ βίαιον γενόμενον ἐπιχειρεῖν ᾧ τρόπῳ δυνατὸν ἦν, τυραννεῖν τῆς πατρίδος, καταλύοντα τὰ ἔθη, καὶ πρὸς ἐναντίας τοῖς νόμοις δόξας ἕλκοντα καὶ μεθιστάντα τοὺς πολίτας. τὴν δ' Ἰσοκράτους διατριβὴν ἐπισκώπτων, γηρᾶν φησὶ παρ' αὐτῷ τοὺς μαθητὰς, ὡς ἐν ᾅδου χρησομένους ταῖς τέχναις, καὶ δίκας ἐροῦντας. Idem p. 350.

Ὁ δὲ πρεσβύτερος υἱὸς ἐτελεύτησε στρατηγῶν. καὶ μέμνηται μὲν αὐτοῦ πολλάκις ἐν τοῖς βιβλίοις ὁ Κάτων, ὡς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γεγονότος. Plutarch. in Cat. 351.

Digitized by Google

M. PORCII CATONIS DE RE MILITARI LIBER.

XLI. Scio ego quæ ſcripta ſunt ſi palam proferantur, multos fore [1] quivitilitigent: ſed ii potiſſimum qui veræ laudis expertes ſunt: eorum ego orationes ſino præterfluere. *Plinius in Præfatione.*

Quam gladiator diſciplinoſus. *Nonius diſciplin.*

Quom magiſtratus nihil audet imperare, ne quid conſul auſpicii peremat. *Feſtus peremere.*

Ut populus ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus væneat. *Gellius.* lib. VII. cap. 4.

Inde partem equitatus atque ferentarios prædatum miſit. *Nonius Ferentarii.*

Procubitores dicuntur fere veſites qui noctu cuſtodiæ cauſa ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt. *Feſtus Procubitores.*

Ferentarios eos eſſe qui tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant. *Idem Velites.*

Sive forte opus ſit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut ſerra, uti adoriare. *Idem ſerra præliari dicitur.*

Tertia e caſtris eductio celeris properaque eſt. *Feſtus Properam pro celeri, ac ſtrenua.*

[2] Una depugnatio eſt fronte longo, quadrato exercitu. *Nonius Frons maſcul.*

Primo pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus duces. [3] *Jun. Philarg. in 4. Georg.*

Satis celeris ſis in tempore *Priſc.* VII.

Acceſſos miniſtratores Cato eſſe ſcribit. *Varro de L. lat.* IV.

[4] In furto comprehenſis inter commilitones dextras eſſe præciſas, aut ſi lentius animadvertere voluiſſent, (a) in principiis ſanguinem miſſum. *Frontinus.* I, 4. *Strategem.*

(a) *In principiis ſanguinem*] Alii, *in principes ſanguinem*, id eſt in principales milites.

1 *Quivitilitigent.*] Vitilitigo, vitupero. Unde vitilitigator, ex vitio & litigator, ut vitio pater, qui e compreſſu alienæ mulieris: non uxoris. Ovidius.

Ut vitio factus ſit pater, ille meo.

Martialis, *Huic ſemper vitio pater fuiſti.*

2 *Una depugnatio eſt*] Hæc verba tranſcripſit Vegetius in lib. III. de re militari, ubi VII, genera depugnationum explicat.

3 *Antibus duces*] Antes vocat extremos ordines exercitus, inter quos ſtant duces, ſicut in vinea ſunt Antes φχοὶ ἀμπέλων apud Virgilium. Vegetius: Ibidem, *Dux qui præcipuam ſuſtinet poteſtatem inter equites & pedites in parte dextra ſtare conſuevit. Hic enim locus eſt, in quo tota acies gubernatur; ex quo rectus eſt liberque procurſus. Ideo autem inter utroſque conſiſtit, ut & conſilio regere, & autoritate tam equites quam pedites ad pugnam poſſit hortari.*

4 *In furto comprehenſis*] Pœna ignominiæ militaris gravior erat Dextræ præciſio, in contubernio inter commilitones: lenior, ſanguinis miſſio in principiis coram concilio. Principia enim erant pars caſtrorum, ubi jus reddebatur, aquilæ & ſigna adſervabantur. Utriuſque pœnæ præter Catonem, veteres autores meminerunt: Ilius Livius lib. XXXV. Valerius lib. II. cap. VII. Ammianus lib. XXIX. hujus Gellius lib. X & alii.

Digitized by Google

M. PORCII CATONIS DE LIBERIS EDUCANDIS, LIBER.

XLII. Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis ac tuba, ſine hoſtiis, ut Deli ad Apollinis Genetivi aram. *Macrob.* lib III. cap. 5.

M. PORCII [1] CARMEN DE MORIBUS.

Avaritiam omnia vitia habere putabant: ſumtuoſus, cupidus, eligans, vitio irritus qui habebatur, is laudabatur. *Gell.* lib. XI. cap. 2.

Veſtiri in foro honeſte mos erat, domi quod ſatis erat. Equos carius quam coquos emebant, Poeticæ artis honos non erat. Si qui in ea re ſtudebat, aut ſeſe ad convivia applicabat, is [2] Graſſator vocabatur *Ibidem.*

Nam vita humana prope uti ferrum eſt. ſi exerceas conteritur; ſi non exerceas, tamen rubigo interficit. Item homines exercendo videmus conteri: ſi nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio *Ibidem.*

M. PORCII CATONIS [3] PRÆCEPTA AD FILIUM.

XLIII. Dicam de iſtis Græcis ſuo loco Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam, & quod bonum ſit eorum literas inſpicere, non perdiſcere. Vincam nequiſſimum & indocile genus illorum; & hoc puta vatem dixiſſe, quandocunque iſta gens ſuas literas dabit, omnia corrumpet: tum etiam magis, ſi medicos ſuos huc mittet. Jurarunt inter ſe Barbaros necare omnes medicina: ſed hoc ipſum mercede faciunt, ut fides iis ſit, & facile diſperdant. Nos quoque pictitant Barbaros, & ſpurios, noſque magis quam alios [4] Opicos appellatione fœdant. Interdixi tibi de Medicis. *Plinius* lib. XXII. cap. 1.

1 CARMEN DE MORIBUS] Hic liber non fuit ſcriptus verſibus, ſed habuit certa quædam capita, brevibus verbis deſcripta, ut diſci & recitari poſſent. Ex eo titulus *Carmen.* ſicut apud Ciceronem II. De Legibus liber XII. Tabul. appellatur *carmen neceſſarium* Et pro Muræna formulæ Juriſconſultorum, Carmina, apud Livium *horrendi carminis lex*, Appii Cæci ſententiæ, *Carmina*, in epiſt. De republica ordinanda, ubi plura dixi in Scholiis Salluſtianis. Porro hujus libri titulus fortaſſis occaſionem dedit, ut Catoni inſcriberentur Diſticha de moribus; quæ ſunt Dionyſii Catonis.

2 *Graſſator vocabatur.*] Graſſari antiqui ponebant pro adulari, teſte Feſto: qua notione dixit Horatius lib. II. Sat. V. *Obſequio graſſare*, & Livius lib. XLV. *qui aſſentando multitudini graſſantur.* Hinc Graſſator dicebatur, qui divites & potentiores quovis officii genere, non aperte, ſed quaſi ex inſidiis captabat, ut poetæ, paraſiti, & alii ſectatores epularum, quos Phocylides vocat *τραπεζοκόρας*, menſarum tonſores.

3 *Præcepta ad filium*] Præcepta erant diverſi generis. De cura valetudinis. De agricultura. De re militari. De arte dicendi; de qua Catonem primum, aliquid præcepiſſe teſtatur Quintil. lib. 1.

4 *Opicos appellatione fœdant.*] Idem eſt in excerptis. Opici, ii qui & Oſci, fuere populi Italiæ, fœdi & infames frequentiſſimo uſu libidinum ſpurcarum, teſte Feſto, Auſonius *Opicus Magiſter.*

Digitized by Google

Subjicit qua medicina uſus & ſe, & conjugem uſque ad longam ſenectam perduxerit: profiteturque eſſe etiam Commentarium ſibi, quo medeatur filio, ſervis, familiaribus. *Ibidem.*

Rheticam uvam Cato præcipue laudat in libris ad filium *Servius Georg.* II.

[1] Lepus multum ſomni adfert, qui illum edit. *Diomed.* lib. I.

Ex dolore, ex febri, ex ſiti, ex medicamentis bibendis, ex cataplaſmatis, ex alvo lavando. *Priſcianus* VII.

Senilem juventam præmaturæ mortis eſſe ſignum. *Plin.* ib. lib. VII. cap. II.

Ille Imperator; tu illi ac cæteris mediaſtinus. *Nonius.*

Orator eſt, Marce fili, vir bonus, dicendi peritus. *Seneca.* lib. I. *Declamat.*

[2] Vir bonus eſt, Marce fili, colendi peritus: cujus ferramenta ſplendent. *Servius. Georg.* I.

M. PORCII CATONIS [3] COMMENTARII JURIS CIVILIS.

XLIV. Mundo nomen impoſitum eſt ab eo mundo, qui ſupra nos eſt. Forma enim ejus eſt, ut ex iis qui intravere cognoſci potuit, adſimilis illi. *Feſtus.*

1 *Lepus multum*] Hunc locum reſpicit Plinius lib. XXVIII. cap. XIX. *Somnos fieri lepore ſumto in cibis Cato arbitratur.* Ex qua perſuaſione quidem conciliando ſomno leporinas aures pulvino ſupponunt, alii leporis pedes nocturno pileolo applicant?

2 *Vir bonus*] Citat ex *Orat.* Catonis ad filium. Sed alibi ex *Libro.*

3 *Commentarii*] De Catonis vita vide Plutarchum, Nepotem, A. Victorem. Elogia ejus varia extant apud Plin. 7. 27. V. Maximum. 8. 7. aliosque. Florere cæpit B. Punico II. in quo ſub ductu & auſpiciis Fabii illius Maximi ſtipendia meruit, vitam produxit uſque ad B. *Punicum* III. Scripſit Origines ante Conſulatum, quem geſſit cum Val. Flacco anno U. C. ICLIX. ut ex verbis Oppii apud Livium lib. 34. colligitur. Corn. Nepos hoſce libros, *Hiſtorias* vocat, ideoque fruſtra eſt Colerus in notis ad I. Hiſt. Salluſtii, qui Orationem ejus de Bello Carthaginienſi diverſum ab Originibus opus exiſtimat qam Epitomator Livii *annalibus ejus incluſam* fuiſſe diſerte memorat. Unde apparet tam Nonium quam Chariſium (quum ad eandem hiſtoriam provocant) Origines Catonis deſignaſſe. Quæſtor fuit Scipioni Africano annos natus XXIIX. U. C. DXLVIII. quadriennio poſt Ædilis plebis cum Cajo Ælio qui male in Nepotis fragmento C. Helvius appellatur. Sardiniam provinciam Prætor obtinuit U. C. DLV. Conſul cum Flacco Matronis cultum Oppia lege ademptum reſtitit, extat ejus Oratio hac de re apud Livium lib. 23. U. C. DLIX. De Sardinia triumphavit. DLXII. Legatus Manii Acili Glabrionis de Thermopylarum jugis hoſtes depulit DLXIX. Cenſor, L. Q. *Flaminium viri Conſularis fratrem*, Lentulum, alioſque Senatu movit. DC. Galbam incuſavit. DCIV. Orationem habuit de Carthagine delenda. Nec eſt quod quis auctoritate Plutarchi motus harum fragmenta ſpuria eſſe contendat, Ea enim Catonem minorem reſpiciunt. Vid. p. 770. de ejus ſtylo extat imprimis Ciceronis judicium in Bruto & Oratione pro Plancio & V. Paterculi libro I. cap. XVII. quibus adde Plutarchum 337. & 338. Appianum pag. 464. & Suidam in v. Κάτων cujus verba de Scipione (ut id obiter moneam) ex Plutarcho deſumta ſunt. Agellius denique lib. X. cap. III. quædam loca ex ejus Orationibus cum Graccho & Cicerone committit. Librum ejus de re militari extitiſſe ſua ætate putabat Johan. Sariſberienſis lib. VI. cap. XIX. deceptus ut videtur Vegetii verbis qui eundem tranſcripſit. Excerpta ex ejus Originibus ab Annio inter genuina fragmenta locum habere non conceſſi, quamvis ab Auſonio Popma hic immerentibus honos habitus ſit. Quem poto adeat, qui bonas horas male collocare ſtudet. J. W.

M. Por-

M. PORCII CATONIS EPISTOLA.

Cato [1] ad Popillium (*Sariſberienſis Pompilium. Forte P. Æmilium*) ſcripſit, ut ſi eum patiatur in exercitu remanere, ſecundo eum obliget militiæ ſacramento: quia priore amiſſo, jure cum hoſtibus pugnare non poterat. *Cicero Offic.* I.

AD.... MANSUES AD.... FESTUS IN V.

AD. M. FILIUM.

Scribit ſe audiſſe eum miſſum factum eſſe a Conſule, cum in Macedonia bello Perſico miles eſſet. Monet igitur ut caveat ne prœlium ineat. Negat enim jus eſſe, qui miles non ſit, cum hoſte [2] pugnare. *Ibidem.*

Καὶ Κάτωνος αὐτοῦ φέρεταί τις ἐπιστολὴ πρὸς τὸν υἱὸν, ὑπερφυῶς ἐπαινοῦντος τὴν περὶ τὸ ξίφος φιλοτιμίαν αὐτοῦ καὶ [3] σπουδήν. Plutarch. in Catone.

INCERTA EX QUA EPISTOLA.

Quia ſæpe utiles videntur prædonculi. *Feſtus.*
Manſues ad. *Idem.*

M. PORCII CATONIS. 4 ORATIONES 5 DIERUM DICTARUM CONSULATU SUO.

XLV. Atque quanquam multa nova miracula fecere inimici mei: tamen nequeo deſinere mirari eorum audaciam, atque confidentiam *Cariſ.* lib. II.

1 *Ad M. Popillium.*] M. Popillius Lænas Cos. Liguriam ſortitus provinciam ibi res bene geſſit, ait Livius. In ejus exercitu Catonis filius tiro militabat. Quadriennio poſt Paullo Æmilio Imperatore in Macedonia bello Perſico miles fuit; ut refert Cicero lib. 1. Officiorum: etſi ejus verbis explicandis & reſtituendis docti viri valde laborant.

2. *Pugnare*] Locum exſcripſit Sariſber. apud quem non apparent, *Adeo ſumma erat obſervatio in B. movendo J. W.*

3 *Σπουδὴν*] Hanc rem varie narrant Hiſtorici. Plutarchus dicit eum non prius irruptionem in hoſtes tentaſſe, quam convocaſſet commilitones, Juſtinus equo delapſum narrat lib 32, 2. quo in loco, pro, *citius corpore collecto*, Vincentius Bellovacenſis legit, *citus*, & paulo poſt, *ad illum unum opprimendum*, inferius adhuc, *cæteri mirati & imitati*, Dein paucis interjectis, *Samothraciam fertur*, poſtremo, *ad Conſules reduxit.* Idem gladium manu excuſſum dicit cui favet Plutarchus, Valerius autem Maximus III, 2, 16. & Frontinus 4. 5. e vagina elapſum. Verba Valerii ſunt, *Qui cum ab hoſte in acie vehementi periculo peteretur*; ſed MS. Bib. Pub. Cantab. legit, *vehementer parvulo peteretur*, ſequitur tamen, *periculo oppreſſus* unde nihil temere de hac lectione ſtatuendum. Alii equo etiam delapſum memorant. *J. W.*

4 *Orationes*] M. Cato orationes ſcripſit adoleſcens, cum in foro & cauſſis agendis verſaretur, autore Cornelio Nepote. Itaque quod apud Ciceronem in libro de ſenectute ita loquitur, anno antequam mortuus eſt, *Cauſarum illuſtrium quaſcunque defendi, nunc quam maxime conficio Orationes*: hoc ad eas orationes pertinet, quas in libris Originum inſeruit, ſane multas & luculentas, ut pro Rhodienſibus, In Serg. Galbam. Fuerunt autem orationes Catonis in univerſum CL. in quibus & pro ſe multa, & pro aliis, & in alios. Nam vetus ille Cato laceſſiſſe, appellari. Quod ipſe conſcius non erat ſibi, inquit Lucillius lib. XIV. Satyræ, quod eſt teſtimonium plenæ & veræ laudis.

5 *Dierum Dict.*] Non uno titulo citatur hæc Oratio. Nam Feſtus v. *mediocriculus*, *In Conſ.*

Videto

Digitized by Google

Videto te quanto ſecus ego fecerim. *Ibidem.*

Secus ætatem agerem, quam illi egiſſent. *Ibidem.*

Ei rei dant operam, ut mihi falſo maledicatur. *Ibidem.*

1 Ego mihi monumenta hæc ſempiterno poſui, quæ cepi. *Ibidem.*

Egoque jampridem cognovi, atque intellexi, atque arbitor, rempublicam curare induſtrie: ſummum periculum eſſe. *Ibidem.*

Omnia ab integro paranda erant. *Servius* Ecloga IV. *Cariſ.* II.

Laudant me maxumis laudibus, tantum navium exercitum, tantum commeatum non opinatum eſſe quemquam hominem maturrume comparare potuiſſe.

Tam maturrume comparaviſſe. *Ibidem.*

Deinde poſtquam Maſſiliam præterimus, inde omnem claſſem ventus auſter lenis fert: mare 2 velis florere videres ultra 3 angulum Gallicum. Ad illum enim atque 4 Ruſcinonem deferimur. Inde noctu aura profecti ſumus.

Mihi atque claſſi obviam fiunt. *Ibidem.*

Ita hos fert ventus ad priorem Pyrenæum quos projicit in altum. *Gell.* lib. IV. cap. 17.

XLVI. (5 Eas res non poſſe ſuſtineri, niſi eo præſidia magna frumentumque mittatur. Nam ita dicunt palam neceſſe eſſe obturata. *Cariſius* lib. II.

Omnia tumultu plena, ſimul hoſtium copiæ magnæ contra me ſedebant, uſquequaque laceſſebamur. *Ibidem.*

Interea ad ſocios noſtros ſedulo diſpertieram, alio frumentum, alio legatos, alio literas, alio præſidium uſquequaque. *Ibidem.*

ſulatu, & in *recto*, *In diſſertatione Conſulatus.* Cui Chariſius pag. 179. *& alibi frequenter addit, dierum dictarum de C. S.* licet alibi bis omittat. p. 195. & 196. *J. W.*

1 *Ego mihi monumenta*] Extat hodieque in Hiſpania a Catone poſiti monumenti Inſcriptio, ſane digna immortalitate:

PALLADI VICTRICI SACRUM.

HIC HOSTIUM RELIQUIAS PROFLIGAVIT CATO UBI SACELLUM MILO ARTIFICIO CONDITUM ET AEREAM PALLADIS EFFIGIEM RELLIQUT.

PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES SENATUS VEL POPULI ROMANI IMPERIUM DEORUM NUMINE ET MILITUM FORTITUDINE ET TUERI ET REGI.

2 *Mare velis florere*] Verbum Floreo veteres ad varias res transtuliſſe annotavit Servius. Hinc Cato *mare velis florere videres*, Lucret. *florebat mucronibus Pontus*; &, *urbes pueris florere videmus.* Virgil.

—*florentes ære catervas.*

3 *Angulum Gallicum*] Livius vocat *Sinum Gallicum*, ut Strabo Γαλατικὸν κόλπον: quem illum duplicem facit: unum majorem, quem excipit mare Italicum, claudens meridionale latus Galliæ, in quo ſitæ ſunt Maſſilia & Narbo urbes, alterum minorem illi oppoſitum, Britanniam verſus & ſeptentrionem.

4 *Ruſcinonem deferimur*] Ita legitur apud Cariſium ex noviſſima editione Putſchii. Ruſcinonem fluvium & urbem cognominem memorat Strabo lib. IV. Ptolomæus Reſcinonem fluvium vocat, urbem Ruſyonem, utramque corrupte Polybius per y ſcribit Ῥυσκινών.

5 *Eas res non poſſe*] Forte loquitur de legatione Ilergetum, qui ad Catonem Coſ. miſerunt

Poſtquam

[1] Poſtquam auſpicavi, atque exercitum adduxi pone vorſus caſtra hoſtium Villa eſt patrui hic age eſt ubi ſtas. Pone verſum illac mare eſt. *Ibidem.*

Noſtros pone vorſus, hoſtes eſſe ab dextra parte. *Ibidem.*

Jam apud vallum noſtri [2] ſatis agebant. *Ibidem.*

Id ego primo minus animadvorti, veniunt, iterum atque (etiam) tertium tumultuoſius. *Ibidem*

Eam ego viam pedetentim tentabam. *Ibidem.*

Ridibundum magiſtratum gerere. pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci. *Feſtus.*

Me ſollicitum atque exercitum habitum eſſe, atque porro fore. pro, longius. *Cariſius* lib. II.

Itaque porro in [3] Turtam proficiſcor, ſervatum illos. *Ibidem.*

Inde pergo porro ire in Turtam. *Ibidem.*

[4] Item uti a Thermopylis atque ex Aſia, maxumos tumultus maturiſſime diſieci, atque conſedavi. *Ibidem.*

Recto fronte cæteros ſequi ſi norit, *Feſtus.*

Qui maxumis vocibus, ac viciſſim. *Cariſius* lib. II.

Si cuperent hoſtes fieri, temere fieri non poſſent. *Ibidem.*

Cenſores qui poſthac fient, formidoloſius, atque ſegnius, atque timidius pro republica nitentur. *Ibidem.*

QUOM IN HISPANIAM PROFICISCERETUR.

XLVII. [5] NAVITÆ.... vinum atque oleum u.... *Feſtus.*

[6] Tres ſervos ſolos ex urbe duxiſſe. Quoniam ad [7] villam publicam venerat, parum viſum qui uteretur, juſſiſſe duos pueros in

querentes caſtella ſua ab Hiſpanis oppugnari, nec ſpem ullam eſſe reſiſtendi niſi præſidio Romanus miles eſſet, Livius.

1 *Poſtquam auſpicavi*] Idem refert Livius his verbis: *Nocte media cum auſpicio operam dediſſet profectus, ut locum quem vellet priuſquam hoſtes ſentirent, caperet, præter caſtra hoſtium circumdavit, & prima luce acie inſtructa ſub ipſum vallum tres cohortes mittit.*

2 *Satis*] Hoc eſt *intente* inquit Chariſ.

3 *Itaque porro in Turtam*] Turditania Hiſpaniæ regio, quæ & Bætica vocatur, Catoni hic dicitur Turta: ſicut incolæ ejus ab Artemidoro nominantur *Τούρδοι καὶ Τουρδητανοί*, ut autor eſt *Stephanus*. Vidend. Ptolomæus, Strabo; & de bello in Turditania geſto, cujus hic mentio, Livius lib. XLIII.

4 *Item uti a* Thermopylis] Hæc geſſit quadriennio poſt Ædilitatem, M. Attilio Coſ. Trib. militum, in bella contra regem Antiochum, ut Plutarchus fuſius narrat. Meminit & Cicero de ſenectute.

5 *Navita .... vinum*]. Locus mutilus apud Feſtum ita forte reſtituendus. *Navitæ quod habebant vinum atque oleum, uſus tantum eo ſum.* Ad quem locum reſpexit Plinius lib. XIV. cap. XIII. cum inquit: *Cato cum in Hiſpaniam navigaret, unde cum triumpho rediit. Non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges.*

6 *Tres ſervos ſolos*] Plutarchus in Catone: *ἦσαν γὰρ πέντε θεράποντες ἐπὶ στρατείας σὺν αὐτῷ. τούτων εἷς ὄνομα Πάκκος, ἠγόρασε τῶν αἰχμαλώτων τρία παιδάρια, &c.* p. 342.

7 *Ad villam publicam*] Villa publica extra urbem erat hoſpitio magiſtratibus cum imperio in provincias exeuntibus, ut hic locus indicat, & Legatis, exterarum gentium, vetitis urbem ingredi. Livius lib. XXXIX. de legatis Carthaginiens. *Quibus vetitis urbem ingredi, hoſpitium in villa publica, Senatus ad ædem Bellonæ datus eſt.* & lib. XLIII. *Macedones deducti extra urbem in villam publicam, ibique iis locus, & lautia præbita.* Erat etiam intra urbem in campo Martio, in quam magiſtratus qui comitiis

foro

ſoro [1] de menſa emi, eos [2] quinque in Hiſpaniam duxiſſe. *Apuleius in Apologia.*

PRO SE CONTRA C. [3] CASSIUM.

Atque evenit ita Quirites, uti in hac contumelia, quæ mihi per hujuſce petulantiam [4] factum itur, rei quoque publicæ medius fidius miſerear Quirites. *Gellius* lib x. cap. 15.

PRO L. [5] TURIO CONTRA CN. GELLIUM.

Propter tenuitatem & plevitatem. *Nonius.*

Atque ego a majoribus memoria ſic accepi, ſiqui quid alter ab altero peteret, ſi ambo pares eſſent, ſive boni ſive mali eſſent, quod [6] duo res geſſiſſent uti teſtes non intereſſent, [7] illi unde petitur ei potius credendum eſſe. Nunc ſi ſponſionem feciſſet Gellius cum Turio, Ni vir melior eſſet Gellius quam Turius, nemo opinor tam inſanus eſſet, qui judicaret meliorem eſſe Gellium, quam Turium. Si melior eſt Gellius Turio, potius oportet credi unde petitur. *Gellius* lib. XIV. cap. 9.

præerant, ſecedebant. Varro lib. III. De re ruſtica. *Villæ publica utamur umbra.*

1 *De menſa emi*] Erant in foro menſæ publicæ argentariorum, a quibus non modo pecuniæ numeratio, ſed etiam rerum privatarum venditio fiebat Apuleius l. 8. Metamorph. *Collatitia ſtipe de menſa paratus.*

2 *Quinque*] Sic Plutarch. in ejus vita. 342.

3 *Pro ſe contra C. Caſſ.*] Hanc orationem an intelligunt Livius & Plutarchus, cum tradunt Catonem LXXXVI. vitæ anno cauſſam dixiſſe, ipſum pro ſe oraviſſe ſcripſiſſeque? Sane C. Caſſius Longinus circa id tempus in rep. fuit, idem Conſul, idem Cenſor.

4 *Factum itur*] Contumeliam facere in oratione Antonii reprehendit Cicero, negatque Latine dici. Utitur tamen Cato hic; & Metellus Numidicus oratione De triumpho ſuo. *Majorem injuriam atque contumeliam facit.* Quin & Plautus Aſinaria, & Terent. Phormion.

5 *Pro L. Turio*] Vera hujus Orationis Epigraphe, extat apud Gellium, XIV, 2. cujus verba quoniam ad fragmenti elucidationem pertinent adſcribam. *Utare M. Catonis prudentiſſimi viri conſilio: qui in Oratione, quam pro L. Turio contra Cn Gellium dixit, ita eſſe a majoribus memoriæ traditum, obſervatumque ait, ut ſi, quod inter duos actum eſt, neque tabulis neque teſtibus planum fieri poſſit: tum apud judicem, qui de ea re cognoſceret, uter ex iis vir melior eſſet quæreretur; & ſi pares eſſent, ſeu boni pariter ſeu mali tum illi unde petitur, crederetur, ac ſecundum eum judicaretur.* Ubi Salmaſ. pro, *ſi ambo* legit, *ſive ambo* & pro, *uti teſtes, ubi teſtes,* & rationibus expenſis contra Favorinum pronunciat. Hinc etiam emendes Nonium Marcellum in *plevitatem,* qui Catonis Orationem pro Veturio laudat, male, ni fallor, pro, *pro Turio.* Cato enim contra Veturium ſcripſit, ſive ut ipſe Nonius in *dierectè. In Veturium,* in Lucium nempe illum quem omiſſi ſacrificii reum fuiſſe colligimus ex Priſciano, Feſto, aliiſque. Huic conjecturæ fidem facit Gellius 17. 2. quem ſolens & more ſuo tranſcripſit Nonius hoc eſt ſumma incuria, tu vero Lector pro, *imprudentiam* repone *impudentiam.* J. W.

6 *Quod duo res geſſiſſent*] Rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet, ut ait Ulpianus tit. De verborum ſignific. cap. VI. unde Res geſſiſſe pro contraxiſſe Cato hic dixit, & Reus appellatur uterque ex contrahentibus: ſed differentiæ cauſſa qui ſtipulatur reus ſtipulandi, qui ſpondet reus promittendi, qui credit reus credendi, qui ſatis accipit reus ſatis accipiendi, dicitur, titulo De verborum obligatione, & titulo De duobus reis.

7 *Illi unde petitur ei potius*] Veteres Reum debendi, a quo pecunia in judicio tanquam debita petebatur, vocabant, unde petitur. Cicero ad Trebatium libro VII. Epiſtolarum, & de Oratione libro I. *Poſtulabam ut illi unde petitur, vetus atque uſitata exceptio daretur, cujus pecuniæ dies fuiſſet.* Notandum autem hic exemplum geminatarum vocum. *Illi unde petitur ei.* Cui ſimile illud Scævolæ ad SC. Trebellianum, *Quæſitum eſt an Septicio filio defuncto intra viceſimum annum ſine liberis hoc fideicommiſſum utrum pro portionibus hæreditatis ad fratrem & ſororem ejus pertineat.*

PRO

PRO LUCIO ANTONIO.

XLVIII. Beneficii poſtridie juſſiſti adeſſe in diem, ex die non auſi recuſare. pro auſus ſum. *Priſc.* xx. pag. 868.

[1] PRO L. CÆSARE AD POPULUM.

Quod ego me ſpero oſtenturum. *Idem.* lib. x.

PRO L. CÆSETIO.

Audite, ſultis, milites ſi quis veſtrum in bello ſuperfuerit, ſi quis non invenerit pecuniam egebit? *Feſtus.*

[2] IN TIB. SEMPRONIUM LONGUM EXULEM.

[3] Quid ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſet, *Gellius* lib. II. cap. 14.

Si poſſet auctio fieri de artibus tuis, quaſi ſupellectilis ſolet. *Priſcianus* lib. VI. pag. 724.

IN Q. MINUCIUM THERMUM.

XLIX. Erga rempublicam multa beneficia [4] ratiſſuma atque gratiſſuma. *Feſtus.*

Sed a benefactis atque ab optumis artibus fugit quam maxuma fugela, perpetuiſſumo curriculo. *Priſcianus* lib. III.

Poſtquam diutius fitur. *Idem* lib. III.

Mortuus eſt, ſepelitus eſt. *Idem* lib. x.

IN Q. MINUCIUM THERMUM DE QUÆSTIONE IN PTOLOMÆUM MINOREM.

1 *L. Cæſare*] Cave confundas hanc Orationem cum illa quam rogatu Lucii Cæſaris in gratiam trecentorum Nobilium Catonem ſcripſiſſe narrat Plutarchus p. 791. nam illa erat Catonis minoris & iſte Lucius fuit Caji Cæſaris Dictatoris propinquus. *J. W.*

2 *In Tib.*] Illum neſcio an intelligat Proconſulem cujus legatus Cato in Thracia & ad Danubium. fuit teſte Plutarch. in Catone. 342, *cujus* etiam Elogium habes in Vita Marcelli p. 300. titulus ejus concipitur apud Gellium II, 14. in hunc modum. *In Libro vetere Marci Catonis qui inſcribitur, contra Tiberium exſulem.* Priſcianus unus illum integrum conſervavit *lib.* VI. p. 724. ubi MS. A. pro, *artibus tuis* habet, *ſuis.* *J. W.*

3 *Quid ſi vadimonium*] Significat reum fuiſſe criminis capitalis, aut turpis. Nam in periculo, vel re turpi caput operiebant: de hoc teſtis Gellius, apud quem Julianus rhetor amatorios verſus recitaturus, *Permittite mihi quæſo,* inquit, *operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socratem feciſſe ajunt.* De iſto Plautus Moſtellaria.

Capite convoluto ut fugiat cum ſummo metu. Livius lib. III. *In domum ſe propinquam foro, inſciis adverſariis capite obvoluto recepit.* Vadimonium ſtitiſſe dicit Cato, Vadimonio ſiſtere Apuleius lib. IX.

4 *Ratiſſuma atque gratiſſuma*] Multa ſunt in his relliquiis verborum pariter & ſententiarum lumina, digna laude ac notatione. Contende hæc cum illa Ciceronis pro Cluentio: *In hac calamitoſa fama quaſi in aliqua pernicioſiſſima flamma.*

[1] De Ptolomæo [2] rege optumo & beneficentiſſimo. *Idem.* III.

Per deos immortales nolite vos ſequeſtro ponere. *Gell.* lib. XX. *cap.* 10.

Sed ſi omnia dolo fecit, omnia avaritiæ atque pecuniæ cauſa fecit, [3] ejuſmodi ſcelera nefaria, quæ neque inſecendo, neque legendo audivimus, ſupplicium pro factis dare oportet. *Idem.* lib. XIIX. cap. 20.

Quantoque ſuam vitam ſuperiorem, atque ampliorem, atque antiquiorem animum inducent eſſe quam innoxiorem.

IN Q. M. THERMUM DE SUIS VIRTUTIBUS.

L. Ego jam a principio [4] in parſimonia, atque in duritia, atque induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui; agro colundo, ſaxis Sabinis, ſilicibus repaſtinandis, atque conſerundis. *Feſtus.*

Quid mihi fieret, ſi non ego ſtipendia in ordine omnia ordinarius meruiſſem ſemper? *Idem.*

Primanus Tribunus. *Idem.*

M. [5] Fulvio Conſuli Legatus miſſus ſum in Ætoliam, propterea quod ex Ætolia complures venerant Ætolos pacem velle: de ea re Oratores Romam profectos. *Idem.*

Cum eſſem in provincia Legatus, quamplures ad Prætores &

1 *De Ptolomæo minore*] Hic eſt Ptolomæus minor, cognomento Evergetes II. ſive Phyſcon, ſeptimus Ægypti Rex, ſucceſſor Philometoris fratris: de quo Livius in Epitom. L. XLVII. & LII. Juſtin. L. XXXVIII. Strab. ult. Athenæus L. IV. & XII. qui teſtantur fuiſſe tyrannorum omnium crudeliſſimum. Cato hac oratione illum exagitavit, ſimul & Q. Thermum, qui miſſus Quæſitor malitioſe & negligenter quæſtionem exercuit, quaſi Sequeſter inter regem & pop. veniſſet, itaque duplex orationis argumentum, de Ptolomæo minore, de Thermi quæſtione, ex Priſciano lib. VI.

2 *Rege optumo*] Ptolomæo Philometori hoc elogium tribuit: cui Evergetes frater ſucceſſit. Livius lib. LII: *Ptolomæus in caput graviter vulneratur; inter curationem dum oſſa medici terebrare contendunt, exſpiravit: atque ita in locum ejus frater minor Ptolomæus, qui Cyrenis regnabat, ſucceſſit. De ejus morte fortaſſis accipiendum Catonis fragmentum, Mortuus eſt, ſepultus eſt.*

3 *Ejuſmodi ſcelera nefaria.*] Hæc ſcelera Ptolomæi minoris ſive Evergetis refert Juſtinus lib. XXXVIII. *Infeſtus omnibus ſtatim ubi Alexandriam ingreſſus eſt, fautores pueri trucidari juſſit: ipſum quoque die nuptiarum, quibus matrem ejus in matrimonium recipiebat, inter apparatus epularum, & ſolemnia religionum, in complexu matris interficit; atque ita torum ſororis cæde filii ejus cruentus aſcendit. Poſt quod non mitior in populares, qui eum in regnum vocaverant, fuit. [illegible] Accerſitum maximum deinde a Cyrenis filium, & eum Alexandrini contra ſe Regem creatum, interficit. Tunc populus ſtatuas & imagines ejus [illegible] quod factum ſtudio ſororis exiſtimans, filium quem ex ea ſuſceperat, interficit, corpuſque in membra diviſum & in ciſta poſitum, matri die natali ejus inter epulas afferri curat.*

4 *In parſimonia atque in duritia.*] Hoc eſt quod Plutarchus refert Catonem dixiſſe duobus [illegible] tribus duntaxat quæſtus ſe uſum, [illegible] & parſimoniæ. Similiter Duritiam & [illegible] jungit Plautus. Moſtellaria act. I. ſcen. II. [illegible] *ſtabam volupe parſimonia & [illegible]* & Cornelius Nepos Alcib. *Sic duritiæ ſe [illegible] ut parſimonia victus atque cultus omnes [illegible]* [illegible] leſcentiam abſtinui, id eſt remotam [illegible] ſcilicet a luxu & deliciis, ſicut [illegible] Plautus Menæch. pro remotus ſim [illegible] vis ſine qui malint, *abſtineat,* vel [illegible] ſequatur qui volet.

5 *M. Fulvio Conſuli.*] M. Fulvius Nobilior conſul fuit cum Cn. Manlio Vulſone anno [illegible] & poſt biennium a Conſulari triumph[illegible] Ætolis, Ambracibus, & Cephalenia. [illegible] vius lib. XLVIII.

Conſules

Conſules vinum honorarium [1] dabant; nunquam accepi, nec privatus quidem. *Iſidorus* lib. xx. *Orig.*

Aliud eſt Properare, aliud Feſtinare. Qui unum quid mature tranſigit, is properat: qui multa ſimul incipit, neque perficit, is feſtinat. *Gell.* lib. xvi. cap. 14.

IN Q. MINUCIUM THERMUM, DE DECEM HOMINIBUS.

LI. Tuum nefarium facinus pejore facinore operire poſtulas; ſuccidias humanas facis; decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis, indicta cauſſa, injudicatis, indemnatis. *Idem* lib. xiii. cap. 23.

Nervo, carcere, moletrina. *Nonius.*

Rumorem, famam flocci fecit, [2] intercutibus ſtupris obſtinatus, inſignibus flagitiis. *Feſtus.*

Aderant ne male ... ſcelera nefaria fieri ...... ſacramento traderetur, lege æſtimarentur. *Idem.*

IN Q. MINUCIUM THERMUM, [3] DE FALSIS PUGNIS.

Dixit a Decemviris parum ſibi bene cibaria curata eſſe. Juſſit veſtimenta detrahi, atque flagris cædi: Decemviros Brutiani verberavere, videre multi mortales. *Gell.* lib. x. cap. 3.

Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc ſervitutem ferre poteſt? Nemo hoc Rex auſus eſt facere, eane fieri bonis, bono genere natis, boni conſultis? Ubi ſocietas, ubi fides majorum? [4] Inſignitas injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam inſpectantibus popularibus ſuis, atque multis mortalibus, te facere auſum eſſe? Sed quantum luctum, quantumque gemitum, quid lacrumarum, quantumque fletum factum audivi? Servi injurias nimis ægre ferunt; quid illos bono genere natos, magna virtute

1. *Dabant*] MS. Codex, Brit. Acad. Cantab. *dabatur*, omnino. Fr. hoc ex Catonis oratione de Innocentia ſua ab Iſidoro adducitur. *Age, ſi quis hoc ſæculo vir illuſtris pellibus hædinis pro ſtragulis utatur, tribuſque ſervis comitatus Hiſpaniam petat, & quingentorum aſſium ſumtu tranſmarinam provinciam petat, eodem cibo, eodemque vino quo nauta uti contentus ſit, nonne mirabilis exiſtimetur? atqui iſta patientiſſime ſuperior Cato toleravit*: V. Max. iv. ubi MS. pro *mirabilis miſerabilis.* J. W.

2 *Intercutibus ſtupris obſtinatus.*] Priſcianus *flagitatus*: quomodo Apulejus lib. iix. Metamorph. *Juvenem execrandis ordinibus flagitatum.* Feſtus: *Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui ſtuprum paſſi aliquando eſſent.*

3 *De falſis pugnis.*] Hunc titulum habent libri veteres Gellii, quem conſervavi; propterea quod animadverti Catonem in hac oratione præcipue egiſſe, quum de plagis & verberibus inique provincialibus irrogatis a Q. Thermo. Si quis tamen malit, Lipſio auctore, emendare, *De falſis pœnis*, non admodum contra dicam.

4 *Inſignitas injurias plagas.*] Inſignitas injurias dicit quæ ſigna & indicia retinent, inſignire notas, Plaut. Caſina, ut *inſignitos pueros aliquo vitio notatos.* Idem Milite: *inſignitas notas.* Cicero de Divinatione: *In quibus tanquam inſignita nota veritatis appareant.*

prædítos, opinamini animi habuiſſe, atque habituros dum vivent?

[1] IN L. VETURIUM, [2] DE SACRIFICIO COMMISSO.

LII. Qui illius impudentiam norat, & duritudinem. *Nonius in duritudo.*

Quod tu, quod in te fuit, ſacra ſtata, ſolemnia, capite ſancta deſeruiſti. *Feſtus.*

[3] Aquam Anienem in ſacrarium inferre oportebat. Non minus quam quindecim millibus Anien abeſt. *Priſcianus.* lib. VI.

Græco ritu fiebantur Saturnalia. *Idem.* lib. XIX.

[4] Domi cum auſpicamus, honorem me dium immortalium velim habuiſſe. Servi, ancillæ, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit. Si cui ibidem ſervo aut ancillæ dormienti evenit, quod comitia prohibere ſolet, ne is quidem mihi vitium facit. *Feſtus.*

Menſe Octobri fecimus, Novembris reliquos erat. *Priſcianus* lib. VI.

Hoſtem num icit? *Idem.* l. X.

Objicit hanc rem criminoſius. Equiti corpulentiam. *Gellius* lib. VII. cap. XXII.

[5] IN M. COELIUM SI SE TRIB. PLEB. APPELLAVISSET.

LIII. In coloniam mehercules ſcribere nolim, ſi Triumvir ſim, [6] ſpatiatorem, atque feſceninum. *Feſtus.*

Deſcendit de canterio, inde [7] ſtaticulos dare, ridicularia fundere. *Macrob.* lib. II. Saturn.

1 *In L. Veturium.*] Hanc orationem habuit in Cenſura cum L. Veturio equum ademit, quod ille ſacra ſtata, ſolemnia, capite ſancta deſeruiſſet. Fuit autem Cenſor Cato cum L. Valerio Flacco anno ab u. c. DLXIX. Claudio Pulchro L. Porcio Licino Coſſ.

2 *De ſacrificio commiſſo.*] Legendum videtur *omiſſo*, ex fragmentis, in quibus ſacra deſerta arguuntur.

3 *Aquam Anienem.*] Ita Salluſt. lib. II. Hiſtoriarum *dextrum flumen Tyriam*, & lib. IV. *Contendit ad flumen Euphratem.* Cæſar *Oceanum mare*: ne quis mutet *Aquam Anienam*, contra obſervationem Priſciani. Anjem vocatur a Catone, qui ab aliis Anio, & quidem duplex, Vetus & Novus item fœminino genere in veteri inſcriptione: ITEM ANIENEM NOVAM A MIL. LXII.

4 *Domi cum auſpicamus.*] Intelligit genus auſpicii, quod poſt mediam noctem domi captabatur & appellabatur Silentium. Cicero lib. II. De divinatione. *Peritum eſſe neceſſe eſt eum qui Silentium quid ſit intelligat. Id enim Silentium dicimus in auſpiciis quod omni vitio caret.* Feſtus; *Silentio ſurgere dici, ubi quis poſt mediam noctem ſurgit auſpicandi cauſſa ex lectulo ſuo, hoc enim eſt Silentium, omnis vitii in auſpiciis vacuitas.*

5 *In M. Cœlium*] Hunc M. Cœlium Macrobius dicit Senatorem fuiſſe haud ignobilem. Gellius etiam Tribunum pleb. etſi apud illum corrupte legitur. *M. Cato Senatorem non ignobilem Cæcilium ſpatiatorem & feſceninum vocat*: id quod ex Feſto deprehendimus, qui hæc verba adducit ex oratione in M. Cœlium. *In Coloniam mehercules, &c.* Idem Feſtus tamen emendand. in voce Citeria, ubi *Cæcilium* pro *Cœlium* legitur. Titulus integer a Feſto eſt, licet ille alicubi mendoſe exhibeat, repone etiam pro, *Cæcilium*, *Cœlium* apud Priſcianum lib. VI. p. 694. invitis licet tribus MSS. Codicibus. *J. W.*

6 *Spatiatorem atque.*] Spatiari eſt otioſe ambulare. unde Cato Spatiatorem hic vocat, quem in lib. de re ruſtica cap. V. ambulatorem. *Villicus ne ſit ambulator.* Feſtus exponit erratorem. Feſceninum vocat hominem laſcivum & obſcœnum à Feſceninis verſibus notæ laſciviæ.

7 *Staticulos dare.*] Similiter Plautus Perſa qua

Præterea cantat ubi collibuit; interdum græcos verſus agit, jocos dicit, voces demutat, ſtaticulos dat. *Ibidem.*

Quid ego cum illo diſſertem amplius? quem ego denique credo in pompa vectitatum [1] ire ludis pro citeria, atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum. *Feſtus.*

Nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi, tanquam veternoſum bibendi atque dormiundi quod ſi non conveniant, tum convocari jubet. Ita eſt cupidus orationis, ut conducat qui auſcultet. Itaque auditis, non auſcultatis, tanquam pharmacopolam, nam ejus verba audiuntur, verum ei ſe nemo committat, ſi æger eſt. *Gellius* lib. I. cap. XV.

Fruſto panis conduci poteſt (M. Cœlius) vel uti taceat, vel uti loquatur. *Ibidem.*

Et quis illi modi eſſe vult? *Priſcianus* I. VI.

[2] Si em percuſſi, ſæpe incolumis abii. Præterea pro republica, pro [3] ſcapulis, atque ærario multum reipublicæ profuit. *Feſtus pro ſcapulis.* 207.

.... a porta Nævia atque ea. *Idem.*

[4] IN M. FULVIUM NOBILIOREM.

LIV. Nam principio quis vidit corona donari quemquam, quom oppidum captum non eſſet? aut caſtra hoſtium non incenſa eſſent. *Gellius* lib. V. 6.

[5] Retricibus. *Feſtus.*

Cato Fulvio ut crimen objecit quod Conſul in provinciam poetas duxiſſet. *Cicero Tuſc.* I.

IN LENTULUM APUD CENSORES.

Quod majores ſanctius habuere defendi pupillos, quam clientem non fallere advorſus cognatos pro cliente teſtatur: teſtimonium advorſum clientem nemo dicit patrem primum, deinde pa-

sibi ſaltem ſtaticulum dem: id eſt, ſaltationem ſtatariam quandam, non perinde motoriam, ut Turnebus explicat. Ridicularia ſunt jocularia; qualia ante mimos & Atellanas recitabantur vel canebantur a ſcurris mimis & urbicariis.

1 *Iri*] Scalig. & Voſſ. in Etymol.

2 *Si em*] Scalig. *hoſtem* legit.

3 *Pro ſcapulis.*] Dicit ſe pœnas verberum a multorum civium Romanorum corpore amoviſſe: id quod ex orationibus in Q. Thermum apparet. tamen multo ante a P. Valerio Poplicola, deinde a M. Valerio, qui cum Q. Apulejo Coſ. uit, lege Valeria conſultum populo, ut ne quis a magiſtratu necari aut verberibus affici poſſet, ne cui provocatio negaretur. Etiam Lex Porcia lata a M. Porcio Leca, quam Plinius appellat de jure virgarum, Livius pro tergo civium latam; cujus verba ſunt lib. X. *Porcia tamen lex ſola pro tergo civium lata videtur quod gravi pœna ſanxit Si quis verberaſſet necaſſetve civem Rom.*

4 *In M. Fulvium.*] Hac oratione exagitavit Cenſuram M. Fulvii Nobilioris, quam ille geſſit cum M. Æmilio Lepido anno U. C. DLXXVI. auctore Livio lib. L. etſi Valerius & Gellius Æmilii collegam in Cenſura nominant Fulvium Flaccum, manifeſto errore.

5 *Retricibus.*] Retrico veteres dixerunt, ut Intrico, Extrico. inde Retrices aquæ quæ vario & multiplici flexu circumquaque feruntur: quales Cato ait fuiſſe ſupra viam Ardeatinam, qua irrigebantur horti, Feſtus.

tronum

tronum proximum nomen habere. *Gellius* lib. x. cap. 13.

IN C. PISONEM.

Video hac tempeſtate concucurriſſe omnis adverſarios meos. *Priſcian.* lib. x.

[1] IN L. FURIUM DE MULTA.

De aqua Prætorem ſecundum populum vindicias dicunt. *Feſtus.*

O quanti ille agros emit, qua aquam duceret, *Cariſius* lib. II.

Domi meæ ſæpe fuit. *Ibidem.*

De aqua, quod attinet [2] ad ſalinatores ærarios, [3] cui cura vectigalium reſignat. *Servius Æneid.* IV. *Cariſius* lib. I.

Prorſus quodcunque videbat tegiſſe, neque quenquam obſervaviſſe. Cariſ. lib. I.

Neceſſario faciundum fuit. *Ibidem.*

Die proximi. *Gellius.*

IN L. FURIUM PRO LUSITANIS.

L V. Cato accuſavit Ser. Galbam pro direptis Luſitanis, & L. Furium pro iiſdem, pro iniquiſſima æſtimatione frumenti. *Aſconius in Divinatione. Et Nepos in vita Catonis.*

IN OPPIUM.

Vinum redemiſti, prædia pro vini quadrantalibus ſexaginta in [4] publicum dediſti, vinum non dediſti. *Feſtus.*

CONTRA CORNELIUM APUD POPULUM.

Nec quis incultior, irreligioſior, deſertior, publicis negotiis repulſior. *Idem.* P. 441.

IN PANSAM.

[5] Pueri in ludo ſolent paſſeolos furari. *Nonius.*

1 *In L. Furium*] Ex fragmentis apparet hanc orationem habitam in Cenſura, dum L. Curio multa dicta ob aquam publicam derivatam & averſam. Nam Cato & Valerius Cenſores *aquam publicam omnem in privatum ædificium, aut agrum ademerunt: & quæ in loca publica inædificata immolitave privati habebant, intra dies XXX. demoliti ſunt*, Livius.

2 *Ad Salinatores ærarios.*] Vectigal ingens ex ſale Romanis fuit, quod qui accipiebat & referebat in ærarium publicum, is dicitur a Catone Salinator ærarii. *Reſignare* Feſtus interpretatur *reſcribere, ut Reſignatum æs in tabulas relatum.* Servius putat antique dici pro *damnare.* Sed Feſti interpretatio verior eſt. Nam & Cicero Tuſculanar. IV. Reſcribere pro notare, & in literas referre dixit. *Cantus reſcripti ſonis.*

3 *Cui cura vectigalium.*] Eſt ellipſis pronominis Is. *Is cui cura vectigalium*; ut Varro lib. IV. De Lingua Latina. *Quod ibi domus fuerit, cognomen ſortis Macedonia*, pro, ejus cui.

4 *In publicum dediſti.*] Pignori ex lege mancipiorum *Populo prædiis prædibuſque cavere.* Varro lib. IV. De Lingua Latina. *Prædia dicta item uti prædes a præſtando, quod ea pignori data publice, Mancupi fidem præſtent.*

5 *Pueri in ludo.*] Libri veteres *Pueris in ludo tallos paſſeolos furare.* unde jecerim ocellos paſſeolos, ut Panſam incuſaverit, quod is furtis jam inde a pueritia ſuetus. Ocelli ſunt globuli, vel lapidei, vel plumbei, vel ex alia qua materia in modum oculorum formati; quibus olim pueri ludebant, ut etiam nunc fit. Ocellatos vocat Suetonius in Augusto, & Varro in Satyra Marcipore ubi plura dixi. Paſcolus & per diminutionem Paſceolus eſt ex aluta ſacculus, ſcorteum marſupium, a Græ-

Nemo

IN ANNIUM.

Nemo antea fecit ſuper tali re cum hoc magiſtratu utique rem. *Feſtus.*

IN Q. SULPITIUM.

Quotiens vidi trulleos, naſiternas, pertuſos aquales, matellas ſine anſis. *Idem.*

IN M. ACILIUM.

I. II. III.

Poſtquam navitas ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis, piſcatores, [1] penatores fiſcellarum dedi. *Idem.*

[2] IN L. QUINTIUM FLAMINIUM.

LVI. Catonis & aliæ quædam acerbæ orationes extant in eos, quos aut ſenatorio loco movit, aut quibus equos ademit. Longe graviſſima in L. Quintium oratio eſt, *&c. Livius* lib. XLIX.

IN SER. GALBAM, APUD MILITES.

Hiſtoria de Papyrio prætextato. *&c.* ſed Gellii verbis. *Gellius* lib. I. cap. XXIII.

DE LUSITANIS QUUM GALBAM ACCUSAVIT.

[4] Tamen dicunt deficere voluiſſe. Ego me nunc volo jus pontificum optime ſcire. Jamne ea cauſa pontifex capiar? Si volo

co Φασχήλιον & Φάσκωλον. Suidas φασκώλιον ἐπὶ μαρσύππιον. Vidend. Feſtus, & Nonius.

1 *Penatores fiſcellarum.*] Feſti codex vetus *fiſcellarum.* unde forte legendum *fiſcellarum*, ut ſint Penatores qui penum in fiſcellis geſtant.

2 *Quintium*] Senatu movit Quintium qui ſeptem annis antea Conſul fuerat. Cauſam nobis conſervavit Liv. lib. 49. Cicero de ſenectute quorum teſtimoniis nixus eſt Plutarchus in Catone p. 345. Cauſam his verbis narrat V. Max. II, 9. 3. *Quia in provincia quendam damnatum ſecuri percuſſerat, tempore ſupplicii, ad arbitrium & ſpectaculum mulierculæ, cujus amore tenebatur electo.* Quæ apud Sariſberienſem leguntur ad hunc modum, *quia aliquem damnatum ſimplex ſecuri percuſſerat, tempore tamen ſupplicii, ſed ad arbitrium & ſpectaculum convivantis mulierculæ cujus amore tenebatur allectus.* verum potior recepta lectio. *J. Walf.*

3 *In S. Galbam*] Galbam illum intellige quem Nepos in vita Catonis & Suetonius, Luſitanos diripuiſſe dicit, 30 millibus (ut V. Max. ſeptem) eorum perfidia trucidatis, & Viriatini belli cauſam inde extitiſſe eoque nomine merito in jus vocatum à Catone & Scribonio Libone. Qua vero aſtutia Judicum Sententiam evaſit, clare V. Max. IX. 6. & Cicero de Orat. 1. 53. qui ſua ex ipſo Catone hauſerit Oroſius 4, 21. & Appianus p. 487. Lambinus ad Nepotem recte legendum putat *Servium* non *Sergium*, ut corrupte legitur apud Suetonium, Quintilianum 2, 15. & Priſciani Codd. tam edd. quam MSS. Cum Galba fuit Sulpiciæ non Serviæ gentis. Plutarchus in vita Æmilii p. 27. Servium Galbam, & in Catone 345. & 353. Servilium vocat & ab eo in errorem inductus Appianus de B. Hiſp. p. 485. Hanc orationem habuit quadragenarius, ſi Livium & Plutarchum audiamus nonagenarius. At vero, mortuus eſt 85 annos natus, ut Cicero de Claris Orat. & Plin. 9. 5 nos certiores faciunt. Neſcio an fragmentum ex Catone in ſercia (ſic enim apud Nonium legitur p. 200. lin. 24.) huc referendum ſit. *J. W.*

4 *Tamen*] Hiſce verbis reſpondit Cato ad Galbæ excuſationem, quæ hujuſmodi erat. Luſitanos cæſos confitetur, quod compertum habuerit, eos equo atque homine ſuo ritu immolatis, per ſpeciem pacis adoriri exercitum ſuum in animo habuiſſe. ut patet ex ejus Oratione contra Cethegum, quam nobis conſervavit Epitomator Livii. *J. W.*

augu-

augurium optime tenere, ecquis me ob eam rem augurem capiat? *Gellius*. I. XII.

DE RE FLORIA.

Ibi pro ſcorto fuit, in cubiculum ſubreptitavit e convivio: cum partim illorum jam ſæpe ad eundem modum erat. *Gellius* lib. I. cap. XXI.

Sed ſi qui palam corpore pecuniam quæreret, aut ſe lenoni locaviſſet, & ſi famoſus & ſuſpicioſus eſſet, vim in corpus liberum non æquom cenſuere adferri. *Nonius*

DE AGNA MUSTA PASCENDA.

Citer ager adligatus ad ſacra erit. *Priſcianus* lib. III.

[1] UTI BASILICA ÆDIFICETUR.

Antequam is villicare cœpit. *Idem*. lib. VIII.

DE INDIGITIBUS.

Sinunt ..... ut bona rapiant aut ..... ſequeſtro dent. *Feſtus*.

DE AUGURIBUS.

LVII. Probrum virginis Veſtalis, ut capite puniretur, vir qui eam inceſtaviſſet verberibus necaretur; lex fixa in atrio Libertatis, cum multis aliis legibus incendio conſumta eſt, ut ait M. Cato in ea oratione quæ de auguribus inſcribitur. Adjicit quoque virgines Veſtales ſacerdotio exautoratas ..... *Idem*.

DE ÆDILIBUS VITIO CREATIS.

Nunc ita ajunt, [2] in ſegetibus & herbis bona frumenta eſſe. Nolite ibi nimiam ſpem habere. Sæpe audivi inter os atque offam multa intervenire poſſe. Verum inter offam atque herbam ibi vero longum intervallum eſt. *Gellius* lib. XIII. cap. 16.

Neminiſque. *Feſtus*.

ÆDILES PLEBIS SACROSANCTOS ESSE.

Sacroſancti ſunt Tribuni plebis, Ædileſque ejuſdem ordinis. *Idem*.

DE TRIBUNIS MILITUM.

Expedito pauperem, plebejum, atque proletarium. *Nonius*.

1 *Uti Baſilica.*] Cato Cenſor pecunia publ. ſub curia foro adjunxit & fecit baſilicam, quam Porciam ſuo nomine primus appellavit: quod cum adverſarii ipſius acriter repugnarent, habuit hanc orationem. Plinius & Plutarchus, in Catone. p.671.

2 *In ſegetibus & herbis.*] Frumenta dicuntur in herbis eſſe, cum herbeſcens viriditas emergit de ſemine occato, ut ait Cicero. Plinius lib. XVIII. cap. 7. *Frumenta hieme in herbis ſunt.* Virgilius Georgic. I. *Frumenti quaerent lætam.* Idem: *Meſſis in herba eſt.* Perſius: *Seges adhuc in herba eſt.*

Loca

Loca ardua, & cliva depreſſa. *Idem.*

[1] DE MORIBUS CLAUDII NERONIS.

LVIII. Pecunia mea reipublicæ [2] profuit, quam iſti modi uti tu es. *Priſcianus* lib. VI.

Haruſpicem, fulguratorem, ſi quis adducat. *Nonius.*

DE RE ISTRIÆ MILITARI.

Pugnariolas. *Feſtus.*

DE TRIUMPHO AD POPULUM.

Aſperrumo atque arduiſſumo aditu. *Priſcianus* lib. III.

DE SIGNIS ET TABULIS.

[3] Honorem emtitavere: malefacta benefactis non redemtitavere. *Feſtus.*

DE SPOLIIS. NE SPOLIA figerentur niſi de hoſtibus capta.

Sed tum ubi ii diviſi ſunt, revortantur reſignatis vectigalibus. *Idem.*

DE PRÆDA MILITIBUS DIVIDUNDA.

Fures privatorum furtorum in nervo, atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura. *Gellius* lib. XI. c. 13.

Fraudulenter, atque avariter. *Nonius.*

Tu dives fite. *Idem.*

UTI PRÆDA IN POPLICUM REFERATUR.

LIX. Miror audere, atque religionem non tenere; ſtatuas deorum, exempla earum facierum; ſigna domi pro ſuppellectile ſtatuere. *Priſcianus* lib. VII.

DE PECUNIA REGIS ANTIOCHI.

M. Cato ſuaſit rogationem Petiliam; exſtat oratio ejus de pecunia regis Antiochi. *Livius* lib. XLIIX.

[4] UTI PLURA ÆRA EQUESTRIA FIERENT, Suaſio in Senatu.

Nunc ego arbitror oportere reſiſti, quo minus duobus millibus ducentis ſit ærum equeſtrium. *Priſcianus* lib. VII.

1 *De moribus Cl. Neronis.*] Cato cum in Sicilia Tribunus militum fuiſſet, inde reverſus C. Claudii Neronis Coſ. in bello contra Aſdrubalem caſtra ſecutus eſt, natus annos plus minus XXV. De cujus moribus hæc oratio habita. Vidend. Livius lib. XXXVII.

2 *Profuit quam iſti modi.*] Eſt ἔλλειψις uſitata veteribus, cum omittunt particulam magis, potius Plautus Caſina.

— ut quid vir velit.
Fieri id facias, quam advorſere contra.

Rudente: *Tacita mulier eſt bona quam ſemper loquax.*

Homerus.

Αὐτὸν ἔχοντα σε βούλομ᾽ ἐπαυρέμεν ἢ τινὰ τῶν δή.

3 *Honorem temptavere.*] Malim emptitavere ut ſit paronomaſia.

4 *Uti plura æra.*] Hæc oratio habita eſt in Se-

auguri um optime tenere, ecquis me ob eam rem augurem capiat? *Gellius.* I. XII.

DE RE FLORIA.

Ibi pro ſcorto fuit, in cubiculum ſubreptitavit e convivio: cum partim illorum jam ſæpe ad eundem modum erat. *Gellius* lib. I. cap. XXI.

Sed ſi qui palam corpore pecuniam quæreret, aut ſe lenoni locaviſſet, & ſi famoſus & ſuſpicioſus eſſet, vim in corpus liberum non æquom cenſuere adferri. *Nonius*

DE AGNA MUSTA PASCENDA.

Citer ager adligatus ad ſacra erit. *Priſcianus* lib. III.

[1] UTI BASILICA ÆDIFICETUR.

Antequam is villicare cœpit. *Idem.* lib. VIII.

DE INDIGITIBUS.

Sinunt . . . . . ut bona rapiant aut . . . . . ſequeſtro dent. *Feſtus.*

DE AUGURIBUS.

LVII. Probrum virginis Veſtalis, ut capite puniretur, vir qui eam inceſtaviſſet verberibus necaretur; lex fixa in atrio Libertatis, cum multis aliis legibus incendio conſumta eſt, ut ait M. Cato in ea oratione quæ de auguribus inſcribitur. Adjicit quoque virgines Veſtales ſacerdotio exautoratas . . . . . *Idem.*

DE ÆDILIBUS VITIO CREATIS.

Nunc ita ajunt, [2] in ſegetibus & herbis bona frumenta eſſe. Nolite ibi nimiam ſpem habere. Sæpe audivi inter os atque offam multa intervenire poſſe. Verum inter offam atque herbam ibi vero longum intervallum eſt. *Gellius* lib. XIII. cap. 16.

Neminiſque. *Feſtus.*

ÆDILES PLEBIS SACROSANCTOS ESSE.

Sacroſancti ſunt Tribuni plebis, Ædileſque ejuſdem ordinis. *Idem.*

DE TRIBUNIS MILITUM.

Expedito pauperem, plebejum, atque proletarium. *Nonius.*

1 *Uti Baſilica.*] Cato Cenſor pecunia publ. ſub curia foro adjunxit & fecit baſilicam, quam Porciam ſuo nomine primus appellavit: quod cum adverſarii ipſius acriter repugnarent, habuit hanc orationem. Plinius & Plutarchus, in Catone. p.671.

2 *In ſegetibus & herbis.*] Frumenta dicuntur in herbis eſſe, cum herbeſcens viriditas emergit de ſemine occato, ut ait Cicero. Plinius lib. XVIII. cap. 7. *Frumenta hiems in herbis ſu*... Virgilius Georgic. I. *Frumenti quaerens* ... Idem: *Meſſis in herba eſt.* Perſius: *Seges* ... *in herba eſt.*

Loca

Loca ardua, & cliva depreſſa. *Idem.*

[1] DE MORIBUS CLAUDII NERONIS.

LVIII. Pecunia mea reipublicæ [2] profuit, quam iſti modi uti tu es. *Priſcianus* lib. VI.

Haruſpicem, fulguratorem, ſi quis adducat. *Nonius.*

DE RE ISTRIÆ MILITARI.

Pugnariolas. *Feſtus.*

DE TRIUMPHO AD POPULUM.

Aſperrumo atque arduiſſumo aditu. *Priſcianus* lib. III.

DE SIGNIS ET TABULIS.

[3] Honorem emtitavere: malefacta benefactis non redemtitavere. *Feſtus.*

DE SPOLIIS. NE SPOLIA figerentur niſi de hoſtibus capta.

Sed tum ubi ii diviſi ſunt, revortantur reſignatis vectigalibus. *Idem.*

DE PRÆDA MILITIBUS DIVIDUNDA.

Fures privatorum furtorum in nervo, atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura. *Gellius* lib. XI. c. 13.

Fraudulenter, atque avariter. *Nonius.*

Tu dives fite. *Idem.*

UTI PRÆDA IN POPLICUM REFERATUR.

LIX. Miror audere, atque religionem non tenere; ſtatuas deorum, exempla earum facierum; ſigna domi pro ſuppellectile ſtatuere. *Priſcianus* lib. VII.

DE PECUNIA REGIS ANTIOCHI.

M. Cato ſuaſit rogationem Petiliam; exſtat oratio ejus de pecunia regis Antiochi. *Livius* lib. XLIIX.

[4] UTI PLURA ÆRA EQUESTRIA FIERENT, Suaſio in Senatu.

Nunc ego arbitror oportere reſiſti, quo minus duobus millibus ducentis ſit ærum equeſtrium. *Priſcianus* lib. VII.

1 *De moribus Cl. Neronis.*] Cato cum in Sicilia Tribunus militum fuiſſet, inde reverſus C. Claudii Neronis Coſ. in bello contra Aſdrubalem caſtra ſecutus eſt, natus annos plus minus XXV. De cujus moribus hæc oratio habita. Vidend. Livius lib. XXXVII.

2 *Profuit quam iſti modi.*] Eſt ἔλλειψις uſitata veteribus, cum omittunt particulam magis, potius Plautus Caſina.

— *ut quid vir velit.*
Fieri id facias, quam advorſere contra.

Rudente: *Tacita mulier eſt bona quam ſemper loquax.*

Homerus.

Αὐτὸν ἔχων ἵνα σε βέλομ' ἐπαυρέμεν ἢ τινὰ τῶν δέ.

3 *Honorem temptavere.*] Malim emptitavere ut ſit paronomaſia.

4 *Uti plura æra.*] Hæc oratio habita eſt in Se-

Digitized by Google

[1] De æribus equeſtribus, de duobus millibus actum. *Ibidem.*

Acceſſit ager, quem privatim habent Gallicus, Samnitis, Appulus, Brutius. *Ibidem.*

[2] DE VESTITU ET VEHICULIS.

Nam perinjurium eſt, quom mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur; ubi datus eſt, tum velle uti eos mutem, atque alii modi fiem. *Idem* lib. VI.

DE HABITU.

Sanguen demittatur. *Cariſius* lib. I.

DE DOTE.

LX. Vir cum divortium fecit, [3] mulieri Judex pro Cenſore eſt; imperium quod videtur, habet. Si quid pervorſe tetreque factum eſt a muliere multatur: ſi vinum bibit, ſi cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. *Gellius* lib. X. cap. XXIII.

[4] In adulterio uxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine judicio impune necares. [5] Illa te, ſi adulterares, digito non auderet contingere; neque jus eſt. *Ibidem.*

DE FUNDO OLEARIO.

Pulchralibus, atque dupediis. *Feſtus.*

DE VENERATIONE LEGE JUNIA. Diſſuaſio.

[6] Tertio autem pedato item ex fenore diſcordia excreſcebat. *Nonius.*

natu, quam Plutarchus intelligit, opinor, cum ſcribit Catonem voluiſſe, ut a majori cenſu majus tributum penderent, ternoſque in millia æris aſſes aſſignaviſſe ut inferrent: quo iis adjectionibus preſſi luxum deponerent.

1 *De æribus equeſtribus.*] Ni fallor hunc locum in mente habuit Feſtus, cum annotaret Catonem dixiſſe æribus pluraliter ab ære. Utitur Lucret. lib. II.

—pulſabant æribus æra.

& Arnobius lib. III. *Occultaſſe perhibentur Jovis æribus aliquando vagituri.*

2 *De veſtitu & v.*] Hanc orationem habuit in Cenſura, qua ſuaſit id quod Livius refert. *Ornamenta & veſtem muliebrem, & vehicula, quæ pluris quam* XV. *millium æris eſſent, in cenſum referre viatores juſſi.* idem Plutarchus in vita.

3 *Mulieri Judex pro Cenſore.*] Judex ut Cenſor mulierum delicta notabat, de qua re dixi ad Varronis Myſteria. Plinius lib. XIV. cap. XIII. *Cn. Domitius Judex pronuntiavit mulierem videri plus vini bibiſſe, quam valetudinis cauſſa, viro inſciente, ac dote multavit.*

4 *In adulterio uxorem.*] Hoc dicitur oratorie, vel Catonis ætate fortaſſis impune fuit. At poſtea lege Julia Auguſti, ſoli patri conceſſum eſt, filium & quemcumque adulterum, in ipſis rebus Veneris deprehenſum occidere: marito vero adulterum inhoneſtæ conditionis, puta lenonem, ſcenicum aut ſimilem, non etiam uxorem. Papinianus lib. I. De adulteriis: *Patri, non marito, mulierem & omnem adulterum permiſſum eſſe occidere, quod plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit: ceterum mariti calor & impetus facile decernentis, fuit refrenandus.* *Et hoc ſi in deprehenſis obtinuit; ita alias pœna adulterii numquam fuit capitalis, ne regiis quidem temporibus*, ut recte Lipſius cenſuit.

5 *Illa te ſi adulterares.*] Idem fere dixit *Plautus Mercatore*,

Nam ſi vir ſcortum duxit clam uxorem ſuam,
Id ſi reſcivit uxor, impune eſt viro.
Uxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras,
Viro fit cauſſa, exigitur matrimonio.

6 *Tertio autem pedato.*] Ita & Origin. I. & II. nec reſcribendum *pedatu*, ut eſt Plauti Ciſtellaria: *Niſi pedatu tertio omnis efflixero.* Nam veteres multa nomina ſecundo & quarto ordine indifferen-

Digitized by Google

[1] Camerini cives noſtri oppidum pulchrum habuere, agrum optumum atque pulcherrumum, rem fortunatiſſumam. Quom Romam veniebant, prorſus divortebantur pro hoſpitibus ad amicos ſuos. *Feſtus.*

DE ABROGANDIS LEGIBUS.

Bovile. *Cariſius* lib. I.

[2] NE LEX BÆBIA DEROGARETUR. Suaſio.

Hoc potius agam quod hic rogat. *Feſtus.*
Pecuniam inlargibo tibi. *Nonius.*

[3] NE LEGI ORCHIÆ DEROGARETUR, Suaſio.

LXI. [4] Qui antea . . . obſonitavere, poſtea centenis obſonitavere. *Feſtus.*

[5] Percunctatum patris familiæ nomen ne quis ſervum mitteret, lege ſancitum fuiſſe. *Idem.*

[6] DE LEGE VOCONIA, Suaſio.

Principio nobis mulier magnam dotem attulit: tum magnam pecuniam recipit, quam in viri poteſtate non committit. Eam pecuniam viro dat mutuam. Poſtea ubi irata facta eſt, ſervom recepticium ſectari atque flagitare virum jubet. *Gellius* lib. XVII. cap. 6.

[7] Claſſicus. Infra claſſem. *Idem.* lib. VII. cap. 13.

[8] Agrum quem vir habet, tollitur. *Servius Æneid.* I.

ter protulerunt. Eſt autem Pedatus acceſſus, incurſuſque quaſi per pedem, Gloſſæ *Tertius pedatus* τρίτη περίοδος.

1 *Camerini cives.*] Sunt a Camerio urbe, quam inter vicinas Romæ numerat Plinius. Nam Camerinum in Umbria huc non pertinet.

2 *Ne legi Bæbia d.*] Bæbia lex de prætoribus lata fuit L. Manlio Acidino, & Q. Fulvio Flacco Coſſ. anno DLXXIV. ea jubebat alternis creari quaternos prætoris, cum antea per aliquod annos ſeni fuiſſent. Sed & P. Cornelius Cethegus, M. Bæbius Tamphilus Coſſ. anno DLXXII. ex autoritate Senatus ad populum tulerunt legem de ambitu, ut teſtatur Livius lib. XL. Hanc Catonem hac oratione ſuaſiſſe indicant fragmenta, quæ ad ambitum pertinent.

3 *Ne legi Orchia*] Videndus Macrobius lib. II. Saturnal. *cap.* XIII. *J. W.*

4 *Qui antea obſonitavere.*] Deeſt numerus convivarum ita forte reſtituendus. *Qui antea octoni obſonitavere poſtea centeni obſonitavere.* Nam lege Orchia numerus tantummodo convivarum præſcribebatur, de quo ipſe Cato in oratione querebatur, quod plures quam præſcripto legis cavebatur, tunc ad cœnam vocarentur, ut idem Macrobius ſcribit.

5 *Percunctatum patris f.*] Suſpicor fuiſſe caput legis convivalis, ſive Orchiæ, ſive alterius; cujus nulla mentio in veterum monumentis quod ſciam.

6 *Pro lege Voconia.*] Hac oratione legem Voconiam ſuaſit contra mulierum impotentiam, Cœpione & Philippo Coſſ. cum eſſet quinque & ſexaginta annos natus, ut ipſe apud Ciceronem de Senectute prædicat. Fuit autem lex Voconia lata a Q. Voconio Trib. pleb. inter II. & III. Punicum bellum, habuitque duo capita, unum, ne cui cenſus eſſet virginem vel mulierem hæredem faceret: alterum, ne plus uni legaret quam ad hæredem hæredeſve perveniret. Adi Ciceronem in Prætura urbana, Gellium, & Juriſconſultos.

7 *Claſſicus. Infra claſſem.*] Hæc verba pertinent ad interpretationem legis Voconiæ, qua duntaxat tenebantur primæ claſſis homines qui C. & XXV. millia æris ampliuſve cenſi erant: quos ipſe vocat claſſicos, autore Gellio, Cicero Cenſos in Prætura urbana, cum inquit, *Sanxit in poſterum, qui poſt eos Cenſores cenſi eſſent, ne quis hæredem virginem, neve mulierem faceret.* & mox: *Per legem Voconiam qui cenſus non ſit, licet.* ubi Aſconius *Cenſum*, interpretatur *pecunioſum.*

8 *Agrum quem vir.*] Servius lib. I. Æneid hic obſervat mutationem caſuum, ut in illo Virgilii,

Urbem quam ſtatuo veſtra eſt.

& Terentii,

Eunuchum quem dediſti quas turbas dedit.

[1] DE LEGE MÆVIA.

Rex Seleucus arma noſtratia facit. *Priſcianus* lib. XII.

[2] DE LEGE OPPIA, Suaſio.

Si in ſua quiſque noſtrum matre familias, Quirites, jus & majeſtatem viri retinere inſtituiſſet, minus cum univerſis feminis negotii haberemus. Nunc domi victa libertas noſtra impotentia muliebri, hic quoque in foro obteritur & calcatur: & quia ſingulas ſuſtinere non potuimus, univerſas horremus, *&c.* *Livius* lib. XLIV.

[3] DE LEGE POPULI, Suaſio.

Quod compluriens uſu venit omni tempore ante ventum *eſt*; rem publicam reddimus. *Nonius.*

[4] DE LEGE TORIA.

LXII. Aſinum aut [5] muſimonem, aut arietem. *Idem.*

DE AMBITU.

Sed ſunt partim, qui duarum rerum alterius utrius cauſſa magiſtratum petunt. *Priſcianus* lib. V. p. 668. & p. 693, 40.

NE QUIS ITERUM CONSUL FUAT.

Dicere poſſum quibus villæ atque ædes ædificatæ atque expolitæ maxumo opere, citro, atque ebore, atque [6] pavimentis pœnicis ſtent. *Feſtus.*

Imperator laudem capit, exercitum meliorem & induſtriorem facit. *Priſcianus* lib. II.

NE IMPERIUM SIT VETERI UBI NOVOS VENERIT.

Siticines, & liticines, & tubicines. *Gellius* lib. XX. cap. 2.

1 *De lege Mævia.*] Forte Mænia: de qua Cicero in Bruto, & Varronis Satyra inſcripta Lex Mænia. Sed nihil hic video.

2 *De lege Oppia.*] Vide Livium lib. XLIV. meminit etiam Tacitus lib. III. Annal.

3 *De lege populi.*] Quæ eſt Lex populi? opinor Porcia, pro ſcapulis, pro tergo civium lata; de qua hic ante dixi, & in Scholiis Salluſtianis.

4 *De lege Toria.*] In Nonii vulgatis codicibus legitur, *Deletorio.* unde reſtitui de lege Toria; ad quam pertinet unicum fragmentum de paſtione pecoris. Eam legem tulit Sp. Torius ſive Thorius Trib. pleb. de quo Cicero lib. II. de Oratore, & in Bruto ita; *Sp. Torius ſatis valuit in populari genere dicendi, is, qui agrum publicum vitioſa & inutili lege vectigali levavit.* Appianus lib. I. de bello civili caput legis perperam refert.

5 *Muſimonem aut arietem.*] Cato muſimonem diverſum ab ariete facit, ſicut & Plinius lib. VIII. cap. 49. ubi ita deſcribit: *Genus muſimonum caprino villo quam pecoris velleri propius.* Quorum e genere & ovibus natos priſci Umbros vocaverunt. At Strabo lib. II. & V. tradit in Hiſpania & Corſica naſci arietes, qui lanæ loco pilum ferant caprinum, & vocari muſimones. Quo nomine etiam vocarunt equos, mulos, aſinos breves, teſte Nonio.

6 *Pavimentis Pœnicis.*] Marmor Numidicum in magno pretio & uſu veteribus fuit: ex quo fiebant illa quæ Cato hic nominat pavimenta Pœnica; & quas Propertius columnas Pœnas.

Tota erat in ſpecies Pœnis digeſta columnis.

quas eaſdem intelligit Ovidius hoc verſu.

Signa peregrinis ubi ſunt alterna columnis.

Numidicæ cruſtæ Senecæ Epiſt. LXXXVII. & Petronio Satyrico.

Quo-

[1] DE ACHÆIS.

Quomque Annibal terram Italiam laceraret atque vexaret. *Gellius* lib. cap. IV.

DE MACEDONIA LIBERANDA.

Idque perpetuius atque firmius repſit. *Priſcianus* lib. III.

Tu multu Macedoniæ Etruriam, Samnites, Lucanos inter ſe natinari, atque factiones eſſe. *Feſtus.*

DE REGE ATTALO, ET VECTIGALIBUS ASIÆ, diſſuaſio.

[2] C. Licinio Prætore remiges ſcripti cives Rom. ſub portiſculum, ſub flagrum conſcripti vænicre paſſim. *Feſtus.*

DE CONJURATIONE.

Precem. *Idem.*

AD LITIS CENSORIAS.

LXIII. Scio fortunas ſecundas negligentiam prendere ſolere: quod uti, prohibitum irem quod in me eſſet, meo labori non parſi. *Idem.*

Periculatus ſum. *Idem.*

[4] APUD EQUITES NUMANTIÆ.

Accipite ſi vultis hoc onus in voſtros [3] collos. Non in *collum.*

DE BELLO CARTHAGINENSI.

Majores ſeorſum atque divorſum pretium paravere bonis atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, [5] haſtas donaticas, alioſque honores. *Idem.*

[6] Cogitate cum animis veſtris, ſi quid vos per laborem recte fe-

1 *De Achaiis.*] Fortaſſis eſt de exulibus Achaiæ: de quibus cum magna controverſia in Senatu eſſet, exurgens Cato, quaſi non ſit inquit quod agamus, deſidemus hic totum diem de ſenibus Græculis quærentes, hic an in Achaia à ſandapilariis efferantur: tamen Achæi reditum impetrarunt, Plutarchus in vita. p. 341. *J. W.*

2 *C. Licinio Pratore.*] C. Licinius Craſſus Prætor fuit anno DLXXXI. C. Popilio Lenate P. Ælio Ligure Coſſ. cui in bello Macedonico contra Perſeum. *Negotium datum ut ex veteribus quinque remiles in navalibus Roma ſubducti, qua poſſent uſui eſſe, reficeret, pararetque naves* L. Livius lib. LII.

3 *Collos*] Lucil. lib. XXVII. *modo ſurſum modo deorſum tanquam collus cernui* Accius Epigono. *Quid ceſſo ire ad eum? hem praſto eſt camo collum gravem.* Et ſic Nævius in Colace. Plautus, al ique. *J. W.*

4 *Apud equites*] Hæc oratio videtur habita a quæſtura, cum in Africa Quæſtor eſſet P. Scipioni Coſſ. ad bellum Punicum II. profecto. id accidit ſub annum DXXXXIX. Tuditano & Cethego Coſſ. Cicero in Catone, & Bruto: Nepos, & Livius.

5 *Haſtas donaticas.*] Haſtas puras intelligit, id eſt, haſtilia parva ſine ferro, quæ militibus ob res egregie geſtas donabantur. De quo genere doni meminerunt Suetonius, Vopiſcus, alii. Vetus inſcriptio, DONIS DONATO AB IMP. HADR. HASTA PURA. Varro de gente pop. Rom. *Haſta pura fuit præmium apud majores ejus qui tunc primum viciſſet in prælio*: quoniam, ut Feſtus in *celibari*, explicat, haſta ſumma armorum & imperii ſignificabat, quamobrem captivi & proſcriptorum bona ſub haſta veniebant.

6 *Cogitate cum animis.*] Locutio elegantiſſima, qua etiam uſus eſt Terentius Adelphis: *Hac tu facito cum animo cogites.* Cicero Oratione II. de lege agraria: *Vos tamen id poteſtis cum animis veſtris cogitare.*

ceritis,

ceritis, labor ille a vobis cito recedet, beneſactum a vobis dum vivitis, non abſcedet. Sed ſi quæ per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit; nequiter factum illud apud vos ſemper manebit. *Gellius* lib. IV. cap. I.

[1] DE BELLO CARTHAGINENSI.

Pueri atque mulieres extrudebantur famii cauſſa. *Idem* lib. XI. cap. 14.

Homines defoderunt in terram dimidiatos, ignemque circumpoſuerunt, ita interfecerunt. *Idem* lib. III. cap. 14.

Aures nobis caliſcerunt ad injurias. *Nonius.*

INCERTA EX QUIBUS ORATIONIBUS.

LXIV. Villas ſuas inexcultas & rudes, ne tectorio quidem politas fuiſſe dicit, ad annum uſque ætatis ſuæ ſeptuageſimum. *Gellius* lib. XIII. cap. 22.

Neque mihi ædificatio neque vaſum, neque veſtimentum ullum eſt in manu pretioſum; neque pretioſus ſervos, neque ancilla. Si quid eſt quo utar, utor: ſi non eſt, ego ſum, quos per me uti atque frui licet. *Ibidem.*

Vitio vertunt, quia multa egeo: at ego illis, quia nequeunt egere. *Ibidem.*

Emo non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt: quod non opus eſt, aſſe carum eſt. *Seneca* lib. XCIV. Epiſt. 2.

Te C. Cæcili diem prodidiſſe militibus legionis tertiæ, cum [2] proditionem non haberes. *Plutarch*: *Catone. Feſtus.*

Tu otioſus ambulas, qui apud regem fuiſti donicum ille tibi interdixit rem capitalem. *Cariſius* lib. II.

Vita deum immortalium. *Feſtus.*

Contumelias mihi dixiſti compluriens. *Idem.*

Neque fidem, neque jusjurandum, neque pudicitiam multifacit. *Id.*

Magnificius. *Idem.*

Mina cogi ... *Idem.*

Munificior. *Idem.*

Paſcalis ovis vetuit. *Idem.*

Pelliculationem pro inductionem a pelliciendo, dixit Cato *in* ea Orat. quam ſcripſit de ..... *Idem.*

1 *De bello Carthagin.*] Hæc fuit noviſſima Catonis actio & oratio, qua ſuaſit in Senatu bellum Punicum III. & Carthaginis excidium, autore Plutarcho 351, & eam Solinus lib. I. vocat orationem Senatoriam, in fallor.

2 *Proditionem non haberes.*] Id eſt, jus producendi diem, quod habebant Trib. pleb. Livius lib. III: *In carcerem eſt conjectus, eique Tribunus diem prodixit.* Et, *adeoque conſtantia ſua & Tribunos obſtupefecit & plebem, ut diem ipſi ſua voluntate prodicerent.* ita enim ibi legendum eſſe monuit doctiſſimus Joſ. Scaliger.

...lentis

....lentis nunquam cuiq..... ſupremam advocationem. *Idem.*

Impudentiam præmioſam. *Idem.*

LXV. Cedo ſi vos in eo loco eſſetis, quid feciſſetis? *Quintil.* lib. IX. cap. II.

Communem rem agi putatote, ac vos huic rei præpoſitos eſſe. *Ibidem.*

Stiricidium. Cato pro C..... *Feſtus* in v.

Die? hanc. *Quintil.* cap. IV.

Tuburchinabundus. Lurchinabundus. *Idem* lib. I. cap. X.

.... nihilominus valuit ſemper..... re præſenti cognoſcere. *Idem.*

Siremps. *Idem.*

..... ut ſolent .... ivios niſi qui ſempiterni ſunt quos..... cant ne ſpiciunt neque ratos. *Idem.*

Cœpiam ſeditioſa verba loqui. *Idem.*

Urbem iſtam, ut Cato in oratione Senatoria autumat, cum rex Hiarbas rerum in Lybia potiretur, Eliſa mulier exſtruxit, domo Phœnix, & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam: mox ſermone verſo in morem Punicum, & hæc *Eliſſa,* & illa Carthago dicta eſt. *Solinus* cap. XXX.

Fidem in Capitolio vicinam Jovis Opt. Max. majores noſtri eſſe voluerunt. *Cicero* lib III. *de Officiis.*

Catonis Cenſorii orationes aprinum exprobrant callum. *Plin.* lib. XIX. cap. 51.

Exſtant Catonis in Cenſura vociferationes Mulieribus Romanis in provinciis ſtatuas poni. *Idem.* lib. XXXIV. cap. 6.

Νόθον, qui non ſit legitimus, Græci vocant; Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam teſtatus eſt, non habemus, ideoque peregrino utimur. *Quintil.* lib. III. cap. 6.

Grave eſſe eum qui aliis vixiſſet hominibus, apud alios crimina depellere. *Plutarch. in Catonis.*

LXVI. 1 A. POSTUMII ALBINI ANNALIUM LIB. I.

Ea cauſa ſeſe ſtultum brutumque faciebat, groſſulos ex melle edebat. *Macrob.* XI. 16.

HISTORIA GRÆCA.

Neminem ſuccenſere ſibi convenire ſi quid in his libris parum

1 *A. Poſtumii Albini*] Fuit æqualis ætati Catonis, cujus in eum jocus exſtat apud Gellium. Cicero in Bruto. *A. Albinus qui Græce ſcripſit Hiſtoriam, qui Conſul cum L. Lucullo fuit, & literatus & diſertus fuit.* Alius item Albinus poſterior ætate Rerum Romanar. libros verſibus ſcripſit: quorum Priſcianus hos tres verſus adducit. p. 741.

Ille cui ternis Capitolia celſa triumphis
Sponte Deum patuere, cui freta nulla repoſtos
Abſcondere ſinus, non tuta mœnibus urbes.

Quibus celebrat tres triumphos Pompeii, unum ex Africa de Hiarba rege, alterum ex Hiſpania de Sertorio, tertium de Mithradate & piratis. Anno U.C. IƆCIII. Conſul fuit cum Licinio Lucullo tres illos verſus quos ex ejus lib. primo rerum Romanarum adducit Priſcianus a noſtro prorſus abjudicat Voſſius de Hiſt. Lat. cap. VI. vide Plin. VII. 10. *J. W.*

compo-

compoſite, aut minus eleganter ſcriptum foret. Nam ſum, inquit, homo Romanus, natus in Latio. Græca oratio a nobis alieniſſima eſt; ideoque veniam gratiamque malæ exiſtimationis ſi quid eſſet erratum, poſtulavit. *Gellius* XI. 7.

De Adventu Æneæ Liber.

Mezentium fugam facere coegerunt, & poſtea per legatos amicitiam ſocietatemque Latinorum impetravit. *Autor de orig. gent. R.*

Baiani Euxini comitis Æneæ nutrice, & ab ejus nomine Baias vocatas. *Servius* IX.

[1] Cn. Gelli Annalium. Lib. I. ... II.

Deabus ſupplicant. *Cariſius* I.

Multitudo puerorum jam erat ex raptabus. *Ibidem.*

Lib. III.

LXVII. Herſiliam, cum apud T. Tatium verba faceret, pacemque oraret, ita precatam eſſe, Neria Martis te obſecro pacem dare, uti liceat nuptiis propriis & proſperis uti, quod de tui conjugis conſilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos ſibi & ſuis poſteris patriæ pararent. *Gellius* XIII. 12.

Capite cum aliis paucabus conſilium. *Cariſius* I.

Lib. IV. V.

Puellabus. *Ibidem.*

Lib. VI. VII.

Pro duabus pudicabus.

Lib. XV.

[2] Anno ab urbe condita CCCLXIII. a Tribunis militum Virgilio, Manlio, Cœlio, Poſtumio, collegiſque eorum in Senatu tractatum quid eſſet propter quod totiens inter paucos annos male eſſet afflicta reſpublica, & ex præcepto patrum L. Aquinium aruſpicem in Senatum venire juſſum, religionum requirendarum gratia, dixiſſe, Q. Sulpitium Trib. milit. ad Alliam adverſus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratia feciſſe poſtridie Idus Quinctilis. Item apud Cremeram, multiſque aliis temporibus & locis,

1 *Cn. Gellii*] Cicero lib. I. De divinatione Gellios jungit Fabiis, & ante Coelium ſcripſiſſe indicat. Curium vixiſſe circa annum urbis DC ex fragmentis apparet: Meminit ejus Vopiſcus in Probo.

2 *Anno ab urbe*] Reſtituo numerum ann. CCCLXV. cum nomina Tribunorum, Virginio. Manlio, Cornelio, Poſtumio. Sex enim Trib. milit. Conſulari poteſtate iſto anno fuerunt, L. Valerius Poplicola, L. Virginius Tricoſtus, P. Cornelius Coſſus, A. Manlius Capitolinus, L. Æmilius Mamercinus, L. Poſtumius Albinus, Faſti.

poſt

poſt ſacrificium die poſtero celebratum, male ceſſiſſe conflictum. Tunc Patres juſſiſſe ut ad collegium Pontificum de his religionibus referretur, Pontificeſque ſtatuiſſe poſtridie omnes Kalendas, Nonas, Idus atros dies habendos ut hi dies neque prœliares, neque puri neque comitiales eſſent.

LIB. XXX.

1 Calvariæque ejus ipſum oſſum expurgaverunt, inauraveruntque. *Cariſius* I. *Priſc.* 7.

LIB. XCVII.

Portabus. Oleabus. *Cariſ.* I.

INCERTA.

LXVIII. Fora navium. *Ibidem.*

2 Regerum. Lapiderum. Calchæ. *Ibidem.*

Poſtquam tempeſtas ſedavit, Atherbal taurum immolavit. *Gellius* XVIII. 12.

Deliquium Solis, & Deliquionem. *Serv.* VIII.

Senatum decreſſe, ut ædes Saturni fieret, eique rei L. Furium Trib. milit. præfuiſſe. *Macrobius* I. 12.

Fannia lex lata eſt anno poſt Romam conditam DXXCIIX. *Idem* II. 13.

Cum bello Latino ludi votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repente eſt excitata, &c. *Cicero de divinat.* I.

Quartos ludos ſæculares poſt annum factos tertium, C. Cornelio Lentulo. L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt, DCVIII anno. *Cenſorin. de die natali.*

Doxius Cœli filius lutei ædificii inventor exemplo ſumto ab hirundinum nidis. *Ibidem.*

Soli Oceani filio medicinæ quoque inventionem & mellis aſſignat. *Ibidem.*

Menſuras & pondera Palamedes invenit. *Ibidem.*

Cadmus ex Phœnice in Græciam, inde Evander in Italiam attulit literas. *Victorin. de Orthograph.*

3 Sabinos a Sabo Lacedæmonio trahere originem. *Servius* VIII.

1 *Calvariaque ejus*] P. Licinius Craſſus Mucianus Coſ. in Aſiam ad debellandum Ariſtonicum profectus, cum prædæ quam bello intentior eſſet, circumventus ab hoſtibus, cæſo exercitu periit. Caput mortui Ariſtonico oblatum fuiſſe tradunt Hiſtorici. Gellius hoc amplius, Calvariam ejus expurgatam inauratamque, nimirum in contumeliam & notam avaritiæ; vel in uſum poculi ex more barbararum gentium, de quo Petronius Satyrico

2 *Regerum, Lapiderum*] Hæc ſunt, opinor, verba, quæ a Cn. Gellio non uſitate collocata obſervaverat Gellius Noct. Atticar. lib. VIII. cap. XIII. fortean etiam illa, Portabus, Oleabus, Pudicabus. vide aliud Fr. poſt, Salluſtium.

3 *Sabinos a Sabo Lacedæmonio*] Ita ſcripſi.

 mihi

LXIX. Ταύτης δὲ γενέσθαι τινὲς μὲν γράφουσι κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς Ῥωμύλου ἀρχῆς, Γναῖος δὲ Γέλλιος κατὰ τὸν τέταρτον. Dionyſ. Halicarn, Lib. II. pag. 100. lin. 16. de Raptu Sabinorum loquitur.

Παράδειγμα ἔλαβεν παρὰ τῆς Ἀρδεατῶν πόλεως. De Inſtitutione Saliorum. Dionyſ. Lib. II. pag. 131. lin. 9.

Numa reliquit Θυγατέρα μόνην, ἐξ ἧς ἐγένετο Ἄγκος Μάρκιος, ὁ τέταρτος ἀπ' ἐκείνου γενόμενος Ῥωμαίων βασιλεύς. Idem. Lib. II. p. 136. 4.

Παραγίνεται δ' εἰς Ῥώμην (Tarquinius Priſcus) Ἄγκου Μαρκίου βασιλεύοντος, κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας. Idem. IV. pag. 211. lin. 41.

Licinius & Gellius οὐδὲν ἐξητακότες, οὔτε τῶν εἰκότων, οὔτε τῶν δυνατῶν, αὐτὸν εἰσάγουσι τὸν βασιλέα Ταρκύνιον ἀγωνιζόμενον ἐφ' ἵππου καὶ τιτρωσκόμενον, ἄνδρα ἐνενήκοντα ἔτη γεγονότα. Idem. Lib. VI. pag. 349. lin. 13.

SEX. GELLII ORIGO GENTIS ROMANÆ.

Lavinia ab Ænea gravida relicta, metu, veluti inſecuturi ſe Aſcanii, in ſilvam profugit ad magiſtrum patrii pecoris Tyrrhum, ibique enixa eſt puerum, qui a loci qualitate Silvius eſt dictus. *Autor de origine gent. Rom.*

1 AGELLII HISTORIARUM LIB. I.

2 Et quod bubo in columna ædis Jovis conſpectus eſt. *Nonius Bubo maſcul.*

3 L. CALPURNI PISONIS FRUGI CENSORI ANNALIUM LIB. I.

LXX. Eundem Romulum dicunt ad cœnam vocatum ibi non multum bibiſſe; quia poſtridie negotium haberet. Ei dicunt, Romule ſi iſtuc omnes homines faciant, vinum vilius ſit. Is reſpondit, immo vero rarum, ſi quantum quiſque volet bibat. Nam ego bibi quantum volui. *Gell.* II. 14.

Cujus unius præmio multorum allicuit animos. *Priſcian.* X.

Italia a vitulis, *Varro de re ruſt.* Lib. I. cap. I.

Sabino bello quod fuit Romulo & Tatio, virum fortiſſimum Metium Curtium, Sabinum cum Romulus cum ſuis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet, Curtium in locum paluſtrem, qui tum

ſecutus fidem Servii: quam tamen requiro in eo quod ait, Catonem idem referre. Non enim Cato hoc retulit, ſed refutavit, ut commentum Græcorum; quod apparet ex Dionyſio lib. II. & excerptis Originum: ideo ibi in fragmentis ſcripſi, [illegible] Strabo lib. V. ait Tarentinorum figmentum eſſe Sabinos a Lacedæmoniis ortos, quo finitimos ac præpotentes Samnites ſibi conciliarent.

1 *A. Gellii Hiſtor.*] Sic habent libri Nonii, ſed corrupte, pro A. Gelli, vel Gelli, ſcilicet Cn. Gellii, Antonius Auguſtinus legit Aſellio: quod minime probo.

2 *Et quod bubo*]. Bubo in urbibus aut omnino in loco viſus, dirum oſtentum erat. Ut M. Plautio Hypſæo Q. Fulvio Flacco Coſſ. anno DCXXVIII. & triennio poſt Cn. Domitio Ahenobarbo C. Fannio Coſſ. in Capitolio viſus, Gracchanas ſeditiones portendit, teſte Julio Obſequente.

3 *L. Calpurnii Piſonis*] L. Calpurnius Piſo Frugi, primus cognomen id ob frugalitatem accepit, Conſul fuit cum P. Mucio Scævola anno DCXX. Cenſor poſt VII annos cum L. Metello Calvo. Annales ſuos ſcripſit circa annum urbis ſexcenteſimum, ut ipſe indicat lib. VII. De illo ſic Cicero in Bruto: *Ipſe etiam Piſo & cauſas egit, ut multarum legum aut auctor aut diſſuaſor fuit, iſque & orationes reliquit, quæ jam evanuerunt, & Annales exiliter ſcriptos.* Gellius ſimpliciſſima orationis ſuavitate uſum prædicat. Plinius lib. II. *L. Piſo gravis auctor.*

fui

fuit in foro, antequam cloacæ ſunt factæ, ſeceſſiſſe, atque ſuos in Capitolium recepiſſe, Ab eo lacum inveniſſe nomen. *Idem de L. Lat.* 4.

LXXI. Janualis porta dicta ab Jano, & ideo ibi poſitum Jani ſignum, & inſtitutum a Numa Pompilio ut ſit clauſa ſemper, niſi cum bellum ſit. *Ibidem.*

Fulmen evocatum a Porſena rege, & ante eum a Numa ſæpius hoc factitatum. *Plin.* II. 53.

Tullum Hoſtilium regem ex Numæ libris eodem quo illum ſacrificio Jovem cœlo devocare conatum, quoniam parum rite quædam feciſſet, ſulmine ictum. *Idem* XXVIII. 2.

Millia pondo argenti ſepoſita in ædificationem Capitolii. *Livius* I.

Ὁ Νυμᾶς ἐτελεύτησεν, οὐ ταχείας οὐδ' αἰφνιδίου γενομένης αὐτῷ τῆς τελευτῆς, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ὑπὸ γήρως καὶ νόσου μαλακῆς ἀπομαραινόμενος. Plutarch. in Numa pag. 47. B.

Κελεύσαντος Ἀμουλίου τὰ βρέφη λαβόντες &c. vid. Fabium P. D. Halicarn. Lib. I. p. 64. lin. penult.

1 Ταρπείαν καλοῦ πράγματος ἐπιθυμίᾳ γυμνοὺς τῶν σκεπαστηρίων ὅπλων παραδοῦναι τοῖς πολίταις τοὺς πολεμίους. Idem. Lib. II. pag. 105. lin. 38. de Tarpeja. Confer pag. 106. 12. 37. pag. 107, 8.

1 *Ταρπείαν*] Si hæc, a Livio etiam memorata hiſtoria vera eſſet, ratio in promtu eſſet, cur Tarpejæ Virginis effigies in æde Jovis Metellina conſervaretur, uti nos docet Feſtus. Sed hæc in medio relinquo quoniam, ut Livii verbis utar. *Quæ ante conditam urbem, poeticis magis decora fabulis quam incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur, ea nec affirmare nec refellere in animo eſt.* Et ſane ſi id maxume vellem turbaret omnia Servius ad Æn. I. v. 450. *Cautum erat poſt proditum a Tarpeja Virgine Capitolium ut areі cardines fierent, quo ſtridor* ſonantius *audiretur, neque eſſet locus inſidiis.* Cæterum Serviana illa Commentatio ab, *Hinc foribus Cardo ſtridebat ahenis,* in mentem revocat Iſidorum, qui verſum hunc adducit, ut exinde probet æs eſſe nullius pretii. *Inter omnia metalla æs* inquit *viliſſimum eſt & maxima poteſtatis, ideo & anea limina: unde & Virgilius. Hinc foribus Cardo ſtridebat ahenis,* quid pote ineptius? Si hæc vera, deleamus Homeri locum, quo meminit *χαλκοῦ ἐπὶ τοῖο*. Inducantur illa Herodoti, Χάλκος apud Æthiopes τιμιώτατος ubi Thalia 24. & hæc Plinii initio libri 34. *Proxima dicantur æris metalla, cui & in uſu proximum eſt pretium: imo vero ante Argentum, ac pane etiam ante aurum. Corinthio, Stipis quoque auctoritas, hinc æra militum, obærati & ære diruti.* Quid quod idem narrat, Camillo crimini datum a Carvilio Quæſtore quod ærata oſtia haberet in domo, nempe quia hoc regifici luxus erat & privatæ opulentiæ modum per leges ſumtuarias ſtatutum excederet. Iſidorum ergo non ſinam incurrere crimen læſæ majeſtatis Reginæ pecuniæ, cujus perſonam toties ſuſtinuit ærea materies. Scribe itaque ex membranis, *Inter omnia metalla æs vocaliſſimum eſt.* Nam ita me amet Juno moneta ut hæc vera eſt lectio, & licet de metallo viliore, auro contra cara. Neque hæc æris proprietas Homerum latuit. Nam de Junone quæ Stentoris imaginem induerat, hoc pacto memorat, *Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ.* Sequitur Homerum Lucretius, *Ætaque quæ clauſtris reſtantia* vociferantur. II, 450. Εὔφωνος καὶ λάλος ὁ χαλκός. Plutarch. Sympoſ. VIII, Q. 3. ubi interpres male, reddit *οὐδὲν μέτεστιν, inane nihil in ſe habet,* cum ideo Plutarchus vocale eſſe dixerit quod multum inanitatis in ſe haberet. Hinc æra Ovidio, *tinnula,* Silio Italico *argutа,* Claudiano *ſonora.* Flamen Dialis æreis cultris tondebatur aut quia *vocalius* cæteris metallis &c. Servius. favet etiam Lucanus, ſi lectio MS. Codicis qui ſervatur in Bib. Publica recipiatur. Lib. VI. v. 427. *Nec quæſiſſe libet primis quid frugibus altrix, Ære Jovis Dodona ſonet,* ubi editi plerique, *Ore Jovis,* at ſi MStum audias, poeta qui *tripodas Deli & Pythia antra;* ſuperius dixerat, eandem loquendi formulam ſervabit, & evadet ſui ſimilior, quaſi oracula non iis quæ Delius immediate inſpiraſſet, ſed adjunctis, ut loquuntur, remotioribus deſignare voluerit. Nam ænei lebetes futura non aperuere, ſed dum reſponſa edebantur pariibus ad numerum canentium vatum intervallis ictus ſuos attemperarunt. Quam in rem extat inſignis Auſonii locus; *Nec Dodonæi ceſſat tinnitus aheni In numerum quoties radiis ferientibus icta Reſpondent dociles modulato verbere pelves.* Epiſt. XCVII. *J. Waſſe.*

Οὐχ υἱὸς εἶναι Ταρκυνίου γράφει τοὺς παῖδας, ἀλλ' υἱωνούς, Λευκίῳ Πείσωνι τῷ Φρουγὶ συγκατατιθέμενος. Idem. Lib. IV. pag. 213. lin. 20.

Ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἐνιαυσίων ἀναγραφῇ ἱστορεῖ. Βουλόμενος γὰρ καὶ τῶν ἐν ἄστει διατριβόντων τὸ πλῆθος εἰδέναι τῶν τε γεννωμένων καὶ τῶν ἀπογινομένων, καὶ τῶν εἰς ἄνδρας ἐγγραφομένων, ἔταξεν ὅσον ἔδει νόμισμα καταφέρειν ὑπὲρ ἑκάστου τοὺς προσήκοντας, εἰς μὲν τὸν τῆς Ἐλευθυίας θησαυρόν, ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν Ἥραν Φωσφόρον, ὑπὲρ τῶν γεννωμένων. εἰς δὲ τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν ἄλσει καθιδρυμένης, ἣν προσαγορεύουσι Λιβιτίνην, ὑπὲρ τῶν ἀπογινομένων. εἰς δὲ τὸν τῆς Νεότητος, ὑπὲρ τῶν εἰς ἄνδρας ἀρχομένων συντελεῖν· ἐξ ὧν ἤμελλε διαγνώσεσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὅσοι τε οἱ σύμπαντες ἦσαν, καὶ τίνες ἐξ αὐτῶν τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν εἶχον. Idem. IV. 220. 40.

Lib. II.

LXXII. Tarquinium collegam ſuum quia Tarquinium nomen eſſet *metuere*, *eumque* orat uti ſua voluntate (*a*) Roma concedat. *Gellius* XV. 39.

Quodcunque deliquiſſet ignoſciturum affirmabat. *Priſcian.* X.

Clœliæ ſtatuam ab iis poſitam qui una obſides fuerant, redditis a Porſena in honorem ejus. *Plinius* XXXIV. 6.

A Poſtumus Dictator apud lacum Regillum caſtris Latinorum expugnatis, ei, cujus maxime opera capta eſſent, hanc (auream) coronam ex præda dedit. *Idem* XXXIII. 2.

In Aventinum ſeceſſionem factam eſſe. *Livius* LVIII.

Tum primum tributis comitiis creati tribuni ſunt, numero etiam additi tres, perinde ac duo ante fuerint, Cn. Sicinum, L. Numitorium, M. Duilium, Sp. Icilium, L. Mecilium. *Ibidem.*

Lib. III.

LXXIII. Cn. Flavius patre libertino natus ſcriptum faciebat, iſque in eo tempore Ædili Curuli apparebat, quo tempore Ædiles ſubrogantur, eumque primæ tribus Ædilem Curulem renuntiaverunt. At Ædilis qui comitia habebat, negat accipere, neque ſibi placere qui ſcriptum faceret, eum Ædilem fieri. (*b*) Cn. Flavius Anni filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſeſe abdicaſſe: iſque Ædilis Curulis factus eſt. Idem Cn. Flavius Anni F. dicitur ad [1] collegam veniſſe viſere ægrotum, & in conclave poſtquam introivit, adoleſcentes ibi complures nobiles ſedebant. Hi contemnentes eum, aſſurgere ei nemo voluit. Cn. Flavius Anni F. id arriſit. Sellam curulem juſſit ſibi adferri. Eam in limine appoſuit, ne quis eorum exire poſſet; utique ii omnes inviti viderent ſeſe in ſella curuli ſedentem. *Gellius* VI. 9. & *Valer. Maximus* II, 5, 2.

(a) *Roma concedat*] Gellii libri, *Romam contendat*. Corrupte, & contra fidem hiſtoriæ.
(b) *Annii filius*) V. c. *Anci filius*: Popma, Cn. filius, ex Cicerone ad Atticum VI, & Livio IX, etſi apud Plinium quoque eſt, *Annii filius*. | 1 MS. Pemb. Gellii, Collegium, &c. adoleſcens.

Roma

Roma condita, [1] anno IↃXVI. ſæculum accipit his Conſulibus, quis proximi ſunt Conſules M. Æmilius, M. F. Lepidus, C. Popilius II. abſens. *Cenſorinus de die natali.*

INCERTA.

LXXIV. Turnum matruelem Amatæ fuiſſe tradit, interfectoque Latino mortem ipſam ſibimet conſciviſſe. *Autor de origine gent. Rom.*

Creati Coſſ. L. Poſtumius, T. Minucius. Hos Coſſ. Piſo, Q. Fabio & P. Decio ſuggerit, biennio exempto. *Livius* IX.

Eo anno Ædiles Curules fuiſſe C. Domitium Cn. F. Calvinum, & Sp. Carvilium Q. F. Maximum. *Idem* X.

Quinque millia hominum cum Mago cedentes noſtros effuſe ſequeretur cæſa ex inſidiis. *Idem* XXXV.

Victoria L. Metelli Pont. anno II. elephanti CXLII. fuere tranſvecti. L. Piſo inductos duntaxat in circum, atque ut contemtus eorum increſceret, ab operariis haſtas præpilatas habentibus, per circum totum actos. *Plinius* XX. 6.

Papirium Maſſonem qui primus in monte Albano triumphavit de Corſis, myrto coronatum ludos Circenſes ſpectare ſolitum. *Idem* XV. 29.

Contra Hieronem regem CCXX. naves effectas diebus XLV. *Idem* XVI. 39.

Ab Aquileia ad XII. lapidem deletum oppidum, etiam invito Senatu, a M. Claudio Marcello. *Idem* III. 19.

M. Æmilio, C. Popilio II. Coſs. a Cenſoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio ſtatuas circa forum eorum qui magiſtratum geſſerunt, ſublatas omnes, præter eas quæ populi aut Senatus ſententia ſtatutæ eſſent. Eam vero quam apud ædem Telluris ſtatuiſſet ſibi Sp. Caſſius, qui regnum affectaverat, etiam conflatam a Cenſoribus. *Idem* XXXIV. 6.

LXXV. Triclinia ærata, abacoſque, & monopedia Cn. Manlium Aſia devicta primum invexiſſe triumpho ſuo, quem duxit urbis anno DLXVII. *Ibidem* III.

Romæ in Capitolio in ara Jovis bello Perſei enata palma, victoriam triumphoſque portendit. Hac tempeſtatibus proſtrata, eodem loco ficus enata eſt, M. Meſſalæ C. Caſſii Cenſorum luſtro: a quo tempore pudicitiam ſubverſam Piſo gravis autor prodidit. *Idem* XXVII. 25.

1 *Anno* CDXCVI. Sic enim in Popmæ Ed. Faſti Capitolini hoc anno edunt Conſules Sex. Julium Cæſarem, L. Amelium Oreſtem, quibus proximi ſunt ſuperioris anni Coſ. Lepidus Popilius II. quorum meminit infra.

C. Fu-

C. Furius Cretinus e ſervitute liberatus, cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex ampliſſimis vicinitas, in invidia magna erat; ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem a Sp. Albinio Curuli die dicta metuens damnationem, cum in ſuffragium Tribus oporteret ire, inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque ut ait Piſo, bene curatam ac veſtitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderoſos, boves ſaturos. Poſt ea dixit, veneficia mea Quirites hæc ſunt, nec poſſum vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliaſque, & ſudores. Omnium ſententiis abſolutus eſt. *Idem* XVIII. 6.

Queritur adoleſcentes peni deditos eſſe. *Cicero Epiſt.* IX. *ad Patum.*

LXXVI. Quartos [1] ludos ſæculares poſt annum factos tertium, Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt, DCVIII. anno. *Cenſorinus de die natali.*

1 *Ludos ſæculares*] de Ludorum origine circumfertur Iſidori locus ſed a librariis peſſime habitus, quod quia non adverterunt illi qui de ludis ex profeſſo egerunt, in medium jam adducam, ut a me in integrum reſtituatur. *Ludorum origo traditur: Lydii ex Aſia tranſeuntes, in Hetruria conſederunt duce Tyrrheno qui fratri ſuo ſucceſſerat in regno. Contentione ergo in Hetruria inter cæteros ritus ſuperſtitionum ſuarum ſpectacula quoque religionis nomine inſtituerunt.* Sed primo falſum eſt Tyrrhenum fratri in regno ſucceſſiſſe, deinde ſequentia, *contentione ergo in Hetruria* &c. intelligi non poſſunt. Rectius membranæ, *Sic L. o. t. Lydos ex Aſia tranſvectos in H. conſediſſe d. T. qui fratri ſuo ceſſerat regnum conſeſſione ergo in H.* exſcripſit hoc in loco Tertullianum de ſpectaculis cap. v. (cujus nomen more ſuo ſupprimit,) cum quo conſentit MS. Codex, niſi quod pro *fratri ſuo ſucceſſerat regni contentione. f. ſ. ſ. r. conſeſſione* perperam exhibet. Reliquum eſt ut Tertulliano addam ſuffragatores ne mendum illi demum imputetur. Timæi opus quod citat doctiſſimus pater dudum interiit, ſed nihilominus ex aliis hiſtoricis faciam ne laboret Auctoris citantis fides. Sed Plutarchus in Romulo. p. 18. Hetruſcos in Italiam commigraſſe tradit. De tota re Herodotum audiamus. Ἐπὶ Ἄτυος (Κότυος vocat Lib. 4. c. 45. & ſic Dionyſ. Halicarn.) τοῦ Μάνεω βασιλῆος σιτοδείην ἰσχυρὴν ἀνὰ τὴν Λυδίην πᾶσαν γενέσθαι· καὶ τοὺς Λυδοὺς τέως μὲν διάγειν λιπαρέοντας, μετὰ δὲ ὡς οὐ παύεσθαι, ἄκεα δίζησθαι· ἄλλον δὲ ἄλλο ἐπιμηχανᾶσθαι αὐτῶν. ἐξευρεθῆναι δὴ ὦν τότε καὶ τῶν κύβων, καὶ ἀλλέων πασέων παιγνιέων τὰ εἴδεα. ποιέειν δὲ ὧδε πρὸς τὸν λιμὸν ἐξευρόντας· τὴν μὲν ἑτέρην τῶν ἡμερέων παίζειν πᾶσαν, ἵνα δὴ μὴ ζητέοιεν σιτία. τὴν δὲ ἑτέρην σιτέεσθαι παυομένους τῶν παιγνιέων. Paulo poſt: ἐπεί τε δὲ οὐκ ἀνιέναι τὸ κακὸν, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον ἔτι βιάζεσθαι, οὕτω δὴ τὸν βασιλῆα αὐτῶν δύο μοίρας διελόντα Λυδῶν πάντων, κληρῶσαι τὴν μὲν ἐπὶ μονῇ τὴν δὲ ἐπὶ ἐξόδῳ ἐκ τῆς χώρης· καὶ ἐπὶ τῇ μένειν αὐτοῦ λαγχανούσῃ τῶν μοιρέων, ἑωυτὸν τὸν βασιλῆα προστάσσειν, ἐπὶ δὲ τῇ ἀπαλλασσομένῃ τὸν ἑωυτοῦ παῖδα, τῷ οὔνομα εἶναι Τυρσηνόν, &c. denique, ἔθνεα πολλὰ παραμειψαμένους ἀπικέσθαι ἐς Ὀμβρικούς. Tyrrhenus iſte fuit Hercule & Lyda genitus ſecundum Pauſaniam in Corinth. cap. 21. At D. Halicarnaſſ. p. 21. lib. 1. V. Paterculus 1. 1. & Tacitus IV. 55. quam proxime ad Herodoti ſententiam accedunt. Poſtremo accedit Servius ad Æn. 2. Dictus Lydius a fratre Tyrrheni, Thuſci enim a Lydis Originem ducunt. Nam Lydus & Tyrrhenus, duo fratres, cum eos provincia una non ferret, ſorte miſerunt, ut diviſis Copiis proficiſceretur unus ad novas ſedes quærendas &c. p. 642. Confer etiam Dionyſium in Perieg. 347. & ejus Schol. qui aliter narrat hanc fabulam. Eſt & alius Iſidori locus 18. 23. *de ludis* Circenſibus. *Quibus equos a Mercurio diſtributos hiſtoria docent*; lege ex Tertulliano de ſpectaculis cap. 9. Steſichorus docet. Pro, *communis uſus rerum non erat.* Iſidorus habet, *communis uſus rerum non erat.* Apud quem lege ex MS. & Servio ad Æn. VIII. v. 636. *Circenſes autem ludi vel a circumeundo vel quod ibi inter metas ſunt duo gladii ponebantur.* J. Waſſe.

Quartam

Quartam Sibyllam Cumæam in Italia nominat. *Lactantius* I. cap. 6.

COMMENTARIORUM LIB. I.

In his libris ſcripta erant Philoſophiæ Pythagoricæ, eoſque combuſtos a Q. Petilio Prætore, quia Philoſophiæ ſcripta eſſent. Sed libros ſeptem juris Pontificii totidemque Pythagoricos fuiſſe. *Plinius* XIII. 13. *Liv.* XL. *Lactant.* I. 22. *Plutarch. in N.*

INCERTA.

Pilumnum dictum quia pellat mala infantiæ. *Servius* X.

Uxorem Vulcani Majeſtam, non Majam vocari. *Macrobius* I. 12.

LXXVII. Vitulam Victoriam nominari, cujus rei hoc argumentum profert, quod poſtridie Nonas Julias re bene geſta, cum pridie populus a Tuſcis in fugam verſus ſit. Unde Populifugia vocantur, poſt victoriam certis ſacrificiis fiat vitulatio. *Idem* III. 2.

Novenſiles Deos eſſe novem in Sabinis, apud Trebiam conſtitutos. *Arnobius* III.

[1] LUTATII COMMUNIUM HISTORIARUM. LIB... I... II...

Recordatum Æneam quod aliquando ei reponſum eſſet urbi condendæ quadrupedem futuram ducem. Tum ſimulacris deorum Penatium proſecutum, atque illum ubi illa procubuit, enixaque eſt porculos triginta, ibidem auſpicatum. *Autor de origine gent. Rom.*

LIB. III.

Latinum pariter cum Ænea progreſſum inter prœliantes circumventum occiſumque. Nec tamen omiſſo ſocero Æneas Rutilis obſiſtere deſiit. Namque & Turnum interemit hoſtibus fuſis fugatiſque, victor Lavinium ſe cum ſuis recepit, conſenſuque omnium Latinorum Rex declaratus eſt. *Ibidem.*

Poſt eum (Latinum Silvium) regnavit Tiberius Silvius, Silvii filius. Qui cum adverſus finitimos bellum inferentes copias eduxiſſet, inter prœliantes depulſus in Albulam flumen deperiit, mutandique nominis exſtitit cauſſa. *Ibidem.*

LIB. IV.

LXXVIII. Cumanos incolas a parentibus digreſſos Parthenopen urbem condidiſſe, dictam a Parthenope Sirena, cujus corpus etiam

2 *Lutatii*] Hunc Varro conjungit Piſoni: nec allud quidquam de eo mihi conſtat. Nam qui putant eſſe Q. Lutatium Catulum majorem, collegam Marii in IV. Conſulatu, falluntur. Is enim non Hiſtorias Rom. ſed librum de Conſulatu & de rebus geſtis ſuis ſcripſit, ut teſtatur Cicero in Bruto. A Plutarcho vocatur Κάτλος Λυτάτιος, Conſulatum geſſit cum Cajo Mario quartum Conſule U. C. 100LI. inquit Voſſius in H. Lat. *J. W.*

poſt-

poſtquam ob locorum ubertatem amœnitatemque magis cœptum ſit frequentari, veritos ne [1] Cymæam dëſererent, iniſſe conſilium Parthenopen diruendi: poſt etiam peſtilentia affectos ex reſponſo oraculi urbem reſtituiſſe, ſacraque Parthenopes cum magna religione ſuſcepiſſe. Nomen autem Neapoli ob recentem reſtitutionem impoſuiſſe. *Philargyrius in 4. Georgic. ad v.* 564.

INCERTA.

LXXIX. Non modo Antenorem, ſed etiam ipſum Æneam proditorem patriæ fuiſſe. *Autor De origine gent. Rom.*

Baiani Euxini comitis Æneæ nutrice & ab ejus nomine Baias vocatas. *Servius* IX.

Eum locum eſſe fulguritum, & ex Sc. ſeptum eſſe, idque factum eſſe [2] a Curtio conſule, cui M. Genutius fuit collega, Curtium appellatum. *Varro de L. Lat.* 4.

Romam conditam olympiadis VII. anno II. *Solinus.*

[3] L. COELII ANTIPATRI ANNALIUM, ſive, HISTORIARUM BELLI PUNICI SECUNDI, [4] ad Ælium Stilonem. LIB. I.

Ne aut trajiciantur aperte, quo melius aut cadat, aut volvatur

1 *Cymæam*] Pro, *Cumæam* recte. Silius Italicus. 13. 494. *At gravida arcanis Cymes antra* & *Miratur ſonitum quieta Cyme.* Sylv. IV. v. 65. 498. *Cymæo in antro.* Statius. V. Flaccus in principio lib. I. *Si Cymæa mihi conſcia vatis ſtat caſta cortina domo* & alibi. Ubi N. Heinſius ita in antiquis Virgilii & Ovidii Codicibus exaratum ſe conſtanter inveniſſe teſtatur. Et ſane Græcis inquit Κύμη non Κύμη. at apud Ptolomæum invenio Κῦμη. Cave autem de hoc loco accipias Iſidorum Lib. XVI. cap. I. *Creta Cimolia candida eſt a Cimæa Italia inſula.* MS. omittit *Creta*, rectius ut videtur, nam *Cimolia* abſolute ponitur apud Plinium alioſque. Sed quis umquam de Cymæa Italiæ inſula vel fando audiverit? ſic tamen omnes editi & Mſſ. quibus invitis ſic legendum cenſeo, *a Cimolo* Italiæ *inſula.* Ovid. Met. VII. 464. *Cretoſaque rura Cimoli.* de hac inſula loqui Iſidorum manifeſtum eſt, quia intra dicit, *veſtimentorum pretioſos colores emollit*, quæ verba habentur apud Plinium 35, 18. cum hujus inſulæ meminit a quo etiam pro, *confricato ſulphure*, apud Iſidor. lege *contriſtatos.* Vox autem *Inſula* in Utopiam ablegandam puto, quæ ex gloſſatore nata eſt, qui quum in exemplaribus mendoſis inveniſſet *Cymæa*, *Italia* de ſuo addidit. Dicæarchus inſulam hanc modo ex Sporadibus modo ex Cycladibus eſſe dicit. Scylax & Strabo inter Cycladas reponunt. *J. W.*

2 *A Curtio Conſule*] M. Genutius Augurinus & C. Curtius Philo Coſs. fuerunt anno urbis CCCVIII. licet vulgati Livii & Caſſiodori codices, edant P. Curiatium, & Dionyſii Halicarnaſſæi M. Minucium, & C. Quintium: qui ex Varronis lib. IV. De L. Lat. emendandi.

3 *L. Cœlii Antipatri*] Cicero in Bruto: *L. Cœlius Antipater ſcriptor, quemadmodum videtis, fuit, ut temporibus illis, luculentus, juris valde peritus, multorum etiam, ut L. Craſſi, magiſter.* Et Pomponius de origine juris. *Fuit & eodem tempore Cœlius Antipater, qui Hiſt. conſcripſit, ſed plus eloquentiæ quam ſcientiæ juris operam dedit.* Spartianus refert Hadrianum Imperatorem Cœlium prætuliſſe Salluſtio: in quo illum judicio lapſum fuiſſe indicat Ciceronis teſtimonium de Antipatro, quod eſt de Legibus I. De Oratore II. etiſi M. Brutus dignum cenſuit, quem in Epitomem redigeret. Cicero ad Atticum XIII. *Epitomen Bruti Cœlianorum velim mihi mittas.* Fannio ætate conjunctus inquit Cicero I. de Legibus. Siſenna autem antiquior, *Paterculus* Lib. II. Gracchorum temporibus vixiſſe patet ex V. Maximo I. VII, §. 6. quo in loco ut id obiter moneam, pro, *vitare poſſe ut eo ſato non periret*, MS. Bib. Publicæ legit, *ne eo ſato*, & ſequentia, *propulſus e Capitolio* omittit & ante principium hujuſce ſectionis penultimæ pro *latiorem ſtatus ſpem.* habet, *lætioris.* de hujus Hiſtorici dictione Cicero in Bruto, & 2do de Oratore. Idem etiam in Epiſt. ad Attic. 13. 8. narrat Brutum hujus opus in compendium redegiſſe. Adduxit fragmentum Cæcilii ex Strabone Popma & pro Κεκίλιος legit Καίλιος quod ego auctoritate Voſſii fretus, induxi. Intelligendus enim eſt Καικίλιος ὁ ῥήτωρ qui hiſtoriam edidit belli Civilis. vid. Athenæum VI. II. J. W.

4 *Ad L. Ælium*] Eſt L. Ælius Stilo Grammatico:

oratio:

Digitized by Google

oratio: quod ſe L. Cœlius Antipater in procemio belli Punici, niſi neceſſario, facturum negat. *Cicero in Oratore.*

Legati quo miſſi ſunt veniunt,[1] delicant mandata. *Nonius delicare.*

Cum jure ſine periculo bellum geri poteratur. *Idem Poteratur.*

Qui cum iis ita fœdus icitis. *Priſc.* x.

Neque ipſi eos alii modi eſſe atque Hamilcar dixit oſtendere poſſunt aliter. *Idem* XII.

Antequam Barcha[2] perierat alii rei cauſſa in Africam eſt miſſus. *Ibidem.*

Qui intelligunt, qui faciunt, diſſentiuntur. *Idem* VIII.

Quarto Coſs. *Gellius* x. 1.

LXXX.[3] Sempronius Lilybæo celocem in Africam mittit viſere locum ubi exercitum exponat. *Cariſ.* II.

Duodecies C. mil. paſſuum longe. *Ibidem.*

Commodum eſſe ſatis videtur. *Ibidem.*

Saguntinorum. *Idem* I.

Dextimos in dextris ſcuta jubet habere. *Priſcian.* III.

Armis & magno commeatu, & præda ingenti copiantur. *Nonius Copiantur.*

Domus ſuas quemque ire jubet, & ſua omnia fruniſci. *Idem Fruniſci.*

Arma plerique abjiciunt, atque (*a*) inermi in latebras ſe illatebrant. *Idem Illatebrare.*

Et Latini ſubnixo animo (*b*) ex victoria inerti conſilium ineunt. *Idem Subnixum.*

Primum malo publico gratias ſingulatim nomina. *Idem Singulatim.*

LIB. II.

LXXXI.[4] Si vis mihi equitatum dare, & ipſe cum cetero exercitu

(a) *Inermi in latebras*) V.c. inermis, id eſt inermes.

(b) *Ex victoria inerti*) V. c. incerti, Fulvius, *victoria certi*, minus recte. Iners victoria eſt incruenta, ſine magna conflictatione parta, & ut ait Ennius, *ſine ſanguine & ſudore.*

maticus; de quo Cicero in Bruto, Suetonius De claris Grammaticis: & nos ad Varronis de L. Lat. lib. IV.

1 *Delicant.* 45.] Hoc eſt, explanant. Cæcilius Oboloſtate: Si linguas decem habeam vix habeam ſatis qui *delicem.* Idem Pauſimacho: Imo vero id ante, ſoli dum ſumus, *delica.* Accius Alpheſibœo: Advereor cum te eſſe Alcmæonis fratrem factis *delicat.* *J. W.*

2 *Perierat*] *Pergeret* MS. Codex Priſciani B.

3 *Sempronius Lilybæo*] Tib. Sempronius Gracchus Conſul, dux exercitus in Sicilia contra Anibalem: de cujus adventu Lilybæum narrat Livius XXX. & Polybius III.

4 *Si vis mihi equitatum*] Hoc dictum iiſdem ferme verbis refert Cato lib. IV. Originum: unde Cœlium ſumſiſſe monet Gellius.

Digitized by Google

me ſequi, die quinti Romæ in Capitolium curabo tibi (a) cena ſit cocta. *Gellius* x. 24. *Macrob.* I. 4.

LIB. III.

Imperator conclamat de medio, ut velites e ſiniſtro cornu removeantur, Gallis non dubitatim immittantur. *Nonius Dubitatim.*

LIB. IV.

Cuſtodibus diſceſſis multi interficiuntur. *Priſcian.* IX.

LIB. V.

Morboſum factum, ut ea quæ oportuerint, facta non ſint. *Idem* VIII.
Nullius alius rei niſi amicitiæ eorum cauſſa. *Idem.* XIII. p. 960.
At aliquam huic bello finem facere. *Nonius Finis feminin.*

LIB. VI.

Conſulto non paucies arceſſitum. *Idem Paucies.*

Omnes ſimul terrram 1 cum claſſi accedunt. navibus atque ſcaphis egrediuntur, 2 caſtra metati ſigna ſtatuunt. *Idem Metati.*

3 Ipſe cum cetera copia pedetentim ſequitur. *Idem Pedetentim.*

LIB. VII.

LXXXII. Reſpublica amiſſa, exfundato pulcerrumo oppido. *Idem Exfundare.*

Duos & ſeptuaginta lictoris domum deportaviſſe faſcis, qui ductoribus hoſtium ante ſoluerint ferri. *Idem Soluerint.*

Ipſe regis eminus equo ferit pectus advorſum, congenuclat percuſſus, deiecit dominum. *Idem Congenuclare.*

Ita uti ſeſe quiſque (b) vobis ſtudeat æmulari in ſtatu fortunæ reipublicæ, eadem re geſta, topper nihilo minore negotio acto, gratia minor eſſet. *Feſtus Topper fortaſſe.*

Conſuetudine uxoris indulgitate libertum. *Servius Georgic.* II.

INCERTA.

Ex ſcriptis eorum qui veri arbitrantur. *Priſcian.* VIII.

(a) *Cena ſit cocta*) Macrobius, *cenam coctam.*

(b) *Vobis ſtudeat æmulari*) V. c. nobis. Hoc dicit: Etiamſi homines plebeii principum reip. virtutes ſtudeant æmulari, & res non minus præclaras gerant quam illi, tamen ipſorum facta eadem non æque grata & glorioſa erunt. Quod Cato in Originibus confirmat exemplo Leonidæ ducis Lacedæmonii, & Cæditii Trib. militum.

1 *Cum claſſi accedunt*] *Accedo tibi* i. e. in tuam ſententiam, i. e. ad te venio inquit Chariſius. *Sonantes accedis ſcopulos* Virg. *Accedere periculum.* Plautus. Dares vero Phrygius, *applicant claſſem ad oppidum* vid. cap. 15. quo in loco, lego ex Mſ. *Argivis Achilles eadem in concilio refert. Illi gaudent, Calchantem ovanter recipiunt.* Et paulo poſt, pro, *legatos ad Priamum vellet Helenam ei reſtituere*, lege, *mittit, ſi ſibi ea* ... J. Walſe.

2 *Caſtra metati ſigna ſtatuunt*] Ex more & diſciplina militari, caſtris metatis, primo ſigna haſtis impoſita ſuis locis intra caſtra ſtatuebantur: quia nihil erat venerabilius eorum majeſtate militibus, ut ait Vegetius lib. III.

3 *Ipſe cum cetera*] Noniani libri, *Annali ipſe*, corrupte, pro, *Annali* VI. *Ipſe cum.*

Ubi

Digitized by Google

¹ Ubi ſenatus intellexit populum ¹ depeculari. *Ibidem.*

Nullæ nationi tot, tantas, tam continuas victorias, tam brevi ſpatio datas arbitror quam vobis. *Idem.*

Tantum bellum ſuſcitare conari adverſarios contra belloſum genus. *Nonius Belloſum.*

2 Publicatos quippe faſtos omnes, & libros a Fulvio Nobiliori ſcripta retuliſſe. *Cariſ.* I. p. 112.

3 Nucerum. Dii, pro diei. *Ibidem.*

Subinde. *Idem.* 11.

LXXXIII. Parricidatum. *Quintilian.* I.

Pelia cincinnatus. *Idem.* X.

Delinquere frumentum, Sardiniam hoſtes tenere. *Servius Æneid.* IV.

4 Mauruſii qui circa Oceanum colunt. *Ibidem.*

1 *Depeculari*] Hoc eſt ἀποσυλᾶσθαι exponente Priſciano, licet fortaſſe nunquam extra hunc locum paſſive inveniatur. vis verbi ex Lege Julia optime innoteſcet, qua cavetur, ne quis ex pecunia ſacra aut publica auferat, neve intercipiat, neve in rem ſuam vertat, neve faciat quo quis auferat, niſi cui lege licebit, neve quis in æs publicum quid indat, neve immiſceat, neve quo quid indatur immiſceatur, faciat ſciens dolo malo quo id pejus fiat: *Labeo* definit, pecuniæ &c. Furtum non ab eo factum cujus periculum fuit, & ideo æditum in his quæ ei tradita ſunt, peculatum non admittere. & *Marcianus*, illum qui prædam ab hoſtibus captam ſurripuit, *Ulpian.* etiam illum qui aliquid in tabulis publicis induxerit hoc crimine teneri aſſerit. Ejus poena primo, litis æſtimatio in quadruplum, vid. *Gellium* 11. 18. & *Catonem* in Præf. ad L. de Re Ruſtica 2do deportatio 3. ultimum ſupplicium. Peculatus judicium in eos datur, inquit Hiſpalenſis, qui fraudem ærario faciunt ubi Mſ. Codex bis *peculatum* exhibet. Verum ne illum inemendatum prætermittam, pro, *Ambitus judicium eſt qui longiorem honorem capit & ambit* uti vulgo circumfertur, lege ex membranis, *qui largitionibus honorem capit* in ambitus crimine quænam formula ſit ſervata vide apud Aſconium in Divinationem. Ex Suetonio in Aug. patet, eum ambitus teneri qui turbam ſuffragiorum cauſa conduxerit, ſervos advocaverit, aliamve quam multitudinem conduxerit, & ex Modeſtino. in L. Unica ff. ad l. Juliam de ambitu. *Si quis reus, vel accuſator domum Judicis ingrediatur, item ſi municipio contra hanc legem magiſtratum quis petierit, item ſi novum vectigal inſtituerit.* J. Waſſe.

2 *Publicatos quippe*] Fulvius Nobilior Faſtos in æde Herculis Muſarum, quam in circo Flaminio ex pecunia Cenſoria fecerat, poſuit, ut autor eſt Macrobius lib. 1. cap. 12.

3 *Nucerum*] Id eſt nucum, ut Regerum, Lapiderum, pro regum, lapidum, Cn. Gellius: quæ non tam nove, quam vitioſe & abſurde prolata ſunt.

4 *Circa Oceanum colunt*] Hoc eſt qui juxta, vel ad Oceanum habitant. Nepos x. 4. *Sed non paſſi ſunt hi qui circa erant. Colentes ultra Tanaim* Curt. VIII. 46. formula a Græcis tracta qui per πέριξ & κύκλῳ efferunt. Et eodem fere ſignificatu uſurpatur, quo *attingere ad* vel *in aliquid* v. 9. Mela cap. 14. aut apud eundem *appoſita ſunt Boreæ* 11. 7, aut *pertinere ad*, pro *pertingere*, pro quibus omnibus uſitatius invenitur verbum *jungere*. ut apud Plin. v. 18. *Jungitur ei latere Syriæ Decapolitana regio*, licet hæc vox non ſemper contactum ſed vicinitatem denotet, ut alicubi apud Livium, *Vineæ mœnibus junctæ* hoc eſt, admotæ propius urbem. Utcunque ſe res habet certum eſt τὸ jungere cum *contra* nunquam inveniri. Proinde locus ille Iſidori mihi ſemper de mendo ſuſpectus eſt. *Creta Græciæ pars eſt jungens contra Peloponnenſem* Orig. XIV. 6. Nullum tamen hic in MSS. aut Editis præſidium, omnes quaſi data opera in errorem conjurare videntur. Parum abfuit quin legiſſem, *jacens contra Peloponneſum* quomodo locutus eſt Mela 2. 7. Sed hoc eſſet longius ab Exemplarium veſtigiis recedere. Paula itaque mutatione ſcribe, *ingens.* Eodem auctore Mela cap. 11. *Ingens & centum urbibus habitata Crete*, Solinus etiam cap. 11. Inter ortum porrigitur & occaſum *tractu longiſſimo*. quo in loco Codex MS. quo uſus ſum, pro, *promtum eſt Cretam dicere* ut habetur in Ed. Salmaſii, legit, *plus eſt* & in ſpatio interlineari, *promptius*, quod Salmaſianis lectionibus præfero. Pro, *Gnoſon*, item *Cynoſonthera*, de qua ampliandum pronuncio, pro, *prima mari potuit, prima potuit remis & ſagittis*, cui hac in re aſtipulatur Iſidorus. Sic enim ille, *prima etiam hac inſula remis & ſagittis claruit.* ſunt & alii qui magnitudinem prædicant. inter quos Seneca, *Urbibus centum ſpatioſa Creta.* Dio-

Eſt in fano ſignum Apollinis ligneum, altum non minus pedes xv. *Idem* VI.

Calvaria. *Caper de Orthographia.*

Qua tempeſtate Pœnus in Italiam venit. *Cicero in Bruto.*

Annibalem cum columnam auream, quæ eſſet in Fano Junonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretque utrum ea ſolida eſſet an extrinſecus inaurata, perterebraviſſe: cumque ſolidam inveniſſet, ſtatuiſſe eam tollere. Secundum quietem viſam eſſe ei Junonem prædicere ne id faceret, minitarique ſi id feciſſet, ſe curaturum ut eum quoque oculum quo bene videret, amitteret; idque ab homine acuto non eſſe neglectum. Itaque ex eo auro quod exterebratum eſſet buculam curaſſe faciendam, & eam in ſummo columnæ collocaviſſe. *Idem de Divinat.* I.

Cum bello Latino ludi Votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repente eſt excitata. Itaque ludis intermiſſis Inſtaurativi conſtituti ſunt &c. *Ibidem.*

LXXXIV. C. vero Gracchus multis dixit, ſibi in ſomnis quæſturam petenti Tib. fratrem viſum eſſe dicere, quam vellet cunctaretur, tamen eodem ſibi leto quo ipſe interiſſet, eſſe pereundum. Hoc antequam Trib. pleb. Gracchus factus eſſet, & ſe audiſſe, & dixiſſe multis. *Ibid.*

Eo ipſo tempore cum hoc calamitoſum fieret prœlium, quo C. Flaminius occiſus eſt, tantos terræ motus in Liguribus Galliæ compluribuſque inſulis, totaque in Italia factos eſſe, ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræque deſederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque amnes mare influxerint. *Ibidem.*

Per Cremonis jugum tranſiſſe Annibalem. *Livius* XXI, 38.

Servati Conſulis P. Scipionis decus ad ſervum natione Ligurem delegat. *Ibidem.*

Magonem cum equitatu & Hiſpanis peditibus flumen extemplo tranſnaſſe: ipſum Annibalem per ſuperiora Padi vada exercitum traduxiſſe, elephantis in ordinem ad ſuſtinendum impetum fluminis oppoſitis. *Ibidem.*

nyſius v. 502. Καὶ τ' ἔτι μέγεθος ἀπείριτον Homer. Odyſſ. ξ. 10. Ἐυρειάων ἐκ μὲν Κρητάων γένος εὔχομαι. Et, Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ. Apud M. Heracleotem ob magnitudinem nonum inter inſulas locum obtinet, ſeptimum vero apud Agathemerim. Donatus ad verſum Virg. *medio jacet inſula ponto*, putat poetam ſignare per vocem, *jacet* immenſam Cretæ latitudinem demonſtrare voluiſſe. Cujus ſententiæ quo minus accedam faciunt illa Pomponii, *in orbem jacent Cyclades* Ovidii, Quinque *jacent* terræ (Echinades) nimirum. Met. VIII. 577. & Priſcian. in Perieg. v. 303. *E regione* jacet *locus hic Symplegades arcta*. 403. *cujus* jacet *Iſthmus imago* Dionyſio 405. στεινὸς ἰσθμός. & 464. Continuoque *jacent* Gymneſiæ. Dicæarchus. Πελαγίας, Σκῦρος. Κατὰ Εὔβοιαν. δ' ὀρεινὴ κειμένην. Herodian. VI. Τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον Εὐρώπην & 4. Λεβίας τε καὶ ἀντικειμένα. Poſſem contra ſententiam Servianam teſtes ſexcentos producere ſed. Οὐκ ἐμὸν ἔργον τῶνδε πέλει· δὴ μοι ἄλλα μέμηλεν. Et hæc nihilominus ad Iſidorum ſufficiant. Repone autem apud P. Sabinum in locum Virgilii ſupra laudatum Philiſtides pro, Philoſtocles. *J. Waſſe.*

Fabium

Fabium Dictatorem adverſus Annibalem rem geſſiſſe. Etiam eum primum a populo creatum Dictatorem. *Idem* XXII, 31.

Romam euntem ab Ereto divertiſſe eo Annibalem tradit, iterque ejus ab Reate, Cutiliiſque, & ab Amiterno orditur. Ex Campania in Samnium: inde in Pelignos perveniſſe. præterque oppidum Sulmonem in Marrucinos tranſiſſe: inde Albenſi agro in Marſos: hinc Amiternum Foruloſque vicum veniſſe. *Idem.* XXVI, 11.

LXXXV. Eiſdem diebus naves onerarias Pœnorum ad LXXX. circa Sardiniam ab C. Octavio, qui provinciæ præerat, captæ. Eas frumento miſſo ad Annibalem, commeatuque onuſtas tradit. *Idem* XXXVIII.

Quantum militum in Africam tranſportatum ſit *a P. Scipione*, non parvo numero inter autores diſcrepat. Cœlius, ut abſtinet numero, ita ad immenſum multitudinis ſpeciem auget, volucres ad terram delapſas clamore militum ait, tantamque multitudinem conſcendiſſe naves, ut nemo mortalium aut in Italia aut in Sicilia relinqui videretur. *Idem* XXIX.

Præterquam quod non merſas fluctibus naves, ceteros omnes cœleſtes maritimoſque terrores, poſtremo abreptam tempeſtate ab Africa claſſem ad inſulam Ægimurum inde ægre correctum curſum, & prope obrutis navibus, injuſſu Imperatoris, ſcaphis haud ſecus quam naufragos milites ſine armis cum ingenti tumultu in terram evaſiſſe. *Ibidem.*

Captum Hannonem tradit. *Ibidem.*

Vidiſſe ſe qui navigaſſet ex Hiſpania in [1] Æthiopiam, commercii gratia. *Plinius* II. 17. *Capella Philolog.* Lib. VI.

Alpes in longitudinem decem millia paſſuum patere a ſupero mari ad inferum. *Idem* III. 19.

Duos elephantos Antiocho regi in bellicis uſibus celebres etiam cum nominibus fuiſſe, noviſſeque ea. *Idem* VIII. 5.

In Averno etiam folia ſubſidere. *Idem* XX. II. 2.

[2] Q. ÆLII TUBERONIS HISTORIARUM. LIB. I.

LXXXVI. Si quid a parentibus acceptum protinus antiquæ memoriæ tradiderunt. *Nonius Protinus.*

1 *Æthiopiam*] Martiani verba hæc ſunt, *Cal. Antip. ſe hominem vidiſſe confirmat, qui* navigationis *ardore in Æthiopiam ex Hiſpania navigaſſet*: at longe rectius veterrimæ Corporis Chriſti & Bib. publicæ membranæ (quibus in hoc auctore purgando ſum uſus,) exhibent *negotiationis.* Nec ſecus Codex vetus Bibliothecæ Bodleianæ cujus variantes Lectiones beneficio doctiſſimi & humaniſſimi viri J. Hudſon DD. in meam gratiam exſcripſit eruditus Juvenis. hanc lectionem confirmant Plinius & quem ſequitur, Mela, Lib. III. cap. 66. *Navigaſſet ex Hiſpania in Æthiopiam commercii gratia* confer hac de re Strabonem p. 98. & Herodotum 237. Sed procedit Martianus, *Idem Cornelius poſt captos Indos per Germaniam navigavit.* Quod falſum eſſe evincit Plinius hiſce verbis, *Idem Nepos &c. tradit, Q. M. Celeri Indos a rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii cauſa navigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti.* Mela habet, *a rege Batorum* vide Harduin. ad Lib. II. §. 60. a quo locus Martiani refingendus. *J. Waſſe.*

2 *Q. Ælii Tuberonis*] Q. Ælius Tubero Juriſperitus fuit, vita ſeverus & durus, ex inſti-

Cum

Cùm Aſcanius ab univerſo populo ad reſtituendam Laviniam cogeretur, juraretque ſe neque interemiſſe, neque ſcire ubi eſſet, Tyrrhum petito ſilentio in illa concionis frequentia profeſſum indicium, ſi ſibi Laviniæque, pueroque ex ea nato fides incolumitatis daretur, tumque eum acceptam Laviniam in urbem cum filio reduxiſſe. Poſt hæc Aſcanius completis in Lavinio triginta annis, recordatus novæ urbis, &c. *Autor de origine gent. Romanæ.*

Servium Tullium Regem populi Romani cum illas quinque claſſes juniorum cenſus faciendi gratia inſtitueret, pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptendecim, atque inde ab anno ſeptimo decimo, quod idoneos jam eſſe reipublicæ arbitraretur, milites ſcripſiſſe, eoſque ad annum quadrageſimum ſextum Juniores, ſupraque eum annum Seniores appellaſſe. *Gellius* x. 28.

LIB. IV.

Inimiciter iraſcendum non eſt. *Cariſ.* II.

LIB. XIV.

LXXXVII. Pars omnis luxuriabat. *Nonius Luxuriabat.*

INCERTA.

Προειδότες οἱ τοῦ Νεμήτορος θύσοντας τῷ Λυκαίῳ τοὺς νεανίσκους τῷ Πανὶ, τὴν Ἀρκαδικὴν, ὡς Εὔανδρος κατεστήσατο, θυσίαν, ἐνήδρευσαν τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τῆς ἱερουργίας, ἡνίκα ἐχρῆν τοὺς περὶ τὸ Παλλάντιον οἰκοῦντας τῶν νέων ἐκ τοῦ Λυκαίου τεθυκότας περιελθεῖν δρόμῳ τὴν κώμην γυμνοὺς, ὑπεζωσμένους τὴν αἰδῶ ταῖς δοραῖς τῶν νεοθύτων. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χωρίῳ τοὺς ἱεροποιοὺς νεανίσκους οἱ βουλόμενοι, λοχήσαντες κατὰ τὸ στενόπορον τῆς ὁδοῦ, ἐπειδὴ πρῶτον τὸ σὺν τῷ Ῥώμῳ κατ' αὐτοὺς ἐγένετο, τῶν ἀμφὶ Ῥωμύλον τε καὶ ἄλλους ὑστεριζόντων τριχῆ γὰρ διῄρηντο, καὶ ἐκ διαστήματος ᾔεσαν· οὐ προσμένοντες τοὺς λοιποὺς, ὁρμῶσιν ἐπὶ τοὺς πρώτους ἐμβοήσαντες ἀθρόοι, καὶ περιστάντες ἔβαλλον, οἱ μὲν ἀκοντίοις, οἱ δὲ λίθοις, οἱ δ' ὡς ἕκαστοι διὰ χειρὸς εἶχον. οἱ δ', ἐκπλαγέντες τῷ παραδόξῳ τοῦ πάθους, καὶ ἀμηχανοῦντες ὅτι δράσειαν πρὸς ὡπλισμένους ἄνοπλοι μαχόμενοι, κατὰ πολλὴν εὐπέτειαν ἐχειρώθησαν (de Remo ab hoſtibus capto & Albam perducto) Dionyſ. Halic. lib. I. p. 67. lin. 10.

M. Manlium & Q. Sulpitium Coſs. in eum annum edunt. *Livius* IV.

Q. Fabium Coſ. ipſum autorem fuiſſe differendi ſibi conſulatus in bellicoſiorem annum. *Idem* x. 9.

Bello Punico primo Atilium Regulum Conſulem in Africa caſtris apud Bagradam flumen poſitis, prœlium grande atque acre feciſſe adverſus unum ſerpentem illic ſtabulantem, inuſitatæ immanitatis: eumque magna totius exercitus conflictione, balliſtis atque catapultis diu oppugnatum, ejuſque interfecti corium longum pedes centum & viginti Romam miſiſſe. *Gellius* VI. 3.

Eundem Regulum rediſſe Carthaginem, noviſque exemplorum

tuto Stoicæ diſciplinæ, quam Panætio magiſtro ſectabatur. Meminit ejus Cicero Pro Muræna, in Bruto, de Oratore 3. & de jure civili in artem redigendo, *Nec vero ſcientia juris majoribus ſuis Q. Ælius Tubero defuit, doctrina etiam ſu-* *perfuit.* Dionyſius virum gravem, & diligentem in hiſtoriis prædicat. Vidend. & Pomponius tit. de Origine juris. Vid. Judicium D. Halicarnaſſ. de ejus hiſt. Lib. 1. Antiq.

modis

modis excruciatam a Pœnis dicit; In atras, inquit, & profundas tenebras eum claudebant, ac diu poſt ubi erat viſus Sol ardentiſſimus, repente educebant, & adverſus ictus Solis oppoſitum continebant, atque intendere in cœlum oculos cogebant, palpebras quoque ejus ne connivere poſſet ſurſum ac deorſum diductas inſuebant. *Ibidem* IV.

De Officio Judicis Liber.

Præcepta Ælii Tuberonis ſuper officio judicis. *Idem* XIV. 2.

Ad C. Oppium Lib.

Si generalis ſpecies occecurrit. *Idem* VII. 9.

INCERTA.

LXXXVIII. Hinc in milleſimum annum eorum columine civitas continebitur. *Donatus in Phorm. Terent.*

Nam delinquet aut ſuperet aliquid tibi. *Servius Æneid.* IV. *Delinquere, Deficere.*

Nullum Senatuſconſultum fieri poſſe non diſceſſione facta: quia in omnibus ſenatuſconſultis, etiam in iis quæ per relationem fierent, diſceſſio eſſet neceſſaria. *Gellius* XIV. 7.

Præfectum urbi Latinarum cauſſa relictum Senatum habere poſſe. *Ibidem* VIII.

[1] P. Rutilii Rufi Historiarum Libri.

INCERTA.

Ἰδίᾳ δὲ τῷ Μαρίῳ προσκεκρουκώς, φησὶν ὡς καὶ τῆς ἕκτης ἔτυχεν ὑπατείας, ἀργύριον εἰς τὰς φυλὰς καταβαλὼν πολὺ καὶ πριάμενος, τὸ Μέτελλον ἐκκροῦσαι τῆς ἀρχῆς, Οὐαλέριον δὲ Φλάκκον ὑπηρέτην μᾶλλον ἢ συνάρχοντα τῆς ὑπατείας λαβεῖν. [ὡς δὲ Ῥουτίλιος ἱστορεῖ.] Plutarch. in Mario pag. 422. A.

LXXXIX. Admirationi fuiſſe philoſophorum trium ſui cujuſque generis facundiam, violenta & rapida Carneades dicebat, ſcita & tereta Critolaus, modeſta Diogenes & ſobria. *Idem* VII. 14. *paulo aliter Macrob.* I. 5. *Plin.* VII. 30. *Pauſan.* 216. *Lact.* XV. 17. Gell. VII. 14.

Romanos inſtituiſſe nundinas, ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem die, intermiſſo jure, ad mercatum legeſque accipiendas Romam venirent, & ut ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die propoſita a ſingulis atque univerſis noſcebantur. *Macrobius* I. 16.

Scipionem hoc anno [DLXXI] mortuum *Livius* XL.

1. *P. Rutilii Rufi*] Hic vir clariſſimus Quæſtor ſive Legatus Mucii Scævolæ Procos. Aſiæ fuit, Conſul cum C. Manilio anno urbis DCXLVIII. Poſtea in judicium repetundarum nomine vocatus, damnatuſque equitum ſententiis, qui tum Gracchanis legibus judicia obtinebant, in exilium Smyrnam abiit. Ejus integritatem & conſtantiam prædicat Cicero in Bruto, De officiis III Seneca ubique. Ovidius:

Nec grave magnanimi robur mirare Rutili.

Tacit. in Agric. Athenæus VI. & IV. Minutius Felix.

[1] DE VITA SUA. LIB. I.

[2] Pompeius elaboravit uti populum Romanum noſſet, eumque [3] artificioſe ſalutaret. *Cariſ.* 11.

LIB. II.

Animo conſtante. *Idem* 1.

LIB. III.

Pro L. familiare veniebam. *Ibidem.*

LIB. IV.

Vectigalium. *Ibidem.*

LIB. V.

Ex orbi terrarum. *Ibidem.*

Ardile. *Ibidem.*

ANNIBALICA.

XC. Ὁ δὲ Ῥυτίλιον Ῥῦφον, συγγραφέα τῶν δὲ τῶν ἔργων ἐκάλεσε &c. (de bello Annibalico.) Appian. p. 522.

INCERTA.

Quod ſi me invitum abire ſiniſſet. *Diomed.*

Uni una oſtentata eſt. *Ibidem.*

DE MODO ÆDIFICIORUM ORATIO.

Orationes. Q. Metelli de prole augenda, & Rutilii de modo ædificiorum. *Suetonius in Auguſto.*

PRO L. CÆRUCIO AD POPULUM.

[4] Quod ego me ſpero oſtenturum. *Diomed.* 1.

[5] P. SEMPRONII ASELLIONIS HISTORIARUM. LIB. I.

Verum inter eos qui Annales relinquere voluiſſent, & eos qui res

1 *De vita ſua*] Multi præſtantes viri De vita ſua libros ſcripſerunt, ut hic P. Rutilius, M. Scaurus M. Varro, Auguſtus Cæſar, cujus de vita ſua 13. libros memorat Suetonius.

2 *Pompejus elaboravit*] In petitione magiſtratuum prima cura erat, ut petitor ſuo quemque civem nomine appellaret, ac ſalutaret. Unde Pompejus, cupientiſſimus honorum & imperii, elaborabat, ut ſingulos cives noſſet, eorumque nomina teneret. Contra Scipio Æmilianus objicienti Appio Claudio ſua in Cenſura competitori, quod is neminem civium noſſet, reſpondit, ſe dediſſe operam ut a civibus ſuis cognoſceretur, non ut ipſe eos cognoſceret.

3 *Artificioſe ſalutaret*] Artificium ſalutationis erat, magnificis & blandis nominibus cives ſalutare, & appellare patrem, fratrem, amicum, prout cujuſque dignitas, ætas, ingenium ferebat, quod Horatius præcipit nomenclatori,

---------- Frater, Pater adde,
Ut cuique eſt ætas ita quemque facetus adopta.

4 *Quod ego me*] Hoc Priſcianus citat ex oratione Catonis pro L. Cæſare ad populum, ut neſcias Diomedes an Priſcianus corruptus ſit; an Cato & Rutilius idem dixerint: quod ego quidem puto.

5 *P. Sempronii Aſellionis*] De hoc Gellius 11. cap. 13. *Is Aſellio ſub. P. Scipione Africano Trib. milit. ad Numantiam fuit, reſque eas, quibus gerundis ipſe interfuit, conſcripſit.* Cicero in Bruto poſt Cœlium hiſtorias ſcripſiſſe, nec ſe illi æquare potuiſſe indicat. Cæpit autem R. [illegible] mantinum Anno U. C. IↃCXIV. Q. Servilio Cæpione & C. Lælio ſapiente Dionyſius Lib. 1.

geſtas

geſtas a Romanis perſcribere conati eſſent, omnium rerum hoc interfuit. Annales libri tantummodo quod factum quoque anno geſtum ſit, id demonſtrabant, id eſt, eorum quaſi qui diarium ſcribunt quam Græci ἐφημερίδα vocant. Nobis non modo ſatis eſſe video, quod factum eſſet id pronuntiare, ſed etiam quo conſilio quaque ratione geſta eſſent, demonſtrare. *Gell.* v. 18.

XCI. Nam neque alacriores ad remp. defendendam, neque ſegniores ad rem perperam faciundum Annales libri commovere quicquam poſſunt.

Scribere autem bellum quo initum Conſule, & quomodo confectum ſit, & quis triumphans introierit, exque eo libro quæ in bello geſta ſint iterare, non prædicare autem interea quid Senatus decreverit, aut quæ lex rogatione lata ſit, neque quibus conſiliis ea geſta ſunt iterare, id fabulas pueris eſt narrare, non hiſtorias ſcribere. *Ibidem.*

LIB. III.

Fieri ſolet plerum, ut in victoria mitior manſuetiorque fiat. *Priſcianus* v.

LIB. IV.

Nam ſe patrem ſuum audiſſe dicere L. Æmilium Paullum, nimis bonum Imperatorem ſignis collatis non decertare, niſi ſumma neceſſitudo, aut ſumma ei occaſio data eſſet. *Gell.* XIII. 3.

1 Ut major invidia Lepido gliſceretur. *Nonius Gliſcitur.*

LIB. V.

XCII. Nam Gracchus domo cum proficiſcebatur nunquam minus terna aut quaterna millia hominum ſequebantur. *Gell.* II. 13.

Orare quidem cœpit id ut ſe defenderent, liberoſque ſuos, eum quem virilis ſexus (a) tum in eo tempore habebat produci juſſit, populoque commendavit prope flens. *Ibidem.*

LIB. XI.

2 Tam pulcrum opus, tamque artificioſe factum, paſſus eſt dirui. *Cariſius* II.

(a) *Tum in eo tempore*) Fulvius, *tum* habebat. Mſ. Pembr. nihil movet. *J. Waſſe.*

Antiq. eum cum Catone reponit inter λογοποιτὰς τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων. Servius ad XII. Æn. — *pilataque plenis agmina*, citat ad hunc modum. *Aſellio Hiſtoriarum tritarum.* Sed pro, *tritarum* Voſſius legendum putat, *Romanarum.* Extat ſub ejus nomine liber de diviſione Italiæ & Origine Urbis Romæ, ſed Titulus auctorem mentitur. *J. W.*

1 *Ut Major invidia Lepido*] Forte M. Æmilius Lepidus Porcina, qui Coſ. fuit anno DCXVI cum C. Hoſtilio Mancino. Proconſul adverſus Vaccæos male rem geſſit. Livius in epitoma lib. LVI. Eum celebrat Cicero, ut ſummum oratorem.

2 *Tam pulcrum opus*] Theatrum intelligit; quod inchoatum a L. Caſſio Cenſore etiam pæne abſolutum L. Scipio Aſiaticus Coſs. anno DCLXX. demolitus eſt: quoniam hoc quoque videretur

Digitized by Google

LIB. XIII.

[1] Facta ſua (*a*) ſpectare oportere non dicta, ſi minus facundioſa eſſent. *Gell.* IV. 9.

LIB. XIV.

Crepidarium cultellum rogavit a crepidario ſutore. *Idem* XIII. 20.
Ne poſſent aut ſtationes facere hoc ſecus. *Cariſius* II.

INCERTA.

XCIII. [2] Tritarum quartum ſignum accedebat, ſive pilatim, ſive paſſim iter facere volebat. *Servius* XII.

P. Craſſum Mutianum quinque habuiſſe rerum bonarum maxima, & præcipue quod eſſet ditiſſimus, quod nobiliſſimus, quod eloquentiſſimus, quod juris conſultiſſimus, quod Pontifex Max. Is cum in conſulatu obtineret Aſiam provinciam, & circumſedere, oppugnareque Leucas oppidum pararet, opuſque eſſet firma ac procera trabe, qui arietem faceret, quo muros ejus oppidi quateret, ſcripſit ad magiſtrum Architectonem (*b*) molis [3] Athenienſium, ſociorum amicorumque populi Rom, ut ex malis duobus quos apud eos vidiſſet, uter major eſſet eum mittendum curaret. Tum magiſter Architecton comperto quamobrem malum deſideraret, non uti juſſus erat majorem, ſed quem eſſe magis idoneum aptioremque faciendo arieti, facilioremque portatu exiſtimabat, minorem miſit. Craſſus eum vocari juſſit, & cum interrogaſſet cur non quem juſſerat miſiſſet, cauſis rationibuſque quas dictitabat ſpretis, veſtimenta detrahi imperavit, virgiſque multum cæcidit, corrumpi atque diſſolvi officium omne imperantis ratus, ſi quis ad id quod facere juſſus eſt non obſequio debito ſed conſilio non deſiderato reſpondeat. *Gellius* I. 13.

[4] CLODII LICINI RERUM ROMANARUM. LIB. III.

XCIV. Pleminium ludis votivis, quos Romæ Africanus iterum

(a) *Spectari oportere, non dicta*) Alii, *ſpectari oportere, dicta non.*
(b) *Molis Athenienſium*) H. Stephanus, *Moleatenſium.*

novarum ſeditionum materia, vel quod exiſtimaret non eſſe e republica populum Græcanicis voluptatibus aſſueſcere. Appianus de bellis civilibus lib. I. Vellejus lib. II. ad quem in Scholiis plura notavi.

[1] *Facta ſua ſpectari*] Ex oratione C. Marci Coſ. deſignati, cujus ſententiam ita Salluſtius expreſſit in Jugurthino, *Non ſunt compoſita verba mea, parvi id facio. Ipſa Virtus ſe ſatis oſtendit.*

[2] *Tritarum quartum*] Prior vox in Servio adhæret titulo, *Aſellio Hiſtoriarum tritarum*, malè. Nam tritarum intelligitur viarum, quarum exploratio ſignis fiebat, ſive pilatim, id eſt denſè, ſive paſſim & laxe exercitus ducendus eſſet.

[3] *Molis*] Salmaſ. corrigit, *ad m. a. Elateinſium* MS. Cod. Pembrochianus omittit, *Architectonem*, & pro *Elateinſium*, reponit, *magiſtratum* [illegible] dein, *virgiſque multum*, legit. J. W.

[4] *Clodii Licinii*] Hunc Clodium forſitan ſignificat Cicero de Legibus, l. 2. ubi cum de Cælio dixiſſet ſubjicit, *Antipatro huic Clodius, Aſellio, nihil ad Cœlium, ſed potius ad antiquorum languorem atque inſcitiam*: quo loco nonnulli pro *Clodii* perperam reponunt *Gelli*: qui ante Cœlium ſcripſit, ut ſupra dixi. Niſi forte apud

Conſul

Conſul faciebat, conatum per quoſdam quos pretio corruperat aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carceris fugiendique haberet occaſionem patefacto dein ſcelere delegatum in Tullianum S. C. *Livius* XXXIX. & *Valer. Maximus*. lib. I. cap. I. §. 21.

[1] C. LICINII MACRI ANNALIUM, LIB. I.

Auſpicia pulchra & luculenta commemorat. *Nonius Lutulentum*.

Non minimo opere milites quietes volebant eſſe. *Priſcian*. VI.

Fauſtuli conjugem Accam Larentiam Romuli & Remi nutricem eſſe. Hanc regnante Romulo Tarturio cuidam Tuſco diviti denuptam, auctamque hæreditate viri, quam poſt Romulo quem educaſſet, reliquit, & ab eo Parentalia diemque feſtum pietatis cauſſa ſtatutum. *Macrob*. I.

Contentionis illius perniciosum exitum fuiſſe. Namque ibidem obſiſtentes Remum & Fauſtulum interfectos. *Autor de orig. gentis Rom*.

LIB. II.

XCV. [2] Nequaquam ſui lavandi reluant arma lue. *Nonius Lues*.

Perverſam eſſe alii modi poſtulare. *Priſcian*. VI.

LIB. XVI.

[3] Omnium veſtrum neglexerit autoritatem. *Diomedes* I. *Priſc*. X.

INCERTA.

Quo die Magiſtratum obiit, repente celeri gradu per forum ſe in Capitolium contendit. *Nonius Contendere*.

Cicertonem legendum ſit, *Claudium* & de Quadrigario accipiendum Popma. Voſſius putat eundem deſignari a Nonio in, *patibulo*. Neſcio interim an Sextus Clodius ſit ab hoc diverſus cujus meminere Lactant. 1, 22. Arnob. 1. 5. vide etiam Tzetzem Chil. 11. VI. 960. Cave tamen confundas cum Servio Clodio equite Romano, qui tradente Varrone, apud Plin. XXV. 3. præ doloris magnitudine crura podagroſa veneno perunxit, aut cum Sexto illo e Sicilia Rhetore, de quo Sueton. VI. Cicero Philip. VII. 16. aut Clodio Turrino, de quo Seneca Controv. XXXI. &c. qui idem forte cum illo cujus librum de Diis citat. Arnob. pag. 168. & Lactant. 1. 22. *J. Waſſe*.

[1] *C. Licinii Macri*] Docti viri putant hunc eſſe C. Licinium Macrum oratorem qui repetundarum reus Cicerone Prætore judicium exercente, veritus damnationem, ſudario ore & faucibus arctatis pœnam morte prævenit, ut narrant Valerius & Plutarchus, & meminit Cicero ad Atticum 1. & in Bruto. Ego arbitror hunc hiſtoricum eſſe alium ab illo oratore, & quidem antiquiorem. Non enim Cicero ſiluiſſet de ejus hiſtoriis. *Popma*. At in Ciceronis de Legibus pro, *quid Accium memorem*, in quibuſdam Codicibus eſt, *Acrum*, unde Sigonius legit *Macrum*. Fulv. etiam Urſinus Auctor eſt *Macrum* ſe repetiſſe emendatum in libro quem cum Mſto contulerat Vir doctus. Sic legit & P. Manutius, & ſic ſcribi debere putat Voſſius de H. L. Lib. 1. pag. 74. quod nempe de illis agit Cicero. qui ſoluta oratione ſcripſerunt & quod temporum ratio refragatur quo minus ille Siſennæ amicus eſſe potuerit. Scripſit Licinius Annales ut eos vocat Nonius in *lues* & *lutulentum*: ſive *rerum Romanarum libros*, prout *idem in patibulo* nominat. Facile interim aſſentior Mercero pro, *Licinio*, *M. Æmilio* apud Nonium in *Profecta* reponenti, & proinde expunxi tria fragmenta ab Auſonio Popma ex Macri Ornithogonia adducta. Adeat Lector Plinium XXXII. 1. & XXXII. 2. Obiit noſter triennio poſt Virgilium ut ex Hieronymi Chron. patet. *J. Waſſe*.

[2] *Nequaquam ſui lavandi*] Fuit, credo, lex militaris pro tempore lata ad cohibendum nimium uſum lavationum in caſtris, Ne milites ſui lavandi gratia exuerent arma. Eſt autem in illo ſui lavandi, ellipſis nominis cauſſa, gratia, de qua dixi lib. 11. *de uſu antiq. locutionis*.

[3] *Omnium noſtrum neglegerit*] Præteritum a

Pars magna lævis clypea portant, *Idem Clypeus neutro.*

Intercalationis originem Romulo aſſignat. *Macrobius* I.

Annum vertentem ſtatim ab initio XII. menſium fuiſſe. *Cenſorin. De die natali.*

Et in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ inventos. *Livius* IV.

Magiſtratum libri, quos [1] linteos in æde repoſitos Monetæ citat identidem autores. *Ibidem.*

Eoſdem Conſules inſequenti anno refectos, Julium tertium, Virginium iterum. *Ibidem.*

Comitiorum habendorum cauſſa & ab Licinio Conſule dictum *Dictatorem*, quia collega comitia bello præferre feſtinante, ut continuaret conſulatum, obviam eundum pravæ cupiditati fuerit. *Ibidem* VII.

XCVI. Eodem anno (*a*) C. Flavius Cn. F. Scriba patre libertino, humili fortuna ortus, &c. quem antea deſiſſe ſcriptum facere arguit, tribunatu ante geſto triumviratibuſque nocturnis altero, altero coloniæ deducendæ. *Idem* IX.

Tertia etiam clade quæ ad Cremeram accepta eſt, abominandam eam Curiam facit. *Ibidem.*

Cum Q. Fabium Coſ. non petentem omnes dicerent centuriæ, ipſum autorem fuiſſe differendi ſibi conſulatus. *Idem* X.

Amulium patruum Rheæ Sacerdotis amore ejus captum nubilo cælo obſcuroque aere, cum primum illuſicere cœpiſſet, in uſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum in luco Martis, compreſſiſſe eam: tum exactis menſibus geminos editos. *Autor de origine gentis Rom.*

Οὐ μετὰ Ῥωμύλου παραγινόμενος, οὐδὲ χάριν ἱερῶν, ἀλλὰ μόνος, ὡς πείσων τοὺς ἀδικηθέντας ἀφεῖναι τοῖς δεδρακόσι τὴν ὀργήν. ἀγανακτήσαντός τε τοῦ πλήθους ἐπὶ τῷ μὴ παραδιδόναι σφίσι τοὺς ἄνδρας, ὥσπερ Ῥωμύλος ἐδικαίωσε καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκέλευε βουλή, καὶ τῶν προσηκόντων τοῖς τεθνεῶσι καθ᾽ πλῆθος ὁρμησάντων ἐπ᾽ αὐτὸν, ἀδύνατος ὢν ἔτι διαφυγεῖν

(a) *C. Flavius*] Popma, Cn. Flavius, ut in Piſone, Cicerone, Valerio Maximo.

præſenti, ut Philippica XIII. ex epiſtola Antonii, *Confugere Alexandriam neglegiſti.* Sic ſini a ſino, Rutilius de vita ſua, & Terentius Andria, *Sini animum ut expleret ſuum.*

1 *Linteos in æde repoſitos monetæ*] Bibliothecæ autem tum demum inſtitutæ cum a Paulo Æmilio Perſe devicto vis librorum ingens Romam allata eſt. Hoc enim ſtudium ab Athenienſium & Ægypti Regibus ſero ſe in Latium diffudit, uti narrat inter alios Iſidor. VII, 3. apud quem tamen male legitur, *Philadelphus cum ſtudio bibliothecarum Piſiſtratum æmularetur non ſolum* ſcripturas *ſed etiam, &* divinas literas *in Bib. ſuam contulit.* Supple ex membranis *non ſolum ſcripturas* gentium *ſed &c.* Interim non abs re erit obſcurum Arnobii locum in lucem protrahere. *Unde quæſo eſt vobis tantum ſapientiæ traditum? quia fornicem Lucilianum & Marſyam Pomponii obſignatum memoria continetis?* Quidni? *fornicem Lucullanam* de Bibliotheca nempe Lucullius Marſyam vero non Pomponii ſed Pompilii vel Pompeji, fuit enim admodum vetuſta ſtatua & ſignum liberæ civitatis teſte Servio. ut ſit ſententia, vos vero ideo ſapientes quia per Bibliothecarum fornices reptantes, leges & morem fori (ubi erat Marſyas & ad quem declamitare ſolebant) ad amuſſim tenetis? Nam ſcholæ & Bibliothecæ in fornicibus ſive porticibus erant, ut in porticu Octaviæ ſororis Auguſti regione Urbis nona, in qua etiam & horti Lucullani. De Luculli vero Bibliotheca omnibus aperta, fuſe Plutarch. in ejus vita, circa finem. Cic. de Fin. 3. 1. Sed nihil temere ſtatuo. *J. W.*

ταὶ

Digitized by Google

τὴν ἐκ χειρὸς δίκην, καταλευσθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀποθνήσκει. de morte Tatii. D. Halicarn. Lib. 2. pag. 115. 30.

Tarquinius Priſcus παραγίνεται εἰς Ῥώμην Ἄγκου Μαρκίου βασιλεύοντος κατὰ τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας. Idem IV. pag. 211. lin. 40.

Παρ' Ἀλβανῶν οἴονται τὸν δικτάτωρα Ῥωμαίους εἰληφέναι, τούτους λέγων πρώτους μετὰ τὸν Ἀμουλίου καὶ Νεμίτορος θάνατον, ἐκλειπούσης τῆς βασιλικῆς συγγενείας, ἐνιαυσίους ἄρχοντας ἀποδεῖξαι, τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐξουσίαν τοῖς βασιλεῦσι, καλεῖν δὲ αὐτοὺς Δικτάτορας. Idem Lib. V. pag. 337. lin. 32.

De Ovationis inventione Menenii tempore. Τότε πρῶτον τοῦτον ἐξευρούσης τὸν θρίαμβον τῆς βουλῆς. Idem Lib. V. pag. 314. lin. 4.

Οὐδὲν ἐξηπατηκότες &c. Idem VI, p. 349. lin. 14. vide Licinium. Et confer lib. VII. p. 14. lin. 38.

PRO THUSCIS.

XCVII. [1] Quos oportuit amiſſa reſtituere, hiſce etiam reliquias averterunt. *Priſcian.* X. p. 900.

EPISTOLA AD SENATUM.

Illi ſuam vitam mecum contendunt *(a)* quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera vitæ, novæ citatrici ut locus non ſit. *Non. Condere.*

[2] LICINII RERUM ROMANARUM LIB. XXI.

Deligare ad patibulos, deligantur, & circumferuntur, cruci defiguntur. *Non. Patibulus.*

[3] L. CASSII HEMINÆ ANNALIUM. LIB. I.

Et cum quo irent neſciebant, ilico manſerunt, *Nonius Ilico.*

[4] Prudens perplexim *(a)* ſcottino ſcribit. *Idem Perplexim.*

Homerum & Heſiodum ante Romam conditam vixiſſe Silviis Albæ regnantibus, annis poſt bellum Trojanum plus centum, atque ſexaginta Annis ante Romam conditam conditam. *Gellius* XVII. 21.

(a) *Quorum in corpore.* Fulvius, quojus in corpore ita crebra ſunt vulnera, uti novæ cicatrici locus non ſit.

Scottino ſcribit. Fulvius & Popma *ſcotinos*: id eſt, obſcuros.

1 *Quos oportuit*] Legend. *Quis*: niſi antiquorum more poſuit Hiſce pro hi, ut Plautus Milite, *Nam hercle hiſce homines.* Terent. Eunuhoc: *hiſce hoc munere arbitrantur.* at 3 Mſſ. noſtri nihil movent. *J. W.*

2 *Licinii*] Ita libri Noniani plerique, ut non conſtet an ſint Clodii Licinii, an Licinii Macri. Alii tribuunt Varronis. Rerum humanarum lib. XXI: ubi quæ notavi vide.

3 *L. Caſſii Heminæ*] De ætate Caſſii indicium facit Cenſorinus, qui illum vixiſſe refert ludis ſæcularibus quartis, C. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico Coſs. anno urbis DCVIII. tum titulus lib. IV. Annalium, quo deſcripſit bellum Punicum III. cœptum anno DCIV. Plin. XIII. 13. Citat Caſſium Pompon. Sabinus ad Georg. I. *perfuſa papavera ſomno.* Sed is (ut ex ipſo Fragmento patet) eſt Caſſius Dionyſius Uticenſis Magonis interpres qui tametſi Græce ſcripſit, a Varrone Latine citari certum eſt. Et hæc verba ſunt ipſius Varronis I. 38. de R. R. a quo, poſt. *paluſtrium* adde *ac nantium.* interim non audiendus eſt Simlerus qui Caſſium ſcripſiſſe ad Tiberium putat, hoc enim eſſet Heminam cum Caſſio Severo confundere. *J. Waſſe.*

4 *Prudens perplexim ſcotino*] Scotino eſt obſcure, ἐν αἰνίγμασι, ut loquitur Cicero, vel leg. *Scotinos*, id eſt obſcuros ſermones, ut ænigmata, gryphos quos vetuſtiores Latini ſcrupos dixerunt.

Eo

XCVIII. Eo *Evandro* regnante forte Recaranus quidam Græcæ originis ingentis corporis & magnarum virium paſtor quia erat forma & virtute ceteris antecellens, Hercules appellatus, eodem venit. Cumque armenta ejus circa flumen Albulam paſcerentur, Cacus Evandri ſervus, nequitiæ verſutus & præter cetera furaciſſimus, Recarani hoſpitis boves ſubripuit, ac ne quod eſſet indicium, adverſas in ſpeluncam traxit. Cumque Recaranus vicinis regionibus peragratis ſcrutatiſque omnibus, ejuſcemodi latebris deſperaſſet inventurum, utcunque æquo animo diſpendium ferens, excedere his finibus conſtituerat. At vero Evander excellentiſſimæ juſtitiæ vir, poſtquam rem uti acta erat comperit, ſervum noxæ dedit, boveſque reſtitui fecit. Tum Recaranus ſub Aventino Inventori patri aram dedicavit, appellavitque Maximam, & apud eam decimam ſui pecoris [1] profanavit. *Autor de orig. gent. Rom.*

LIB. II.

XCIX. Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo præfecerat æqualiter imperio Remum & Romulum, ita ut de regno pares inter ſe eſſent. [2] Monſtrum fit: ſus parit porcos triginta; cui rei fecerunt fanum Laribus grundilibus. *Diomed.* I.

Ne quis regnum occuparet, ſi plebs noſtra fremere imperia cœpiſſet. *Servius Æneid.* I. ad, *circum clauſtra fremunt.*

Cenſuit ſeſe regem Porſenam occidere. *Nonius Cenſere.*

[3] Et in area in Capitolio ſigna quæ erant, demoliuntur. *Idem Moliri.*

(*a*) Tunc [4] Marcus præco proletarios armavit. *Idem Proletarii.*

(a) *Tum Marcus præco*) Lipſius, *Martius Prætor*, P. Merula ad Ennii Annal. III. Manius procos. Popma, *Marcus Prætor.*

1 *Profanavit*] i. e. polluxit. nam, profanatum ſecundum Varronem de L. Lat. quod in ſacrario pollutum. eodem verbo uſus eſt Maſſurius Sabinus memoralium Lib. II. B.

2 *Monſtrum fit*] Hoc Romulo & Remo accidiſſe unus Caſſius memorat. Nam Cato & alii tradunt hoc monſtrum Æneæ indicaſſe locum condendæ urbis. De Laribus grundilibus, dictis a grunnitu ſuis, videndi Diomedes & Nonius.

3 *Et in area in Capitolio*] Vetus editio Nonii. *Etiam aurea in Capitolio*: quod mihi quidem non diſplicet. Caſſius refert Regum Romanorum, & illuſtrium triumphaliumque virorum ſtatuas in Capitolio æreas fuiſſe: neque poſtea aureas vel argenteas factas, & ſi quæ factæ erant, eas Cenſores, ad quos pertinebat cura templorum, ſignorum & tabularum, dejeciſſe. De regum ſtatuis æreis in Capitolio teſtis Plutarchus, qui æream L. Bruti mediam inter Regias ſtrictum gladium exſerentem, memorat: de aliis Livius & Obſequens, cum tempeſtatibus ſigna ærea in Capitolio dejecta inter prodigia notant. Quamvis illæ æreæ pleræque fuerint interea unde turmis inauratarum equeſtrium in Cicerone ad Atticum 6. Poſt Caſſi demum ætatem oppreſſa rep. aureas & argenteas ſtatuas ambitioſis Imperatoribus poſitas, ut teſtantur hiſtorici & Inſcriptiones. Non auſim tamen rejicere vulgatam lectionem cum ſciam in area Capitolina numerum ingentem ſtatuarum humanarum fuiſſe, quarum multitudo forte Cenſores offendit, ſicut Auguſtum, quem ſtatuas virorum illuſtrium ex Capitolina area, propter anguſtias, in Martium campum contuliſſe tradit Suetonius Caligula cap. XXXVI.

4 *Tum Marcus præco*] Locus corruptus, de cujus emendatione nihil poſſum ſtatuere: ſed ſuſpicor legendum. *Tum Marcus Prætor.* Urb.

Quæ

1 Quæ nata ſunt ea omnia denaſci ajunt. *Idem Denaſci Decreſcere.*

C. Idque admiratum eſſe gaviſi. *Priſc.* IX.

2 Numa conſtituit, ut piſces qui ſquamoſi non eſſent ni pollucerent, parſimonia commentus ut convivia publica & privata, cenæque ad polvevinaria facilius compararentur: ni qui ad polluctum emerent pretio minus parcerent, eaque præmercarentur. *Plinius* XXXII. 2.

Numa inſtituit far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id uno modo conſecutum, ſtatuendo non eſſe purum ad rem divinam, niſi toſtum. *Idem* XVIII. 2.

Servium Tullium feciſſe nundinas, ut in urbem ex agris convenirent, urbanas ruſticaſque res ordinaturi. *Macrob.* I. 16.

Decemviros qui decem tabulis addiderunt de intercalando populum rogaſſe. *Ibidem* XIII.

Anno ab urbe condita CCCLXIII. a Tribunis militum Virgilio, Manlio, Cœlio, Poſtumio collegiſque eorum in Senatu tractatum, qui eſſet propter quod, *&c.* *Ibidem* XVI.

LIB. III.

CI. In campo Tiburti ubi hordeum demeſſuerunt. *Priſcian.* X.

Hos libros ſi quis noſtratis ſapiens. *Idem* 12.

Nemo vicinus conſedo. *Nonius Conſedo.*

3 Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbaliſſabat. *Idem Cymbaliſſare.*

M. Livius M. F. C. N. Denter, Druſus, Prætor, C. Fabricio Luſcino Q. Æmilio Papo Coſſ. anno. CCCCLXXI. quæ bello Gallico duce hoſtium Druſo cominus trucidato, ſibi poſteriſque ſuis cognomen invenit: deinde Propr. aurum ex provincia Gallica retulit, Senonibus olim in obſidione Capitolii datum. Hunc primum iſto bello Gallico difficillime proletarios cives armis inſtruxiſſe ex publico, veriſimile eſt, eo quod Auguſtinus De Civit. Dei lib. III. 17. ſcribit, proletarios armatos paulo ante bellum Tarentinum, quod incidit in annum CCCCLXXII. Quamvis Ennius in Annalibus tradidit Tarquinium regem bello Sabino primum proletarios armaſſe: cujus opinionem forte refutavit Caſſius, & ea occaſione de proletariis egit lib. II. in quo res geſtas regum Roman. deſcripſit. Alii legunt. *Tum Marius primus Conſul primum.* Qui non animadverterunt Caſſium vivente Marium Conſulem vidiſſe, & hiſtoriam ſcripſiſſe, & Marium armaſſe capite cenſos, non proletarios.

1 *Quæ nata ſunt*] Expreſſit proverbium Græcum πᾶν τὸ γινόμενον καταλυθῆναι ὀφείλεται *Denaſci* eſt interire, ut Græcorum, Ὀφείλεται: quod Lucretius *aboriri quaque creata.* Varro De L. Lat. 4. *Omne quod naſcitur igneſcit ideo calet, ut qui denaſcitur ignem cum amittit, ac frigeſcit.*

2 *Numa conſtituit ut piſces.* Idem tradit Feſtus his verbis, *Pollucere diis merces quas liceat ſunt far, polenta, vinum, panis fermentarius. ficus, paſſa, ſuilla, bubula, agnina, caſei, ovilla, alica, ſeſama, & oleum, piſces quibus eſt ſquama, præter ſquatum.* De pollinctu vidend. Varro IV.

3 *Mulier cantabat*] Pertinet ad ritum ſacrorum Megaleſiorum, quæ primum inſtituta & celebrata fuerunt temporibus belli Punici II. Magna matre Deum in urbem recepta. Ea ſacra peragebant vir & mulier Phryges, qui illa per urbem circumducebant, congregantes matronas, decantanteſque ad tibias carmina, tympana tenentes, ut ſcribit Dionyſius lib. II. a quo paululum diſſentit Hemina, qui duas mulieres ſacrificas fuiſſe ſcribit, alteram tibiis cantaſſe, alteram cymbala pulſaſſe. Unde manſit in iſtis ſacris uſus tibiarum & cymbalorum. Lucretius lib. II.

Tympana tenta tonant palmis & cymbala circum
Concava, raucisonoque minantur cornua cantu.

Homo

Homo mere literoſus. *Idem Literoſus.*

LIB. IV.

Bellum Pœnicum Poſterior. *Priſc.* VII.

Scriba Pontificius qui cum eabus ſtuprum fecerat. *Ibidem.*

In Hiſpania pugnatum bis, utraſque noſtri loco moti. *Nonius Utraſque. pro, utrimque.*

Ex Tiberi lacte haurire. *Idem Lacte.*

[1] Qua fini omnis res, atque omnes artes humanitaſque aguntur. *Idem humanitas.*

Cn. Terentium ſcribam agrum ſuum in Janiculo repaſtinantem offendiſſe arcam, in qua Numa, qui Romæ regnavit, ſitus fuiſſet. In eadem libros ejus repertos, P. Cornelio L. F. Cethego, M. Bæbio Q. F. Pamphilo Coſs. ad quos a regno Numæ colliguntur anni DXXXV, & hos fuiſſe e charta, majore etiamnum miraculo quod tot infoſſi duraverint annis. *Plinius* XIII. 13.

Mirabantur alii quomodo illi libri durare potuiſſent. Ille ita rationem reddebat, Lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arca vinctum candelis quoquo vorſus. In eo lapide inſuper libros impoſitos fuiſſe, propterea arbitrarier eos computruiſſe, & libros cedratos fuiſſe, propterea arbitrarier tineas non tetigiſſe. *Ibidem* & *Livius.*

INCERTA.

CII. Quicunque propter plevitatem agro publico ejecti ſunt. *Nonius Plevitatem.*

His perſuadet ut ilico manerent: pars ilico manet. *Idem Ilico.*

[2] Sinvegiæ magalia addenda, murumque circum eam. *Servius.*

Adulatique erant ab amicis & adhortati. *Priſcian.* VIII.

Tarquinium Superbum cum cloacas populum facere coegiſſet, & ob hanc injuriam multi ſe ſuſpendio necarent, juſſiſſe, corpora eorum cruci affigi. Tum primum turpe habitum eſt mortem ſibi conſciſcere. *Idem* XII. ad, *Et modum informis Lethi.*

Samothracas Deos, eoſdemque Romanorum Penates, proprie dici θεὺς μεγάλυς, θεὺς χρηςὺς, θεὺς δυνατὺς. *Macrob.* 3. & 4. *& forte ex eo P. Sabin. ad Æn.* 1. Samothracum deos apud nos penateis dici.

Et Phrygio ſtimulat numero cava tibia mentes Tibias autem Phrygias dicit, quod iis incinebantur modi Phrygii, qui religioſi habebantur. Apulejus Floridor. I. *Æolium ſimplex, ſeu Aſium varium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Dorium bellicoſum.*

1 *Qua fini omnes res*] Qua fini, hac fini, antique, pro *quatenus, hactenus*, notavi ad Catonem de re ruſtica. Mox legend. *humanitus aguntur*, ex Nonio de indiſcretis adverbiis.

2 *Sinvegia magalia*] Forte prior vox eſt Ponica, ut Magalia & Mapalia, quæ ſunt ſuburbana ædificia, cortes. Vide Servium Æneid. I. & Feſtum. Forte prior vox eſt Punica, denotans civitatem, munitionem, aut regiam, ut Attegia apud Juvenalem, *Dirue Maurorum attegias*; & Magalia, &c.

Primum

Primum e medicis veniſſe Romam Peloponneſo Archagatum, Lyſaniæ filium, L. Æmilio, M. Livio Coſſ. anno urbis DXXXV. eique jus Quiritium datum, & tabernam in compito Acilio emtam ob id publice. Vulnerarium eum fuiſſe e re dictum. *Plin.* XXIX. I.

Quartos ludos ſæculares poſt annum factos, tertium, Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt, DCVIII. anno. *Cenſorin. De die natali. cap.* 17.

[1] Q. CLAUDII QUADRIGARII ANNALIUM. LIB. I.

CIII. (*a*) Cominius qua eſcenderat deſcendit, atque verba Gallis dedit. *Gellius* XVII. 2.

Cum his conſermonabatur. *Ibid.*

Convalles & arboreta magna erant. *Ibid.*

Putabant eos qui foris atque qui in arce erant inter ſe commutationes & conſilia facere. *Ibid.*

Seſe ne id quoque quod tum ſuaderet, facturum eſſe. *Ibid.*

Nam M. Manlius quem Capitolium ſervaſſe a Gallis ſupra oſtendi, cujuſque operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprime fortem atque exſuperabilem reſp. ſenſit: is & genere, & vi, & virtute bellica nemini concedebat. Simul formam, factis, eloquentia, acrimonia, confidentia pariter præcellebat, ut facile intelligeretur magnum viaticum ex ſe atque in ſe ad remp. evertendam habere. *Ibidem.*

Poſtquam nuntiatum eſt ut pugnatum eſſet in Gallos, id civitas graviter tulit. *Ibidem.*

CIV. Cum interim Gallus quidam nudus præter ſcutum & gladios duos, torque atque armillis decoratus proceſſit, qui & viribus, & magnitudine, & adoleſcentia, ſimulque virtute ceteris antiſtabat. Is maxume prœlio commoto, atque utriſque ſummo ſtudio pugnantibus manu ſignificare cœpit utrinque (*b*) quieſcerent [2] pugnæ. Facta pauſa eſt extemplo. Silentio facto cum voce maxuma conclamat, ſi quis ſecum depugnare vellet uti prodiret. Nemo au-

(a) *Cominius qua eſcenderat*) A. Auguſtin. *eſcenderat*: ſed alterum antiquius. De Pontio Cominio idem refert Livius v.

(b) *Quieſcerent pugna*) Alii *quieſcerent. pugna facta pauſa eſt, extemplo ſilentio.*

1 *Q. Claudii Quadrigarii*] Claudium Quadrigarium fuiſſe æqualem Siſennæ refert Vellejus. Hiſtoriam exorſum a bello Gallico & urbe capta perduxiſſe ad Sullanam tyrannidem, ſcripſiſſeque ſimplici & incomta orationis antiquæ ſuavitate indicant fragmenta. Ambigit Voſſius hic ne an alius ſit Claudius ille, qui annales Acilii Latine tranſtulit ut narrat Livius Lib. XXV. *J. W.*

2 *Quieſcerent pugna*] Locutio antiqua, ut *Levare religionis*, Livius. *Abſtinere irarum calidaque rixa* Horatius. *Liberare cura & tutela*, Ulpianus. Mſ. Pembr. *quieſcerent pugnare*. J. W.

debat propter magnitudinem atque immanitatem facies. Deinde Gallus irridere, atque (a) linguam [1] exertare. Id ſubito perdolitum eſt cuidam [2] T. Manlio ſummo genere nato, tantum flagitium (b) civitati accedere; e tanto exercitu neminem prodire. Is ut dico proceſſit, neque paſſus eſt virtutem Romanam a Gallo turpiter ſpoliari, ſcuto [3] pedeſtri & (c) gladio Hiſpanico cinctus contra Gallum conſtitit. Metu magno (d) ea congreſſio in ipſo ponte utroque exercitu inſpectante facta eſt. Ita ut ante dixi conſtiterunt. [4] Gallus ſua diſciplina, ſcuto projecto (e) cautabundus; Manlius animo magis quam arte confiſus, ſcutum ſcuto percutit, atque ſtatum Galli conturbavit. Dum ſe Gallus iterum eodem pacto conſtituere ſtudet, Manlius iterum ſcuto ſcutum percutit, atque de loco hominem iterum dejecit. Eo pacto ei ſub Gallicum gladium ſucceſſit, atque Hiſpanico pectus hauſit. Dein continuo humerum dextrum eodem conceſſu incidit, neque receſſit uſquam donec ſubvertit, ne Gallus impetum icti haberet. Ubi

(a) *Linguam exſertare*) Lipſius, *lingua exertare*.
(b) *Civitati accedere*) H. Stephanus, *accidere*.
(c) *Gladio Hiſpanico*) V. c. *Hiſpanco*: quomodo librarii e vulgato idiotiſmo ſcribebant Spani pro Hiſpani, & Spanico pro Hiſpanico.
(d) *Ea congreſſio*) V. c. *Eam congreſſionem in ipſo ponte utroque exercitu inſpectante factam eſt.* Lud. Carrio Antiquar. lect. II.
(e) *Cautabundus*) H. Stephanus *contabundus*, vel, *cantabundus*, ex more Gallorum, de quo præter hiſtoricos, Attius in Æneadis.

Gallei voce canora, fremitu, peragrant minitabiliter.

1 *Linguam exertare*] Ita libri vulgati, ut Plinius lib. XXXV. cap. IV. *Pictum inficetiſſime Gallum exerentem linguam.* Veteres nonnulli *lingua exertare* quod eſt per irriſum extra os projicere atque retrahere linguam.

2 *Manlio ſummo.*] Eutropius II, II. *Hi Galli ab urbe quarto milliario trans Anienem fluvium conſederant. Nobiliſſimus de Senatoribus T. Manlius &c.* MS. Codex quo uſus ſum, *Senatoribus Juvenis.* Recte quidem, ſic enim Livius VII, 9. *Galli ad tertium lapidem, &c. Diu inter primores Juvenum Romanorum ſilentium fuit*, deinde, *Armant inde* Juvenem Manlium *æquales.* Sed & Metaphraſtes, ἀλλ᾽ ἀνὴρ νεανίας Μάνλιος. Fuit autem Tribunus militum ut nos docet A. Victor. de V. Illuſtr. cap. XXVIII. *J. Waſſe.*

3 *Scuto pedeſtri & gl. Hiſp.*] Scuta communia fuerunt peditum & equitum, ſed diverſæ magnitudinis; pedeſtria longa pedes quatuor, lata duos cum dimidio, equeſtria breviora, ut ex Polybio conſtat. Gladius Hiſpanicus fuit longus & levis. Unde ejus uſus Veliti. Livius lib. XXXVIII. *Gladio Hiſpanienſi eſt cinctus.* Polybius lib. VI. *Enſis pendet ad dextrum femur, Hiſpanienſem vocant, anceps eſt, mucrone eximio, defertur violenter, eo quod obeliſcus ejus firmus ſtabiliſque exiſtit.*

4 *Gallus ſua diſciplina, ſcuto projecto*] *projecto ſcuto eſt ſcuto oblongo.* Vide Macrobium lib. VI. Saturn. ad illud Virgilii, *Projectaque ſaxa Pachyni.* Ammianus Marcellinus imitatus eſt lib. XXIV. *Manipuli peditum obtecti ſcutis & longis & teretis.* Sed eo præcipue loco Ammianus Siſennam aſpexerit, qui ſimiliter Marſis ejuſmodi ſcuta ad protectionem tribuit, *Marſi*, inquit, *propius ſuccedunt, atque ita ſcutis projectis tecti ſaxa certatim levia manibus conjiciunt in hoſtes.* Ita enim legenda Siſennæ ea verba olim commonuimus. *Levia ſaxa*, ſunt *lapides manuales*, ut appellat idem Siſenna libro III. Vulgo *lenta* non *levia* editum. Projectum ſcutum quid ſit notavi ad Siſennæ lib. III. Cautabundus eſt compoſitus ad evitandas petitiones adverſarii, ut *vitabundus*. Alii malunt, *contabundus*, vel *cantabundus*: quibus non aſſentior: etſi non ignoro receptum fuiſſe ex more patrio cantum Gallorum ineuntium prœlium, de quo ad Siſennam.

Pectus hauſit.

Virgilius Æneid. X.

Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum, Ubi Servius, *Modo feris ſignificat. Quidam Italicam elocutionem putant.* Cum

cum

eum evertit, [1] caput præcidit torquem detraxit, eamque ſanguinolentam ſibi in collum imponit. Quo ex facto ipſe poſterique ejus Torquati ſunt cognominati. *Idem.* IX. 13.

CV. Caium Pontium Samnitem a Dictatore Romano ſex horarum inducias poſtulaſſe. *Idem* I. 25.

Ea Lucani ubi reſciverunt, ſibi per fallacias verba data eſſe. *Idem.* II. 19.

Id ubi reſciverunt propinqui obſidum quos Pontio traditos ſupra demonſtravimus eorum parentes cum propinquis capillo paſſo in viam provolarunt. *Ibidem.*

Perſuadent cuidam adoleſcenti Lucano, qui apprime ſummo genere natus erat, ſed luxuria & nequitia pecuniam magnam conſumſerat. *Idem* VII. 11.

Quum tantus arrabo penes Samnites populi Rom. eſſet. *Idem* XVII. 2.

[2] Ea dum fiunt, Latini ſubnixo animo ex victoria inerti, conſilium ineunt. *Ibidem.*

Arma plerique abjiciunt, atque inermi inlatebrant ſeſe. *Ibidem.*

Domus ſuas quemque ire jubet, & ſua omnia frunifci. *Ibidem.*

Et Romani multis armis, & magno commeatu, prædaque ingenti copiantur. *Ibid.*

Sole occaſo. *Ibid.*

Nos in medium relinquemus. *Ibid.*

Nihil ſibi divitias opus eſſe. *Ibid.*

CVI. Nam (*a*) hæc maxime verſatur Deorum iniquitas, quod deteriores ſunt incolumiores, neque optimum quemquam inter nos ſinunt diurnare. *Ibid.*

Et compluriens in laboribus miſerrumas vitas exegerunt. (*b*) Et hic minus in otiis conſumtus eſt. *Ibid.*

Tanta ſanctitudo fani eſt, ut nunquam quiſquam violare ſit auſus. *Ibid.*

Apud [3] aras quæ vocabantur Neptuniæ. *Servius Æneid.* I.

(a) *Et hic minus*) V. c. *minus.* Riccobonus & Auguſt. *motus.* Utrumque perperam. Ait bonos & honeſtos viros aut cito mori, aut in laboribus miſerrimam vitam exigere: contra mimos & ludiones in otiis facillime & diutiſſime vivere: quod deorum iniquitati tribuit; ignorans arcana providentiæ Dei.

(b) *Hac*] Mſ. Pembr. *hoc.* &, *inquit Laberius* pro, *laboribus.* J. W.

a latere quis aliquem mortuis occidit, Hircifis illum licens.

1 *Caput præcidit*] Hoc retinent libri veteres, ut Ameæſum, Feſtus Exquiero, Inæquius, pro exquiro, iniquius, Plautus: de quibus lib. I. cap. XV. De uſu antiquæ locutionis.

2 *Ea dum fiunt Latini*] Quatuor fragmenta quæ ordine ſequuntur, Nonius recitat ex Cœlii Annal. II. unde puto Quadrigarium ſumſiſſe; ſicut Cœlius & Hemina pleraque e Catonis Originibus acceperunt, ut ſuo loco monui. *Iners victoria* eſt, quæ ſine magna conflictatione obvenit.

3 *Aras*] De Etymologia vocis, *aræ* vide omnino Varronem Lib. IV. de Lingua Latina. & etiam Iſidorum IV, 15. quem locum adducam ſecundum Vulcanii & Pariſienſis Edd. verbo nomine ut ne diutius mendoſe circumferatur. *A ii aras*

Cum non poſſetur decerni utrius putaretur victoria. *Non. Poſſetur.*

[1] Prius hiſce autoribus inde reticula galearia. *Idem Reticulum.*

LIB. I.

His de ſubito utriſque nuntiatur ipſorum copias adeſſe. *Idem De ſubito.*

Comprehenſare ſuos quiſque ſervare, amplexare. *Priſcian.* VIII.

Et qui erant [2] non *(a)* ignaviter potando eum diem pro meliore habuerunt. *Idem ignaviter.*

Inde poſtquam aliquantum receſſit, offendit montem, loca munita, res omnes habere quæ militibus opus ſunt, ligna, aquam, pabulum. *Idem Offendere.*

Eo Conſules properatim exercitum reducunt. *Idem Properatim.*

(b) Perverſum eſſe alii modi poſtulare Pyrrhum in te atque in ceteris fuiſſe. *Priſc.* XIII.

LIB. III.

CVII. Senatus autem de noctu convenire, noctu multa domum dimitti. *Macrob.* I.

Illic occiditur mille hominum. *Gell.* I. 16.

Dum hi conciderentur, hoſtium copias ibi occupatas futurum. *Idem* I. 7.

Non Cæditio nomen fuiſſe, ſed Valerio. *Idem* III. 7.

Non Timocharem ſed Niciam adiſſe ad Conſulem, neque Legatos a Senatu miſſos, ſed a Conſulibus, & Regem populo Rom. laudes atque gratias ſcripſiſſe, captivoſque omnes quos tum habuerit, reſtituiſſe & reddidiſſe. *Ibidem* VIII.

Conſules Romani ſalutem dicunt Pyrrho regi: Nos pro tuis injuriis continuo animo ſtrenue *(c)* commoti inimiciter tecum bellare

(a) *Ignaviter potando)* V. c. *putando*: Fulvius & Popma *pugnando*: ſed proxima fragmenta indicant *potando* rectum eſſe.

(b) *Perverſum eſſe alii)* Priſcianus *Perverſum eſſe eis alii.* Male. Sumſit enim a Macro lib. II. ubi *eis* omiſſum.

(c) *Commoti*] Sariſb. *J. Waſſe.*

dicunt a precationibus id eſt quas Græci ἀρὰς vocant unde contra imprecatio ſatura dicitur. MS. Codex ſic exhibet. *Alii a. d. a prædicationibus id eſt, quas Græci a. dicunt u. c. i.* Sarara *dicitur.* & ad veram lectionem quaſi, manu ducit. Scribe itaque, *unde contra imprecatio κατάρα.* & cum hæ preces quæ tactis aris concipiebantur iram deorum in capita inimicorum derivare putarentur ideo *diræ* audiebant apud antiquos. Iſidorus Originum Lib. x. *diræ dictæ quod divina referantur ira.* lege cum membranis, *inferuntur. J. W.*

1 *Prius hiſce autoribus*] Lipſius Epiſt. I. mutat *priuiſque ductoribus indit*; ſed nulla opus mutatione. Vult autoribus clandeſtini conſilii aut facti contra hoſtes, prius indi reticula galearia, ne agnoſcerentur.

2 *Non ignaviter potando*] Sic habent libri vulgati, ut ſit melior dies feſtivus, luculentus, quomodo Plautus Epidico, *hunc hodie diem luculente habeamus.* Et Catullus de Saturnalibus optimo dierum. Vetus editio *putando*, unde forte legend. *pugnando & melior dies eſt felicior priore, quo male pugnatum fuerat: ſive melior victima ſuccidanea, quæ cum prius non litaſſet, immolabatur.* Virgil. XII.

Hoc habet, hæc melior magnis data victima divis.

bellare ſtudemus, ſed *(a)* communis exempli & fidei ergo viſum eſt uti te ſalvum velimus, ut eſſet quem armis vincere poſſimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui ſibi pretium a nobis peteret, ſi te clam interfeciſſet. Id nos negavimus velle, neve ob eam rem quicquam commodi expectaret *(b)* Et ſimul viſum eſt ut te certiorem faceremus, ne quid ejuſmodi ſi accidiſſet, noſtro conſilio civitates *(c)* putarent factum; & quod nobis non placet *(d)* pretio, aut præmio, aut dolis pugnare. Tu niſi caveas, jacebis. *Ibidem.*

Item gaudium atque ægritudinem alternatim ſequi. *Nonius alternatim.*

Adeo memorari vix poteſtur, ut omnes ſimul ſuum quiſque negotium adorti eſſent. *Idem poteſtur.*

Fabius de nocte cœpit hoſtibus caſtra ſimulare oppugnare, eum hoſtem delectare, dum collega id caperet quod captabat. *Idem Delectare.*

LIB. IV.

CVIII. Et ita rebus præclariter geſtis Romam reverterunt. *Idem Præclariter.*

Sed circiter horas duas gravi prœlio urſerunt, deinde in fugam ſunt conjecti. *Idem Urgere.*

(e) Pluvia, imbri, lutus erat multus. *Idem Lutus.*

Ut videret ac reſpueret, [1] verminaret *(f)* literis addivalis, quod verminatione ad cancer pervenerit. *Priſcianus* VI.

[2] Inter venas ſaxi abſtruſum, latentem, & quaſi divinitus abſconditum. *Servius Georg.* I.

(a) *Cum muniis*] Sariſberienſis. *J. Waſſe.*
(b) *Et*] omittit, *&* Sariſberienſis. & poſt, *expectaret*, addit, *denunciavimus*. p. 278. *Idem.*
(c) *Scitura*] *Civitatis quod.* Sariſber. *Idem.*
(d) *Promiſſis*] Aut pr. aut d. Sariſber. *Idem.*
(e) *Pluvia imbri*) Fulvius *pluvia*: ſed *pluvia imber* pro imbrica, ut *Troja gaza* & ſimilia. P.
(f) *Literis addivalis*) Popma, *lituris adipatis.*

1 *Verminaret literis addivalis*] Locus deſperatus, cui non medeor. Poſſet fieri *lituris adipatis* id eſt, linimentis pinguibus, ſuccoſis, quibus tabes corpore diffluens verminaret, quoad verminatione perveniret ad cancrum. *Quod*, pro *quoad*, antiq.

2 *Inter venas ſaxi*] Inter oppida Sallentinorum, quæ ad Annibalem defeciſſe ſcribit Livius, fortaſſis fuit Egnatia, ubi erat admirandum ſaxum, cujus ita meminit Plinius lib. II. cap. CVII. *In Sallentino oppido Egnatia, impoſito ligno in ſaxum quoddam ibi ſacrum, protinus flammam exiſtere.* Idem videtur retuliſſe Quadrigarius in narratione rerum iſtic geſtarum, & exiſtimaſſe ignem eſſe inter venas ſaxi latentem & divinitus abſconditum. At nos lib. III. Cauſarum naturalium longe aliam reddidimus rationem, quam operæ pretium eſt hic adſcribere: Saxum illud Egnatianum fuit bituminoſum ut hodieque in agro Mutinenſi & Neapolitano ſunt ſaxa e quibus manat aut eruitur bitumen oleaceum, quod dicitur petroleum, quaſi petræ oleum. Lignum autem fuit ignitum, vel calida aqua bituminoſa tinctum, quod a ſaxeo bitumine protinus accendebatur.

Digitized by Google

LIB. V.

(*a*) Is ubi Dacium cognovit, & patriæ eum recordavit. *Nonius Recordavit.*

Et dicerent caſtra capta eſſe, atque hos cohortarent uti maturarent. *Idem Cohortarent.*

Cladem illam vaſtiſſimam pugnæ Cannenſis factam ante diem quartum Nonas Sextil. *Gellius* v. 17.

LIB. VI.

CIX. [1] Actorius Taureæ dexterum humerum ſauciat, atque ita reſiliit. *Priſcian.* x.

Deinde facti conſules Sempronius Gracchus iterum Q. Fabius Maxumus, filius ejus qui priore anno erat Conſul. Ei Conſuli pater Proconſul obviam in equo vehens venit, neque deſcendere voluit, quod pater erat. Et quod inter eos ſciebant maxumam concordia convenire, lictores non auſi ſunt deſcendere jubere. Ubi juxta venit, tum Conſul ait, Deſcendere jube: quod poſteaquam lictor ille qui apparebat cito intellexit, Maxumum Proconſulem deſcendere juſſit; Fabius imperio paret, & filium collaudavit, cum imperium quod populi eſſet, retineret. *Gellius* II. 2.

Pæne factum eſt quin caſtra relinquerent, atque cederent hoſti *Idem* XVII. 13.

Ne nos ad certationem cenſeas hæc incepiſſe. *Nonius Cenſere.*

[2] Aliquantiſper pugnato nihil promovet Pœnus. *Idem Aliquantiſper.*

LIB. VII.

[3] Animos eorum habentia inflarat. *Idem Habentia.*

LIB. IIX.

CX. In eo loco populus murmurari cœpit. *Idem Murmurari.*

Romam venit, vix ſuperat quin triumphus decernatur. *Gellius* XVII. 13.

Quin prior bellum, quod cum his geſtum erat, meminiſſent. *Priſcian.* VII. pag. 767.

(a) *Ubi Dacium*) A. Auguſtin. *Decium.* Dacius gentile, ex Dacia.

1 *Actorius Taurea.*] Jubellius Taurea Campanus eques fortiſſimus, de quo Livius lib. XXIII.

2 *Aliquantiſper Pugnato.*] Genus loquendi antiquum, pro cum pugnaviſſet, ut Salluſt. Hiſtor. v. Comperto, audito, id eſt, cum comperiſſet, audiviſſet. Priſcianus lib. XVIII.

3 *Animos eorum habentia.*] *Habere* veteres interdum uſurpant ἁπλῶς: omiſſo divitiarum aut opum nomine. Cicero ad Nepotem, *Ego habeo, ultro appetitur, qui non habet, ultro ſpernatur.* Hinc Quadrigario *Habentia*, pro diviti arum copia, abundantia, qua homines plerumque ferociunt & ſuperbeſcunt. Sed eſt in nonnullis libris *inflammarat*, cui verbo magis conveniret haventia, id eſt, cupiditas, ab haveo.

Ubi

Digitized by Google

Ubi decreverunt; commemorant [1] Graccho fœdus prior Pompeianum non eſſe ſervatum. *Ibidem.*

[2] Flacco oſpicatur. *Diomedes* I.

LIB. XII.

Quinque priſtis, navigium forma a marina bellua dictum eſt. *Nonius Priſtis.*

LIB. XIII.

[3] Concione dimiſſa Metellus in Capitolium venit cum multis mortalibus. Inde cum domum proficiſceretur, tota civitas eum reducit. *Gellius* XIII. 27.

LIB. XV.

Grundibat graviter pecus ſuillum. *Diomed.* I. *Nonius Grundire.*

LIB. XVI.

Equi hinnibunde inter ſe ſpargentes terram calcibus. *Nonius Hinnibunde.*

LIB. XVIII.

CXI. [4] Si pro tua bonitate & noſtra voluntate tibi valetudo ſuppetit, eſt quod ſperemus Deos bonis benefacturum. *Gellius* I. 7.

LIB. XIX.

Sagittarius cum funditore utrimque ſummo ſtudio ſpargunt fortiſſume: ſed ſagittam atque lapidem deorſum an ſurſum mittas, hoc intereſt. Nam neutrum poteſt deorſum verſum recte mitti; ſed ſurſum utrumque optume. Quare milites Metelli sauciabuntur multo minus, & quod maxume opus erat, a pinnis hoſtes defendebant facillume funditores. *Idem* IX. I.

Tum Sulla conatus eſt, & [5] tempore magno eduxit copias, ut

1 *Graccho fœdus prior.*] Legend. *Gracchi* ut dicat, Hiſpanos quæſtos Gracchi fœdus primum, alterum Pompeii non eſſe ſervatum. Nam Tiber. Sempronius Gracchus ſucceſſoris Flacci in Hiſpania fœdus cum Celtiberis certis conditionibus fecit, quibus in populi Rom. amicitiam accipiebantur; poſtea Q. Pompeius Coſ. victis Termantinis, cum eiſdem ut Numantinis iniquum fœdus iniit. Livius & Appianus.

2 *Flacco oſpicatur*] Q. Fulvius Flaccus, is, qui cum imperio in Hiſpania fuit, & Celtiberos debellavit. *Oſpicatur* pro auſpicatur, ut *horio, plodo, ploſtrum, pro haurio, plauſtrum,* antiquorum more. Apud Diomedem corrupte legitur, *quod nos ſuſpicatur, veteres oſpicatur dixerunt.*

3 *Concione dimiſſa Metellus*] Eſt, opinor, Q. Metellus Macedonicus, fortunatiſſimus & honoratiſſimus, qui Conſul, Cenſor, augur, triumphalis, & duobus luſtris princeps Senatus, filios & nepotes habuit Conſulares & triumphales multos. De quo præter ceteros Velleius lib. I.

4 *Si pro tua bonitate & noſtra voluntate*]. Hunc Quadrigarii locum non ex decimo octavo, ut hic, ſed ex duodecimo Annalium adducit Gellius, & ait libri principium fuiſſe. Verba Gellii lib. I. cap. VII. Hæc ſunt: *In duodecimo Annali ejuſdem Quadrigarii, principium libri ſic ſcriptum eſt*: Si pro tua bonitate, &c.

5 *Tempore*] Lipſius legit, *opere magno*, Lambecius in Lucubrat. Gellianis, *Cum Sulla conatus eſſet magno tempore, eduxit* &c.

Arche-

Digitized by Google

Archelai turrim unam quam ille interpoſuit ligneam, incenderet. venit, acceſſit, ligna ſubdidit, ſubmovit Græcos, ignem admovit. Satis ſunt diu conati, numquam quiverunt incendere. Ita, Archelaus omnem materiam obleverat alumine. Quod Sulla atque milites mirabantur, & poſtquam non ſuccendit, reduxit copias. *Idem* XV. I.

C. Marium creatum ſeptimo conſulem. *Idem* X. I.

C. Mari ecquando te noſtrum & reipublicæ miſerebitur? *Idem* XX. 5.

Faciem pro ſtatura dicit. *Idem* XIII. 29.

LIB. XXI.

CXII. Eum enim cum partim copiis hominum adoleſcentium placentem ſibi. *Idem* X. 13.

Crudeliter ille, nos miſericorditer, avariter ille, nos largiter. *Nonius Avariter*.

LIB. XXII.

[1] Cum obſideretur Grumentum, & jam ad ſummam deſperationem ventum eſſet, duos ſervos ad hoſtem transfugiſſe & [2] operæ

1 *Cum obſideretur Grumentum*] Civitas Lucaniæ, cujus meminerunt Livius, Florus, Appianus, Ptolomæus. Alii legunt *Adrumentum* contra omnes libros veteres. Hiſtoriam narrat etiam Macrob. lib. I. Saturnal cap. XI. quam pertinere ad bellum ſociale indicat ſeries librorum Quadrigarii.

2 *Opera pretium*] Sit *tuta*, *exitus*, *conſcientia pretium* apud Plin. Epiſt. 159. Lib. VIII. & Tacitum. *Mereri opera pretia* Liv. & *op. pretium habent libertatem Civitatemque*. qui operam alicui locatur ob mercedem ille dicitur illam habere pretium operæ. Pro, *operam dare* aliquando *operari* invenire eſt apud Auctores ſed rarius. Valer. Max. VIII, 7, 4. *Quo magis vacuo animo ſtudiis literarum eſſet operatus*. At MS. Codex pro, *eſſet operatus* exhibet, *vacaret*. ſed male. Nam Valer. VI, 6, 1. utrumque verbum uſurpat, *integerrimi viri ſanctitatem Reip. uſibus & ſacris* operatam *externæ procurationi* vacare *voluit*. Tacitus, *liberalibus ibi ſtudiis* operatam Annal. III. 43. Plin. XXVI, 2. *Sedere in ſcholis auditioni* operatos *gratius erat*. Tertullian. adverſus gentes cap. I. *domeſticis Judiciis nimis* operata. Cæterum, *quod ad crudelitatem videretur* operari, pro *facere* Latinum non eſt. Vide Jul. Capitolinum in Maximin. cap. XIII. Sed quo evidentius pateat lectionem quam nobis propinat MS. Codex eſſe ex Interprete, quamvis prima fronte facie probæ latinitatis blandiatur, unum etiam aut alterum locum apponam, unde evidenter apparebit Librarios pro voce Valeriana, ſed minus uſitata, aliam ea notiorem ſubſtituiſſe. *Hic* inquit *cum ejus ſtudii eſſet*, *cujus profeſſores Sophiſtæ vocantur*: *ineptæ & mordacis* opinationis *Apollinem irridendi cauſa conſuluit*. MS. pro *opinationis*, *opinionis* neque defuturos puto qui huic codici calculum addent, & ſane *opinio* apud Capitolinum in Antonin. Philoſ. cap. XII. ſi ſanus ſit locus, pro *opinatione* ponitur, ut etiam apud Ambroſium ad Virginem lapſam. Verum neque tanti eſt Codicis MS. aut horum apud me auctoritas ut aliquid in recepta lectione novandum cenſeam. Graviter ergo opinari de aliquo in hujus ævi ſcriptoribus idem ſonat ac famam alicujus dicto mordace lacerare. *Coſmum ſervum graviſſime de ſe opinantem non ultra quam compedibus coercuit*. Sueton. in Aug. cap. 67. Supra dixerat, *Neque dolore diſſimulato*, *ſi parcius*, *aut citra honorem verborum*: *neque gaudio ſi gratè pieque quis ſe proſecutus fuiſſet*: Idem cap. LI. vim hujuſce verbi liquido oſtendit. *Cum Æmil. Ælio Cordubenſi inter cætera crimina vel*, *maxime objiceretur*, *quod* male opinari *de Cæſare ſoleret*: *converſus ad Accuſatorem*: *Velim inquit*, *hoc mihi probes*: *faciam ſciat Ælianus & me linguam habere*: *plura enim de eo loquar*. Eodem ſignificatu *exiſtimatione lædere* apud eundem & Senecam Epiſt. LXVII: I. *Quid autem tecum loqueris?* MS. Cod. loqueris *quod homines de aliis liberiſſime faciunt*, *de te*, *apud te*, *male exiſtima. aſſueſce & dicere verum & audire*, itaque opinari non tantum denotat *intra te ſequius de aliquo ſentire* verum *ſermone & lingua exprimere*. Sed & Juſtinus XII. 5, 58. *In unam cohortem*, *ut qui de rege durius opinati fuerant* contribuit & ſic MS. quo uſus ſum. ſed & Florus II, 7. Opiniſ-

pretium

pretium feciſſe; deinde urbe capta paſſim diſcurrente victore, illos per nota itinera ad domum in qua ſervierant præcucurriſſe; & dominam ſuam ante ſe egiſſe, & quærentibus quænam eſſet, dominam, & quidem crudeliſſimam ad ſupplicium ab ipſis duci profeſſos eſſe. Eductam deinde extra muros ſumma cura celaſſe, donec hoſtilis ira conſideret. Deinde ut ſatiatus miles ad Romanos mores cito rediit, illos quoque ad ſuos rediſſe, & dominam ſibi ipſos dediſſe. Manumiſit utrumque e veſtigio illa. *Seneca de beneficiis* III. 23.

LIB. XXIII.

Sed idcirco me feciſſe; quod utrum neglegentia partim magiſtratuum, an avaritia, an calamitate populi Rom. eveniſſe dicam, neſcio. *Gellius* x. 13.

INCERTA.

CXIII. Exercitu inſtructo pedetentim milites ducere cœpit. *Nonius Pedetentim.*

ma Rhodus. i. e. ſecundis hominum rumoribus celebratiſſima, licet aliter ſentiat Pighius in notis ad IV. 8. Sed iterum ab Interprete laborat Valerius. V. 5. 3. *Mortaliumque frequentia defectum.* ubi membranæ, *affectum* & ſic liber Danielis; qui in tantum arridet Oliverio ut roget, an reſcribendum, *mortaliumque infrequentia adfectum*, etſi Phædrum & Terentium ſic locutos agnoſcat. Verum miſſis Columella, Seneca & Apulejo, apud quos occurrit, audiamus Valerium IV, 6. *loquendi uſu defectum.* III, & I, V. *Vir ampliſſ. atque prudentiſſimus ſuo conſilio* defectus, iterum III, 7, 2. *Quia perfecta vis fortunæ lenocinio* defecta, *fiducia juſta non exuitur.* VII, 6. 2. *alimentorumque facultate* defectos. VIII. 7. 4. *acie oculorum* defectus. Denique, *lateris etiam firmitate* defectus. VIII. 7. 1. In omnibus hiſce locis cum vulgata lectione conſentiunt omnes MſI. Codd. & editi, ad quorum fidem textus hujuſce auctoris conſtitutus eſt. Sic enim Campenſis Atrebatenſis, Cauchianus, Gemblacenſis, Suſianus, Liber etiam Danielis cum quo ſæpe faciunt Membranæ Cantab. Tam nulla cauſa erat cur vulgatam lect. ſollicitaret Vir doctus, idemque Valerii Editor. Verum ne a ſolis gloſſatoribus doleret noſter, fecit quantum in ſe erat, Epiſcopus Beluacenſis, deturbato nempe quem non caperet pleonaſmo, elegantiam ſuo ſæculo dignam in ejus ſedem repoſuit, & pro, *poſtquam deinde*, exhibuit *cumque poſtmodum*. Verba auctoris habentur lib. I. cap. 7. §. 6. At ne obtineat Vincentiana lectio pugnant MſI. omnes quos me videre contigit. Quibus ſuffragatur Plautus apud quem in Menechm. Act. III. *poſt deinde* invenitur, & multa alia ad eandem formam, ut pol profecto Aul. III. 3. 5. *una ſimul* Moſtell. IV. 3. *merito jure optimo* ibid. III. 3. 2. *ergo igitur* Trin. III. 3. *etiam quoque* Pſeud. I. 3. *propere ocyus* Ciſt. III. *retro rurſum* (?) Curc. I. 2. *protinam continuo* & ſexcenta ejuſmodi. Agellius alicubi *poſt deinde*; quam lectionem etiam agnoſcit Codex Pembroch. Sed en tibi optimum ſui interpretem Valerium III. 3, 2. Poſtquam deinde *apud illum plus conſuetudinem dominationis quam conſilii ſalubritatem valere animadvertit.* Unam duntaxat addam ejuſdem autoris formulam propterea quod vix alibi reperiatur. *Perſeverantique poſtulatione* extuderunt *ut exequiarum apparatus ſeſtertio nummo Mſ. nummorum, ipſis præbentibus addiceretur* MſI. ni fallor melius, *adduceretur*. Sed pro; *extuderunt*, *extulerant*. At potior apud me recepta lectio, ut qui probe ſciam illam apud Plautum inveniri Moſtell. I. 3. 64. '*Eundem animum oportet nunc mihi eſſe gratum, ut impetravi, atque olim, priuſquam id extudi; quom illi ſubblandiebar.* & apud Afranium in Epiſtola. Vide Nonium in voce. Sed & Suetonius in Veſp. cap. 2. *Ea demum* extudit, *magis convicio quam precibus vel auctoritate.* ubi Torrentii liber *extuſſit*, Gryphii Editio *extrudit*. Auctor Dial. de Oratoribus cap. 9. *Cum toto anno, magna noctium parte, unum librum* extudit *& elucubravit, rogare ultro & ambire cogatur, ut ſint qui dignentur audire*, meditando nempe *arctudis* ut loquitur maro quod quidem in aliquibus exemplaribus depravatum eſt in *excuderet*, teſte Pierio. At e contra Petrenſis Codex & in hoc & verſu ſequente legit *extunderet* adeo verum eſt verbum vetus. *Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.* Sed jam tempus eſt ut ad ipſum Valerium provocemus qui litem dabit ſecundum nos 4. 4. *Vixque* extuderunt *Corvi ut domum rediret.* J. Waſſe.

[1] Ita per ſexennium vagari, Apuliam atque agrum Campanum quod his per militem licebat, exſpoliabantur. *Idem Spolior.*

Agrum Nolanum populare cœperunt. *Idem Populor.*

Facite exempla eorum, ut vos cum illis congermaneſcere ſciatur. *Idem Congermaneſcere.*

Senatus cenſuit referentibus Suffetis. *Feſtus, Suffes, Conſul, lingua Pœnorum.*

Pugna acriter commiſſa multis utrimque interfectis. *Priſcian.* IX.

Ad CCCL. conjuratis vinctos Romam miſſos, eamque deditionem ab Senatu non acceptam, quod egentium atque humilium pœna defungi velle Fundanum populum cenſuerint. *Livius* VIII.

Poſthumium in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fuſum fugatumque, ſaucium ipſum cum paucis Luceriam compulſum: ab Atilio in Etruria res geſtas, eumque triumphaſſe. *Idem* X.

Bis pugnatum in Olympo monte: ad XL. millia hominum cæſa. *Idem* XLVII.

Ad XV. millia Thracum præcedenti ad exploranda loca agmini Mutini Numidæ occurrerunt, quadringenti equites fuerant Numidæ, &c. *Ibidem.*

In prœlio Marcelli contra Inſubres & Comenſes captos aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis in Capitolio Jovi donum in æde poſitum. *Ibidem.*

Gargara flumen vocari in finibus Thurinis. *Servius Georgic.* I.

CLAUDII ORATIO IN QUINTIUM GALLUM.

CXIV. [2] Quorum jacent muræna, ulla horrea, curiaque & tabularia publicæ. *Nonius. Horrea feminino genere.*

[3] Q. VALERII ANTIATIS ANNALIUM LIB. I.

Amulius regnum obtinuit: quod ut firmiſſime poſſideret, Numitoris fratris ſui filium in venando interimendum curavit: Tum etiam Rheam Silviam ejus ſororem ſacerdotem Veſtæ fieri juſſit, ſimulato ſomnio quo ammonitus ab eadem Dea eſſet ut id fieret, cum revera ita faciundum ſibi exiſtimaret, periculoſum du-

1 *Ita per ſexennium*] Refero ad bellum Punicum, quo Annibal per multos annos Apuliam & Campaniam tenuit ac ſpoliavit, ut tradunt Hiſtorici. Quo etiam pertinet verſus Lucilii lib. 39.

Hic tum ille habebat, & ſeve tenuit Apuliam.

2 *Quorum jacent muræna*] Lego, *Quorum jacent muri, nec ulla horrea.* Quod poſtremum ſingulari numero & genere feminino poſitum, Nonius perperam cenſet: An autem hujus Orationis autor ſit Quadrigarius, an alius Claudius, neſcio.

3 *Q. Valerii Antiatis*] De hoc Velleius lib. II. *Æqualis Siſenna Rutilius, Claudiuſque Quadrigarius, & Valerius Antias fuit.* Meminit & Higinius in Indice lib. 2. 3. 13. 21. 28. Livius ſcribit illum in augendo numero immodicum & intemperantem eſſe ſolere.

cens

cens ne quis ex ea naſceretur, qui avitas perſequeretur injurias. *Auctor de origine gent. Rom.* cap. XIX.

Pueros ex Rhea Silvia natos Amulium regem Fauſtulo ſervo necandos dediſſe; ſed eum a Numitore exoratum ne pueri necarentur. Accæ Larentiæ amicæ ſuæ nutriendos dediſſe: quam mulierem eo quod pretio corpus eſſet vulgare ſolita, Lupam dictam. *Ibidem* cap. XXI.

LIB. II.

Mater cum noviſſime ægrotaſſet, inquit, voviſſe fertur. *Cariſ.* II.

Numam Pompilium ſacrorum cauſſa intercalationem inveniſſe. *Macrob.* I. 12.

Agonaliorum repertorem Numam Pompilium. *Ibidem* IV.

CXV. Numam illum regem, cum procurandi fulminis ſcientiam non haberet, eſſetque illi cupido noſcendi, Egeriæ monitu caſtos duodecim juvenes apud aquam celaſſe cum vinculis, ut cum Faunus & Martius Picus ad id locorum veniſſent hauſtum (nam illis aquandi ſolemne iter huc fuit) invaderent, conſtringerent colligarent, ſed quo res fieri expeditius poſſet, regem pocula non parvi numeri vino, mulſoque compleſſe, circaque acceſſus fontis inſidioſam venturis oppoſuiſſe fallaciam. Illos more de ſolito bibendi appetitione correptos, ad hoſpitia nota veniſſe. Sed cum liquoribus, odoratis offendiſſet fragrantia pocula, vetuſtioribus anteposuiſſe res novas, invaſiſſe aviditer dulcedine potionis captos, hauſiſſe plus nimio, obdormiviſſe factos graves: tum bis ſenos incubuiſſe ſopitis, injeciſſe madidatis vincula, expergitoſque illos ſtatim perdocuiſſe regem, quibus ad terras modis Jupiter poſſet & ſacrificiis elici: & accepta regem ſcientia rem in Aventino feciſſe divinam, elexiſſe ad terras Jovem, ab eoque quæſiſſe ritum procurationis & morem: Jovem diu cunctatum, expiabis dixe capite fulgurita, regem reſpondiſſe cæpicio: Jovem rurſus, humano retuliſſe regem, ſed capillo, Deum contra animal [1] piſcis ſubjeciſſe Pompilium. Tunc ambiguis Jovem propoſitionibus captum extuliſſe hanc vocem, decepiſti me Numa; nam ego humanis capitibus procurari conſtitueram fulgurita, non capillo cæpicio: quoniam me tamen tua circumvenit aſtutia, quem voluiſti habeto morem: & his rebus, quas pactus es, procurationem ſemper ſuſcipies fulguritorum. *Arnobius* V. *circa principium. Et Plutarch. in Numa.*

1 *Piſcis*] hæc vox abeſt a Codice Romano & membranis. Lectio vetus fuit, *Deum contra animali ſubjeciſſe Pompilium*, pro qua Gelenius illam alteram ſubſtituit quam ſequimur. verum Plutarchus locum ſic repræſentat Διαπεπαιγμένου δὲ τοῦ Διὸς ἐμψύχοις, ἐπαγαγεῖν τὸν Νομᾶν μαινίσιν. unde non male conjiciunt viri docti ſic legendum, *Deum contra animali* ; ſubjeciſſe Pompilium, mæna. Et pro *Numa*, &c. *Non autem Capillo c.* J. Waſſe.

Digitized by Google

LIB. VI.

Hoc Senatus conſultum prior factum eſt. *Priſc.* V.

LIB. XII.

Tiberius Gracchus, qui Quæſtor C. Mancino in Hiſpania fuerat, & ceteri qui pacem ſpeſponderant. *Gellius* VII. 9.

LIB. XXII.

Quod noviſſime nobiſcum fœdus feciſſent. *Cariſ.* II.

LIB. XXIV.

Si hæ res divinæ factæ, riteque perlitatæ eſſent, aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe. *Gellius* I. 7.

LIB. XLV.

Denique Licinius Tribunus pleb. perduellionis ei diem dixit, † & comitiis diem a Q. Marcio Prætore popoſcit. *Idem* VII. 9.

LIB. LXXIV.

Eo omnes hoſtiæ, vituli XXVII. conjecti, & ita omnia adulta ſunt. *Priſcian.* XX.

LIB. LXXV.

Deinde funere locato ad forum deſcendidit. *Gellius* VII. 9.

INCERTA.

CXVI. Compluria. *Idem* V. 21.

Ambracienſis quiſpiam Tymochares, regis Pyrrhi amicus, ad C. Fabricium Conſulem furtim venit ac præmium petivit, & ſi de præmio conveniret, promiſit regem venenis necare. *Idem* III. 8.

Eam puellam captivam non redditam patri, ſed retentam a Scipione, atque in deliciis amoribuſque ab eo uſurpatam. *Idem* VI. 8.

Poſt Africani mortem interceſſionem iſtam pro Scipione Aſiatico factam eſſe a Tib. Graccho neque multam irrogatam Scipioni, ſed damnatum eum peculatus ob Antiochenam pecuniam, quia prædes non daret, in carcerem duci cœptum atque ita intercedente Graccho exemtum. *Idem* VI. 19.

Acca Larentia teſtamento Romulum regem bonis ſuis hæredem fecit. *Idem* VI. 7.

Valerio Maximo inter alios honores domus quoque publice ædificata eſt in Palatio, cujus exitus quo magis inſignis eſſet, in publicum verſus declinaretur, hoc eſt, extra privatum aperiretur. *Aſconius Pedian. in Piſonianam.*

† *Et comitii diem.*] Comitiis centuriatis judicium perduellionis agebatur ex lege illa XII. Tabul. *De capite civis niſi per maximum comitiatum ne ferunto.* [i. e. centuriata comitia] Et diem comitiorum accuſator petebat a Prætore urbano, ut hic Antias indicat.

Factum

Factum id eſſe ludis Romanis quos fecerunt Ædiles Curules Atilius Serranus T. Scribonius Libo, id eos feciſſe juſſu Cenſorum Sex. Ælii Pæti, C. Cornelii Cethegi. *Idem in Cornelianam.*

Ita inſtitutum eſſe ut centeſimo quoque anno fierent (ludi ſæculares) *Cenſor. de die nat.*

CXVII. Primos ludos ſæculares exactis Regibus, poſt Romam conditam annis ducentis quadraginta quinque a Valerio Publicola inſtitutos eſſe. *Ibidem.*

Secundos ludos anno poſt Urbem conditam CCCV. *Ibidem*

Tertii ludi fuerunt P. Claudio Pulchro, Junio Pullo Coſs. *Ibidem.*

Quartos ludos relatos eſſe L. Martio Cenſorino M. Manilio Coſs. poſt Romam conditam anno DCVIII. *Ibidem.*

L. Martium in Hiſpania interemtis Scipionibus concionantem, & milites ad ultionem exhortantem, arſiſſe ſimili modo. *Plin.* II. 107.

Oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rege; ex cujus præda is Capitolium in fine refecerit. *Idem* III. 5.

Δώδεκα μὲν εἶναι βίβλους (Numæ ſcilicet) ἱεροφαντικὰς, δώδεκα δὲ ἄλλας Ἑλληνικὰς φιλοσόφους εἰς τὴν σορὸν συντεθείσας. Plutarch. in Numa pag. 74. E.

Ἁρπασθῆναι δέ φασιν, οἱ μὲν, τριάκοντα μόνας, Οὐαλέριος δὲ Ἀντίας, ἑπτὰ, καὶ εἴκοσι καὶ πεντακοσίας. (de numero Sabinarum) Idem in Romulo. pag. 25. E.

Romanos cecidiſſe in Hernico agro Umillia, ac CCC. ex prædatoribus Æquorum, qui populabundi in finibus Romanis vagabantur, ab A. Poſthumio Coſs. duo millia & CCCC. cæſos, ceteram multitudinem prædam agentem, quæ inciderit in Quintium, nequaquam pari defunctam eſſe cæde. Interfecta inde IV. millia, & exequendo ſubtiliter numerum CC. ait & XXX. *Livius* III.

M. Manlium & Q. Sulpitium Conſules in eum annum. *Idem* IV.

Una caſtra Magonis capta: ſeptem millia cæſa hoſtium; altero prœlio eruptione pugnatum cum Aſdrubale, decem millia occiſa; quatuor millia trecentos triginta captos. *Idem* XXXV.

Majorum ſcorpionum ſex millia, minorum XIII. capta: Armem præfuiſſe Punico præſidio deditumque Romanis. *Idem* XXXVI.

CXVIII. Captum Hannonem tradit. *Idem* XXXIX.

Annibalem primo prœlio victum eſſe a Scipione, quo duodecim millia armatorum in acie ſunt cæſa, mille & ſeptingenti capti. Legatum cum aliis decem Legatis in caſtra ad Scipionem veniſſe. *Ibidem.*

Intraſſe ſaltum Villium, quia recto itinere nequierit omnibus a rege inſeſſis, inſecutum vallem per quam mediam fertur Aous amnis ponte raptim facta in ripam, in qua erant caſtra regia, transgreſſum acie conflixiſſe, fuſum fugatumque regem, caſtris exutum, &c. *Idem* XLII.

In

In prœlio Marcelli ſupra quadraginta millia hominum cæſa, & quingenta ſeptem militaria ſigna capta, & carpenta quadringenta triginta duo, & aureos torques multos. *Idem* XLIII.

Quaternum millium pondo argenti vectigal in decem annos, triginta quaterna millia pondo & ducenta, præſens viginti millia pondo. Attalo abſenti Æginam inſulam, elephantoſque dono datos, & Rhodiis Stratoniceam Cariæ, atque alias urbes quas Philippus tenuiſſet: Athenienſibus inſulas datas Pharan, Imbrum, Delum, Scyron. *Ibidem*.

Supra XL. millia hoſtium cæſa eo die. *Idem* LXIV.

Et in Siciliam navigaſſe delectus cauſſa, C. Flaminium; & ex Sicilia Hiſpaniam petentem tempeſtate in Africam delatum vagos milites de exercitu P. Africani ſacramento rogaſſe his duarum provinciarum delectibus tertium in Hiſpania adjeciſſe. *Idem* XLV.

LX. millia militum fuiſſe in regio exercitu (Antiochi) LX. inde millia cecidiſſe; ſupra V. millia capta cum ſignis militaribus CCXII. *Idem* XLVI.

Ludos ob dedicationem ejus (ædis matris magnæ Ideæ) factos primos ſcenicos fuiſſe, Megaleſia appellatos. *Ibidem*.

Duodetriginta millia hoſtium cæſa: capta tria millia & quadringentos: ſigna militaria CXXIV. equos mille ducentos triginta: carpenta ducenta quadraginta ſeptem: ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidiſſe. *Ibidem*.

CXIX. Rumorem celebrem Romæ fuiſſe & pene pro certo habitum, recipiendi Scipionis adoleſcentis cauſa Coſs. L. Scipionem & cum eo P. Africanum in colloquium evocatos regis, & ipſos comprehenſos eſſe, & ducibus captis confeſtim ad caſtra Romana exercitum ductum, eaque expugnata, & deletas omnes copias Romanorum fuiſſe: ob hæc Ætolos ſuſtuliſſe animos, & abnuiſſe imperata facere, &c. *Idem* LXVII.

Ad quatuor millia captivorum qui belli minas timuerant, ex tota inſula reddita, eamque cauſam Fabio, cum rem nullam aliam geſſiſſet, navalis triumphi ab Senatu impetrandi fuit. *Ibidem*.

Non plus decem millia (in Olympo monte cæſa.) *Idem* LXVIII.

Q. Scipioni Africano que Q. Petilii diem dixerunt. *Ibidem*.

Placentiæ famoſam mulierem, cujus amore deperiret (L. Flaminius) in convivium accerſitam. Ibi jactantem ſe ſcorto inter cætera retuliſſe, quam acriter quæſtiones exercuiſſet & quam multos capitis damnatos in vinculis haberet, quos ſecuri percuſſurus eſſet. Tum illam infra eum accubantem, negaſſe umquam vidiſſe quemquam ſecuri ferientem, & pervelle id videre. Hic indulgentem ama-

amatorem unum ex illis miſeris attrahi juſſum, ſecuri percuſſiſſe. *Idem* LXIX.

Q. Nævius Prætor ad duo millia hominum (veneficorum) damnavit. *Ibidem.*

Scipionem mortuum Appio Claudio M. Sempronio Coſs. *Ibid.*

Ocreſiam Virginem a Vulcano ſeu Lare adamatam & inde natum Servium narrant. Οἱ δὲ περὶ Ἀντίαν οὐχ οὕτω λέγουσιν, ἀλλὰ τυχεῖν μὲν τοῦ Σερουΐου τὴν γυναῖκα Γεγανίαν θνήσκουσαν, αὐτὸν δὲ, τῆς μητρὸς παρούσης, εἰς ὕπνον ἐκ δυσθυμίας καὶ λύπης ἀποκλιθῆναι· καὶ καθεύδοντος αὐτοῦ, ταῖς γυναιξὶν ὀφθῆναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πυρὶ περιλαμπόμενον. ὅπερ ἦν μαρτύριον αὐτῷ († αὐτοῦ) τῆς ἐκ πυρὸς γενέσεως σημεῖον δὲ χρηστὸν ἐπὶ τὴν ἀπροσδόκητον ἡγεμονίαν, ἧς ἔτυχε μετὰ τὴν Ταρκυνίου τελευτὴν, Τανακυλλίδος σπουδασάσης. Plutarch. de fortuna Romanorum. pag. 323. Ed. Francof.

[1] CN. AUFIDII HISTORIA GRÆCA.

Cicero Tuſcul. 5.

AUFIDII EPITOMÆ.

CXX. Aremulum Silvium non fulmine ictum ſed terræ motu prolapſum ſimul cum eo regiam in Albanum lacum. Poſt illum regnavit Aventinus Silvius. *Autor de orig. gentis Rom.*

[2] L. CORNELII SISENNÆ HISTORIARUM. LIB. I.

Si quæ celeriter ſolvi poterat (a) [3] in altum remulcat. *Nonius Remulcare.*

Nocte conſumta poſtero die per incertas vias Æſerniam, inde Romam protinus profugerant. *Idem Protinus.*

LIB. II.

Et Marſi propius ſuccedunt, atque [4] ſcutis projectis tecti,

(a) *In altum remulcat*) Nonii libri *remulcare trahit*, A. Auguſt. *remulco retrahit.*

1 *Cn. Aufidii.*] Cicero Tuſculan. v. *Pueris nobis Cn. Aufidius, prætorius, & in ſenatu ſententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & Græcam ſcribebat hiſtoriam, & videbat in literis.* ubi Mſ. pro, Druſi. *Abuſi.* J. Waſſe.

2 *L. Cornelii Siſennæ.*] De Siſenna exſtat judicium & teſtimonium Salluſtii in Jugurthino, Ciceronis in Bruto, de Legibus I, in Verrem II. & IV, Varronis in titulo Logiſtorici Siſenna vel de Hiſtoria. Prætor fuit inter cives & peregrinos, M. Lepido Q. Catulo Coſ. habuitque filium Cn. Cornelium Siſennam. Hiſtoriarum libros quatuor an quinque, priores ſcripſit de bello Marſico, poſteriores de bello civili Sullano. Vide etiam de ejus ætate V. Paterculum II. 9. qui cap. 14. ejuſdem libri meminit cujuſdam Statilii Siſennæ, quod quidem cognomen invenitur in Gabiniis apud V. Maximum VIII. I. & Dionem XXXI. ſed noſtrum *e gente Cornelia* fuiſſe docet Feſtus in *Scrupeæ.* Pighius ad annum IↃCLXVI. non inepte colligit eum Lilybetanum fuiſſe Prætorem ex Ciceronis Verrinis. *J. Waſſe.*

3 *In altum remulcat.*] Remulcare & Remulco trahere, eſt navem depreſſam vel tractam remigio alterius, cui ea alligata, protrahere. Cæſar de Bello civili II. *Poſtquam relictam in littore navem conſpexit, hanc remulco abſtraxit*; & III. *Submerſamque navem remulco, multiſque funibus abduxit.* Livius lib. XLVII: *Claudas mutilaſque naves apertis navibus remulco trahentes.* Plaut. quoque Bacchid. illo verſu *homines remigio ſequi*, nonnulli legunt *remulco*, ſed perperam, contra vim verbi & mentem poetæ. Græci utuntur verbo adfini ῥυμουλκεῖν loris trahere. Strabo IV. ῥυμουλκεῖται δι' ἡμιόνων. Porro in Nonio eſt *remulcare trahit*, quod puto ipſius gloſſema eſſe *remulcat, remulco trahit.* Etiam numerus libri variat I. aut II.

4 *Scutis projectis tecti.*] *Projecta ſcuta* dixit objecta telis hoſtium, & obtenta longaque ad corporis protectionem, ut Quadrigarius I. & Virgilius Æneid. VIII.

Scutis protecti corpora longis.

ſaxa

1 ſaxa certatim lenta manibus conjiciunt in hoſtes. *Macrob. VI. 4.*

Vetus atque ingens erat 2 arbor ilex, quæ circum projectis ramis majorem partem loci ſummi tegebat. *Ibidem.*

LIB. III.

CXXI. 3 Nolitote mirari quam deſperata voluntate ad unam belli faciendi viam. *Non. Nolitote.*

4 De virtute eorum accuſanda proloqui ſuperſederunt. *Nonius Superſedere.*

Egregias, & longe præſtantes, ac metuendas adverſariorum opes eſſe. *Non. Longe.*

5 Diſſipatis imbricum fragminibus ac teſtis tegularum. *Non. Imbric.*

Inermos armati, impeditos expediti ſine ullo ſuorum vulnere cunctos interficiunt. *Nonius Expediti.*

Senatus autoritate 6 ſagaria nunc. *Non. Sagaria.*

7 Mulierem miſſa fide ac pietate propter amoris nefarii libidinem exſtitiſſe. *Non. Mittere.*

8 Quod loca paluſtria quæ erant, 9 ea alte multifariam confoſſa. *Non. Multifariam.*

Atque armis de vita certatim dimicare nitebantur. *Non. Certatim.*

Erat autem ſcutorum longitudo pedum quatuor, Latitudo curvæ ſuperficiei pedum duorum ſemis, autore Polybio.

1 *Saxa certatim lenta.*] Reſcribo *levata* vel *lecta*: qualia ſunt ſaxa minora, quæ manibus jaciuntur, cum majora per onagros dirigantur: maxima vero pondere formaque volubili demiſſa per præceps devolvantur in ſubeuntes. Vegetius lib. IV. cap. VIII. Sed veram loci hujus lectionem tetigit & indicavit jam olim in Notis Macrobianis Iſaacius Pontanus legendo *levia* pro *lenta*. Eum vide ad Macrobii librum VI. cap. 4.

2 *Arbor ilex*] Pari forma Valer. Max. IX. 13. 4. *Instituit (Dionyſius) ut candentium juglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent.* At Mſ. Codex, *glandium nucum*, & Vincentius Bellovacenſis, *glandium etiam nucum*. Scio Ciceronem *juglandium* ſcripſiſſe. Puto autem Valerium reliquiſſe *nucum juglandium*. Sic ſane locutus eſt Plinius v. 6. I. 903. & Macrob. II. 14. nulla ſaltem neceſſitas erat cur Pighius, *nucum* quaſi a gloſſa natum amandaret. Eodem in loco, pro *Cloridis* Bellovacenſis legit, *Doridis*, & ſic Plutarch. in Dione. & Ælianus Var. Hiſt. cap. x. *J. Waſſe.*

3 *Nolitote mirari*] Verba legatorum aut ducum Italicorum, ſollicitantium populos vicinos ad belli ſocietatem. Nam ut ait Florus, Popedius Marſos, & etiam Latinos, Afranius Umbros, totum Senatum & Conſules Samnitium Lucaniamque Teleſinus adſcivit.

4 *De virtute eorum accuſanda*] Emendo *ac uſu bellandi*: quo præſtabant populi Italici, inprimis Marſi, ut præter alios teſtatur Strabo lib. I. & Silius VIII.

---------------- *Marſica pubes*
Et bellare manu, ac chelydris cantare ſoporem.

5 *Diſſipatis Imbricibus*] Tria fragmenta quæ hic conjunxi puto referenda eſſe ad cædem Romanorum in oppido Aſculi initio belli factam, quam Livius in Epitoma lib. LXXII ita narrat: *Q. Servilius Proconſul in oppido Aſculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occiſus eſt. Saga populus ſumſit.* Ubi Servilius Proconſul nominatur, qui Velleio Prætor.

6 *Saga nunc*] Suſpicor legend. *ſaga ſumuntur* vel *ſumta*, ex Livio & Velleio. Saga autem ſumebat populus Senatu decernente, ut teſtatur Siſenna hic, & Cicero Philipp. V & VI. ſoli conſulares togas retinebant. Philipp. VIII, *Conſulares togati eſſe ſolent, cum civitas eſt in ſagis.*

7 *Mulierem miſſa fide*] An hæc fuit mulier meretrix quæ Ser. Galbam a Lucanis comprehenſum ſervavit; de qua Livius in epitoma: *Sex Galba a Lucanis comprehenſus, unius feminæ opera ad quam tenebatur, captivitate exemtus eſt.* De Fannia muliere impudica ſimile fidelitatis exemplum exhibitum C. Mario captivo Minturnis, refert Plutarchus in vita.

8 *Quod loca paluſtria*] Hæc quatuor fragmenta fortaſſe pertinent ad cladem Romanorum, quam Preſenteius dux Italicus intulit. Appianus lib. I. *P. Preſenteius Perpernam cum XM. obvium ſibi factum fugavit, cæſiſque ad quater mille reliquorum armis majore ex parte potitus.*

9 *Alte confoſſa*] eodem ſignificatu quo Lactantius Lib. VI. cap. 4. quæ ex officina Hack. prodiit. 1660. *Cum ventum fuerit ad extremum (vitæ) unde jam regredi non licet; cum omnis ſua*

Roma-

Romanos impetu ſuo [1] protelant, *(a)* projectos perſequuntur. *Non. Protelare.*

Diſpalati ab ſignis, digreſſi omnes ac diſſipati. *Non. Diſpalare.*

Periclitantur tormenta ac tela, multaque genera machinamentorum. *Non. Periculum.*

[2] Signum nactus a Papio quod inter eos tolli convenerat. *Non. Convenire.*

[3] Omnia quæ diximus loca ſtatim potitus. *Nonius Nominativus pro ablativo.*

Protinus agros populabundus ad Nuceriam convertit. *Non. Populat.*

[4] Agilem dari facilemque victoriam, neque foſſas aut vallum remoraturum. *Non. Agilem.*

CXXII. [5] Convictus tamen ex tempore ſingula conſtituit, & ſicut ſteterant manipulos obverti juſſit. *Non. Manipuli.*

Ac poſt armatos funditores & ſagittarios ponit. *Non. Funditores.*

Sparis ac lanceis eminus peterent hoſtes. *Nonius Sparus.*

[6] Galli materibus, *(b)* Suevi lanceis configunt. *Nonius Lancea.*

(a) *Prolectos proſequuntur*) Fulvius *protelatos*, Popma *projectos*.
(b) *Suevi lanceis*) V.c. *Sani* pro *Spani*, id eſt, Hiſpani, ut in Quadrigario.

pulchritudine tam ſubito præciditur; ut non ante quis fraudem proſpicere poſſit, quam præcipitatus ex altitudine in profunda cadat. Sic Thomaſius & Iſæus, ex Codice Cænobii S. Salvatoris Bononienſis contra omnium Mſſ. & Edd. fidem repoſuerunt. Hi omnes habent, *in* altitudinem *profundam cadat*, quod eſt manifeſta contradictio inquit Gallæus. Miſeret me ſane Lactantii, qui ad hunc uſque diem vindicem idoneum expectat. ſed ſic ſolent de Variis Lectionibus ſententiam ferre nulla veterum lectione inſtructi. Non eſt de nihilo quod toties ex nuperis editoribus audias, illos non ſcripturos exercitationes, non de quavis vocula in conſilium ituros, auctoris doctrinam vendituros non ſuam. Caute & ſapienter! Doctorum tantum *hoc opus hic labor eſt.* Donec ergo appareat qui hoc agat, ipſe veram Lectionem pro virili, Firmiano aſſeram. En ergo inprimis Virgilium tibi, Georg. II. 231. alteque *jubebis In ſolido puteum demitti.* Cicero II. de Divin. *Quum terra araretur, & ſulcus* altius *eſſet impreſſus.* Plaut. in Menechm. altus *puteus* pro imus. Plin. N. Hiſt. Lib. IX. cap. 24. eodem plane ſenſu, *quod deciderit in* altiſſimos *puteos.* Columella. *Operta (foſſa) rurſus obcæcari debebunt, ſulcis in* altitudinem *tripedaneam depreſſis.* Lib. II. cap. 2. præaltum *ſpecus* Valer. II. 2. 1. & II. 4. 5. *Quam animoſe in profundam ſe* altitudinem *maris aut abſciſſæ rupis immiſiſſet.* Senec. Epiſt. 70. Sed fortaſſe puduit hominem Theolog. in Ethnicis immorari. audiamus ergo Lactantium ipſum. Lib. III. cap. 27. *Democritus quaſi in puteo quodam ſic* alto *ut fundus ſit nullus, veritatem jacere demerſam.* Lego itaque cum Codicibus, *in altitudinem profundam*, & Lactantio gratulor quod vel hoc loco integer evaſerit, cum ex omni tetro memoria extiterint Thomaſii. *J. Waſſe.*

1 *Protelant*] i.e. Longe propellunt. Turpilius Lemniis. *Propter peccatum pauxillum indigniſſime patria* protelatum *eſſe ſævitia patris.* Terent. Phorm. *Ne te iratus ſuis ſævidictis protelet.* Apuleius lib. 8. *Sed hanc ipſam cladem veſtris* protelamus *manibus.* Symmachus. I. 9c. *vereor* protelare *teſtimonium meum.* *J. W.*

2 *Signum nactus a Papio*] C. Papius unus ex ducibus Italicorum per proditionem occupavit Nolam urbem Romanorum, duobus millibus qui in præſidio erant, per caduceatorem ad ſe tranſeundi poteſtate oblata, Appianus lib. I. Eo forte pertinet ſignum proditionis datum a Papio.

3 *Omnia quæ diximus*] Idem Papius poſt Nolam captam, Stabias, Minturnas, Selernumque Romanam coloniam cepit, captorum oppidorum cives una cum ſervis adſcripſit in militum ſuorum numerum: pervaſtata deinde omni circum Nuceriam agro, finitima oppida ſimilis injuriæ metu ad eum deſciverunt. *Appianus.*

4 *Agilem dari*] Septem fragmenta, quæ hic ordine ſequuntur, forte referenda ad narrationem magni illius prœlii inter Papium & L. Cæſarem prope Acerras: *cujus hoc initium*, quod Papius temerario auſu caſtra Coſs. oppugnabat, & vallum convellebat, ſuos prius hortatus his verbis, *Agilem dari &c.*

5 *Convictus tamen*] L. Cæſar Coſ. convictus a Papio: vallum exſcindente ut pugnare cogeretur. Alii reponunt *connixus tamen ex tempore ſigna conſtituit.* Quod non improbo.

6 *Galli materibus*] In exercitu L. Cæſaris erant Gallorum peditum decem millia, ut refert

Alii ſaltui ac velocitati certare. *Nonius Dativus pro ablativo.*

[1] Poſtquam ſonu ſignorum prœlium magno cum clamore virorum commiſſum eſt. *Nonius Sonus.*

[2] Adoriuntur adverſos, ut apertis lateribus. *Nonius Apertum.*

(a) [3] Et inde equum concitatum princeps ad hoſtium permittit aciem. *Nonius Permittere.*

[4] Quod fortaſſean ex voluntate ſua ſumma cum claritudine celeriter confeciſſet. *Nonius Claritudo.*

Sublatus lætitia nimia, atque impotentia animi commotus. *Nonius Impotentiam.*

Poſt villarum [5] macerias ac parietinas quinque cohortes in inſidiis reliquit. *Nonius Maceria.*

[6] Occulte tacitique advenientium cohortium præſtolari occipiunt. *Nonius Præſtolari.*

[7] Iiſdemque temporibus Æſernini duplici foſſa valloque circundati, frumento adeſo, quod ex areis in oppidum portatum eſt. *Nonius Adeſum.*

CXXIII. Requieſcendi ſpatium nacti, condenſiores manipulatim reſiſtere hoſtibus inſtituiſſent. *Nonius Manipulatim.*

Poſt principia paullatim recedunt, atque inde cum paucis fugæ ſe mandant. *Nonius Mandare.*

Ad binum millium numero ſauciis utrimque factis. *Nonius Binum millium numero.*

(a) *Et inde equum concitatum*) Alii, *incitatum.*

Appianus. Unde Siſenna memorat Gallos & Materas, jaculi ſeu teli genus in prœlio ipſis proprium: cujus meminit Cæſar lib. I. Livius lib. VII, & Autor ad Herennium lib. IV, Strabo lib. IV: ubi tamen Lanceas quoque Gallis tribuit, ut & Diodorus Siculus: ſed uterque, opinor, ſignificat lanceas breviores quas vulgo Hallebardas dicimus. Siſenna autem lanceas longas dat Suevis, Varro lib. XIV. Rerum humanarum Hiſpanis.

1 *Poſtquam ſonu*] Nonius hic obſervat ſonu quarta inflexione, ut ſomnu, domu, ſuſurru, & ſimilia quæ notavi lib. I. de uſu antiqu. locut. Mox *clamore virorum* ſuſpicor legend. utrorum pro utrorumque ut pleri pro plerique. Quadrigarius Annal. I. *Utri ſummo ſtudio pugnantibus.* Velleius lib. II. *Aliorum utrius ordinis virorum*; ut eſt in libro manuſcripto, ubi vulgo utriuſque.

2 *Adoriuntur adverſos*] An hoc pertinet quod Appianus refert, cum Papius caſtra oppugnaret jamque partem valli convelleret Coſ. per averſam portam emiſſo equitatu cæcidiſſe circiter ſex millia hoſtium & inſignem victoriam adeptum: de qua ita Epitome Liviana: *L. Cæſar Coſ. feliciter contra Samnites pugnavit ob eam victoriam Romæ ſaga poſita ſunt.*

3 *Et inde equum concitatum*] Tria fragmenta accipio de Cæpione Legato Rutilii Coſ. qui obſeſſus cum proſpere per aciem hoſtilem erupiſſet, & ob eum ſucceſſum æquatum ei cum C. Mario Legato eſſet imperium, temerarius factus & circumventus inſidiis a Popedio, fuſo exercitu, cecidit. Livius in Epitoma lib. LXXIII. qui ſimiliter locutus alibi, *Concitatis equis, permiſſiſque in hoſtes.*

4 *Quod fortaſſean*] Antiqua particula, qua etiam uſus Varro de re ruſt. Gellius, & alii, quos laudavi lib. I. De uſu antiq. locut.

5 *Macerias ac parietinas*] Parietinæ ſunt parietum ruinæ. Cicero ad Memmium. *Neſcio quid illud Epicuri parietinarum.* Ad Sulpicium: *In tantis tenebris, & quaſi parietinis reip.*

6 *Occulte tacitique*] Lego, *Occulte tacitique advenientiam.* Advenientia pro adventu, Siſenna, ut Quadrigarius *Habentia*, Salluſtius *Properantia*, Plautus *Servitutia*, Lucretius *Variantia*, Gellius *Impurientia*, & alii alia.

7 *Iiſdemque temporibus*] Æſernini obſeſſi ab Italicis perſtabant in fide populi Romani ſed fame coacti tandem deditionem fecerunt. *Appianus*, & *Livius* in Epitoma.

Partem

Partem cohortium propter mare collocat in littore. *Nonius Propter.*

Otacilium Legatum cum ſcaphis ac lembis. *Nonius Lembus.*

Præter catapultas ſedecim quatuor baliſtas, viginti plauſtra, [1] coriis ac minoribus ſagittis onuſta. *Nonius Catapultas.*

[2] Longius ſcorpios, catapultas concitat. *Nonius Scorpio.*

Manualis lapides diſpartit, propterea quod is ager omnis ejuſmodi telis indigebat. *Nonius Tela.*

Servulum ejus præmio libertatis inductum magno cum tumultu [3] conventum in populum produxit armatum. *Nonius Populum.*

CXXIV. Tum ſubito tacuit, atque metu & ſuſpicione propriam capere non poterat quietem. *Nonius Proprium.*

Baſſus aſſiduitate indulgitate victus. *Nonius Indulgitate.*

L. Calpurnius Piſo ex Senati conſulto duas novas tribus. *Nonius Senatus & Senati.*

LIB. IV.

[5] Quondam Sabini feruntur voviſſe, [6] Si res communis melio-

1 *Coriis ac minoribus*] Nihil muto, etſi alii malint *ſtoriis*. Coriorum enim uſus in bello fuit prohibendis impediendiſque telis, ut apud Curtium lib. IV. & machinis muniendis ac tegendis adverſus ignem, teſte Vitruvio lib. X. cap. XXI. Storiæ autem tantum fuerunt avertendis telis, quas Cæſar lib. II. Belli civilis ita deſcribit. *Storias ex funibus ancorariis tres in longitudinem parietum turris, latas quatuor pedes fecerunt, easque ex tribus partibus quæ ad hoſtes vergebant, eminentibus trabibus circum turrim præpendentes, religaverunt: quod unum genus tegumenti aliis locis erant experti, nullo telo neque tormento trajici poſſe.*

2 *Longius ſcorpios, catapultas*] Scorpius hic ſumitur pro telo ſive ſpiculo, quod ea machina emittitur ac depellitur, ut Scorpio apud Salluſtium lib. III. Tertullianus Scorpiaco: *Bellicam machinam & retractu tela vegetantem de ſcorpio nominant. Id & ſpiculum & fiſtula eſt, paulla tenuitate in vulnus & virus qua figit, effundit.* Similiter Catapulta pro telo, ut Plaut. Curculione: *Nam illa ad me catapultæ crebro commeant.*

3 *Conventum in populum*] Conventum populum nove dixit, pro eo qui convenerat: ſicut Plautus Ciſtellaria, Patres conventos qui ad meretrices conveniunt, convenas, ex quibus nati liberi Spurii vocantur: *Illa te ut ego hanc mihi educam, Ex patribus conventis.* Similiter *Adventus homo* qui advenit, Terent. Andria.

Ego commodiorem hominem adventum ad tempus non vidi.

4 *L. Calpurnius Piſo*] Hic fuit Conſul cum C. Mucio Scævola anno DCXXIV. mox ut videtur Cenſor ex Senatus conſulto duas novas Tribus adlegit; ſicut poſtea bello ſociali anno DCLXII, cum Tuſcis, Umbris, Gallis, & reliquis Ciſpadanis populis civitas data eſſet, lege Julia octo vel decem Tribus a Cenſoribus P. Licinio Craſſo & L. Julio Cæſare additæ fuerunt, in quas novi cives conjicerentur. Sed nec illæ duæ quas Siſenna refert Piſonem adlegiſſe, nec aliæ octo diu manſerunt, novis illis civibus in veteres XXXV, diſtributis. Vidend. Velleius, Appianus lib. I, & Strabo lib. IV. Apud Plinium lib. 13. §. 27. Cajus perperam appellatur, ut in indice libri 2, & 13. & Libro ſecundo §. 54. ut & MSS. R. 1. Colb. 2. ſine compendii nota, *Lucius Piſo*, ſcribitur. Eodem plane modo quo apud D. Halicarn. non tamen confundendus eſt hic noſter cum illo altero Piſone quem Plutarchus ἄνδρα ἱστορικὸν vocat, Is enim de Mario ſcripſit & proinde ætate poſterior. *J. Waſſe.*

5 *Quondam Sabini*] Strabo lib. V. refert Sabinos hoc voviſſe cum adverſus Umbros diutino bello conflictarentur, ſecutoſque morem Græcis uſitatum, atque etiam Barbaris, ut teſtatur Dionyſius lib. I. Solinus Polyhiſtore, cap. 2. *Catillus Amphiarai filius poſt prodigialem patris apud Thebas interitum, Oeclei juſſu cum omni fetu vere ſacro miſſus tres liberos procreavit.*

6 *Si res communis*] Formula conceptionis voti: cui par & gemina illa apud Livium, *Si eodem ſtatu reſpublica ſtaret, ſi in decem annos reſpublica eodem ſtetiſſet ſtatu*, & Ciceronis, *ſi reſpublica ſtetiſſet*, ut notavi in Commentario & Caſtigationibus Epiſt. ad Atticum lib. XV. Res communis pro publica, ut communis ſalus, commune malum.

ribus locis conſtitiſſet, [1] ſe ver ſacrum facturos. [2] Quo voto damnati, fetum omnem dicuntur ejus anni ſtatim conſecraſſe. *Nonius Ver ſacrum.*

[3] Perfuſe atque abunde ſemper uſi magnum pondus auri & argenti. *Nonius Abunde.*

[4] Utrumne Divi cultu erga ſe mortalium lætiſcant, an (a) ſupernæ gentes humana neglegant. *Nonius Lætiſcere.*

[5] Nam clandeſtina celeriter tranſigi, apud notos cogitata dici decet, non explanari .... crebritudine. *Nonius Crebritudinem.*

Ipſi Legati concubia nocte oppido digreſſi, jam ſupra hoſtium munitionem ſuccedunt. *Concubia Nocte.*

Itaque poſtero die [6] Legatos Iguvium redeuntes apiſcitur. *Nonius Apiſci.*

[7] C. Titinnius quidam, cui minus (b) proprietas mentis abmatura tradita videretur, primo ante teſtudinem conſtitit: deinde apud Conſulem cauſſam atque excuſationem præferre cœpit. *Non. Teſtudin.*

Tum poſtquam [8] apud Iguvinos ac Peruſinos ejus facti mentionem projecit. *Nonius Projicere.*

CXXV. De contrario ſilentium oritur. *Nonius Silentium.*

[9] Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur. *Nonius Amoliri.*

Jumenta, pecuda, locis trepidare compluribus. *Nonius Pecuda.*

(a) *Superna gentes*) V. c. *ſuperne agentes*, vel, *ſuperna*; quod melius eſt, ut opponat ſuperna & humana.

(b) *Proprietas mentis*) V. c. *menis*, alii *metus*.

1 *Ver ſacrum facturos*] Ver ſacrum erat pecus quod vere naſcebatur inter Kalend. Martias & pridie Kalend. Mart: quo cum potuiſſent voto ſatisfacere Sabini, hoc amplius omnem totius anni fetum conſecrarunt; ut Siſenna & Strabo tradunt. Vovendi autem faciendique Veris ſacri ritus præſcribit Livius lib. XXII. & XXIV.

2 *Quo voto damnati*] Nonius *Damnati* perperam interpretatur *liberati*, cum ſit obſtricti ad exſolvendum, ubi voti compotes ſunt, ut in legatorum formula apud Juriſconſultos *Dare damnas eſto*, pro damnatus & obſtrictus. Agrœtius de Orthographia: *damnas iſtius & iſtud legatum dicitur, hoc eſt ſolvendo eſſe, quod ſolvi omnibus modis neceſſe eſt, etſi res aliena legetur.*

3 *Perfuſe atque abunde*] Dicit Sabinos in cultu Deorum magnificos fuiſſe, & profuſe atque abunde in ſacris uſos auro & argento. Plinius: *Sabini, ut quidam exiſtimavere, a religione & Deorum cultu Sabini appellati.*

4 *Utrumne Divi*] Ex Epicuræorum ſecta, quam Siſennam ſectatum fuiſſe licet colligere ex Cicerone de Natura deorum. Mox libri vulgati *ſuperne agentes*, quod non diſplicet.

5 *Nam clandeſtina celeriter*] Salluſt. Catilina. *Ubi conſulueris mature facto opus eſt.* Mox ubi lacuna eſt, deſideratur, ſermonum, vel verborum aut ſimile quid.

6 *Legatos Iguvium redeuntes*] Iguvium oppidum Umbriæ, cujus meminit Cæſar, lib. I. Belli civilis, Cicero ad Atticum lib. VII, Plinius lib. III. Silius VIII.

Infeſtum nebulis humentibus olim
Iguvium.

7 *C. Titinius quidam*] Hic videtur fuiſſe transfuga & index conſiliorum quæ Legati Italici ad Umbros perferebant: de quibus mox Siſenna, Livius Epitoma lib. LXXVII, *Ceſſi a M. Aurelio Scauro Legatis Italicis.*

8 *Apud Iguvinos*] Vulgo corrupte Æginos vel Alginos. Nam Iguvini & Peruſini vicini & finitimi, cum Iguvium a meridie proximam habeat Peruſiam. Vetus lapis, *itemque Iguvinorum ſplendidiſſimus ordo.*

9 *Impedimentum omne*] Hæc & ſequentia aliquot fragmenta pertinent ad narrationem obſidionis & expugnationis Aſculi oppidi, de qua ita Florus lib IV. *Strabo vero Pompeius omnia ferro flammaque populatus, non prius finem cædium fecit, quam Aſculi everſione manibus tot exercituum Conſularium direptarumque urbium Diis litaretur.*

Quod

[1] Quod hoſtem non dubitatim cum pluteis ac ſcalis iter facere cernebat. *Nonius Dubitatim.*

Formidine oppreſſus, quod humilem cæmentis inſtructum oppidi murum ſciebat. *Non. Cæmenta.*

[2] Populabundus agros ad oppidum pervenit. *Gellius* XI. 15.

Armati dextera ducti, magiſque in latitudinem diſcedunt. *Nonius Diſcedere.*

Tum in muro [3] virile ac muliebre ſexus, populi multitudine omni collocata. *Nonius Sexus neutri generis.*

Cuſtodiæ in muro ſtatuuntur cataphractorum. *Nonius Cataphracti.*

[4] Falces injectas comminuunt, pluteos propius collocatis harpagis dejiciunt e turribus. *Nonius Falces.*

[5] De quibus partim malleolos, partim faſces ſarmentorum incenſos ſupra vallum frequentes. *Nonius Malleoli.*

CXXVI. Funes expediunt clauſtra foribus impoſita periclitantur. *Nonius Expedire.*

Multi præmiſſis armis ex ſummo ſe permitterent. *Nonius Permittere.*

Multi plagis adverſis icti & congenulati, Romanis [6] præcipitatis, ipſi ſupra voluti in caput. *Nonius Congenulare.*

1 *Quod hoſtem non*] Cernebat Indacilius dux Italicus Romanos iter facere cum pluteis & ſcalis, inſtrumentis obſidionalibus. Unde conjectabat illos ad obſidionem & oppugnationem Aſculi patriæ ſuæ, contendere. Ulpan. tit. de act. emt. *Reticuli circa columnas, plutei circa parietes.* Juvenalis Sat. 2.

Et jubet archetypos pluteum ſervare Cleanthas.

2 *Populabundus agros*] Sunt qui putant hoc fragmentum idem eſſe cum illo, *Protinus agros populabundus Nuceriam convertit*: ſed errant. Nam illud refert Papii iter ad Nuceriam, hoc Indacilii ad Aſculum: de quo Appianus l. 1. *Aſculanus erat Indacilius: quapropter timens patriæ cum octo cohortibus ſuccurrit.*

3 *Virile ac muliebre ſexus*] Nonius, Sexus neutro genere, ut Salluſtii Hiſtor. III. Cariſius & Probus Secus: quod per omnes caſus integra forma declinatur. Virile & muliebre ſecus, pro virilis & muliebris ſexus, uſurpant Plautus, Gellius & alii, quos citavi libr 1. De uſu antiquæ locutionis.

4 *Falces injectas*] Falces murales & pluteos tribuit oppugnatoribus urbis, harpagas defenſoribus ad convertendos & reſcindendos pluteos. Eas Livius vocat harpagones, & Manus ferreas lib. XXVI. *Cum belli apparatu ſtrepant ferreæ quoque manus, harpagones vocant, quas operibus hoſtium injicerent, præparabantur.* Quæ ſeparat Cæſar libr. 1. Belli civilis: *manus ferreas atque harpagones paraverant.* Et differunt forma & uſu, licet eadem ſint materia. Nam harpagones ſunt leviores, & celeriter emittuntur & retrahuntur, injectæque convellunt: manus ferreæ graviores cum pondere decidunt, comprehenduntque & retinent, ut conſtat ex Dione & Appiano lib. V. in deſcriptione Harpagonis ab Agrippa inventæ.

5 *De quibus partim*] Ut incenderent machinas ligneas oppugnantium, vel ut aſcendentes vallum adurerent. Huic enim uſui erant Malleoli: quos præter Nonium & Feſtum, unus omnium optime deſcribit Marcellinus lib. XXIII. Hiſtoriar. *Malleoli autem teli genus figurantur hac ſpecie, Sagitta eſt cannea inter ſpiculum & arundinem multifido ferro coagmentata, quæ in muliebris coli formam quo nentur lintea ſtamina, concavatur ventre ſubtiliter & pluriſariam patens, atque in alveo ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento, & ſic emiſſa lentius arcu invalido (ictu enim rapidiore extinguitur) ſi hæſerit uſquam, tenaciter cremat; aquiſque conſperſa acriores excitat æſtus incendiorum, nec remedio ullo quam ſupra jacto pulvere conſopitur.*

6 *Præcipitatis*] De muro & ſtatione dejectis. pro quo Valerius M. *abjectis* nove utitur. V, 1, 8. ubi Mſ. Codex *dejicere*, ſed male. Idem enim 3. 2. 5. *fortis & animoſa Civitas jacet armis noſtris abjecta.* & , VIII, 1, 7. Abjecerat *inimicum eundem, dum pro certo proſſunda-*

Neque

Neque porta, neque ullum foramen erat quo poſſet eruptio fieri. *Nonius Foramen.*

Cohors una poſt concitata, qua murus erat interruptus, evadit. *Nonius Evadere.*

Submoti, & intra mœnia rurſum coacti. *Nonius Cogere.*

Ultro citroque integrant in oppido cædem. *Nonius Integrare.*

Quid in rempublicam ſuam maxume conducere videretur. *Nonius Conducere.*

Denique cum variis voluntatibus incerta civitas trepidaret. *Nonius Civitas.*

Terrore perturbatam multitudinem ſubigunt. *Nonius Subigere.*

Ab armis te recedere, præſidia de locis deducere. *Nonius Deducere.*

[1] Id me neque metu, neque calamitatis neceſſitudine inductum facere. *Nonius Neceſſitudo.*

CXXVII. Agmen perturbatum pedites [2] inſinuant, ac loco commovent. *Nonius Inſinuari.*

Duæ cohortes de ſubſidio procedunt atque equites protelant. *Nonius Protelare.*

Exercitum diſpartiunt, ad confligendum ſe componunt. *Nonius Componere.*

Jaculis celeriter conſumtis ad gladios certationem revocaverunt. *Nonius Certatio.*

Alii materibus aut lanceis, tamen medium perturbant agmen. *Nonius Lancea.*

tum credidit, erexit: v, 8, 5. *Nonne M. Cicero in ipſis eloquentia ſua caſtris teſtis* abjectus *eſt.* & III, 2, 2. *unumque ex iis, magis obſcuro loco* abjectum, *corporis pondere urgeret.* I, 5. 8. abjectumque *Macedonica pugna.* Neque aliter Plin. Tom. II, 3. 13. & Sueton. *J. Waſſe.*

1 *Id me neque metu.*] De Indacilio accipio, nolente Aſculi deditionem facere, & jam in exitium vitæ ruente, quod narrat Appianus.

2 *Inſinuant*] Sic Lucret. *Sol æſtum* inſinuat *per ſepta domorum.* VI, 113. *Cæſar* inſinuare *ſe in equitum turmas.* IV. B. G. *inſinuare alicui* inclinante Latinitate, pro, *indicare.* Inſinuare ſe animo, ad amicum, in amicitiam aut conſuetudinem alterius. Eo plane ſenſu quo *inſerere* apud Plautum. *Et illud autem* inſerendum *eſt conſilium vernaculum.* Et apud Livium, *unde & inſerere Deos minimis rebus.* Valerio etiam M. hoc verbum ex Membranis Cantabr. reſtituendum puto. Verba ut in Edd. habentur hæc ſunt. *Quid Trebellius Calca* (*Mſ. Choldia*) *quam aſſeveranter ſe Clodium tulit! & quidem dum de bonis ejus contendit* &c. Mſ. *dum bonis ejus ſe* inſerere *contendit.* Lectio pura puta Valeriana. Hac enim voce libenter utitur. Verbi gratia, I. 6. *Latinis* inſerta *literis* &c. *audientium pectoribus* 8, 94. *Si huic miraculo* inſeruiſſet *oculos*, i. e. Si hoc M. uſurpaſſet oculis. III, 3. quam formam uſurpat Ovid. Met. II. *Utinamque oculos in pectora poſſes*, Inſerere v. 93. *Graviſſimis virorum operibus* inſerens 3, 8, 6. & Lib. VI. cap. 3. §. 1. *hujus ſupplicio æternæ memoria nota* inſerta *eſt.* 8, 7. 7. *tantorum virorum laudibus non impudenter ſe perſona hiſtrionis* inſeruit. & magis ad hanc rem appoſite 9, 4, 1. *Cruſſum & Hortenſium quibus Minucius ignotus fuerat, talis ei hæredes* inſeruiſſent (*Mſ.* inſeruiſſet.) Et ſic apud Sueton. inſertus *familiæ & Cæſarum imaginibus.* Et apud Tacitum Hiſt. 2. 64 inſerere *ſe fortunæ.* Ovid. Metam. 13. 31. *Quid ſanguine cretus Siſyphio, furtiſque & fraude ſimillimus illi* Inſerit *Æacidis alienæ nomina gentis.* Idem Metam. 3. *Nec te Civilibus inſere bellis.* *J. Waſſe.*

Galli

([1] Galli) contra magno cum molimento, ac [2] perpetuo ſono procedunt. *Nonius Molimentum.*

Conglobati, & collecti concrepant armis. *Nonius Crepare.*

Impedimenta collocant omnia, [3] conſtruunt carros, & ſarraca crebra diſponunt. *Nonius Carra.*

Simul & tormenta contenduntur. *Nonius Contendere.*

[4] Prætor feſtinatim de caſtellis ad caſtra maxuma pedites conduxit. *Nonius Feſtinatim.*

Denique exinanitis caſtris, Romani qui clauſo ſe loco potuerant expedire. *Nonius Exinanita.*

Pleriſque inermis in caſtra perfugiunt. *Nonius Inermis; pro inermibus.*

Caſtra de planitie convertit in montes, [5] ut crebro ferculis protinus procedundo, poſſet [6] intra fines Æſculapiorum pervenire. *Nonius Protinus.*

Et partim fera vite, partim lauro & arbuſto, ac multa pino ac myrtetis abundant. *Nonius Fera vite poſitum pro agreſti.*

Victoribus proprie ſpem, (*a*) victis adverſæ fortunæ majorem formidinem objecit. *Nonius Proprium.*

CXXVIII. [7] Popedius opinione fruſtrata. *Nonius Opinio.*

[8] Quod oppidum tumulo in excelſo loco propter mare parvis mœnibus inter duas fluvias intra Veſuvium, collocatum. *Nonius Fluvius femin.*

[9] Tranſgreſſus fluviam, quæ ſecundum Herculaneum ad mare pertinebat. *Nonius Ibidem.*

(a) *Victis proprie*) Idem, *propria*, Popma *propriam*, ex Nonio.

1 *Galli contra magno.*] Hi Galli fuerunt inter auxilia L. Cluentii, ducis Italici, quibus ille inſtructus cum Sulla juſta acie conflixit, ſed victus ante mœnia Nolæ urbis occubuit. *Appianus.*

2 *Perpetuo ſono procedunt.*] Eundem morem Gallorum notat Liv. lib. XLVIII. *Cantus ineuntium prœlium, & ululatus, & tripudia, & quatientium ſcuta in patrium quendam morem, horrendus armorum crepitus: omnia de induſtria compoſita ad terrorem.* Et Diodorus Siculus lib. V. idem refert.

3 *Conſtruunt carros.*] Hoc omnibus Barbaris, non modo Gallis, tribuit Vegetius lib. III. cap. X. *Omnes Barbari carris ſuis in orbem connexis ad ſimilitudinem caſtrorum, ſecurus a ſupervenientibus exigunt noctes.* Ea autem conſtructio carrorum, quæ pro munimento erat, appellabatur *Carrago*: qua voce etiam hodie Galli utuntur. Ammianus lib. XXXI. de Gothis: *Incenſis malleolis ad carraginem, quam ipſi ita appellant.* Vopiſcus in Aureliano, *Quærere præterea ubi carrago ſit hoſtium.*

4 *Prætor feſtinatim.*] Prætor fuit Coſconius, qui Samnites acie vicit, compluraque eorum oppida in deditionem accepit, Salapiam vi captam incendit. *Livius* in Epitoma, & *Appianus.*

5 *Ut crebro ferculis.*] Quæ ſunt hæc fercula? an pompa agminis? ut ſpolia hoſtium, ſigna, vexilla, coronæ & id genus alia ferri ſolita ante agmen, victoriæ oſtentandæ: ſicut in pompa triumphali, in ludis, in ſacris fercula præferebantur.

6 *Intra fines Æſculapiorum.*] Ita vulgo. unde alii fecerunt Aſculanorum, quod non placet, ſed Salapiorum. Salapia oppidum in Apulia, Annibalis amore meretricio inclutum, propinquum Canuſio & Siponto, Plinius lib. III. cap. XI. Strabo VI.

7 *Popedius opinione.*] Q. Popedius Silo dux Marſorum, autor belli ſocialis, cecidit in prœlio quo Cæcilius Metellus Apulos vicit. *Livius* & *Appianus.*

8 *Quod oppidum.*] Herculaneum, vel Pompeji, oppida maritima Campaniæ, intra Veſuvium montem fumoſum. Strabo lib. V. & Plinius lib. III. *Herculaneum Pompeji haud procul ſpectante monte Veſuvio, alluente vero Sarno amne.* Utrumque poſtea Tito Veſpaſiano imperante funditus, caſu repentino periiſſe, refert Dion.

9. *Tranſgreſſus fluviam.*] Tranſgreſſum dixit

Et

Et prope mediam ad finem ripæ pervenerant. *Nonius Finis femin.*

Subito mare ſubhorreſcere, [1] cæcoſque fluctus in ſe provolvere leniter cœpit. *Nonius Cæcum.*

[2] Dum priſtinum vitium apud ignem per ſudorem (a) corpore exhauſerunt. *Nonius Apud.*

Innoxios trementibus artubus repente extrahit, ſiſtitque in labro ſummo fluminis, cœlo albente. *Nonius Labra, margines vel fines.*

[3] Macerata gravia bellica manipulorum. *Nonius Manipuli.*

[4] Baliſtas quatuor talentarias. *Nonius Baliſta.*

[5] Proræ actuariæ, trahi grandes, ac faſeli primo. *Nonius Faſelus.*

Naveſque triginta biremes ac totidem myoparones. *Nonius Myoparones.*

[7] Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obtenduntur. *Nonius Centones, & Cilicia.*

Quibus occiſis actuarias ad viginti, naves item complures onerarias incendunt. *Nonius Onerarias & Actuarias.*

CXXIX. Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas atque honores hujus ordinis, omnia feciſſe ac dixiſſe ſentio. *Nonius Enixim.*

[8] Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis comparaverunt. *Non. Comparare.*

(a) *Corpore exhauſerunt*) Fulvius *corpora.* Non male.

eum qui tranſierat, tranſmiſeratque navibus, ut Salluſtius Hiſtor. I. apud Gellium. Fluvium autem intelligit Sarnum, quem Herculaneum & Pompejos alluere præter Plinium, teſtatur etiam Strabo lib. V.

1 *Cæcoſque fluctus.*] Cæcos fluctus vocat latentes & tacitos, nec murmurantes ſonanteſque, quales vento quieto & non ſtrepente excitantur, futuræ tempeſtatis prænuncii. Homerus vocat κύματα κωφά. Eleganter vero & apte Siſenna dicit Mare in ſe provolvere cæcos fluctus, quos premit, nec effert: at fluctus aperti ventis ſurgentibus volvunt mare. Varro Sequiulyſſe: *Adverſi venti ceciderunt, quod ſi pergunt diutius mare volvere.*

2 *Dum priſtinum vitium.*] Libri ſcripti & excuſi plerique *vinum*: quod rectum arbitror. Narrat aliquos milites manipulares vino ebrios in flumine navem evertiſſe, cum aliis militibus & tormentis bellicis: illos extractos aquis fuiſſe igni admotos, ut vinum prius ingurgitatum per ſudorem exhaurirent. alios innoxios in ſumma fluminis ora ſoli expoſitos.

3 *Macerata gravia.*] Ita emendavi, cum vulgo legeretur, *matereta* vel *maturata.* Cohærent enim hæc cum præcedentibus: in illis narrat milites aquis immerſos vitæ diſcrimen adiiſſe, in his corrupta madore fuiſſe tormenta bellica, quæ apud manipulos erant.

4 *Baliſtas quatuor talentarias.*] Baliſtæ talentariæ jaciebant ſaxa talenti pondo, id eſt, pondo quadraginta, ut Centenariæ, ſaxa centum pondo. Lucillius lib. XXVIII.

5 *Quid ſic baliſtas jacis talentarias.*] Quod mihi videtur proverbii forma dici in grandiloquum & jactabundum, perinde ac illud Horatianum, *Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba.*

6 *Prora, actuariæ.*] Forte *proræ.* Refert enim navigia minora primo loco in conflictu fuiſſe. Proraæ naves parvæ ſpeculatoriæ, a Græco verbo προρᾶν, eædem quæ Feſto Proſumiæ, a proſumendo. Trahi genus navigii oblongum, ut videtur, a trahendo dictum, niſi potius Tragi, τράγοι a forma.

7 *Puppes aceto.*] Vegetius lib. IV. teſtatur machinas bellicas contra incendia muniri ſolitas centonibus & ciliciis. Siſenna naves in prælio opertas fuiſſe centonibus aceto madefactis, inſuper ciliciis obductis: quoniam acetum intenſa frigiditate igni maxime reſiſtit, ut docui lib. III. Cauſar. natural.

8 *Eos*] Nonii codices quidam Salluſtio adſcribunt, ſed male.

Qui

Qui tamen quibus litibus fœdera majorum ſuum diſſoluta. *Nonius Accuſativus ſingularis pro genitivo plurali.*

Armis, equis, commeatibus nos magis juvarunt exleges & minus honore dignos putabitis? *Nonius Exleges.*

[1] Tamen Tudertibus Senati conſulto & populi juſſo dat civitatem. *Nonius Juſſo.*

Milites, [2] ut lex Calpurnia conceſſerat, virtutis ergo civitate donati. *Nonius Ergo.*

[3] Lucium Memmium, ſocerum [4] Gai Scribonii, Tribunum plebis, (*a*) quem Marci Livii conſiliarium fuiſſe callebant, & tunc Curionis oratorem. *Nonius Callet ſignificat ſcit.*

Quoniam neque mea nex, neque interceſſio. poſſe videtur illorum dementem reprimere audaciam. *Nonius Nex.*

CXXX. Cum complures menſes barba immiſſa & intonſo capillo, lugubri veſtitu, populum vicatim flens una cum liberis circumiret, imperitum ſuſcitat vulgum. *Non. Mittere, & Vicatim.*

Neque ætatis granditatem, neque ea merita, nec ordinis honeſtatem aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi. *Nonius Granditatem.*

Judicium falſe factum. *Cariſ.* II.

[5] Ciſtaſque quæ erant legum ferendarum gratia paratæ, dejecerunt. *Nonius Ciſta.*

Idemque perſeveraverunt, [6] ut lex perveniret ad Quæſtorem, ac

(a) *Quem Marci Livii*) V. c, *quem Marcili* VII. M. Livius Druſus notus ex hiſtoriis.

1 *Tamen Tudertibus.*] Tuder oppidum Umbriæ ſitum in colle ac loco edito: cujus cives Tudertes, bellicoſi. Strabo lib. V. & Silius.

Haud parci Martem coluiſſe Tudertes,

Idem lib. X.

------- *Pauperque Penatum*,

Sed domus haud obſcura Tuder, *notuſque per Umbros*

Bellator populus.

2 *Ut lex Calpurnia conceſſerat.*] Lex Calpurnia de civitate Italicis danda, fortaſſis lata fuit ab eodem illo C. Calpurnio Piſone, a quo duas novas tribus ex Senatuſconſulto adlectas dixit lib. II.

3 *Lucium Memmium.*] L. & C. Memmii fratres clari Oratores Sullanis Temporibus: de quibus ita Cicero in Bruto, *Tum etiam C. L. Memmii fuerunt Oratores mediocres, accuſatores acres atque acerbi. Itaque in judicium capitis multos vocaverunt. Pro reis non ſape dixerunt.* L. Trib. pleb. hic nominatur, Cajus in petitione Conſulatus a Saturnino Trib. pleb. in ipſis comitiis fuiſſe interemtus eſt. De cujus facundia Salluſt. in Jugurth. P. At Merceri Nonius habet, *Licinium.*

4 *Caji Scribonii.*] Hic eſt C. Scribonius Curio, qui Coſ. fuit cum Cn. Octavio anno urbis DCLXXV. Orator bonus, & perpetuus improborum hoſtis, Cicero in Vatinium, Verrina II. Pro Lege Manilia, pro Rabirio, Officiorum II. De eodem loquitur Salluſtius Hiſtoriarum I. & III, Valerius IX, ubi Curionem omnibus honoribus abundantem prædicat.

5 *Ciſtaſque qua erant.*] Cum populus legum ferendarum gratia convenerat, proponebantur in pontibus duæ ciſtæ oblongæ, e quibus tabellæ ſuffragiorum miniſtrabantur, ſingulis binæ, una cum litera A, quæ legis antiquationem & rejectionem ſignificabat, altera cum notis V. R. id eſt, Uti rogas, qua lex accipiebatur ut legiſlator rogaverat. Miniſtratis in prima pontis parte binis tabellis in extrema reddebatur una, quæ pro ſuffragio valebat. Erant autem Pontes conſtructionis ligneæ in modum pontium anguſtorum factæ, Tributis comitiis XXV, Centuriatis LXXXXIII, per quos cum populus tranſibat Suffragium ferre dicebatur. Sed accidebat interdum, ut qui volebant legislationem aut judicium impedire, pontes occuparent ac diſturbarent, ciſtas dejicerent, tabellas aut nullas aut unam pro libito darent. Quod indicat hic Siſenna, & Cicero lib. I, ad Atticum Epiſt. XII. Autor Rhetoricorum ad Herennium lib. I. *Pontes diſturbat, ciſtas dejicit, impedimento eſt quo ſecius feratur lex.*

6 *Ut lex perveniret ad Quaſtorem.*] Ut Quæſtor cognoſceret de lege, quæ pro reſtitutione rei damnati lata erat. Quæſtor hic eſt qui judicium publicum & quæſtionem de criminibus exerce-

Digitized by Google

[1] judices quos vellent inſtituerent, præfeſtinatim & cupide. *Nonius Præfeſtinatim.*

LIB. VI.

[2] Nos una æſtate in Aſia & Græcia geſta iccirco literis continentia mandavimus. Ne vellicatim ac ſaltuatim ſcribendo, lectorum animos impediremus *Gell.* XII. 15. *Nonius Saltuatim.*

(a) Quam maxume celeratim poterat in inſidiis ſuos diſponit. *Gell. Ibidem Nonius celeratim.*

[3] Marius oſtio Liris evehitur, [4] atque Ænutiam [5] ſuos continuatur. *Nonius Continuare.*

Romanos inferendæ [6] pernici cauſa veniſſe. *Gell.* IX. 95. *Nonius Pernici. Et P. Sabin. ex eo ad Virg. Æn.* I. VI. *Munera lætitiamque Dii.*

LIB. VIII.

CXXXI. [7] Cælum caligine ſtat. *Non. Stat.*

LIB. XII.

Procul ſibilus ſignificare conſuli cœpit. *Priſc.* VI.

LIB. IV.

Multi populi, plurimæ conciones Dictaturam omnibus animis & ſtudiis ſuffragaverunt. *Nonius Refragabunt.*

(a) *Quam maxime celeratim*) Gellius *celatim.*

bat, eratque interdum ordinarius, ut Prætor, aliquando extraordinarius è Conſulibus aut magiſtratibus, aut plebiſcito conſtitutus. Sic Quæſtores parricidii apud Feſtum, & Pomponius de origine juris; Nonius Quæſtor majeſtatis judicium exercens, Suetonii Julio, Europæ Quæſtor pro Quæſitor, qui ad Europam quærendam miſſus erat, Plauti Milite. Quæſitor ſæpius appellatur.

1 *Judices quos vellent*] Quæſitori dabantur Judices, ut judicium publicum communi conſilio exercerent. Cicero pro Murœna de Quæſitore peculatus, *cogendi, judices, inviti retinendi*, Similiter Judici quæſtionum aderant & parebant alii Judices. Sed ut Quæſitor & Judex quæſtionum diverſi, hic magiſtratus ille non, ſic & eorum judices. In Vatinium: *Diſturbato judicio Judices quæſtionum de proximis ſubſelliis eſſe depoſitos.*

2 *Nos una æſtate.*] Hoc Nonius tribuit lib. I. Gellius VI. quo collocari omnino debet, Nam Sulla profligato & pulſo Italia Mario ſtatim profectus eſt contra Mithridatem, ejuſque præfectos, & eadem æſtate res in Aſia & Græcia geſſit, quas ſe conjunxiſſe refert hoc libro VI. ſcilicet univerſi operis, ſed Belli Civilis primo.

3 *Marius oſtio Liris.*] Cum a Sulla intra mœnia urbis victus profugeret, & Minturnis cederet Italia. Liris eſt fluvius Campaniæ, qui ab Appennino monte per Veſtinos lento curſu delapſus Minturnas urbem interfluit, & per proximum lucum, Maricæ ſacratum, exit in paludes, Strabo. lib. V. Plinius III. Horatius Carminum I. & III.

Umbroſa Liris per regna Maricæ.

4 *Atque Ænariam*] Legendum *adque*: vel potius eſt ellipſis præpoſitionis, *ad, circa, in*, ut Plautus Curculione, *Rogas quid veniam Cariam.* Virgilius *Italiam venit*: Apulejus *Macedoniam profectus.* Plutarchus & Vellejus referunt Marium cum e cuſtodia Minturnenſium evaſiſſet, conſcenſa navi, forte delatum in Ænariam Inſulam, ibi filium & amicos ſuos inveniſſe: mox in Africam contendiſſe. Eſt autem Ænaria inſula in ſinu Puteolano, dicta a ſtatione navium Æneæ, teſte Plinio & Feſto. Refertur inter inſulas ardentes, ut montes Ætna, Veſuvius. Cornelius Severus in Ætna, *Dicitur inſidiis flagrans Ænaria quondam.*

5 *Suos continuatur,*] Id eſt, adſequitur ut Vellejus *Adſecutus circa Ænariam filium.* Continuo & continuor pro convenio, adſequor, adſector, frequens Apulejo & poſterioris ævi ſcriptoribus.

6 *Pernici*] Ad quem verſum multa veterum auctorum teſtimonia citat Sabinus. Sed mendoſe ex Catone. *Pueri atque mulieres extra dabantur famii cauſſa.* Sed ex Gellio quem tranſcripſit, legendum, *extrudebantur*, pro Magius Marius pro lib. XIII. XX. & fami pro famii apud Lucilium. J. W.

7 *Cælum caligine.*] Cœlum caligine ſtare dixit, cum caligine quadam ſive nube obduceretur. ſic Virgilius Æneid. XI. *pulvere cœlum Stare vides* cum pulvis ferretur ſurſum, ejuſque caligine continua cælum obtegeretur.

8 *Multi populi.*] Loquitur de Sulla Dictatore

IN

INCERTA.

[1] Urbe condita juxtim Numicium flumen obtruncatur. *Nonius Juxtim.*

Tanto plures paſſim diſpalantur. *Nonius Diſpalare.*

Hoſtes loca ſuperiora potiti. *Nonius Potitus loca.*

Simul & Senatui conſultis clariſſumis amplificati. *Nonius Senatui.*

Vitam cum dolore & inſigni cruciatu carnificatus amiſit. *Priſcian.* VIII. pag. 793.

Sic in eam paludem multi piſcium ſaliendorum cauſſa navibus ſemionuſtis commeant. *Idem* x.

Curſim. Properatim. *Gell.* XII. 15.

Solum Antenorem prodidiſſe Ilium. *Servius Æneid.* I.

CXXXII. A Latino agrum conceſſum Trojanis. *Idem* XI.

Cum Sulla in agro Nolano immolaret ante Prætorium, ab infima ara ſubito anguis emergebat, cum quidam C. Poſtumius aruſpex oraret illum, ut in expeditionem exercitum educeret. Id cum Sulla feciſſet, tum ante oppidum Nolam florentiſſima Samnitum caſtra cepit. *Cicero de divinatione.* I.

Cæciliæ Q. filiæ ſomnio modo Marſico bello templum eſt a Senatu Junoni Soſpitæ reſtitutum. Quod quidem ſomnium mirifice ad verbum cum re conveniſſe. *Ibidem.*

Somniis credi non oportere. *Ibidem.*

Initio belli Marſici, & Deorum ſimulacra ſudaviſſe, & diſceſſiſſe cælum, & ex occulto auditas eſſe voces quæ pericula belli nuntiarent, & Lanuvii clypeos, quod aruſpicibus triſtiſſimum viſum eſſet, a muribus eſſe deroſos. *Ibidem.*

Prœlio quo ad Janiculum adverſus Cinnam pugnatum eſt, Pompeianus miles fratrem ſuum, dein cognito facinore, ſeipſum interfecit. *Tacitus Hiſtoriar.* III. 3.

CXXXIII. Aræ, id eſt, ſaxa, inter Africam, Siciliam & Sardiniam, & Italiam, a Siſenna Propitiæ vocantur. *Servius Æneid.* I.

[2] L. CORNELII SISENNÆ MILESIARUM. LIB. I. II.

Non dignus in quem debeam Satyram calente vi adingerere. *Idem.*

---

dicto: ſed parum libero ore locutus videtur, ut ait Saluſtius. Hoc autem fragmentum apud Nonium in vulgatis codicibus ex lib. XXII. adducitur, recte an ſecus neſcio: quoniam de numero librorum Siſennæ nihil certi conſtat. Illud unum ex reliquiis videor colligere, priores quatuor aut quinque fuiſſe de bello Marſico ſive ſociali, poſteriores de bello civili Sullano, & rebus geſtis Sullæ: illos Siſennam juvenem hos ſeniorem edidiſſe indicat Vellejus.

1 *Urbe condita.*] Urbe Lavinio condita Æneas circa Numicium flumen interiit, ſive obtruncatus, ut Siſenna ait, ſive tempeſtatis ſubitæ confuſione interceptus. Unde hoc fragmentum puto fuiſſe in principio lib. I. ubi ſcripturus bellum Marſicum cum populis Italicis geſtum, prius narravit adventum Æneæ in Italiam, quod ipſum quoque fecit Alexander Epheſius lib. I. Belli Marſici, quem laudat Autor de origine gentis Romanæ.

2 *Mileſiarum.*] Mileſiaci ſermones, & Mile-

Digitized by Google

LIB. XIII.

Niſi cominus excidiſſet, Quanti dantur, Tanti, inquit, Olympias. Simul hæc dicens ſuavium dedit, ut ſcilicet ſubſonaret quanti pretii. *Cariſius* II.

Proin dato aliquid quod domi habebis, inquit, quod tibi non magno ſtabit. *Ibidem.*

Confeſtim ſecuta eſt. *Ibidem.*

Eamus ad ipſum, atque ipſe commodo de parte ſuperiore deſcendebat. *Ibidem.*

Obviam venit, *Ibidem.*

Te iſtuc heſterno quoque hæſiſſe oportuerat Ariſtæe. *Ibidem.*

Quid nunc os tuum ſcalpis? quid tergiverſaris, nec bene naviter is? *Ibidem.*

Nocte venimus. *Ibidem.*

Ut eum penitus utero ſuo recepit. *Ibidem.*

COMMENTARIUS IN PLAUTUM.

IN AMPHITRUONEM.

CXXXIV. Examuſſim pro examinato. Amuſſis enim eſt tabula rubricata, quæ dimittitur examinandi operis gratia, an rectum opus ſurgat. *Ibidem.*

Quæcunque nomina E litera ablativo ſingulari terminantur, I litera finita adverbia fiunt, ut mani, luci.

Tractim pro lente. Tuatim, ut noſtratim. *Ibidem.*

His quatuor generibus quintum accedit. *Ruſinus de metris.*

De genere verſuum qui non ſunt uniuſmodi. *Ibidem.*

IN AULULARIAM.

Hæc ſcæna anapæſtico metro eſt, ſed conciſa ſunt, ut non intelligas. *Ibidem.*

IN CAPTIVOS.

CXXXV. Hic ornatus, S literam metri cauſſa omiſit. *Ibidem.*

IN POENULUM.

Halonium Pœni dicunt Deum, & producenda ſyllaba metri gratia exigit jambum. *Ibidem.*

ſiacæ fabulæ dicebantur amatoriæ, leviuſculæ, a populis Mileſiis, deliciis & amoribus unice deditis. Quo genere Mileſiacum apud Græcos ſcripſit Ariſtides, quem Siſenna in Latinum convertit. Ovidius de triſtibus lib. II

Vertit Ariſtidem Siſenna, nec obfuit illi
Hiſtoria turpes inſeruiſſe jocos.

Meminit Ariſtidis fabularum Plutarchus in Craſſo, Lucianus in Amoribus. vide Voſſium de Hiſt. Græcis. *J. Waſſe.*

In

IN RUDENTEM.

Fuvit extente prima ſyllaba metri cauſa. *Ibidem.*

Habiliore metro uſus eſt, ut ſolet in mulierum oratione. *Ibid.*

Latronem producit metri cauſſa. *Ibidem.*

INCERTA SISENNÆ.

Aſſentio. *Varro De L. Lat.* VII. *Quintil.* I.

Mediterrea. *Feſtus. Melius quam Mediterranea dici putat.*

Patres familias. *Cariſius* X. *Varro* VII. *& ex iis P. Sabinus ad* XI. *Æneid.*

[1] ACCII HISTORIA. *Cicero de Leg.* I.

C. SALLUSTII CRISPI HISTORIARUM LIBRI.

Ὁ δὲ οὔτε νέος ὢν περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἐμετρίαζε διὰ τὴν πενίαν, οὔτε γηράσας, διὰ τὴν ἡλικίαν. ἀλλὰ τοὺς περὶ γάμων καὶ σωφροσύνης εἰσηγεῖτο [2] νόμους τοῖς πολίταις, αὐτὸς ἐρῶν καὶ μοιχεύων, ὥς φησι Σαλλούστιος. (de Sylla) *Nec Juvenis libidines refranavit ab inopia, nec ab ætate ſenex, verum leges connubiales & ſumtuarias tulit civibus cum ipſe interim amoribus & adulteriis indulgeret,* *Plutarch. in Sylla* p. 476. *Ed. Francof.* 1620.

(Jupiter) illic nutritus eſſe quod ut Salluſtius dicit ideo fingitur, quia primos Cretenſes conſtat inveniſſe religionem. *Serv.* ad Æn. III. v. 104.

S. GELLII INCERTA.

CXXXVI. Literas apud Ægyptios a [3] Mercurio repertas *Plin.* VII. 56.

1 *Accii hiſtoria.*] Cicero lib. I. de Legibus: *Nam quid Accium memorem? cujus loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, ſed ex librariolis Latinis, in orationibus autem multus & ineptus ad ſummam impudentiam. Siſenna ejus amicus, omnes adhuc noſtros, &c.* ubi nonnulli reponunt *Macrum.* Ego puto reſcribendum *Caſſium,* ſcilicet Heminam, hiſtoricum conjunctum ætati Siſennæ, ut ante dixi.

2 Νόμους] Ex ejus lege ſumtuaria jus poteſtaſque erat, ut Calendis, Idibus, Nonis, diebus ludorum, & feriis quibuſdam ſolennibus *HS.* tricenos in cœnam inſumere, cæteris autem diebus non amplius ternos. *Gell.* 2. 24. *Macrob.* 3. 17. tulit etiam legem de ſumtibus funerum, notante Plutarcho.

3 *Mercurio*] De literarum Inventoribus fuſe Hermannus Hugo & Voſſius de Art. Gram. I. 10. quorum ſcrinia compilare non eſt animus. Iſidorum tamen a me alibi ſexcentis in locis emendatum ex ingenio & veteribus membranis, hac occaſione data, inſigni gloſſemate liberabo. *Græcarum,* inquit, *literarum uſum primi Phœnices invenerunt, unde & Lucanus:* Phœnices *primi fama ſi creditur* &c. Sequitur deinde apud Iſid. ut ſuſpicor, magiſtelli interpretamentum ad poetæ locum, [*Phœnices dicti a rubro mari, quod profluit in Syriam, qui Sidonem urbem initi condiderunt,*] quam gloſſam excipiunt, *Hinc eſt quod & Phœniceo colore librorum capita deſcribuntur &c.* quæ ſane verba cum verſu ſupra laudato optume cohærebunt, ſi inſititia illa, falſa, & non ſatis latina, ex fide Codicis MSti in Bib. Publica & auctoritate Vincentii Bellovacenſis in ſpongiam incumbant. Neque me movet quod idem Vincentius omittit & hæc --*Poſt quem Simonides miles (f. Melicus) ſimiliter tres alias adjecit* ξ. ϑ. ψ. aut quod, pro *ſignificat,* ubique exhibet *ſignat,* pro, *adhuc necdum,* pro, *ab adoleſcentia incipit, adoleſcentiam ſignificat,* cum ſit illi in more poſitum teſtimonia non ex omni parte integra proferre, ſed potius ſenſum, quam verba repræſentare. Eſt & alius Iſidori locus de Mercurio æque mendoſus lib. 8. 11. *Alas ejus in capite & in pedibus ſignificare volucrem* (Mſ. B. Pub. *volucrunt*) *fieri per aera Sermonem.* Sic editi omnes, ſic citat Martinius in Lexico ſuo. Sed his

M. TER-

Digitized by Google

CLODII INCERTA.

Κλώδιός τις ἐν ἐλέγχῳ χρόνων (οὕτω γάρ πως ἐπιγέγραπται τὸ βιβλίον) ἰσχυρίζεται τὰς μὲν ἀρχαίας ἐκείνας ἀναγραφὰς (vetuſta acta) ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθεσι τῆς πόλεως (Romæ ſcil.) ἠφανίσθαι. τὰς δὲ νῦν φαινομένας οὐκ ἀληθῶς συγκεῖσθαι, δι' ἀνδρῶν χαριζομένων τισὶν, εἰς τὰ πρῶτα γένη καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους οἴκους ἐξ οὐ προσηκόντων εἰσβιαζομένοις. *Plutarch. in Numa.* p. 59. lin. 5.

Clodius ſcribit, Commentariorum IV. ſe ex arboribus fomenta exc. *Serv.* ad *Æn.* I. v. *Rapuitque in fomite flammam.*

Aſſulæ ambuſiæ (ambuſtæ) ligna excavata a fungis nomine accepto. *Ibid.*

Clodeus (Clodius,) ſcriba Commentariorum: *inſinuo ut intro tam penitus.* Servius ad Æn. II. 290.

non obſtantibus pro *fieri*, legendum omnino cum Mſto, *ferri*. Dixerat enim ſupra, *Mercurius quaſi medius* currens, *quod ſermo* currat *medius.* Et paulo poſt, *quia citius verba* diſcurrunt unde de velocitate & motu, non autem de cauſa & origine vocis accipio. Confirmat hanc lectionem Cornutus, πέδιλα δὲ φέρει πτερωτά, καὶ δι' ἀέρος φέρεται, συμφώνως τῷ Ὁμήρῳ πτερόεντα εἰπεῖν τὰ ἔπη πτερωτὰ. Sed & Servius quem ſubinde exſcribit Iſid. ad *Vobis Mercurius pater eſt &c.* Æn. IV. *Quidam hunc in petaſo & in pedibus pinnas habere volunt propter Orationis, cujus auctor eſt* velocitatem. Denique Auguſtinus unde hæc depromta ſunt, qui & ipſe Arnobium præeuntem habuit cum ſcripto Codice conſentit lib. 7. cap. 13. de Civ. Dei. Quo in loco membranæ Reginenſes, *fieri* illud exhibent cum duplici *r*, & puncto ſub ſecunda litera appoſito, quo eam prorſus tollendam innuit librarius. Reſtat jam ut duobus Servii locis plane depoſitis at quos hac in re ſtrictim tangit Iſidorus, medicinam faciam. Prior habetur pag. 1246. Æn. 8. *Manus illi* (Mercurio) *amputaverunt, unde etiam Hermos vocamus quoſdam ſimulos, in modum ſignorum ſine manibus.* Lege *quaſdam ſtelas*, vel ſi mavis, *tumulos*. Priori favent Macrobius qui Saturn 4. cap. 19. Mercurii ſimulachra quadrato ſtatu figurari ſolo capite inſignata dicit, quo habitu plura ejuſmodi ſe vidiſſe auctor eſt Pauſanias, atque etiamnum Romæ & alibi ſupereſſe horunt antiquitatis cultores. Macrobio fidem facit Plutarchus in libro quo quæritur εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. pag. 797. Alteri vero lectioni favent Heſychius, Suidas, Harpocratio, qui *tumulos* huic Deo conſecratos ἑρμαίους λόφους appellant, Iſidorus ipſe in Gloſſis diſerte vocat Hermas, & gentes acervos hoſce imaginis juſtæ loco habuere, ut patet ex Sibylla. Καὶ παρόδιοι λίθων συγχώματα ταῦτα θεοῖσι. Alter Servii locus qui medicam manum expectat, hic eſt. *Quartum Cyllenii filium: cujus mater non proditura, quo arcu clam occiſa eſt, qui hac metu in Ægyptum profugit, & ibi invenisſi primum diſciplinam literarum & numerorum dicitur, qui lingua Ægyptiorum vocatur, & eo nomine etiam menſis dictus eſt.* Lege & diſtingue. *Cujus mater non proditur, a quo Argus clam occiſus eſt &c. Vocatur Thoth.* vereor ut hæc conjectura in omnibus ſe doctis probet; addam itaque rationes, & primo oſtendam contra mythologorum vulgus, Cyllenium fuiſſe hominem, cujus uxorem ſcriptores tacuiſſe, 2do Cauſam profectionis in Ægyptum hujus oculeiſſimi cædem fuiſſe. 3tio nomen Thoth a Servio excidiſſe. De Cyllenio ſive Cyllene, nam utroque modo efferunt, nos certiores faciat Pauſanias, ſecundum quem Elati cujuſdam filius fuit qui nomen Cyllenæ monti dedit Lib. VIII. 17. Quod ejus uxor Grammaticorum notitiam effugerit ſuadent hæc, quæ Servius, Ampelius cap. 9. Cicero de Nat. D. 3. 20. & Corvilius ſive Carvilius apud Scholiaſtam Statii, ad Lib. IV. Thebaidos, qui Mercurios enumerant, iiſque patres matreſque deſignant, cum ad Ægyptium illum pervenerint, patrem ſolummodo memorant, non tamen eundem, hic enim Nilum ille Perſeum, alter Cyllenium nominat, de matre interim ne gry quidem. Cauſam vero exilii non eſt ut pluribus exponam cum ad manum ſint Xanthi Hiſtorici verba ab Etymologo in v. Ἑρμαῖον adducta, Quæ ut ut mutila & imperfecta ad hanc rem ſpectant Ἀποκτείναντος Ἑρμοῦ τὸν Ἄργον, καὶ δίκας εἰς αγαπωμένους dicam illi ... monę Diis Deabuſque cæteris conſcriptam narrat. Sed clarius Cicero de N. D. lib. 3. §. 20. *Quintus quem colunt Pheneatæ* (Arcadiæ populi non procul a Cyllene monte) *qui & Argum dicitur interemiſſe, ob eamque cauſam Ægyptum profugiſſe, atque Ægyptiis leges & literas tradidiſſe.* Cui ſuccinit Lactantius Placidus. Poſtremo vocem *Thoth* appoſui Cicerone, Servio, & Lactantio fretus. Sic enim ille. *Hunc Ægyptii Thoth appellant; eodemque nomine anni primus menſis apud eos vocatur.* Quem locum ob oculos habuiſſe Servium quum hæc ſcripſerit certus ſit ipſe oportet qui non videt. Confer item Lactantium de Falſa Relig. Lib. I. cap. 6. J. W.

CASSII

CASSII HEMINÆ INCERTA.

CXXXVII. Caſſius Hemina tradidit Siculum quendam nomine uxoris ſuæ Clitemneſtræ condidiſſe Clitemneſtrum, mox corrupto nomine Cruſtumerium dictum. *Servius ad, Ardea Cruſtumerique* Æn. VII. p. 1190.

Cumque antea moris eſſet, uti homines decimam fructuum regibus ſuis præſtarent; æquius ſibi ait videri Deos potius illo honore impartiendos eſſe, quam Reges; inde videlicet tractum, ut Herculi decimam profanari mos eſſet, ſecundum quod Plautus, *In partem* inquit *Herculaneam*, id eſt decimam. Conſecrata igitur ara [1] Maxima, profanataque apud eum decima, Recaranus, eo quod Carmentis invitata, ad id ſacrum non affuiſſet; ſanxit, ne cui feminæ fas eſſet veſci ex eo, quod eidem aræ ſacratum eſſet: atque † ab ea re divina feminæ in totum remotæ. *Auctor de Orig. G. Rom. cap. 6.*

M. TERENTII VARRONIS ANNALIUM. LIB. I. II. III.

[2] Nummum argenteum conflatum primum a Servio Tullio dicunt, is quatuor ſcriptulis major fuit quam nunc eſt. *Cariſ.* I.

Ἐν Ῥώμῃ δὲ τὸ παλαιὸν, δόρυ φασὶ γεγονέναι τοῦ Ἄρεος τὸ ξόανον. Clemens Alexand. pag. 22. Ed. L. Bat. 1616.

FABII PICTORIS INCERTA.

Οὗτος λέγει ἄρχοντι Ῥωμαίων μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ σφετερίσασθαι ἐκ τοῦ δημοσίου ὀπῶν. Suidas in Φάβιος, ex Polybio ut putat Valeſius.

[3] Q. HORTENSII ORTALI ANNALES.

Fennium qui ſcripſit hiſtoriam, generum eſſe Laelii. *Cicero ad Atticum* XII.

De virtutibus Minatii Magii. *Velleius* II.

ORATIO PRO C. RABIRIO.

Cicatricum mearum. *Cariſ.* I.

1 *Maxima*] De hac appellatione vide Servium ad VIII. Æneid, v. *Cuſtos Pinaria Sacri.* Et confer cum ejuſdem Comm. ad lib. 3. *Magnis diis.* Herculis magni ædes fuit in Regione IX. quam Sulla ex Carmine Sibyllino ædificaſſe dicitur. De Carano Heraclida nonnulla Schottus ad locum, Caranum vero qui Cacum ſuſtulit ſicco pede præterit. Audi itaque ſuper hac re Servium ad Æn. 8. pag. 1255. Ed. Baſ. 1613. *De Caco interemto ab Hercule, tam Græci quam Romani conſentiunt. Solus Valerius* (legendum *Verrius*) *Flaccus dicit Garanum* (*Caranum* vellem) *fuiſſe paſtorem magnarum virium qui Cacum adflixit, omnes autem magnarum virium apud veteres, Hercules dictos.* Cur feminas a ſacris Herculis arceantur, aliam cauſſam ex Varone aſſignat Macrob. Sat. I. cap. 12. *J. Waſſe.*

2 *Nummum Argenteum.*] Nummi viles & minimi pretii fuerunt regiis temporibus. quippe Numa Pompilius ligneos ſcorteoſque nummos pro congiario populo diviſit. Primus Servius Rex & æs ſignavit nota pecudum, & nummum argenteum conflavit, ut eo appenſo & rudi uterentur, ſicut antea ſolebant ære. Nam argenteum denarium ſignatum eſt anno urbis conditæ CDLXXXIV. Q. Ogulnio Gallo, C. Fabio Pictore Coſſ. quinque annis ante primum Bellum Punicum ut tradit Plinius lib. XXXIII.

3 *Q. Hortenſii Ortali.*] Hortenſiorum cognomen Ortalus fuit, ut patet ex Cicerone ad Atticum lib. IV. & Tacito Annal. II. ubi de quodam Ortalo loquitur, hujus Hortenſii oratoris nepote. Videndi Cicero in Bruto, & Quintilianus. Cum Cæcilio Metello Conſul fuit inquit Aſconius. De ejus Annalibus Vellejus Paterculus Lib. II. 16. Ejus facundiam celebrat M. Seneca in præfatione ad Controverſias. Sumtuoſum fuiſſe & in veſtitu mollem docent Varro de R. R. 3. 6. & alibi Plinius IX. 55. Gellius I. 5. obiit L. Æmilio Paulo & C. Claudio Marcello Coſſ. *J. W.*

POE-

ORATIO PRO C. VERRE. *Quintil.* X.

[1] POEMATA. *Gell.* XIX. 9.

INCERTA.

CXXXVIII. Abuſis jam ab omnibus locis. *Priſc.* VIII.

Cervicem. *Quint.* VIII.

[2] T. POMPONII ATTICI ANNALES.

Quibus Coſs. Carneades & ea legatio Romam venerit. *Cicero ad Atticum* XII.

Duos Tribunos plebis primum creatos eſſe. *Pedianus in Cornelianam.*

Antiochi regis filio obſidi domum publice ædificatam, quæ poſtea dicitur Lucillii poetæ fuiſſe. *Idem in Piſonianam.*

Romam conditam Olympiadis ſextæ anno tertio. *Solinus Polyhiſtore.*

DE ROMANIS FAMILIIS LIBRI. *Nepos in Vita.*

DE CONSULATU CICERONIS LIBER GRÆCUS. *Ibidem.*

[3] L. FENESTELLÆ ANNALIUM LIB. I. II.

Et quædam exta præſente ſuis, quædam abſente projeciſſent. *Nonius Præſente nobis.*

LIB. XXII.

Itaque ut magiſtratum Tribuni inierunt, C. Cato turbulentus adoleſcens & audax, nec imparatus ad dicendum, [4] initionibus aſ-

1 *Poemata.*] Hæc erant amatoria laſciva, ut teſtatur Ovidius in Elegiis.

Nec minus Hortenſi, nec ſunt minus improba Servi
Carmina, quis dubitet nomina tanta ſequi?

Apud Gellium lib. XIX. cap. IX. Græculi quidam Hortenſii carmina, ut invenuſta, notant.

2 *Pomponii Attici Annales*) Cicero ad Atticum lib. XII. Epiſt. 23. non *Annales* ſed *Annale* vel Annalem videtur vocaſſe. Ita enim de eo loquitur: *Scriptum eſt in tuo Annali.* Nec aliter idem Epiſt. 30. ad Att. lib. XIII. de Libone loquitur. *Sed in Libonis Annali. Tredecim annis poſt Prætor eſt factus Tuditanus,* Et ſtatim Epiſt. 32. *Eum video in Libonis Prætorem P. Popilio* Coſs. &c.

3 *L. Feneſtella.*] Vixit ſub Auguſto, & obiit noviſſimo Tiberii Cæſaris principatu ut ait Plinius. Vel ut Euſebius, Cumis deceſſit ſub Auguſto. Circumfertur hodie ejus nomine libellus de Magiſtratibus, qui eſt Andreæ Fioch: Florentini. Feneſtellam in Archaicis citat Fulgentius Lib. III. Mythol. ſed locus ni fallor eſt corruptus 6. enim Edd. & Codex Leidenſis pro, Archaicis legit, *Martialis.* & cenſente Savarone deſignat illum cujus meminit Sidonius Lib. IX. Ep. XIV. & ſane ſtylus ætatem ſequiorem ſapit. Auctorem hunc Lactantius I. 6. de falſa relig. vocat diligentiſſimum ſcriptorem. Vide etiam Plin. VIII. 7. 9. 17. 35. 15. I. 31. II. de Pſeudo-Feneſtella vide Flavium Blondum in Hetruria ſua. Et Gyraldum de poetis Dial. 4. *J. Waſſe.*

3 *Initionibus aſſiduis.*] Alii *Concionibus* ego *injectionibus*, propius ad antiquam ſcripturam & hiſtoriam. Nam Cato Trib. pleb. aſſidue *injiciebat* Senatui religionem, prolato e Sibyllinis verſibus oraculo, Ne Rex cum multitudine reduceretur. Unde factum eſt alterum Senatuſconſultum, referente de religione Marcellino Conſule, Regem cum multitudine reduci periculoſum reip. videri: de quo SC. meminit Cicero epiſt. II. lib. I. ad Q. Fratrem. His ergo *injectionibus* concitabat invidiam, quaſi rem malo publico futuram ageret, & Ptolomæo Auleti Regi, & P. Lentulo Spintheri Coſ. exeunte anno paranti iter in Ciliciam provinciam ſuam. † Injicere, Objicere, Reſiciere religionem, notæ locutiones. De reductione Ptolomæi vide Ciceronis epiſtolas ad Lentulum.

ſiduis

Digitized by Google

ſiduis invidiam & Ptolomæo, qui jam profectus ex urbe erat, & P. Lentulo Conſuli paranti jam iter, concitare ſecundo quidem populi rumore cœpit. *Nonius Rumor.*

† IN ARCHAICIS.

CXXXIX. Hic primum venator fuit: cui cum ferinæ cædis cruenta vaſtatio & Solitudinum vagabunda errando curſilitas diſpliceret, pluſquam etiam videns contheroletas ſuos, miſerandæ necis functos interitu, artis priſtinæ affectui mittens repudium, agriculturam affectatus eſt, *&c. Fulgent. lib.* III, *cap.* 9.

INCERTA.

Faſcem pectoralis reticulus. *Idem. Reticulum maſcul.*

Quidam captum eſſe exiſtimant (Terentium) quod fieri nullo modo potuiſſe Feneſtella docet: quum inter finem ſecundi belli Punici & initium tertii natus ſit & mortuus. Nec ſi a Numidis Gætulis captus ſit, ad ducem Romanum pervenire potuiſſet, nullo commercio inter Italicos & Afros, niſi poſt deletam Carthaginem cœpto. *Suetonius in vita Terentii.* Idem ibidem de Scipione & Lælio.

[1] EPITOMARUM LIB. II.

Quemadmodum Cæſar a piratis captus ſit, utque eos ipſe poſtea ceperit, & decollaverit. *Diomedes* I.

INCERTA.

Fruſtratus igitur a ſpe, devictus in caſtra ſe recepit. *Priſc.* VIII.

CXL. [2] Apud quem vadatus amicitiæ nodulo tenebatur. *Fulgent. Vadatus, obſtrictus.*

Æmiliam virginem xv. Kalend. Januar. eſſe damnatam. *Macrob.* I. 10.

Sequebantur eum diem Saturnalia. *Ibidem.*

Poſtero autem die, qui fuit XIII. Kalend. Januariarum, Liciniam virginem ut cauſſam diceret, juſſam. *Ibidem.*

Defenſus eſt Catilina a M. Cicerone. *Pedianus in Catil. & Antonium. Gellius.* XV.

Rutilium Attilium Nudum appellatum, ſocerum Piſonis patris. *Idem in Piſon.*

1 *Epitomarum.*] Eſt Epitoma Annalium Feneſtellæ recentiori ævo facta, ut indicat verbum *Decollare*, pro capite truncare, quod ea notione Feneſtellæ ætate minime receptum.

2 *Apud quem*] Mſ. Codex Sidneienſis, *penes quem*, & pro, *nodulo*, nudula. *J. Waſſe.*

Ad XIV. Cal. Februar. Milonem Lanuvium profectum. *Idem in Milon.* p. 618. *Ed. Gronov.*

Ciceronem ſexto viceſimo ætatis anno pro Sex. Roſcio dixiſſe. *Gell.* XV. 28.

Annum vertentem Romæ ab initio XII. menſium fuiſſe. *Cenſorin. de die natali.*

Romæ pugnaſſe *Elephantos* primum omnium in circo Claudii Pulcri ædilitate curuli, M. Antonio A. Poſtumio Coſſ. anno urbis DCLV. *Plinius* VIII. 7.

Togas raſas Phrygianaſque divi Auguſti noviſſimis temporibus cœpiſſe. *Ibidem* XLVIII.

Nomen his *mullis* a colore mulleorum calceamentorum datum. *Idem* IX. 17.

Oleam omnino non fuiſſe in Italia, Hiſpania, atque Africa Tarquinio Priſco regnante, ab annis populi Romani CLXXIII. *Idem* XV. 1.

CXLI. Calpurnium & Manilium, qui Legatus C. Marii fuerat Jugurthino bello (annulos ferreos habuiſſe.) *Idem* XXX. 1.

Repoſitoriis argentum addi ſua memoria cœptum. Sed eo teſtudinea tum in uſu veniſſe. Ante ſe autem paullo lignea rotunda ſolida, nec multo majora quam menſas fuiſſe. Se quidem puero quadrata & compacta, aut acere operta, aut citro cœpiſſe. Mox additum argentum in angulis, lineaſque per commiſſuras. Tympana vero ſe juvene appellata ſtateras & lances, quas antiqui magidas appellaverant. *Idem* XXXIII. 11.

Sibyllas multas fuiſſe, plurimi & maximi auctores tradiderunt Græcorum Ariſto Chius, & Apollodorus Erythræus, noſtrorum, Varro & Feneſtella. Hi omnes præcipuum & nobilem præter ceteras Erythræam fuiſſe commemorant *& infra* Feneſtella etiam legatos Erythras a Senatu eſſe miſſos refert ut hujus Sibyllæ Carmina Romam deportarentur, & ea Coſs. Curio & Octavius in Capitolio, quod tunc erat curante Q. Catulo reſtitutum, ponenda curarent. *Lactant. de ira Dei.* cap. XXI. & lib. I. cap. VI.

Ἔνιοι δέ φασιν (ὧν καὶ Φενεστέλλας ἐστὶ) οὐδ' αἰσθέσθαι τῆς μάχης τὸν Μάριον, ἀλλ' ἐξ ἀγρυπνιῶν καὶ κόπων, ὑπὸ σκιᾷ τινι χαμαὶ κατακλινέντα, τοῦ συνθήματος δοθέντος, ἀνεῖναι πρὸς ὕπνον, εἶτα μόλις ἐξεγείρεσθαι, τῆς φυγῆς γινομένης. (de pugna cum Sylla) Plutarch. in Sylla, pag. 470. B.

Διὸ καὶ τῶν ὀνομάτων πολλὰ τοῖς παλαιοῖς, Συΐλλιοι καὶ Βυβολκοὶ καὶ Πόρκιοι ἦσαν, ὡς Φενεστέλλας εἴρηκεν. Idem in Quæſt. Romanis pag. 275.

Τούτων φησὶ τὴν ἑτέραν ἤδη πρεσβῦτιν οὖσαν ὁ Φενεστέλλας ἰδεῖν αὐτὸς, καὶ πολλάκις ἀκοῦσαι μεμνημένης ταῦτα καὶ διεξιούσης προθύμως. (de puellis loquitur quæ cum Craſſo fuerunt in Spelunca) Plutarch. in Craſſo 545. A.

Alii contra magis & maſculum & feminam dicunt, *de Bytho loquitur,* ne

ne apud ſolos Lunenſes Hermaphroditum exiſtimet Annalium Commentator Feneſtella. *Tertullian. adverſus Valentinianos. cap.* 35. *pag.* 262. *Ed. Priorii Pariſ.* 1675.

[1] TANUSII GEMINI ANNALES.

CXLII. Conjuraſſe Cæſarem cum M. Craſſo conſulari, item P. Sulla & P. Antonio. *Suetonius Julio cap.* 9.

Tanuſius adjicit, Craſſum, pœnitentia vel metu, diem cædi deſtinatum non obiiſſe, & iccirco, ne Cæſari quidem ſignum, quod ab eo dari convenerat dediſſe. *Idem ibid.*

Γανύσιος (ſic enim ſcribitur in Ed. Francofurtenſi 1620.) δὲ λέγει Κάτωνα, τῆς βουλῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ ψηφιζομένης ἑορτὰς καὶ θυσίας, ἀποφήνασθαι γνώμην, ὡς ἐκδοτέον ἐστὶ τὸν Καίσαρα τοῖς βαρβάροις ἀφοσιουμένους τὸ παρασπόνδημα ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὴν ἀρὰν εἰς τὸν αἴτιον τρέποντας. Plutarch. in Cæſare. pag. 718.

[2] DOMITII LIB. I.

Non orbes farreos, ſed menſarum vice ſumendi cibi gratia apium, cujus maxima erat ibidem copia, fuiſſe ſubſtratum, quod ipſum conſumtis aliis eduliis eos comediſſe. Ac poſt ſubinde intellexiſſe illas eſſe menſas quas illos comeſturos prædictum eſſet. *Autor de origin. gent. Roman. cap.* 12.

Sorte Apollinis Delphici monitum Æneam ut Italiam peteret, ubi duo maria inveniſſet, prandiumque cum menſis comeſſet, ibi urbem uti conderet. *Ibidem.*

EGNATII LIB. I.

CXLIII. In ea contentione non modo Remum non eſſe occiſum, ſed etiam ulterius a Romulo vixiſſe tradit. *Idem cap.* 23.

Non fulmine ictum, ſed terræ motu prolapſum, *Aremulum Sylvium,* ſimul cum eo regiam in Albanum lacum. *Idem cap.* 18.

M. OCTAVI LIB. I.

Cum interim immolata ſue in littore ſacrificium peragerer, traditur forte advertiſſe Argivam claſſem, in qua Ulyxes erat: cumque vereretur ne ab hoſte cognitus periculum ſubiret, itemque rem divinam interrumpere ſummum nefas duceret, caput velamento obduxiſſe, atque ita pleno ritu ſacra perfeciſſe. Inde poſteris traditum morem ita ſacrificandi. *Idem. cap.* 12.

Amulium patruum Rheæ ſacerdotis amore ejus captum, nubilo cœlo

1 *L. Tanuſii Gemini.*] Senecæ & Suetonii libri nonnulli vocant *Tanuſium.* Plutarchus corrupte Κανύσιον. Vixit temporibus Julii Cæſaris, & Auguſti. Ejus Annales Seneca Ep. 93. notat, ut prolixos & inutiles, epiſt. epiſt. XCIV. *Annales Tanuſii ſcis quam non decoroſi ſint, & quid vocentur* nempe quod *Annales Voluſi, cacata charta,* apud Catullum. Sueton. 1. 1c.

2 *Domitii. Egnatii*] De ætate & ſcriptis iſtorum mihi non conſtat. Egnatii libros de rerum natura verſibus ſcriptos citat Macrobius. Sed alium eſſe ab Hiſtorico putat Voſſius. *J. W.*

obſcuroque aere cum primum illuceſcere cœpiſſet in uſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum, in luco Martis compreſſiſſe eam: tum exactis menſibus geminos editos. Quod cum comperiſſet, celandi facti gratia per ſcelus concepti, necari juſſit ſacerdotem, partum ſibi exhiberi: Tumque Numitorem ſpe futurorum, quod hi, ſi adoleviſſent, injuriarum ſuarum quandoque ultores futuri eſſent, alios pro eis ſubdidiſſe illoſque ſuos veros nepotes Fauſtulo paſtorum magiſtro dediſſe nutriendos. *Ibidem.*

ASINIUS POLLIO.

CXLIV. Quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie cæſos profligatoſque adverſarios proſpicientem, hæc eum ad verbum dixiſſe referens: Hoc voluerunt: tantis rebus geſtis C. Cæſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petiiſſem. *Sueton. in Jul.* XXX.

Pollio Aſinius, parum diligenter (*Commentarios Cæſaris*) parumque integra veritate compoſitos putat: cum Cæſar pleraque & quæ per alios erant geſta temere crediderit: & quæ per ſe, vel conſulto vel etiam memoria lapſus, perperam ediderit: exiſtimatque reſcripturum & correcturum fuiſſe. *Idem cap.* LVI.

Φησὶ δὲ τὸ μῆκος αὐτοῦ, σταδίων ἑξακισχιλίων Ἀσίνιος; Paulo poſt: Φησὶ δὲ β. ἐκβολὰς εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας Strabo pag. 193.

C. DRUSUS.

Infans adhuc, ut ſcriptum apud C. Druſum exſtat, repoſitus in cunas a nutricula, loco plano, poſtera luce non comparuit: & diu quæſitus tandem in altiſſima turri repertus eſt, jacens contra ſolis exortum. *Sueton. in Auguſto cap.* 94.

CN. LENTULUS GÆTULICUS.

Caligulam Tiburi genitum ſcribit. *Idem cap.* 8.

Q. TUBERO.

Q. Tubero tradit, hæredem ab eo ſcribi ſolitum ex conſulatu

1 *Aſinius Rheno*) Hic idem eſt Aſinius, quem Suetonius Pollionem vocat. Quod ætas Strabonis ſatis evincat. Alius autem & ævi inferioris fuit *Aſinius*, qui Agathiæ *Quadratus* cognominatur, homo Italus & qui, ut idem Agathias teſtatur, res Germanicas accurate conſcripſit, quique inter cætera, Alemannos eſſe convenas & homines miſcellaneos tradidit. Quamvis exſtitit jam nuper, qui hunc Agathiæ & illum Strabonis unum eundemque Aſinium diceret, & Alemannos & Alemannorum vocabulum eſſe antiquiſſimum & ante Geographica Strabonis, utpote Aſinium nominantis, celebratum. Verum id ſi ſit, cur igitur diligentiſſimus Strabo, eum tam accurate citans, Alemannos etiam eorumque vocabulum, ſicuti fecit Agathias, apud eundem non legit? aut ſi legit, cur ſuis Commentariis tam notabilem gentem non inſeruit? Sed hæc aliaque ad refellendum tam putidum commentum alibi a nobis addicta ſunt fuſius, nec iſto loco repetenda. Videndum Diſceptat. noſtrarum Chorographic. Parte altera, ad Lectorem.

ipſius

ipſius primo, uſque ad initium civilis belli Cn. Pompeium: idque militibus pro concione recitatum. *Idem in Auguſto. cap.* 80.

JULIUS MARATHUS.

CXLV. *Julius Marathus libertus in memoriam Auguſti* quinque pedum & dodrantis fuiſſe ſtaturam ejus tradit. *Idem in Auguſto. cap.* 80.

Auctor eſt Julius Marathus ante paucos quam naſceretur menſes, prodigium Romæ factum publice, quo denunciabatur regem popul. Rom. Naturam parturire: Senatum exterritum cenſuiſſe ne quis illo anno genitus educaretur: eos qui gravidas uxores haberent, quo ad ſe quiſque ſpem traheret, curaſſe ne ſenatuſconſultum ad ærarium deſerretur. *Idem cap.* LXXIX. *& iterum cap.* XCIV.

JUNIUS SATURNINUS.

Junius Saturninus hoc amplius tradit, cum peracta C. Toranii tutoris ſui proſcriptione, M. Lepidus in Senatu excuſaſſet præterita, & ſpem clementiæ in poſterum feciſſet; quoniam ſatis pœnarum exactum eſſet, hunc e diverſo profeſſum, ita modum ſe proſcribendi ſtatuiſſe, ut omnia ſibi reliquerit libera: in cujus tamen pertinaciæ pœnitentiam, poſtea T. Junium Philopœmenem, quod patronum ſuum proſcriptum celaſſe olim diceretur, equeſtri dignitate decoravit. *Sueton. in Auguſto cap.* XXVII.

M. ACTORIUS NASO.

Idem Curio, ſed & M. Actorius Naſo, auctores ſunt, conſpiraſſe eum *Julium Cæſarem* etiam cum Cn. Piſone adoleſcente. &c. *Sueton. in Julio cap.* 9.

EULOGIUS.

Exſtat Q. Eulogii ad Q. Vitellium divi Auguſti quæſtorem libellus, quo continetur, Vitellios Fauno, Aboriginum rege, & Vitellia, quæ multis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio imperaſſe. *Suetonius in Vitellio. cap.* 1.

T. AMPIUS.

CXLVI. *Nec minoris impotentiæ voces propalam edebat, ut T. Ampius ſcribit:* Nihil eſſe rempub. appellationem modo, ſine corpore ac ſpecie. Sullam neſciſſe literas, qui dictaturam depoſuerit. Debere homines conſideratius jam loqui ſecum, ac pro legibus habere quæ dicat. *Sueton. in Julio cap.* LXXVII.

VAL. MESSALA.

Valerius Meſſala tradit, neminem umquam libertinorum adhibitum ab

Digitized by Google

ab eo cœnae, excepto Mena, ſed aſſerto in ingenuitatem, poſt proditam Sex. Pompei claſſem. *Sueton. in Auguſto cap.* 74.

CASSIUS SEVERUS.

Caſſius Severus nec minus alii prodiderunt, eundem & ſutorem veteramentarium: cujus filius ſectionibus & cognituris uberius compendium nactus, ex muliere vulgari, Antiochi cujuſdam ſumariam exercentis filia, equitem Rom. genuerit. *Suetonius in Vitellio cap.* II.

PESTANUS VIBONENSIS.

Pedibus equos tranſmiſimus, *Macrobius cap.* 4. *lib.* VI. *Saturnal.*

[1] HOSTIUS.

CXLVII. *Hunc ſecutus Hoſtius poeta in lib.* 2. *belli Hiſtrici ait:*

——— Non ſi mihi linguæ
Centum atque ora ſient totidem, [2] voceſque liquatæ.

Idem lib. VI. *cap.* 3. *Saturn.*

IN PRIMO.

Ille gravi ſubito devinctus vulnere habenas
Miſit equi, lapſuſque in humum defluxit, & armis
Reddidit æratis ſonitum. *Macrob. Saturn.* VI, 4.

IN PRIMO ANNALI.

Interea Oceani linquens Aurora cubile.
—— mitemque rigat per pectora ſomnum.

IN SEXTO.

Quod genus hoc hominum [3] Saturno ſancte create?

1 *Hoſtius in libro belli Hiſtrici*) Fuit hic Hoſtius avus Cynthiæ, quæ & Hoſtia dicta, & quam in amoribus habuit Propertius. Qui nec ipſum hunc Hoſtium tacuit, ſed ejus gratam memoriam celebravit lib. Elegiarum 3. quo quidem in loco, *Doctus avus* eſt hic ipſe Hoſtius. Cujus & Feſtus meminit his verbis: *Hoſtius Belli Hiſtrici lib.* 3. *Per gentes alte æthereas & teſqua volabis.* Et Varro quoque apud Servium Danielis: *Hoſtius belli Hiſtrici primo: Percutit atque haſtam pilans præ pondere frangit.* Idem: *Sententia præſto Pectore pilata eſt.* Pontan.

2 *Voceſque liquatæ*) Vox liquata, pro diſerta, profluente atque expedita & igne quaſi liquefacta, haud facile apud alium quempiam occurrat. Videndum autem an non aliquo huc pacto faciat illud Act. 1. verſ. 3. *Et apparuerunt illis* διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς *diſpertitæ linguæ tanquam ignis.* Pontan.

3 *Saturno Sancte create*) Dionyſius Halicarnaſſeus: *In templo Dei Fidii, quem Romani Sanctum vocant.* Varro lingua Sabina Sancum dictum innuit lib. IV. de L. L. *Ælius Gallus Deum Fidium dicebat Diovis filium, ut Græci Διόσκουρον Caſtorem: & putabant hunc eſſe Sancum ab Sabina lingua, & Herculem ab Græca.* Item Ovidius.

Quærebam Nonas Sanco Fidione referrem
An tibi Semipater.

Statua, quam Romæ Simoni Mago erexit populus Rom. *Sancti* quoque titulum habuerit, teſte, præter Juſtinum Martyrem, etiam Tertulliano, cap. XIII. in Apologetico: *Simonem*, inquit, *Magum ſtatua & inſcriptione Sancti Dei inaugurantis.* Niſi ſi SEMONI tortaſſis ſcriptum

IN

IN DECIMO.

Rumoreſque ferunt varios & multa requirunt.

IN UNDECIMO.

Nomine quemque ciet, dictorum tempus adeſſe
Commemorat. *Deinde infra.*
Confirmat dictis ſimul atque exſuſcitat acres
Ad bellandum animos reficitque ad prœlia mentes.

PESCENNIUS FESTUS.

Carthaginenſes Saturno humanas hoſtias ſoliti immolare: & cum victi eſſent ab Agathocle rege Siculorum, iratum ſibi deum putarunt: itaque ut diligentius piaculum ſolverent, ducentos nobilium filios immolarunt. *Lactant. lib.* I. *cap.* 21. *divinar. inſtitutionum.*

AUGUSTUS CÆSAR.

CXLVIII. *Ipſe Auguſtus* nihil amplius quam equeſtri familia ortum *ſe ſcribit*, vetere & locuplete, & in qua primus ſenator pater ſuus fuerit. *Sueton. cap.* II.

Impetum ſe cepiſſe *ſcribit* frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum ceſſaret: neque tamen perſeveraſſe, quia certum haberet, poſſe per ambitionem quandoque reſtitui. *Sueton. cap.* XLII.

Ipſe ſcribit invitaſſe ſe quendam, in cujus villa maneret, qui ſpeculator ſuus olim fuiſſet. *Idem cap.* 74.

[1] DE VITA SUA LIB. II.

Iis ipſis Ludorum diebus, ſidus crinitum per ſeptem dies in regione cœli, quæ ſub ſeptentrionibus eſt, conſpectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque & omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſidere ſignificari vulgus credidit, Cæſaris animam in-

fuerit, quod ad Simonem tranſferint Chriſtiani. Nam SANCUS etiam SEMO dictus, ut patet ex inſcriptionibus. Unam habet Fulvius Urſinus ad Cæſarem de bello Gall. quæ eſt ejuſmodi:

SANCTO. SANCO. SEMONI. DEO.
FIDIO. SACRUM.

Simonis autem in Campo Martio ſtatua tituluſque talis fuiſſe perhibetur: SIMONI. SANCTO. DEO. Auguſtinus de eo hæc habet cap. I. de hæreſibus: *Aſſerebat Simon ſe eſſe Chriſtum. itemque Jovem ſe credi volebat.* Et ſtatim: *Imagineſque & ſuam & Helenæ meretricis diſcipulis ſuis præbebat adorandas, quas & Romæ tanquam Deorum ſimulacra auctoritate publica conſtituerat. In qua urbe beatus Apoſtolus Petrus eum vera omnipotentis Dei virtute extinxit.* Quorum poſtrema, ut de prioribus nunc non dicam, haudquaquam conveniunt cum verbis & narratione Lucæ Actor. VIII. Ubi non Romæ, ſed in Samaria objurgatus a Petro confutatuſque memoratur.

Hæc fere erant, quæ ad ſuperiora Hiſtoricorum Fragmenta addicamque Auctarium pro tempore & ne pagellæ vacarent, annotanda habui: illud adjiciens L. Luceium Italici belli & civilis Hiſtoriam, pene perfeciſſe Ciceronis tempore, ut de eo Cicero ipſe tradit lib. v. Epiſt. Famil. ad hunc ipſum Luceium, petens ut res etiam ſuas geſtas contexat, eaſque a perpetuis ſuis hiſtoriis ſejungat, ut fecerunt apud Græcos Calliſthenes, qui Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius etiam qui & Numantinum bellum ſeorſim deſcripſit. *Joannes Iſacius Pontanus.*

ter

ter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id inſigne ſimulacro capitis ejus, quod mox in foro conſecravimus, adjectum eſt. *Servius ad I. Georg.* Et *Plin.* lib. II. *cap.* 25.

Circa horam octavam ſtella ampliſſima, quaſi lemniſcata corona, orta eſt; quam quidam ad illuſtrandam gloriam Cæſaris juvenis pertinere exiſtimabant. Ipſe animam patris ſui eſſe voluit: eique in Capitolio ſtatuam, ſuper caput auream ſtellam habentem, poſuit; inſcriptum in baſi fuerat, ΚΑΙCΑΡΙ ΗΜΙΘΕΩ. Sed Vulcanus aruſpex in concione dixit cometen eſſe, qui ſignificaret exitum noni ſeculi & ingreſſum decimi. Sed quod invitis Diis ſecreta rerum pronunciaret, ſtatim ſe eſſe moriturum. Et nondum finita oratione, in ipſa concione concidit. *Servius ex Bæbio Macro.*

Lib. X.

CXLIX. Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipſorum neganda non ſunt. Et id ſe obſervaſſe etiam D. Auguſtus *libro* x. *de vita ſua ſcribit. Ulpian. lib.* XI. *de officio Procuratoris. L. de Cadav. Damnatorum.*

C. OPPIUS

De Vita et Rebus Africani.

Mater Africani diu ſterilis exiſtimata eſt. P. quoque Scipio, cum quo nupta erat, liberos deſperavit. Poſtea in cubiculo, atque in lecto mulieris, cum abſente marito cubans ſola obdormiſſet, viſus repente juxta eam cubare ingens anguis; iſque iis, qui viderant territis & clamantibus elapſus inveniri non potuit. idipſum P. Scipio ad aruſpices retulit. Ii ſacrificio facto reſponderunt fore, ut liberi gignerentur. Neque mulier diebus, poſteaquam ille anguis in lecto viſus eſt, multis concepit: Concepti fœtus ſigna atque ſenſum patitur, exinde menſe decimo peperit, natuſque eſt hic P. Scipio Africanus, qui Annibalem & Carthaginenſes in Africa bello Punico ſecundo vicit. [2] *Agell.* VII, I.

Iidem literis mandarunt, Scipionem Africanum ſolitaviſſe noctis extremo, priuſquam diluculare, in capitolium ventitare, ac juberet aperiri cellam jovis, atque ibi ſolum diu demorari: quaſi conſultantem de re publica cum Jove: Æditnoſque ejus templi ſæpe eſſe demiratos, quod ſolum id temporis in Capitolium ingredientem canes ſemper in alios ſævientes, neque latrarent eum neque incurrerent.

1 *De vita ſua*] Capite autem 85. ait eum Auguſtum Vitam ſuam tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra expoſuiſſe.

2 *Agellius*] Julio Higino tribuit, quemadmodum etiam hoc, quod ſequitur.

DE

DE VITA C. MARII.

C. Marium, qui ſepties conſul fuit, ſtantem ſibi extrahi paſſum varices, unum hominem Oppius auctor eſt. *Plinius lib.* XI. *cap.* 45.

IN VITA CASSII.

Vulgu. *Cariſius lib.* I.

MASSURIUS SABINUS
Libro I. *Memorialium.*

Ea mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amiſit. In illius locum Romulus Accæ Larentiæ ſeſe filium dedit: ſeque & ceteros ejus filios fratres Arvales appellavit. ex eo tempore collegium manſit fratrum Arvalium numero duodecim: cujus ſacerdotii inſigne eſt ſpicea corona & albæ infulæ. *Gellius lib.* VI. *cap.* 11.

LIB. II.

CL. M. Octavius Herennius prima adoleſcentia tibicen, poſtquam artis diſtiſus ſuæ eſt, inſtituit mercaturam. Et bene re geſta, decimam Herculi profanavit. Poſtea cum navigans hoc idem ageret, a prædonibus circumventus fortiſſime repugnavit & victor receſſit. Hunc in ſomniis Hercules docuit ſua opera ſervatum. Cui octavius impetrato a magiſtratibus loco ædem ſacravit & ſignum; VICTOREMQUE literis inciſis appellavit. *Macrob.* III. *cap.* 6.

LIB. VII.

Cenſores P. Scipio Naſica & M. Popilius, quum equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum & habitiſſimum viderunt, & cur, inquiunt, ita eſt, ut tu ſis, quam equus curatior? quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius meus. Viſum eſt parum reverens eſſe reſponſum: relatuſque in ærarios ut mos eſt. *Gellius lib.* V. *cap.* 20. *& Nonius, Strigoſus.*

LIB. XI.

Civica corona tum dari ſolebat, cum is, qui civem ſervaverat, eodem tempore etiam hoſtem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat. Aliter jus civicæ coronæ negat conceſſum. Tiberium tamen Cæſarem conſultum, an civicam coronam capere poſſet, qui civem in prœlio ſervaſſet & hoſtes ibidem duos interfeciſſet, ſed locum, in quo pugnabat, non retinuiſſet, eoque loco hoſtes potiti eſſent, reſcripſit, eum quoque civica dignum videri, quod appareret tam iniquo loco ab eo ſervatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiverit. *Gellius lib.* V. *cap.* 6.

Pedibus ingredi ovantes, *dicit*, ſequentibus eos non militibus, ſed univerſo ſenatu. *Ibidem.*

Digitized by Google

ter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id inſigne ſimulacro capitis ejus, quod mox in foro conſecravimus, adjectum eſt. *Servius ad I. Georg.* Et *Plin.* lib. 11. *cap.* 25.

Circa horam octavam ſtella ampliſſima, quaſi lemniſcata corona, orta eſt; quam quidam ad illuſtrandam gloriam Cæſaris juvenis pertinere exiſtimabant. Ipſe animam patris ſui eſſe voluit: eique in Capitolio ſtatuam, ſuper caput auream ſtellam habentem, poſuit; inſcriptum in baſi fuerat, ΚΑΙϹΑΡΙ ΗΜΙΘΕΩ. Sed Vulcanus aruſpex in concione dixit cometen eſſe, qui ſignificaret exitum noni ſeculi & ingreſſum decimi. Sed quod invitis Diis ſecreta rerum pronunciaret, ſtatim ſe eſſe moriturum. Et nondum finita oratione, in ipſa concione concidit. *Servius ex Bæbio Macro.*

Lib. X.

CXLIX. Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipſorum neganda non ſunt. Et id ſe obſervaſſe etiam D. Auguſtus *libro* x. *de vita ſua ſcribit. Ulpian. lib.* xi. *de officio Procuratoris. L. de Cadav. Damnatorum.*

C. OPPIUS

De Vita et Rebus Africani.

Mater Africani diu ſterilis exiſtimata eſt. P. quoque Scipio, cum quo nupta erat, liberos deſperavit. Poſtea in cubiculo, atque in lecto mulieris, cum abſente marito cubans ſola obdormiſſet, viſus repente juxta eam cubare ingens anguis; iſque iis, qui viderant territis & clamantibus elapſus inveniri non potuit. idipſum P. Scipio ad aruſpices retulit. Ii ſacrificio facto reſponderunt fore, ut liberi gignerentur. Neque mulier diebus, poſteaquam ille anguis in lecto viſus eſt, multis concepit: Concepti fœtus ſigna atque ſenſum patitur, exinde menſe decimo peperit, natuſque eſt hic P. Scipio Africanus, qui Annibalem & Carthaginenſes in Africa bello Punico ſecundo vicit. [2] *Agell.* VII, 1.

Iidem literis mandarunt, Scipionem Africanum ſolitaviſſe noctis extremo, priuſquam diluculare t, in capitolium ventitare, ac juberet aperiri cellam jovis, atque ibi ſolum diu demorari: quaſi conſultantem de re publica cum Jove: Æditueſque ejus templi ſæpe eſſe demiratos, quod ſolum id temporis in Capitolium ingredientem canes ſemper in alios ſævientes, neque latrarent eum neque incurrerent.

1 *De vita ſua*] Capite autem 85. ait eum Auguſtum Vitam ſuam tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra expoſuiſſe.

2 *Agellius*] Julio Higino tribuit, quemadmodum etiam hoc, quod ſequitur.

De

DE VITA C. MARII.

C. Marium, qui ſepties conſul fuit, ſtantem ſibi extrahi paſſum varices, unum hominem Oppius auctor eſt. *Plinius lib.* XI. *cap.* 45.

IN VITA CASSII.

Vulgu. *Cariſius lib.* I.

MASSURIUS SABINUS
Libro I. *Memorialium.*

Ea mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amiſit. In illius locum Romulus Accæ Larentiæ ſeſe filium dedit: ſeque & ceteros ejus filios fratres Arvales appellavit. ex eo tempore collegium manſit fratrum Arvalium numero duodecim: cujus ſacerdotii inſigne eſt ſpicea corona & albæ infulæ. *Gellius lib.* VI. *cap.* 11.

LIB. II.

CL. M. Octavius Herennius prima adoleſcentia tibicen, poſtquam artis diſtiſus ſuæ eſt, inſtituit mercaturam. Et bene re geſta, decimam Herculi profanavit. Poſtea cum navigans hoc idem ageret, a prædonibus circumventus fortiſſime repugnavit & victor receſſit. Hunc in ſomniis Hercules docuit ſua opera ſervatum. Cui octavius impetrato a magiſtratibus loco ædem ſacravit & ſignum; VICTOREMQUE literis inciſis appellavit. *Macrob.* III. *cap.* 6.

LIB. VII.

Cenſores P. Scipio Naſica & M. Popilius, quum equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum & habitiſſimum viderunt, & cur, inquiunt, ita eſt, ut tu ſis, quam equus curatior? quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius meus. Viſum eſt parum reverens eſſe reſponſum: relatuſque in ærarios ut mos eſt. *Gellius lib.* V. *cap.* 20. *& Nonius, Strigoſus.*

LIB. XI.

Civica corona tum dari ſolebat, cum is, qui civem ſervaverat, eodem tempore etiam hoſtem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat. Aliter jus civicæ coronæ negat conceſſum. Tiberium tamen Cæſarem conſultum, an civicam coronam capere poſſet, qui civem in prœlio ſervaſſet & hoſtes ibidem duos interfeciſſet, ſed locum, in quo pugnabat, non retinuiſſet, eoque loco hoſtes potiti eſſent, reſcripſit, eum quoque civica dignum videri, quod appareret tam iniquo loco ab eo ſervatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiverit. *Gellius lib.* V. *cap.* 6.

Pedibus ingredi ovantes, *dicit*, ſequentibus eos non militibus, ſed univerſo ſenatu. *Ibidem.*

[1] FASTORUM LIBRO II.

Vinaliorum dies Jovi ſacer eſt, non ut quidam putant Veneri.

Liberalium dies a pontificibus Agonium Martiale appellatur.

Eam noctem deincepſque inſequentem diem qui eſt Lucarium. *Macrob. lib.* 1. *cap.* 4.

JULIUS HIGINUS LIBRO VI. DE VITA ET REBUS ILLUSTRIUM VIRORUM.

CLI. Legatos *dicit* a Samnitibus ad C. Fabricium imperatorem populi Romani veniſſe; & memoratis multis magniſque rebus quæ bene ac benivole, poſt redditam pacem Samnitibus feciſſet, obtuliſſe dono grandem pecuniam oraſſeque, uti acciperet uteretturque, atque id facere Samnites dixiſſe, quod viderent multa ad ſplendorem domus atque [2] victus defieri, neque pro magnitudine dignitateque lautum paratumque eſſe. Tum Fabricius planas manus ab auribus ad oculos & infra deinceps ad nares & ad os & ad gulam, atque inde porro ad ventrem imum deduxiſſe, & legatis ita reſpondiſſe: Dum illis omnibus membris, quæ attigiſſet, obſiſtere atque imperare poſſet, numquam quicquam defuturum: propterea pecuniam, qua nihil ſibi eſſet uſus, ab iis quibus eam ſciret uſui eſſe, non accipere. *Gellius lib.* 1. *cap.* 14.

1 *Faſtorum*] De Maſſurio Sabino Vide Pontanum in notis ad Macrob. Saturn. III. 6. qui Maſurius vocatur apud Athenæum Perſium & Nonium. Alia porro ſcripſit quæ in cenſum noſtrum admitti non poſſunt ut, *Commentarios de Indigenis, libros Juris Civilis. De furtis.* Cæterum idem Nonius Fragmentum quod ex ſeptimo adducit Gellius ex XVII. libro citat. Sed potior apud me *Gellii auctoritas* præſertim cum quidam Noniani habent VII. & Codex Pembroch. cum Vulg. Gellii conſentit. *J. Waſſe.*

2 *Victus*] MS. Pembroch. *mutus.* Et, *paratumque eſſe. J. W.*

SPICI-

Rev. inſtructiſſimoque Theologo

P. PARKESIO,

STAPLEFORDIAE DE THANY

In Com. *ESSEXIAE*

RECTORI

Salutem.

NON dubium eſt quin abunde ſint qui dicant, me rem abſurdam facere, quod hominem tui loci atque ordinis, de re ab ſua diſciplina aliena, compellare aggrediar. Ita e noſtris nonnulli vitam inſtituunt, ut artes univerſas, ultra Concionatoriam, quaſi ſteriles eoque minus Orthodoxas, ad profana ingenia relegare neceſſe habeant. Quod ſi quis extra illa ſua pomœria latam paginam exceſſerit, laborem ejus inertiæ loco, ipſum [illegible] ducunt. In quos, uti ob Perſonam, quam una ſuſtinent, acerbe nollem & inclementer dicere: præterea, ne Tibi doctiſque omnibus, ignorantiæ Privilegium a legitimis poſſeſſoribus ereptum ire videar: ſic neque malevolentiam eorum quantulacunque excuſatione placare, mihi atque animo meo deliberatum eſt. Si hoc facere ſtuderem operamque darem, ut iſti, qui Viros in re literaria principes ineptire præ ſe putant, hiſce juvenantis ingenii luſibus æqui bonique adeſſent: næ ipſe omnia in me vere dici putarem, quæ in Optimos quoſque convenire falſo opinantur. Animadverſiones, quas per manus tuas in lucem porrigo, leviores illæ, quam ut vel horum patrocinia mereri putem, indignæ quæ Laborum nomine cenſeantur. Parvulas offero, & diſcincti animi occupationes, ſed tamen ejuſmodi quibus a mala voluptate retentus, otium me quam maxume innocenter pati potuiſſe ſperaverim: quippe cui rumuſculos aucupari, falſos pavores induere, Dnn. Epiſcoporum inimicitiis inclareſcere, quæ diſſolvendarum legum ſunt, in circulis jactare non placuit: Nec, dum odiorum civilium occaſionem expectat Hoſtis acerrimus, cum Reip. periculo eloquentiæ famam quærere. Verum hæc apud te ſupervacanea, quem ſæpe prædicantem audivi: *Fidem reformatam* humanioribus literis unice inniti, neque aliis fretos ad vetuſtiſſimi Codicis intellegentiam adſpiraſſe Heroas iſtos, qui cervicibus Angliæ jugum papale excuſſerint, Idololatriamque unde malum pedem tulerat eodem redire compulerint: poſtremo, Defenſores multo maxume validos, Oratores, Interpretes longe præſtantiſſimos, ex Criticorum proſapia oriundos: neque ullibi quam in ea Secta felicius provenire; fruſtra quemquam accedere ad *Patrum* ſcripta, niſi prius ex iiſdem fontibus hauſerit unde ipſi ſua derivarunt. Hinc ad ea ſtudia quæ mentem exacuunt, omnimodæ antiquitatis notitiam, cum linguarum peritia adjunxiſti. Non ævi cujuſque mores, opiniones, inſtituta legiſſe ſatis habens; ad vocum poteſtates deſcendis, & dicendi characterem. Non te moroſæ circa locorum nomina lites fugitant, non in dinoſcendis temporum intervallis immorari pudet, neque Theologiæ dehoneſtamento fore crediderit, ſi iucundi calculi artifex exiſtimeris. Quare haſce graviſſimorum Auctorum reliquias, a me pro virili parte emendatas tibi trado:

haud veritus, ne quos *Auguſtinus*, *Hieronymus*, *Ambroſius*, e communi literarum naufragio eripuiſſe dignati eſſent, aut ſuo aut Conſervatorum nomine minus placerent. De quo meo facto ſic velim exiſtimes, me non tam de meo largiri, quam depoſitum reddere: ut ad Te præcipue, unde auſpicium ſumſere, ſtudia noſtra revertantur. Et quid æquius, quam Illi alterna vice lampada tradere qui mihi in omni literarum genere, quod tractare occeperam, facem præluxit? Eidem inter Lectionum diſcrepantias viam monſtrare, qui in *Chronologia*, *Metaphyſica*, *Literiſque*, *Divinis*, ita auctor & præmonſtrator extitit, ut numquam fruſtra ſit a me ſententiam rogatus. Unum addas, *Vir clariſſime*, cæteris officiis in me afflantiſſime præſtitis, ut imperfecti hujus præconii cauſſas probes: nec tuis auribus ingratum accidat, quod nefas eſſet non dixiſſe.

ADDENDA AD NOTAS

IN

FRAGMENTORUM

LIB. I.

LIb. I. cap. I. *diverſa pars*] pro *adverſa*, *oppoſita*, *contraria*. *Tacitus* XIV. *ſtabat pro littore diverſa acies*. Livius, in *diverſum equi concitati*. Confer *Quintilianum* Inſtitut. IV, I. V, 13. Itaque ex MSS. legendum, pro *adverſa*, apud eundem Declam. VI, p. 84. Confer *Juſtinian.* Inſtitut. II. Tit. I. § 30. Supra. *Cato Rom. Gen.*] ita *Hieronymus* tacito auctore. Ep. 2. *Cato Cenſorius Rom. generis diſertiſſimus*. J. Waſſe.

Cap. I. *Inquiens*] Sæpe in *inquietum*, librariorum inſcitia vertitur, ut apud *Boetium* Conſ. IV. 3. *ferox atque inquietus linguam litigiis exercet*. Ita Edit. Sitzmanni Amſtelod. 1667. & Bertii ibid. 1667. at Codd. Rittershuſii & B. Pub. Cantab. *inquies* quod Planto, Plinio, Tacito, Gellio, Apulejo, in uſu. *Servius* ad Æneid. IV, 245. habet, *inter certamina dominationis aut libertatis agit*. Edita lectio potior. *J. W.*

II. *Diſceſſio plebis*] De voce adi *Plinium* Ep. 167. *Terent.* Andr. III, 3. 37. *Gellium* II. 13. III, 18. de re. *Livium*, *Florum*, *Oroſium* II, p. 74. *Servius* p. 133. legit *injuria*. infra; *dein ſervili imperio P. c.* ita citat *Donatus* Andr. I, I, 8. paulo poſt, *montem ſacrum atque Aventinum inſedit*. Ita etiam *Diomedes* p. 439. & *Servius* 1301. infra: *Æquo & modeſto jure*] Ambroſius Ep. I, 84. *Ab hoc æquo & modeſto jure concordia*. J. W.

III. *Ad poſtremum*] Præpoſitionem eleganter omittit *Sulpicius* Hiſt. Sacr. I, 50. unde, opinor, delenda ex fide Codicis Aulæ Trin. Dial. II, 4. ita enim *Terentius* Andr. II, I. *Cicero*, & *Tacitus* ſæpe, & Cod. I, 2 Catilin. c. XV. Noſter autem retinet infra cap. XII. & cum illo ubique *Plaut.* *Caſaub.* *Eutropius*. & etiam *Septimius*, qui ita locum emulatus eſt II, 7. *Interim in eo otio Agamemnoni cum Menelao fratre exercere diſcordias vacuum fuit*. Confer *Ambroſium* Ep. II, 70. *J. W.*

IV. *Metus Pompeji*] pro *ſubjectus*, metus quem incuſſit P. quemadmodum cap. IV. *pejor atque intoſtabilis* me-

tu voſtro, i. e. ex *metu*; vel *ob metum*. v. ibi Gruteri Edit. *Quod captivis*. Trebell. Pollio Claud. vi. *Elaboraſſe denique terram ipſam, quæ tantum Barbarici timoris accepit*. Salmaſ. *timoris* ex Edit. reponit. Vide *Quintilianum* vi, 3. *Ariſtotel.* Hiſt. Animal. vi, p. 373. Καὶ τοὺς νέους διὰ τὸν αὐτὸς ἔνεκα φόβον. Phædrus: *ut venatorum fugiens inſtantem* necem. Infra, *Chariſius* p. 98. legit, *leones vincti* omiſſo &. De Æmilio Lepido habes Syllæ judicium apud *Plutarchum* in Sylla p. 473. & 626. *J. W.*

IV. *In tutandis periculis*] hoc eſt, propulſandis ac defendendis ut recte *Douza*. Ellipſin ita ſupple, *vobiſmet ap*. Interpretationem hanc firmat *Onomaſticon* vet. Vulcanii *Tutor*, ἐρύω. Qua forma habes apud *Horatium* I, Od. 17. *igneam* defendit æſtatem *capellis*, apud *Virg*. ſolſtitium pecori d. & x, 905. Quandoque eleganter omittitur caſualis dictio. *Scio acerba meorum Circumſtare odia*: hunc oro defende furorem: *Et me conſortem nati concede ſepulchro*. Ille *Ennium* ſequitur: qui alicubi: *Servus Cives*, defende hoſtes *quum potes defendere*. V. *Q. Claud. Quadrigarium* lib. xix. *Agellium* ix, 5. *Plautum* Rud. & Moſtell. viii. Denique pro *tutare*, *Cic*. pro Murena maſit: defendere pericula *civium*. Et ſic in Lib. de Senectut. Idem Offic. iii. *Etenim, ſi is qui non* defendit injuriam, *neque propulſat* a ſuis, *cum poteſt, injuſte facit*. Vide eundem Catone M. xv. *Cæſarem* I. B. G. Ball. *quam ulciſcendo* omiſſa Præpoſitione. *J. W.*

V. *Utramque per injuriam*] pro *utramque* Ciaccon. *& vincti*, quod a veteri ſcriptura longius, & ſine cauſſa ſontica. propius eſſet, *vincamque* ſed rectum eſt *utrumque*, ſcilicet & ſervire Syllæ, & in vos dominare per injuriam. Balliol. *qui dominationis & conſilium*, & *fuit* pro *fuerit*, proque, *agit*; *cogitandi*, &, *mercede*. Infra: *Servus iſte*, ita legit ad Eclog. iii. *Servius*, ſine libri mentione. Paulo poſt, *tes in miſerationem*. Eo ſpectat *Hegeſippus* I, 7. *defigebatur in imis viſceribus dolor*; invidia in miſerationem verſa eſt.

Voces tamen *iis*, & *uſi*, e MS. CCC. utrumque exulant. Poſtremo, *agendum itaque obviam eundum eſt* extant apud *Donatum* Andr. I, 5. De ſuppliciis Syllæ in poſt futuros, conſule *Plutarchum* pag. 472. *J. W.*

VII. *Nihil auſus*] Ciacconius fruſtra obtrudit *nequicquam*, ſenſus loci eſt, *neque quiſquam, niſi qui muliebri ingenio ſit, nihil moliens tantumque in proprium ſalutem*. Supra, *ferro ſeptis*. Alludit *Hegeſip.* III, 24. *Ubi feriat hoſtis Romanum milites, reperire non poteſt; quem ferro ſeptum circumſpicit*: ibi pro *palmam*, CCC. *occaſionem amplam triumphi* quod mage Salluſtianum. Malim hoc loco *unum ſolum*. Uti etiam apud *Juſtinum* II, 2. ubi Codex Bong. *nullas* credo pro *nullis*. *Cœlius* v. Hiſt. aliquam *huic bello finem facere*. Siſenna iv. *& prope mediam ad finem ripæ pervenerant*.

Fr. I, 8. *Cimbricam prædam*] Alibi; *ne ſpolia veſtra penes illum ſint*. Unde non immerito Q. Aurelius apud *Plutarchum* p. 472. Εἰς ἀγορὰν ἐλθών, ἀναγινώσκων τοὺς προγεγραμμένους, εὑρὼν ἑαυτόν, Οἴμοι τάλας, εἶπε, διώκει με τὸ ἐν Ἀλβανῷ χωρίον. Idem etiam Syllæ vocem in auctione memorat p. 477. Δεινά γε, ὦ φίλοι πολῖται, τυραννικὰ πάσχω, εἰ τὰ ἐμά μοι λάφυρα διαθέσθαι μὴ ἔξεστιν, ὡς βούλομαι. Cæterum Ball. *qua* pro *quia quæro* &, *parta*, illud autem male; *parare* eſt *acquirere* vel *frui*. *Livius* xxvi, 34. *qui eorum trans Tiberim moti eſſent, ne ipſi poſterive eorum, uſpiam pararent haberentve, niſi in Vejente aut Sutrino Nepeſinove agro*. Supra, Ball. *eſſe* juris *reliqui aliud quam* ſolvere injuriam. Non adeo trita locutio. *Terent*. Adelph. II, I. *Tu quod te poſterius purges, hanc injuriam mihi nolle factum eſſe, hujus non faciam. Crede hoc, ego meum jus perſequar: Neque tu verbis ſolvas umquam quod mihi re maleficeris*. Hegeſippus iv, 2. *Facile eſt injuriam ſolvere ſi virtus ſe recognoſcat*. Ubi pro, *inconſultus impetus atque intractibus* Codex B. Pub. *inconditus*, recte. Reliqua ſunt ex *Taciti* Hiſt. III, 58. *J. W.*

I, 8. *Precio ſoluto, jure,*] pro, *quæ*

tum Ball. *quaſita*. verba hæc interpunctione mutata ſic accipio: atque illa, quæ tum ob metum illorum qui auctionem propoſuiſſent, ex proſcriptorum bonis ſub haſta mercatus ſum, tametſi pecuniam etiam numeraverim, jure dominis utcumque reſtituo. Quod vero ſpoliis civium auctus erat Lepidus teſtatur Orat. ſequente Philippus. *Ex rapinis conſulatum, ob ſeditionem provinciam cum exercitu adeptus eſt.* Paulo poſt. *An Lepidi mandata animos movent? qui placere ait, ſua cuique reddi, & aliena tenet.* Deinde: *peſſume omnium tibine egeſtas civium & luctus cura ſunt, cui nihil eſt domi niſi armis partum, aut per injuriam.* Confer *Plutarchum* in Sulla p. 473, 626. jure dominus opponitur vi & rapto domino: Nam vel eo modo contrahitur aliquale dominium, Horat. *tanquam ſit proprium cuiquam quod puncto mobilis horæ Nunc* prece *nunc* pretio, *nunc* vi *nunc* ſorte ſuprema *Permutet dominos & cedet in altera jura.* Et quanquam *quicquid emis poſſis dicere jure tuum*, tamen quod a non Domino, vel malo jure Dominis emtum eſt, idque ſciens volens, mala fide, jure bono Dominis reſtitui debet. nec pretium numeratum impedit quo minus illi κατ' ἐξοχὴν dicantur *jure Domini*. Qua forma habes apud Plautum *proterunt hoſtium copias* jure injuſtas. Apud *Trebellium* in Gallienis: *Vir ſanctus*, ac jure venerabilis. Noſter I, 13. *cum legatis adhuc* jure parentibus.

I, 8. *Rabie contracta*] Ita Balliol. & Editt. *Ciacconius* & *Pricæus* ad *Apuleium* p. 480. reponunt *contacti*. Male uterque. melius poſſem, *tabe contacti*, ut Catilin. XXXVIII. & Liv. II, 23. *Tanta vis morbi, atque uti tabes pleroſque civium animos invaſerat.* contrahere hoc loco pro *comparare*, aut concinnare ſibi noxam, quocum conſentit, *toleravimus*: ea nempe quæ rabies noſtra conflaverit, vel ex rabie noſtra contracta ſunt. Gloſſæ reddunt per συσπᾷ quod idem ſonat. *Homerus* Odyſſ. ω. Μὴ ἴομεν, μή πού τις ἐπίσπαστον κακὸν εὕρῃ. Epigr. Ἔχθραν ἐπεσπασάμην. *Plautus* Amphitr. III, 2. abſolute pro *crimen committere* uſus eſt: *Num mea ſit culpa, quod egomet contraxerim.* at Caſin. III, 3. pro conflare: *flagitium maximum feci miſer propter operam illius hirqui, improbi, edentuli*, qui hoc mihi contraxit. *Cicero* ad Quintum I. ſenſu Salluſtiano. *Ea moleſtiſſime ferre homines debent, quæ ipſorum* culpa contracta ſunt. Et, pro Cœlio: *moleſtias liberalitate ſua* contrahere. Livius v. *Tribuni quorum* temeritate bellum contractum *erat*. Vide etiam *Sueton.* Aug. XCVIII. Veſpaſ. IV. *Q. Septimium* II, 30. infra, *ut & facta in gloria numeret.* Mire hæc illuſtrat *Plutarchus* in Sylla p. 437. Confer etiam *Salluſtium* Jug. XXXIV. infra, *ut facta in gloria numeret*. De Philippo *Polybius* XV, 989. Εἰς τοιαύτην ἄνοιαν ἢ καὶ παρανομίαν τοῦ καθήκοντος ἧκεν, ὥστ' ἐφ' οἷς ἐχρῆν αἰσχύνεσθαι καθ' ὑπερβολὴν, ἐπὶ τούτοις ὡς καλοῖς σεμνύνεσθαι καὶ μεγαλαυχεῖν. J. W.

I, 9. *Nihil præter Tyrannum*] de Scæva egregie *Lucanus* VI, 257. *felix hoc nomine fama Si tibi durus Iber, aut ſi tibi terga dediſſet Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis. Infelix* quanta Dominum virtute *paraſti*. Supervacuum eſſet, tot erroribus ejus detectis, monuiſſe denuo *Criſpinum* in hoc loco interpretando aut nihil aut aliud agere. Hoc vult Auctor: *quum relegati in paludes & ſylvam, contumeliam ſimul atque invidiam ſuam, præmia univerſis debita, penes paucos ſatellites intellegerent.* Ita ſupra, *ſervitium ſuum mercedem dant*. Et, *plebis innoxiæ* patrias ſedes *occupavere pauci ſatellites*, mercedem ſcelerum. Quo ergo ſenſu ille? *contumeliam atque invidiam tantum eſſe pro ſe, præmia vero penes paucos.* Balliol. *Sylvas*. Verba illa & facta i. g. n. & ſ. l. a. ſ. agnoſcit *Diomedes*. J. W.

I, 10. *Agmine atque animis*] Plautus Aſin. II, 3. *ſiquidem hercle Æacidinis* minis animiſque *expletus* incedit. Eleganter Poeta Æn. IV, 414. *ſupplex animos ſummittere amori*. MS. Col. Jeſ. *animum* inſulſe. Vid. VII, 475. *Cic.* pro Murena §. 33. *Q. Septimium* III, 39.

agmen

agmen pro *impetu* apud *Juſtinum* XII, 9. *Virg. illi* agmine *certo Laocoonta petunt.* Q. Septimius III, 5. *At ubi Achilles contra tendit* &c. *Hector poſtquam ad ſe* agmine infeſto *tendi videt, cauſas odii recordatus, non ulterius* impetum viri experiri auſus, *ex acie ſubterfugit.* Infra. *ſecunda res m. ſ. u. o.* ita legit *Porphyrio* ad Horat. I. Epiſt. 18. Balliol. *miro.* locus ex *Demoſthene* hauſtus eſt. Eum adduximus in notis ad Jug. cap. LVII. Non longe abit illud *Antiphanis:* Ὁ πλῦτός ἐςι παρακάλυμμα τῶν κακῶν &c. ἡ πενία ἀφανής τι καὶ ταπεινόν. J. W.

I, 10. *Niſi forte ſpecie*] ita libri. Cl. Douza *ſpes eſt,* ingenioſe nec tamen vere, audacter dico, ut ut adſtipulatorem habeat *Criſpinum.* Auctoris mens, turbatior licet, hæc eſſe videtur. Cum contumeliam tantum atque invidiam, præmii nomine, reportaturus ſit victor exercitus; quare tanto impete atque ferocia partes agit nobilium? nempe in cauſſa eſt victoria & ſucceſſus, quæ mentes hominum tranſverſas agunt & imperatoris vitia obumbrant; niſi forte ſpecie pacis & concordiæ, per diverſæ factionis interitum componendæ Syllaturire dici queat. Infra, *jus judiciumque* recte, nam jus quandoque pro loco in quo iſtud redditur poni ſolet, teſte ad Phorm. V, 8, 3, *Donato.* Sed & Paulus lib. XIV. ad Sabin. Dig. I. Tit. I. §. XI. *Ubicumque Prætor ſalva majeſtate imperii ſui, ſalvoque more majorum, jus dicere conſtituit, is* locus *recte* jus appellatur. Atque hoc modo locutus Livius XXXVI, 39. *Niſi illi cogantur* in jus judiciumque *pop Romani.* Confer item XLI, 29. Verum ipſe per *jus judiciumque* intelligo, tam condendarum legum poteſtatem quam litium & criminum cognitionem. *J. W.*

I, 10. *Sanguinis cæde*] Paræi Edit. & Balliol. *mercede*, quod reponendum autumat *Douza*; ipſe ἐπέχω. *Sanguis* enim pro *neceſſitudinibus* ubique. *Projice tela manu ſanguis meus.* Confer *Apulejum* Met. IV, 71. & 69. Tibull. *Quicquid agit* ſanguis *eſt tamen illa* tuus. Ovid. nomina ſanguinis *odit,* Noſter III, 9. *Sed nec amplius* ſanguinem *veſtrum præbeatis cenſeo.* Et æque audacter apud *Ovidium* Met. XIII, & *Lucanum* VII, 168. *cædes cruenta* & apud *Manilium* 668. *Altera ſit* cædis cædes: apud *Propertium* ejus vincula rumpere: *Alphesibœa ſuos ulta eſt pro conjuge fratres,* Sanguinis *&* *chari* vincula rupit *amor.* Propius accedit *Naſo* Met. VIII, 62. *Melius ſine* cæde *moraque Impenſaque ſui poterit ſuperare* cruoris. & 444. *calidumque priori* Cæde *recalfecit conſorti* ſanguine *telum.* Ante *Heinſium* erat, *prioris.* Tacitus An. IV, 66. *ſuum* ſanguinem *perditum ibat.* Qui etiam Hiſt. IV, 17. huc ſpectare videtur: *miſeram ſervitutem falſo pacem vocarent.* Dein: *quid ſi Gallia jugum exuant? quantum in Italia reliquum? provinciarum* ſanguine, *provincias vinci.* Neſcio an ad amuſſim Salluſtianam exigenda ſint illa *Livii* II, 64. *pugnatum, ingenti* cæde *utrinque, plurimo* ſanguine. Damnat verba *ingenti cæde* quaſi inſititia Gronovius Pater. & ſane *cædes* pro ſanguine ſæpius. v. *Horat. Od.* II, I, 35. *Ovid.* Met. IV, 125. at Cl. Jac. Gronov. per *cæde*, occiſos, per *ſanguine*, vulneratos intelligit; at ejus rei nullum idoneum exemplum protulit, neque adeo potuit. *ſanguis* enim tam hos quam illos denotat. Poſſum, *ingenti cæde utriuſque ſanguinis,* vel, *cæde utrinque plurimi ſanguinis.* Sed nihil mutandum: ita enim I, 23. *ineamus aliquam viam, qua utri utris imperent,* ſine magna clade, ſine multo ſanguine utriuſque populi *decerni poſſit.* Utrumque ſervat alibi nequis alterutrum ex interprete putet II. *Pluſque ibi* ſanguinis *promiſcua omnium generum* cæde, *quam in ipſa dimicatione factum.*

I, 10. *Ducem & auctorem*] Evocationis formula, quæ non tam in puro pioque duello quam tumultu aut diſcrimine repentino uſurpata eſt. Vide *Donatum* ad Eunuch. IV, 7. *Servium* ad Æneid. VII, 694. & VIII, I. *Livius* XXXIV, 25. *clamitans, ut qui Remp. ſalvam vellent,* auctorem & ducem ſe libertatis ſequerentur. Formulam hanc ſed mancam habes apud *Florum* IX, I. & *Briſſonium* II,

Digitized by Google

pag. 271. infra: *bellum irritare.* Tacitus Hist. IV, 32. *Suspiciones militum irritavere.* Ibi Nonius Mercori, *cauſſa ſe nullos rati.* J. W.

I, 12. *Pro, Dii boni qui hunc urbem*] ita Codd. illud autem *qui* non ad deos imperii præſides, ſed *Patres* (quos infra orat obſecratque Philippus animadvertere) Criſpino referre placuit: unde vox *pro*, a ſequentibus *dii boni* plane ſejungitur, ut in illo Ovidii: *Oſcula*, dii magni! *trans mare digna peti.* Hoc eſt vel: *pro qui regitis*, & tum, contra L. Latinæ Canones, deerit Caſualis dictio quæ interjectionem ſequatur, vel, *pro dii boni, vobis dico qui regitis*, & tum ſententia languebit, ut ne pejus dicam. Præterea cur non idem tentet apud *Terent.* Adelph. III, 3. cujus verba, quia illi non male conveniunt, audiamus. *Pro Jupiter! hominis ſtultitiam.* Perge malis avibus ut fratrem tuum in eadem laude & palæſtra *Camum*, in te concites? lepidum inter pariſſimos interpretes certamen fore auguror: neque enim *compoſitus melius cum Bitho Bacchius.* In errorem te impulit vox *omiſſa* cujus ſenſum ignoraſſe videris, quod idem valet atque *remiſſa* apud Comicum. *Tibi proſpexi & ſtultitia tua. Ubi te vidi* animo eſſe omiſſo, *& ſuavia in præſentia Quæ eſſent prima habere neque conſulere in longitudinem*, i. e. *negligenti.* Omiſſa cura ergo idem ſonat ac *omiſſa debita cura*, quo ſenſu voce *remiſſa* uſus eſt *Tacitus* An. XIV, 23. ἐπικυρώσει Noſter ut alias *Quod utinam illum, cujus impio facinore in has miſerias projectus ſum, eadem hac ſimulantem videam: & aliquando aut apud vos, aut* apud deos Im. humanarum rerum cura oriatur. Quo etiam pacto *Livius* III, 56. *Deos tandem eſſe*, & non negligere humana *fremunt.* Attius Antig. *jamjam neque dii regunt. Neque profecto deum ſummus rex omnibus curat.* Tacitus An. XIV, 12. *Quæ adeo ſine cura deum eveniebant, ut multos poſt annos Nero imperium & ſcelera continuaverit.* Et Annal. XVI, 33. *Exutus omnibus fortunis Aſclepiodotus*, æquitate deum erga bona malaque documenta. *Plutarchus* in Sylla p. 456. Θεοὺς φαύλους τῶν ὑπερόπτων ποιοῦντες. Immerito hæc ob Chriſtianum nomen quaſi tum primum accidiſſe jactant Ethnici apud Arnobium I. *Ipſos etiam cælites* derelictis aris *ſolemnibus, quibus quondam ſolebant inviſere res noſtras, terrarum ab regionibus exterminatos*, & III, p. 106. *res perditas invenietis humanas*, & abjeciſſe clavum deos, *ſi modo illorum curam ſpectat, mortalium* regere *atque* adminiſtrare fortunas. Poteſt etiam alio torqueri hæc ſententia, ſi *curam* pro affectu accipias: quaſi iſti Vejoves pœnis quam ſaluti mortalium invigilent. Neque enim minus regunt qui ita invigilant, quemadmodum per prophetam D. O. M. Ἐγὼ ἐγρήγορα ἐπ' αὐτοὺς κακῶσαι ἐκ κακῶν. ὅπως &c. In hunc ſenſum *Tacitus* Hiſt. I, 3. *Nec enim unquam atrocioribus P. Rom. cladibus, magiſve juſtis judiciis approbatum eſt, non eſſe curæ deis ſecuritatem noſtram, eſſe ultionem.* Etiam Poeta: *Felix Roma quidem, civeſque habitura ſuperbos; Si libertatis ſuperis tam cura placeret, Quam vindicta placet.* Sed hæc opinor *Salluſtius* non ex animi ſententia dicit, ſed pro ea quam ſuſtinet perſona. En hominis mentem! VI, 59. *Namque mihi pro vero conſtat, omnium mortalium vitam divino numine inviſi: neque bonum neque malum facinus cujuſquam pro nihilo haberi: ſed ex natura, diverſa præmia, bonos maloſque ſequi. Interea forte ea tardius procedunt: ſuus cuique animus ex conſcientia ſpem præbet.* Pricæus ex Conjectura *ſortedum*, at ille ſurdo canit.

I, 12. *Deliberari non poteſt.*] Hoc eſt, qui pejor an ignavior eſſe ſtatuam, neſcio. Idem valet ac *decernere, certum habere apud animum ſuum, conſulere alium*, & rarius, *dubitare.* Gloſſæ *deliberat* διχογνωμονεῖ, βουλεύεται, διαπορεῖ. Cicero III. Verrin. *Iſte certe ſtatuerat ac deliberaverat non adeſſe.* &, VII, *Verrin.* Certum eſt deliberatumq;. etiam pro *dubitare*, haerere apud *Livium* VII, 35. *Neque enim meneatis, ut abeatis hinc deliberari poteſt quum &c. nihil vobis fortuna reliqui fecerit:*

ceris: fameque ac ſui moriendum ſit. Juſtinus XLII, 4. *quem ultorem patris &c. futurum non dubitabant.* Ita quidem editi, ſed Codex B, Pub. & tres Bongarſii rectius *deliberabant*, quo infra utitur v, 8. *M. Felix* pag. 333. *Eos autem merito torqueri, qui Deum neſciunt, ut impios, ut injuſtos,* nemo deliberat. Quare immerito damnat hoc verbum Anna ad *Q. Septimium* 1, 22. *Interim deliberantibus cunctis, quidnam & ubi eſſet, quod immolari juberetur.* Poſtremo, *alium conſulere* denotat. *C. Nepos* 1, 1. *Delecti Delphos* deliberatum *miſſi ſunt,* qui conſulerent Apollinem, *quo potiſſimum duce uteretur.* Voces, *qui conſulerent Apollinem*, ex interprete eſſe, qui minus intellegebat vim τȣ͂ *deliberant*, quo minus dubitem, auctor ipſe facit qui ita init 11, 2. *Miſerunt Delphos conſultum quidnam facerent de rebus ſuis. Deliberantibus Pythia reſpondit, ut mœnibus ligneis ſe munirent. Auctor* Alexandridos ined. in Præfat. *Tandem apud me* deliberatum eſt, *te in lucem eſſe proferendam.* Quod Philippum ſpectat, arguit ille hoc loco poſtremiſſimæ patientiæ Patres quod injurias, vel ab ignaviſſimo, pati ſuſtinerent. Non abſimiliter Britanni apud *Tacitum* in Agric. *In prœlio, fortiorem eſſe qui ſpoliet: nunc ab ignavis plerumque & imbellibus eripi domos, abſtrahi liberos, injungi delectus, tamquam mori tantum pro patria neſcientibus.* J. W.

1, 12. *Se e contemto metuendum*] Ita Codd. quos firmat *Tacitus* An. 1, 74. *Dedit exemplum, quod ſecuti, ex pauperibus divites, ex contemtis metuendi, perniciem aliis, ac poſtremum ſibi, invenere.* Modum loquendi ſervat noſter Cat. IV, *ex pulcherrima peſſima ac flagitioſiſſima facta,* Jug. v. & alibi. Excerpta ex *Polybio* pag. 1378. Ἐξ ἐλαχίστης τῆς βασιλείας ἐνδοξοτάτην καὶ μεγίστην Μακεδόνων ἀρχὴν κατασκευάσαντα. Supra, *exercitum opprimundæ libertatis*, omiſſa *cauſſa* eleganter. *Columella* de Arbor. cap. v. *alteram quam vitis conſtituendæ* cauſſa *ſubmittas, alteram ſubſidio habeas.* Codex Arondel. recte omittit *cauſſa*. Livius 11, 22. *tuendæ maritimæ oræ.* Sic Codex Cantab. infra, *Quid ille ob benefacta.* Plaut. *id ſi parate curavi ut caverem; Tum hoc mihi indecore, inique, immodeſte Datis dii! nam quid habebunt ſibi igitur impii Poſthac, ſi ad hunc modum eſt innoxiis honor apud vos?* J. W.

1, 12. *Muſſantes*] v. indicem. A Græco Μύζω eſſe videtur. *Menander:* Ἢ μὴ γαμεῖν γάρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν, Μύσαντα πολλὴν προῖκα, καὶ γυναῖκα δεῖ. Muſſantium morem egregie exprimit *Lucanus* 1, 247. *Et tacito mutos volvunt ſub pectore queſtus.* Dein. *gemitu ſic quiſque* latenti, *Non auſus timuiſſe palam: vox nulla dolori Credita: ſed quantum, volucres cum bruma coercet Rura, ſilent, mediuſque jacet ſine murmure pontus, Tanta quies.* Neque prorſus male *Claudian.* Ruff. 1. *dejecerat amens* Occultis *odiis terror,* tacitique *ſepultos, Suſpirant* gemitus *indignarique verentur.* Infra, *vatum carminibus.* Thucyd. v, 103. Μηδὲ ὁμοιωθῆναι τοῖς πολλοῖς, οἷς παρὸν ἀνθρωπείως ἔτι σώζεσθαι, ἐπειδὰν πιεζομένους αὐτοὺς ἐπιλείπωσιν αἱ φανεραὶ ἐλπίδες, ἐπὶ τὰς ἀφανεῖς καθίστανται, ΜΑΝΤΙΚΗΝ τε καὶ Χρησμοὺς, καὶ ὅσα τοιαῦτα μετ' ἐλπίδων λυμαίνεται. Infra: *quippe metu pacem repetentes quo habitam amiſerant.* Livius alicubi: *pari metu repetentes quo primitus amiſerant pacem: æque ſegnes in repetendo atque in tuendo.* J. W.

1, 13. *Nemo non diurna mercede*] ita Libri, ſuſpicabar *diurnis*, nam *diurna*, pro *dimenſa* quæ ſervis in diem exhibentur, uſus eſt *Seneca* Ep. LXXXI. *Diurnum accipit, in centunculo dormit.* Atque ita, ſed alio ſenſu, *Tacitus* An. XVI. Ita etiam Græci ſuum ἡμερήσιον. *Plutarchus* alicubi, ἡμερησία ζωή. Et *Suetonius* Calig. XI. adjungit *quæſtibus*. Ex *gerulorum* diurnis quæſtibus *pars octava*; & *victum* Ner. XXXVI. *alios* diurnum victum *prohibitos quærere*. Qui *diurna* pro *in diem* poſuit Ner. XXX. *mercedem* vero retinet *Ambroſius* Epiſt. VI. *ſicut mercenarius* diurnam mercedem *quærere*. Claudian. de B. Gild. *gaudetque* diurnos *ut famulis præbere* cibos. *Corippus*. Vix nobis

bis vitæ *conſtant alimenta* diurnæ *Affictis, quæ longa dies longoque labore Sors quærit, parvoſque cibos ſub nocte reponit.* Et alibi: *Qui nec cauda rei* cultu *eſt ornanda* diurno. Noſter *Catilin.* XLIX. *Plebes &c. cui omnes copia* in uſu quotidiano *erant.* J. W.

1, 14. *Exercitu rurſus admoto*] illud *rurſus* pertinet tantum ad vocem *admoto*, non autem ad ea quæ ſequuntur: *ferro atque flamma urbem invadat.* Et certum eſt ex hac ipſa oratione, Lepidum, antea exercitum opprimundæ libertatis habuiſſe. *Equidem a principio, cum Etruriam conjurare, proſcriptos acerſiri* &c. deinde: *At tum erat Lepidus latro, cum calonibus & paucis ſicariis.* Ball. pro *tum* legit, *tamen.* Et hoc eſt quod ait, *privata arma cepiſſe*, nempe quia non erat cum imperio & legatis jure parentibus. Quo loco Balliol. pro *videbant* habet, *ajebant.* Quod ſi Lepidus numquam antea duxaſſet exercitum, tamen illud *rurſus* æque competeret ejus militibus, imo de iis uſurpat Auctor infra: *Agite, uti lubet; parate vobis Cethegi, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas & incendia inſtaurare cupiunt:* & rurſum advorſum *deos penates armare.* J. W.

1, 14. *Quod multo propius eſt ab eo*] Ball. om. *ego*, & *contactu*, male utrumque. Qui hunc locum abſque meliorum Codd. ope in integrum reſtituere ſperat, ille οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως βέλτιον ἐλπίζει. Senſus tamen eſſe videtur hujuſmodi. An expectatis dum ferro atque flamma urbem invadat? quod multo (urbi) propius eſt ut accidat a mala Patrum adminiſtratione quam (eidem prope eſt) ex pace & concordia, quæ nomina ſceleri ſuo indidit (ire) ad arma civilia: i. e. *ire adverſus* arma civilia: quæ ille advorſum divina & humana omnia cepit. vel, *ire ad* i. e. in *arma.* J. Waſſe.

1, 15. *Quaſi fulmen*] Optare tantum ne attingat fulmen, nec fuga aut tecto prohibere, credo, *amentium* vocat, quia cœlitus tangendi ſunt divinitus amentes. Ex Tageticis libris. *Ammian.* XVII, 12. *Vejovis fulmine mox tangendos adeo hebetari, ut nec tonitrum nec majores aliquos poſſint audire fragores.* Iiſque alludit XIV, 11. *Utque manum injectantibus fatis hebetari ſenſus hominum & obtundi.* Corrige obiter *Auguſtinum* Ep. XXI. pro *Orpheicis atque Ageticis* lege *Tageticis.* Plinius Hiſt. nat. XI, 54. *Quati prius omne & afflari quam percuti: nec unquam tangi, qui prior viderit fulmen, aut tonitru audierit.* De Turno *Virgilius. Sed neque currentem* ſe nec cognoſcit euntem, *Tollentemve manu, ſaxumve immane moventem,* Quod Cerdanus aliique ad timorem male referunt. Hos ſequitur *Statius* Theb. II, 564. ſtupet *obvia letho Turba ſuperſtantem, atque emiſſi turbine montis Obruitur.* Et IX, 850. *urgent præſagia mille Funeris, & nigra præcedunt* nubila *mortis.* infra: *Jam nox ita ſubit, lethi ſed nuncius* horror. &, 470. *Qui tremor illicita* cœli de lampade tactos, *Hic fixit juvenem, pariterque horrore ſub uno Vox, acies, ſanguiſque perit.* Præivit in his, ut aliis fere omnibus, divinus poeta Iliad. XVI. Στριφθῆναι δέ οἱ ὄσσε &c. Τὸν δ' Ἄτη φρένας εἷλε, λύθεν δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα. Certe *Quinto Smyrnæo* qui I, 588. πεδηθομένης μάκαρες φρένας ἐξείλοντο Καὶ νόον, ὄφρα σε χεῖρες ἀμαλδύνοι ἀμφιχέωνται. Noſter autem *Demoſthenem* ſequi mihi videtur, III Philip. p. 48. Ἀλλ' ὅμως ταῦθ' ὁρῶντες οἱ Ἕλληνες ἀνέχονται· καὶ τὸν τρόπον, ὅνπερ οἱ τὴν χάλαζαν, ἔμοιγε δοκοῦσι θεωρεῖν· εὐχόμενοι μὴ καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστοι γενέσθαι, κωλύειν δ' οὐδεὶς ἐπιχειρῶν. *Ambroſius* ad Theodoſ. V. Ep. 29. *Ego ipſum uſurpatorem imperii ita vinxi, ac mentem ejus ligavi, ut cum haberet adhuc fugiendi copiam, tamen cum omnibus ſuis, tanquam metuens, ne quis tibi periret, ipſe ſe clauderet.* J. W.

1, 15. *Adeuntem negat*] *Adeptam* reponit *Criſpinus* contra Libb. utrumque, abeſt Ball. nec male, *reddere conſulatum* hoc eſt, vel *reddere rationem rerum in eo geſtarum*, vel quod potius cenſeo *abdicare ſe Conſulatu*: & reddere con-

nem

nem illam poteſtatem quam a plebe accepit. Quo ſenſu *Tacitus* An. iv, 9. de Tiberio: *ad vana & totiens irriſa revolutus*, de reddenda Repub. *atque conſules, ſeu quis alius regimen ſuſciperent.* Supra, pro *ſocordia* Ball. *ſecordia*. infra. *plebei Trib. poteſtatem* legit Priſcian. pag. 704.

i, 16. *Legatos & decreta paratis*] Demoſthenes Philip. I. p. 18. ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσητε, ἵνα μὴ μόνον τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. Infra: *quanto avidius pacem petieritis.* Livius e contra vi, 18. *Oſtendite modo bellum, pacem habebitis: videant vos paratos ad vim jus ipſi remittent.* Voces, *præſidia deducta atque impoſita* exulant Balliol. infra: *nam qui turbas* hoc eſt: *nam is qui dicit*, vel, *quicumque dicit*.

i, 17. *Decus, atque ordines*] Ἓν διὰ δυοῖν. Propert. iv, 5. *Ante Phrygem Æneam* collis & herba *fuit*. Virgil. etiam xi. *volat igneus æquore Tarchon* Arma virumque *ferens*

i, 17. *Augete ingenium viris fortibus*] ita Balliol. *Douza* ingenioſe & latine *imperium*, quod aliter accipit Criſpinus pro ſuprema nempe poteſtate qua extra ordinem muniti erant, ut providerent, ne quid Reſp. detrimenti caperet. Favet *Tacitus* An. vii. *Tib. Neronem & Cl. Druſum privignos* imperatoriis nominibus auxit & *Vopiſc.* Prob. iv. ut ejus dignitas incrementis juvetur. Verum, Appio Claudio interrege Q. Catulo Procos. cauſſa non erat cur imperium augerent. Neque aliter potuiſſent quam ſi Appium Dictatorem dixiſſent. *Ingenium* pro *indole* aut *ingenita vi*, ſæpe. Liv. ſemper *augere animos alicui*. Vid. Gronov. ad vii, 7. Noſter Jug. *alii bonum* ingenium *contumelia accenſum eſſe*. &, *inter artis bonas integrum* ingenium *brevi* adolevit. *Opprimere* ingenia *Tacitus* Ag. III. Quod ſi *imperium* malis, Douzæ mente accipias neceſſe eſt.

i, 18. *Senior neque minus gravis*] Livius ii, 43. *Eo anno non* ſegnior diſcordia *domi*. Huc etiam ſpectat *Hegeſippus* i, 29. *illum jamdudum ſuſpectantem inſidias Barbarorum*, gravis *ad cavendum* cura exercebat. Ubi Codex B. Pub. omittit, *gradu*. Infra, *commori hoſtibus*. Idem i, 17. *præclarum potius opus* muneri commori pio. Hac voce uſi *Plautus, Plinius* N. Hiſt. *Ulpianus*. Pro, *oppidum obſidium cepit* Gruteri Edit.

i, 18. *Animo, neque auribus, aut lingua competere.*] Thucyd. pag. 83, 5. Τῶν δ' ἡ ἐπιστήμη, ἣν μάλιστα φοβεῖσθε, ἀνδρείαν μὲν ἔχουσα, καὶ μνήμην ἕξει ἐν τῷ δεινῷ ἐπιτελεῖν ἃ ἔμαθεν, ἄνευ δὲ εὐψυχίας οὐδεμία τέχνη πρὸς τοὺς κινδύνους ἰσχύει. Φόβος γὰρ μνήμην ἐκπλήσσει. Alludit opinor, *Ammianus* xv, 5. *Cumque nulli ad eligendum quid agi deberet*, mens ſuppetere *poſſet aut* lingua. Liv. *lingua non ſuppetebat libertati animoque*. Tacitus An. iii, 67. *proprio in metu, qui exercitam quoque eloquentiam debilitat*. Noſter vi, 10. *Septimium* neque animo neque lingua *ſatis compotem*.

i, 19. *Sanctus aliter*] Noſter apud *Servium* vi, 22. *Sanctus alia*. Hegeſippus v, 16. Sanctus cæterum, *& ideo raptus ne &c.* MS. *cætera, vilitas* &, *vilitatem* pro *utilitas* &, *utilitatem* recte. Tacitus Ag. xvi. *Hic cum* egregius cætera, *arroganter in deditos conſuleret*. Ammian. xv, 13. *prudens alia*, pro *Dyrrachium* al. *brachium* inquit Paræus.

i, 20. *Furta belli*] Thucyd. v, 9. Τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστην δόξαν ἔχει, & *Ammian.* furtum ſimpliciter, quomodo de Euryalo *Virgil.* ix, 350. *hic* furto *fervidus inſtat*. Ubi *Ruæo* aqua hæret. *Ambroſius* Ep. ii, 7. *quoniam dux Cautior novit* excurſus *Cavere* latrocinantium, *& quædam* furta belli. *Hegeſip.* i, 30. *Vir* ad furta belli peridoneus *Herodes*. &, i, 32. *Ut ſe habent* furta belli. & *Frontin.* 216, i. *Silvius* xvii, 91. armorum furta. Tranſtulit *Hieronymus* ad artem Notariorum Ep. xlvii, *ut notariorum manus lingua præcurreret, & ſigna ac* furta verborum *volubilitas ſermonum obrueret*.

i, 21. *Furtivaque celeritate*] Lipſius Quæſt. Epiſt. iv, 14. legit, *in Mauritaniam*

niam, &, *furtim abiit, celeritate vitare prœlium in tranſcurſu conatus.* Supra: *multos dies reſtantem.* Ita locuti *Liv.* VI, 30, 32, & *Q. Septimius* IV, 2. *J. W.*

I, 21. *Progreſſa, nimio ſimul & incerto onere.*] Ita fere *Cato*, apud quem *naves ambulare* dicuntur, apud *Lucretium* vocem gradiri. *Ariſtoteles* N. Hiſt. III, 27. de pedibus carentibus. Εἶτα προελθόντα εἰς τὴν εὐρυχωρίαν, ζῶα γίνεται ἐκ τ᾽ ᾠῶν. Quod noſter voce *incerto* & ipſe VI, 20. & alii v. *dubio* ſolent efferre. *Statius* I. Theb. 193. Qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus, Vela trahunt, nutat mediæ fortuna carinæ. Confer I. Theb. 119. ubi *Lactantius* dubium Oeten dici ait, quia incertum eſt, utrum Theſſaliæ an Thraciæ ſit. Imo potius, quod prona eſt in utramque regionem & ἀμφιρρεπής. Unde caſum minantur hinc inde, *Et* (quod ipſe alibi) *ſimulant feſſos curvata cacumina ſomnos.* Eodem ſignificatu *vacillare* apud *Eumenium* in Paneg. VII, 12: *quanquam adhuc ſub priſtina ſarcina vacillemus.*

I, 22. *In murum attollitur*] De hac re v. *Plutarchum* in Sertorio pag. 575. Idem de Conſtantio *Eutropius* IX, 23. Confer Cl. *Perizonium* Animadv. Hiſt. cap. X. infra: *Sanguine fœdarentur.* Virg. *patrios* fœdaſti ſanguine *vultus.*

LIB. II.

II, 1. *Facie veſtigii humani*] veſtigium ima pars pedis, & quælibet corporis impreſſio. *Columella* IV, 7. ubi putationem per falcem, dicit eſſe noxiam. *Neque enim eatenus plaga conſiſtit qua veſtigium fecit acies.* Codex Arond. *fixit*, at *Cic.* & *Virg.* receptam lectionem tuentur. *Claudian* de B. Gild. 507. pro *facie* habet *ſpecie* ineleganter. *Humana in* ſpeciem plantæ *ſe magna figurat Inſula, Sardoam veteres dixere Coloni.* Manilius IV, 629. *Sardiniam in Libyco ſignat* veſtigia plantæ. *Silius* XII, 355. *Inſula fluctiſono circumvallata profundo Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite, terras Enormes cohibet* nudæ ſub imagine plantæ: *Inde* Ichnuſa *prius Graiis memorata colonis, Mox Libyci Sardus generoſo ſanguine fidens Herculis, ex ſeſe mutavit nomina terræ.* de Sardo vide N. Heinſium ad *Claudian.* B. Gild. 507. Cui adde *M. Capellam* VI, & *Dionyſium* 467. dicta eſt olim *Sandaliatis.*

II, 2. *Copiis integra*] Noſter VI, 4. *Fama & fortunis* integer. Oppon. Saucius confectis, victis. *Hegeſip.* I, 34. *quum* integrum *Antonium non deſeruerim*, victum *non refugi.* MS. B. Pub. pro *quum* habet *Qui.*

II, 3. *Tauro parata*] Donatus Edit. Froben. 1592. *parita.* Neſcio an ad Paſiphaen ſpectet auctor, ſi ita: legendum, *pavita ſit*, ſin minus, ad Lucullum refer, qui taurum Ἐυφεάτη διαβατήρια ἔθυσε, notante *Plutarcho* p. 507.

II, 5. *Fames brevi fatigabat*] Confer *Plutarchum* in Lucull. 498. infra *gaddir.* Confer *Avienum* p. 163. ubi pro *linea* legendum omnino: *Inter & oppoſitas intendite lintea terras.* Plin. IV, 222. *Timæus Cotinuſſam apud eos vocatam ait: noſtri Tarteſſum appellant*, Pœni Gadir, *ita punica lingua ſepem ſignificante.* Adde *Strabonem* p. 57. infra, *ea continentia vir gravis*, pertinet fortaſſe hoc ad Sertorium, de quo *Plutarchus* in fine ejus vitæ.

II, 6. *Hiſtrionis vix ſani*] Pricæus ex conjectura, *veſani.* de v. *Barbulei* adi Menagii Origines Linguæ Gallicæ p. 78. infra, *audaciter.* Ita ſemel *Plautus* Pſeud. II, 4. *Livius* XXII, 25. *Seneca* Controv. XX. & de Provid. IV. De hac voce habes *Quintiliani* judicium I, 6.

Graves cariqué] Virg. *pietate gravem ac meritis*, hoc eſt, auctoritatis ſummæ. Iſidorus, *venerabilis, unde & contemtibiles leves dicimus.* Quæ ſunt verba *Servii* ad locum ſupra dictum. Pergit ille: *pro conſilio & conſtantia dicitur, quia non levi motu diſſilit, ſed ſida conſtantia gravitate conſiſtit*, quid illud ſodes

des fida gravitas? reſcribe cum MS. Cod. *fixa.* J. W.

11, 7. *Machinato ſtrepitu*] Sic 11, 5. *cœna regis* machinata fames. *Hegeſippus* 1, 30. *Poſtea vero hujuſmodi commento uſus, ut in modum arcarum,* machinato munimine, *validiſſimas quoſque includeret.* Codex C.C.C. *molimine.* Totum hoc fragmentum pertinet ad Metellum ob fuſum Sertorium exultantem; rem ita narrat, *Plutarchus* in Sertorio pag. 579. Ἐπεὶ δὲ νικήσας ποτὲ μάχῃ τὸν Σερτώριον, οὕτως ἐπήρθη, καὶ τὴν εὐτυχίαν ἠγάπησεν, ὥστε Αὐτοκράτορα ἀναγορευθῆναι. Θυσίαις δ' αὐτὸν αἱ πόλεις ἐπιφοιτῶντα καὶ βωμοῖς ἐδέχοντο· λέγεται δὲ καὶ στεφάνων ἀναδέσεις προσίεσθαι, καὶ δείπνων σοβαρωτέρων ὑποδοχὰς, ἐν οἷς ἐσθῆτα θριαμβικὴν ἔχων ἔπινε, καὶ νίκας πεποιημένας δι' ὀργάνων ἐπιδρόμων Χρύσεα τρόπαια καὶ στεφάνους διαφέρουσας κατήγοντο, καὶ Χοροὶ παίδων καὶ γυναικῶν ἐπινικίους ὕμνους ᾖδον εἰς αὐτόν. De hoc more Idem in Sylla hæc habet pag. 458. Νίκην στεφανηφόρον καθιεμένην ὑπὸ τῶν Περγαμηνῶν ἐπ' αὐτὸν, ἔκ τινων ὀργάνων ἄνωθεν ὅσον οὔπω τῆς κεφαλῆς ψαύουσαν συντριβῆναι, καὶ τὸν στέφανον πεσόντα περὶ τὸ θέατρον φέρεσθαι χαμᾶζε διαθρυπτόμενον. Coronæ aureæ in conviviis regibus eſſe propriæ ait *Polybius* Hiſt. xv. pag. 999. Ariſtomenes Πρῶτος ἐπὶ δεῖπνον καλέσας τὸν Ἀγαθοκλέα χρυσοῦν στέφανον ἀνέδωκε μόνῳ τῶν παρόντων· ὃ τοῖς βασιλεῦσιν αὐτοῖς ἔθος ἐστὶ μόνοις συγχωρεῖσθαι. Confer *Vitruvium* v, 7. & *Philand.* p. 397, 20. Hæc a provincialibus Procoſſ. deferri indignati ſunt veteres, & tamen eadem vel etiam majora S.P.Q.R. uni Mario præſtitit. *Seneca* de benef. 111, 18. Cæterum de ædium exornatione Idem Ep. LXVII. *Quid? tu exiſtimas ea tantum optabilia eſſe, quæ per voluptatem & otium veniunt? quæ excipiuntur* foribus ornatis? & infra: *Cape quantum debes virtutis pulcherrimæ ac magnificentiſſimæ ſpeciem, quæ nobis non ſertis ſed ſudore & ſanguine colenda eſt.* Codex B. Pub. *non thure nec ſertis,* bene. Eas enim intelligit voluptates quæ non gratulantium cœtu ſed adorantium venerantiumque celebrantur, thus vero colentis, & τῷ *ſudore* reſpondit. Præterea thus & ædium ornatus conjungi ſolent. *Juvenal.* XII, 89. *Hic noſtrum placabo Jovem, laribuſque paternis* Tura *dabo. atque omnes* violæ jactabo colores, *Cuncta nitent, longos erexit janua ramos.* Xiphilinus de reditu Neronis. Πάσης μὲν τῆς πόλεως ἐστεφανωμένης καὶ λυχνοκαυτούσης καὶ θυμιώσης. Adde *Cic.* 111 Offic. *Sueton.* Aug. 35, 98. Galb. 18. Cæſarem B.G. VIII, 51.

11, 8. *Quæſitiſſima epulæ*] pro *exquiſitiſſima* eleganter. *Tacitus* 11 An. *Excepere Græci* quæſitiſſimis honoribus. *Afranius* Vopiſco. *Jucunditatis plus ineſt in te mihi, Quam commercatis* conquæſite *ædibus.* Hegeſippus *exquiſito* maluit 1, 35. ubi MSS. *exædificavit.* Mamertinus in Paneg. XI. *quum* quæſitiſſimæ dapes *non guſtu, ſed difficultatibus æſtimarentur, miracula avium, longinqui maris piſces.* Ariſtoxenus in Architæ vita. Ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐμπίπλαται τῶν χειρουργικῶν ἡδονῶν κἂν ὦσι σφόδρα διηκριβωμέναι. *Muliebre ſecus*] atque ita forte legendum apud *D. Hieronymum* vita Hilar. pro *muliebris ſexus.*

11, 8. *Vice pecorum*] *Q. Septimius* v. 13. *Trepidantes ac* vice pecorum *interficiuntur.* Hegeſippus IV, 11. *quamvis exercitus ejus* more pecorum obtruncaretur. Vegetius 1, 21. *quo ſe recipiant non habent,* & more animalium *multi cadunt.* Forte legendum *inulti,* ut 111, 1.

11, 8. *In brachium tela venirent*] pro *cadere* vel, *pertingere ad.* Eleganter. *Cicero* Tuſc. 11. *Pugiles vero* &c. *Sed quia perfundenda voce omne corpus intenditur,* venitque plaga *vehementior.* Ovid. Triſt. v, 10. *Sæpe intra muros clauſis* venientia *portis Per medias legimus noxia tela vias.* Vide *Vegetium* VI, 20. Non diſſimili ſenſu *venire ad terram* apud Virgil. Æneid. IX, 543. *Semineces ad terram, immani mole ſecuta, Confixique ſuis telis, & pectora duro Transfoſſi ligno,* veniunt. Æn. v, 500. ſagitta *Hyrtacida juvenis volucres diverberat auras,* Et venit, *adverſique infigitur arbore mali* IX, 632. *fugit horrendum ſtridens elapſa* ſagitta, perque

caput *Romuli* venit. Ita fere Ἴκελοι Græci. *Q. Smyrnæus* vii, 595. Οὐ μὴν ἐὸν βέλος κείνῳ χεῖρα καλὸν Ἴκελοι Πόλλων βαλλομένων.

ii, 10. *Incognita tendere*] Servius *Danielis* habet *incognita tenere*. Forte legendum *incondite*.

Lib. III.

iii, 1. *In occultam fugam*] Ita *Silius* vii, 67. Supra lib. i. *furtiva celeritate*. Virgilius. Æn. iv. *Nec ego* hunc abſcondere furto *Speravi*, *ne finge*, fugam.

iii, 1. *Dedecores inultique*] Huc ſpectat *Hegeſip.* v, 34. Dedecores *atque* inulti, *ſicut pecora trucidabantur* & v, 27. Dedecores inultique *referemus gradum*. *Q. Septim* v, 12. *fœde atque* inultos *obtruncavere*. Vox *dedecores* addenda Stephano. Supra: *madore infirmarentur*] Huc ſpectat *Ammianus* xx, 6. *Vicit tamen omne prohibendi commentum acumen arietis, coagmenta fodiens lapidum recens ſtructorum*, madoreque etiam tum infirmium. &, xxx, 1. *infirmati periculoſo* madore. Uſus item *Apulejus* Mileſ. vii. pag. 144.

iii, 1. *Diuturnitatem uſus*] Unde *Ammianus* xvii, 8. *frumentum* ad uſus diuturnitatem *excoctum*. E contra, *Tacitus* An. ii, 81. *tela* ad ſubitum uſum *properata*. &, præſentem iv, 16. infra iii, 2. Ball. *tot* pro *totiens*. & omittit, *a vobis*.

iii, 2. *Fame miſerrima omnium morte*] ita recte emendat *Rivius*. Cui favet Codex Balliol. etiam *Ammianus* xxv, 7. *Furebat inedia iraque percitus miles, ferro properans, quam* fame ignaviſſimo genere mortis *abſumi*, al. *inaniſſimo*. Idem xvii. fame ignaviſſimo mortis genere *tabeſcentes*. Forte *immaniſſimo* xix. *Famem ultimum malorum omnium appellat* extremum miſeriarum *Eugraphius* a i Heaut. v, 2. *Ammian.* xvii, 9. *cum* ultimis hoſtium fatis *inſtamus*, fame &c. alicubi ignobile *mortis genus vocat*. Et *diram mortem* Seneca. *Apulejus* Metam. ix, p. 188. *carcerem & perpetua vincula*, famem *denique & mortem violentam comminatus* al. *violentam & famem com.* fortaſſe, *denique mortem* deleta copula. nam libb. variant (Oxon. *defamem* Flor. *& defamem*) vel in *aut* mutata. *Quintilianus* Decl. xiii. *Adeo neque apud Inferos quidem* ulla pœna *eſt* fame gravior. Infra vocatur: *duriſſima neceſſitatum, malorum deformiſſima*. Vide *Servium* ad Æneid. vi, 605. *Columella* de Re Ruſt. ii, 2. *Nam ille mortem facit, hic* teterrimam comitem mortis famem. *Dein* citat Homerica illa, ex Odyſſ. xii. Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι, Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν. Cui adde illud Odyſſ. vii. Οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο. *Livium* xxvii. Fame *ac frigore, quæ* miſerrima mortis genera *ſunt*. *Senecam* de Brev. vit. xviii. *Dionyſium Halicarn* vi, 7. Κάκιστον τῶν μόρων ὁ κακοδαιμονέστατος λιμός. Unde nec immerito noſter alibi, *ſin vis obſiſtat, ferro quam* fame *æquius perituros*. Et, *Claudian* de B. Gild. 128. *Cuncta fame leviora mihi*. Poſtremo, *Hegeſippus* i, 2. *qui prope uſque ad mortem ſuprema* fame *compellerentur*. Codex C. C. C. *ſupremam*. equidem ſic malim: *mortem miſerrimam famem*.

iii, 3. *Majore ſtudio quam conſilio*] Livius v, 18. *dum bellum* majore animo *gerunt* quam conſilio, *præcipitavere in inſidias*. viii, 29. *Vicit tamen pars, quæ in præſentia videri potuit*, majoris animi quam conſilii. Valer. iii, 9. *ad idem tempus aggrediendum* majore cupiditate *quam ſpe certiore tentare auſus*.

iii, 3. *In cervicibus Italiæ*] Ita *Livius*, xxii, 33, 38. *Hegeſippus* i, 20. Tacit. Hiſt. i, 16. quo ſenſu *Demoſthenes* ἐπιτειχίζειν, uſurpat. Noſter alibi: *hoſtis ab latere, ſupra caput, a tergo*. Et, bellum *in manibus*. Et ejuſmodi ſexcenta. Ball. omittit *quidam* non male, legit *Indigetes* pro *Ilergetum*.

iii, 3. *Pro quis o grati*] Confer omnino *Capitolinum* in Clodio xii. Et corrige *Hegeſippum* pag. 640. *pro quibus o grati ſocii*. MS. *pro quis*.

iii, 4. *Ultro nobis ſumtui*] quas dum in noſtros uſus ſervandas judicamus, nobis ſunt oneri. Ecce vim vocis *ultro*. Criſpine Καὶ πῶς ἐγὼ περὶ τοῦ τι μᾶλ-

μᾶλ

πελλὸν ἢ καὶ ἀνύσας Μίμναρμ'. Hiſpaniam ad internecionem vaſtarimus; præter maritimas civitates, quæ *viceverſa*, *e contrario*, contra atque facere debent, vel, *non ſatis habentes nihil ſubminiſtrare*, ipſæ inſuper nobis ſumtui onerique. Noſtrates *over and above*. Græci ἔτι δὲ. Περαιτέρω. Πρὸς τούτοις προσέτι. Virg. *His lachrimis vitam damus*, & miſereſcimus ultro. Terent. Adelph. *Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant, Sibi fieri injuriam* ultro, *ſi quam fecere ipſi expoſtulant, Et* ultro *accuſant.* Prave & perverſe inquit *Donatus*. Imo, *inſuper*, non contenti injuriam facere hoc amplius addunt, ipſi nempe expoſtulant. Plautus Amph. II, I, 39. *Qui, quoniam herus quod imperavit, neglexiſti perſequi, Nunc venis etiam* ultro *irriſum dominum.* Quid heic Operarius? *qui venis nunc etiam* ultro. Sic Solet. Aſin. III, I, 20. *Quoties te vetui Argyrippum &c. Compellare, aut contrectare, colloquive aut contui?* Ultro *amas*, ultro *expeteſſis*, ultro *ad te arceſſi jubes*, tantum abeſt ut ne compelles, ut, e contra, vel, eouſque a te deventum eſt, ut etiam ames.

III, 4. *In Italiam tranſgredietur*] ita Edit. Gruteri, Paræi, Carrionis. Verum Pariſiis & Amſtelodami 1674. & 1675. cuſi, & Codex Balliol. *tranſgreditur*, quod melius eſt. De hac re ita *Plutarch.* in Sertorio p. 579. Πομπήϊος δὲ περὶ Βακκαίους διαχειμάσας μοχθηρῶς ὑπὸ ἀχρηματίας γράφειν πρὸς τὴν Σύγκλητον, ὡς ἀπάξει τὸν στρατὸν εἰ μὴ πέμποιεν ἀργύριον αὐτῷ. Καταναλωκέναι γὰρ ἤδη τὰ αὐτοῦ προπολεμῶν τῆς Ἰταλίας.

III, 5. *Aucto mari*] nempe ex tempeſtate. *Vitruvius* I, 4. *Ex* mari tempeſtatibus aucto *in paludes redundantia motionibus concitatur.* Arond. omittit *ex.* Supra Noſter: *Satias facta.* Hegeſippus I, 18. *Opera ejus ex indigentia gravi, frumenti* ſatietas facta, lego invitis Codd. *ſatias*.

III, 5. *Sibi quiſque cariſſimum recordari*] Quintilian. Declam. Pirat Captiv. *Natura redit in extremis triſtis præterita voluptatis recordatio: & mihi cum generis conſcientia cum fortuna conſcius aliquando fulgor &c. domus, familia, amici, cæteraque numquam videnda, in ultima mortis expectatione ſuccurrent.*

III, 5. *Prædonum myoparonibus*] ex iſtis forte cui ſe commiſit Mithridates. Plutarchus in Lucullo p. 499. Μιθριδάτην δὲ ἀναχθέντα μετὰ τοῦ στόλου, σπεύδοντα πρὶν ἐπιστρέφειν Λούκουλλον, εἰς τὸν Πόντον εἰσπλεῦσαι, καταλαμβάνει χειμὼν πολὺς, ὑφ' οὗ τὰ μὲν ἀφηρπάγη, τὰ δὲ ἐβυθίσθη τῶν σκαφῶν. Πᾶσα δ' ἡ παραλία τῶν ναυαγίων ἐκφερομένων ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἦν ἀνάπλεως· αὐτὸς δὲ τῆς ὁλκάδος ἐφ' ἧς ἔπλει μήτε πρὸς τὴν γῆν εὐπαρακομίστου διὰ μέγεθος ἐν σάλῳ μεγάλῳ καὶ κύματι τυφλῷ παρεσταμένης τοῖς κυβερνήταις, πρός τε τὴν θάλασσαν ἤδη βαρείας καὶ ὑπεράντλου γινομένης, μεταβὰς εἰς λῃστρικὸν μυοπάρωνα, καὶ τὸ σῶμα πειραταῖς ἐγχειρίσας, ἀνελπίστως καὶ παραβόλως ἐξεσώθη.

III, 6. *Metrophanes*] adducitur hoc nomen in exemplum ab Rhetore Anonymo apud Iſidorum Orig. II, 12. & XXI, 10. Metrophanes *promeruit gratiam Mithridatis obſequendo*. Is, opinor, eſt cum quo Brutius Sura, Prætoris Macedoniæ legatus, bello Mithradatico circa Eubœam, navali pugna certavit. Confer *Appianum* p. 323.

III, 6. *Utres levi tabula ſubjecit*] Frontinus III, 13. rem narrat. *L. Lucullus Cyzicenos obſeſſos a Mithridate, ut certiores adventus ſui faceret, cum præſidiis hoſtium teneretur introitus urbis, qui unus & anguſtus ponto modico inſulam continenti jungit, militem e ſuis ſciolum nandi, & nauticæ artis peritum, juſſit inſidentem duobus inflatis utribus, literas inſutas habentibus, quos ab inferiore parte duabus regulis inter ſe diſtantibus commiſerat, ire ſeptem millium paſſuum trajectum. Quod ita perite gregalis fecit, ut cruribus velut gubernaculis dimiſſis curſum dirigeret, & procul viſentes, qui in ſtatione erant, marinæ ſpecie belluæ deciperent.* diſtingue, *ſuis ſciolum*, huc forte pertinet III, 12. *Firmatus animi* & 15, *genus* militum &c.

III, 6. *Multato fœde*]. Omnino le-

gendum *mulcant*. De qua voce adeas *Gronovium* Patrem in notis ad *Livium* XXVIII, 31. *Lipſium* ad Taciti Annal. I, 32. *Valerium* I, 4, 5. Infra: *poſtremo tamen* pro, *tandem* ut Pſeudol. IV, 7, 86. Aſinar. I, 3. Huc ſpectat *Hegeſippus* III, 20. *Ceterum natare adorſos, convulſa navium fragmenta crebris quatiebant ictibus, lateribuſque illiſa, miſeros artus fœde mulctabant.* Repone vel contra codices *mulcabant*. J. W.

III, 6. *Nam tertia tum erat*] Forte *Thraſcias*, vel *Cacias*, ſaltem ſi de Sertorio accipiamus, qui Barbaros, in ſpeluncis ſemet abſtrudentes, vi pulveris ab illo vento ſublati, ad deditionem compellebat. Conſule *Plutarchum* in Sertorio pag. 577.

III, 6. *Illum nautis forum*] Fors pertinet ad pugnam inter Lucullum & Iſidorum Mithridatis Præfectum, de qua ita *Plutarchus* in Lucullo pag. 499. Ὁι δὲ ἔτυχον ὁρμῶντες, καὶ τὰ πλοῖα πάντα αὐτὸς τὴν γῆν συνέκλεισε, ἀπὸ τῶν ΚΑΤΑΣΤΡΩΜΑΤΩΝ διεμάχετο.

III, 7. *Soli innocentes*] Soli hoc eſt *deſerti*. Huc procul dubio reſpexit *Livius* II, 3. *Leges, rem ſurdam, inexorabilem eſſe, ſalubriorem melioremque inopi quam potenti: nihil laxamenti nec veniæ habere, ſi modum exceſſeris. Periculoſum eſſe, in tot humanis erroribus ſola innocentia vivere.* Sine factione nimirum.

III, 7. *Certaminis adverſa*] Livius XLII, 50. *Nec turpius quicquam eſſe, quam* ſine certamine ceſſiſſe regno: *nec præclarius quicquam quam pro dignitate ac majeſtate omnem fortunam expertum eſſe.* Pro *incipiam* Ball. *incipiat*, & *certamina* male. Infra Ball. legit, *ad quæ placent defendenda* omiſſa voce *ea*.

III, 7. *Per militare nomen*] id eſt, *quia dicuntur Imperatores* Criſpinus, atque ita fere *Badius* in ſuis ad hunc locum Com. ſupra dixerat Auctor, *vim cunctam, & imperia ſua in vos convortêre.* Potes etiam intelligere *homines militares*; eos nimirum quos *Livius* militare genus vocat XXIV, 32. *ad* militare genus *omne, partemque magnam plebis inviſum eſſe nomen Romanum.* Cicero vero IV. Fam. Ep. VII. *genus exercitus.* Habes apud *Tacitum* Agr. XL. *militare nomen*, ſed alio ſenſu. *Ceterum ut* militare nomen *grave inter otioſos, aliis virtutibus temperavit, tranquillitatem atque otium penitus auxit.* J. W.

III, 8. *An dubium habetiſne*] Ball. *num.* pro *ne*. Locum hunc ex ſubdifficili obſcuriſſimum interpretatione ſua perplexabili reddidit *Criſpinus*, ejuſque tenebras conduplicavit. Hoc vult Macer. *An veremini ne, vobis uno animo* [*ad libertatem*] *graſſantibus, efficere quid poſſit? quos vel languidos* [*dumtaxat auten,*] *ſocordeſque pertimuere Sullaturientes! Niſi forte* [*non timuiſſe dicetis quod*] *C. Cotta* [*ſi diis placet*] *aliter quam timore* [*quem Dominis veſtris injecit*] *jura Tr. Pl. illorum manibus extorſit.* Et [*ſane*] vel, *Etenim quamquam Sicinius auctor audendi princeps, muſſantibus vobis erat circumventus, tamen* [*vobis hac aliiſque cladibus perculſis & obnoxiis*] *prius illi* [*ut ut victores*] *invidiam facti metuêre quam vos vindicando cauſam timendi præbuiſtis.* Et pro *etenim* apud *Terentium* Eunucho. *Non temere eſt, & properans venit.* Apud Virg. *Auderns.* & *fama fuit.*

III, 9. *Telum libertati paratum*] Livius III, 69. *Juventus quoque qui inter tales metus detrectationem militiæ,* telum acerrimum *adverſus Patres habere ſolita erat, bellum & arma ſpectabat.* V, 9. *ſi tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat* aliud telum *Patres inventuros.* II, 37. *Præterea* telum *aliud occultum ſcituros in tempore: interea taceri opus eſſe. Nec hoc ſapientis dici velim, quod ſere quoque* telum *eſt, timeri.* Seneca de Ira II, II, 34. *atqui tale ira* telum *eſt, vix retrahitur.* Sueton. Calig. LIII. *peremtorius, ſtricturum ſe lucubrationis ſuæ* telum *minabatur.* Vitruvius I, I. *faciliter contra eas diſciplinas diſputare poſſunt, quod pluribus* telis diſciplinarum *ſunt armati.* Tacitus de Orat. XII. *lucroſa hujus & ſanguinantis eloquentiæ uſus, recens, & ma-*

lis

lis moribus natus, atque ut tu dicebas Aper, in locum teli *repertus.* Vegetius III, 3. *In omni expeditione unum eſt & maximum* conſilium, *ut tibi ſufficiat victus.* Lib. impreſſ. vetuſtiſſ. Stewichii MSS. Hittorpii. 2 Palatin. 3 Scriverii *telum*, recte. At e noſtris Petrenſ. Jeſ. Edit. princeps, *conſilium.* J. W.

III, 9. *Injuria gravitate tutior*] inferenti nimirum. Recte ergo, Noſter Jug. XXXV. *Cædem in vos feciſſe pro munimento habent, ita quam quiſque peſſume fecit tam maxume tutus eſt.* Apulejus Met. III. pag 46. *Sic ſalvi recedemus, ſi ſalvum in domo neminem reliquerimus.* Hegeſip II, 3. *quia plerumque aſperitas quo gravior eo* tutior. Quo in loco de Tiberio hæc habet. *Nullum tamen efficacis virum operis in necem ejus excitaverunt* recentis, *ut arbitror, Rom. Imperii reverentia.* Fruſtra tentant *retenta, retenti.* Recentis, quia Tiberius a Julio Imp. conditore tertius. Balliol. *flagitium ſuperaverint.* Infra, & pro *uti*, & *cupiatis* pro *capiatis.*

III, 9. *Impigra lingua*] ut, *ſtrenui ventres.* Supra dixerat: *Fuiſſet (conditio) ſi omnino quieſſetis.* Infra: *non ultra concionis locum memores.* Ita fere Demoſthenes in Philip. IV. pag. 53. *Οὐδέν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν πάντων δυσκολώτατον εἰς τὸ παρόν, ἢ ὅτι ταῖς γνώμαις ὑμεῖς ἀφεστήκατε τῶν πραγμάτων. καὶ τοσοῦτον χρόνον σπουδάζετε, ὅσον ἂν κάθησθε ἀκούοντες ἢ προσαγγελθῇ τι νεώτερον. Εἶτ' ἀπελθὼν ἕκαστος ὑμῶν οὐδὲν φροντίζει περὶ αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται*). paulo ſupra: *quid cenſes igitur* &c. ita *Demoſthenes* Olynth. I. & alibi. *Τί οὖν ἄν τις εἴποι.*

III, 10. *Abſit periculum quibus nulla pars fructus*] ita Codd. & Balliol. *Ciacconius* ex conjectura inficete, ineleganterque: *abſit ab iis p.* Sed Auctor ſe tuetur Catil. VI. *delecti* quibus *corpus annis infirmum.* Et XVII. infra, *juventus &c. favebat.* Quibus *in otio vivere copia erat.* XXXVIII. *Semper in civitate* quibus *opes nullæ ſunt, bonis invident*, & Jug III. Denique I, 15. Quibus *illa placent, in armis ſunt.* De Luculli militibus *Plutarch.* pag. 915. *Οἱ δ' ἀπειθοῦντες τοῖς ἡγεμόσι, καὶ κενὰ προσεῤῥίπτουν βαλάντια, καὶ μόνον μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις ἐκέλευον ἀφ' ὧν μόνος ἐπίσταται πλουτεῖν.*

III, 10. *Niſi forte repentina iſta*] Leviter immutat illa *Demoſthenis* Olynth. III. pag. 14. Ἴσως ἂν ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, *πλεῖόν τι καὶ μεῖζον κτήσαισθε ἀγαθόν· καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγέντες, οὐ τοῖς ἀσθενοῦσι, παρὰ τῶν* Ἰατρῶν *σιτίοις διδομένοις ἔοικε· καὶ γὰρ οὔτε ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησιν, οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ.* Alexis. Πυθαγορισμοὶ *καὶ λόγοι* Λεπτοὶ *διεσμιλευμέναι τε* φροντίδες Τρέφουσ' *ἐκείνους· τὰ δὲ καθ' ἡμέραν τάδε,* Ἄρτος *καθαρὸς εἷς ἑκατέρῳ, ποτήριον* Ὕδατος, *τοσαῦτα ταῦτα, δεσμωτηρίου* Λέγεις *δίαιταν*, &c. *οἱ δ' ἡμέρας* Δειπνοῦσι *πέμπτης ἀλφίτων κοτύλην μίαν.* Carceri incluſis Commentarienſis duas treſve diurnas libellas alimenti nomine dabat, ex annona qua pauperes alebantur *L. Jud. 9. C. de Epiſc. audient.* Tantulam cibi copiam Aſinio Gallo Tiberii juſſu præbitam narrat *Dio.* Erat enim *τοιαύτη καὶ τοσαύτη* (*τροφή*), *ὥστε μήτε τινὰ ἡδονὴν καὶ ῥώμην αὐτῷ παρασχεῖν, μήτε ἀποθνήσκειν αὐτὸν ἐᾶν.* Ubi Demoſthenis verbis utitur. Confer *Senecam* Epiſt. pag. 68. Edit. Gronov. Ball. *Carcere.* &, *abſolvi cura fam. tam parva re poſſit*, &, *ignavi.* Infra: omittit *tamen.*

III, 10. *Cujus torpedinis*] pro *quanta* cum exclamatione, ut apud *Plautum* Moſtell. III, 3, 5. *cujuſmodi.* Cujuſmodi *gynecæum? quid porticum?* & Rud. I, 12. *Pro di immortales*, tempeſtatem cujuſmodi *Neptunus nobis hac nocte miſit proxima!* Salluſtium ſequitur *Arnobius* pag. 93. Cujus *eſt autem* pudoris, *quinimo* inverecundiæ cujus, *quod agere te videas, in eo alterum reprehendere?* Pro *tanta* vel *ejus* utitur *Tacitus*, Hiſt. I, 37. *Et*, cujus levitatis eſt *Galba, jam fortaſſe promiſit.* quamvis ampla hoc eſt, *quantumvis ampla eſſent*, vel, *etſi revera eſſent ampla.* Hæc Salluſtiana a Demoſthene adumbrata ſunt.

III, 10. *Veſtrarum rerum ultro injuriæ*] Si ſanus hic locus, tum ſenſus eſt: *& veſtrarum rerum in injuria gratiam*

inſuper

Digitized by Google

inſuper habere deferenti. Vel, *& gratiam veſtrarum rerum ultro debere immerito,* id eſt: cum ſumma veſtra injuria. Verum ne ſic quidem ſatis Latina ſunt, & ſatis apte cum ſuperioribus cohærent. Ipſe ergo, *veſtra renumerantibus pro* i. g. d. at Gronovius, *veſtra munerantibus pro.* Hæc autem a vulgata lectione nimis abſcedunt. Putaram aliquando: *veſtrarum rerum altera injuria* hoc eſt *in*, vel *ſub* altero damno. ut Jug. in mea injuria *deſpecti eſtis.* Ut eſſet *prima injuria* eripientium, *altera vero*, ſervitutis mercedem reddentium. Hoc tamen acutius quam verius. Præterea, tametſi *injuria* paſſive, idque apud noſtrum, inveniatur, tamen, an paſſive τῷ *rebus* competere poſſit ampliandum pronuncio. Pro injuria gratiam debere. *Contarenus* lib. de Frumentar. Rom. largitione tentat: *ultra injuriam.* Ex Demoſthene item hæc adumbrata videntur. Κύριοι μὲ τῶν ἀγαθῶν οἱ πολιτευόμενοι, καὶ διὰ τούτων ἅπαντα πράττεται. ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι, καὶ περιῃρημένοι χρήματα, συμμάχους; ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, καὶ τὸ πάντων ἀνανδριότατον τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε. Infra; *namque alio modo.* hoc eſt: *aliter enim quam largitione* neque valent &c.

III, 11. *Ignorantia res claudit*] *ignorantis* Ball. Pariſ. & Baſ. 1532. Gruteriana, aliæ Editt. *ignorantia.* hoc eſt, interprete Badio, *impedit ab effectu obtinendo.* Criſpinus, cui *ignorantis* placuit, ita interpretatur: *Neque enim res fruſtret vos ignaros*, puto: *neque enim* ex ignorantia *res claudicat.* hoc eſt, *non enim ob ignorantiam veſtram ſed torpedinem res veſtra minus procedunt.* Ita locutus *Terentius* Andr. III, 3. Eunuch. I, 2, 84. aliique paſſim quos adduxit Cl. *Gronovius* pater ad *Livium* XXII, 39. Hoc ſenſu *vacillare* apud Cic. & alios, *claudicare* apud *Lucretium* cui addas licet *Hegeſippum* in Præfat. *Ut liquido clareat, utrum a Senioribus Juda nuſquam generationis ejus ſucceſſio* claudicaverit, *an vero oſtenderit in Principum ſerie.* Ibi membranæ C. C. C. *femoribus Juda.* Hoc ſenſu apud *Galenum* Symptom. lib. IV. Τὸ χωλεῦον παρ' αὐτοῦ τοῦ λόγου. Arnobius p. 76. *Nec in aliquo lapſu eorum aliquando* claudicaverit *vita.* Ubi pro voce *probabilem* ipſe legerim *prolabilem:* eo ſenſu quo pag. 77. *animas eſſe indicant* labiles & 79. *parvarum* & labilium virium. Idem p. 232. *ſine ture Religionis officium* claudicat. Apulejus D. Soc. p. 112. *ut ubi dubitatione* claudicaret, *ibi divinatione conſiſteret.* Codex Cajenſis *claudeat* recte. Ibid. *abunde libertatem ratus*, vocem ſecundam immerito damnat *Ciacconius.* Citat enim *Servius* p. 410. *abunde libertatem rati ſcilicet quia.* At vox penultima, hodie in editis non invenitur. Defendat ſe Noſter. Jug. XVI. abunde magna præſidia *nobis in veſtra amicitia* fore. CIX. *parentes* abunde habemus. Vide Paræi Lex Plaut. v. *parum.*

III, 12. *Huc ire licet &c. munere ditium dominorum*] Hoc vult: ſatis amplam ducentes libertatem, quod cura familiari ſoluta, palantes ire licet, huc illuc, ex munere illorum Beatorum qui vobis hæc otia fecerunt. Balliol. hic *munera.* At quo ſenſu? num pro gladiatoribus & arenariis? Non probo.

III, 12. *Pro victa eſt*] ita alicubi *Livius.*

III, 13. *Similem fore credens Alexandro*] Plutarchus p. 619. in Pompejo. Ἦν δέ τις καὶ ἀναστολὴ τῆς κόμης ἀτρέμας, καὶ τῆς περὶ τὰ ὄμματα ῥυθμῶν ὑγρότης, ὃ προσώπου ποιοῦσα μᾶλλον λεγομένην ἢ φαινομένην ὁμοιότητα πρὸς τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως εἰκόνας. ᾗ καὶ τοὔνομα πολλῶν ἐν ἀρχῇ συνεπιφερόντων, οὐκ ἔφυγε ὁ Πομπήϊος, ὥστε καὶ χλευάζοντας αὐτὸν ἐνίους ἤδη καλεῖν Ἀλέξανδρον. διὸ καὶ Λεύκιος Φίλιππος, ἀνὴρ ὑπατικὸς, συνηγορῶν αὐτῷ, μηδὲν ἔφη παράλογον, εἰ Φίλιππος ὢν φιλαλέξανδρός ἐστι. Huc ſpectat quod de eodem narrat *Appianus* de B. Mithrid. pag. 253. Αὐτὸς δὲ ὁ Πομπήϊος ἐπὶ ἅρματος ἦν, καὶ τοῦδε λιθοκολλήτου, χλαμύδα ἔχων, ὥς φασιν, Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, εἴ τῳ πιστόν ἐστιν· ἔοικε δ' αὐτὴν εὑρεῖν ἐν Μιθριδάτου, Κῴων παρὰ Κλεοπάτρας λαβόντων. De hoc Triumpho *Plutarchus* 643. Ἡλίῳ

ἃ

δὴ τότε ἦν (ὡς μὲν οἱ πολλοὶ ταῖτα τοῦ Ἀλεξάνδρου παρεμβάλλοντες αὐτὸν ᾗ περιβαλλόντες ἀξιῶσι) νεάτερος τῆ τελευτῶσαι τῆ τείδειαν ἡλικίᾳ, ἐλλειπεῖν δὲ πᾶς πελαγείοντας περιουσίας.

III, 14. *Aptis armis*] v. *Livium* v. 49. IX, 31. apto *exercitu*, X, 25, 33. XLIV, 31. arma apta, vertente *Plutarcho*, ἐν τῷ πανοπλίαν ἔχοντα, ὅπως ἕτοιμοι παρέξονται *Cæſar*. B. Civil. I, 30. *Omnia ſibi eſſe ad bellum* apta *ac parata*. & ſic legendum apud *Ammianum* IV, 10. Gloſſæ, *aptus* παρεσκευασμένος. Hoc ſenſu περὶ τὸ σῶμα ἁρμόζοντα τὰ ὅπλα apud *Xenophontem*. Huic geminus extat apud *Tacitum* Hiſt. II. locus. *Longe alia proficiſcentis ex urbe Germanici exercitus ſpecies. Non vigor corporibus, non ardor animis*. Lentum & rarum agmen & fluxa arma *& ſegnes equi*.

III, 14. *Fine inguinum*] Apulejus Metam. II. p. 31. *Sancius paululiſper inguinum fine*. *Cato* de R. Ruſt. cap. 113. *Amphoras nolito implere nimium* anſarum *infimarum* fini. & 28. *In ſcrobe tum ponito, ſummam terram ſubdito. Poſtea operito terra radicibus* fini. Ita in utroque loco Codex Arondel. *Juſtinus* XIX, 41 *hortari ſuos cœpit, referendo Perſas, Bactroſque Indoſque & omnem Aſiam*, Orientis finem, *a Macedonibus perdomitas*. Codd. Bongarſii & Junt. *fine*, idque rectiſſime.

III, 15. *Vacuuſque curis*] a curis *Aſconius* p. 277. Edit. Cl. Gronov. intra; *muros ſucceſſerant*. recte. ita enim *Livius* XXXI, 45. *Et aſſuetudine* ſuccedendi *muros, & pertinacia animi ſubierunt primi*. & lib. VI. ſuccedens tumulum, XXVII, 18. & *Tacit*. Annal. II, 20. *Hegeſippus* III, 13. *Cum victor jam* muro *Rom. miles* ſuccederet. Codd. B. Pub. & C. C. C. aperte *muros*. & V, 19. *mirari ſe quod cunctarentur* murum ſuccidere. Codices noſtri *ſuccedere*, quibus aſſentior. firmat ipſe V, 23. *Apulejus* Met. V. p. 93. Larem *noſtrum læta* ſuccedite. Hoc modo uſus voce *accedere* Tacitus XII, 31. II, 58. An. 14, 20. ubi *muro* intrudere fruſtra aggreditur *Muretus*.

III, 15. *Per pronum incitabantur*] incito ἐπείγω Gloſſæ, de inanimatis rarius uſurpatur. *Incitandis* pœnis *Tacit*. An. III, 25. pro intendendis. *Hegeſippus* VI, 3. *Facile* in pronum *ſaxa devolvebantur*, ubi vox *venti* abeſt C. C. C.

III, 15. *Octavium mitem*] mitis hoc loco valet *ignavus*, *inſtrenuus*, *obtuſus*, & opponitur *manu promto*, ut ex *Plutarchi* Sertorio p. 570. patet; nam Cn. Octavium Nepotem intelligo qui una cum L. Corn. Cinna conſul fuit A. U. C. 666. Ἄλλως τε ᾗ Ὀκταβίου ὁρῶν μὲν αὐτοῖς ἀμβλύτερον ὄντα. De ejuſdem ingenio paulo apertius Idem in C. Mario. Οὐ πάνυ τοι ἀπειθὴς τῶ Ὀκταβίου τὰ πράγματα βλάπτοντος, ὅστι ἀκριβείᾳ τῷ δικαίων περιέμενα τὰ χρησιμὰ, παρεὶς τὸ συμφέρον. Intra: milites eum quaſi minime ἐμπειρον ἢ δραστήριον culpant. Poſtremo, Ὁ δὲ ἀνὴρ ἦν Ὀκτάβιος, τἄλλα Ῥωμαίων εὐγνωμονέστατος γενόμενος, ᾗ μάλιστα δὴ τὸ σχῆμα τῆς ὑπατείας ἀκολάκευτον ἐπὶ τῷ πατρίων ἐθῶν ἢ νόμων, ὥσπερ διαγραμμάτων ἀμεταβόλων, φυλάξας, ἀρρωστίᾳ τῇ περὶ ταῦτα χρήσασθαι, πλεῖστα δὲ τινῶν χρόνον ἀγύρταις ᾗ μάντεσιν ἢ πολιτικοῖς ᾗ πολεμικοῖς ἀνδράσιν. Confer *Appianum* B. Civil. I, p. 393. *Vellejum Paterc*. & *Eutrop*. V, 4. Vox ergo *mitis*, quandoque, etſi rarius, in malam partem accipitur. Hinc Miles Plautinus: Mitis *ſum equidem fuſtibus*. Terent. Adelph. II, 4. *Quid ait tandem nobis Sannio? Sy. Jam* mitis *eſt*. hoc eſt, *ex ferocul o manſuetior factus*. Anglice dicimus, *Cowd, tame*. Huc trahenda etiam illa *Taciti* Hiſt. II, 71. *quod initium Sex. Pompejum agitandi adverſus M. Lepidum odii nactus, ut* ſocordem *incuſavit, adverſo Senatu, qui Lepidum* mitem *magis quam* ignavum *ducebat*. & An. III, 32. mitem, *& injurium* ſegniter *laturum*. apud Sacros Scriptores, Eccleſiaſticos & Ethnicorum antiquiores fere in bonam partem voces, πρᾷος, *Yanav* Num. XII, 3. Inſequentis ævi ſcriptores in malum detorquent, teſtis *Alex. Aphrodiſienſis* in Topica Ariſtot. pag. 84. τὸν πρᾶον εἰς τὸν ἀόργητον ἢ ἀκίνητον μεταλαμβάνουσι.

III, 15. *In ſummo Antonius*] Hoc Fragmentum ad Sertorii necem ſpectat. *Plutarch*. pag. 582. Ἀντώνιος ὑπερκατακείμενος ἀφίησι τῷ ξίφει τὸν Σερτώριον. J. Waſſe.

Lib. IV.

IV, 1. *Cuſtodias theſaurorum*] Græce γαζοφυλάκιον ſive θησαυροφυλάκιον *Cuſtodia*, ubi quid cuſtoditur. *Cic.* in ſomn. *retinendus eſt animus* in cuſtodia *corporis*. Auctor cujus nomen haud ſuccurrit: *horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona ii qui* privatas cuſtodias non haberent. J. W.

IV, 2. *Pacem agere*] Juvenalis XV, 163. *tigris* agit *rabida cum tigride* pacem. *Senecа* Epiſt. XCIV, *aurum & argentum & propter iſta, nunquam* pacem agens *ferrum*. Ælianus de Anim. cap. XXXVI. εἰρήνην δὲ καὶ φιλίαν ἄγουσι ἐπιεικῶς. Noſter Cat. XXII. pacem *habere* &, agitare Jug. XV. & XVII. infra: *hoſtes opportuni & ſceleſtiſſumi*] poſſum, *importuni*, ut recte habet locus. Supra dixerat: *ſatiſne pium, tutum, glorioſum an indecorum*. Jam vero vox *opportuni* voculæ *tutum*, & *ſceleſtiſſumi* τῷ *pium* reſpondent.

IV, 3. *Una & ea vetus cauſſa bellandi*] Eleganter non minus quam vere, de romanis ſuis *Petronius*. *Si qua foret tellus quæ fulvum mitteret aurum Hoſtis erat*. *Claudianus*. Rufin. I, 186. *cuicunque monile Contextum gemmis, aut prædia culta fuiſſent: Rufino populandus erat, dominoque parabat Exilium fœcundus ager*. Tacitus Hiſt. IV. 74. *ſed vobis maximum diſcrimen, penes quos aurum & opes, præcipuæ bellorum cauſſæ*. Huc ſpectat *Cyprianus* de Eleemoſ. pag. 202. *pectus alia* & profunda avaritiæ *caligo cæcavit*. Tacitus fere habet *profuſa*. Infra: *ſimulatoque impio teſtamento*] malim, *impie*. Sed aliter libri. Dein. *hoſtium more per triumphum duxere*] Idem de nepote Syphacis Mithridates apud *Juſtinum* XXXVIII, 6. *tamen cum hujus nepote bellum modo in Africa geſtum adeo inexpiabile, ut ne victum quidem memoria avi donarent, quin carcerem ac triumphi ſpectaculum experiretur*.

IV, 5. *Poſtremus ſervorum Archelaus*] De Archelao vide *Plutarchum* in Sylla pagg. 458. 466. *poſtremus* pro nequiſſimo. *Cicero* pro Roſcio Amer. §. 81. *ſin idcirco arma ſumta ſunt, ut homines poſtremi pecuniis alienis locupletarentur* &c. Ita etiam Noſter. Non diverſa eſt vocis ἔσχατος apud Græcos ſignificatio. Nam *infimam plebem* apud *Ariſtotelem* audit ἔσχατος δῆμος, &, quod Latinis Scriptoribus *extrema dementia* eſt, illud *Polybio* XVII, p. 1074. Ὁ πάντων ἐστὶν ἔσχατον. Gloſſæ etiam: *infima ſors*, ἐσχάτη τύχη. Maroni pro *poſtremo* placuit *ultimus*. Æn. IV, 537. *Iliacas igitur claſſes, atque ultima Teucrum Juſſa ſequar?* nempe, *ſuprema imperia* inquit *Ruæus*, immo *ſervilia*, quæritan cum Trojanis naviget? Atque hæc ſecum: *Quis me autem fac velle, ſinet? ratibuſque* ſuperbis *Irriſam accipiet?* Servitus denique inhoneſtiſſima, teſtis *Thucydides* VII. Ἀνδράσι τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς, πᾶσι δὲ τῇ πόλει τὴν αἰσχίστην δουλείαν. Servos faciendo. Quale ergo Mithridaticum hoc, *poſtremus ſervorum?* Sane, *hominum*, ut loquitur Tertullianus, *poſtremiſſimus?* Qualis miſellus iſte Archelaus? talis profecto in artibus Imperatoriis (nam a proditione abſolvit ipſe in *Commentariis* Lucullus) qualis illaudatus hic noſter interpres, qui tamen peſſimorum optimus eſt: qualis *Criſpinus* quem, in re Critica, ego eſſe infra infimos omneis puto. poſt: *Dilata prœlia magis quam pacem ductam*] L. *Aretinus* in Fun. Strozæ pag. 242. *Cum hi* in *formidabilem potentiam evaſiſſent*, & non pacem *ab hoſte* quæſitam, ſed bellum *eſſe* dilatum *appareret*. Floruit ille æræ Chr. 1400.

IV, 5. *Neque finem niſi excidio*] Hegeſip. I, 11. *Ut ultra Judæam diſcederent, quibus* fugæ finis mors *Alexandri foret*. Cic. Offic. II *Tributorum* finem *unius triſp. præda attulit*. Virg. Æn. II, 554. Hæc finis *Priami fatorum*. Ruæus aliique: hic fuit terminus. Verum neſcio an non *Hæc* melius referri poſſit ad *Mors*. de qua egerat verſu ſuperiore. at Auctor alibi *Quæ finis ſtandi*. Noſter infra.

ſtiſ. *An finem belli futurum putas nobis oppreſſis.* Legati apud *Herodotum* VIII, 142. Μὴ γὰρ ἐλπίζετε ἂν ἡμέας καταστρέψεσθαι ὁ Πέρσης μοῦνον προσποιήσειν, ὡς οὐκὶ ἄξει κατ' ὑμέας. Thucyd. I, 33. Καὶ προκαταλαμβάνοντες ἡμᾶς νῦν εἰς τὴν ὑστέραν ἐπιχείρησιν. Supra: *Semel jam*, Noſtrates, *once already*. Marcumque Cottam] rem narrat *Plutarchus* Lucullo pag. 496.

IV, 6. *Illi ſuberat*] Hinc corrige *Hegeſippum* II, 12. *Neque ulla* ſubjaceret *vel parvulorum miſericordia*. MSS. C. C. C. B. Pub. *Juberet*. Arnobius I. p. 17. *Nonne vos* cogitatio ſubit *diſquirere*. Confer *Tacitum* An. III, 6. infra: *artis locis*] Huc forte ſpectat *Plutarchus* in Lucullo pag. 508. Μυρίους δ' ἐκεῖ [illegible] Τιγράνην, τέχνην αὐλῶνα καὶ σκάφος [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] καὶ Φεύγει μὲν αὐτὸς Τιγράνης [illegible] τὴν [illegible] ἅπασαν, niſi potius intelligat Mithridates pugnam illam decretoriam de qua Antiochus Philoſophus, Οὐ, φησιν, ἄλλην ἐφεωρακέναι τοιαύτην τὸν ἥλιον. J. W.

IV, 6. *Imprudentiam T. pro victoria*] Quidni illam oſtentarent imprudentiam hoſtis quam ſuam ipſi occaſionem fecerant? Quodque Romanis fere proprium erat. *Polybius* pag. 1306. Πολὺ γὰρ ἤδη τοῦτο τὸ γένος ἐπὶ τῶν [illegible] παρὰ Ῥωμαίοις, ἐν οἷς διὰ τὰς τῶν πέλας ἀγνοίας αὔξουσι καὶ [illegible] τὴν ἰδίαν ἀρχήν. Et XI. pag. 882. Συμβαίνει τοῖς τῶν συντυχόντων ἁμαρτήμασιν [illegible] τούτων [illegible]. Hinc Nero apud *Livium* XXVII. *Extemplo ſignum dandum, & exeundum in aciem*: abutendumque errore hoſtium *abſentium*. Idem autem IV, 58. de SPQR. *Tantum abſint* ut ex incommodo alieno ſua occaſio *peteretur*.

IV, 7. *Paſte conditos*] Hunc locum citaſſe *Servium* puto cum dicit: *parte conditos orbis terrarum*. Ad Æneid. VIII, 303. Editio Lucii *conditur*. Hinc ergo corrigendus. *Trahant excidantque*] que delendum auctore Fabri libro. Supra: pro *ea re a*. Chariſius *ab.* & voces, *parva labore* omittit. Noſter Catil. *trahunt, vexant*: horum altero contentus *Tacitus* An. III, 74. *Ne Cirtenſium pagi impune traherentur.* Et ſic II, 61. paullo ſupra: *virum eo ſirmitrem ad reſiſtendum &c.*] Armeniorum ad Choſroem Orat. apud Procop. de B. P. II, p. 93. Τί δ' ἂν εἴη, ὦ βασιλεῦ, φαίης; τί δὲ τὴν [illegible] [illegible] εἰρήνην αἰσχύνῃ, ὅπως [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ἀναλύσεται. De iis *Arrianus* de Exped. Alex. Μέσοι τε, εἴπέρ τινες ἄλλοι, καὶ Τυραννικοῦ γένους τε καὶ ὀνόματος [illegible].

IV, 7. *Maxume regna, hoſtilia ducunt*] Mithridates apud *Juſtinum* XXXVIII, 5. *Quippe non* delicta regum *illos*, ſed vires & majeſtatem inſequi; *neque in ſe uno, ſed in aliis quoque omnibus, hac arte graſſatos.*

IV, 8. *Tu vero cui Seleucia maxuma urbium*] Legati apud *Herodotum* VII, 157. Σὺ δὲ δυνάμιός τε ἥκεις μεγάλης, καὶ μοῖρά τοι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἐλαχίστη μέτα, ἄρχοντί γε Σικελίης &c. *per hunc morem extinguerunt omnia, aut occident: quod difficile non eſt ſi &c.*] hoc eſt: *audendo, fallendo regna omnia vel extinguent vel ipſi peribunt, quod* [*poſtremum*] *difficile non eſt ſi* &c. ibid. *bella ex bellis ferendo.*] Livius II, 18. *reſponſum: ignoſci adoleſcentibus; ſenibus non poſſe qui* bella ex bellis ſererent. XLV, 6. *Belli cauſſa certamina cum finitimis* ferebantur. 10. *Viamque unam ad id (regnum) cernentem, ſi* ex bellis bella ſerendo *ſuccinctus armis legionibuſque vivat*. Denique XXXI, 6. *incuſaverat*. bella ex bellis ſeri, *ne pace umquam frui plebs poſſet*. Si quis in cauſſas bellorum Romanorum ex Hiſtoricis etiam ſuis inquirat inveniet aliud fere nihil præter *bellum* adeo ut non immerito *bella ſerere* dicantur & quidem μὴ τῇ χειρὶ μόνον ἀλλὰ ἄλλῳ τῷ [illegible]. Noſter a Græcis habuit. *Æſchines* de falſa Legat. p. 271. Τὸ μὲν [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], καὶ πόλεμον ἐκ πολέμου [illegible]. *Plutarchus* Lucullo p. 507. eadem forma, ὡς πόλεμον ἐκ πολέμου [illegible]. *Demoſthenes* de Corona: Λόγον ἐκ λόγου λέγων. Hoc ſignificatu [illegible] apud *Sophoclem* Ajace. Οἵους ἀνίας μοι [illegible] [illegible]. Latrones gentium] *Hegeſip.* II, 8.

rapinarum improbas prædo. Apud *Justinum* Mithridates de Romanis XXXVIII, 4. *Quippe adverſus* latronem, *ſi nequeant pro ſalute, pro ultione tamen ſua, omnes ferrum ſtringere.* Vide notas ad verba iſta Catonis in Catilin. *Audacia malarum rerum.* infra: IV, 9. *naues codicaria.* Adi *Schefferum* de re navali. & *Lucanum* IV, 468. [illegible]

IV, 10. *Equites cataphracti ferrea omni ſpecie*] Audi eundem VI, 13. *Equis paria operimenta erant: quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant.* quæ verba pœne tranſcribit *Ammianus* XVII, 12. plumarum ſpecie linteis *indumentis innexa.* Et clarius XVI, 10. *Incedebat hinc inde ordo geminus armatorum, clypeatus, atque criſtatus, coruſco lumine radians, nitidis loricis indutus; ſparſique cataphracti equites, quos clibanarios dictitant Perſæ, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes ſimulacbra, non viros: quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti: ut quocumque artus neceſſitas commoviſſet, veſtitus congrueret junctura coherenter aptata.* Pro *omni ſpecie* legiſſe videtur Ammianus *facie.* quod prætulerim lib. XXIV, 2. ferrea *nimirum* facie omni: quia laminæ *ſingulis membrorum liniamentis cohærenter aptata, fido operimento totam hominis ſpeciem contegebant.* Malim *apta* ut ſuprà infraque. Idem XXIV, 4. *hoſtem undique* laminis ferreis in modum *tenuis* plumæ *conſeptum.* Poſtremo XXV, 1. *Erant autem omnes caterva ferrata, ita per ſingula membra denſis* laminis tectæ, *ut junctura rigentes compagibus artuum convenirent: humanorumque vultuum ſimulacbra ita capitibus diligenter apta, ut imbracteatis corporibus ſolidis, ibi tantum incidentia tela poſſint hærere, qua per cavernas minutas, & orbibus oculorum affixas parcius viſitur, vel per ſupremitates narium anguſti ſpiritus emittuntur.* Confer *Athenæum* V, 5. *Juſtinum* XLI, 2. *Tertullianum* lib. de Pallio pag. 49. Edit. Salmaſii. *Plutarchum* Lucul. p. 510. *Nazarium* Paneg. [illegible] Σιδηροφόρ[illegible] ὁπλαῖς, [illegible] καὶ διελθόντες [illegible] δρακόντων φολίσιν ἐμφερῆ. Sed elegantiſſime omnium Cataphractos depinxere duo ſummi viri *Heliodorus* & *Julianus*, quorum verba deſcribere non gravabor. Ὁ Παραβάτης Orat. I. Ἀπείρων γὰρ ἱππέων πλῆθος, καθῆσθαι ἀνδριάντας ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχουμένους, οἷς συνήρμοσται τὰ μέλη κατὰ μίμησιν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· ἀπὸ μὲν ἄκρων τῶν καρπῶν, ὡς τὴν ἀγκῶνας· ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ τοὺς ὤμους· ὁ δὲ θώραξ [illegible] κατὰ τὸ στέρνον καὶ νῶτα συναρμοζόμενος· τὸ κράνος αὐτοῦ [illegible] σιδηροῦ ἐπικείμενος, ἀνδριάντος λαμπροῦ καὶ στίλβοντος, παρέχει τὴν ὄψιν· ἐπεὶ μηδὲ κνήμαις καὶ μηροῖς, μηδὲ ἄκροις ποσὶ τῆς σκευῆς ταύτης ἔρημοι λείπονται. Συναρμοζόμενοι δὲ αὐτῶν τοῖς θώραξι διά τινων ἐκ κρίκων λεπτῶν πεποιημένων οἱονεὶ ὑφασμάτων, ὥστε μὴ ἂν ὀφθῆναι τοῦ σώματος γυμνὸν μέρος· ἅτε καὶ τῶν χειρῶν τοῖς ὑφάσμασι τούτοις σκεπομένων, πρὸς τὸ καὶ καμπτομένοις ἐπακολουθεῖν τοῖς δακτύλοις. Alia ſed minoris momenti, habet Orat. II. pag. 57. Ea omnia prætermitto, uti etiam quæ pag. 73. adnotavit Illuſtriſſimus *Spanhemius*, immenſus ille literarum Oceanus. Agmen claudat *Heliodorus* qui lib. IX. p. 431. hunc ordinem non minus eleganter quam accurate perſequitur. Τρόπος δὲ αὐτοῖς πανοπλίας τοιόσδε. Ἀνὴρ ἐκλεκτὸς καὶ σώματος ἰσχὺν ἐπίλεκτος, κράνει μὲν ὑπέρχεται συμφυεῖ τε καὶ μονηλάτῳ, καὶ ὄψιν ἀνδρὸς εἰς ἀκρίβειαν, ὥσπερ τὰ προσωπεῖα σοφιζομένῳ. Τούτῳ δὲ ἐκ κορυφῆς εἰς αὐχένα πάντα πλὴν τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὸ διοπτεύειν σκεπόμενος, τὴν μὲν δεξιὰν κοντῷ μείζονι λόγχης ὁπλίζει, τὴν λαιὰν δὲ εἰς τὸν χαλινὸν ἀσχολεῖ. Κοπίδα δὲ ὑπὸ τὴν πλευρὰν παρηρτημένος, οὐ τὰ στέρνα μόνον, ἀλλὰ καὶ σῶμα τὸ ἄλλο ἅπαν τεθωράκισται. Ἐργασία δὲ τοῦ θώρακος τοιάδε. ΣΚΥΤΑΛΑΣ χαλκᾶς τε καὶ σιδηρᾶς ὅσον σπιθαμιαίας πάντοθεν εἰς σχῆμα τετράγωνον ἐλάσαντες, καὶ ἄλλην ἐπ' ἄλλῃ κατ' ἄκρα τῶν πλευρῶν ἐφαρμόζοντες (ὡς τῇ κατωτέρᾳ τὴν ὑπερκειμένην ἀεί, καὶ τῇ πλαγίᾳ τὴν παρακειμένην ὑπὸ τὸ συνεχὲς ἐπιβαίνειν) καὶ ῥαφαῖς ὑπὸ τὰς ἐπιπτυχὰς τὴν συμπλοκὴν ἀγκιστρώσαντες,

χιτῶνα

χιτῶνα τινὰ φολιδωτὸν ἀπεργάζονται, ὃς προσπίπτων μὲν ἀλύπως τῷ σώματι, καὶ πανταχῇ περιφυόμενος, περιγραφόμενος δὲ μέλος ἕκαστον, καὶ πρὸς τὸ ἀκώλυτον τῆς κινήσεως συστελλόμενός τε καὶ συνεκτεινόμενος. Ἔστι γὰρ χειριδωτὸς ἀπ' αὐχένος εἰς γόνυ καθειμένος, μόνοις τοῖς μηροῖς καθὸ τὸ ἵππειον νῶτον ἐπιβαίνειν ἀνάγκη διεσχισμένος. Ὁ μὲν δὴ θώραξ τοιοῦτος, ἀντίτυπόν τι βελῶν χρῆμα, καὶ πρὸς πᾶσαν τρῶσιν ἀπομαχόμενον, ἡ κνημὶς δὲ ἀπ' ἄκρων ταρσῶν εἰς γόνυ διήκει, συνάπτεται πρὸς τὸν θώρακα. Παραπλησίᾳ δὲ σκευῇ καὶ τὸν ἵππον περιφράττουσι, τοῖς τε ποσὶ κνημῖδας περιδέοντες, καὶ μετωπιδίοις τὴν κεφαλὴν δι' ὅλου σφηκοῦντες, ἐκ νώτου τε ἐπὶ γαστέρα καθ' ἑκάτερον πλευρὸν σκέπασμα σιδηρόπλοκον ἀπαιωροῦντες, καὶ ὁπλίζον τὸ ἅμα, καὶ τῇ χαυνότητι μὴ ἐμποδίζον τοὺς δρόμους. Οὕτως ἐσκευασμένος, καὶ οἷον ἐμβεβλημένος περιβαίνει τὸν ἵππον, οὐκ αὐτὸς ἐφαλλόμενος, ἀλλ' ἑτέρων διὰ τὸ ἄχθος ἀνατιθέντων. Κἀπειδὰν ὁ καιρὸς ἥκει τῆς μάχης, ἐφεὶς τῷ χαλινῷ τὸν ἵππον, καὶ μύωπας παντὶ τῷ ῥοίζῳ, κατὰ τῶν ἐναντίων ἵεται, σιδηροῦς τις ἀνὴρ φαινόμενος, ἢ καὶ σφυρήλατος ἀνδριὰς κινούμενος. Ὁ κοντὸς δὲ τὰ μὲν πρὸς τῇ αἰχμῇ κατὰ πολὺ καὶ εἰς εὐθὺ προβέβληται, δεσμῷ πρὸς τὸν αὐχένα τοῦ ἵππου ἀνεχόμενος. Τὸν οὐρίαχον δὲ βρόχῳ πρὸς τοῖς ἱππείοις μηροῖς ἐξήρτηται, μὴ εἴκων ἐν ταῖς συμβολαῖς, ἀλλὰ συνεργῶν τῇ χειρὶ τοῦ ἱππέως, εὐθυνούσῃ μόνον τὴν βολὴν, αὐτοῦ δὲ ἐπιτείνοντος καὶ πρὸς τὸ σφοδρότερον τῆς τρώσεως ἀντερειδομένου, τῇ ῥύμῃ γοῦν διαπείρει πάντα τὸν ὑποπίπτοντα, καὶ μιᾷ πληγῇ δύο που φέρει πολλάκις ἀνασείσας. Apud Auctorem ſub falſo nomine Ciceronis de re militari pag. 502. *qui taura fructu*, lege *cataphracta*. J. W.

IV, 10. *Galliæ mulieres*] Virgilius Cul. *Tempas* & Arcadii *memorandu referre magiſtri*. Qua forma apud *Homerum* et *Menandrum* flumen & acumen. Stertinium apud *Varronem* γεωγραφ[illegible] *Libya citrus*. Plautum Trinumm. *Arabia terra*. Juſtinus XI, 11. (*Alexandriam*) *Coloniam* Macedonum *caput eſſe Ægypti jubet*. Lege ex MSS. Bongarſii *Macedoniam* pro *Macedonicam* vel *Maceticam*. Noſtrum enim in plerisque ſequitur. Librarii qui neſcierunt quo pacto transferre Macedoniam in Ægyptum potuerit Alexander, & *Alexandriam* nomine Macedoniæ nullibi venire ſciverant, locum immutarunt.

IV, 11. *Nectere ex viminibus*] Ita in re trepida ſolebant. *Thucydides* IV, 9. Τὰς ναῦς ἐξ αὐτῶν ἀπλοῖα, ἀσπίσι τε φαύλαις, καὶ οἰσυΐναις ταῖς πολλαῖς. De iis capiendus *Hegeſippus* III, 3. *aciem dirigeretur*, clypeos intexerent: ubi C.C.C. & B. Pal. *regiones prohibere latrocinius*, eleganter, ſic Virgil. *Solſtitium pecori defendite*. Hoc genus Perſis pene proprium, ut ex Herodoto & Xenophonte patet; & uſque ad Juliani tempora iiſdem in uſu fuiſſe, auctor *Ammianus* XXIV, 2. *obtecti ſcutis vimine firmiſſimo textis, & crudorum tergorum denſitate veſtitis*. Eunapius οἱ δὲ τῶν Παρθῶν οἰσυΐνας ἀσπίδας ἔχοντες, καὶ χερρὶ διελεῖν τρῆμα τινὰ παντελῶς πεπλεγμένα. Confer Grammaticos v. γέρρα.

IV, 13. *Immutilato corpore*] Verbum ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων. Recepit autem pro Salluſtiano *Hegeſippus* I, 29. *Summum enim Sacerdotem* immutilatum corpore *quenquam eſſe oportet, nec licere per legem licet, ut mutilato corpore, quiquam ſummo fungatur munere*. Voces *corpore quenquam* abſunt meis & Gualtheri codicibus malim *ſ. e. ſ. immutilato corpore eſſe op.*

LIB. V.

V, 1. *Comperto Bithyniam Conſuli datam*] Hoc eſt, *cum comperiſſent*. Tacitus II, 9. *in ripa Arminius adſtitit, quæſitoque an Cæſar veniſſet*. Confer I, 75. An. II, 60. Hiſt. IV, 17. *Ammianum* XX, IV. Idem alibi: *vocantur patres*, addito *conſultandum ſuper re magna & atroci*. An. XVI, 33. *Montanus patri conceſſus eſt, prædicto ne in Republica haberetur*. Papinianus: comperto *matrem ſuam inteſtato deceſſiſſe*. Paulus; *non diſſimulato ſe libertum eſſe*. Apulejus VII. Cognitoque *quoſdam, immo vero fortiſſimum quemque, variis quidem, ſed impigris caſibus adoppetiſſe*.

V, 2. *Commeatibus mercatis*] Unde

Cicero, *dies commeatus* Nos, *ferlom.* Livius XXXIII., *magna pars ſine commeatibus dilabebantur*] Pro licentia abeundi Tacitus An. XV, 10. *reliquas (legiones) promiſcuis militum commeatibus infirmaverat.* At hunc morem de quo quæritur Noſter, planius oſtendit Hiſt. 1, 46. *quarta pars manipuli ſparſa per commeatus, aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem Centurioni exſolveret, neque modum oneris quiſquam, neque genus quæſtus penſo habebat. Per latrocinia & raptus, aut ſervilibus miniſteriis, militare otium redimebant. Tum locupletiſſimus quiſque miles, labore ac ſævitia fatigari, donec vacationem emeret.* Bene ergo & more militiæ fecit Adrianus qui, auctore *Spartiano, ne quidem pateretur quicquam tribunum a milite accipere.* Vetera tamen marmora ſuadent hoc non ſemper obtinuiſſe, nam milites illi commeatales a quibus tribuni aliquid per ſtellaturam auferebant audiunt tribunorum beneficiarii. Quo titulo vix alius frequentior occurrit in vetuſtis monumentis, adi *Gruterum* DLXIII, 5. DXXVIII. *Juſtinianum* Cod. de offic. Præf. Præt. Africæ Leg. II. & Cl. *Salmaſium* ad Peſcennium cap. III. Ex hac voce κομμέατ☉ & κομμεάτ☉ apud *Hezichium* & *Leonem* Tact. VII, 4. ſcribitur & *comiatus* in Capitular. Car. Magni. unde Itali ſuum *comiato.* Quæ vocea, apud Concil. Vernenſe An. 755. Canon. IX. & *Palladium* in Lauſiac. cap. LXXXVI. vitæ prorogationem ſignant. Habes denique *commeatim ſtipato commeatu* pro, agmine undique compreſſo. Confer *Tacitum* in Agric. *Suetonium* Tiberio LXXII. qui ad uſus civiles tranſtulit, *Donatum* in Hecyr. I, 2, 100. Lege LIV. de militibus vagantibus, ita cautum legimus apud Ruffum, interprete Leunclavio:

SI QUIS. VAGARI. FUERIT. AUSUS. ULTRA. DIEM. COMMEATUS, ET MILITIA. REJICIETUR. ET UT PAGANUS. CIVILIBUS. MAGISTRATIBUS. TRADETUR. At, *bello imminente*, capitis ſupplicio affici ſolebant. C. opponitur *remeatus.* Marcianus Leg. *relegat.* ff *de pœna.* Nemo poteſt commeatum, *remeatumve* dare niſi Imp.

v. 3. *Quid humani*] Εὔφημον pro genus. Sic, apud *Feſtum*, altera avis pro *improſpera*, apud Lucretium & *Plinium* Ep. II, 1. *abiit.* pro, *mortuus eſt.*

v. 2. *Aſſurgere de Sella. caput aperire*] Servius pag. 399. a. *ſolitus.* Vide *Stewichium* ad Arnobium p. 145. 10. *Plutarchum* in Pompejo p. 622. &, in Cauſſis. *Appianum* pag. 668. ante omnia *Lipſium* in Electis I, 23. Ad hunc morem ornate reſpicit *Statius* Thebaid. II, 61. *ſopor obvius illi Noctis agebat equos, trepidusque* aſſurgit *honori Numinis*, & recto decedit limite *Cœli*. Hoc de viro forti prædixerat *Tyrtæus* Πάντες δ' ἐν θώκοισιν ὁμῶς νέοι, οἵ τε κατ' αὐτὸν ΕΙΚΟΥΣ ΕΚ ΧΩΡΗΣ, οἵ τε παλαιότεροι.

Lib. VI.

v, 1. *Suopte ingenio alimenta gignere*] Ingenium ad arva poſt *Virgilium* tranſtulere *Columella* lib. X. *Mela* I, 13. *Statius* V, 15. & Sylv. II, 2, 45. *Claudianus* Rapt 140. verba Columellæ ſunt. *Quod ſi nec cœli, nec campi competit humor,* Ingeniumque loci, *vel Juppiter abnegat imbrem.* Supra. *Tum mihi ferreo verſetur robore Pala Dulcis humus, ſi jam pluviis* defeſſa *madebis*, ut *Claudianus* II. Eutrop. Defeſſi *verbere terga.* At nunquam hoc ſenſu extat apud *Virgilium* quem unice ſequitur. Codex Arondel. *defeſſa*, hoc eſt *victa, ſubacta, domita.* Ovid. Met. XI. *Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undæ Nec prius abſiſtit* feſſam *oppugnare* carinam Quam &c. *Lucret.* ſimulachraque feſſa *fatiſci.* Laſſam denique terram dixerunt, alio ſenſu, *Ovidius* I. de Pont. Plin. XVII, 1. &, *feſſum novale* ipſe Columella. *Pabula nec pigeat* feſſo *præbere* novali. Cæterum pro *gignere* Stewichius ad *Apulejum* p. 416. ingenioſe ſubſtituit *genere*, quia ita alibi Noſter. Habes apud *Severum* in *Ætna*, ingenium *ignis.* apud *Sulp Severum* ingenium mali.

VI, 1. *Animoque inverecundo*] ſimulatque in Macrino *Capitolinus* capi.

Digitized by Google

animi atque oris inverecundi. unde præſens lectio optime contra *Douzam* adſtruitur.

VI, 2. *Habitum tranſgreſſus*] Hegeſippus alludit I, 27. *Julius Cæſar quia privati habitum ſupergreſſus fuerat, in Senatu graves pœnas dedit.* Ibi C. C. C. *viribus* pro *urbibus*. &, *mandata* pro *commiſſa* C. C. C. & B. Pal. æque bene. Infra: *acta jam* pro *ſenecta*. Edit. Baſil 1532. Supra, *ſimulans alvum*: Servius omittit. *ſibi* optime.

VI, 4. *Jura naturæ*] Hoc eſt: vita & mors ſunt communia naturæ dona, e contra: ut integer fama & fortunis agas, & in pace inter tuos moriaris ea civibus ſupremam poteſtatem habentibus accepta referuntur. *Bellis incerta*] Supple *ex bellis*, i. e. propter bella.

VI, 5. *Neque mox ingenuo corpori*] ita Libri, at legendum puto *mors* ut ſit ſenſus: *Atque ego cujus ætas fato propior, mortem non deprecor, ſi quid ea vobis incommodi demitur; neque mors ingenuo homini liberoque honeſtius quam pro veſtra ſalute finem vitæ fecerit.* Corpus pro homine uſus *Maro* Æn. V, 317. *Primus abit, longeque ante omnia corpora Niſus Emicat* II, 18. *Huc delecta virum ſortiti corpora furtim Includunt cæco lateri.* Ovidius Met. XIII, 663. *Victa metu pietas conſortia corpora pœnæ Dedit.* Heinſius ex auctoritate meliorum Codd. ſcripturam veterem reſinxit, in poſtera: quod quidem in eo loco elegantius. Idem Ep. V. *Turpiter ingenuum munera corpus emunt.* Horat I, 35. *Præſens vel imo tollere de gradu Mortale corpus.* Juvenalis XIV, 265. *An magis oblectant animum jactata petauro Corpora, quique ſolent rectum deſcendere funem.* hoc eſt, petauriſtæ. Ingenuum corpus idem valet atque apud Tacitum *libero corpore* XII, 17. *Poſtero die miſere legatos, veniam liberis corporibus orantes.* Atque ita Græci ſuum σῶμα. *Demoſthenes.* Philip. III, Τρίήρεις γε, καὶ σωμάτων πλῆθος, καὶ χρημάτων αὐτόν. Fallitur ergo *Epiphanius* in Anchorato, qui putat hoc vocabulum ſervitio proprie deſtinatum attribui. Sed σώματα, æque ac ψυχαί, tam ingenuis quam ſervis competit. *Epictetus*: Ἀπὸ τῶν γὰρ ὀλίγων σωμάτων πολλὰς δουλεύειν ψυχάς. Neque audiendus *Pollux* qui σώματα ſine adjecta voce δοῦλα pro perſona ſervili neutiquam inveniri aſſerit. *Pindarus* Ol. IX, 52. Οὐδ' Ἀΐδας ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον, Βρότεα σώμαθ' ᾇ κατάγει κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν θνασκόντων. Ibi Schol. τούτῃ γὰρ, φησί, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν κατάγει. *Euripides* Heracl. 90 Τὸν Ἡράκλειον ἴσθι που παραστάτην Ἰόλαον; οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε. *Sophocles* Oedip. Tyr. p. 179. ἀμφοῖν γὰρ οὖν ὦ γύναι κακῶς Εἴληφα τοὐμὸν σῶμα σὺν τέχνῃ κακῇ. *Xenophon* Sympoſiac. Ἐὰν ὀργισθῇ τις σώματι. *Diodorus* XX. p. 743. Ἐξ ὧν αἰχμαλώτων σώματα καὶ λείας πλῆθος ἤθροισε. Præivere Scriptores Sacri. *Nehem.* IX, 37. *D. Paulus* ad Rom. VIII, 23.

VI, 5. *Adſum en Cotta Conſul*] Valerius apud *Livium* III, 17. Primus en ego Conſul, *quantum mortalis Deum poſſum, te ac tua veſtigia ſequar.* Tacitus An. XII, 18. *Mithridates terra marique Romanis per tot annos quæſitus,* ſponte adſum. *Q. Septimius* II, 24. Confer *Briſſonium* de Form. infra: *Feſſa bellis.* Vid. *Gudium* ad Phædr. II, 21. *Hegeſippum* I, 35. *Sulpicium* Hiſt. Sacr. pag. 243.

VI, 6. *Intectum corpus*] Sæpius *tectum*, quandoque etiam contrarium, denotat; Gloſſæ *intectus* ἀσκέπαστος, quo ſenſu Noſter in hoc loco & ubique *Tacitus*. Seneca de Provid. IV. de Germanis. *Horrenda iniquitas cœli*, intecta corpora. *Cæſar* de iiſdem: *pellibus tegi, quarum propter exiguitatem magna pars eſt corporis aperta.* De Erembis *Avienus* 279. *Intectique artus atque ardua ſemper Culmina ſaxorum.* Qui propterea apud *Dionyſium* vſ. 965. Γυμνοί, καὶ ἀσκέπαστοι. *Apulejus* III, 46. *omnibus abjectis amiculis, hactenus denique intecti bacchamur in Venerem.* At ſenſu contrario VIII, pag. 141. Edit. Colvianæ, *bombicinis linteis intecti.* Sic enim lego pro *injecti*. Arnobius p. 105. intectis corporibus atque nudis & p. 108. *ſaminudos aut*

aut inteƈtos. Confer *Hegeſip.* v, 44.

vi, 7. *Ventis per cava terræ vitatis*] Hegeſippus iii, 26. *unde non latenti jam, neque abdito* per cavos terræ meatus. Tentabam ex ingenio: *cava*, & *meatu*, quomodo jam invenio in membranis C.C.C. B. Pub. infra: pro *ita*, habet *aer* C.C.C. optime quidem. *Immodicus animi*] Ita *Hegeſip.* i, 15. pro *omne* Servius Lucii, *omnibus*. Senſum τȣ̃ *ſedere* optime & eleganter exprimit *Achmetes* Oneirocr. cap. 144. Ὅτι ἀπὸ σεισμοῦ ΚΑΤΕΠΟΝΤΙΣΘΗ τις τόπ⊕.

vi, 7. *Multa nefande, caſu ſuper auſi*] Huc ſpeƈtant illa *Sulpicii* Hiſt. Sacr. ii, 30. *Quin omnia* nefanda inſuper auſi, *ne humanis quidem corporibus pepercerunt.* D. Hieronymus Ep. xvi, 5. ad nefandos cibos *erupit eſurientium rabies.* MSS. Priſciani unus, *ſuper hauſi.* Alter, *nefanda multa &c. ſparſi. Cultoribus inani*] Martianus Capella v. pag. 169. *cultibus variis.* Et ſic Codd. ſcripti quos viderim, pro *injeƈta corpora*. Diomedes Edit. Putſchianæ reƈtius habet *inteƈta*.

vi, 10. *Primis armatus*] Douza & Lipſius *animatus*, ſed contra codices. Et, quod pejus, *Plutarchum* & *Appianum*. Hic in Pompejo pag. 641. de Mithridatis armis hæc habet. Τῆς δὲ ἐσθῆτος ἣν ἐφόρει, καὶ τῶν ὅπλων ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣ, καὶ τὴν λαμπρότητα ἐθαύμαζε. Ille vero de bellis Mithr. pag. 250. Τὸ ... μέγας μὲν, ὡς ἀποδεικνύουσιν ὅσα ὅπλα αὐτὸς ἐπεμψεν ἐς Νέμεαν τε καὶ Δελφούς.

vi, 11. *Ignobilitatem*] Sertorio γνῶσιν τῶν ... *Plutarchus* 568. itaque ignobilitas pro *ignorantia* ſive ignorabilitas, ut *nobilis* apud Noſtrum pro *notus*. Plautus Pſeud. *Peregrina facies videtur hominis, atque* ignobilis. Ignobilis ἄγνωστ⊕ Gloſſæ. Verum Sertorius, ut ut antea ſtrenuus miles, imperatoria fama eſſe tum demum incœpit, poſtquam Lauronem inſpeƈtante Pompejo ceperat. *Plutarch.* 577. Μέχρι μὲν οὖν τῆς περὶ Μέτελλον ... τὰ πλεῖστα ... ὁ Φοινικῆ ... τῶν ... ἐπιφανὴς ... φρυγ⊕. Ἐπεὶ δὲ καὶ Περπέρνᾳ περὶ Πομπήϊον ὑπερβαλόντι ... καὶ τὸν ἄρχε μὲν διδοὺς, ἅμα δὲ λαμβάνειν στρατηγικῶν πλεονεκτημάτων ... ἀντιτεχνώμενός τε καὶ φυλαττόμεν⊕ πλεῖον εἶχε, ... διαβοήθη μέχρι Ῥώμης, ὡς δεινότατ⊕ πόλεμον μεταχειρίσασθαι τῶν τότε στρατηγῶν. *Quo ille dehoneſtamento*] Hac voce frequens Tacitus v. *Senecam* de Conſtant. cap. ult. *Juſtinum*, *Gellium*. Apulejus Apol. i. pag. 305. *Ut ne quid macula aut* inhoneſtamenti *in me admittam*, mallem, *dehoneſtamenti*. illud alterum non memini legiſſe. Sertoriano ingenio proxime accedunt Getarum mores, de quibus *Claudianus* B. G. 481. *Crinigeri ſedere patres, pellita Getarum Curia, quos* plagis decorat numeroſa cicatrix &, ſtb. *Vulneribus pars nulla vacat, reſciſſaque frontis* Gloria fœdati ſplendet jaƈtantior oris. D. Auguſtinus Epiſt. xlviii. *quaſi vero ſi quiſquam vir fortis, pro patria dimicans, multa adverſa vulnera exciperet, & peritiſſimo medico, qui hæc ita curaret vulnera, ut cicatrices nulla apparerent, ipſe potius diceret, ſic ſe velle ſanari, ut magis eſſent in corpore ſuo veſtigia* vulnerum, *tanquam* tituli gloriarum.

vi, 12. *Mare Ponticum dulcius*] Fallitur *Urſinus*, nam ex Solino & Ammiano ſua fere hauſerit *Iſidorus*, ut conferenti ſtatim patebit. Sic ergo *Ammian.* qui & ipſe *Solinum* exſcribit Lib. xxii, 22. *Omnis autem circumfluo ambitu pontus*, & nebuloſus eſt, & dulcior æquorum cæteris, *&* vadoſus: *quod & concreſcit aer ex humorum ſpiramine ſæpe denſatus, & irruentium undarum magnitudine temperatur, & conſurgit in brevis tortuoſa, limum globoſque aggerente multitudine circumvenientium fluminum.* deinde: *ſecuri voracium belluarum: nihil enim in Ponto hujuſmodi aliquando viſum, præter innocuos* Delphinas & parvos. Iſidorus: *præter phocas & thynnos atque Delfinos, alias belluas majores non patitur.* Mela i, 19. de Ponto, *innavigabilis, brevis, atrox*, nebuloſus. Plin. ix, 15. Ariſtot. Ἔξω γὰρ φαλαίνης ἢ δελφῖν⊕ in Pontum nulla intrat beſtia piſcibus

bus malefica prater vitulos & parvos Delphinos. *Solinus: in ſeptem ſtadiorum anguſtias ſtringitur.* Intra: *inde diffuſus æquore patentiſſimo rurſus ſtringitur in Propontidem. Mox in quingentos paſſus coarctatur, fitque Boſporus Thracius qua Darius Copias tranſportavit*, &, *ibi prater phocas rara bellua eſt.* Quæ omnia tranſcripſit *Iſidorus.* Cauſſam dulcedinis hanc ante *Macrobium* attulit *Valerius Flaccus* IV. *Quas Tanais, fluviuſque Lyces, Hypaniſque, Melaſque Addat opes: quantoſque ſinus Mæotia laxent Æquora, flumineo ſic agmine fregit amari Vim ſalis, hinc Borea cedens glacialibus auris Pontus, & exorta facilis concreſcere bruma.* Arrianus pag. 119. Πᾶς Πόντος πολύ τι γλυκυτέρου τοῦ ὕδατός ἐστιν, ἤπερ ἡ ἔξω θάλασσα. Huc pertinet fragmentum VI, 15. *ex Ponto vis piſcium* &c. cui gemina habet *Solinus* XIII.

VI, 13. *Ænum & Maroneam*] Vide *Salmaſium* ad Solinum pag. 164. lin. 3. infra: *ut tanta repente mutatio*] Huc alludit *Q. Septimius* II, 43. tanta repente mutatio animorum *noſtros atque hoſtes inceſſerat*, & III, 4. *Neque tam* ſubita mutatio *ſine dolo credebatur.*

VI, 15. *Prafectus quidam Ligus*] Quinctilianus VIII, 6. *Pluribus autem verbis cum id quod uno, aut paucioribus certe dici poteſt. explicatur,* περίφρασιν *vocant, circuitum loquendi. qui nonnunquam neceſſitatem habet quoties dictu deformia operit:* Salluſtius [Ald. Vaſc. Steph. *ut Sall.*] *Ad requiſita natura.* Cætera addit *Flodegarius*, neſcio an memoria lapſus. Et quid illi pronius faciliuſque quam huc trahere quæ Jug. XLVIII. habentur. *Quidam Ligus &c. aquatum egreſſus.* Et fieri potuit ut *Quinctilianus* ea reſpiceret quæ hujus figuræ exemplum continerent nec tamen obſcœnitatem aliquam operirent. E contra, *requiſita natura*, ſemper dejectionem alvi denotat. *Ammianus* XXIII, ult. *Super his, nec ſtando* mingens, *nec* ad requiſita naturæ *ſecedens facile viſitur Perſa: ita obſervantius, hac aliaque pudenda declinant.* Idem fere *Herodotus* I, 133. Καί σφι τὸν ἐμέσαι ἔξεστι, οὐ καὶ οὐρῆσαι ἀντίον ἄλλου. *Xenophon* Cyrop. VIII. Μήτε ἐσθίειν μήτε πίνειν, μήτε τῶν διὰ ταῦτα ἀναγκαίων ποιοῦντας φανερὸς εἶναι. *Spartianus* Caracall. VI. *Quum* ad requiſita naturæ *diſceſſiſſet.* Malim *receſſiſſet* ut apud *Ammianum*, vel, *deſcendiſſet.* Aurelius Victor de eodem, *apud Edeſſam* ſecedens *ad officia naturalia* ea nempe quæ *ventris ſecreta* vocat cap. LXII. pergit auctor: *Occiſus eſt autem in medio itinere inter Carras & Edeſſam quum* levandæ veſicæ gratia ex equo deſcendiſſet. Verum ut ingenue fatear illa, *occiſus &c. cadis ageret*, inſititia videntur & huic operi a neſcio quo librario intruſa, quippe quæ nihil omnino continent, ſi falſum & ineptum illud τῶν *requiſita natura* interpretamentum excipias, quod non ſupra dictum fuerat. Audi, ſuper tota re, *Herodianum* IV. Καθὼς δὲ τὴν μέσην ὁδὸν ἐπειχθεὶς ὑπὸ τῆς γαστρὸς, ἀποστῆναί τε πάντας κελεύσας, ἀνεχώρει σὺν ἑνὶ ὑπηρέτῃ, ἀποσκευασάμενος τὰ ἐνοχλοῦντα. Πάντες τοίνυν ἀπεστράφησαν, καὶ ὡς πορρωτάτω ἀπῄεσαν, τιμὴν τε καὶ αἰδῶ τῷ γιγνομένῳ νέμοντες dein: Ἐπιστὰς αὐτῷ τὰς ἐσθῆτας τῶν μηρῶν καθελκόντι. Planius adhuc *Zonaras* pag. 615. ἀποβάντι τοῦ ἵππου δι' ἀπόπατον. hoc eſt, πρὸς κένωσιν τῆς γαστρός. Nam ἀπόπατοι ἀφοδεύσεις ſeceſſiones. *Ariſtophanes* Acharn. Ἀλλ' εἰς ἀπόπατον ᾤχετο στρατιὰν λαβὼν, κἄχεζεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν. Vix alibi occurrunt hæc verba *requiſita natura*, unum excipias *Hieronymum* adv. Jovinian. I. unde potius a Salluſtio, cujus ſcrinia compilare ſolent, quam a *Quinctiliano* deſumſiſſe Auctores modo laudatos nullus dubito.

VI, 10. *Exercitum vertere*] vertere eſt regere, ductare, tralatione a navium gubernaculis facta. Virgil. Æn. VII, 100. *quorumque a ſtirpe nepotes Omnia ſub pedibus, qua Sol utrumque recurrens Aſpicit Oceanum*, vertique regique *videbunt.* Illud cui ineſt ſubigendi poteſtas *vertere* & *verſare*, quod impar eſt & obnoxium, id *verti*, *regique* dicitur. *Lucretium* ſequitur Maro, ita enim ille III, 165. *propellere membra Conripere ex ſomno cor-*

pus mutareque volvum Atque hominem totum regere *ac* verſare *videtur*. Statius Theb. II, 574. *nec* vertere *cuiquam* Frena *ſecundus Halys*. Silius VIII, 261. *Sic debilis arte Belligera*, martemque *rudis* verſare. Ubi amor impotens aut edax illa poetarum cura dominatur, ibi recte uſurpari poſſunt, verſat & coquit *ſub pectore*. Item: *Et poſſeſſa ferus* pectora verſat *amor*. Unde admodum crude *Servius* ad Æn. V, 408. *verſat* i. e. *conſiderat*. Nam hoc ſtricte non ſignificat, neque hoc vult auctor quod mente animoque verſaret Heros immenſa volumina, ſed quod huc illuc, quaſi illorum pondus exploraturus libraret, ideoque *Schol.* Salluſtii locum minus caute adduxit. Quod ex *Virg.* patet, qui *verſemus oves ſubſidere cancri*, i. e. tractemus; cæterum hoc ſignificatu ponuntur a Scriptoribus Græcis δινέω, χαλινδέω, ἑλίσσω. *Ariſtoteles* de Mund. Πάντα δ' ὑφ' ἓνα συμφέροντα δινεῖται. *Ariſtoph.* Ran. Μεζακυλινδεῖν αὐτὸν ἀεὶ πρὸς τ' ἐν περίπλοντα τοῖχον. Hinc apud *Homerum*, ſummi Jovis imperium ex eo præcipue oſtenditur quod unus ipſe levi nutus momento *Cælorum immenſa volumina torquet*. Σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ, ΕΛΕΛΙΞΕ δὲ μακρὸν Ὄλυμπον.

VI, 16. *Adeo illis ingenita eſt*] Locutio vulgg. Lexicis ignota? *ingenitum* proprie eſt: vel quod a natura datum, vel a parentibus quaſi ex traduce hauſtum eſt, & reſpondet Græco verbo ἔμφυτον, συμφυής. Illud enim *Plinio* ingenitum quod *Æliano* συμφυής. v. *Manilium* I, 815. IV, 154. *Suetonium* Ner. I. *Columellam* III, 7. Hoc fere ſenſu voces *innatum* & *ingeneratum* uſurpat elegantiſſime in B. G. I, 41. Cæſar. *Hac oratione habita, mirum in modum converſa ſunt omnium mentes, ſummaque alacritas & cupiditas belli gerendi innata eſt.* Pro *inſerta, propagata, orta eſt*. Quod per *injectum* & *illatum* effert B. G. II, 25. VI, 42. B. Civ. III, 38, 65. Idem B. G. I, 46. *Poſteaquam &c. eaque res colloquium diremiſſet; multo major alacritas, ſtudiumque pugnandi majus exercitui* injectum eſt. Senſu primævo bis præterea uſus eſt B. G. VII, 42. B. Civ. III, 92. ſed in poſteriore loco adjunxit vocem *naturaliter*. alacritas *naturaliter* innata. ubi quod a natura innatum eſt ei quod ab aliis poſtea illatum eſt, opponi videtur, vel ſaltem ſubinnuit aliam τοῦ *innata* reſtare notionem. *Metaphraſtes* B. G. I, 41. Πολλὴ προθυμία, αὐτοῖς τοῦ μάχεσθαι ἐνεγίνετο, & II, 25. Ἐλπίδος τινὸς τοῖς στρατιώταις ἐγγινομένης. ubi *illata*. & *injectum* I, 46. ibi πολλῷ μείζον προθυμία τε καὶ σπουδὴ τοῦ μάχεσθαι, ἐπεῖσῆλθεν, τοῖς στρατιώταις ἐνέφυ. Unde patet ejus exemplaria habuiſſe *innata*, quod quidem loco *illata* II, 25. reponere haud gravarer. Hoc modo *Plautus* Mil. IV, 2, 71. *Non mihi avaritia* umquam innata *eſt*. Poen. I, 2, 87. *Invidia in me numquam* innata *eſt, neque malitia*. apertiſſime Perſ. II, 5, 11. T. *Quid hoc hic in collo tibi tumet?* S. vomica'ſt, *preſſim parce*. T. Quando iſtæc innata eſt tibi? S. Hodie. *Innaſcor* pro *naſcor* ſimplex pro compoſito apud antiquos frequenter uſu venit. Horat. Sat I, 3, 37. *Neglectis urenda filix* innaſcitur. Denique plus eſt quam *inſita Cic.* Fin. IV, 4. N. D. I, 44. Nec diſpar uſus τοῦ ingenerare apud *Cic.* in Agrar. & *Valerium* II, 2. VII, 2. V, 3. I. VIII, 9, 4. *pectoribus inſerta, multis voluntariæ mortis appetendæ cupiditatem* ingeneraret. MS. B. Pub. *Voluntariam*. Supra: *poſt ea vitam refutant*] hoc eſt: *poſt mortem illorum & aſpernantur*. Cicero pro Rabir. poſth. § 27. *non modo non* aſpernari *ac* refutare, *ſed complecti etiam & augere debetis*. Gloſſæ *refutari* ἐκβάλλεσθαι, ἀποτρέπεσθαι. *Capitolinus* Antonino P. cap. V. *Circenſes natali ſuo dicatos non reſpuit, aliis* honoribus refutatis. *Solinus* p. 42. nundinas & nummum refutare. Confer *Ammianum*. &, *Hegeſippum* II, 9. D. *Hieronymum* Ep. XXVI, 5. & vita Malchi. *refutare vitam* haud alibi legitur.

VI, 17. *Poſt defect. ſociorum*] Forte pro, *& Latii* legendum: *& Sertorii*. Noſter VI, 4. *quoniam* poſt defectionem Sociorum & Sertorii *per maris fugam* Laudas Dominus ob vocem *Sociorum*,

de

de cæteris non adeo ſollicitus. J. W.

vi, 18. *Illata naufragia*] Viderat Q. *Septimius* vi, 4. *Inter* Scyllam & Charibdim *mare ſæviſſimum*, & illata ſorbere *ſolitum*. Infra: *leves odores*] i.e. ſuaves; de amomo *Dioſcorides* i, xiv. Εὐώδης ἱκανῶς &, *gravis odor* paſſim pro *ingrato*. Lucret. vi, 803. Virg. G. iv, 49. *Aut ubi* odor *cœni* gravis; quo ſenſu apud *Dioſcor.* idem. Τὸ βαρύοσμον. ingratus, teter, & qui nares contriſtat. Huc reſpexit Corippus. *Priſca Palæſtini miſcentur dona Lyæi Alba, colore nivis, blandoque* leviſſima *guſtu*. aliud autem *vinum leviſſimum* apud *Plinium*. An hoc ſenſu ejuſdem illa capiam, neſcio xii, 7. *Hoc (piper) ex omni genere aſperrimum eſt*, leviſſimumque *& pallidum*. de Cervæ odore apud Varium. *Æthera per nitidum* tenues *ſectatur* odores. Æque audacter *Maro* Æn. iii. *Volvitur* ater odor. Palladius Rutil. *Et frondes* pulchro *ditat* odore *feras*. *Ariſtoteles* de Anim. ii, 9. Καὶ δριμεῖα, καὶ αὐστηρὰ, καὶ ὀξεῖα, καὶ λιπαρὰ ἐστιν ὀσμή Lucret. *Abrotonique graves* & triſtia centaurea.

vi, 18. *Uſque ad*] Noſter alibi ſemper ordine perverſo, *aduſque*. infra: *vorticoſum*. Hinc forte mutuatus eſt hoc verbum *Seneca* cap. xxiii, cujus verba ex Fr. Libb. delenda exiſtimo. *Anonymus* Paneg. viii, cap. 7. *Atheſis ille ſaxis aſper, & gurgitibus* vorticoſus.

vi, 19. *Pacis modo effuſas*] Frequentius *more* Noſter: *more militiæ*, virorum, regum, humanæ cupidinis, prœlii, pecorum, hoſtium, vulgi, Græciæ, Imperatoris, mortalium. At nihil mutandum. *Tacitus* Hiſt. iv, 15. *vagos &* pacis modo effuſas *lixas*.

vi, 20. *Genua patrum advolvuntur*] recte. *Tacitus* vi, 49. *Quamquam* genua patrum advolveretur. Q. *Septimius* Salluſtium cujus inprimis æmulus eſt ſui vel librariorum incuria, nunc deſerens, ubique exhibet: *genibus obvolvebantur*, *obvoluta*. Atque ex eadem cauſſa *Hegeſippus* v, 49. *genibus advolv.* verum Codd. C.C.C. & Bib. Pub. propius veritatem offerunt *ad genua*, ubi præpoſitionem omnino inducendam pronuncio. Noſter alibi: *muros ſucceſſerunt* &, *radicem montis exceſſit*. Apulejus *de Deo Socr.* eandem arborem *ſucceſſit*. infra, pro *mapalia Servius* Fuldanus habet, *Magalia*. De quibus vocibus vide nos ad Jug. xxii.

vi, 21. *Vaſta Italia*] Confer Fr. i, 8. & *Servium* pag. 1233. infra: pro *ſævire Tagum*. Popma pag. 115. legit, *lenire*. paullo poſt: mallem *egregie*, pro *egregio*. dein: *ſanctus alia*] ſequitur *A. Victor* de Veſpaſiano. *ſanctus omnia*. atque ita *Tertullianus*. Inſcriptio vetus apud *Trebellium* pag. 347. *Felix omnia*. Ammianus pag. 170, 20. *Prudens alia*.

vi, 23. *Tigrim & Euphratem*] Adde huc ſis alterum illud apud *Hieronymum* de locis Hebr. cap. xxviii. infra: *delatus eſt Cumas*] Confer *Pauſaniam* x, 17.

vi, 25. *Incruento exercitu*] lætam eſſe ejuſmodi victoriam ſubinnuit noſter Catilin. 71. poſtea: *alia Sardiniam*] Confer *Pauſaniam* pag. 837. denique: *procul viſentibus*. Atque ita lego apud *Juſtinum* iv, 1. cum Codd. Bongarſii, non ut vulgg. *videntibus*.

vi, 27. *Nova æſtas, adulta*] Ita *Tacitus* An. ii. *Sed* æſtate *jam* adulta, *legionum alia itinere terreſtri in hybernacula remiſſa*. Æn. xiii, 36. *donec* ver adoleſceret, & xi, 31. adulto autumno. Ante utrumque *Thucydides*, ἀκμάζον θέρος dixit, &, παρῃκμακός. *Plutarchus*, παρῃκμακὼς φθινόπωρος & Sertorio p. 576. θέρους ἀκμάζοντος. ad noctem tranſtulit *Herodianus*: ἀκμαζούσης νυκτός. nocte intempeſta, provecta. pro ſole Meridionali *Petronius* niſi fallor: *non ſolis adulti Manſueſcit radiis*. Poſtremo: *Avienus* adultam *maturamque noctem*, pro nocte jam in diem vergente, poſuit: quod magno *Salmaſio* in Pliniano opere obſervatum pag. 719.

vi, 27. *Voluiſſe fugere ad inſulas Fortunatas*] De iis conſule *Diodorum* p. 96. 207, 127. *Agatharch.* pag. 65. *Plinium*, *Heſiodum* & *Tzetzem* in eundem, *Melam* iii. alios. Locus *Homeri* ubi de Inſulis Fortunatis agit, indicante Strabone, extat Odyſſ. δ'. 563. Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον

πεδίον καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς, Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν. Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὐδέ ποτ' ὄμβρος· Ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους. Quæ fere tranſcripſit *Joſephus* B. Judaic. II, 7. Inſcriptio vetus Regillæ ab Herode poſita: Ζεὺς μὲν ἐς Ὠκεανὸν θαλερὴν ἔστειλε γυναῖκα Αὔρῃσι Ζεφύροιο κομιζέμεν ἠλυσίῃσιν. Anonymus apud *Hezichium*. Ὠκεανοῖο πόρον, τὸν ἀέρα, εἰς ὃν αἱ ψυχαὶ τῶν τελευτώντων ἀποχωροῦσι. Hodie *Canariæ* dictæ. *Florus* III, 22. ait Sertorium Fortunatorum inſulas penetraſſe, Noſter tantum *voluiſſe fugere*. &, Fr. VI, 20. (quod huc omnino pertinet) *traditur* fugam *in longinqua Oceani* agitaviſſe, Oceani Occidentalis nimirum. apud *Florum* pro *miſſus* ingenioſe legit *niſus*, ſic opinor, Freinſhemius, nam liber abeſt. Contra *Florum* facit *Plutarchus* in Sertorio pag 572. infra XXVIII. *vanum genus*] Adde Fr. ex Priſciano cap. XXII. Et de Teio oppido Conſule Doctiſſ. *Barneſium* in vita Anacreontis § 1.

VI, 31. *Servili ingenio*] Livius XXXV, 49 *Syros omnes eſſe, haud paulo mancipiorum melius, propter* ſervilia ingenia, *quam militum genus*. Ita *Tacitus* Hiſt. V, 9. *Juſtinus* XVIII, 3. Noſter in Catil. *ſervilia officia*. Quæ verba reſpicit *Symmachus* V, 68. *Interea recuſo ſententiam quæ rem venaticam* ſervile *ducit* officium. *Menander* Τὸ γὰρ γεωργεῖν ἔργον ἐστὶν οἰκέτου. infra: *preſſo gradu*] Ovidius: *ſubſequitur*, preſſoque *legit veſtigia* greſſu. quæ ita vertit *Max. Planudes*: Καὶ τὸ βῆμα συστέλλας τοῦ ἐκείνης ἀναλέγεται ἴχνη. *Livius* VIII. B. Pun. *Q. Septimius* II, 45. Idem valet βάδην ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγωγὴν apud *Polybium* lib. XI. pag. 893. *corpus ſemianimum*] *antique*. ita *Ennius* apud *Cic*. I. de Divin. *Lucretius* VI, 1266. Juſtinus VI, 8. *Nam ut relatus in caſtris* ſemianimis, Sed recte MS. Bongarſii *ſemianimus*.

VI, 31. Poſt fragmenta quæ ex *Plutarcho* adduximus, & hoc inſerendum reſtat. *Falcato*] falces habente. Hoc genus armorum etiam *Salluſtius* deſcribit. *Lactantius ad Statii Thebaid* X, 544.

VI, *Oratio* I.] Caſpar Barthius in notis ad *Claudianum* citat librum a ſe ſcriptum, cui titulus, *de Scriptoribus dubiis*, in quo, haſce Epiſtolas Salluſtio aſſerit. Eum neque ego vidi, neque an lucem viderit ille, ſatis compertum habeo. *obtinere* quandoque pro *perſeverare in tenendo* de quo ſignificatu Cl. *Gronovius* apud *Livium* III, 36. aliquando etiam pro *invaleſcere* ut hoc in loco. Livius. *Malim equidem de filio verum eſſe. quia & plures tradidere authores, ſervum* fama obtinuit. hoc eſt, tenuit locum ſuum in hominum mentibus. *Obtinere* enim militare verbum. *Plautus* Amph *Quique uti ſteterat jacet*, obtinetque ordinem Noſtrates: *Kept his ground*. Cic. Tuſc. I, 12. *auctoribus quidem ad iſtam ſententiam, quam* vis obtineri, *uti optimis poſſumus*. Ibi, cum Cl. Daviſio & MSS. Norvic. omnino legendum *obtinere*; pro compoſito etiam ſimplex uſurpat *Livius*: Tenet fama, *quum fluitantem alveum, quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet* &c. Cicero Catilin. IV, § 11. *ſive Silani ſententiam ſequi malueritis: facile me atque vos a crudelitatis vituperatione defenderitis*, obtinebo *eam multo leviorem fuiſſe*. Noſter J. 20. *quamquam ab ea fama, qua* pleroſque obtinet, *diverſum eſt*. Arnobius V. pag. 133. Poſſumus obtinere *falſum eſſe quod dicitur, vel quod ſuſpicionibus pleniſſima res eſt tota* pag. 155. *Falſa ut credantur hæc eſſe, etiamſi ſint vera, quam* obtinere *velle* pro veris. pro. *bonus atque clemens* Baſ. 1564. *novus*. Carrio ex Vaticano *bonus*. Hoc antea obſervavimus, ſed Typographi notam hanc ad voces, *bonus atque ſtrenuus ſis* pertinere, falſo exiſtimarunt.

VI, 32. *Eo ſe munitiores putant*] In Catilinar. *Regibus boni quam mali ſuſpectiores*. *L. Aretinus* in funere Nannis Strozæ, *ſuſpiciores*, alterum ſervant *Livius*, *Cicero* Offic. II. *Claudian. Hegeſ.* I, 24. *Tacitus Agric.* XXXIX. *Id ſibi maxime formidoloſum, privati hominis nomen ſupra principis attolli, fruſtra ſtudia* fori.

feri, & civilium artium decus in ſilentium acta, ſi militarem gloriam alius occuparet: & cætera utcumque facilius diſſimulari, ducis boni imperatoriam virtutem eſſe. Paulo infra: *aſperrume rectorem patitur*] Huc manifeſte reſpexit *Seneca*, de Ira III, 37. *Admoneri bonus gaudet*: peſſimus quiſque aſperrime *correptorem* patitur. Confer *Apollodorum* apud *Stobæum* Serm. XLIV, pag. 307. *Quod bellum* Vaticanus, pro *quia*, bene. *mollius* hoc eſt *lenius, clementius*. Ita Livius V, 5. *Cum his molliter & per dilationes* bellum *geri oportet*. *Hegeſippus* I, 16. verbiſque *in* mollibus *ſuppliciter inflexis mitigaverat indignationem Conſulis*. Codex B. Pub. *in mollius*, ſic legendum. Idem I, 12. *Ut ab executione præcepti ſeverioris* ad meliora *reflecteret*. Quæ lectio ſe tueri poteſt auctoritate Maronis: *in* melius *tua, qui potes, orſa* reflectas, at C.C.C. clare exhibet *molliora*. Apuleius. *Neque ſui* molliorem *provocaverat*.

VI, 34. *Cætera multitudo vulgi*] Alterutrum ſuperfluit, nec ſimul memini legere. at, *multitudinem hominum* dixit *Cicero* Orat. pro Cæcin. *turbam* alii, *vulgi* ſtante *Corona* Ovid. M. XIII. Potes ita diſtinguere: *Cætera multitudo, vulgi more, magis quam judicio*. Teſte enim Cicerone pro Plancio. *Non eſt Conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia*. Noſter. *more virorum pugnantes*, m. regum, prœlii. Et, *rem antea* vulgi rumoribus *exagitatam*. Aretinus Epiſt. IV, 3. *viri mulieresque* & cætera multitudo.

VI, 34. *Corruptus animus*] Editio vetus, teſte Carrione, *qua corrupto animo jubebat*. MSS. ejuſdem, *corrupto animo lubebat*, unde ipſe veram lectionem eruere mihi videor: *qua corrupto animo lubebat*, quod rarum & inſolens. *Plautus* Aſinar. I, 187. *ubi eris? L. ubicunque* libitum *erit* animo *meo*. Noſter ſemel, Jug. 118. *arma, pecuniam, poſtremo quicquid* animo lubet, *ſume utere*. Infra: omnino legendum *qui ea compoſiturus*. Balliol. omittit præpoſitionem a in *a multis*. infra: *exiſtuma*, hoc eſt *conſidera*, ut apud *Terent.* & Hegeſip. I, 16.

VI, 35. *Magis acerba, quam diuturna*] Excerpta *Polybii* X, pag. 845. Ἐπειδὰν δὲ τῶν ἐπιθυμουμένων τυχόντες κακῶς ποιῶσι καὶ δεσποτικῶς ἄρχωσι τῶν ὑποτεταγμένων, εἰκότως ἅμα ταῖς τῶν προεστώτων μεταβολαῖς, συμπίπτουσι καὶ τῶν ὑποτεταγμένων αἱ προαιρέσεις. *Livius* VIII, 3 *Certe id firmiſſimum longe imperium eſt, quo obedientes gaudeant*. Lyſias ait τοὺς διαπραττομένους ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι. Huc etiam ſpectat *Hegeſippus* I, 39. *Quod ſuperbia vel rapina eſt cito labitur quod gratia diu tenetur*. *Terentius* Adelph. I, 1. *Et errat longe mea quidem ſententia Qui imperium credat gravius eſſe, aut ſtabilius Vi quod fit, quam illud quod amicitia adjungitur*. *Seneca* Oedipo. *Qui ſceptra duro ſævus imperio gerit Timet timentes, redit in auctorem metus*. Thyeſte: *Mihi crede, falſis magna nominibus placent, Fruſtra timentur dura: dum excelſus ſteti, Numquam pavere deſtiti, atque ipſum mei* Ferrum timere lateris: *o quantum bonum eſt Obſtare nulli, capere ſecuras dapes*. Confer *Senecam* de Clementia I, 19. *Boetium* Conſol. III, 5. *Silium* II, 499. D. *Cyprianum* Epiſt. ad Donatum pag. 8. *Ferrandum Diaconum* Reg VII. *Claudianus* IV. Conſ. Honor. *Muniti vivant gladiis, ſeptique venenis, Ancipites habeant arces trepidique minentur*.

VI, 35. *Eam vitam bellum æternum gerere*] *Vitam* abundare ait *Urſinus*, quod ego de ejus animadverſione dictum velim. *Vita* quandoque denotat *vivendi modum* &, *rationem*. Ut apud Græcos βίος· ὁ καθ' ἡμέραν βίος; vide *Tzetzem* in Schol. ad *Heſiodum*. Hoc ſenſu *Terentius* Adelph. *Inſpicere tamquam in ſpeculum*, vitas *omnium Jubeo: atque ex aliis ſumere exemplum ſibi*. Noſter iterat Fr. VI, 55. *Atque ego* in ea vita *multa legendo*. & 51. *In artes* vitaſque varias *diſpalata*. Eum excipit *Tacitus* An. I, 9. *apud prudentes* vita ejus *varie extollebatur arguebaturve*. Denique vox *anceps* etiam retinenda; ſequitur enim: *neque adverſus neque ab tergo aut lateribus tutus*, quæ vim verbi ſatis exprimunt. infra: *in Cn.*

Pom-

Pompejum] vide nos ad Catil. XLVII.

VI, 39. *Res novas veteribus acquirit*] Si ſanus hic ſit locus, tum ſenſus eſſe videtur: movent pacata & veteribus largitionibus id apud plebem aſſequuntur, ut ex Præturis & Conſulatibus ſumtui & lubidini ſuppetant. Vel ſaltem: *alia ſuper alia cumulat*, quomodo accepiſſe *Ambroſium* Serm. LXXXI. putem. *Semper enim ſtudet avaritia* cumulare nova veteribus. Audiamus jam *Criſpinum*. Veteribus *HOC EST, ALIENA CONSUMENDO, NIHIL LUBIDINI DENEGANDO. CAETERUM VIDE MIHI, QUAESO, QUOMODO SENTENTIAM SUAM EXPRESSERIT. PETITA RES EX IPSIS NATURAE VISCERIBUS, UBI OMNIA IISDEM CONSERVANTUR PRINCIPIIS QUIBUS GENERATA SUNT. VERUM JOCUS EST EX RERUM VETERUM ET NOVARUM OPPOSITIONE. QUAE EO MINUS BENE COMPOSITA VIDENTUR QUOD EX VETERIBUS NOVA SOLEANT EMERGERE.* O Diva Nox!

VI, 40. *Aſpera, uti ſoles, pervade*] In Jug. dixit *ſupervadere*, ſed illud alterum tuetur *Ammian* p. 192, 1. pervadere *cuncta cogitabant*. vocem *aſpera* ſervat Tacitus An. IV. *Infœcunditati terrarum, aut aſperis maris obviam it.* infra: 41. *non ſi flagitiis*] hoc eſt: vera clementia non fuerit ſi (quod quidem in præſens ſuave) corruptis moribus fræna permittas. Poſtea: *ſi pecunia uſum atque decus*] Plato III, de Legibus dixerat. Δεῖ καὶ ἀναγκαῖον, τιμάς τε καὶ ἀτιμίας διανέμειν ὀρθῶς· ἔστι δὲ ὀρθῶς ἄρα τιμιώτατα μὲν καὶ πρῶτα, τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθὰ κεῖσθαι, σωφροσύνης ὑπαρχούσης αὐτῇ. Δεύτερα δὲ τὰ περὶ σῶμα καλὰ καὶ ἀγαθά. Καὶ τρίτα, τὰ περὶ τὴν οὐσίαν καὶ χρήματα λεγόμενα. Et Lib. IV. Διὸ δὴ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ χρὴ ΤΕΛΕΥΤΑΙΟΝ τιμᾶν· ὄντων γὰρ τριῶν τῶν ἁπάντων, περὶ ἃ πᾶς ἄνθρωπος σπουδάζει, τελευταῖον καὶ τρίτον ἐστὶν, ἡ τῶν χρημάτων ὀρθῶς σπουδαζομένη σπουδὴ, σώματος δὲ μέση, πρώτη δὲ ἡ τῆς ψυχῆς. De Fœneratoribus etiam Salluſtio præiverat Lib. V. Μήτ' οὖν δεδόναι, μήτε δέχεσθαι προῖκα τὸ παράπαν, μηδ' ἐγγυᾶν, μὴ δὲ νόμισμα παρακατατίθεσθαι, ὅτῳ μήτις πιστεύει. Μηδὲ ΔΑΝΕΙΖΕΙΝ ἐπὶ τόκῳ, ὡς ἐξὸν μὴ ἀποδιδόναι τὸ παράπαν τῷ δανεισαμένῳ μήτε ΤΟΚΟΝ, μήτε τὸ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. De pœnis vide gemina apud *Euſebium* citante *Stobæo* Serm. XLIV. & *Plutarchum* Epiſt. de Amicitia apud eundem p. 328. *Salluſtius* infra. *Igitur provideas oportet, uti plebes, largitionibus & publico frumento corrupta, habeat negotia ſua; quibus ab malo publico detineatur: juventus probitati, non ſumtibus, neque divitiis ſtudeat.*

VI, 42. *Omnia quam ſemet viſendum efficere*] Ex hoc fonte *Apulejus* in fine D. Socr. *Igitur ſi quotidiana eorum acta diſpungas, invenies in rationibus multa prodige profuſa, & in ſemet nihil. Plane quidem villas opipare exſtruunt, & domus ditiſſime* exornant, *& familias numeroſiſſime comparant; ſed in iſtis omnibus, in tanta affluentia rerum*, nihil indignum eſt, præterquam ipſe dominus ædium. *Nec injuria: cumulata enim habent, quæ ſedulo percolunt, ipſi autem horridi, indocti* incultique circumeunt: *Igitur illas ædificiorum ſpecies, in quæ* patrimonia *ſua* profuderunt, *amœniſſimas & exornatiſſimas deprehendas &c. omnia opulenta, omnia ornata* præter ipſum dominum; vide *Iſidorum Peluſiotam* Epiſt. II, 156. *Chryſoſtomum* Tom. I. Hom. II, pag. 30. Fabulam in hanc rem jucundam narrat *Galenus* Protrept. cap. IV. Διογένης ἑστιώμενος παρά τινι, τὰ μὲν ἑαυτοῦ πάντα ἀκριβῶς συντετονημένῳ, μόνου δ' ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι, χρεμψάμενος ὡς πτύσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσε, αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας. Ἀγανακτοῦντος δ' αὐτοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτῶντος, οὐδὲν ἔφησεν, ὁρᾶν οὕτως ἠμελημένον τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ὡς ἐκεῖνον· τοὺς γὰρ τοίχους ἅπαντας ἀξιολόγοις γραφαῖς κεκοσμῆσθαι· τὸ δ' ἔδαφος ἐκ ψήφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διατετυπωμένας. Ἅπαντα τὰ σκεύη λαμπρὰ καὶ καθαρὰ, καὶ τὴν στρωμνὴν, καὶ τὰς κλίνας εἰς κάλλος ἐξησκημένας· μόνον δ' ἐκεῖνον ὁρᾶν ἠμελημένον. Ἔθος δ' ἅπασιν ἀνθρώποις εἰς τοὺς ἀτιμοτάτους τῶν παρόντων τόπων ἀποπτύειν, vide in hanc ſententiam plura apud eundem II, 23.

Edit. Venet. MDXXV. Alii hoc factum *Ariſtippo* tribuunt, inquit *Laertius*, & ex eo *Arſenius* Monembaſiæ Epiſcopus. Rem omnem, ſuppreſſo auctoris nomine, enarrat *Chryſoſtomus* Homil. XI. in Rom. *Themiſtius* Orat. XVI. Ὅτι οὐ θαυμάσεις μᾶλλον προσήκει ἑκάστῳ τὴν ψυχὴν ἀξίαν πολλοῦ καλλωπίζεσθαι, ἢ τὴν οἰκίαν, σὺ δὲ τοὺς μὲν τοίχους ἐγγράφεις πολλὰ καὶ ποικίλα, τὴν ψυχὴν δὲ ἄγραφον περιορᾷς, ὥσπερ γραμμάτων ἀλληλιμμένον, καὶ τὰ μὲν ἀνδριάντα ἀντιπέξεσιν καταλιπεῖν ἐν ἀνάγκῃ πεποίημένος Ἡσιόδου τοῦ ποιητοῦ τὰ τοῦτο δὲ ἀντιπέξεσιν περιφέρειν πρᾶγμα οὐδὲ ὑπολαμβάνεις.

VI, 43. *Bis die ventrem onerant*] Platonem ſequitur, qui in Epiſtola ad Dionis propinquos ita ſcribit. Δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον εἶναι, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, Cic. in Tuſc. V. interprete: *bis in die ſaturum fieri, nec umquam pernoctare ſolum.* *Muſonius* de victu. Ταῖς μὲν γὰρ ἄλλαις ἡδοναῖς, σπανιώτερον ὁμιλοῦμεν, καὶ ἐνίων γε μῆνας καὶ ἐνιαυτοὺς ὅλους ἀπέχεσθαι δυνάμεθα· ταύτης δὲ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν πάντως πειρᾶσθαι ἀνάγκη, καὶ τό γε πολλά, δὶς ἑκάστης ἡμέρας· οὐ γὰρ ἔνι ζῆν ἄλλως τὸν ἄνθρωπον. At Græcos quater die eſitaſſe *Philemon* tradit; mane enim habuere ἀκράτισμα ſeu ἀκρατισμὸν *Euſtathio* ad Odyſſ. α. ἄριστον τὸ πρωϊνὸν *Athenæo* πρωϊνὸν ἔμβρωμα. Ἄριστον ſeu δειπνὸν, ἑσπέρισμα, δεῖπνον, veteribus δόρπος ſive, interprete *Athenæo* IV. Deipn. ἐπιδόρπισμα. Palamedes apud *Æſchylum* ἀκράτισμα quidem, credo quia tenue, & ſine menſa erat, omittit: Ἄριστα δεῖπνα δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα. Quem verſum adducunt *Athenæus* V. *Euſtathius* ad Il. β. Qui de his plura cupit, adeat, *Euſtathium* ad Il. α, 124. Odyſſ. β'. 77. π'. 586. *Plutarch.* Sympoſ. I, 8. *Ariſtotel.* de Nat. Anim. VI, 8. Schol. *Theocriti* in voce ἀκρατισμός, *Theophylactum* ad Luc. XIV. *Erotianum* in δόρπη. Certe circa Xerxis tranſitum Olymp. LXXV. ex Herodoto patet Græcos cibum plus vice ſimplici ſumſiſſe. Apud quem VII, 10. magnam ſe diis habere gratiam ait Megacreon ὅτι Ξέρξης οὐ δὶς ἑκάστης ἡμέρης ἐνόμιζε σῖτον αἱρέεσθαι. *Hippocratis* ætate Ol. LXXXII. multi ter, quater, plures ſemel, plurimi bis die cibo uſi ſunt, ut ex eo obſervavit *Hieronymus Mercurialis* Var. Lect. IV, 17. Verba ejus habentur Lib. Περὶ διαίτης ὀξέων pag. 58. Ἔτι δ' ἂν μᾶλλον ποιήσειεν ὁ τοιοῦτος, εἰ τρὶς σιτέοιτο τῆς ἡμέρης ἐς κόρον: ἔτι μᾶλλον, εἰ πλεονάκις. Καίτοι γε πολλοί εἰσιν οἱ εὐφόρως φέρουσι τρὶς σιτεόμενοι τῆς ἡμέρης ἐντελέως pag. 12. Περὶ διαίτης II, pag. 30. III. pag. 34. 36, 30. 37, 40. | 39. 30. | 142, 5. | 42. Nec ſane aliter conſtare poterit animoſum illud Leonidæ dictum quo milites juſſerit ταχέως ἀριστοποιεῖσθαι, ὡς ἐν Ἅδου δειπνησομένους. *Diodor.* XI. Sed neque illud Alexandri apud *Plutarchum* in Apopthegm. pag. 180. ſe κρείττονας ἔχειν αὐτὸς ὀψοποιοὺς, πρὸς μὲν ἄριστον, τὴν νυκτοπορίαν· πρὸς δὲ δεῖπνον τὴν ὀλιγαριστίαν, Ariſtotelis denique in Probl. id evincit III. Prob. §. 32. Cœnam & prandium Romanis etiam ab antiquiſſimis temporibus in uſu fuiſſe monſtrat locus *Platonis* ſupra laudatus; cui (quoniam ſunt qui alterutrum ſuſtulerunt, ex quorum numero *Servius*, *Iſid.* II, 20. *Salvian.* Provid. I. *Caſſiodor.* in Pſalm XIV.) adjunge *Macrobium* Saturn. II, 13. *Celſum* I, I, 3. *Plautum* Amphitr. I, I, 99. & in Boetia apud *Gellium* III, 3. *Plinium* Ep. III, 5. *Valerium* II, 19. *Plinium* Nat. Hiſt. XXVIII, 5. *Senecam* Epiſt. LXXXIV. *Suetonium* Aug. LXXVIII. Quæri heic poteſt quare morem adeo receptum omni populo, quaſi immoderatum nimiumque Noſter improbaverit, ſolis helluonibus objicendo quod omnium erat. Scilicet id velle credamus, ne tenera ſeniove aut morbo feſſa ætas, opifices, ſervitia reficere vires imminutas, & augere poſſent? Nihil minus. Luxum haud naturam impugnat, eoſque denuo perſtringit, qui in poteſtatibus, bis die ventrem onerabant, quorumque induſtria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromebatur. Atque eo modo ſenſum τοῦ ἐμπίπλασθαι, quo uſus erat *Plato* repræſentat. Nam Græci veteres, teſte in Oenomao Antiphane fuere μικροτράπεζοι, ipſum-

Digitized by Google

ipſumque adeo *Epicurum* habuiſſe conſtat tradentibus *Plutarcho* p. 1099. & *Cicerone* Acad. II. obſoniorum conditorum πρὸς δεῖπνον ὀλιγαρεσίαν. Hinc Socrates apud *Athenæum*, Ὦ παρόντες, τίς ὑμῶν τῷ μὲν ἄρτῳ ὡς ὄψῳ χρῆται, τῷ δ' ὄψῳ ὡς ἄρτῳ. Hinc *Plutarchus* alicubi vocat prandia ἀνοψαλιστῶν καὶ ὑγιαινόντων ὥσπερ ἀλεξιφάρμακα πρὸς πολυτελεῖς τραπέζας. Horatius: Pranſus *non avide, quantum interpellet inani Ventre diem durare*. Seneca Ep. LXXXIII. *Deinde* ſiccus *&* ſine menſa *prandium*. Modum vero in hiſce rebus exacte ſtatuere ejus ſolius eſt, qui ætates, ſexus, ipſumque filum corporis, anni ventorumque tempeſtates, ciborum eorundem pro diverſa regione variantem naturam & ſexcenta ejuſmodi probe habet perſpecta. Quam rem elegantiſſime peroravit *Hippocrates* Lib. Περὶ διαίτης pag. 7.

VI, 43. *Pro exercito*] Fabri & Briconeti Libb. *exercitio*. Atque ita Gruteriana. de qua voce adi *Catonem*, *Feſtum*, & *Stewechium* ad *Vegetium* I, 17. *exercitium* Gloſſæ γυμνασία ſupra: *ſervitio oppreſſere*] confer Noſtrum Jug. I. *Lucretius* II. *natura videtur Libera continuo, &* Dominis *privata* ſuperbis. *Ovidius* Remed. *Publicus aſſertor* Dominis oppreſſa *levabo* Pectora, & alibi: *Nec* ſervum *vitii* pectus *habere ſui*. Horatius: Imperat *aut* ſervit *collecta pecunia cuique*. Seneca Ep. XLVII. *Alius libidini* ſervit, *alius avaritiæ, alius ambitioni*. Claudian. *Si metuis, ſi prava cupis, ſi duceris ira* Servitii patiere jugum. Adde Cic. Paradox. V. Egregie *D. Paulus*. Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι. &, Οὐκ οἴδατε ὅτι ᾧ παριστάνετε, ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν, ΔΟΥΛΟΙ ἐστε ᾧ ὑπακούετε. *Lactantius* VII, I. *Eo fit, ut pauperes & humiles Deo credant facilius, qui ſunt expediti; quam divites, qui ſunt impedimentis plurimis implicati; imo vero catenati, & compediti ſerviunt ad nutum* dominæ cupiditatis. Hinc ΔΟΥΛΟΝ χρημάτων dixit *Chryſoſtomus* Philip. Homil. VI. Tom. IV. Τῶν ἡδονῶν *Ammonius* περὶ ὁμ. καὶ διαφ. Adj. *Clemens Alexand*. Strom. II. pag. 424. Ἐσχάτη ΔΟΥΛΕΙΑ τὸ ὑποπιεῖν καὶ συγχωρῆσαι τοῖς πάθεσι. Recte ille *poſtremam ſervitutem* nominat. Talis enim ob impotentiam viro plane excidit, καὶ θηλύτερος φαίνεται ἐν ταῖς ἁμαρτίαις. ut alicubi *Antoninus*. Apulejus Apol. *earum alteram Vulgariam, quæ ſit percita populari amore, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis ad libidinem* imperitare, *ut immodico trucique perculſorum animalium* ſerva corpora *complexu vincientem*. Cephalus apud Platonem τῶν ἡδονῶν πάνυ λυττῶντα καὶ ἄγριον ΔΕΣΠΟΤΗΝ. infra: *factu haud obſcurum*] hoc eſt, *providere quomodo &c. id ipſum factu haud obſcurum*, pro *difficile*, vel quod multa cura indiget *Cicero* IV. Verrin. *Non erat, ob*ſcurum quid *homo improbus aut nefarius* cogitaret. Ita Græci conjungunt ἄδηλος & ποιεῖν, *Alex. Aphrodiſ*. Οὐκ ΑΔΗΛΟΣ εἰμὶ τοῦτο ΠΟΙΗΣΩΝ. Verum *obſcurum factu* apud Latinos ſcriptores rariſſime invenitur. Quid ſi legamus *aſperum*. ut VI, 45. niſi *factu* malis. *Solinus* cap. III. *lapidem* fatu *digniſſimum*.

VI, 44. *Quæ meditata pectore evolat*] Badian. Edit. Baſil. 1564. *quæ dicta pectore evolvat*. Venetum *quæ edita*. Baſil. *edicta evolat*. Nihil aliud ſuccurrit, quam: *edicta pectore evolvat*. Supra dixit: *Plerique mortales* ad judicandum *ſatis ingenii habent*. Unde haud abſurda vox *edicta*, quæ faſtum illorum & arrogantiam exprimat. *Terentius* Heautont. *Primum hoc te oro, ne quid credas me adverſus* edictum *tuum Facere eſſe auſam*. Evolvere edicta ut evolvere quæſtus apud Valerium Flaccum. *Ingemit, &* [illegible] evolvit pectore *queſtus*. Infra: *pro virili parte*] Iſocrates ad Nicoc. Ἐγὼ ἅπερ γινώσκω παρῄνεσα, ὃ τιμῶν σε [illegible] χάνω δυνάμενος. *Lycurgus* adv. Leocr. pag. 114. Ὧν τὴν φυλακὴν ἔρημον τὸ καθ' αὐτὸν μέρος κατέλιπεν.

VI, 44. *Approbent beneque* [illegible] Cicero Ep. Fam. Lib. II, 15, 18. [illegible] *egeris, id velim* dii approbent. [illegible]

67. Dii approbent *eam ſententiam, quæ tibi optima viſa fuerit.* Alteram Formulæ partem ſervat *Cato* de R. Ruſt. cap. CXLI. *Mars pater, te precor quæſoque, uti ſies volens propitius mihi, domo, familiaque noſtræ, quoius rei ergo, agrum, terram fundumque meum ſuovitaurilia circumagi juſſi. uti tu morbos, viſos inviſoſque, viduertatem, vaſtitudinemque, calamitates intemperiaſque prohibeſſis, defendas averrunceſque. utique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire,* beneque evenire ſinas. Varro de RR. I, I. *Nec non etiam precor Lympham* & bonum Eventum, *quoniam ſine aqua, omnis arida ac miſera agricultura: ſine ſucceſſu ac bono eventu, fruſtratio eſt non cultura.* Adi *Briſſonium* lib. I. de Form. pag. 64.

VI, 46. *Decretum eſt*] ex *decerno*, perſuaſum habeo, compertum eſt, ut apud *Plautum* Ciſtell. II, 4. 78. confer *Varronem* de L. Lat. VI. pag. 81. ſupra: *quod & prius defeſſi*] ſic etiam VI, 32. *Qui tantum alios prætergreſſus es, uti prius defeſſi ſint homines laudando facta tua, quam tu laude digna faciundo.*

VI, 47. *Ut hoſtibus tela in manus jacere*] jacere uſitate *vi emittere* & in hoſtem. verum heic pro *ſubdere, ſuggerere,* idque in proprium caput. Quomodo apud *Homerum* Il. ϱ. 40. vox *βάλλω*: Εἴ κεν ἐγὼ κεφαλήν τε τεὴν καὶ τεύχε' ἐνείκας Πάνθῳ 'ΕΝ ΧΕΙΡΕ'ΣΣΙ ΒΑ'ΛΩ. D. Matth. XXV. pro *tradere*: ΒΑΛΕΙ͂Ν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις. Tela ſumminiſtrare ferentariorum officium. *Cato* apud *Feſtum* in *velites*: Ferentarios *eos eſſe qui tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant.* Huic alludit *Quintilianus* Inſtit. V, 7. *Suggeret materiam interrogationi, & veluti tela ad manum ſubminiſtrabit.* Herolbus hoc fere præſtabant amici. Æneid. X, 333. *Fidum Æneas affatur Achaten*: Suggere tela mihi (*non ullum dextera fruſtra Torſerit in Rutulos*) *ſteterunt quæ in corpora Grajum.* Cæterum proverbiale genus loquendi, cui affine illud Ovidii: *Heu! patior telis vulnera facta meis.* Quod cadenti tum virium tum mentis imbecillitatem exprobrat, ideo: *Bis interimitur qui ſuis armis perit.* Denique *jacere* pro *dare, præbere,* poſuit Lucretius. *Nec tamen hanc poſſis oculorum ſubdere viſu. Nec* jacere indu manus. &, VII, 574. *ſubjicere* pro ſubminiſtrare *Lucanus* VII, 574. *Ipſe* manu ſubicit *gladios ac tela miniſtrat.*

VI, 47. *Ne æquis*] ante Carrionem *noſque is*, vulg. *neque is.* urbe capta. ſummam crudelitatem exprimit: *Quid faciant hoſtes* capta *crudelius* urbe? infra: *licentia ſua pro legibus*] Livius XLII, 23. *Modeſtius certe daturos eos, & ſcituros quid dediſſent: ipſum nullum*, præterquam ſuæ libidinis arbitrio, *finem facturum.* Hegeſippus II, 12. *Apud quos interierat ſummi jus ſacerdotii, aut avaritia interceptum, aut potiorum inſolentia,* qui licere quod vellent jus putabant. ubi pro *potiorum* Codex B. Pub. *porcirum*, unde facile erit veram lectionem exſculpere. Lege ergo *procerum*, idque obiter. Extat in hunc ſenſum famoſum peſſimi Caligulæ dictum apud *Suetonium* XXIX. *Memento omnia mihi* & homini *licere.* ubi *Torrentii* opt. Cod. *omnia mihi & heroibus in omnibus l.* alter ejuſdem *o. m. & herois omnibus l.* Scriptura ex parte probabilis. *Dio* pag. 660. Ἀνακαλέντων δὲ αὐτὸν τῶν μὲν Ἥρωα, τῶν δὲ θεόν. & *Xiphilin.* pag. 253. Conjicit *Gronov.* o. m. & domi l. Codd. quidam teſtante *Goeſio & homines* unde ille: *ut dominis.* hoc eſt opinor *æque ac dominis.* quia hæc impuriſſima beſtia ſe in omnium hominum bona jus habere dixit. Edit. Steph. *mihi in omnes l.* Codex *Salmaſ.* Pall. tres, *& homines*, in tertio, ab eadem manu additum *in omnes* quomodo Editt. vetuſtiores, & *Beroaldus* legunt. Cl. *Oddius* qui accuratam Dionis editionem molitur, *in homines* legit, & ante eum *Rhabodus Scheelius* Addend. ad Hygin. Liceat mihi etiam in re obſcura unam & alteram conjecturam addere. potes ergo: *omnia mihi, ut Domino, licere,* Primus omnium ſe *dominum* vocabat, teſtis *Aurelius Victor.* hinc falſe Vitellius apud *Dionem* 661. & *Xiphil.* 255. Ὑμῖν τοῖς θεοῖς δίκαιός μό-

Digitized by Google

τοῖς ἀλλήλως ὁρᾷν ἔξεστι. vel *om. mihi ut Heroi*, vel potius: *omnia militi & Heroi licere*, nam poſitura obſtat quo minus legam *militi homini* quod olim placuerat. *Salluſtius* VI, 48. *L. Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt.* Favent Torrentiani, *Dio*, *Xiphilinus*, neque ab illo plane abhorret vox *militi*, utpote qui natus omnemque pueritiam in caſtris altus, hoc ſe præcipue nomine jactabat. Potes denique hoc pacto refingere: *omnia militiæ & domi licere.* Hoc eſt, ubique, domi & foris, ut prorſus, ſine cauſſa negaverit Nero: *quenquam Principum ſciſſe quid ſibi liceret.* Cap. XXXVII. Corruptum & apud alios hoc loquendi genus. *Nepos* in Datame: *ſi rex promitteret, ut quodcunque vellet, liceret impune facere.* Vocem ultimam, quam ſemper pro ſpuria habui, non agnoſcit Codex MS. Col. Trin. eam itaque jam tandem inducendam jubeo. Suadet ipſe XII, 3. XX, 5. VII, 2. XVIII, 10. *Juſtinus* VIII, 3. *Inde quaſi omnia quæ agitaſſet animo ei liceret.* Noſter III, 11. *Abunde libertatem rati, quia tergis abſtinetur, & huc ire licet atque illuc munere ditium dominorum.* infra: *ac me quidem*] Hoc vult: *Ipſe quidem mediocriter dolerem, ſi victoriam quam ſua virtus peperiſſet per victorum ſervitium exercerent; verum inertiſſumi cum ſint, dominationi, non vi ſua, ſed aliorum ſocordia quæſita, addunt inſolentiam.*

VI, 49. *Tui erit ingenii probare*] Modeſte ſententiam propoſuit, quod bonis auctoribus frequens. *Plin.* Epiſt. I, 20. *Hæc eſt mea ſententia, quam mutabo, ſi tu diſſenſeris.* Notum illud: *niſi quid tu docte Trebati Diſſentis.* Apulejus Mileſ. VII, 139. *Hanc ex animo quidem meo conducibilem ſententiam protuli. ſed vos noſtrorum eſtis conſiliorum rerumque domini.* Gemina habet *Chryſ.* ad 1. Cor. Hom. III.

VI, 50. *Nullius potentia ſuper leges*] Demoſthenes Philip. III, 12. Μηδένα ἀξιοῦτε τηλικοῦτον εἶναι παρ' ὑμῖν, ὥστε τοὺς Νόμους τούτους παραβάντα, μὴ δοῦναι δίκην. & de falſa Legat. pag. 240. Ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις, οὐδεὶς πω μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, ὑμῶν οὐδὲ τῶν Νόμων. οὐδὲ τῶν Ὅρκων κρείττων γέγονε· μὴ τοίνυν μηδὲ νῦν τοῦτον ἐάσητε. *Livius* XXXVIII, 50. *Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non poſſit: nihil tam æquandæ libertatis eſſe, quam potentiſſimum quemque poſſe dicere cauſſam.* Libere admodum, ut decuit *Romanos rerum dominos gentemque togatam.* Confer omnino *Salluſtium* Jug. XLV.

VI, 51. *Magna me ſpes tenet*] Catil. LXVIII. *Magna me ſpes victoriæ tenet.* Hegeſip. III, 17. *Non enim vitæ hujus ulla me cupiditas tenet.* Ibi C. C. C. *Si moriar recte, bonum eſt mori; ſed ſi moriar ut Hebræus.* Eadem forma Matt. *ſed ſi Simon erit iſta lapis non erit iſta canis.* infra VI, 52. *pericula facere*] ſenſus eſt: *inſidias adverſario tam non tendere boni ſolent quam vitare.* Supra: pro *armis aut* forte legendum: *armis & militia.* Sic alibi, *Bellum atque arma vobis inviſa.* & VI, 46. *inter labores* militiæ *ceteraque* prœlia. Vox *arvis* quam reponit ingenioſiſſimus *Douza*, approbante illuſtriſſimo *Criſpino*, nimis poetica eſt, quam ut huic loco conveniat. Scio dixiſſe noſtrum *pecori quam arvo*, ſed ibi *arationem* valet. Nam *arvum quod aratum, necdum ſatum* inquit *Varro*. Favet *Plautus* Truc. I, 2. *volo habere* aratiunculam *pro copia hic apud vos. A. Non arvus hic ſed* paſcuus *eſt* ager. eumque firmat, cum *inſigne* Arvalium fratrum quos inſtituit Romulus, quod erat corona *ſpicea*, tum *Ambarvale ſacrum*, in quo ſegetes luſtrarunt. Virg. Georg. I. *Terque novas circum felix eat hoſtia fruges.* Quam fere differentiam ſervant Græci inter ἄρουρα, unde arvum, & vocem ἀγρὸς, niſi quod ἄρουρα terram ſatam, idemque aliquando quod πεδίον denotet ut apud *Homerum* Φ. 405. Si ergo recepta lectio movenda ſit, malim *agris* quod alterum in ſe complectitur. *Seneca* Herc. Fur. *tum vaſtis* ager *ſqualebit* arvis. Certe *in arvis* pro, *in agris* in ſolutæ orationis ſcriptoribus minime exſtare autumo.

VI, 52. *Ubi gloria honorem*] gloria abſolute pro *falſa gloria* vix invenitur. *ſea*

ſequitur,

Digitized by Google

ſequitur, *gloria induſtria alitur.* Legendum puto *gratia* quod æque Salluſtianum, & in membranis pæne ſimili abbreviatura ſcribitur. Infra: *bonis rebus ea creatur*] Cæſar B. Civ. I, 26. *Atque ea res ſæpe tentata, etſi impetus ejus conſiliaque tardabat, tamen* omnibus rebus *in eo perſeverandum putabat.* Ubi *Urſinus*, quod etiam & hic facit, audacter reſcribit *rationibus. Cic.* II. Offic. §. 59. omni ratione *colenda juſtitia*; & nuſquam *rationibus* utitur. poſſem ipſe quoque ſi novis lectionibus ſtuderem, in vocem *artibus* immutare. Verum nihil temere moveo. Primo enim Noſter (de Hirtio poſtea videbimus) Jug. 101. *Quibus* rebus *& artibus cariſſimus factus.* hoc eſt, hiſce rebus patratis, geſtis, & ob animi virtutes. & hoc loco *bonis & malis rebus* i. e. *bonis & malis moribus.* Res pro rebus geſtis apud *Tacit.* An. III, 73. & *omnibus rebus* pro *om. modis* quod Comicis frequentius. Vel pro *omnibus rebus relictis* ut ſæpe loquitur Cæſar. Cic. pro L. Agrar. 8. *Videtis jam P. C.* omnibus rebus *&* modis *conſtructam & coacervatam pecuniam Decemviralem.* Pro *his modis* Terentius Eun. II, 2, 14. *At ego infelix neque ridiculus eſſe, neque plagas pati Poſſum. Quid? tu* his rebus *credis fieri? tota erras via.* Adelph. I, 1. *Ego quia non rediit filius, quæ cogito!* Quibus *nunc ſollicitor* rebus! *ne aut ille alſerit, aut uſpiam ceciderit, aut perfregerit Aliquid.* Quod *Cæſarem* attinet, putaram aliquando *viribus*, falſo id quidem. Nunc ajo locum eſſe bene ſanum. Utroque modo locutus eſt. In primis (quod neſcio an Urſino obſervatum) B. G. V, 1. *omnibus rationibus* uſus eſt, pro modis omnibus: *Seſeque paratos eſſe demonſtrant.* omnibus rationibus *de injuriis ſatisfacere.* hoc eſt παντὶ τρόπῳ, ut recte ibi *Metaphraſtes.* neque aliter *B. Civ.* II, 18. III, 58, 83. Quomodo locuti etiam in II. Verrin. Cicero, Noſter in *Catilinar.* Verum & eodem ſignificatu adhibuit vocem *rebus.* V. G. B. G. IV, 14. *Acie triplici inſtituta, & celeriter* VIII. *M. Paſſ. itinere confecto, prius ad hoſtium caſtra pervenit, quam quid ageretur, Germani ſentire poſſent: qui* omnibus rebus *ſubito perterriti &c. perturbantur.* Metaphraſtes πάσῃ τέχνῃ, at poſteriorem voculam minus accurate addidit. Idem B. G. VIII, 8. *Qua Cæſar quum, conſentientibus plurimis, cognoviſſet; atque ea, quæ proponerentur, conſilia plena prudentiæ, longeque a temeritate Barbarorum remota eſſe judicaret:* omnibus rebus *inſerviendum ſtatuit, quo celerius hoſtes, contemta ſuorum paucitate, prodirent in aciem.* Auctor de B. Alex. XIII. *Periclitati remigio, quid quæque earum efficere poſſet, idoneos milites impoſuerunt, ſeque ad confligendum* omnibus rebus *paraverunt.* Infra: *ex pecunia legi*] Atheas ad Philippum, Juſtino teſte: *Scythas virtute animi non opibus cenſeri.* Pro *promiſcue* legerim *promiſce.* v. Notas ad Jug. XXVIII.

VI, 54. *Bellua fera*] Huc forte reſpexit *Sueton.* Tib. XXIV. *amicos increpans, ut ignaros, quanta* bellua *eſſet imperium.* Qualis ſit *avaritia* bellua, elegantiſſime docet *Iſidorus* Peluſ. Epiſt. II, 233. non eſt, inquit, tantum θηριόμορφος καὶ ἀτεράμων καὶ πῦρ πνέουσα, ἀκόρεστός τε, καὶ τυφλὴ καὶ ἀτίθασος, μισάνθρωπός τε, μυσαρά, ſed in quo immaniſſimas feras ſuperat. Οὔτε κολακευομένη, οὔτε θεραπευομένη ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ τότε μᾶλλον ἀγριοῦται, ὅτε μάλιστα θεραπεύεται. Infra: *famam ſuam*] Hæc, ni fallor, mutuatus eſt *Sulpicius Severus* in Dial. Sed liber non eſt ad manus. v. *Demoſth.* adv. Tim. 485.

VI, 54. *Ingenium verſutum*] Æmulatus *Hegeſippus* I, 5.

VI, 55. *Nihil eſt additamenti*] Ita legendum autumo. Videtur enim ad Græcorum ἐν προσθήκης μέρει hac voce alluſiſſe, quam quidem *ſtatuis* non male convenire puto. Juvenalis: *Nil niſi Cecropides, truncoque ſimillimus Hermæ.* Euripides Electra: Αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν ΑΓΑ'ΛΜΑΤ' ΑΓΟΡΑ'Σ εἰσίν. *Demoſthenes* Olynth. II. pag. 7. Ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις ἐκεῖ ἀρχή, ἐν μὲν προσθήκης μέρει, ἐστί τις οὐ σμικρά. Et in malam partem de Repub. Ordin. p. 71. Νυνὶ δὲ τυράννοι κύριοι μὲ τῶν ἀγαθῶν εἰσι,

καὶ διὰ τούτων ἅπαντα περάττεται· ὁ δὲ Δῆμος, ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει. Confer eundem Philipp. 1. pag. 14. *Cicero* pro Seſtio: *Interceſſit Ligus iſte neſcio quis*, additamentum *inimicorum meorum*. Noſter ſupra: additamenta *factionis*. Minutius pag. 143. *Nec nomen Deo quæras, Deus nomen eſt: illic vocabulo opus eſt, cum per ſingulos propriis appellationum inſignibus multitudo dirimenda eſt: Deo qui ſolus eſt, Dei vocabulum totum eſt: quem ſi* patrem *dixero, terrenum opineris; ſi* regem, *carnalem ſuſpiceris; ſi* dominum, *intelliges utique mortalem. aufer* additamenta nominum, *& perſpicies ejus claritatem.* Habes item *additamenta* uſurarum L. 23. C. de Uſur. & alibi apud Iſſ. D. *Hieronymum* Ep. 59, 1. vide Indicem.

VI, 56. *Simul cum anima*] Locum expreſſit *Apulejus* Metam. IV, 62. *Scenam denique quam ſponte ſumſerat*, cum anima retinens. Supra: *ubi M. Tullius*] *Aretinus* Epiſt. IV, 8. ita citat. *ubi M. Cicero ita gubernat ac moderatur, quaſi unus reliquus ex familia Scipionis Africani ac non reptitius & paulo ante inſitus huic urbi civis.* om. v. *accitus* non male, nam illud laudi potius quam contumeliæ foret. Sed Libb. omnes reclamant.

VI, 62. *Perjuriis delibuta*] Venet. 1470. *nobilitata*. Reg. *debilitata*. *obſequentior q. p.*] meminit hujus loci Auctor ad Æn. VI. p. 1067. *quod Donatus dicit, nefas eſt credi de Tullio dictum eſſe: quod convitium a Salluſtio Ciceronis inimico natum eſt: qui de illo inquit:* filia matri pellex. At hæc verba non agnoſcit Codex Danielis. Modeſtius ea voce *obſequentior* exprimit quæ, in execrandis uredinibus, & veneris poſtvertæ ſacerrimis ſacris τὸ *dare*, aut *præbere* deſignant. Locum unum ex Priapæis, quia emendandus eſt, adducam. *Quæ tamen exanimis nunc eſt & inutile lignum Utilis hæc aram ſi dederitis erit.* Nullo ſenſu, fatente ipſomet *Scioppio*, qui in re turpi raro cæcutire ſolet. Illum miror non repoſuiſſe *anum*. Rationes premo, illorum ſententiæ acceſſurus, qui putant æque peccaſſe eos, qui aliena flagitia nimis aperte dixerunt, atque qui commiſerunt. Οὐ γὰρ αἰσχρὸν ἔστ' ἃ μηδὲ δρᾶν καλά. Infra: *turpitudine vacat*] Flagitio vacans *Seneca* Agam. 80. Codex C. C. C. *carens* ab inſulſiſſimo neſcio quo interprete. *Lampridius* idem de Heliogab. v. *per cuncta cava corporis libidinem recipientem.* Timæus apud *Polybium* XII, 918. Κοινὸν πόρνον, πάντων τῶν βουλομένων, ΤΟΙΣ ΟΠΙΣΘΕΝ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ γεγονότα. Ait *Ciceronem* ἐνεσγκευάσθαι ΤΟΙΣ ΑΝΩ ΜΕΡΕΣΙ τοῦ σώματος. Apparet hanc Orat. legiſſe etiam *Philelphum* x, Ep. ult. & *L. Vallam* III, 89.

VI, 64. *In concilio Deorum admiſit*] Virg. G. I, 24. *Tuque adeo, quem mox quæ ſint habitura* Deorum Concilia *incertum eſt* v. *Cic.* de Nat. D. I, 18. De hac Oratoris jactantia ita *Quinctilianus* Inſtitut. XI, 1. *Et Jovem illum*, a quo in concilium Deorum *advocatur*, & Minervam, *quæ omnes* cum artes edocuit: *quæ ſibi ille, ſecutus quædam Græcorum exempla, permiſerat.* Confer *Æſchinem* in Orat. pro Coron. & *Aretini* ſuper eo judicium Epiſt. III, 20. Arnobius pag. 96. *Liberum alioſque nonnullos, qui & conciliis adjungerentur* Deorum. Libri mei *conſilio*, male quod in notis ad Cæſarem monuit Erudititiſſimus J. Daviſius. *commemorando exprobras*] Apulejus Apol. pag. 96. *Scilicet*, ne ſemel peccaſſes, *ac tam bonum tuum factum oblivio interciperet.* Declamat. in Sall. circa medium. *Sumus diligentes in tuenda &c.*] Apulejus M. IX. pag. 124. *Quanto melior Phileſietarus adoleſcens & formoſus & liberalis & ſtrenuus, & contra maritorum ineffic aces diligentias conſtantiſſimus!*

ERRATA.

P. 11. not. 1. l. 1579. 32, 2. digred. 49, l. 9. cenſes. 57, 5. Torrentium. p. 113, n. 1. lubebat. 168, l. 1. MATIO. 150, 3. noſtros. 151, 24. continua. 176, 24. recond. 18[illegible] 4. ἀδύνατως. 213, 6. tumultu. 230, 35. feciſſe. 236, 24. iſcere. 237, ult. conditam. 2[illegible] 6. polvenaria. 236. not. b. Luculli. Index v. *nova*. leg. *uſa*.

FINIS.

Digitized by Google

Pag. 442. *Not.* 2. *Nullius ſtipendii.*] Haec omittit *Priſcian.* Codex Palmerii *ad omnia t.* ille praepoſitionem induxit; *Nonius* vero receptam ſcripturam comprobat. p. 396. ſequentium item *ſ. a. e. p. m. o. ſ.* poſituram firmat ad Heaut. iii, 1. *Donatus.* J. W. *monitorem ſui o.* in MSS. *Officii ſui.* Rivius. Huc ſpectant *Lampridius* Sever. XLVI. *Eos promovendos qui per ſe Remp. gerere poſſent,* non per Aſſeſſores, *Victor* Claud. *Stolidorum ingenia proinde agunt, uti* Monitores ſunt. *Lupus Ferrarienſis* Epiſt. LXIV. *Cur enim regium nomen praetenditis, ſi regnare neſcitis?* deinde: *mittantur ergo a nobis* monitores *quos* bajulos *vulgus appellat.* vide *Baluzium* Notis ad locum. infra: *Imp. alium.* Ar. *aliquem* invenuſte. Bodl. abeſt ſibi. *J. Waſſe.*

P. 446. *Lin.* 1. *Omnia haec.*] Reg. Ar. L. 1, 2, 3. omittunt *haec* uti & Soldi Editio. retinent caeteri & *Donatus.* Phorm. 1, 2. ſed ille ordinem immutat, habetque *haec omnia.* Menander οἷς ἂν τῇ φύσει Ἀγαθὸν ὑπάρχῃ, μηδὲν οἰκεῖον προσόν, Ἐκεῖσε καταφεύγουσιν εἰς τὰ μνήματα, Καὶ τὸ γένος ἀριθμοῦσί τε τοὺς πάππους ὅσοι. *Hegeſip.* 1, 40. *Qui figuras majorum vitiis ſuis obtentui ducunt.* J. Waſſe.

P. 446. N. 3. *Bene facta procedunt.*] Sic Catilin. *Neque inſidiae, quas Conſuli fecerat,* proſpere ceſſere. ſeu ut ego lego. *proceſſere,* Ciaccon. *mea. ben. R. pr.* nihil prorſus mutandum; nam & ſic quoque MSS. Pall. niſi quod unus & alter, *praecedunt.* & Commel. *Remp. procedunt.* Gruter. L. 3. Venetae *praecedunt* Caeteri *procedunt.* voces *mea* & *Reipub.* ex Correct. ſec. manus Pemb. *Livius* XXXVIII, 51. *Si ab annis XVII. ad ſenectutem, ſemper vos aetatem meam honoribus veſtris anteiſtis, ego veſtros honores* rebus gerendis praeceſſi. Noſter, *qui antea per virtutem ſoliti erant* nobilitatem antevenire. Marii arrogantiam perſtringunt *Propertius* & *Plutarchus*; Hic II, 1. *Non ego Titanas canerem, non Oſſan Olympo Impoſitum, ut Coelo Pelion eſſet iter, Regnave prima Remi. aut animos Carthaginis altae, Cimbrorumque minas, &* benefacta *Mari.* Ille vero in ejus vita, p. 410. Οὐ μὴν ταῦτά γε μάλιστα διέβαλλε τὸν Μάριον, ἀλλ' οἱ λόγοι θρασεῖς ὄντες ὑπερηφανίᾳ καὶ ὕβρει τοὺς πρώτους ἐλύπουν. *J. W.*

P. 446. *L.* 15. *Gerere cum Jugurtha.*] Palmeriani *gerere Jugurthae.* at cum editis ſunt noſtri. infra: *cum animis.* Ita Codd. ſed *Q. Septimius* praepoſitionem ſemper, opinor, omittit. Illum adeas I, 23. II, 22, 23, 24, 25. *J. W.* infra: *num id mutari melius ſit,* malit omittere *id mutari* Gruter. *J. Waſſe.*

P. 447. *L.* IX. *At ego ſcio.*] Illud *Quirites* abeſt Nazar. neque etiam comparet in editionum prima. *Grut.* omittit e noſtris L. 2. & ſane ſequitur decies, praeceſſit quater. infra: *nam gerere.* ſic MSS. ad unum omnes. ſic antiquitus excuſi, ut mirer unde originem duxerit *legere* quod ſubſtitutum loco *gerere.* Grut. L. 3. *legere.* Caeteri *gerere,* uti & *Ciacconii* codex. ita aemulatus eſt *Tacitus* Lib. II. *Nam culpa quam poena tempore prior; emendare quam peccare* poſterius eſt. forma loquendi ex *Demoſthene* hauſta eſt, quod *Victorius* VI, 15. etiam obſervaverat. Ita enim ille *Olynth.* III. p. 12. τὸ γὰρ ΠΡΑΤΤΕΙΝ τοῦ ΛΕΓΕΙΝ καὶ χειροτονεῖν ΥΣΤΕΡΟΝ ὂν τῇ τάξει, ΠΡΟΤΕΡΟΝ τῇ ΔΥΝΑΜΕΙ καὶ κρεῖττόν ἐστι. *Thucydides* autem praeivit I, 44. Ἴσασί τε οἱ ἄνθρωποι ἐς τοὺς πολεμίους. τῶν ἔργων πέρι ἔχον) ἃ χρὴ ὕστερον δρῶν κοινοπαθοῦσί τε ἤδη, τῶν λόγων ἅπτονται & II, 40. αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα, οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ ΠΡΟΔΙΔΑΧΘΗΝΑΙ μᾶλλον ΛΟΓΩι πρότερον ἢ ἐπὶ ἃ δεῖ ΕΡΓΩι ΕΛΘΕΙΝ. *Livius* XXVIII, 4. *Hoc & natura prius eſt, tua quo defenderis, aliena ire oppugnatum.* verum *gerere* & *fieri* conjungit *Vegetius* Praefat. ad Valentinian. Lib. II. *Quid enim audacius, quam domino ac principi generis humani, domitori omnium gentium barbararum, aliquid de uſu ac diſciplina inſinuare bellorum, niſi forte juſſiſſet* fieri *quod ipſe* geſſiſſet. ibi Codex B. Pub. male *feciſſet* pro *geſſiſſet.* infra: *quae illi audire.* Nobilium rebus agundis infantiam notat, qui vix primis

ſtudi-

Digitized by Google

ſtudiorum elementis inſtructi ad Reip. gubernacula accedunt; legere enim quam gerere natura prius. alludit *Philelfus* I, 12. Plin. VIII, 14. *Reducta*, &c. *cogimur quaedam facere antequam noſſe; erat autem antiquitus inſtitutum, ut a majoribus natu non* auribus *modo, verum etiam* oculis diſceremus. *Claudian.* IV. Conſ. Honor. *Interea Muſis animus dum mollior inſtes, Et quae mox* imitere legas: *nec deſinat umquam Tecum Graja loqui, tecum Romana vetuſtas, Antiquos evolve duces.* aſſueſce futurae Militiae *Plin.* Paneg. XIII. *Poſtquam vero ſtudium armorum* a manibus ad oculos, *ad voluptatem a laboribus tranſlatum eſt.* innuit etiam τὴν ἀρετὴν τῶν ἔργων εἶναι, μήτε λόγων πλείστων δεομένην μήτε μαθημάτων. quod ait *Antiſthenes*, in ea re *Thucyd.* ſecutus I, 121. ὃ γὰρ ἡμεῖς ΦΥΣΕΙ ἔχομεν ΑΓΑΘΟΝ, ἐκείνοις οὐκ ἂν γένοιτο ΔΙΔΑΧΗ͂ι. *Themiſt.* Orat. IX. p. 209. κἂν γὰρ εἰ μὴ τὰ Πλάτωνος ἀποστοματίζεις, μηδὲ τὰ Ἀριστοτέλους μεταχειρίζῃ, ἀλλά γε ἐκείνοις δοκοῦντα τοῖς ἔργοις βεβαιοῖς. Confer pag. 443. Orat. XVII. *J. W.*

P. 447. *Eorum partem vidi.*] Reponendum *partim* Gronov. Obſervat. III, 2. Libri autem conſtanter *partem*. Haec omnia ex *Plauti* Milite deſumta videntur, ubi Stratophanes ita infit. *Ne exſpectetis ſpectatores, meas pugnas dum praedicem, Manibus duelli praedicare ſoleo; haud in ſermonibus.* &, *Non laudandus eſt, cui plus credit qui* audit, *quam qui* videt. *Non placet, cum illi plus laudant qui* audiunt, *quam qui* vident. *Pluris eſt* oculatus teſtis *unus quam* auriti *decem: Qui* audiunt *audita dicunt: qui* vident *plane ſciunt.* Cicero Acad. Q. II, 2. *partim in percunctando a peritis, partim in rebus geſtis legendis: in Aſiam factus Imp. venit, cum eſſet Roma profectus rei militaris rudis. Habuit enim divinam quandam memoriam rerum, verborum majorem Hortenſius. ſed quo plus in negotiis gerendis* res quam verba proſunt, *hoc erat memoria illa praeſtantior.* infra: *facta an dicta.* Calanus apud *Ambroſium.* Ep. II, 7. *Nec ſimiles ſumus Graeciae Philoſophorum, qui* verba, pro rebus *meditati ſunt ad Orationis celebritatem.* Iſidorus Peluſiota III, 275. Βίος ἄνευ λόγου μᾶλλον ὠφελεῖν πέφυκεν, ἢ λόγος ἄνευ βίου. ὁ μὲν γὰρ καὶ σιγῶν ὠφελεῖ. ὁ δὲ βοῶν ἐνοχλεῖ. εἰ δὲ ὁ λόγος καὶ βίος συνδράμοιεν, φιλοσοφίας ἁπάσης ἀπετέλεσαν ἄγαλμα, vide III, 123. *contemnunt novitatem.* Sit hujus rei exemplum Oratio Tarquinii D. Halicarn. IV, 47. Τίς γὰρ ἂν τῶν νῦν ἐχόντων Μαμίλιον τὸν εὐγενέστατόν τε καὶ κράτιστον Λατίνων ἁπάντων, τοῦτον δὲ κηδεστὴν ἠξίωσε λαβεῖν ὃς οὐδὲ εἰς τὸν πάππον ἀνενεγκεῖν ἔχει τὸ γένος. *J. Waſſ.*

P. 43. Not. 7. *neque copia neque inopia.* Libri omnes ita habent. & huc ſpectare videtur *Paulinus* Ep. ad *Auguſtin.* XXXIII. quod ad aurium offenſionem attinet; multa inveniuntur ejuſmodi cum apud *Liv.* ut, XXI, 39. *copia ex inopia.* XXII, 30. *Juſtin.* IX, 7. tum apud noſtrum. ut, *moetus atque moeror.* &, *modo modeſtiaque.* item, *victos victoreſque.* Poſtremo, ita legit *Hieronymus* Ep. 27, 10. *Ne conſuetudine plus habendi praeberet locum* avaritiae: *quae nullis expletur opibus, & quanto amplius habuerit, plus requirit, &* neque copia neque inopia minuitur. citat etiam *Comment.* in *Eccleſiaſten* cap. V. Nimirum, inopes non ſolent avari eſſe, at tanta horum avaritia ut neque divitiis expleri, neque ipſa quidem paupertate ut fere ſolet, reſtingui. vide *Macrob.* Somn. Scip. I, 10.

P. 323. l. 5. *neque Reſpub. &c.*] Sic noſter eleganter C. XXXIII. J. XIV. LXXVII. *Tacit.* An. I, 80. XI, 21. & ſequente *ac* Agr. X. *Cic.* Tuſc. I, 23. Neque *nata certe eſt*, & *aeterna eſt.* quo in loco pro, *omne coelum omniſque natura,* legerim, *omniſque* terra *conſiſtat.* Petrus Chryſologus Serm. VII. *Sit ſunt tibi facies inculta, exterminatus aſpectus: nec ab hominibus inveniſti laudem, & apud Deum fructum jejunii perdidiſti.* ubi etiam pro *faſtu*, ipſe *aſtu* repoſuerim. *Quam non eſt anxius, quam ſecurum caret* aſtu, *qui ſua patri ſervanda commiſit.* Faſtus Dominorum, illud alterum ingeniorum Servilium. *Terent.* *Heaut.* *Quae, ſi non* aſtu *providentur, me aut herum peſſum dabunt.*

Digitized by Google

JANI MELLERI PALMERII
SPICILEGIUM,
IN
SALLUSTIUM.

QUærere conviviis, dixerat Salluſtius, in de bello Jugurthino. belle, ſi ita viſum eſſet librariis: qui alii aliud: plerique *gloriam* aut *gratiam*; quidam etiam, *amicitiam*, inculcarunt. *Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul rep. ætatem agere, tanto tamque utibili, labori meo nomen inertiæ imponent: certe, quibus maxima induſtria videtur, ſalutare plebem, & conviviis quærere. Utibili* fuit, in V. C. meo & Muſis gratia, cum bene fuit. uſi eo multi in multis, Terentius Phorm. act. 4. ſc. 4.

Quid minus utibile fuit, quam hoc ulcus tangere.

Sed quod cœpimus, *conviviis quærere*, eſt anquirere de apparatu: qui addit, depravat, & quod poterat eſſe venuſtum, vetat. Petronius Arbiter:

——ſi quis ſinus abſitus ultra,
Si qua foret tellus, quæ fulvum mitteret aurum,
Hoſtis erat: fatiſque in triſtia bella paratis
Quærebantur opes, non vulgo nota placebant
Gaudia.

Quærere opes, Petronius dicit, quod audiri vult, protritas & proculcatas has aſpernari. Neque alia ſententia iis, quæ mox ſequuntur:

———————— in uda
Quæſitus tellure nitor certaverat oſtro.

Quod enim arbitreris quæſitum nitorem hic eſſe *acquiſitum*; non, *anquiſitum*: dixit ita quoque *quæſitiſſimas epulas* Salluſtius, cum cogitaret accuratiſſimum paratum lib. 2. Hiſtoriarum, de Metello Numidico: *Toga picta plerumque amiculo erat ei accumbenti: epulæ quæſitiſſimæ. Neque per omnem modo provinciam, ſed trans maria, ex Mauritania volucrum & ferarum incognita antea plura genera.* Imitatus Cornelius Tacitus 2. Annal. c. 53. *Excepere Græci quæſitiſſimis honoribus, vetera ſuorum facta, dictaque præferentes, quo plus dignationis adulatio haberet.* Pro hoc nunc ſolum agnoſcimus, † *equiſite*: ſed ita tum erat, ſimplicia fere pro compoſitis malebant. Itaque aliter etiam quam recte factum ab iis, qui illo loco mutarunt; J. 19. *Cujus legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, & tum ſenatu pollens* (ita rectum eſt; non, ut per omnes libros propagatum, *potens*: & ei rei argumentum eſt optimus codex Thoſanus) *quia Coſſ. C, Graccho, & M. Fulvio Flacco interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat, cum Jugurtha, tametſi Romæ in amicis habuerat, tamen curatiſſime accepit.* Notatum id a librario ad oram vetuſti codicis: nec me pœnitet meæ olim ſententiæ, recepiſſe, qui Tacitum in eodem verbo meminerim; *Majores quoque non abhorruiſſe ſpectaculorum oblectamentis, pro fortuna quæ tum erat: eoque a Thuſcis accitos hiſtriones, a Thuriis equorum certamina, & poſſeſſa Achaja Aſiaque ludos curatius editos.* Apud eundem Salluſtium conjuratione Catilinæ eſt, anquirere veſcendi. *Sed libido ſtupri, ganeæ, ceterique cultus non minor inceſſerat: viri pati muliebria: mulieres pudicitiam in propatulo habere. Veſcendi terra marique anquirere, dormire prius quam ſomni cupido.* Sic ſcripſerat Salluſtius, ſed ut prolixa eſt imperitia, mutarunt; *veſcendi*

 cauſſa

cauſſa terra marique omnia exquirere. Os hominum: at dii me omnes oderint, niſi Orbilius multas prægnantes plagas inflicturus fuit diſcipulo, qui ita loqueretur. Liber Thoſanus, *cauſſa*, omittit: &, quod vere liceat, non facile eo melior alius eſt. Colonienſis neque illud, *omnia*, agnoſcit, & *inquirere*, repræſentat: e quo nos feciſſe *anquirere*, crimen noſtrum ſit, niſi uſquequaque injuriam eam hoc verbum accepit: ut Jugurtha: *igitur rex, uti conſtituerat, in caſtra venerat* (ita repono ex Thoſano) *ac pauca præſenti conſilio loquutus de invidia ſui facti, atque uti in deditionem acciperetur: reliqua cum Beſtia, & Scauro ſecreta tranſegit: dein poſtero die, quaſi per ſaturam ſententiis anquiſitis, in deditionem accipitur*, Thoſanus, *inquiſitis*. Quod autem, *anquirere de reo*, &, *capitis anquirere*, hæc talia frequentantur, itemque, *anquirere ſententiis*, lubuit credere idem hoc Salluſtii loco fuiſſe. Tacitus 3. Annal. *Id ſolum Germanico ſuper leges præſtiterimus, quod in curia potius quam in foro, apud Senatum quam apud judices de morte ejus anquiritur.* Hoc ipſo Jugurtha; *Itaque paucis diebus cum argento auroque multo Romam legatos mittit: quis præcipit, uti primum veteres amicos mactis muneribus expleant, deinde novos anquirant: poſtremo, quacunque poſſit, largiendo parare ne cunctentur*: vulgo, *acquirant*, aut, *inquirant*: neutrum ex ſententia: alterum ne ex conſuetudine Latina quidem. Neque vero præceperat ut acquirerent amicos: quippe exitus in diis erat: ſed ut operæ ne parcerent anquirere. *Mactis*, auſi ſumus, quia nobis libertatem hanc præibat vetus ſcriptura, *Mactatis*: tametſi hoc in contextu verborum Salluſtii (ne fruſtra ſis) nuſquam reperimus: verum mentionem faciebat commentator barbarus cujus erant manu in eum annotatione: refectæ ſane: & quo magis ducas, Catonis verbum eſt. Quam *macta arbor*, apud eum, itemque Plinium reponenda, quæ eſt arbor valde aucta in altum, quo, ut inquit Salluſtius gignentia omnia natura fert. In vulgatis eſt *alta arbor*, mendoſe. Nam v. c. *macta*: quod etiam doctiſſimus Victorius repererat, ſed quid eo faceret, non inveniebat. Ita eſt autem hic *macta*, ut in ſacrificiorum formis: *macte hoce vino inferio eſto: macte hiſce ſuovetaurilibus eſto.* Tertium etiam hoc loco addidimus peccare in his verbis, *quacunque poſſit.* Audacter, dicent iſti. Nam ſequitur, *parare ne cunctentur.* At † *poſſit* liquide. v. c. Modii: quod dictum eſt ad illud exemplum.

Quæſo edepol Charine te quoniam jam id, quod vis, non poteſt,
Velis id quod poſſit.

Adelphis: *tu quantum poteſt, abi.* Subaudiatur enim *fieri*. *Quacunque* autem adverbium factum, ut ex qui, quicunque; ex quantum, quantumcunque. Hoc proximum eſt mutaſſe ex, *quemcunque:* alioquin fortean ſcripſerit Salluſt. *quod poſſit largiendo parare ne cunctentur.* Vulgatam lectionem ne nobis probemus, ſententia prohibet. Neque enim ea ſubeſt: quemcunque amicum poſſint parare. Nam quod jam ante dixerat unicus magiſter brevitatis: ſed *parare*, pro, *moliri*, hic valet, ut apud hunc alias ſæpe: *itaque ex eo tempore ira & metu anxius, moliri, parare, atque ea modo in animo habere, quibus dolo Hiempſal caperetur.* Item: *defenſoribus mœnium præmia modo, modo formidinem oſtentare, ſuos hortando ad virtutem arrigere: prorſus intentus cuncta parare.* Quod autem ſupra legebamus, *veſcendi*, ſunt res victui, ſeu quæ palato faciunt. Forma eſt nunc rara: atque id ſufficit, namque eo lepida. Sic Livio, *igni extinguendo ſunt*, quibus ignis exſtingui poſſit. *Igitur pro ſe quiſque inermes, ut quibus nihil hoſtile ſuſpectum eſſet; omnibus portis, qua cuique proximum erat, ea modo, quæ reſtinguendo igni forent portantes, in agmen Romanum ruebant.* Hoc ipſo Salluſtii lib. locus alter eſt: *igitur omnia jumenta ſarcinis levari jubet, niſi frumento dierum x. Ceterum utres modo, & alia aquæ idonea portari, præterea conquirit ex agris, quam plurimum poteſt, domiti pecoris: eoque imponit vaſa.* Paucos libros vidi veteres, qui non magna veſtigia veræ lectionis offenderent: *Et alia aquæ portanda conquiri, præterea ex agris:* & mox: *eoque imponi aquæ portanda.* Et illud: *quæ poſtquam glorioſa modo, neque belli patrandi cognovit.* Sic enim & boni libri, & Priſcianus. Ab eo ſono rarum

diſcrepat

Digitized by Google

diſcrepat, *res victus:* ut ſi dicas: *victui terra marique anquirere.* Varro lib. 4. de lingua Latina: *prius de indutui, aut amictui quæ ſunt, tangam.* Ibid. *Et quod amictui habent, purpuram vocant circumtextam.* Corn. Tacitus lib. de morib. German. *Potui humor ex ordeo aut frumento in quandam ſimilitudinem vini corruptus.* Ibidem: *Fennis mira feritas, fœda paupertas: non arma, non equi, non penates: victui herba, veſtitui pelles, cubile humus.* Hæc addidi, ut Plauti locum emendarem Curculione:

At ita mea Volſella, pecten, ſpeculum, calamiſtrum meum.
Bene me amaſſint, meaque axitia, linteumque exterſum.

Lego: *linteumque exterſui:* id eſt linteum ad extergendum comparatum: erat in iiſdem verbis, *libido ſtupri, ganeæ.* Hoc Valla ne recte accipit. *Ganeam* autem etiam Tacit. lib. 2. hiſt. *Nemo in illa aula probitate aut induſtria certavit. Unum ad potentiam iter prodigis epulis, & ſumtu Bajanis aqua ſaturare inexplebiles Vitellii libidines.* Ne diutius neceſſe habeamus audire aliorum nugas de Bajanis aquis, reſtituo: *ut ſumtu ganeaque ſatiare inexplebiles Vit. l.* Verum redeamus. Ut *veſcendi;* ita *impetrandi* quoque dixit Salluſtius, in oratione Adherbalis: *ſi imperandi nihil haberem, præter miſerandam fortunam; quod paulo ante rex genere, fama, atque copiis potens: nunc deformatus ærumnis, inops, alienas opes ſpecto: tamen erat majeſtatis populi R. prohibere injuriam.* Meus v. l. *impetrandæ cauſſæ nihil haberem.* Et qui emaculare Salluſtium ſe poſtulet, ut nihil ſibi in conjectando permittat, nec ſuſpicionibus ſcripturæ veteres adjuvet, nugas agat. Mihi vero ſtat, ubi feneſtram aliquam aperiunt libri, ubi porro ingenio, & quod alii ante ſibi in depravando indulſerunt, in corrigendo uſurpare. Cave enim exiſtimes minus quoquam ſcriptore a gloſſis laborare Salluſtium. Hoc etiam mendoſum eſt, ut excuditur: *Romani, pro ingenio quiſque pars eminus glande, aut lapidibus pugnare: alii ſuccedere, ac murum modo ſuffodere, modo ſcalis aggredi: cupere prælium manibus facere.* Tanquam eminus pugnare, non ſit prælium manibus facere. Et mirum ni ſic quoque corrupturi fuerunt, ſi *prælium e manibus facere,* ſcriptum reperiſſent. Rectum eſt, *prælium in manibus facere.* In manu, e manu, hoc eſt, *comminus, eminus.* Ennius Hectoris Lytris: *quem mea machæra comminus, atque haſta hoſtivit e manu.* Itaque *in manibus,* hic contra eſt quam *e manibus.* Eodem bello Jugurthino per libros vulgatur: *ea fuga Jugurtha impenſius modo rebus ſuis diffidens, cum perfugis, & parte equitatus in ſolitudines, dein Thalam pervenit.* Item alibi: *inter hæc Jugurtha impenſius modo legatos ſupplices mittere præter ſuam liberorumque vitam, omnia Metello dedere.* Utrobique ſcribendum, *impenſimodis:* ut, *omnimodis, multimodis.* Forte rectius ſi, *impenſimodo,* ut *omnimodo,* pro dejuncto, *impenſis modis:* niſi eodem res redit, & non verius, Salluſtium fuiſſe, quam ita eum ſcripſiſſe. *Impenſius* ad eum modum Curtius in 3. *Alexander ante prima ſigna ibat, identidem manu ſuos inhibens; ne ſuſpenſi acrius, ob nimiam feſtinationem concitato ſpiritu, capeſſerent bellum.* Emendabam: *inhibens, ne impenſius concitato ſpiritu capeſſerent bellum.* Illa: *acrius ob nimiam feſtinationem,* gloſſema putabam: aut certe, *acrius:* utcunque de ceteris judicia eſſent. Inde *homines impenſi.* Plautus Captivis.

Væ miſero illi, cujus cibo iſte factus eſt imperioſior. Auſcultoi libros veteres: *factus eſt impenſior.* In Salluſtio oratione illa aurea, quam Severus imperator appellabat: *Parvum ego te Jugurtha, amiſſo patre, ſine ſpe, ſine opibus, in meum regnum accepi, exiſtimans non minus me tibi quam liberis, ſi genuiſſem, ob beneficia carum fore.* Illud, *accepi,* non nauci eſt; hoc loco quidem. Scribo: *in meum regnum aſcivi:* & porro: *non minus me tibi, quam ſi genuiſſem, ob b. c. f.* nam, *liberis,* inculcatum. Accipere ſexcentos undeunde profugos in regnum poterat: ſed hoc non eſt communicare ſceptrum: *Adſciſcere* & *adoptare* & *ſumere,* vocibus differunt ſolum. Itaque apud Ciceronem, alioſque, *aſcitus color orationis,* idem qui adoptivus: & in oratione maledica, quæ Salluſtium auctorem mentitur, *Cicero aſcitus, ac paullo ante*

inſitus

inſitus urbi civis audit: niſi quod, *accitus*, ibi vitioſe legitur: ut item Catilinar. *Vulturtius, interrogatus de itinere, de litteris, poſtremo quid, aut qua de cauſſa conſilii habuiſſet, primo fingere alia: Diſſimulare de conjuratione: poſt, ubi fide publica dicere juſſus eſt, omnia, uti geſta erant, aperit, ſe paucis ante diebus a Gabinio & Cepario ſocium aſcitum.* Ubi in vulgatis omnibus poſt, *aperit*, inſercinnt, *docetque.* Male. Nam nec ſenſus patitur, & ſermo non deſiderat. *Docere* enim nunquam eſt ſine ſtudio, & perſuadendi ſive illecebra, ſive conatu. Vulturtius autem invitus indicium faciebat. Mendum in eodem vocabulo alio quoque Jugurthæ loco, oratione Adherbalis: *Poſtremo Maſſaniſa nos ita inſtituit, P. C. ne quem coleremus, niſi populum R. ne ſocietates, neu fœdera nova acciperemus.* Scribendum, *aſciremus.* Idem verbum, quod ſuis locis pulſum erat in Salluſtio, aliena invaſit. Conjuratione Catilinæ: *Ea tempeſtate plurimos, cujuſque generis homines adſciviſſe ſibi dicitur, mulieres aliquot: etiam, quæ primo, &c.* Amo Thoſanum librum, in quo ita legitur, *adſuiſſe.* Nil pote elegantius. Jugurtha quoque: *Qua poſtquam Maſſiva agitare cœpit: neque Jugurtha in amicis ſatis præſidii eſt: quod eorum alium conſcientia: alium mala fama, & timor impediebat: Bomilcari* (ita Thoſanus ſemper) *proximo ac maxime fido ſibi imperat, pretio, ſicut multa conſueverat, inſidiatores Maſſivæ paret:* Thoſanus *ſicut multa conſuerat*, quamquam. verum ut dicam, Bertinianus is eſt. *conſuerat* autem a *conſuo* eſt, non a conſueſco ne erres. *Adſuere* autem & *conſuere* in fraude, dolis, lenociniis dicuntur. Unde *ſutela* pro fraudibus, & *conſuti doli.* Amphitruone:

> *Ne tu iſthic hodie malo tuo, compoſitis mendaciis*
> *Adveniſti. Audaciæ columen, conſutis dolis.*

Idem & Pſeudolo & Caſina:

> *Poſſiſne, necne, clam me, ſubelis tuis*
> *Præripere Caſinam uxorem.*

Ubi de Vaccenſium perfidia eſt apud Salluſtium, hoc legitur: *Romani milites perculſi, improviſo metu incerti, ignarique quid potiſſimum facerent, trepidare: Arcem oppidi, ubi ſigna, & ſcuta erant, præſidium hoſtium portæ ante clauſæ fugam prohibebant.* Æſtuant emendatores — *velut minuta magno Deprenſa navis in mari veſaniente vento.* Emaculandum autem: *Rom. milites improviſo metu incerti, ignarique quid potiſſimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi ſigna & ſcuta erant: præſidium hoſtium, portæ ante clauſæ, fugam vetant.* Ita Bertinianus & Sigebergenſis: niſi quod in hoc *prohibebant*, legebatur: *Perculſi* autem abeſſe a ſ. c. ne Rivius tacuit quidem. *Trepidare ad arcem* optime. Livius: *Mox quæ dum in ſua quiſque miniſteria diſcurſu trepidat ad prima ſigna.* Horat.

> *Quam quæ per pronum trepidat cum murmure clivum.*

Hoc ergo exemplo vetuſta & venuſta ſunt, *trepidare domum*, *trepidare in naves*: aliaque talia. De eorundem Vaccenſium re inf. *Sic animis eorum arrectis equites in primo latere, pedites quam arctiſſime pergere, & ſigna occultare jubet.* Nugantur allii. Unus Glareanus, more majorum, ſine fuco & fallaciis, negat ſe intelligere. Et melius ille, quam qui ubique intelligendo faciunt, ut nihil intelligant. Lego *equites imprimo late: pedites quam artiſſime ire, & ſ. o. i.* Ita in pleriſque V. C. Erant Metello equites auxiliares Numidæ, hos ſparſos jubet præcurrere, ut Vaccenſes inducantur: Romanos pedites conferto agmine ſequi, eadem de cauſſa hæc ſententia aliter quam verbis a me reſtitutis non conficitur. Et illud *artiſſime*, poſtulat, cui referatur ac componatur in priore membro. Sed fefellit bonos viros adverbium *imprimo*, paulo minus quam procuicatum. De *trepido*, autem non tacebo alium inſignem locum. *Quæſo, reputate cum animis veſtris, num id mutari melius ſit: ſi quem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis hominem veteris proſapiæ, ac multarum imaginum, & nullius ſtipendii, ſcilicet ut in tanta re ignarus omnia trepidet, feſtinet:* Sic verum puto: & proxime verum fuiſſe in meo *ad omnia trepides.* At vulgati omnes: *ignarus omnium trepidet. Trepidare negotia,*

gotia, ut *properaret*. Idem: *Sed rex nihil jam infectum Metello credens, quippe qui omnia arma, tela, locos, tempora, denique naturam ipſam, ceteris imperitantem, induſtria vicerat, cum liberis, & magna parte pecuniæ ex oppido noctu profugit: neque poſtea in ullo amplius, una die, aut una nocte moratus: ſimulabat ſeſe negotium properare.* Sic Colonienſis & antiquitus cuſus Argentinenſis: quod me Stanæum monuiſſe, fateri debeo. Vulgo *ſimulabat ſeſe gratia negotii properare.* Illo modo Truculento: *Dic me adeſſe, cui properet ſavium.* Et ita ſæpe Horatius. Nunc alium etiam locum adoriamur: *Namque haud longe flumine Mulucha, quod Jugurthæ, Bocchique regnum disjungebat, erat inter ceteram planitiem mons ſaxeus, mediocri caſtello ſatis patens, in immenſum editus, uno perangusto aditu relicto: nam omnis natura velut opere, atque conſulto, præceps:* Nimium inepte tandem, *inter ceteram planitiem mons ſaxeus:* tanquam mons quoque planities eſſet: nam ea vis eſt hujus, *ceteram*. Emendo: *erat inter cetera planitiem mons ſaxeus, mediocri caſtello ſatis patens, immenſum editus, uno perangusto aditu relicto, nam omnia natura, velut opere, atque conſulto, præceps,* hæc emendatio eſt: nunc videamus argumenta. Thoſanus codex nunquam ſatis laudatus: *erat inter cetera planitie:* ita ille diſerte. Quis dubitet ſaltem cui cor ſapiat, quin verum ſit, *inter cetera planitiem? cetera* ut illo Virgilii: *conſertum tegmen ſpinis: at cetera Grajus.*

Et apud Tacitum in vita Agricolæ: *Hic cum egregius cetera, arroganter in deditos, ut ſua quoque injuria ultor conſuleret durius.* Erat ergo *cetera planities*, id eſt, ad cetera quod attineret; ſed unus inibi mons ſaxeus. Poſtea: *nam omnia natura.* Alii *iter per omnia naturæ*: Varie h. per libros vulgatur. Nam alii *per omnia natura:* quidam *nam omni natura.* Quæ omnes ſcripturæ, ut verbo dicam, aſſis non ſunt: una autem recta noſtra. Qua enim facie *cetera* eadem, *omnia*, accuſandi caſu ponitur, pro, omnes in partes, uſquequaque. Acceptum hoc eſt in vulgus: *homo eſt, niſi quod ſuperbus, cetera bonus*: id eſt, ſine exceptione, ad utrumque eadem forma, & pari: illud inſolentius: *homo eſt, omnia bonus*, veterum uſu. Sic ergo Salluſtius: *mons omnia præceps*, nihilo aliter, quam antea auſus erat, *inter cetera platiem*. Hæc jam dictaram, cum Rivium conſului, is codex, inquit, Badianus, ad hunc modum: *Nam omnia natura velut opera atque conſulto præceps habebat.* Quid quæris? plauſi mihi, qui conjectura ad verum perveniſſem: nam illud, *habebat*, quis inſertum non videt: quod ſcripti nulli libri repræſentant? *Cetera* autem, & *omnia*, hac figura e Græcia ſunt: ut pueri ſciunt. Unum addam: recepta lectio *omnis natura*: ab emendatorum ingenio eſt, quod eo volui, ne quis illam nobis imputaret. Sed ſequamur. *Marium fatigantem de profectione, & ſimul invitum, & offenſum ſibi. Parum idoneum ratus, domum dimittit: & Romæ plebes, literis, quæ de Metello ac Mario miſſa erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperant.* Repono: *ſimul & inviſum & offenſum*, ac poſtea: *cognitis, volentia de ambobus acceperant.* Prius ex Thoſano & Bertiniano ſimile illi *ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens.* Si cuſam ſcripturam probes, difficile eſt ut leges brevitatis ſuæ non migrarit Salluſtius. Erat autem inviſus Metello Marius, & viciſſim offenſus, de cauſſis, quas arceſſere ex ipſo Salluſtio quam a me diſcere, cuivis multo facilius eſt. *Volentia* conjeci, quia recepta ſcriptura Latina non eſt. Sic enim dicendum fuiſſet potius: *Plebs volentibus animis acceperant.* In meo quidem ſ. *animo*, non apparet: pro cetero, *volenter.* Quod fuit cur minus me ſententiæ pœniteret. Poſitum ita, *volentia*, ut in hiſtoriarum lib. IV. *Nam Pompejus multis ſuſpicionibus volentia plebi facturus habebatur.* Tacitus: *Iſque omnes de feſtinatione Primi ac Vari ſiniſtre, & Muciano volentia ſcripſere.* Ab hac diverſa forma eſt hoc ipſo libro: *Ut militibus æquatus cum duce labor volentibus eſſet.* Item: *Neque ille ſenatus, quanquam averſus* (ita repono: Vulgo, *adverſus*) *erat, de ullo negotio abnuere audebat: ceterum ſupplementum*

etiam

Digitized by Google

inſitus urbi civis audit: niſi quod, *acitus*, ibi vitioſe legitur: ut item Catilinar. *Vulturtius, interrogatus de itinere, de litteris, poſtremo quid, aut qua de cauſſa conſilii habuiſſet, primo fingere alia: Diſſimulare de conjuratione: poſt, ubi fide publica dicere juſſus eſt, omnia, uti geſta erant, aperit, ſe paucis ante diebus a Gabinio & Cepario ſocium aſcitum.* Ubi in vulgatis omnibus poſt, *aperit*, inſerciunt, *docetque*. Male. Nam nec ſenſus patitur, & ſermo non deſiderat. *Docere* enim nunquam eſt ſine ſtudio, & perſuadendi ſive illecebra, ſive conatu. Vulturtius autem invitus indicium faciebat. Mendum in eodem vocabulo alio quoque Jugurthæ loco, oratione Adherbalis: *Poſtremo Maſſaniſſa nos ita inſtituit, P. C. ne quem coleremus, niſi populum R. ne ſocietates, neu fœdera nova acciperemus.* Scribendum, *aſciremus*. Idem verbum, quod ſuis locis pulſum erat in Salluſtio, aliena invaſit. Conjuratione Catilinæ: *Ea tempeſtate plurimos, cujuſque generis homines adſciviſſe ſibi dicitur, mulieres aliquot: etiam, quæ primo, &c.* Amo Thoſanum librum, in quo ita legitur, *adſuiſſe*. Nil pote elegantius. Jugurtha quoque: *Quæ poſtquam Maſſiva agitare cœpit: neque Jugurtha in amicis ſatis præſidii eſt: quod eorum alium conſcientia: alium mala fama, & timor impediebat: Bomilcbari* (ita Thoſanus ſemper) *proximo ac maximè fido ſibi imperat, pretio, ſicut multa confecerat, inſidiatores Maſſivæ paret:* Thoſanus *ſicut multa conſuerat*, quamquam. verum ut dicam, Bertinianus is eſt. *conſuerat* autem a *conſuo* eſt, non a conſueſco ne erres. *Adſuere* autem & *conſuere* in fraude, dolis, lenociniis dicuntur. Unde *ſutela* pro fraudibus, & *conſuti doli*. Amphitruone:

> *Ne tu iſthic hodie malo tuo, compoſitis mendaciis*
> *Adveniſti. Audaciæ columen, conſutis dolis.*

Idem & Pſeudolo & Caſina:

> *Poſſiſne, necne, clam me, ſutelis tuis*
> *Præripere Caſinam uxorem.*

Ubi de Vaccenſium perfidia eſt apud Salluſtium, hoc legitur: *Romani milites perculſi, improviſo metu incerti, ignarique quid potiſſimum facerent, trepidare. Arcem oppidi, ubi ſigna, & ſcuta erant, præſidium hoſtium porta ante clauſa fugam prohibebant.* Æſtuant emendatores —— *velut minuta magno Deprenſa navis in mari veſaniente vento.* Emaculandum autem: *Rom. milites improviſo metu incerti, ignarique quid potiſſimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi ſigna & ſcuta erant: præſidium hoſtium, portæ ante clauſa, fugam vetant.* Ita Bertinianus & Sigebergenſis: niſi quod in hoc *prohibebant*, legebatur: *Perculſi* autem abeſſe a ſ. c. ne Rivius tacuit quidem. *Trepidare ad arcem* optime. Livius: *Moxque dum in ſua quiſque miniſteria diſcurſu trepidat ad prima ſigna.* Horat.

> *Quam quæ per pronum trepidat cum murmure rivum.*

Hoc ergo exemplo vetuſta & venuſta ſunt, *trepidare domum*, *trepidare in naves*: aliaque talia. De eorundem Vaccenſium re inf. *Sic animis eorum arrectis equites in primo latere, pedites quam arctiſſime pergere, & ſigna occultare jubet.* Nugantur allii. Unus Glareanus, more majorum, ſine fuco & fallaciis, negat ſe intelligere. Et melius ille, quam qui ubique intelligendo faciunt, ut nihil intelligant. Lego *equites imprimo late: pedites quam artiſſime ire, & ſ. o. i. Ire,* in pleriſque V. C. Erant Metello equites auxiliares Numidæ, hos ſparſos jubet præcurrere, ut Vaccenſes inducantur: Romanos pedites conferto agmine ſequi, eadem de cauſſa hæc ſententia aliter quam verbis a me reſtitutis non conficitur. Et illud *artiſſime*, poſtulat cui referatur ac componatur in priore membro. Sed fefellit bonos viros adverbium *imprimo*, paulo minus quam procuicatum. De *trepido*, autem non taceboalium inſignem locum. *Quæſo, reputate cum animis veſtris, num id mutari melius ſit: ecquem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis hominem veteris proſapiæ, ac multarum imaginum, & nullius ſtipendii, ſcilicet ut in tanta re ignarus omnia trepidet, feſtinet:* Sic verum puto: & proxime verum fuiſſe in meo *ad omnia trepidet.* At vulgati omnes: *ignarus omnium trepidet. Trepidare negotia,*

gotia, ut *properare*. Idem: *Sed rex nihil jam infectum Metello credens, quippe qui omnia arma, tela, locos, tempora, denique naturam ipſam, ceteris imperitantem, induſtria vicerat, cum liberis, & magna parte pecuniæ ex oppido noctu profugit: neque poſtea in ullo amplius, una die, aut una nocte moratus: ſimulabat ſeſe negotium properare.* Sic Colonienſis & antiquitus cultus Argentinenſis: quod me Stanæum monuiſſe, fateri debeo. Vulgo *ſimulabat ſeſe gratia negotii properare.* Illo modo Truculento: *Dic me adeſſe, cui properet ſavium.* Et ita ſæpe Horatius. Nunc alium etiam locum adoriamur: *Namque haud longe flumine Mulucha, quod Jugurthæ, Bocchique regnum disjungebat, erat inter ceteram planitiem mons ſaxeus, mediocri caſtello ſatis patens, in immenſum editus, uno perangusto aditu relicto: nam omnis natura velut opere, atque conſulto, præceps:* Nimium inepte tandem, *inter ceteram planitiem mons ſaxeus:* tanquam mons quoque planities eſſet: nam ea vis eſt hujus, *ceteram.* Emendo: *erat inter cetera planitiem mons ſaxeus, mediocri caſtello ſatis patens, immenſum editus, uno perangusto aditu relicto, nam omnia natura, velut opere, atque conſulto, præceps,* hæc emendatio eſt: nunc videamus argumenta. Thoſanus codex nunquam ſatis laudatus: *erat inter cetera planitie:* ita ille diſerte. Quis dubitet ſaltem cui cor ſapiat, quin verum ſit, *inter cetera planitiem? cetera* ut illo Virgilii: *conſertum tegmen ſpinis: at cetera Grajus.*

Et apud Tacitum in vita Agricolæ: *Hic cum egregius cetera, arroganter in deditos, ut ſua quoque injuriæ ultor conſuleret durius.* Erat ergo *cetera planities*, id eſt, ad cetera quod attineret; ſed unus inibi mons ſaxeus. Poſtea: *nam omnia natura.* Alii *iter per omnia natura.* Varie h. per libros vulgatur. Nam alii *per omnia natura:* quidam *nam omni natura.* Quæ omnes ſcripturæ, ut verbo dicam, aſſis non ſunt: una autem recta noſtra. Qua enim facie *cetera* eadem, *omnia*, accuſandi caſu ponitur, pro, omnes in partes, uſquequaque. Acceptum hoc eſt in vulgus: *homo eſt, niſi quod ſuperbus, cetera bonus:* id eſt, ſine exceptione, ad utrumque eadem forma, & pari: illud inſolentius: *homo eſt, omnia bonus*, veterum uſu. Sic ergo Salluſtius: *mons omnia præceps*, nihilo aliter, quam antea auſus erat, *inter cetera planitiem.* Hæc jam dictaram, cum Rivium conſului, iscodex, inquit, Badianus, ad hunc modum: *Nam omnia natura velut opera atque conſulto præceps habebat.* Quid quæris? plauſi mihi, qui conjectura ad verum perveniſſem: nam illud, *habebat*, quis inſertum non videt: quod ſcripti nulli libri repræſentant? *Cetera* autem, & *omnia*, hac figura e Græcia ſunt: ut pueri ſciunt. Unum addam; recepta lectio *omnis natura:* ab emendatorum ingenio eſt, quod eo volui, ne quis illam nobis imputaret. Sed ſequamur. *Marium fatigantem de profectione, & ſimul invitum, & offenſum ſibi. Parum idoneum ratus, domum dimittit: & Romæ plebes, literis, quæ de Metello ac Mario miſſæ erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperant.* Repono: *Simul & inviſum & offenſum*, ac poſtea: *cognitis, volentia de ambobus acceperant.* Prius ex Thoſano & Bertiniano ſimile illi *ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens.* Si cuſam ſcripturam probes, difficile eſt ut leges brevitatis ſuæ non migrarit Salluſtius. Erat autem inviſus Metello Marius, & viciſſim offenſus, de cauſſis, quas arceſſere ex ipſo Salluſtio quam a me diſcere, cuivis multo facilius eſt. *Volentia* conjeci, quia recepta ſcriptura Latina non eſt. Sic enim dicendum fuiſſet potius: *Plebs volentibus animis acceperant.* In meo quidem ſ. *animo*, non apparet: pro cetero, *volenter.* Quod fuit cur minus me ſententiæ pœniteret. Poſitum ita, *volentia*, ut in hiſtoriarum lib. IV. *Nam Pompejus multis ſuſpicionibus volentia plebi facturus habebatur.* Tacitus; *Uſque omnes de feſtinatione Primi ac Vari ſiniſtre, & Muciano volentia ſcripſere.* Ab hac diverſa forma eſt hoc ipſo libro: *Ut militibus æquatus cum duce labor volentibus eſſet.* Item: *Neque ille ſenatus, quanquam averſus* (ita repono: Vulgo, *adverſus*) *erat, de ullo negotio abnuere audebat: ceterum ſupplementum*

etiam

etiam lætus decreverat: quia neque plebe militiam volente, putabatur Marius aut belli uſum, aut ſtudia vulgi amiſſurus. Nuſquam tam ſimiles ſui ſunt emendatores: ſed Thoſani lectio, quæ eadem in veteri excuſo Romano reperitur, in Veneto, de quo nobilem adoleſcentem, & mihi amicum, Caſparum ab Halborusſſim, proinde ut debeo, amo: ea ergo ſola vera eſt: *quod neque plebei militia volenti putabatur. Et Marius aut belli uſum, aut ſtudia vulgi amiſſurus.* Qua cum Priſcianus quoque facit, & hanc Græcam cum ea contendit, ἀν θελομένοις ἢ τέτοις ἀκύειν. Id ita reddidiſſet Salluſtius: *illis audire volentibus fit:* aut *quæ illi volentia audiant.* Uſus Curtius quoque, ſi emendati libri ſint, in 7. *Archoſiis datus Memnon prætor quatuor millibus peditum, & DC. equitibus in præſidium relictis. Ipſe Rex nationem ne finitimis quidem ſatis notam, quippe nullo commercio volentem mutuos uſus, cum exercitu intravit.* Illa, *mutuos uſus* ſ. l. non habent, & pro *volentem, volente.* ſed rectum eſt: *quippe nullo commercio volentem, cum e. in* Sic. Tacitus in vita Agricolæ: *Eoque initio erecta provincia, ut quibus bellum volentibus erat.* Et ſæpe alias. Sed ordo tamen hic aliquis eſto. Principio ergo de conjuratione Catilinæ: *omnis homines, qui ſeſe ſtudent præſtare ceteris animalibus, ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſigant*, lego, *tranſeant.* Qui aliter excudunt, vim vocabuli non aſſequuntur. Probabit pro me Cornelius Tacitus in vita Agricolæ: *Mox inter quæſturam ac tribunatum plebis atque etiam ipſum tribunatus annum quiete & & otio tranſit, gnarus ſub Nerone, temporum, quibus inertia pro ſapientia fuit.* Liquet mihi affirmare: hunc Salluſtii locum Tacitus reſpexit: & eum qui mox eſt; *indocti, incultique vitam ſicut peregrinantes tranſire.* Neque ergo inertes agunt vitam, verius tranſeunt. Inibi; *Animi imperio, corporis ſervitio magis utimur. Alterum nobis cum Diis, alterum cum beluis commune eſt;* In meo ſ. *commune* abeſt. recte. Sic Jugurtha; *Is ubi primum magiſtratum ingreſſus eſt: alia omnia ſibi cum collega ratus, ad bellum, quod geſturus erat, animum intendit:* Ita Tholoſanus & Bertinian. In vulgatis omnibus inculcatur vox, *communia*; *ſibi cum collega communia ratus.* Pro eo in Sigebergenſi reperio, *certa*; ad marginem *leviora & communia*; quæ omnia in librariorum officinis cuſa ſunt. Porro ita vulgo dicimus; *nihil mihi tecum eſt; quid mihi cum illo eſt? &c.* & ſc. hic ſermo aures noſtras vulnerat; *omnia mihi tecum ſunt.* Ac qui ita loquatur, exempla poſcatur; quæ nunc literarum ætas eſt. Poſtea; *Quo mihi rectius eſſe videtur, ingenii quam virium opibus gloriam quærere.* Sigebergenſis delet, *eſſe*; & in Colonienſi, *melius* pro *rectius.* Equidem pignus dem in omnes fortunas meas, uti ſcripſit Salluſtius; *Quo mihi videtur, ingenii q. v. o. g. q.* Illud, *videtur*, unicus hujus rei nodus, eam ipſam vim habet Jugurtha: *Scio ego, Quirites, pleroſque non iiſdem artibus imperium a vobis petere, & poſtquam adepti ſunt, gerere: primo induſtrios, ſupplices, modicos eſſe. Dehinc per ignaviam & ſuperbiam ætatem agere, ſed mihi contra videtur. Videtur*, hoc loco pro, *rectum vid.* ut apud Tacitum initio lib. III. hiſtor. *Illic agitant re, placeretne obſtrui Ravennia obſtructo donec a tergo vires univerſæ conſurgerent, an ire cominus, & certare pro Italia conſtantius foret. Quibus opperiri auxilia, & trahere bellum videbatur, Germanicarum legionum vim famamque extollebant.* Julius Cæſar Comm. III. de bello civili; *Sed Pompejus ſuis prædixerat, ut Cæſaris impetum exciperent, neve ſe loco moverent, acieſque ejus diſtrahi paterentur.* Et multis interjectis verbis; *Quod nobis quidem factum a Pompejo, non videtur.* Sic vulgares libri habent; Nollem factum, ut invitis libris omnibus nuper viri docti eum locum apud Cæſarem depravarent. Apud Salluſtium ſequitur; *Nam & prius quam incipias, conſulto, & ubi conſulueris, mature facto opus eſt. Ita utrumque per ſe indigens alterum alterius auxilio eget.* Di melius quam ut ita brevitati Salluſtium ſtuduiſſe putemus; *utrumque indigens eget.* Et Bertinianus magis etiam ineptus, *indigens indiget.* Conjiciebam olim; *Ita utrum-*

utrumque per ſe indigens alterum alterius auxilio. Id ita explicabam; utrumque indigens auxilio, alterum alterius ſcilicet, nec ea opinione erubeſco. Sed propior ſum, ut verum putem; *alterum alterius auxilio veget;* Eo verbo uſus Pomponius Majali; *Animos Venus veget voluptatibus.* Ennius Ambracia:

---æquora ſalſa veges ingentibus ventis.

Et quod ibi agendi ſignificatione eſt, nihil huic rei diſconducit. Nam hæc talia, naturæ actionem oſtendunt, agendi fine ſæpe perpeſſionem ſignificare, ne ſcholæ quidem iſtæ negant. Quamvis, ne diſſimulem, nihil vetat activum eſſe. Invicem enim animum & corpus vegent. De hac emendatione placui mihi, poſtquam eam alios in v. l. repeiſſe audivi. Sed qui nunc nuper Salluſtium multis millibus emendatum ex officina Plantini emiſit, cum hoc de amico meo didiciſſet, qui ex me referebat, probavit, & in con textum poſtea recepit. Sequitur: *Verum ubi pro labore deſidia; pro continentia, & æquitate libido atque ſuperbia invaſere: fortuna ſimul cum moribus immutatur; ita imperium ſemper ad optumum quem a minus bono transfertur.* Sigebergenſem & Colonienſem ſequor: *ad optumum quemque animi a minus bono transfertur. Optimus animi,* ut Tacitus, *nimius animi:* &, *animi immodicus,* Salluſtius ipſe apud Aruſianum Meſſum. Poſt inde ex intervallo: *Vaſtus animus immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupiebat.* Lego: *Vaſtus animi immoderata, &c.* Ante eum locum: *Ac mihi quidem, tametſi haud quaquam par gloria ſequatur ſcriptorem, & actorem rerum; tamen in primis arduum videtur, res geſtas ſcribere: primum, quod facta dictis ſunt exæquanda: dehinc, quia plerique quæ delicta reprehenderis, malivolentia & invidia dicta putant: ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores; quæ ſibi quiſque facilia factu putat, æquo animo accipit, ſupra ea, veluti ficta pro falſis ducit.* Scribo: *quia plerique delicta reprehenderis, malivolentia & invidia putant. ubi de magna virtute gloria bonorum memores; quæ ſibi facilia quiſque facit, æquo animo accipit, ſupra velut ficta pro falſis ducit. Malivolentia putare,* ex forma, qua Eunucho eſt:

——— dum hæc puto,
Præterii imprudens villam.

Item Cæcilii Exſule:

Non hæc putas? non hæc in corde verſantur tibi?

Sententia Salluſtii eſt: quæ reprehenduntur, ipſi ita cogitant. malivolentia & invidia ſcripta eſſe. Elegantius aliquanto fit, & dignius Salluſtio, quia remotius ſumtum, *putare malivolentia*, pro, putare tanquam malivolentia alius putarit. Ceterum totius hujus loci emendatio a Colonienſi libro eſt: niſi ea fini, qua *gloria,* ſcripſi, pro *gloria*, ſententiæ obſecutus: & in Colonienſi altero, *&*, in Sigebergenſi, *ac*, in reliquis, *atque* erat. Ea inconſtantia argumentum fuit, nullum eorum rectum eſſe. *Gloria alicujus memorare*, pro ad gloriam, nota oratio Salluſtio, & Salluſtianis, Simile: *Igitur quæſtori mandata Bocchi patefaciunt: ſimul ab eo petunt, uti fautor conſultorque ſibi adſit; copias, fidem, magnitudinem regis ſui, & alia, quæ aut utilia, aut benevolentia eſſe credebant, oratione extollunt. Pleri,* in pleriſque meis eſt: & ejus hoc quoque indicium in Sigebergenſi, quod ita legitur: *plerique delicta quæ reprehenderis.* Nec periculum ſit, ſi conjectura ſola innixus, & aurium lenocinio obſecundans, repoſuerim verbum apud Salluſtium, quo, non dico Claudius, ſed Livius atque Suetonius (nam apud hunc in bonis libris ſæpe, *pleri,* reperias) uti amarunt; ne peritis imperite feciſſe videar. Inſuave enim hoc eſt, aures modo qui habeat, *quia plerique quæ delicta reprehenderis:* levius: *quia pleri quæ delicta.* Supereſt: *Quæ ſibi quiſque facilia facit.* Ita Cicero propemodum Famil. epiſt. lib. 15. epiſt. 18. ad Cæſarem: *Itaque facio me alias res agere.* Idem de nat. Deor. l. 1. *Plato facit mundum ædificari a Deo.* Idem de Opt. gen. orat. *Iſocratem Plato in Phædro laudari fecit a Socrate.* Et Sedigitus:

Poſt inſequi Licinium facio Atilium.

Neque longe diſcedit illud Curculione:

Ne te mihi facias ferocem, aut ſupplicare cenſeas.

Et Moſtellaria:

Ferocem facis, quia te herus tam amat.

Continuo eſt apud Salluſtium: *Sed ego adoleſcentulus initio, ſicut plerique a ſtudio ad rem publicam latus ſum.* Et fragmentum Colonienſe, & Thoſanus, *a*, nulli habent. Itaque lego: *ſtudio ad rempubl. latus ſum.* Neque enim a literarum ſtudio digreſſum ſe ad remp. ait: magis, ſtudio illo & ambitu, quo Romæ mos erat. Mox: *Ac me, cum ab reliquis malis moribus diſſentirem, nihilominus honoris cupido eadem, qua ceteros, fama, atque invidia vexabat, igitur, ubi animus ex multis miſeriis, atque periculis requievit.* Scribo, *nihilominus honoris eadem fames, atque invidia necabat. Igitur, ubi animum ex multis miſeriis atque periculis requievi.* Illa verba, *Qua ceteros*, Thoſanus non agnoſcit, hoc primum; deinde, ipſis veſtigiis odoratus ſententiam *cupido*, gloſſema ſcilicet, ejeci; *e fama, fames* mutavi, ſic extremo Petronio Arbitro, *fama muri*, pro *fames*, in omnibus libris vulgatur. *Necabat*, in fragmento Colonienſi ſcriptum erat. Et ſolebant veteres illa *necat ambitio, necat avaritia.* Neque eo dico, quod ignorem, *vexat*, ita cum ratione eſſe, & multis exemplis probum: ſed non quid dici potuerit, magis quid potiſſimum Salluſtius voluerit, agitur. Poſtrema verba e Colonienſi emaculavimus, atque eam conjecturam noſtram præſtare audemus. In illo erat: *ubi animo ex multis miſ. a. p. requievi. Requieſcere animum*, in quiete ſiſtere, Virgilius:

Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

Geminum:

Juppiter Alcmena geminas requieverat Arctos.

Deinde: *Hunc poſt dominationem L. Sullæ, libido maxima invaſerat reip. capiundæ:* lego: *reip. rapiundæ.* Neque enim capere remp. volebat Catilina: quippe quæ legibus capitur: ſed rapere. Oſtendunt quæ deinceps ſunt: *neque id quibus modis adſequeretur, dum ſibi regnum pararet, quicquam penſi habebat.* Et *regnum parare*, eſt, *rapere remp. Capere remp.* eſt, *regnum prohibere.* Oroſius lib. III. Hiſt. Ait, *triumviros remp. rapuiſſe:* Cornelius Tacitus, *milites imperium rapere: Spernuntur*, inquit, *Centuriones, tribunique, ac ne vox cujuſquam audiatur, quatiunt arma, rapturi imperium ni ducantur.* Poſtea: *Res ipſa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, ſupra repetere, ac paucis inſtituta majorum domi, militiaque quomodo remp. habuerint quantamque reliquerint; ut paulatim immutata, ex pulcerrima, &c.* Scriptus Modii l. *Quo modo remp. habuerint.* Optime: nec dubito quin Catonis. Quæ nullo exemplo fiunt, contra jus fas, ſine more fieri dicuntur: *rapta ſine more Sabina*, apud Virgilium, & eum imitantem Oroſium. *Habere* autem hic pro colere & gerere. Menæchmis Act. I. Sc. I. *Ni mala:*

Nimium ego te habui delicatam.

Aſinaria Act. I. Sc. I.

Quanquam illum mater arte contenteque habet.

Dehinc: *Urbem Romam, ſicuti ego accepi, condidere, atque habuere initio Trojani; qui Ænea duce profugi incertis ſedibus vagabantur. Incertis* adulterinum, & inſertum. Nam in fragmento Colonienſi nullum ejus veſtigium, ſed pro eo, *cunctis*, nihilo magis germanum Salluſtii opinor. *Vagari ſedibus*, ut nihil addatur, eleganter, nullas ſedes habere. Sequitur ex intervallo in C. l. *patriam parenteſque armis tegere.* Non, *protegere.* Ex mox: *immutato more, annua imperia, binos imperatores ſibi fecere, eo modo minime poſſe putabant per licentiam inſoleſcere animum humanum.* Exturbandum eſt illud, *putabant:* quod non eſſe Salluſtii tam certum eſt, quam, imperite feciſſe eos, qui inculcarunt. Continuo: *ſed ea tempeſtate cœpere ſe quiſque magis extollere, magiſque ingenium in promtu habere.* Scribendum: *cœpere ſe quiſque magis magis extollere, ingenium in promtu habere. Magis magis*, quod Ennius *magiſque magiſque:*

Ergo magiſque magiſque viri nunc gloria creſcit.

Magis magis: etiam Catullus:

Poſt vento creſcente magis magis increbreſcunt.

Mul-

Multis poſt verſibus ſequitur: *Poſtremo ubi multa agitanti nihil procedit, rurſus intempeſta nocte conjurationis principes convocat per M. Porcium Leccam: ibique multa de ignavia eorum queſtus.* Non ſit veriſimile mihi, conjuratos per M. Leccam, hominem aliquo numero, convocatos, quando tanti molimenti res ea eſſet: ne addam, pro feſtinatione Catilinæ vix ſatis cito id per unum hominem fieri potuiſſe. Rectius ſit legere *convocat pene: M. Porcium Leccam:* & dici quod a Cicerone aliiſque omnibus memoriæ proditum eſt domum Leccæ convocatos fuiſſe conjuratos. Cicero in ea pro Sulla: *Sed quoniam Cornelius ipſe etiam nunc de judicando dubitat, ut dicitis, informat ad hoc adumbratum judicium filium: quid tandem de illa nocte dicit, cum inter falcarios ad M. Leccam nocte ea, quæ conſequuta eſt poſterum diem Non. Novemb. me conſule Catilina denuntiatione convenit.* Eadem prima & ſecunda oratione in Catilinam, & in oratione Porcii Latronis: *penes* autem, quia ſevocati in interiorem partem domus: ut Lucretius lib. II.

Neve putes æterna penes reſidere poteſſe
Corpora prima.

Penes reſidere, in ipſis penetralibus manere. Poſt: *Præterea quorum, victoria Sullæ, parentes proſcripti, bona erepta, jus libertatis imminutum erat, haud ſane alio animo belli eventum exſpectabant.* Recte hoc: nec pareo libris meis, qui mutant, *Alius animus*, id eſt, averſus. Itaque *alius* & *aliter*, pro malus, & male: vel, infelix, & infeliciter. Jugurtha: *Ceterum ante te, qui ætate & ſapientia priores, ne aliter quid eveniat, providere decet.* Sticho:

Et ſi improbi ſint, atque aliter in nos faciant, ſecus
Quam æquum eſt.

Cicero, ſive quis alius, ad Herennium: *Quintus locus eſt, per quem oſtendimus, ſi ſemel aliter judicatum ſit, nullam rem fore, quæ incommodo mederi, aut erratum judicium corrigere poſſit.* Ita *ſecus* pro *male*. Tacitus Annal. 2. *Interrogatus a conſule, quid de his cenſeret, quæ de matre ejus locuta ſecus argueretur, reticuit.* Non recte ergo, qui hoc ubique in, *ſecius*, mutant, cum eo exemplo occurrit, ante hunc locum: *Fuere ea tempeſtate, qui dicerent, Catilinam oratione habita, cum ad jusjurandum populares ſceleris ſui addiceret, humani corporis ſanguinem vino permixtum in pateris circumtuliſſe: inde poſt exſecrationem omnes deguſtaviſſent, ſicuti in ſolemnibus ſacris fieri conſuevit, aperuiſſe conſilium ſuum: atque eo dictare feciſſe, quo inter ſe magis fidi forent, alius alii tanti facinoris conſcii.* Emendo, *cum jusjurandum populares ſceleris ſui adigeret, humani corporis, &c.* ac poſt: *idque eo dictitarent, quo inter ſe magis fidi forent, alis ali tanti facinoris conſcii.* *Adigere jusjurandum* in pandectis Florentinis multis locis, ſed fere corruptum, in, *adicere*, nota affinitate literarum, *c*, & *g*. Sic quoque fuit hic in Thoſano. Deinde: *alis ali*, pro *alius alii*. Nam in fragmento Colonienſi *aliis alii*. Infra: *pauci autem quos medios cohors prætoria disjecerat, paullo diverſi, alis alibi reſtantes, omnes tamen adverſis vulneribus conciderunt.* Quem locum in vulgatis corruptum Priſcianus lib. XII. tamen, & Soſipater Cariſius lib. II. & Diomedes lib. I. ita ut poſuit. legunt. *Alis*, pro *alius* Catullus quoque:

Anne bonum oblita es facinus, quod regium adepta es
Conjugium? quod non fortior auſit alis:

Quæ nunc adferam, miſerabiliter a gloſſemate polluta ſunt: *Quibus rebus confectis, omnia, propere per nuncios conſuli declarantur. At illum ingens cura, atque lætitia ſimul occupavere. Nam lætabatur, intelligens, conjuratione patefacta, civitatem periculis ereptam eſſe. Porro autem anxius erat, dubitans, in maximo ſcelere tantis civibus deprehenſis, quid facto opus eſſet. Pœnam illorum ſibi oneri, impunitatem perdundæ Reipub. credebat.* Quæ omnia longe ſunt a brevitate Salluſtii & ita potius ſcribenda: *At illum ingens cura atque lætitia ſimul occupavere, conjuratione patefacta: porro autem in maximo ſcelere tantis civibus deprehenſis, quid facto opus eſſet: pœnam illorum ſibi oneri, impuni-*

Digitized by Google

impunitatem perdenda reipub. fore. Nam hoc quoque, *credebat*, in maximam malam rem ablegandum, ut ſupra, *putabant*: itemque illis verbis: *Namque alia belli facinora præda magis quam detrimento fore: incendium vero crudele, immoderatum, ac ſibi maxime calamitoſum putabat.* Hoc *putabat*, inducendum eſt Neque enim a Salluſtio: quod quis non videt tantummodo horum qui aliquid vident? illò loco: *Ad ea rex aliter atque animo gerebat, placide reſpondit: Bomilchare, atque aliis multis, quos ſocios inſidiarum cognoverat, interfectis, iram oppreſſerat, ne qua ex eo negotio ſeditio oriretur.* Latinum non eſt hoc ſenſu *iram oppreſſerat*: & recte Thoſanus *iram preſſerat*, hoc eſt, occultarat & celaverat. Illis quoque verbis: *Genus hominum ſalubri corpore, velox, patiens laborum: pleroſque ſenectus diſſolvit, niſi qui ferro aut beſtiis interire.* Minus bene, *beſtiis interire*, quam in ſcripto c. *a beſtiis interiere.* Nam, *interiere ab hoſtibus*, pro interfici: & eodem modo, *a beſtiis interiere.* Recte & probe dicuntur. Jam vero illa: *quarum rerum ego maxima documenta hæc habeo: quod in bello ſæpius vindicatum eſt in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnaverant, quique tardius revocati prælio exceſſerant, quam qui ſigna relinquere, aut pulſi loco cedere auſi erant: in pace vero, quod beneficiis magis, quam metu, imperium agitabant, & accepta injuria, ignoſcere quam perſequi, malebant.* Primum pro *ſæpius*, malim *ſævius*: *ſævius vindicatum eſt in eos.* Sic enim ad hiſtoriæ fidem dicitur: aliter non item, deinde, *magis*, deleo, quia ita fragmentum Colonienſe & mille exemplis apud hunc alioſque notum id genus ſermonis: tum ex ſcripto Modii l. repono, *volebant*: *in pace vero, quod beneficiis quam metu, imperium agitabant; accepta injuria, ignoſcere, quam perſequi, volebant.* Et hic, *potius*, ſubauditur. Addam aliud: *In tanta, tamque corrupta civitate, Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium flagitioſorum, atque facinoroſorum circum ſe, tanquam ſtipatorum, catervas habebat. Nam, quicunque impudicus, adulter, ganeo, manu, ventre, pene, bona patria diſſipaverat.* Sine dubio reſtitueretur: *nam quicunque impudicus, adulter, ganeo, aleo, manu, ventre, pene bona patria lancinaverat.* *Alea*, Thoſanus, & alii quidam: verum, *aleo*, emendandum, vincit illud, *manu*: quod alioquin nihil habet, cui referatur. Nam aleones, manu; ganeones, ventre; adulteri, & impudici, pene, ſua, alienave bona lancinaverant. Impudici enim, qui ſuo in corpore paſſi ſunt, quod alteri collibuit. *Lancinaverat*, in Colonienſi, in reliquis omnibus *laceraverat*. Nam, *diſſipaverat*, nuſquam reperi extra cuſos codices. Catullus:

Paterna prima lancinata ſunt bona.

Lancinaverat autem paullo etiam efficacius verbum, & ſignificantius, quam *laceraverat*. Arnobius: *Syriapis Peloponneſi proditus & in Ægypto Serapis nuncupatus? Æthiopicis ſolibus Iſis furva mœrens perditum filium & membratim conjugem lancinatum?* De Piſone ita Salluſtius: *Erat eodem tempore Cn. Piſo, adoleſcens nobilis ſumma audacia, egens, factioſus; quem ad perturbandam remp. inopia, atque mali mores ſtimulabant.* Thoſanus: *nobilis, ſumma audacia, genus, factioſus.* Traducta verba puto: *adoleſcens genus nobilis, ſumma audacia, egens. Genus nobilis*, græciſſat: & addidit, quia nobiles etiam virtute, aut vitiis; plane iidem, qui noti. Itaque Terentianus Clitipho de ſua amica: *Mea*, inquit, *eſt potens, procax, magnifica, ſumtuoſa, nobilis.* Et Cicero in ea pro Cœlio, & Clodiam nobilem mulierem appellat a nota impudicitiæ. *Ignobilis* pro *ignoto* Pſeudolo:

Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.

Apulejus, *rem ſibi non nobilem*, pro, *ignotam*. Deinde de Catilina: *At Catilinæ crudelis animus eadem illa movebat: tametſi præſidia parabantur: & ipſe lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo, poſtremo diſſimulandi cauſſa, aut ſui expurgandi, ſicuti jurgio laceſſitus foret, in Senatum venit.* In quibuſdam, *& ſui expurgandi.* Mihi liquet, rectum eſſe *diſſimulandi cauſſa, an quaſi ſui expurgandi.* Sic Tacitus lib. IV. hiſt. *Simul Civilis exercitus, an ex compoſito, inſudit ſe agmini Tungrorum.* Item lib. I. hiſt. *is magnitu-*

dine

dine ſubditi ſceleris, an corrupta latius caſtra ac ſi contra tenderet, exitium metuens, præbuit pleriſque ſuſpicionem conſcientiæ. Curtius lib. IX. *Sed metune, non traditur, an oborta ſeditione inter ipſos, ſubito profugerunt barbari.* Facile conjectare, illud, *non traditur,* aliunde quam a Curtio eſſe. Itaque ejiciebam: & ſermonem ad hanc ipſam formam, de qua agimus, revocabam. De ſupplicio conjuratorum: *eſt locus*, inquit, *in carcere, quod Tullianum appellatur: ubi paullulum adſcenderis ad lævam, circiter* XII. *pedes humi depreſſus: eum muniunt undique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus juncta: ſed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies eſt.* Emendandum e Thoſano: *ubi paullulum eſcenderis ad lævam, circiter* XII. *pedes depreſſus. Eum muniunt undique parietes, atque ſuper camera lapideis fornicibus juncta: ſed incultu, tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies eſt. Incultu* quidem, in illo libro ſcriptum non fuit: ſed ita ſuſpicione feci, invitante concinnitate ipſa orationis. Nam ſi quid tertium cum illo, *terribilis*, jungeretur, videri poterat Salluſtii: nunc ibi hiat ſermo, *Inculta tenebris, odore fœda, aſpectu terribilis ejus facies erat.* Ita ferri, opinor, poterat *terribilis*, ſine ſuo auferendi caſu, non placet. Jam nec illi, *tenebris*, cum, *inculta* convenire poteſt. Aliud enim *incultus*, aliud *tenebræ*. De bello Jugurthino: *Erat inter ingentes ſolitudines oppidum magnum atque valens, nomine Capſa: cujus conditor Hercules Libys memorabatur. Ejus cives apud Jugurtham immunes, leni imperio, & ob ea fideliſſimi habebantur: muniti adverſum hoſtes non mœnibus modo & armis atque viris, verum etiam multo magis locorum aſperitate. Nam, præter oppido propinqua loca, alia omnia, vaſta, inculta, egentia, atque infeſta ſerpentibus.* Hic quidem quadra illa orationis poſtulat: *nam præter oppidum propinqua, alia omnia vaſta incultu, egentia aqua, infeſta ſerpentibus.* Sic prope arbitrabar ſcribendum apud Terentium:

——*præterea una ancillula*
Erat: ea texebat una pannis obſita,
Neglectu, immundu, illuvie.

Obſita pannis, neglectu, immundu, illuvie. *Pannis*, hoc ad veſtitum: *neglectu*, hoc ad capillum: *immundu*, ad aurum atque argentum: *illuvie*, ad imbalnitiem, quam appellat Lucilius. *Immundum* autem Plautus Mercatore Scen. I. Act. I. dixit:

Adeo arte cohibitum ſe eſſe a patre:
Multopere immundo ruſtico ſe eſſe exercitum.

Quamvis, *in mundo* duabus dictionibus legi malim. In eodem Salluſtii exemplo ex Thoſano legendum eſt: *leni imperio, & ea fideliſſimi habebantur.* Scriptura tuta auctoritate antiquitatis: apud quos *ea*, pro, *propterea* notum. Aſinaria Act. V. Sc. I.

Iſtud dictum tibi non amplius iraſcor.

Sic ſcripſit Plautus: ſenſit, *propter iſtud dictum.* Numero multitudinis, Perſa:

Cum bene nos, Juppiter juviſti, diique alii omnes calipotentes,
Ea vobis grates habeo, atque ago.

Sed ad priora illa e Catilinaria redeamus. Feci, *eſcenderis*, quia in Thoſano, *deſcenderis.* Et ſic fere ſemper in vulgatis vox ea periit: ut item occiderat illo belli Jugurthini loco: *Qui omnes trepidi improviſo metu, attamen virtutis memores aut arma capiebant, aut capientes alios ab hoſtibus defenſabant: pars equos eſcendere, ire obviam hoſtibus: pugna latrocinio magis, quam prælio ſimilis fieri:* abſque Frontone fuiſſet, qui *eſcendere*, legit. Et mirum, Manutium ſuſpicari, mendum ſubeſſe in Frontone, cum conſtet vix aliter Varronem, & Salluſtium, Tacitumque, & verbo ut dicam, omnes bonos, locutos. Sed quia inibi ſum, quæ dehinc hoc proximo primo loco apud Salluſtium ſequuntur, quia manifeſta ſunt turpiſſimi mendi, & emendatores omnes pueriliter errant, una opera emaculabo: *Pugna latrocinio magis quam prælio ſimilis fieri: ſine ſignis, ſine ordinibus. Equites, pedites, permixti cadere alios, alios obtruncare: multos contra adverſos acerrume pugnantes a tergo circumvenire.* Scribo, *cedere alii, alii obtruncare; multi contra averſos accerrume pugnantes a t. c.* *Eſcendere* verius etiam fit iis ver-

bis

bis ſcribi; *Itaque Marium propere adit, acta edocet; hortatur, ab ea parte qua ipſe eſcenderat, caſtellum tentet; pollicetur ſeſe itineris ducem, periculique nihil eſſe docet.* Quod ita in Thoſano eſt; *atque ſuper camera lapideis fornicibus juncta;* in eo *ſuper* valet, *inſuper*, Ad eundem modum idem Salluſtius in hiſtoria uſurparat, ut Cenſorino videtur, de quo Priſcianus lib. 14 *Super præpoſitio eſt apud Virgilium, primo Æneidos: ut ſcribit Cenſorinus:*

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Salluſtius vero in hiſtoria adverbium hoc protulit. Ubi multa nefande caſu ſuper amiſi: ſed mihi videtur Salluſtius quoque loco præpoſitionum hac præpoſtere protuliſſe. Quibus poſtremis verbis fruſtra Priſcianus a Cenſorino diſſentit. Sed verba quidem Salluſtii etiam ab iis qui poſtremum fragmenta ediderunt, mendoſe ſcripta, corrigenda ſunt: *Ubi multa nefande auſi ſuper caſu atque paſſi:* ut in veteribus editionibus eſt. *Super*, hoc quoque modo alibi: *at Metellus, ubi oppidanos prælio intentos, ſimul oppidum & operibus & loco munitum videt, vallo foſſaque mœnia circumvenit, deinde jubet locis ex copia maxima idoneis vineas agere ſuperque aggerem jacere, & ſuper aggerem impoſitis turribus opus, & miniſtros tutari.* Lego, *vallo foſſaque mœnia circumvenit: deinde locis ex copia idoneis vineas agere, aggerem jacere, turribus ſuper opus & adminiſtros tutari.* Glareanus idem hic eſt. Badius atque alii novum docent, & fando hactenus nemini auditum aggerem vineis inſtructum fuiſſe. Nec deſunt id ſonare verba Salluſtii. Sed ille hoc inſuper, fortiſſimo fundamento (verba hominis ſunt) ſtabilitas fuiſſe vineas. Caute. Oportuit enim nova forma eſſe, quæ aggerem tolerarent: niſi nos vineas in obſidionibus ignoramus. Longe autem hæc ſententia Salluſtio fuit. *Jubet* recte in Aldi & Gymnici editionibus, atque ſcriptis aliquot veteribus abeſt. Nam, *agere, jacere, tutari*, pro, *agebant, jaciebant, tutabantur*, actione frequentant. *Ex copia*, valet *pro copia, pro opportunitate locorum.* Erant enim loca vineis atque aggeribus minus quam opportuniſſima. Ita ſolens Salluſtius loquitur. Quæ porro ſunt: *turribus ſuper opus & adminiſtros tutari:* in iis, *ſuper*, adverbium, quod fefellit credo homines, ut clementiſſime dicam, non doctiſſimos, ut de ſuo benigni donarent Salluſtio, *ſuper aggerem impoſitis.* ſi quis tamen probabit, *aggerem jacere, impoſitis ſuper turrib. opus, & a. t.* per me licebit, dum alterum, quod verius eſt, mihi relinquat. *Adminiſtros*, quod pro, *miniſtros*, hoc loco damnat Glareanus, non meminit ſcilicet alterius loci: *Milites neque pro opere ſiſtere, propter iniquitatem loci; neque inter vineas ſine periculo adminiſtrare. Optimus quiſque cadere aut ſauciare, ceteris metus augeri.* Verbum *adminiſtrare* proprium in obſidionum machinationibus. Hoc quoque etiam menda non caret in Catilinario: *Sed urbana plebes, ea vero præceps erat multis de cauſſis.* Scribo: *præceps ierat.* Idem Jugurtha: *pretipitem cadere. Si permanere,* inquit, *vellet in ſuis artibus, ultro illi & gloriam & regnum venturum, ſin properantius pergeret, pecuniam & ipſum præcipitem caſurum.* Illo autem loco mirabar fuiſſe qui terrent vulgatam lectionem, *Ipſe cum liberis, & colonis propter aquilam adſiſtit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuiſſe dicebatur.* Qui enim iſti liberi Catilinæ, cui liberi nulli erant. Nam ex Cicerone atque ipſo Salluſtio diſcimus, *captum amore Aureliæ Oreſtillæ; quod ea nubere illi dubitabat, timens privignum adultum ætate, necato filio, vacuam domum ſceleſtis nuptiis feciſſe.* Cicero addit, etiam uxore. Itaque quod dubitare nemo poſſit, reponendum eſt, *libertis*, maxime cum ei hæreat, *colonis.* Quanto autem fere agmine colonorum ac libertorum inniti irent Romani nobiles, exemplum eſt apud Julium Cæſarem commentariorum de bello civili primo, Domitius, in obſidione Maſſiliæ. Facit eodem illud paullo ante: *Cethegus autem per nuntios familiam, atque libertos ſuos lectos & exercitos in audaciam, orabat, ut grege facto cum telis ad ſeſe irrumperent.* Eam rem diſerte explanat Dionyſius Halicarnaſſeus: ſolitos eſſe homines dites & nobiles Romæ ſervorum

vim

Digitized by Google

vitia commercari; plerunque deterrima mancipia eos manu emittere, vomicam poſtea civitatis & inſtrumenta ſcelerum ſuorum. Addit, eſſe qui pretio illos per audaciam ac flagitium parto, liberent, aut pollicitos operam in facinus. Horum hominum quis dubitet Catilinam tantum habuiſſe, quantum ad delendum magnum imperium ſatis eſſet, ni ſucceſſum dii ne garent? Paullo ante: *Sed Catilina, poſtquam videt montibus atque copiis hoſtium ſeſe clauſum, in urbe res adverſas; neque fuga, neque perfidii ullam ſpem: optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, ſtatuit cum Antonio quamprimum confligere.* Scribo: *optimum factu ratus, ut in tali re fortunam b. t.* cui emendationi verbum faciendum non eſt. Inibi, de Catone; *non divitiis cum divite, nec factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat: eſſe, quam videri, bonus malebat: ita quo minus gloriam petebat, eo magis illam aſſequebatur.* Sic quidem omnes codices; ceterum apud Auguſtinum aliter: *ita quo minus gloriam petebat, eo magis illum aſſequebatur.* Rectiſſime, & ſecus in vulgatis: neque ita tamen cuidam emendatori Salluſtii videtur; qui hanc etiam curſam laude dignatur: in quo quidem ejus judicio ego riſum non tenui. At tanquam parum eſſet, Rivius etiam, memoria ſi diis placet, lapſum Auguſtinum putat, & non fuiſſe ei librum tum ad manum. Quid autem? ullane cum ſententia hæc verba ſunt, niſi quæ inepta ſit: *quo minus gloriam petebat, eo magis illam aſſequebatur!* Poteſtne qui gloriam non ſequitur, aſſequi? Quin eleganter apud Auguſtinum: *quo minus gloriam ſequebatur, eo magis illum gloria ſequebatur.* Nam ita eſt gloria, ſequentem fugit, fugientem ſequitur. Malim tamen apud Auguſtinum ſcribi: *eo magis illum ſequebatur.* Sed quæ inconſtantia noſtra eſt, iterum nunc ad Jugurtham redimus, in deſcriptione Africæ: *Sed Perſæ intra Oceanum magis: hique alveos navium inverſos pro tuguriis habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hiſpanis emendi aut mutuandi copia erat, mare magnum, & ignara lingua commercia prohibebant. Hi paullatim per connubia Getulos ſecum miſcuere & quia ſæpe tentantes agros, alia deinde, atque alia loca petiverant, ſemetipſi Numidas appellavere.* Scribo e Thoſano & Bertinienſi: *quia neque materies in agris, neque ab Hiſpania emendi, aut mutandi copia erat.* Sed hæc levia. Porro: *hi paullatim per connubia Getulis ſecus miſcuere: & quia ſæpe tendentes, alia, deinde alia loca petiverant.* Nam illud, *atque*, a pleriſque omnibus ſcriptis abeſt: in reliquis alii magnam etiam varietatem notarunt: ſed in Colonienſi liquet: *per connubia Getulis ſe commiſcuere.* Bona ſcriptura hactenus, ut ad verum ducat. *Secus* autem, quo modo in illo Auſonii:

Juno Ceres, Lucina ſecus muliebre, ſorores.

Ab eadem origine eſt *ſeculum*, utrumque à *ſecundo*, hoc eſt, *ſequendo*: qua facie eſt, quod Lucretius lib. IV. *ſecla ferarum*, pro ſtirpe & generatione identidem capit:

Et muliebre oritur patrio de ſemine ſeclum.

Et in 5.

—— cornicum ut ſecla vetuſta,
Corvarumque greges.

Deinde: *ſæpe tentantes agros*: feci, *ſæpe tendentes*, quia *agros*, taceo à ſcriptis multis, etiam à cuſo Argentinenſi abeſt. Putavi ergo verum eſſe, *tendentes*, hoc eſt, alibi atque alibi tentoria (quæ eadem, vel paullo minus, *magalia*) figentes: A *tendendo* enim Numidarum vocabulum ſua lingua factum, non à *tentando*; & in tendendo Mapaliorum uſus. Et qui, *tentare*, hic locum habere poſſe putat, legat, ſi integrum eſt, Gellii de eo verbo diſputationem, & quomodo præterea illo Lucretius paſſim utatur. Continuo ſequitur: *Ceterum adhuc ædificia Numidarum agreſtium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quaſi navium carina ſunt.* Recte Thoſanus: *incurvis lateribus tecto.* tectum enim habent mapalia lateribus incurvis. At illud alterum, ſi attendas, ne Latinum quidem, neque enim dicimus, *domum latere tectam*, ut, *latere*, à *latus*, ſit. Mox: *Poſtea Phœnices, alii multitudinis domi minuendæ gratia, pars imperii cupidine ſollicitata plebe, & aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliaſque urbes in ora maritima*

ritima condidere: haeque brevi multum aucta. Priora illa ita Bertinienſis & ſcriptus Modii: *pars imperii cupidine ſ. p. alii rerum novarum avidi.* Et non hanc tantum varietatem alii notarunt, ſed niſi valde animi fallor, verum eſt: *pars imperii cupidine ſollicitant; plebe novarum rerum avidis.* Primum membrum ad optimates: quod ſequitur ad reges, aut regni avidos; poſtremum, ad ipſam multitudinem refertur. Fuiſſe enim qui ſollicitarentur ſpe regni; hos plebem ſequutos eſſe, avidos rerum novarum. In ſequentibus verbis Glareanus ſcribit, vetuſtos quosdam codices referre: *eaque brevi multum aucta*: quid eo faciat, non habet. Vera autem ea lectio eſt; & *ea* adverbium, opinor, reſpicit illa: *in ora maritima condidere.* quod enim maritimæ eſſent civitates, & brevi immenſum auxerunt. Deinde: *Igitur ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa dividit, ſecundo mari prima Cyrene eſt. colonia Thereon.* Sic omnes libri: & imitatur Oroſius: *Inde ſecundo mari uſque ad aras Philenorum extenditur.* ſed plane durum non eſt dicere, Oroſium erraſſe: & ſcripſiſſe Salluſtium: *ſecundo mare prima Cyrene eſt, ſecundo mare, id eſt, ſecundum mare.* ſic enim ſcribebant: nos *ſecundum*, tantum dicimus. *ſecunda*, & *ſecundo*, pro, *ſecundum*, antiqua fuiſſe vel unus Varro ſatis dederit: & accedant, tanquam ſupernumerarii teſtes, fragmenta veterum Poetarum apud Marcellum, de re ruſtica lib. ſecundo: *Innutricatu, quam proculationem appellabant, binis menſibus porcos ſinunt cum matribus, ſecundo ea, cum jam paſci poſſunt, ſecernunt.* *Secundum mare*, Cicero ad Atticum: *Qua iter ſecundum mare faciunt.* Pompejus Magnus ad Domitium: *Literas abs te M. Calenius ad me attulit a. d.* XIV. *Calend. Martii, in quibus literis ſcribis tibi in animo eſſe obſervare Cæſarem. & ſi ſecundum mare ad me ire cœpiſſet, confeſtim in Samnium ad me venturum.* Neque autem quia Plinius ſcribit in procem. lib. 3. & c. 1. & 5. per Gaditanum fretum irrumpentem Oceanum in maria diffundi, contra quam de Ægeo & Tyrrheno Ariſtoteles affirmat lib. 2. Meteor. (fuiſſe enim etiam qui aliter exiſtimarent idem Plinius ait lib. 4. cap. 13.) ob id *ſecundum mare* volo, non *ſecundo mari.* neque enim hæc ſpectarunt hiſtorici: magis, quia ita Cato loquitur, cujus fragmentum eſt apud Lactantium Firmianum. Aliquot paginis infra: *ſed ubi illa formido mentibus deceſſit; ſcilicet ea, quæ ſecundæ res amant, laſcivia, atque ſuperbia inceſſere.* Mendum adeſt. Nam pro, *ſcilicet*, reponendum, *ilicet.* *Carthagine*, inquit, *deleta*, *ilicet laſcivia inceſſit.* Ita Comici eam vocem frequentant. Infra: *Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum; ubi & incolere & mercari conſuerant Italici generis multi mortales. huc conſul, ſimul tentandi gratia, & ſi paterentur opportunitates loci, præſidium impoſuit: præterea imperavit frumentum, & alia, quæ bello uſui forent, comportare: ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum, & commeatuum juvaturum exercitum; etiam paratis rebus munimento fore.* Quæſo quæ ſententia his verbis ſubeſt: *huc conſul ſimul tentandi gratia, & ſi paterentur opportunitates loci præſidium impoſuit?* Et ridere poſſis emendatores, qui conantur. Lego: *huc conſul, ſimul tentandi gratia, ſi paterentur; & opportunitate loci, præſidium impoſuit.* Invadenti in Numidiam conſuli, ſigna omnia deditionis occurrebant. Ea ipſa deditio an ſimulata eſſet, cum experimentum capere vellet, ſimul invitatus opportunitate loci. Vaccæ oppido præſidium impoſuit. *Si*, in hac oratione eſt, pro, *an*, ut ſæpe alias: ea res mendum peperit Eunucho:

Idque ad eum viſam, ſi domi eſt.

Propertius:

Mane erat, & volui, ſi ſola quieſceret illa,
Viſere, at in lectio Cynthia ſola fuit.

Supra: *ubi colere & mercari*: *colere*, pro, *habitare*, ſeu, *vivere.* Plautus:

Exercere vocem, quam per vitis & colis.

Item milite:

Libera ſunt ædis, liber ſum egomet, ubi libere.

Sic enim eum locum reſtituo. Supra apud Salluſtium: *neque Metellus iccirco minus*

ſed

ſed pariter ac ſi hoſtes adeſſent, munito agmine incedere, late explorare omnia, & inſidiis locum tentare. Varietatem lectionis in ſcriptis e Rivio, & aliis diſces. Neque tum negabis, minimum nobis permiſiſſe, ut hæc emacularemus: *late explorare omnia, illa deditionis oſtentui credere, inſidiis locum tentare. Deditionis oſtentui*, ſunt, *ſigna deditionis*; ſed amplius, ad oſtentationem etiam compara. Ita, *virtutis oſtentui, roboris oſtentui*, ſunt harum rerum ſigna & exempla. Eodem hoc libro: *Sed quoniam eo natus ſum, ut Jugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem.* Tacitus lib. 1. hiſt. *Nova jura Cappadociæ, nova Africæ, oſtentui magis quam manſura.* Quod autem ſupra neglеximus monere, illis verbis: *ratus frequentiam negotiatorum, & commeatuum juvaturum exercitum, etiam paratis rebus præſidio fore*, audio antiquitus excuſos, qui verba illa, *juvaturum exercitum*, nulla habent; non quia nuſquam legitur, *juvaturum*. Neque Priſcianus, qui non temere talia omittit, mentionem ullam facit: nam exempli ſatis erat unicus locus Plinii Junioris in epiſtolis: ſed quod inferta eſſe, res ipſa loquitur: neque olim cuſoribus ſcripta exemplaria defuerunt. Poſtea etiam, *pacatis*, pro *paratis*, extra controverſiam eſt: ut totus locus ſcribatur: *ratus frequentiam negotiatorum, & commeatuum etiam pacatis rebus munimento fore.* Ut enim illa erant deditionis ſigna, pacem, an bellum agitaturus Jugurtha foret, in incerto erat: & ut maxime pax eſſet, commeatum tamen, ſubſidium exercitui, parabat. Sub finem; *Sed nocte ea, quæ proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maurus, adhibitis amicis, ac ſtatim immutata voluntate, remotis ceteris, dicitur ſecum ipſe multa agitaſſe, vultu, colore, ac motu corporis pariter atque animo varius; quæ ſcilicet, tacente ipſo, occulta oris immutatione patefecit.* Hæc recepta ſcriptura eſt: ſcripti magis turbant. Quidam: *quæ ſcilicet, tacente ipſo, occulta pectoris ſpecie oris patefeciſſent.* Alii; *quæ ſcilicet, ipſo tacente, occulta pectoris oris immutatione patefeciſſe.* Alii etiam pejus. Neque tamen fallor, quin emendatum ſit hoc pacto, *dicitur ſecum ipſe multa agitaviſſe, vultu, atque oculis, pariter atque animo varius: quæ ſcilicet occulta, oris ſpecie patefeciſſe. Specie* Thoſanus & optimus quiſque. Illa, *tacente ipſo*, inculcata. Ut item, *pectoris* & *cordis*, & quæ alia adduntur. Ei rei multa argumenta dicere non attinet. Nam nec Latine ita poteſt: *ipſo tacente occulta oris immutatione patefeciſſe.* Si ſcriberetur: *tacentem ipſum oris ſpeciem patefeciſſe*; aut, *tacente ipſo oris ſpeciem patefeciſſe*; non damnaretur. Neque autem *occulta* refertur ad *ſpecie*: ſed ceteroquin occulta, ipſa oris ſpecie patefecit. Caput autem eſt hujus emendationis, *ſcilicet*; cum infinitivo. Sic Lucretius:

Scilicet eſſe globoſa, tamen cum ſqualida conſtent.

In oratione Philippi libro primo hiſtoriarum: *At ſcilicet, ii, qui ad poſtremum uſque, legatos, pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi decreverunt, gratiam ab eo peperere.* Sic conjectura fecit, qui Salluſtii fragmenta edidit: & addit, nihil in hac ſua ſignificatione difficultatis ineſſe. Quaſi hac fine libri emendandi ſint. Veterum editionum ſcriptura paullulum immutata vera eſt: *at ſcilicet eos qui legatos, pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi decreverunt, ad poſtremum gratiam ab eo peperiſſe. Scilicet peperiſſe*, hoc eſt, ſcire licet peperiſſe. Quod enim in his verbis, *aveo*, pro, *habeo*, ſomniat Collector fragmentorum, delirat. Ut *ſcilicet*; eadem ratione, *videlicet*, amat jungi infinitivo: & rationem volunt eſſe, quia ſit tanquam, *ſcire licet, videre licet*: verum mihi non probant. Nam etiam, *fortaſſe*, eo modo Titinius Veliterna:

Fortaſſe notum fuiſſe, quo die liber foret,
Nunc ejus voti condemnatus immolavit hoſtiam.

Priorem verſum vel pueri emendent;

Fortaſſe votum feciſſe, q. d. l. f.

ita Pænulo:

Fortaſſe medicos nos arbitrarier.

Sic enim lego: & plane mendoſe alii, *arbitratur*. Sed ut hoc taceam: poteſt enim eſſe *fortaſſis*, pro, *forte an ſit*, quomodo, *forſit*, apud Virgilium, & Propertium; quid de illo dicent Aulularia:

Ædepol ſenem Demanetum lepidum fuiſſe nobis,

Ut aſſimulabat Sauream medeſſe, quam faceте.

Ita non dubitem quoque dicere: *Nimirum fuiſſe illum ſenem nequam:* quod Plauto Sticho iteravit: *videlicet fuiſſe illum nequam.* In oratione Memmii: *Nam & illis quantum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe, niſi deinde faciundi licentia eripitur, & vobis æterna ſollicitudo remanebit, cum intelligetis aut ſerviendum eſſe, aut per manus libertatem retinendam.* Scribo: *& vos alterna ſollicitudo remanebit.* Ut Horatius:

Te manet Aſſaraci tellus.

Idem:

Si tardiora fata te votis manent.

Ita quidem malim: ſed Catullus etiam cum dandi caſu uſurpat:

Sceleſta, te ne? quæ tibi manet vita?

Virgilius:

O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ.

Hoc ergo ambiguum hic relinquetur, quo caſu Salluſtius uſus ſit. In oratione Adherbalis: *Quæ præcepta patris cum agitarem: Jugurtha homo hominum, quos terra ſuſtinet, ſceleratiſſimus, contemto imperio veſtro, Maſſaniſſæ me nepotem, etiam ab ſtirpe ſocium atque amicum populi R. regno fortuniſque expulit.* Bertinienſis: *ut ab ſtirpe ſocium.* Gratia illi, cum elegantem formam & germanam Salluſtii nobis reſtituit: *Maſſaniſſæ me nepotem, utique ab ſtirpe ſocium.* Tale Catilinaria: *Neque his modeſtia, neque modus contentionis erat: utique victoriam crudeliter exercebant.* Hoc ipſo libro, adeoque oratione Adherbalis: *Atque ego, P. C. quoniam eo miſeriarum venturus, vellem potius ob mea, quam ob majorum meorum beneficia me poſſe à vobis auxilium petere; ac maxime deberi mihi beneficia à populo R. quibus non egerem; ſed ea ſi deſideranda erant, uti debitis uterer.* L. S. *Vellem ob mea, quam ob majorum meum beneficia poſſe auxilium petere ac maxime deberi mihi beneficia à populo R. quibus non egerem; ſecundum ea, ſi deſideranda erant, ut expenſo uterer. Majorum meum,* nulla alia de cauſſa ſcripſi, niſi quod aliter auctores improbant. Et ſolitum ita veteribus. Adelphis: *ſpero, eſt ſimilis majorum ſuum à nobis,* ea duo abſunt à Bertinienſi *ſecundum ea,* v. c. Modii id probat; ut reliqua mittam: Priſc. lib. 13. qui notat hic pro *μετὰ* accipi. Porro in meo, non vere erat, *in expenſis* proxime verum erat. *Nam expenſo uti,* eſt, *debitis uti:* uti iis, quæ jam ante expenſa feras. Sunt autem in hac oratione Adherbalis quædam gloſſemata ſane manifeſta, ut mirari ſupinitatem emendatorum poſſis: *Quorum progeniem vos, P. C. nolite pati me nepotem Maſſaniſſæ fruſtra à vobis auxilium petere.* Nam ita vivam, ut nunquam illa Salluſtius ſcripſit, *me nepotem Maſſaniſſæ:* Jam enim dixerat, *quorum progeniem.* Poſtea: *Ecce autem ex improviſo Jugurtha intoleranda audacia, ſcelere, atque ſuperbia ſeſe efferens,* illa, *ex improviſo,* ex ora irrepſerunt, gloſſa ad *ecce.* Sic enim hoc crepant Grammaticorum ſcholæ, *en* & *ecce* in re ſubita poni. Itaque bella ſcilicet manus è regione notarat: *ecce ex improviſo:* & poſtea fuit, qui doleret eum ornatum abeſſe Salluſtio. Non longe: *Pater nos duos fratres reliquit: tertium Jugurtham beneficiis ſuis ratus eſt nobis conjunctum fore. Alter eorum necatus: alter ipſe ego manus impias vix effugi.* Etiamne eſt, qui iſta, *ipſe ego,* concoquere hic poſſit? Scripſerat Salluſtius *alter manus impias vix effugi:* veriti ſunt iſti, ne flagitium eſſet, *alter effugi:* quippe perſonis diſcordare. Ita cauta eſt imperitia. Sed hæc quidem talia qui tollere omnia è Salluſtio velit, negotii vim quærat. In epiſtola Adherbalis: *Plura de Jugurtha ſcribere dehortatur fortuna mea: etiam ante expertus ſum, parum fidei miſeris eſſe: niſi tamen intelligo illum, ſupra quam ego ſum, petere: neque ſimul amicitiam veſtram & regnum meum ſperare.* Glareanus in ſententia torquetur, hoc eſt, terebratum permanſit. Veteres tamen, inquit, quidam: *niſi annum intelligo illum.* Sic Colonienſis quoque: & labebar ut ſcriberem: *niſi anno intelligo illum, ſupra quam ego ſum, petere. Anno,* pro, *pridem.* Amphitruone:

Etiam hiſtriones anno cum in proſcenio hic Jovem invocarunt, venit.

Truculento:

qui

——— *qui quaſi uxorem ſibi*
Me habebat anno, dum hic fuit.

Lucilius: *Utram anno an horno te abſtuleris à viro.* Ita ergo fortaſſis hic Salluſtius: & id tamen in medio relinquo. De cetero, nihil mutandum. Hoc enim dicit: intelligere ſe, ſupra quam ipſius fortunæ ſint, ſpirare Jugurtham: & per ſuum latus Romanos petere, bellumque cum ipſis etiam ſibi depoſcere. Aliter enim nunquam venturum fuiſſe, ut ſe regno ſpoliaret: quod facere ſciret ſe non poſſe, quin Romanorum arma laceſſeret. Hoc hactenus. Illud etiam in mendo eſt: *Nam callidus id modo feſtinabat, Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando, aliud quam bellum, mallet.* Colonienſis: *aliud bellum mallet.* Fallor? an jam nunc veram ſcripturam vides Sambuce? nam qui reponendum eſſe: *aliud bello mallet.* Horat. lib. 1. Epiſt. 16.

Neve putes alium ſapiente bonoque beatum.

Idem lib. 2. Ep. 1.

Edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra.

Itaque, *alius huic*, eſt, *alius ab hoc*: quomodo, *idem*, cum dandi caſu paſſim quoque reperias, & fuit ex emendatoribus Salluſtii, qui poſitum ita acciperet eo loco: *Quod ſine jure deſpiciunt me, faciant idem majoribus ſuis; quibus uti mihi, ex virtute nobilitas cœpit:* & in eam rem paginam exemplis undequaque implet. Sed hæc, aliaque pauca condonanda ſunt ætati, qua ſcripſit. Quidvis enim potius ei loco convenit, quam ea ſignificatio. Ceterum me non piget credere, ita ſcripſiſſe Salluſtium: *Quod ne jure deſpiciunt me. Ne jure*, id eſt, *non jure, injuria*: ut *nerecte*. Aſinaria:

Malo hercle jam magno tuo nunc iſti nerecte dicis. Ita pleraque omnia componebant. *Nefunera*, Catullus:

Funera Cecropiæ nefunera portabantur. Ovid. ad eundem modum, *nemunera. Nepurus* item apud Feſtum. Sic facta omnia illa, *nefas, nefaſtus, nefandum, nefrendes, nemo, nequeo, nequam, negotium*, & alia. Et poteſt ſane, ut cum multis cuſis legas, conſtare ſenſus, niſi mihi magis hoc probatur. De Mario: *Ergo ubi primum tribunatum militum à populo petit, pleriſque faciem ejus ignorantibus facile notus per omnes tribus declaratur.* Non cohærent. Scribo: *pleriſque f. e. ig. factis notis per o. t. d.* Cum in petitione facies ejus à pleriſque ignoraretur, ipſis factis nobilis declaratus eſt per tribus. Non procul fine: *Igitur Sulla reſpondit, pauca ſe coram Aſpare locuturum, cetera occulte, aut nullo, aut quam pauciſſimis præſentibus.* Quod in Colonienſi hæc omiſſa ſunt, *aut nullo*; in aliis quibuſdam traducta, *aut quam pauciſſimis, aut nullo præſente:* in nonnullis, ſcilicet Thoſano & Bertinienſi, *aut nullo præſente, aut q. pauc.* Vide, ecquid Salluſtius maluerit: *cetera occulte, aut quam pauciſſimis præſente.* Raro enim aliter veteres. Eunucho id omnibus in ore eſt:

Neſcio quid abſente nobis turbatum eſt domi.

Tamen ita habent, quia *nobis*, pro, *mihi*, valeat, rem ſpectari. Verum non ita Pomponius:

Quidam apud forum præſente teſtibus mihi vendidit.

Nec Accius:

Eſt res aliqua, quæ præſente his prius mature inſtitit.

Et Feneſtella, *præſente ſuis*, & Nonius, *præſente omnibus*, eadem ratione, apud Nonium. Nihil argumenti dico, cur neceſſe fuerit Salluſtium ita ſcribere, nec eo deſinit veriſimile eſſe in antiquario, ſuſpicionem facientibus libris. Paullum ab eo loco: *Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea, quæ prædicabat, ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis detinuiſſe.* Melius Thoſanus & Sigebergenſis, *attinuiſſe*. Milite glorioſo:

Nam nihil miror, ſi libenter Philocomaſium hic eras.
Forma hujus, mores, virtus animum attinuere hic tuum.

Ubi de oppugnatione Zamæ: *Neque*, inquit, *diutius Numidæ reſiſtere quiviſſent, ni pedites cum equitibus permixti, magnam cladem in congreſſu facerent: quibus illi freti, non, uti equeſtri prælio ſolet, ſequi, dein cedere, ſed adverſis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem.* Bertinienſis *ſed adverſis equis currere.* Ego ex eo

Digitized by Google

conjicio, *corruere*: & ne me neges audacem, veriſſimum puto. Neque enim *concurrere* ſententiam aſſequitur: quod ſemper eſt equeſtris prælii: ſed *corruere*: (verbum activum) cum illo *implicare ac perturbare aciem*, præterquam quod pulcre convenit, miſtos etiam & implicatos in mutuam perniciem pedites, equites tantum non ob oculos ponit. Curtius in 3. *Cultus regis inter omnia luxuria notabatur, purpurea tunica medium album intextum erat: pallam auro diſtinctam, aurei accipitres, velut roſtris inter ſe corruerent, adornabant, & zona aurea muliebriter cinctus acinacem ſuſpenderat, cui ex gemma erat vagina.* Antea in omnibus libris erat, *roſtris inter ſe concurrerent.* Sed ſcripti, *corruerent*, habent. *Ruere* active paſſim Virgil. *Ruit omnia late.* Et fragmentum Salluſtii: *Ictu eorum, qui in flumine ruebant, necabantur.* De deditione Albini: *Deinde Jugurtha poſtero die cum Aulo in colloquio verba facit: tametſi ipſum cum exercitu fame, ferroque clauſum tenet, tamen ſe humanarum rerum memorem, ſi ſecum fœdus faceret, incolumes omnes ſub jugum miſſurum: præterea, ut diebus decem Numidia decederet. Quæ quanquam gravia, & flagitii plena erant: tamen quia mortis metu mulctabantur, ſicut regi libuerat.* Pro illo *mulctabantur*, etiam hæc reperias in libris, *tenebantur, minabantur, minitabantur, nutabant, mutabantur.* Alii aliud maluerunt: nemo recte: niſi quod nuper fuit, qui *minabantur*, probaret paſſive: & de hoc tam præclare reperto triumpharet; ſed optimi libri, quod Rivius etiam monuit, *nutabant*: proximi, *mutabantur*. Verum eſt, *mutabant*. Leges Jugurtha ferebat, ut ſub jugum mitterentur, & Numidia decederent. Ex leges una re mutabant, morte. Alterutrum enim legendum erat. *Mutabant*, illi dicebant: nos *mutabantur*. Catullus:

Hæc cum legas, cum bellus ille, & urbanus
Suffenus unus, caprimulgus, aut foſſor
Rurſus videtur: tantum abhorret ac mutat.

Livius: *Mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* Alibi hoc agimus: neque libet idem ſæpius: ac ſunt alia potiora: *Numidæ alii poſtremos cædere: pars à ſiniſtra, ac dextra tentare: infenſi adeſſe, atque inſtare; omnibus locis Romanos ordines conturbare.* Lego: *Numidæ alii poſtremos incedere.* Eodem lib. *Primo conventu, quem ab regulis factum ſupra memoravi, propter diſſenſionem placuerat dividi theſauros, fineſque imperii ſingulis conſtitui.* Eleganter inducta voce è Thoſano ſcribi, *Primo conventu ab regulis, quem ſupra memoravi. Conventus ab regulis*, ut dicimus, *conventum ab regulis.* Ut ſup. *Incedere*, ſic iis quoque verbis, ſed cum præpoſitione, ponitur: *ſimulque barbari animos tollere, & in perculſos Romanos acrius incedere.* Abſque repetitione præpoſitionis, *inſultare*, nihil mutata ab hac forma uſurpavit in fragmento: *Multos tamen à pueritia bonos inſultaverat.* In oratione Marii: *Non ſunt compoſita verba mea, parvi id facio: ipſa ſe virtus ſatis oſtendit: illis artificio opus eſt, ut turpia facta oratione tegant.* Ex Thoſano & Colonienſi: *Parum id ago.* Optime. Quod, inquit, non eſt compoſita oratio mea, indiligenter ibi ſum. *Hoc agere*, eſt, *animum adhibere, operam ſumere.* Ita Comici. Et contrarium, *aliud agere.* *Verum ex his magiſtratus & imperia, poſtremo omnis cura rerum publicarum minime mihi cupienda videntur.* Perperam ita cuſi. Quid ni enim cupienda eſſent? nec quicquam dicit cur minus ſint. Recte Thoſanus: *competenda.* Competebantur magiſtratus: hinc *competitores.* Ambitum autem damnat, & malorum præmia. Sub exitum hiſtoriæ de Dabare memoratur: *Præterea Dabar, Maſſugradæ filius, ex gente Maſſaniſſæ; ceterum materno genere impar (nam mater ejus ex concubina orta erat.)* Hoc unus excogitavit: ſed omnes poſtea amplexi ſunt: credo, quia de materno impari genere dixerat. Recte tamen Thoſanus & Bertinienſis: *nam pater ejus ex concubina ortus erat.* Impar erat materno genere, quia avia concubina fuerat Maſſaniſſæ; è qua ſublatus pater Dabaris. Quid enim referebat matrem non eſſe regia ſtirpe, aut ex concubina ortam; quod amplius eſt; ſi pater è gente Maſſaniſſæ legitimus eſſet? Oratione Marii: *Bellum me gerere*

cum

eum Jugurtha juſſiſtis: quam rem nobilitas agerrime tulit, optimi ſcripti, qui *Bellum me gerere Jugurtha juſſiſtis*, habent. Bella Romani à victis partibus appellabant. Bellum Craſſi, Pompeji, Antonii, ea quibus hi victi ſunt. Nec aliter unquam: ſi dubium ita eſſet, adjiciebant: ut, *bellum Antonii Parthicum:* quippe quod male ceſſit Antonio. Jam ergo, ominis cauſſa, *Jugurtha bellum* vocat Marius, qua re nihil anxius cavebant Romani, tum maxime cum ad bellum profecturus erat ſive conſul ſive pro conſule. De Capſa, ut eam inſidiis interceperit Marius: *Dein tertia multo ante lucis adventum pervenit in locum tumuloſum, ab Capſa non amplius duum milium intervallo.* Colonienſis: *non multum ante lucem:* alii, *ante lucem advenientem.* Mihi ſuſpecta eſt inconſtantia, & mirum ni ſcripſit Salluſtius, *ante lucem adventam.* Andria:

Ego commodiorem hominem adventum
ad tempus non vidi.

Homo adventus, qui advenit. Phormione:

Adeon' rem rediiſſe, quod mihi conſultum
eſſe optime velit,
Phadria, patrem ut extimeſcam, ubi in
mentem ejus adventi venit.

Patris adventi, dixit, ut *lucem adventam*, hic noſter.

Scio aliter circumferri: ſed vetus interpres, quod ego reſtitui, in veteribus eſſe fatetur. Nihilo ſecus, *ſol occaſus*. In XII. qui occidit. *Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto:* quomodo Qu. Claudius in Annali. De rebus Albini ad oppidum Suthul: *Quod quanquam & ſavitia temporis, & opportunitate loci, neque capi, neque obſideri poterat: nam circum ſitum in prarupti montis extremo planities limoſa hiemalibus aquis paludem fecerat.* Thoſ. *nam circum murum ſitum:* & poſtea, *gelualibus aquis.* Lego: *hiemantibus aquis:* cetera bona vulgata lectio. Seneca de hoc loco intellexit, cum ſcribit, Salluſtium dixiſſe, *aquis hiemantibus.* Id Aruncium non deſinere locis omnibus inculcare: adeoque cum dicere vellet, frigidum annum fuiſſe, ita feciſſe: *Totus hiemavit annus.* In hiſtoria ſane hoc ait dixiſſe Salluſtium, ſed neque perpetuum, ut in mentione ſcriptorum Salluſtii illos tantum hiſtoriarum libros ea appellatione communicent; & ſimile veri, Salluſtium ſuum verbum ubique retinuiſſe: cujus eo majore amore Aruncius deperiret. In oppugnatione Zamæ; *Contra ea oppidani in proximos ſaxa volvere, ſudes, pila, praterea picem, & ſulphure tadam mixtam ardenti mittere.* Non facile locus alius eſt, in quo ſcripti codices magis varient, ut alii notarunt jam ante. Quidam: *Pice & ſulphure tadam ardenti mittere:* quos optimos fuiſſe oportet. Nam illud, *miſtam*, recte abeſt. Alii: *Picem ſulphure, & tada miſtam omnia hac ardentia mittere.* Hi peſſime. Nam ab ingenio librariorum eſt ea ſcriptura. Melius nonnulli: *Picem & ſulphur & tadam mixtam ardentia mittere:* quod enim in iis, *ardentia*, ſcribitur, non potuit melius. Totum locum ſcribo: *praterea pice, & ſulphure tadam, ardentia mittere.* Ceteri ſcripſerant, tanquam tæda diverſa a pice & ſulphure eſſet. At tæda erat pice & ſulphure; ſermo, ut ille: *Auro ſolis erat ſupra faſtigia currus*, *Auro currus*, auro adornatus. Item hic: *Ære cavo clypeus. Ardentia*, prorſum Salluſtiane: quod qui pervidere non potuerant, diſerte corruperunt: *omnia hac ardentia mittere.* In illis verbis: *Ibi cum Boccho Numida quidam Aſpar nomine, multum & familiariter agebat, pramiſſus ab Jugurtha, poſtquam Sullam accitum audierat, oratum, & ſubdole ſpeculatum Bocchi conſilia:* quieſcere conſenſu editorum codicum poteramus: abſque ſcriptis calamo eſſet: *orator & ſubdole ſpeculator Bocchi conſilia*; *ſpeculator conſilia*, ut *ſpeculor conſilia.* Nec inſolens Salluſtio, ut verbi caſum det nomini. Libro 3. hiſtor. *Sed Pompejus a prima adoleſcentia ſermone fautorum, ſimilem ſe fore credens Alexandro regi facta conſultaque ejus quondam amulus erat. Æmulus facta*, quia dicimus *amulor facta.* Rurſus oratione Marii: *Hujuſce rei ego inopiam patior Quirites. Verum id quod multo praclarius, meamet facta mihi dicere licet.* Bene ſcriptus: *inopiam potior.* Potiri enim non bona ſolum; etiam mala dicebant. Plautus:

Fortiter qui malum potitur, idem poſt
potitur bonum.

Ter-

Terentius Phormione:

Nam, utut erant alia, illi certe conſuleres, qua nunc tua eſt domi:
Ne quid propter tuam fidem decepta potiretur mali.

Pateretur vulgo, male: nec tacuit vetus intei pres, in antiquis eſſe, *potiretur.* Oratione Memmii: *At qui ſunt hi, qui remp. occupavere? homines ſceleratiſſimi, cruentis manibus, immani avaritia, nocentiſſimi, iidemque ſuperbiſſimi.* Melius Colonienſis: *immuni avaritia.* Id poſitum, ut Trinumo:

Amicum caſtigare ob meritam noxiam,
Immune eſt facinus: verum in atate utile.

Apud Terentium Adelphis:

Leno ſum, fateor, pernicies immunis adoleſcentium,
Perjurus, peſtis, tamen tibi a me nulla eſt orta injuria.

poſtquam. in *principio* C. 58, a. C. 61, a. C. 64, a, &c. ſed, poſtquam C. 66, a. J. 8, e. tamen poſtquam J. 6, c. nam poſtquam J. 46, a. poſtquam nox aderat J. 62, e. invidia deceſſerat J. 93, a. videt J. 65, a. *cum præſente Indicat. loco præteriti. ſæpius Dictys* IV. 1, 4, 6. facta ſunt J. 66, e. dixit J. 68, c. adepti ſunt J. 87, a.

poſtremam aciem invadunt J. 107, a. in primis, in poſtremis, in medio adeſſe J. 59, e. ad poſtremum uſque I, 12, e. flagitioſorum poſtremus I, 12, a. ſervorum IV, 5, a. *Cic.* ad Brutum Ep. XVI. 6. *Non audacius dominari cuperent*, poſtremi *homines quam id nos prohiberemus.* & *pro Roſc.* 81. *& ut* poſtremi homines *alienis pecuniis locupletarentur, & nihil ſcitote* poſtremius *nihil nequius.* aliis ſcorta, aliis canes mercari; *poſtremo* neque ſumtui neque ſuæ modeſtiæ parcere C. 14, e. uti quiſque domum, aut villam, poſtremo aut vas &c. C. 56, e. *in principio* C. 61, e. & C. 63, a. C. 71, b. *poſt unicum membrum*, mulcato fœde corpore, poſtremo tamen periere III, 6, e. Aſia ab ipſis obſeſſa eſt: poſtremo totam Bithiniam IV, 4, e. animus magis aut minus mature, poſtremo tamen ſuccumbit VI, 52, c. poſtpaullo—deinde—*poſtremo* VI, 55, e.

poſtulant jusjurandum ab Lentulo, quod ſignatum ad civis perferrent C. 45, a. quæ ſupplicium poſtulabat, parare jubet C. 64, a. ubi res poſtulabat inſidias tendit J. 39, d. pacem J. 51, e. ab Conſule induciæ poſtulabantur J. 112, a. deque ea re poſtulant uti referatur C. 49, d. legionibus ſupplementum J. 86, a. tam magnifice ſumentes prœlium quam poſtulaverant VI, 31, e. conſideres quid tuæ rationes poſtulent C. 45, e. contra *poſtulata* Bocchi nuncios mittit.

potare, amare, tabulas pictas mirari C. 11, e. ament, potent J. 90, a.

potens copiis, genere, fama: nunc deformatus ærumnis J. 15, a. clarus & in ſenatu p. J. 19, a. majoribus opibus Reſp. & minus p. nobilitas VI, 57, e. abunde pollens

Digitized by Google

lens, potenſque & clarus C. 1, a. plerique rerum potentes perverſe conſulunt vi, 32, e. cæduntur inter potentium inimicitias III, 12, a. poſtquam divitias *potentia* ſequebatur: hebeſcere virtus C. 12, a. pro ſua quiſque pot. certabant, bonum pub. ſimulantes C. 39, e. ſumma hominem p. C. 32, b. illius reliquos tegeret C. 49, e. quorum potentia & ſcelere cuncta ea geſſerat J. 38, a. cum potentia avaritia ſine modo, modeſtiaque invadere &c. J. 45, e. nullius ſuper leges erat vi, 50, e. potentiæ paucorum decus atque libertatem ſuam gratificari J. 3, e. avidus J. 18, e. nobilitatis infeſtus J. 29, a. de cujus odio potentiæ nobilitatis J. 32, a. corpus atque ingenium, patriæ non ſuæ quiſque potentiæ exercitabant vi, 56, e. eorum faves vi, 64, e. cujuſvis opes voluiſſe contra illius p. creſcere C. 17, e. quærenti egentiſſumus quiſque opportuniſſumus J. 91, e. *poteſtas* vitæ neciſque ex opibus alienis pendet J. 17, e. penes eoſdem ſi advorſaretur cogendi *poteſtas* erat J. 28, e. legatis ſit poteſtas eundi J. 112, a. cum talem in poteſtate habuiſſet J. 120, e. in hoſtium poteſtate relictum iri J. 120, e. cumque in vinculis retinendum, neque amplius poteſtatem faciundam C. 49, e. ſummam moderandi de vectigalibus vi, 47, a. in poteſtatibus eo modo agitabat J. 67, e. temperare J. 87, e.

potiora fide Jugurthæ omnia J. 28, e. bello duceret J. 66. e. certaminis advorſa, pro libertate potiora eſſe forti viro quam omnino non certaviſſe III, 7, b.

præacutas ſudes C. 65, d. *Caſar p. trabes in muro collocarant* B. G. allico.

præalta ſunt proxima terræ J. 80, a. *alveus* Livius. & *fluminis*. p. Idem.

præbentis. ne ſanguinem veſtrum p. III, 10, a. quæ locus præbebat certatim mittere J. 71, a. pulſus patrio regno rerum human. ſpectaculum præbeo J. 17, e. exemplum quo rectius tua componas IV, 3, a. ſcorta aliis, aliis canes C. 14, e. ſi voluptatibus veſtris otium præbere vultis C. 58, d. ſuus cuique animus ex conſcientia ſpem præbet. vi, 59, e. vos ſingulis habendos III, 7, e.

præceps abierat luxuria C. 26, e. agor C. 32, e. ad explendam animi cupidinem J. 6, e. datus eſt ambitione J. 67, e. p. natura velut opere, atque conſulto J. 97, e. & J. 103, c. p. æſtas adulta &c. vi, 27, a.

præcepta. quæ p. cum agitarem J. 14, a. v. *agito*. his hortabor J. 89, c. bonis exercitando vi, 42, e. cenſeſne eorum præceptis imperium haberi poſſe? vi, 55, e. ex præcepto Ciceronis cæteros conveniunt C. 45, a. & J. 13, e. & J. 99, a. contra p. ducis III, 12, e.

præcipitant ſe imprudentia vi, 43, a. alii ſuper vallum præcipitarentur J. 62, e. mores torrentis modo præcipitati I, 3, e. in tanta mala J. 17, e.

præciſum utrimque iter J. 97, e.

præclara ingenia C. 8, e. facinora C. 62, a. facies J. 2, a. Lucret.—*pro facie* præclara *& viribus amplis* v. 1173. & alibi, *nuntia* præclari *voltus, pulchrique coloris*. fama eſſe de Metello J. 59, c. proles Æmiliorum &c. I, 5, a. ſic *Valer.* Argon. memoriam ſui J. 89, e. qui bello fuerant J. 43, a. vita quanto præclarior J. 88, e. *in malam partem* qui nunc ſceleribus ſuis ferox atque præclarus eſt J. 17, c.

præda. multos mortalis cum pecore atque alia p. capit J. 23, c. reliquos labores pro præda fore J. 58, a. jubet alia omnia eſſe præda militum J. 58, e. igni magis quam præda ager vaſtabatur J. 59, d. pro *actu prædandi* Dares v. 17. a perfugis corrupta J. 79, d. præda locupletem fore J. 86, e. præda civilis acerbiſſuma I, 10, a. præda fuerat C. 22, e. &, magis quam detrimento fore C. 49, a. quaſi triumphos ſuos honori non prædæ habeant J. 34, c. prædæ loco æſtumantur I, 12, e. regnum ſceleris ſui p. fecit J. 15, e. ibi p. locaverat J. 83, e. a nobis ad ſocietatem ab illis ad prædam peteris IV, 7, a. ſocietatem prædarum cum latronibus compoſuiſſe IV, 9, d. agere J. 23, e. ex pacatis J. 37, d. bellicas cum paucis diripiebant J. 45, e. ſe prædabundum venturum J. 95, e.

prædicantem. Ego ſic exiſtimabam uti p. audiveram patrem meum, eos multum laborem ſuſcipere &c. J. 16, a. *parum idoneum* prædicaret. *Valer.* VIII. 10. *citante Vinc. Bellov.* invito & prædicente me III, 4, e. cum prædixero poſitum inſulæ vi, 8, e.

præditi

prӕditi imperio C. 54, a.

præerant exercitui J. 37, c. provinciæ legatus C. 43, e. vigiliis minores magiſtratus C. 32, a.

præfecti regis parati frumentum dare J. 50, d. cohortium J. 50, e. itinera præfectoſque indies mutare (*de Jugurtha*) J. 77, a. Elephantis a Jug. J. 56, d. oppido J. 70, e. & J. 79, e. tribunus aut præfectus aut legatus C. 69, e.

prægrediens J. 99, a.

prælium vid. *proelium*.

præmia magna conjurationis docere C. 17, a. poſuit fortuna C. 21, e. Præmiaque *ingentis pagos & compita circum Theſidæ poſuere.* & ſic, *Codd. noſtri.* Decernuntur indicio eorum comprobato C. 51, a. virtutis ambitio poſſidet C. 60, c. p. modo, modo formidinem oſtentare defenſoribus mœnium J. 25, e. civitates oſtentando pr. affectare J. 70, a. p. an cruciatum mallet J. 73, e. ſequuntur malos I, 14, a. ex natura diverſa prœmia bonos maloſque ſequi vi, 59, b. *Quæ malum* prœmia *improbos manere vult? nempe exitialia ut* Statius *vocat.* Achil. II. 140. Senec. Octav. vi. 6. *Improba* præmia *fert dira libido.* q. *Virg.* Æn. II. 536. *Perſolvant grates dignas &* præmia *reddant Debita: qui nati coram me cernere lethum Feciſti, & patrios fœdaſti ſanguine vultus. Codex Pembr. vulnere pro ſanguine.* inepte. *reliqui ſapiunt.* Belli honeſtamenta pacis vi, 60, a. gratia, aut ſpe, aut præmiis vim convortere vi, 7, e. præmiis exercetur malitia vi, 53, e. inductus præmio C. 37, e. & J. 13, e. illectus J. 102, b. ſpe accenſum iii, 14, a.

præminent altitudine vi. paſſuum II, 6, a.

præpediebat avaritia bonas artes animi & corporis J. 30, e.

præpoſteri homines J 88, a. præpoſteris *enim utimur conſiliis & acta agimus.* Cic. in Læl. 85. præpoſtera *res occidere, deinde erubeſcere.* Quintil. Cic. iii. de Orat. *non* præpoſteris *temporibus, non perturbato ordine.* & pro Cluentio p. *atque perverſus.* Lucret. *Omnia perverſa* præpoſtera *ſunt ratione.* Ovid. I. Triſt. *Omnia naturæ*, præpoſtera *legibus ibunt.*

præſens. in p. minus ſuppetebat cauſſa peccandi C. 16, a. *Cic.* I. Catilin. 16. *ſi minus in* præſens *& in poſterum.* *de* pactionibus p. agere J. 31, c. dolum in præſens poſtea bellum iv, 8, a.

præſenti diligentia cl. viri Conſulis C. 55, a. ſic gratiam præſentem Cic. *pro Plancio* 81. *Forma Dei* præſens. *Stat.* I. Sylv. I, 13. *Cic.* vi. Verrin. *in difficillimis rebus* præſens *auxilium ejus oblatum eſt.* Virg. *nec tam* præſentes *alibi cognoſcere Divos.* ut, *Codd. omnes.* Cuncta præſenti ignavia mutaſtis iii, 11, e. ex præſentibus miſit J. 98, e. præſentia defendebat. (*præſens ſtatus*) I, 3, c.

præſidebat in agro Piceno cum 3 legionibus C. 66, a.

præſides olim nunc Dominos per ſuffragia deſtinatis iii, 7, e. *præſidia* amicorum circum ſe occulte habebat C. 27, e. parabantur C. 32, b. tanta ſint in armis C. 55, a. regni non exercitus neque theſauri, verum amici J. 10, c. generis omnia extincta ſunt J. 16, a. abunde magna in voſtra amicitia fore J. 17, a. accerſere J. 47, a. imponit J. 65, a. agitare, hoſtis ſentire J. 89, c. *Tacit.* I. præſidium *agitantes vexillarii.* Deducta atque impoſita I, 16, e. habebatis in uno iii, 11, e. paranda vi, 52, a. cauſa C. 50, e. neque fugæ neque p. ullam ſpem C. 66, e. ſatis præſidii in amicis J. 39, b. collocatis C. 46, a. diſpoſitis C. 51, a. additis C. 51, c. turris pr. firmat J. 25, e. qui in præſidiis erant J. 70, b. p. nudatum J. 93, e. quaſi duum millium peditum montem occupat J. 54, b. levi I, 21, a. p. in eo putabant C. 19, d. eo mitteret p. præfectumque J. 79, d. decus præſidiumque nobis, hoſtibus terrorem vi, 59, e.

præſtabant maxume petulantia C. 38, a. qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animalibus C. I, e. pacem & bellum pati I, 11, e. vicem ærarii iii, 2, a. pacta in conventione non præſtitiſſent vi, 9, e. quod in familia noſtra fuit præſtitit J. 16, a.

præter. nec victis quidquam p. injuriæ licentiam eripiebant (*facultatem lædendi*) C. 21, a. pro *præterquam* πλὴν cæteræ multitudini diem ſtatuit &c. præter (i.e. *præterquam*) rerum capitalium condemnatis C. 37, a. *Cic. ad Attic.* v. *Nullas enim*

enim adhuc acceperam præter *quæ mihi bina ſemel in Trebelliano ſunt reddita. Varro* de R. R. 1. Præter *ſi aliter nequeas.* Tertullian. IV. adv. Marc. præter *oneribus conſparſionum.* & alibi. Coarguunt præter nomen cætera ignarus Pop. Romani J. 22, e. quos præter fugam licentia corruperat J. 43, e. præter ſolita vitioſis III, 5, a.

præterea. genere atque forma, p. viro atque liberis fortunata C. 26, a.

præterfluit parvo intervallo Valentiam II, 2, a.

prætoria cohors medios disjecerat C. 71. a.

prætura quaſi per ſe ipſa clara & magnifica J. 4, e. in p. inimicorum arma inermis disjecit VI, 46, e. præfectura *magna olim poteſtas nunc inane nomen Boeth.* Lib. III. Proſ. IV. *ut MSS. noſtri Bib. Pub. & Col. Jeſ. prætura; & ſic Erffurtenſis.* recte omnino.

præventum facere quæ ipſe paraviſſet clientis ſui perfidia J. 74, e. *Cicero* offic. III, VII. Ed. Rachel. *niſi aliquis caſus, aut occupatio conſilium ejus* prævenisset. *Codex MS.* quo ſum uſus, *peremiſſet.* præventam-que *gratiam intelligit.* Tacit. 17. a nata Græcis locutio. [illegible] & [illegible] *Homerus.*

prava. neu tam p. inciperet J. 68, a. ambitio J. 10, a. incepta conſultoribus noxa I, 11, e. quos ignavia aut p. calliditas armis abſtinuit IV, 5, d. via ingreſſus animus ferox VI, 39, e. ſæpe p. magis quam bona conſilia proſpere eveniunt VI, 45, a. artes malaſque lubidines ab juventute prohibeas VI, 46, e. ingenio malo p. C. 5, a. conſilium in avido ingenio vicit J. 27, d. *pravitatem.* advorſa in p. declinando corrumpebant II, 6, e. a bono honeſtoque in pravũ abſtract. J. 31, a. *v. Gron. ad Liv.* IV, 26.

premebantur. dura Carthaginenſibus p. IV, 3, a. *ſordido* premitur *jugo. Seneca Herc. F.* vſ. 267. *ibi MS. Corporis Chriſti. atque Ophionis cives.* cum bellis aſperrumis premerentur VI, 56, a. quæ me p. ærumnæ J. 17, b. preſſi multitudine VI, 13, a. *i. e. fuſi fugatique. ſic Virg. Æn.* I, 471 *Hac fugerent Graii,* premeret *Trojana juventus.* ubi *Codex Pembr. Haud procul* [illegible] *gradu* VI, 31, d. *Liv.* 8. *B. Pun.* [illegible] *ubi incipienda jam pugna tempus erat* [illegible]

ſpanos preſſo gradu incedere jubet. (i. e. *firmo & lento.*)

pretii pluris coquum quam villicum J. 90, a. minumi pretii VI, 55, d. neque precibus neque pretio impellere quivere C. 50, a. qui duces multitudinum qui pretio Remp. vexare ſoliti C. 51. a. p. aut gratia effecturum J. 31, a. pretio paret inſidiatores J. 39, b. omnia cum pretio honeſta J. 91, c. vinarii &c. p. compoſiti. (i. e. *redemti*, vide *Nonium*) I, 4. d. ſoluto I, 8, e. p. diem belli prolatat IV, 5, e. *maxum verecundia* pretio *honorem adeptus* Valer M. IV, 52. *ſic, MS. & Aſcenſiana Ed.* operæ eſt C. 12, a. vero p. aut gratiam anteferebat J. 19, a. fuerit mihi pretium aliquando eguiſſe tuæ amicitiæ J. 118, a. grave fructibus infœcunditate biennii III, 5, a. primipili tertiæ legionis centurio J. 42, a. *primipilus eſt centurio primus & ſupremus inter decem centuriones triariorum qui primum poſt T. militum locum obtinebat. primus pilus eſt ipſe centurionatus.*

prima. quæ p. mortales putant C. 37, b. & ducunt J. 45, a. quæ bello opus erat prima habere J. 86, b. acie verſari C. 70, d. vigilia J. 114, e. a p. adoleſcentia VI, 3, a. primam ingreſſus Japydiam VI, 9, e. primi aderant J. 72, a. primo creſcere, interdum vindicari, poſt ubi &c. C. 10, e. & C. 25, a. & C. 48, a. & C. 56, a. J. 74, a. & J. 57, a. primo dubius, dein J. 63, d. J. 87, a. & J. 64, e. & infra VI, 50, e. deinde J. 99, e. & VI, 11, b. p. poſtea VI, 25, a. equites qui in primo locati fuerant J. 63, a. latere exercitus J. 71, e. primo indicem perſequi poſtquam id fruſtra fuit J. 74, e. & J. 94, a. rumore I, 23, a. apud primos erat J. 50, e. ſuos J. 54, c. primum quia dehinc, quia al. dein C. 3, a. primum quia dein q. J. 5, a. & J. 13, d. primum omnium quia C. 38, a. J. 60, c. & J. 90, d. III, 9, d, & VI, 47, a. ubi primum oblata eſt C. 40, d. quam primum C. 66, e. primum poſt J. 15, e. p. poſtea vero J. 31, a. primum negitare, ad hoc metuere, denique ſæpius fatigatus J. 119, b. ut primum Alpes degreſſus eſt IV, 11, a.

princeps. fuit belli faciundi C. 25, a. primus bellum intulit. *Livius princeps primus* [illegible] *ibat.* *Cic.* [illegible] *& aliorum principum*

III

cipum 1,5,c. Epiſt. x. 17. *ad omnia pericula* princeps *eſſe non recuſabat.* & *pro, Cluentio* pr. *atque architectus ſceleris. Caſar.* p. *atque concitator belli.* & *iterum* B. G. 1,12. legationis J. 19,a. Senatus J. 27,a. ne alius alium principem exſpectantes 1, 9, a.

principia. poſt principia habere Marium J. 54,a. tranſvorſis in planum deducit J. 53,e. a principio inopi J. 109,a. jam inde a p. 1,2,b. non ut in principio 111, 14,a. conjurationis C. 28,e. in agmine *principes* facti J. 54,b. civitatis J. 70,e. p. intelligendi divina Curetes vi, 12,a.

priorem alium pati neque conſilio neque manu J. 101,a. numero J. 54,e.

privata amicitia Jugurthæ J. 17,a. gratia devictum bonum publicum J. 27, a. arma opprimundæ libertatis cepiſſet (i. e. *ſine Senatus auctoritate*) 1, 13, e. gratiæ avidiſſumus vi, 3, e. opes facere 1, 10, e. & ſpes conſumſi 111, 2, e. largitionibus C. 38,d. Craſſo ex p. negotiis obnoxii C. 49,d. conſilio tueri urbem C. 50,a. & paratum exercitum 1, 17, e.

prius. pauca prius explananda ſunt quàm &c. C. 4, e. Virg. *Ante pudor quam te* &c. prius quam pergerent domum C. 45, e. cum prius cognoviſſent C. 48, e. *tum Indicat.* & *ſubjunct.*

pro labore deſidia C. 2, d. ficta pro falſis ducit C. 3, e. & C. 12, a. *expaveſcimus dubia pro veris* Senec. Ep. xiii. MS. *ducimus nos referendos.* facta pro maxumis celebrantur C. 8, e. pro factis judicium timentes C. 14, a. pro certo creditur C. 15, e. Quæſtor pro Prætore miſſus C. 19, e. & J. 111, a. ea res pro magnitudine parum comperta C. 24, a. C. 31, c. his permiſſum uti pro tempore atque periculo exercitum compararent pro curia dare ſignum C. 19, b. pro meo caſu C. 56, e. digna poena pro factis C. 53, a. falſum pro vero credi C. 56, e. audacia pro muro habetur C. 58, e. pro loco atque copiis inſtruxit exercitum C. 60, a. loco integros pro ſauciis arcerſere C. 70, e. pro mortalibus gloria æterni fierent J. 1, e. pro concione J. 8, e. pro tempore benigne reſpondet J. 11, a. quibus pro magnitudine imperii certe leſſe decet J. 16, e. utique quaſi pro gloria necessarius J. 18, b. alveos navi-

vium pro tuguriis habuere J. 21, b. neque recte neque pro bono facturum ſi publicaverit J. 25, b. uti pro conſilio imperatum erat J. 31, d. cædem in vos feciſſe pro munimento habent J. 34, e. pro nihilo habentur J. 36, c. dolore pro gloria imperii J. 43, a. ſi pro magnitudine parem differre J. 46, e. pro cujuſque ingenio pollicendo J. 53, c. & J. 61, e. pro re atque loco J. 54. a. pro victoria ſatis jam pugnatum reliquos labores pro præda fore J. 58, a. ſibi quiſque pro moribus conſulunt, alii fugere alii arma capere J. 60, a. caſtris agitare J. 63, a. inſidias per amicos tendere J. 65, d. quæ res Marium cum pro honore quem affectabat tum contra M. vehementer accenderat J. 68, e. teſtis J. 70, a. nullam pro ſocia obtinet J. 82, e. magnifica pro ſe & illis dolentia J. 86, b. pro hoſtibus & advorſum ſe J. 93, e. pro rei æquis ſatis J. 95, b. opere conſiſtere J. 98, e. muro dies noctesve agitare J. 99, e. noctem pro ſe rati J. 103, a. pauca pro delicto ſuo verba facit J. 110, a. lubidinem advorſum nos metum pro nobis ſuaſiſſe J. 117, a. pro bono ducebatur 1, 9, a. præmia pro vulneribus 1, 11, 2, e. plebes quodcumque accidit pro victa eſſent [illegible] impudentiam ſi pro victoria [illegible] patriam cum ingenti dignitate dediſtis vi, 3, e. pugnam illam pro omine belli futuram vi, 7, e. modeſtiam pro ſocordia aſſumunt vi, 29, e. licentia & libidine pro legibus utuntur vi, 48, a. nihil pro vero conſtat vi, 59, a. [illegible]

proba inſtituta C. 56, e. [illegible] elegantius quam neceſſe eſt probæ C. 25, a.

probabant Catilinæ incepta C. 37, a. probare partim, alia abnuere J. 83, a. [illegible] ingenii p. quæ recta [illegible] e, approbarent [illegible] tantum flagitium [illegible] ſcelus [illegible] neque [illegible] probate J. [illegible] conditione J. 81, e. enim ut [illegible] que probantur J. 2, a. & amplius [illegible] conſilium atque ingenium [illegible]

probitas [illegible] [illegible]

Digitized by Google

ponderis gratia C. 24, a.) paupertas probro haberi C. 12, a. p. atque petulantia præſtabant C. 38, a. quibus omnia p. & luxuria polluta erant VI, 34, c.

probati ſermone uti, vel modeſto, vel molli C. 26, c.

procedit parum J. 39, b. neque p. inſidiæ C. 33, a. bellum p. armis parum J. 65, c. procedere paullatim (de exercitu) J. 54, b. tempus J. 85, c. multum diei J. 55, a. plerumque noctis J. 24, c. *Livius* VII. 64. *Addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita ſtipendia* procederent *iis qui equo publico meruerant.* Cic. de Senect. 19. *quum ætate* proceſſiſſet. *Virg. Jamque dies alterque dies* proceſſit. *Æn.* III. 357. *& ſic noſtri Codd.* & Eclog. IX. *Dionæi* proceſſit *Cæſaris aſtrum. &* Cæſar. *quantoque ejus amplius* proceſſerat *temporis. & Liv.* Procedente *jam die (i.e. inclinante.)* Licentiam ſcelerum quaſi rabiem ad integros contactu procedere I, 14, a. vitæ corporis an virtute animi res m. magis p. C. 1, c. multa agitanti nihil p. C. 28, c. ſecus J. 27, c. p. Sulla J. 12, c. tardius J. 11, c. armati intentique obviam J. 57, b. obvii J. 72, a. beneficia mea Reip. J. 87, d. e caſtris viſundi gratia C. antep. ad noſtrum mare Numidæ J. 21, c. liberius altiuſque dum me civitatis morum piget J. 4, c. contentio eo & vecordiæ p. J. 5, a. Ille eo p. uti exiſtumet omnia retinendæ dominationis honeſta I, 6, c. eo proceſſum intelligit uti &c. J. 24, a.

proclivi. in p. erunt VI, 54, c. *Terentio Plautino.*

procul a Rep. ætatem habendam decrevi C. 4, c. haud p. ab ardoribus J. 21, c. poſtquam haud procul inter ſe erant J. 57, d. p. errant J. 89, c. ad paludem haud p. remotam II, 10, c. procul juxtaque litos IV, 7, c.

procurationem regni exiſtimarem meam ceterum jus & imp. penes vos eſſe J. 14, a.

prodegerint. niſi aliena bene parata p. I, 8, a.

proderet ſibi conſilia Catil. C. 27, d. fidem C. 26, c. ad proditionem illectos J. 51, c. timebat J. 79, a. & J. 25, a.

prælia aut expeditiones hibernas III, 3, c. dilati magis quam pacem datam IV, 5, c. faciundi tempus J. 102, a. & J. 24, c. J. 59, c. equeſtris more ſumtis tergis atque redditis VI, 14, c. tranſverſis iter ſuum remoraturus J. 54, a. non p. neque acie J. 58, d. aſſideri Amiſſum ſuis prœliis IV, 1, c. bonis p. magis quam fortibus conſiliis VI, 54, a. ſtrenuus & bonus conſilio J. 7, c. incerto ludificati J. 54, c. prœlio certaturum J. 93, c. intentos prœlio habuerat toto die J. 99, b. cum prœlium inibitis C. 68, a. committi a ferentariis C. 70, a. renovare J. 55, c. male pugnatum p. J. 58, d. p. manibus facere J. 60, c. & prœlium accendere II, 8, c. tam magnifice ſumentes prœlium quam poſtulaverant VI, 31, c.

profecti ſunt everſum Trib. P. per arma I, 9, c. fatigantem de profectione J. 76, a. auxilio profectum regibus IV, 8, b. quo initio profectus intenderat J. 108, d. magnis operibus profectus oppidum cepit I, 18, c. tam paucis I, 29, d. ad requiſita Naturæ VI, 14, c. proficiſcens in expeditionem J. 111, d.

profiteri intra legitimos dies C. 18, a. indicium J. 39, c.

profugium ſibi eſſe J. 56, a. *Cic.* I. Tuſc. 194. *Portum potius paratum nobis* profugium *putemus.* al. legunt *perfugium.* vid. *eundem pro Cæcin.* & *alibi in Epiſt.*

profunda avaritia J. 84, c. cupido imperii IV, 3, a. hiavit humus & vaſta IV, 12, a. lubidini ſumtus quærerent VI, 37, c. profundant divitias in extruendo mari C. 21, a. *Illas ædificiorum ſpecies in quas patrimonia ſua* profuderunt. *Apuleius* de D. Socr. *J. Sariſber.* p. 460. *emittit* omnia opulenta. *quæ forte ſunt interpretis verba ad vocem* affluentia, *nam MSS. quidam non agnoſcunt.* & pro, *horridi* legit *ſordidi*, pro *amænis amœnitis.* profuſus ſui al. appetens C. 5, a. *Parcus in ſuo atque appetens alieni.* Dictys IV. 22. eo profuſius omnibus modiſque ſui deditus C. 13, d.

prohibebant commercia ignota lingua &c. J. 21, d. miniſteria IV, 1, b. proſpectum ager arbuſtis conſitus J. 57, a. hiems mari IV, 6, a. injuriam J. 15, a. & J. 36, a. frumenti & aliarum rerum egeſtas C. 68, a. ab injuria Maurum J. 115, a. ſe ſe ab jure gentium ſi prohibuerit J. 25, b. inſequentes mœnibus prohibuit J. 24, c. prohibiti

Janua C. 29, a. prohibitus erat petere conſulatum C. 18, a. prohibebatur pugna ingenio loci III, 13, a.

projectum ad bellum ſæviſſumum contra ætatem III, 2, e. cujus facinore in has miſerias p. ſum J. 17, b.

proinde. pro *perinde.* proinde quaſi injuriam facere id demum eſſet imperio uti C. 12, e. & J. 4, e. *Terent. Phorm.* proinde *expiſcare quaſi non noſſes.* Lucret. III. *Oſſa dedit terra* proinde *ac famul infimus eſſet.* Varro de Vita P. Rom. *duabus undulatis togis eſt opertum.* proinde *ut olim reges noſtri &c. ſoliti ſint habere.* Plancus. Cic. *Quod ſi* proinde *ut ipſe mereor mihi ſucceſſerit.* & *alibi.*

prolatandis conſultationibus dilapſa invidia J. 29, a. heri p. ſeditionibus inquies ipſe nos in ſolicitudine retineas dubitando & dies p. magnas opportunitates corrumpere C. 44, e. pretio diem belli p. IV, 5, e. Lucret. *Effugiumque fuga* prolatet *copia ſemper.* Sic *Livius, Cicero, Tacitus, Silius. Columel. prolatare rem ruſticam.*

promi lingua fiducia cœpit VI, 31, d.

promiſcua divina atque humana C. 12, a. Numidas atque Negotiatores promiſcue interfuit J. 28, e. *Plin.* II. 37. *In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, jam quidem* promiſcue *maribus & fœminis.* ſic, *Livius.* prominet *latior in occidentem Sicilia* II, 1, a. Prominet *in pontum cuneatus acumine longo collis.* Ovid. Met. 13. 777.

promtam audaciam cognoverat C. 33, a. lingua quam manu J. 48, a. a promtiſſumo quoque defendi I, 11, e. in prœliis actu promtus VI, 12, e. aliud clauſum in pectore aliud promtum in lingua habere C. 10, e. ingenium in promtu habere C. 7, a.

promulgat rogationem ad populum J. 44, a.

prona finxit pecora natura C. 1, a. paullulum modo *prona* dein flexa in altitudinem J. 98, b. id ea gratia facilius proniusque fuit J. 82, c. *Plin.* Epiſt. 163. *Quibus video a meo tuoque latere pronum ad honores iter* &c. trabes per pronum incitabantur 3. 15, a. *de ponte mittere* pronum *Catulli* Epiſt. in pronum jaculati

propatulo. in p. habere pudicitiam C. 13, a.

prope ſumma ceperant ſcalis egreſſi J. 64, e. p. ad ſummum montis egreſſus eſt J. 98, b. ſinus p. in extrema Africa J. 80, a. p. jam extincta familia J. 100, a. p. jam adeptam victoriam J. 107, e. ac ſi prope adeſſemus J. 109, a. p. jam ab occaſu reſtitueris VI, 60, b. propior montem J. 53. a. cujus ætati mors p. eſt VI, 5, a. vitium propius virtutem C. 11, a. *ut* propius *fuerint periculum, qui vicerint.* Liv. 21. 1. *Sic Mureti liber & exemplar Florentinum op.* p. mare Africum agitabant J. 21, b. multo propius eſt ab eo quo agitat ſtatu I, 14, e.

properabat conſpici dum tale facinus faceret C. 7, e. properandi itineris cauſſa J. 113, a. avidior factus IV, 12, a. properanti in Galliam C. 66, e. alio properare tempus monet J. 22, b. alia quæ incepto uſui forent J. 41, e. p. accedere ad urbem C. 32, a. evadere oppido J. 60, e. licentiam in vos auctum atque adjutum properatis III, 9, e. properato itinere J. 119, d. ex tanta properantia tam facile tractum bellum J. 40, e. ſic *faventia* apud Attium. *ſerventia* apud Plautum. *pertinentia* & *variantia* apud Lucret. *Imparientia* apud *Gellium.* ſin properantius pergeret J. 8, e.

propere declarantur Conſuli per nuncios C. 47, a. movit caſtra C. 66, e. mittit equitatum ad J. 62, c. jubet accerſiri J. 66, d. pergit ad R. J. 74, d. intentus p. ſequi J. 96, e.

propinquas inter ſe, & J. 103, b. 61, a. genere tibi J. 10, c. propinquantes amnem IV, 12, a. & Tacitus. *at nuſquam cum Accuſ.*

proponere ſatisfactionem C. 36, a. uti proponeret quæ conditio belli foret C. 22, e. proponi *oportet quid afferas & id quare ita ſit oſtendere.* Cic. 2. de Orat. 94.

propter Aquilam adſiſtit C. 69, e. diſſenſionem dividi placuerat J. 12, a. deſerta p. Capſenſium miſerias J. 97, a. Commeatum J. 105, a.

proprætore in caſtris relicto J. 40, e. *Prætor enim appellabatur qui exercitum ducebat. ut ex hoc & aliis locis patet.*

proripuit ſe ex curia domum C. 33, a. Cic. de Aruſp. R. *exanguis atque exanimus*

unis ſe ex curia repente proripuit, *cum qui-buſdam fractis jam atque inanibus minis.* & *Cæſar* I. B.C. *Livius*, *Plinius*.

prorſus in facie vecordia inerat C.15,e. p. neque dicere neque facere quicquam penſi habebat C. 24,a. & C. 26,e. intentus cuncta parare J.25,e. protius ab utriſque nihil reliquum fieri J.79,a.

proſapia veteris hominem J.87,e. *vox ex Catonis Orig. ſumpta.* utitur etiam *Apuleius.* Apolog. I.

proſcriptionem polliceri locupletium C. 21,e. crudeliſſimam VI, 63,e.

proſpectabant equeſtre prœlium J.64,a. proſpectu impedito J.81,e. prohibebat ager conſitus arbuſtis J.57,a. uti p. facilius foret J.99,a. *ſepibuſque denſiſſimis interjectis* proſpectus *impediretur.* Cæſar IV.B.G.

proſpera res C.6,a. parum IV,2,e. imperium VI,55,e. p. *auſpiciis* Valer. M.I.51. *at Codex noſter, proſperrimis.* p. curſum Idem VI,9,5. *locum ſic exhibet Vincentius Beluac. ſub hunc cujus felicitas ſuper plenis velis* proſperum *curſum tenuit, Orantes &c. Aſcenſ. omittit* proſperum. proſpere ceſſere C.27,e. & C.60,e. eventura J.67,a. fortuna p. uſus fuerat J.98,a. conſilia eveniunt VI,45,a.

proſpiciendum. Quo tibi magis etiam atque etiam animo p. VI,49,e.

proventus ibi magna ſcriptorum ingenia C. 8,e.

providendum eſt. Hoc autem vobis p. ne C.53,a. ſatis providens J.30,e. & providenter ornat J.95,e. contra tantas difficultates conſilio ſatis providere J.95, ... neque omnino facere aut quidquam poterat J.104,e. Niſi provideris ne accidat C.58,b. verum haud facile animus ubi illa *(odium timor)* officiunt C. 52,a. providentia audaciæ *oppon.* J.7,e.

provincia Numidia ipſi evenerat J.39,a. & J.43,a. & J.84,a. & 86,a. & ei decreta P. Gallia J.114,e. *abſolute.* de Hiſpania citeriore ... C.19,e. & II.8,a. & de parte Africæ juxta Uticam J.13,a. & J.27,b. & J.27,e.

proxuma Carthaginem loca J.21,e. Nilum, proxuma magnitudine eſſe Hiſtrum ... Catilinæ proxumi familiareſque C.14,e. Bomilcari proxumo ac maxume fido tibi J.39,a. & J.82,b. & J.102,a. *Cic.* Attic. I. *Obſervat Domitium maxume me habet proximum.* &, alibi. *Intimus* proximus *familiariſſimus.* uti quiſque muro p. erat J.99,e.

prudens omnium quæ ſenatus cenſuerat J.118, d. *Dictys* J.23. neque de futuro quiſquam ſatis callidus ſatiſque prudens ſit VI,45,a. impigre prudenterque attendere ſuorum & hoſtium res J.93,a. prudentes cum imperitis *(de militibus)* J.53,b, *traind.* Ex belli prudentibus militibus IV,7,b. *prudens enim pro ſciens.* Plin.VIII.31. *ob ea ſe pati* prudens. *gnarus &* prudens *impendentium malorum.* Cic. pro Seſtio 2. *Deſtituor* prudens *artis ab arte mea.* Ovid. Epiſt.V. *locorum*, Livius. *moderandi*, Tacitus.

publica fide dicere juſſus C.48,a. interpoſita J.37,a. negotia J.68,b. villa VI,36,e. res regi VI,52,b. miſerorum cauſam ſuſcepi C.36,a. per ſeſe inviolatam fore fidem p. J.38,c. ambiti I,23,a. largitionibus C.38,e. judiciis VI,58,a. frumento corrupta plebes VI,41,c. malo detineatur VI,41,e. malum omnes alebat C.38,e. bonum ſimulantes C.39,e. conſilium corruperunt I,13,e. malum occulte inſtruebatur I,15,a. & facere deſinet VI,51,a.

publicandas eorum pecunias cenſuit C. 59,e.

pudeat an pigeat magis J.100,e. p. aut pœnitet J.34,c. ut te neque hominum neque Deorum p. quos perfidia aut perjurio violaſti I,16,d.

pudicitia atque decus C.26,a. pudicitiam &c. promiſcua habere C.12,a. in propatulo habere C.13,a. parum honeſte habuiſſe C.14,e. *audacia* ei *oppon.* C.3,b. cum modeſto pudore certabat C.63,e. famam atque pudorem attriverat C.16,a. per tædium aut pudorem tyrannidis I,6,a. pudorem atque modeſtiam pro ſocordia æſtument VI,39,e.

pueritia, Ita a p. ad hoc ætatis fui ut omnis labores pericula conſueta habeam J.87,e. extrema VI,16,d. multus cultus J.78,a. omnem Arpini altus J.67,a.

pugna prohibebatur ingenio loci III, 13,e. pugnæ ſuos inſtruere II,2,e. poſt malam

Digitized by Google

malam p. ab rege defecerunt J. 60, e. remiſerant J. 64, b. facere ſuo loco J. 65, a. & ex commodo J. 84, a. pugnandi copiam fieri J. 56, a. urbis pugnando cepit J. 30, e. pugnare lapidibus eminus J. 61, e. male J. 108, a. p. in hoſtem J. 61, b. prœlium male pugnatum a ſuis J. 58, e. bene p. adverſus multitudinem J. 119, a.

pulcherrima claſſe exſui cum 45, e. facinus incipere C. 20, a. ex pul. peſſima & flagitioſiſſima Reip. C. 5, e. multo p. eam nos haberemus C. 60, a. *pulchrum* eſt bene facere Reip. etiam benedicere haud abſurdum eſt C. 3, a. *Cic. de Provinc.* Nam & non fortiri abſurdū eſt &c. (*i. e. auditu alienum*) *ſed quandoque ad animum transfertur. Cic. tam ineruditum abſurdumque.*

pulſa agris vis hominum VI, 20, d. *Carmina procul jacebant.* Maximian. III. 10. at *MS. ſtamina penſa procul.* & *ſane ſequitur: Nec reperire viam docta.* pulſi, loco cedere auſi C. 9, e. p. fugatique prius congreſſu J. 77, e. *Reficitque in prœlia pulſos. Virg. Æn. II. 731.* juxta ſolis æſtivi pulſum VI, 26, a. ex patrio regno J. 17, d.

pulveris vim J. 57, a.

purgari ſibi alvum ſimulans VI, 1, e. in fiducia quam argumentis purgatiores dimittentur II, 2, a.

putabam maturandum I, 12, e. Plebi militia volenti *putabatur* J. 86, a. tantummodo remorati dum in Elephantis auxilium putent J. 57, a. maximam gloriam in m. imperio putare C. 2, b. pro, *aſtimare, judicare.* ſic *Terent. IV. 7. bene* putas. Andr. I. 1. *recte putas.* Adelph. & *eo ſenſu putatur* apud Cic. de Amicitia v. *Quia prudens eſſe in jure Civili putatur Acilius.* Ne ſe illum putaret ac Numantiæ cognitus eſſet J. 18, a.

Q.

Quāque. uti q. Jugurthæ res erat lætos modo pavidos animadverteres J. 64, b.

quærendo opes I, 13, d. potentiam J. 91, e. gloriam ingenii quam virium opibus C. 1, e. gratiam conviviis J. 4, b. dolum ad perniciem ejus J. 73, a. ſumtus profundæ libidini VI, 37, e. omiſſo vetere conſilio novum q. J. 73, e. rogationem promulgat uti quæreretur in eos J. 44, a. vobis ſalus quæſita eſt III, 2, a. quæſitiſſimæ epulæ II, 8, a. *ſæpe apud veteres* ſimplicia pro comp. *inveniuntur. termentum* apud Plaut. in Bacchid. *paratus* apud Ovid. & Velleium & Tacitum. *clinare* & *clinamen* apud Lucret. *cedere* pro *accedere* apud Plaut. & *rurſus* comp. pro Simpl. *ut, nunc ad inſtitutum redeo.* Jugurth. Quamquam per hoc ſummum Imperium ſatis quæſitum erat nomini majorum I, 10, e. ire dona v, a, d. pro *adquirere, comparare.* quæ plurimis meis laboribus & periculis quæſivi J. 89, b. *Plaut.* Curcul. *mature quæſivit pecuniam.* Terent. Adelph. *contrivi in quærundo vitam atque ætatem meam.* cum ex Mamilianā rogatione tres quæſitores rogarentur J. 44, e. quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent C. 2, c. (*i. e. quæcunque terræ cultura creſcunt, quæcunque navigationibus comparantur*)

quæſo. quod ego vos moneo quæſoque ut animadvortatis III, 4, a. & *III, 9, b.*

quæſtio. quos illa q. agitabat J. 38, e. q. exercita aſpere violenterque ex rumore plebis J. 44, e. graves habitæ ſunt J. 24, a. injuſtas feciſſe J. 34, e.

quæſtui atque ſumtui deditus C. 13, e. q. neque luxuriæ modum fecerat C. 25, a. honeſta atque inhoneſta omnia quæſtui ſunt J. 34, e.

quæve humana ſuperant aut divina impolluta ſunt I, 6, e.

quali quiſque conſuli more aut modeſtia ſe geſſerit VI, 38, a.

quam maxume longam C. 1, d. pro *potius quam.* ignoſcere quam perſequi malebant C. 9, e. ut eos quam maxume manifeſtos habeant C. 42, e. eſſe quam videri bonus C. 53, e. ſic *eleganter omittitur* plus apud *Valer.* factum Maſiniſſæ animo quam Punico ſanguini conveniens. *MSS. omittunt* plus *eleganter, at non ſic* Pighius I, 8, 2. ſic, magis potius uti τὸ μᾶλλον apud Græcos. *Plaut.* Caſina *ut quod vir velit fieri, id facias quam adverſere contra.* Terent. *Qui placere ſe ſtudet bonis, quam plurimos.* Colum. 1. 8. *Fermenta duplicia quam numerus ſervorum exigit refecta & repoſita cuſtodiat.* Magis

quam

quam C. 16, e. potius quam J. 1, a. quam quod ex aliis rebus magis quam quod cuiquam id compertum foret C. 14, e. nihil amplius ſcire quam legatos C. 48. b. cruciatus minores quam facinora illorum C. 54, b. & C. 58, e. nobis quam illis major copia C. 60, a. non minus quam ſi J. 10, a. nihil minus quam vim exſpectantem J. 15, c. ubi vis tutius quam in J. 15, e.

quamquam (cum ſubjunct. quinquies) & poſſis & delicta corrigas J. 3, d. conſideret J. 85, a. ... cum indicat vitiosum q. crepta eſt J. 17, d. & J. 20, c. q. deleretur ... J. 48, e. & quamquam adverſo populi partibus fama tamen æquabili J. 47, a. q. ſuperabant J. 68, a. exiſtumo J. 88, b. convorterunt 11, 7, a.

quamvis in vobis ſit 11, 9, c. & vi 92, a.

quando nunc q. per illum licet J. 109, e. & J. 110, b. qui, quando talis es, maneas in ſententia 1, 16, c.

quanta. in q. calamitate ſis C. 45, e. incredibile memoratu quantum intenta fuerit J. 44, c. quanti & quam multi mortales vi, 35, e. quantis animis ierit in Quiritium 11, 9, a. incredibile memoratu eſt quantum brevi creverit C. 7, a. tanta habetur quantum ea verbis potuere extollere C. 8, e. incredib. memorata quantum intenta fuerit J. 44, c. *Boeth.* 3. P. 1. *O quantum me refoviſti.* Sed *Codex B. Reb. O quam tu me.* alter Codex a *Vulg. ſtat.* q. eſt in vobis 11, 2, a.

quare ... equidem hoc conſilium eſt (ſc. *quamobrem*) C. 59, e. ſic Virg. Quare agite o tectis juvenes ſuccedite noſtris. & ſic ſemper C. 61, a. q. igitur 1, 18, a.

quaſi. ea quaſi veneno imbuta C. 11, d. quaſi vero finis ... in princip. C. 59, e. ... quaſi ſine per ſe magnifica J. 48, q. ... ſunt J. ... ipſe, qua ... medio quaſi collis oriebatur J. 92, e. præſidio quaſi duum millium occupat J. 54, b. ita geſtum agunt quaſi ... honores ceteros J. 88, c. alterum ... quaſi ... reddideris 11, 16, a. ... illius cauſa fuerit ... 62, b. & 64, b. ... a 19, a.

que, & abunde pollens potenſque & clarus eſt J. 1, a. id ibique & omni Africa J. 94, e. parenteſque & alia omnia J. 92, c. *Liv.* 1, 9. 1, 10. *Cæſar Velleius alii.*

quia. in principio (*videtur deeſſe, nunc*) C. 19, d. & C. 68, d. quare incedit tanto agmine &c.? Quia 1, 10, a. nam hi, ſi virtute ſatis valerent, magis æmuli honorum quam invidi eſſent. quia deſidia &c. invaſit, ſtrepunt, obtrectant *ſubintellige.* Verum quia &c. *ut ſupra.*

quidnam conſilii caperent diu in incerto habuere C. 42, a. dubius quidnam oſtenderet inſolita facies J. 53, c. & infra.

quies diuturna laſciviam pepererat C. 32, a. *pro pace* Plin. 15, 30 *ipſa laurus pacifera, inter armatos hoſtis* quietis *indicium.* & otium cum libertate 1, 6, c. *turba oppon.* 1, 13, e. quieſcebat in lecto J. 74, a. nullam noctem ſine ſcorto quieſcere vi, 43, a. quieta movere magna merces C. 22, b. nunquamne quieta erit noſtra familia J. 15, e. rem uti erat quietam nunciant J. 114, a. quietam Remp. aut in periculis &c. 1, 1, e. neque fugere neque quietem pati J. 108, a. *rara locutio. Claudian.* II. Ruffin. 2. *neque enim patiuntur ſegnem quietem Crimina. Et ſic noſtri Codd. MSS.* nihil intactum neque quietum pati J. 70, b. & B. Get. 535. *Te paſtor ſudante fugam.* quieti aut luxuriæ id tempus concedit J. 65, b. & otio adverſum J. 70, e. neque vigiliis neque *quietibus* ſedari poterat animus impurus C. 15, e. *Cicero* 1. Offic. 145. *ſomno & quietibus cæteris.* potior viſa periculoſa libertas, quieto ſervitio 9, 10, e. quietos Numidas neque colle degredi J. 51, e. quietus aciem exornat J. 46, a. (*ſc. animum.*)

quin igitur expergiſcimini C. 21, c. *imperandi.* Terent. Andr. 11. *quid eſt? C. nihil M. quin dic quid eſt. Virg. quin age ſiquid habes* Ecl. 111. præterire non fuit conſilium quin aperirem utriuſque naturam C. 62, e. quin præter idoneum ducem nihil abeſt 1, 14, a. quid opus decretis quin boni Remp. fruſtra curant 1, 15, c. non quin poſſem &c. ſed C. 36, e. quin ſolus omnium compoſuit. *in princip.* 1, 5, c. quin etiam *in princip.* vi, 45, a. *pro.* ... Non luxus muliebrum imma-

nem.

nem eorum animum inflexit quin everſum irent vi, 48, e. & vi, 56, e. vi, 59, a. & vi, 60, d. pro, *quod*. cui dubium eſſe poteſt, quin opulentiam iſtam ex civium ſanguine paraveris vi, 63, b.

quippe in *princip.* C. 12, a. & J. 89, a. q. quas honeſte habere licebat C. 13. a. q. cui verbis pax nunciabatur, cæterum re bellum aſperrumum erat J. 52. a. inermes q. in tali die (*feſto*) aggrediuntur J. 70, e. & J. 91, e. quippe etiam J. 95, d.

quis mortalium C. 21, a. quis eſt omnium qui J. 4, d.

quoad ſemet ipſa præcipitavit J. 45, e. vives numquam putaveris &c. J. 118, a.

quod redundat J. 68, b.

R.

Rabie contracta toleravimus I, 7. e. inuſitata invaſiſti *Declam. in Salluſt.* licentiam ſcelerum quaſi rabiem ad integros contactu procedere I, 14. a.

ramis cæteri r. arborum impeditos J. 57, b. *rami ſunt (inquit* Iſidor. 17. 1.) *qui de trunco manant ſicut a ramuſculis cætera.* lege cum *Codice B. Pub. ſicut a ramuſculis ſurculi.* vel ut *Pembr. cæteri ſurculi.* licet *Codex Trin. omittat.*

rapaciſſuma manus vi, 63, e. rapaciſſumi *victoris inſolentiam dicti tumore pertraheret.* Valer. I, 5, 8. MS. *victi timore.*

rapere omnes, trahere, domum alius &c. C. 11, c. & vi, 48, a. Rep. privatim ac pub. C. 11, e. conſumere C. 12, a. ſibi quiſque ducere, trahere, rapere J. 45, b. ad ſtuprum virgines III, 12, e. rapi virgines C. 51, e. animus cupid. cæcus ad inceptum ſcelus rapiebat J. 27, c. *rapinarum* memores C. 16, b. ſpes ad bellum illexerat C. 66, a. ſi r. licentiam demſeris vi, 39, e. r. & incendia inſtaurare cupiunt I, 16, b. luxuria ex magnis rap. nihil reliqui fecerat.

raris animus eſt ad ea quæ placent defendenda III, 8, a. *mores raros in poena* Plin. VIII, 16.

rati rem incredibilem C. 49, c. abunde libertatem rati quia tergis abſtinetur III, 11, e. contra ac ratus erat C. 70, e. rationem oſtendam qua effugiatis C. 41, e. conſideres quid tuæ rationes poſtulent C. 45, e. belli atque pacis rationes trahere J. 102, a.

re. in omni re dominatur C. 8, a. amicitias &c. non ex re ſed ex commodo æſtumare C. 10, e. fides re cognita C. 36, a. deque ea re poſtulant uti referatur C. 49, c. facile paterer vos ipſa re corrigi C. 61, d. inſolita commotus J. 68, a. nomen ex re inditum J. 80, a. tempore poſterius re atque uſu prius J. 88, a. ſiti magis quam alia re accenditur J. 94, d. qua re patrata vi, 60, a. rebus ſuis diffidenti ex conſcientia J. 37, e. & impenſius J. 77, e. ex ſecundis rebus inſolentia ceperat plebem J. 44, e. paratis compoſitiſque ex ſententia J. 47, e. in rebus hoſtilibus J. 49, a. cognitis Metelli J. 59, a. novis ſtudere J. 79, e. quibus rebus ſupra bonum & honeſtum perculſus J. 84, b. meque voſque in omnibus rebus juxta geram J. 90, e. minari, ſecundis rebus feroces eſſe J. 99, d. quibus r. & artibus cariſſumus factus J. 101, e. quibus rebus aliquantam partem gloriæ demſerat II, 8, d. in extremis III, 5, a. rebus ſupra votum fluentibus vi, 13, a. novandis vi, 22, b. & malis & bonis rebus (*pecunia*) creatur vi, 53, a. ejus rei impunitatem concedebant C. 31, d. ad neceſſitudinem rei ſatis dictum J. 22, e. cujus rei ſpecies erat acceptio frumenti J. 31, c. nullius idoneæ rei egens J. 61, a. diffidentiam rei ſimulare J. 64, e. hujuſce rei ego inopiam patior J. 88, a. nullius honeſtæ rei egens vi, 50, e. in rem fore credens C. 19, e. rem tantam mentitus C. 49, e. fruſtra. [illegible] ob rem faciam J. 33, e. exploraviſſent J. 57, e. eam rem nos locus admonuit J. 81, a. ob rem corruptam J. 81, d. conturbare nihil, quam [illegible] incepto belli impediverant J. 82. d. & J. 73, e. quam rem alii in ſuperbiam vortebant J. 84, d. nobilitas acerrume tulit J. 87, e. rem facilem nunciavere J. 89, e. quietam nunciant J. 14, a. contra ſpectatam rem [illegible] 3, d. nobilitas communia ſque vi, 49, d. in principio agere intendit vi, 51, d. (vide *res*.) [illegible]

recens detracta coria IV, 13, e. [illegible]

receperat ſeſe in loca ſaltuoſa J. 58, b. [illegible] recepit J. 19, a. armis recepta Reſp. C. [illegible] oppida, exciſa [illegible]

Rr 2

cepta iii, 3, e. neque receptam ſed captam a te Remp. vi, 37, e. in amicitiam a vobis recepti J. 14, e. recipi mœnibus J. 30, a. neque in unum ſeſe recipiebant, ſed divorſi J. 54, e. per inertiam in ſe quaſi victi recipiunt (*ſervitutem*) vi, 57, e.

recidat. nec quemquam a multis metuendum quin ad eum ex multis formido r. vi, 35, e.

recitavit in Senatu literas Fæſulis allatas C. 31, a.

recte atque ordine facere C. 52, b. neque r. neque pro bono facturum ſi J. 25, b. perperam quam r. J. 36, e. mercede delinquere quam gratis recte facere melius habent iii, 7, e. *Quo mihi* rectius *eſſe videtur* C. 1, a. Lucretius *perſpicere* i, 32. præbeo exemplum quo rectius tua componas iv, 3, a. rector humani generis animus agit atque habet cuncta J. 2, b. Columel. iii, 10. *Videmus hominibus inſpiratam velut aurigam*, rectricemque *membrorum animam. Terrarum omnium* rectorem *fore*. Curt. iv, 7. *rector Claſſium* Valer. vi, 9, 6. *ubi* Beluacenſis: *tandem propter inopiam*. equi ſine rectore exterriti i, 20, b. *Lunaque nocturnos alta* regebat *equos* Ovid. i. Triſt. Eleg. iii. & Metam. *Arte leves currus, arte* regendus *amor.* Idem A. Am. i. peſſumus quiſque aſperrume rectorem patitur vi, 33, a. *multitudinis*.

recuperandæ. in pacis r. ſpem adductus J. 31, b.

redderet. dimiſit cum literis quas r. Micipſæ J. 9, a. redditas ſibi dicebat nomine Catilinæ C. 35, b. *Cic*. Attic. *eam mihi abs te Epiſtolam* reddidit *quam tu Id. Febr. dederas* i, 15. nunquam tibi redditam gratiam putaveris J. 118, a. pro *relatam*. & ſic Plautus, Perſa. *Improbus eſt homo qui beneficium ſcit ſumere & reddere neſcit*, & ex eo *Terent. Phorm.* Sumtis tergis atque redditis more equeſtris prœlii vi, 13, d.

redimebat belli moram J. 31, a. quo flagitium aut facinus redimeret C. 14, a. *Plaut*. Menæch. *ego tibi* redimam *bis tanto pluris pallam*. pro *ſimplici* emere. *ne obſidibus quidem pacem Arioviſti* redimere *potuiſſe*. Cæſar i. B. G.

referat, ad Senatum de his neve cum populo agat C. 57, e. deque ea re poſtulant uti referatur C. 49, d. & referundum cenſuerat C. 51, c.

reficere arma tela quæ ſpe pacis amiſerat J. 70, a. animos C. 49, c. ſaucios cum cura reficit J. 57, e.

ſtipendia pendere C. 20, c. multarum imag. & nullius ſtipendii J. 87, c. faciundis ſeſe exercuit J. 63, c. confectis vi, 37, d. ſtipendio, armis &c. navis onerat J. 91, a. exercitum ſuum ſtipend. aluit III, 4, b. decernitur J. 29, c. portaverat in Africam J. 112, c.

ſtirpe. ab ſt. interiit C. 10, a. & evertit familias vi, 48, c. ab ſ. ſocium P. R. J. 14, d. tuæ extinctor J. 15, c.

ſtolidior an vanior iv, 1, a. *Gellius* Lib. viii. ſtolidos *apud noſtrum tetros, moleſtos, illepidos valere dicit, neſcio quam recte. quum de* L. Clodiano *verba faciat, de quo forte* Seneca *de Ira* III. 38. *non de Prætore noſtro, qui certe fuit in hebeti pigritia ferox, ut loquitur* Apuleius. *&* *voluntate non manu ſtrenuus.* ἄκικυς αἰχμητής. Dio. *Nec te moveas quod hæc verba* (ſtolidus & vanus) *vix in eandem perſonam cadere videntur. frequenter occurrunt apud probatos.* Lucret. 1. *Sed vanus* ſtolidis *hæc omnia finxerit error.* Tacit. An. II. *Inerant &* *alia hujuſcemodi* ſtolida *ac vana.*

ſtrenue. bene atque ſt. J. 25, b. † ſtrenui, boni C. 20, c. & imbelles J. 71, a. fortibus ſt. vi, 7, c. cum ſt. virtute certabat C. 63, c. ex ignavo ſt. C. 67, a. & ignavis vi, 57, c. bonum & ſt. vi, 6, c. prœlio & bonus conſilio J 7, c. vi, 33, a. magis quam felix J. 90, c.

ſtrepere vocibus J. 103, c. ſimul & offenſa quo lenius ſtreperent J. 99, a. ſtrepitu omni paveſcere, circumſpectare omnia J. 75, a. cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam capiti imponebat II, 7, c.

ſtrictim perſcribere C. 4, c.

ſtudent non ſumtibus atque divitiis vi, 41, c. pabulo pecoris magis quam arvo J. 95, a. mutari omnia odio ſuarum rerum C. 38, a. novis rebus J. 79, c. ſtudent ſeſe præſtare cæteris C. 1, a. ſtudia hominum accendit ad conſ. mandandum Tullio. C. 24, c. accenſa in Jug. J. 6, c. partium J. 76, a. vulgi amiſſurus J. 86, c. noſtra alia corporis alia animi naturam ſequuntur J. 2, a. *ſtudio* latus ſum ad Remp. C. 36, a. quo incepto ſtudioque C. 4, b. civilibus bellum atque vaſtitas Italiæ finem faceret J. 5, a. dominandi permota plebes C. 34, c. novarum rerum C. 38, a. non ſtudio Reip. dixiſſe C. 54, c. legundi J. 8, a. pro *deſiderio, affectu, amore.* ad bellum majore ſtudio quam conſilio profectum III, 3, a. a quo incepto ſtudioque me ambitio mala detinuerat C. 4, c. avaritia pecuniæ ſtudium habet C. 11, a. uti cujuſque ſtudium ex ætate flagrabat C. 14, c. belli C. 42, a. quo ſt. ſuum in Remp. clarius eſſet C. 50, c. Catoni ſt. modeſtiæ C. 63, b. in Reip. ſt. omnia ſuperet J. 33, a. promiſſis ad ſtudium ſui perducit J. 2, a. benignitatem ac ſt. Sullæ accepit J. 112, c. *prima lex amicitiæ,* apud Cic. in Læl. 43. ſtudium ſemper adſit, cunctatio abſit. pecuniæ ſi ſuſtuleris vi, 52, b.

ſtulta lætitiæ pœnas dedit, C. 56, a. retinuiſſe ab ſt. & falſis voluptatibus vi, 41, a.

quia ſtultitiæ videbatur alienam rem periculo ſuo curare J. 85, a.

ſtupor atque torpedo invaſit vi, 54. c. *Eam animi duritiem ſicut corporis. quod cum uritur non ſentit*, ſtuporem *potius quam virtutem putarem.* Cic. pro domo 75. *Nunc* ſtuporem *Deus Rector exaggerat.* MSS. *Col. Jeſ. & B. Pub. omittunt* tribuat. *recte.* Boeth. IV. p. 5.

ſtupra nefanda fecerat C. 15, a. lubido ſtupri ganeæque C. 13, a. Erat ei cum F. ſtupri vetus conſuetudo C. 24, a. ſumtus ſtupro corporis toleraverat C. 25, a.

ſuadendi uſum dedit fortuna multis rebus ereptis 43, a. ſuadet vobis ab illo bellum I, 17, b. lubidinem advorſum nos metum pro nobis J. 117, a.

ſub ſenatus ſpecie C. 39, a. ſub ipſis radicibus montium conſedit C. 66, e. ſub imperio Micipſæ J. 13, a. Gætuli ſub ſole magis, haud procul ab ardoribus J. 21, d. jugum miſſurum J. 42, e. ſub honeſto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant I, 3, a.

ſubacta gallica gente vi, 59, a. ſubegerat locum mutare egeſtas pabuli J. 48, e falſo fieri pecunia C. 10, e. aut metus aut injuria te ſubegit decernere &c. C. 55, a. incertas domos habere vi, 50, e. non adverſæ res ingentem eorum animum vi, 56, e. ſubigere nationes atque urbes C. 2, a. vis Jugurthæ J. 26, a. obviam ire animus ſ. J. 33, e.

ſubdolus animus C. 5, a. *Tacit.* 16. 32. *animo perfidioſus & ſubdolus.* & ſ. modeſtia vi, 26. mora III, 7, b.

ſublata lege Porcia vi, 63, e. ſubl. auctore compluribus narravit C. 24, e. in cervices ſuas III, 11, a.

ſubleſta fidei q.

ſublevando dando &c. C. 63, a.

ſublima nebula coelum obſcurabat III, 6, e. *Accius* Phœniſſis: *Aut ſæpe ex humili ſede* ſublime *advolans.* Lucret. I. *At nunc per maria ac terras* ſublimaque *cœli.* Sic, *gracilus* pro *gracilis*: Lucil. Sat. VIII. & Terent. *Vincto pectora ut* gracilæ *ſiunt. hilarum ac lubentem.* Adelph. *imberbi Juvenes* apud Varronem de Action. Scenicis. *ſterilus* apud Lucret. *& alia ſexcenta.*

ſubſidiis. in ſ. reliqua ſigna artius collocat C. 69, a. exercitum cæterum in ſ. locat C. 69, e. triplicibus aciem inſtruxit J. 53, e. compoſitis uti ſoluerat. (i. e. *ſolitus fuerat*) II, 5, b.

ſubveniretur. prius quam ex caſtris ſ. J. 58, e.

ſubverſis item incenſis vineis J. 99, e. montes C. 13, a. regna 46, b. ad ſubvertendum imp. nihil abeſt I, 14, a. an ſubverterent decretum Conſulis patres, probarentne flagitium parum conſtabat J. 32, a. probitatem avaritia C. 10, d. geniti ad ea ſubvertunda quæ majores virtute peperere I, 5, a. non ſua injuria ſed libertatis ſubvertundæ I, 14, e.

ſuccedere. evadere alii, alii ſuccedere J. 61, c. teſtudine acta J. 99, c. ſucceſſerant muros III, 15, b. ſucceſſit *illum. Aruſianus.* C. Fannius. *ubi villam venerat.* Plaut. *Rogat quid veniam Cariam.* Cæſar III. 3 die Macedoniam.

ſuccumbit animus magis aut minus mature [ubi cupido divitiarum invaſit] vi, 52, b.

ſuetum latrociniis II, 2, a.

ſuffragatione honeſtiſſuma Conſulatus ei petebatur J. 69, c. libera ab auctoribus patriciis.

ſuffragia libera paravere III, 9, e. ſuffragiis populi integer. (*nempe quia, nondum candidatus*) I, 11, a.

ſulphure & pice tædam miſtam J. 61, e.

ſumas aliquem ex populo monitorem officii J. 87, e. pro, eligat. *Collegam ſibi ſumſit* MS. *Eutropii* I, 10. Metaphr. συνῆψε ἑαυτῷ. Edd. *fecit.* Sic, *ſumere vinum.* *Maximianus. Aut levis fecit ſumere vina dies.* MS. lætus & pro *vino, multa.* ſummum ſupplicium C. 57, a. Sic *Terent.* *Andr.* III. 5. *Cæſar, Cic. alii.* arma ſumentes J. 24, e. Sic *Cicero* I. Tuſc. 136. Virg. *arma impia* ſumſi Æn. 12. 33. prælium magnifice vi, 31. e. bellum J. 23, e. *Statimque* ſumtum *eſt Punicum bellum.* *Plin.* 25. 18. & *Tacit.* lib. 19. *Ovid.* Ep. & 4. 3. e. inſignia magiſtratuum a Tuſcis pleraque ſumſerunt C. 57, a. meliores liberos ſumſiſſe quam genuiſſe J. 10, e. *Ovid.* Met. 11. 104. *Socerumque Lycaona* ſumit. Sumtam mutuam ſua aut amicorum fide C. 25, a. omne bellum ſumi facile

cile

cile cæterum ægerrume deſinere J. 85, a. de integro bellum ſ. J. 67, a. pro, *tollere, accipere*. Epiſtolam ſuper caput temere poſitam ſumi J. 74, b. Sic, *ſumere argentum* apud Comicos.

ſumma ope niti C. 1. a. lubidine divitias ſuas vincere nequeunt C. 21. b. ex lætitia triſtitia omnis invaſit C. 32, a. cum turpitudine in exſilio ætatem agere C. 68, d. artes animi quibus ſ. claritudo paratur J. 3, a. prope ſumma ceperant milites J. 64, e. per ſ. flagitia militiam detrectantibus VI, 30, e. quæ dicam de *ſumma* Reip. VI, 46. e. auctoritas ſ. in patribus VI, 49. e. laborandum de *ſumma* conſilii VI. 58, e. audaciæ ſ. C. 18, a. per ſ. diſcordiam dilabi VI, 59. a. quod ubique apud hoſtis aut ſocios idoneum videbatur cum ſ. ſtudio domi exſequebantur C. 57, a. in ſ. periculo ſalutem J. 79, e. per ſ. ſcelus C. 12. e. Imp. atque judicium ſ. C. 30, e. Supplicium C. 57, a. honorem J. 89, a. ad ſummum montis egreſſus eſt J. 98, a. ſumtis tergis atque redditis more equeſtris prœlii VI. 14, a.

ſumtibus & contumeliis miſerrumum ſervorum effeceris IV. 4, e. ſumptu infinito ædificare VI, 3, a. deditus C. 13, e. toleraverant ſtupro corporis C. 25, a. vix partem ſumtuum ſuſtinent vectigalia VI, 4, e. licentiam ſi demſeris VI, 39. a.

ſuo loco. niſi ex inſidiis aut ſ. l. pugnam facere J. 65, a.

ſuper Numidiam J. 22, d. alii ſuper vallum præcipitarentur J. 62, e. neu ſuper fortunam animum gereret J. 68, a. aggerem impoſitis turribus J. 79, a. ſuper induſtriam fortuna fuit J. 100, e. nullius potentia ſ. leges erat VI, 50, e. gloria agnita ſ. omnes mortales VI, 60, d.

ſuperabant, quamvis gloria &c. tamen inerat contemtor animus J. 68, a. orationem falſam mores mei ſuperant J. 89, a. illis divitias ſuperare quas &c. C. 21, a. morbus quemquam J. 10, e. res exequi quæ Jugurthæ ſeſſio ſuperaverant J. 73, b. erratæ officiis J. 109, d.

ſuperba imperia C. 19, e. facinora J. 32, e. pro æquitate &c. ſuperbia &c. invaſere C. 2. e. ſ. atque deliciis omiſſis ſibi patriæque diffidere C. 32, a. audacia intoleranda ſuperbia atque ſcelere ſeſe efferens J. 15, e. laſcivia atque ſ. inceſſere J. 45, c. corrupti ſuperbia J. 88, d. neque ex Imp. ſuperbia quemquam metus ceperit J. 90, e. alienæ ubi ludibrio fueris C. 21, a. ſ. nobilitatis obviam itum J. 5, a. & 33, a. homo inanis & ſ. regiæ J. 68, e. Imp. regium in ſ. convertit C. 6, e. quam rem in ſ. vortebant J. 84, e. per ſ. ætatem agere J. 87, a. dimittent VI, 58, e.

ſuperior primo prœlio C. 40, d. locum J. 53, b. & J. 55. c. annis J. 34, a. locis circumventam planitiem J. 70, e. diebus J. 95, e.

ſuperſteterant qui ſ. afflicti ſunt J. 64, e. ſcalæ comminutæ J. 64, e.

ſupervacanea populo calliditas VI, 56, a. ἐν περιουσίᾳ inquit *Demoſth.* ... *adeo ut* ſupervac. *quod non neceſſarium*. Supervacuum eſt differere C. 55, a. & C. 68, e. Cic. ad Ap. 111. *confirmata amicitia commemoratio officiorum ſ. eſt*. Sic, *Livius & Seneca*. ſupervacua onera magnæ navis VI, 55, c.

ſuppetebat minus in præſens cauſſa peccandi C. 16, e. quæ mens eloqui non dubitabo VI. 49, e. ubi conſueta non ſ. VI. 39, e.

ſupplementum exercitui ſcribere J. 43, a. poſtulare legionibus J. 86, d.

ſupplicanti diis per hoſtias J. 67, a. ſupplicantis legatos J. 42, a. ſupplices manus ad cœlum tendere C. 32, b. legatos ſ. mittere J. 51, d. voce C. 32, e.

ſupplicia diis Im. decernere J. 59, a. compoſuit in poſt futuros I. 5, e. exercitum cogere J. 89, e. in ſuppl. Deorum magnifici C. 9, a. muliebribus auxilia deorum parantur C. 60, e. *Varro de R. R.* 5. *ad victimas ferciunt atque ad Deorum ſervant* ſupplicia. Sic, *Tacit.* III. *Accius* Epigonis. *Nunc pergamus ut* ſuppliciis *placantes cælitum aras expleam*. Afran. Fratriis. *Nullam profecto acceſſi ad aram, quin Deum* ſuppliciis *ſinc. nequicquam defatigarem*. Sic etiam *Plaut.* Rudent. prolog. 24. *Diftys* 6. 14. legatos cum ſ. mittit J. 50, a. fatigati regis ſ. J. 70, e. ſ. quæ poſtulabat. Triumv. parare jubet C. 64, a. ad ſ. traderetur J. 65, e.

ſupra ea, veluti ficta pro falſis ducit C. 3, a. quam cuiquam credibile eſt C. 5, a. caput

caput eſt dux hoſtium C. 60. d. illum ſupra quam ego ſum petere J. 26. c. quibus rebus ſ. bonum atque honeſtum perculſus J. 84. a. rebus ſ. votum fluentibus VI, 13, a.

ſuſceperant tantum facinus fruſtra C. 29, b. miſerorum cauſam C. 36, d. malorum patrocinio ſuſcepto C. 49. e. inimicitia pro Rep. VI, 3. e. talia impune J. 34, b. advorſus vos pericula labores ſ. III, 2, a & J. 16, a. bellum advorſum R. J. 82, b.

ſuſpectiores regibus boni C. 7. a. falſa ſuſpicione alienatum C. 36, e. ſuſpicionibus multis volentia plebi facturus videbatur 49, b.

ſuſtentabat vitia magiſtratuum Reſp. C. 61, e. laborem ſpe otii VI, 40, a. ſuos pugnantes J. 107, e. intelligit ſe metu magis quam æquo & bono ſuſtentatum I. 17, a. quantum negotii ſuſtineam J. 87, a. quæ res maxume tanta &c. C. 61, a. picturas J. 4, e. corpora nequeuntes feſſi III, 12. e. quos terra ſuſtinet ſceleratiſſimus J. 14, d.

T.

Tabellam per t. ſententiam ferent VI, 57, e. & dicentur VI, 58, b. tabulas pictas mirari C. 11, e. novas polliceri C. 21, e.

tabes pleroſque invaſerat C. 37, e. in animos eorum J. 37, a. & 41, e. *tabeſcere* regnum per ſcelus J. 14, e. vetuſtate VI, 59, a.

talem tradi conſilium facile adduci poſſe C. 41, a. ad hoc aut aliud t. negotium mittatis J. 87, e. ſaxum aut quid tale 2. 10, a.

tam. quam quiſque peſſume fecit tam maxume tutus eſt J. 34, e. *hac ſola ex adverbiis veteres jungunt cum ſuperlativis*. Terent. Heaut. Quam *ad probos propinquitate proxime te adjunxeris*, Tam optumum *eſt*. *Cato* de R. R. Quam acerbiſſima *olea oleum facies* tam *oleum* optumum *erit*. Varro de R. R. 3. quam pauciſſimos *reliqueris*, tam optimi *in alendo fiunt*. & *Cic*. egregiis factis erat J. 67. e. quam formidatus antea eſt tam contemnetur 110, a. nihil tam ex alto reperiri poſſe quod non in promptu ſit tibi VI, 46, a.

tamen. tametſi miſerat &c. tamen parebat &c. J. 13. a. ſi ad impetrandum nihil cauſſæ haberem tamen erat majeſtatis P. R. prohibere injuriam J. 15, a. pro *tandem*. uti apud *Cic*. Ep. Fam. VII, 31. *Veni igitur quæſo, ne* tantum *ſemen* &c. in Schotti MS. *tamen*. noſter fr. III, 6. b. multato fœde corpore, poſtremo *tamen* periere. *Terent*. And. IV. Sc. 1. *Et* tamen *res eos cogit denegare*.

tametſi haudquaquam ſequatur &c. C. 3, a. aſpernabatur C. 3, b. & C. 58, e. & J. 6, e. J. 11, e. J. 13, a. J. 19, a. J. 23, e. J. 28, a. &c.

tamquam. facinoroſorum t. ſtipatorum catervas circa ſe C. 14, a. uti tamq; ſuam comam viſeris eat J. 12, b.

tandem. quæ quouſque t. patiemini C. 20, e. quem tu locum in civitate obtines? VI, 64, d.

tantum illud vereor ne quos tranſverſos agat J. 17, b. ſuadent uti ſe tradat, tantum ab eo vitam paciſcatur J. 28, a. qui tu alio prætergreſſus eſt uti prius defeſſi ſint homines laudando &c. VI, 32, a. illud vero amicitiæ tantum VI, 3, a.

tardius procedunt J. 11, e. tardus modo modo citus inceſſus C. 15, e.

tegam. uti turpia facta oratione t. J. 89, b. *facta* tegenda *loqui* Tibull. I. Eleg. 1. patriam armis C. 6, b. *aliquem armis* t. *Cic*. Appio III. 10. avidius alteri ſauciare quam ſemet tegere J. 64, a. neque virtus neque arma ſatis t. J. 102, e. t. ab jaculis corpora J. 106, e. reliquos illius potentia C. 49, e. *ut ceteris rebus* tegas *atque tuearis* Cic. Servilio Lib. 13. neque locus neque amicus teget quem arma non texerint C. 68, b. *ſplendentium confeſſim velorum umbraculis*. Valer. II, 4. 6. ubi MS. *ante picturam extentis*. *fecit lucium argentatis*. & omittit, *adornavit tranſlatum*: Aſcenſ. *verſatilem fecerunt Lucius & Cinna locum quem argentatis* &c.

tela militaria C. 57, a. ingerunt J. 64, e. inter t. hoſtium vitabundus erumpit J. 107, e. tentare, intendere J. 113, a. venirent Metello in ſagum II, 8, e. in manus jaceret VI, 47, a. qui præſidii cauſa cum telis erant (i. e. *armati*) C. 50, e. telum, *proprie miſſile quid denotat, quod arcu vel manu mittitur*. *a* telo. *unde protelo ponitur pro enſe, lapide, haſta*. conſtrata humus J. 108, a. ſuis ruunt II, 8, e. ipſe cum telo

esse

eſſe (i.e. *gladio*) C. 28, e. *ſic* Virg. Æn. IX, 750. *At non hoc* telum *mea quod vi dextera verſat Effugies: neque enim* is teli *nec vulneris auctor; Sic ait: & ſublatum alte conſurgit in* enſem. *Ubi Petrenſis, quod vi mea d.* vibrat. *& in Mediceo* librat. *Codex Coll. Jeſ. Cantab.* es teli nec. *ut in Romano Codice, Porcio & aliis ſe reperiſſe teſtatur Pierius.* vis Trib. telum a majoribus libertati paratum III, 9, b. arma, tela aliaque J. 70, a.

temere. hoc eſt. *ſtatim, ſine examine.* hinc, *temeraria altaria* apud Tertull. Apol. C. 26. *quæ tumultuarie ſtructa ſunt.* ne quid ſe t. crederent C. 32, e. munita caſtella J. 58, d. & effuſe euntes J. 113, a. correcta *temeritas* Marii gloriam ex culpa invenit J. 99, e.

temperantia tanta inter ambitionem ſævitiamque moderatum J. 49, a. T. *eſt rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma, &* moderata *dominatio.* Cic. de Invent. II, 54. *ubi Codex Petrenſis, pro,* invectionis; injectio, *male.* temperare in poteſtatibus J. 87, e. victoriæ C. 11, e. imperium benignitate & clementia t. VI, 36, a.

tempeſtas retinere J. 81, b. ea t. C. 6, e. paucis *Dictys.* V, 9. & *noſter* B. Jug. exeat ſpes opeſque in illo ſitæ J. 1 22, a. ut poſt multas J. 76, e. *quæ ſævitia! quave tempeſtates hominum* VI, 51. a. Cic. *pro Cluentio repentina* tempeſtas *popularis, & pro Seſtio* 37. *ſeditionum ac diſcordiarum.* nam fere his t. VI, 58, a.

tempora pleraque invenando agere J. 6, a. cuncta explorat J. 39, c. uti pro tempore atque periculo exercitum compararent C. 31, c. in tali tempore C. 49, d. alio poteſt C. 56, e. pro t. benigne reſpondit J. 11, a. dilapſo comitiorum dies adventabant J. 41, a. veritus ex anni tempore ne J. 54, a. ex tempore parari J. 73, c. ubi t. anni mare claſſibus patefactum eſt VI, 19, e. poſtero VI, 60, c. neque loco neque mortali cuiquam aut tempori ſatis credere J. 75, a. iiſdem t. C. 40, e. illoque aliiſque temporibus Jug. belli J. 105, c. quantum temporis æſtivorum in Imp. fuit J. 148, e. ad rem tempus decernitur J. 12, a. t. monet J. 22, a. legatorum ante capere J. 24, e. jurgiis trahendo t. J. 29, a. ad tempus non venit J. 73, e. procedere J. 85, e. poſtquam t. viſum J. 96, b. & J. 99, a. omnium ad hoc t. ferociſſumi VI, 19, d.

tendere inſidias Conſuli C. 28, e. & J. 65, d. vi t. C. 70, e. curſu ad Capſam J. 95, e.

tenebatur ambitione ætas imbecilla C. 3, c. loca tenent J. 22, d. Sardiniam VI, 26, a. *Nec Zephyri* tenuere *gradum* MS. Sta. Theb. II, 4. at ed. *rapuere.* obſeſſus teneor J. 26, b. lachrimas neque moderari linguam J. 84, e. ſpes victoriæ tenet C. 68 e. & VI, 51, a. lubido J. 3, e. nondum vos dominationis illorum ſatietas tenet J. 35, d.

tenebris fœda C. 64, b.

tentabat exercitum per homines callidos J. 42, a. frumenti inopia tentabatur J. 95, a. verbis arma II, 16, e. paullatim tentando poſtquam opportunos ſibi cognovit J. 50, b. inquies hæc atque illa tentans I, 15, a. agros J. 21, c. bello C. 6, b. fortunam belli C. 66, e. per vim aut *dolis* J. 25, e. legatos pecunia J. 31, a. inſidiis locum J. 50, c. t. infenſi adeſſe J. 54, c. & J. 59, e. tela t. intendere J. 113. b. vigilias II, 5, a. quæ occulte t. aſpera fœdaque evenerant C. 27, e.

tentari ſuis ſe artibus J. 52, a. *conſulatus qui vivo Cl. labefactari non poterat mortuo denique* tentari *cœptus eſt.* Cic. pro Mil. 34. *ubi MS.* pro, *conceſſa gloria, gratia.* tentatum antea bellum ſecus ceſſerat J. 23, e. laſſitudinem & ſitim militum J. 54, b.

tenuiſſima ſpe fruſtrantur ignaviſſumi III, 10, e.

tergis abunde libertatem rati quia t. abſtinetur III, 11, e. ſumtis atque redditis more equeſtris prœlii VI, 54, e. ab tergo circumveniebant J. 54, e. & J. 60, e. clamorem a tergo accepit J. 112, d. & ſigna canere J. 99, e. de vita atque t. regio more conſulere A. 2, b.

terra marique omnia exquirere reſcendi cauſa C. 13, a. quos t. ſuſtinet J. 14, e. terra fudi, exui mari claſſe IV, 5, e. permixtio † J. 45, e. per cava terræ citatis ventis VI, 7, a. cuncta maria terraque patebant C. 10, a. in extremis t. bellum gerebat C. 16, c.

terrebat eum clamore, vultu, ſæpe impetu J. 38, e. dum vos a repetunda libertate terremini I, 5, e. terrere judiciis C. 40, b. *Virg. Criminibus* terrere *novis.* metu cæteros t. C. 56, b. eminus ſon litoribus J. 99, d. territos confirmare J. 41, b. territos animi firmavit iv, 51, a. terrore commovetur vi, 63, b. augere hoſtibus t. J. 23, e. terribilis ejus facies C 64, b.

teſtamento hæredem pariter cum filiis inſtituit J. 9, a. t. hæredem ſecundum ſcripſerat J. 69, a. ſimulatoque impio t. iv, 4, e.

tetra loca, inculta, fœda C. 59, d.

timens præſentiam ejus C. 32, e. periculum J. 43, a. maxume fretus quibus reb. alii timent, (negotii magnitudine) vi, 41, a. mihi atque vobis C. 60, a. libertati J. 43, a. ex mala conſcientia digna t. J. 66, e. magis quam mortalem t. J. 97, a. ſin in tanto omnium metu ſolus non t. C. 59, e. delicti conſcientia populum t. J. 30, a.

timidos inſolentia itineris levare manu J. 99, a.

timor inſolitus inceſſerat C. 32, a. animi auribus officit C. 67, e. aliquantus ſed ſpes amplior J. 113, e. contra t. animi J. 23, a. plus t. quam periculi effecerant C 43, e. plurimum t. mihi faciunt advorſus Tyr. Sullæ I, 4, b.

Tmeſis. vi, 45, d. *Ennius* Annal. v. *Transfigit corpus* cere *comminuit* brum. & *facit are* Lucretius & in Proſaicis Auct. Cato de R.R. Ferve bene facito. verum aliquanto minores tamen C. 8, e.

tolerabat opulentia neglegentiam C. 58, e. tolerare *ſumptus ſtupro corporis —inopiam—tributum & militiam. A. Vict. in Agrippa* Cap. 18. pro *perferre, ac invite ſuſtinere.* injuriam J. 25, b. inopiam J. 89, e. ne videret quæ audita animus tolerare nequiverat J. 91, e. tributum I, 2, e. fortunæ violentiam C. 62, a. animo ſervitutem toleratis J. 34, e. quæ juſſa nunc pro aliis toleratis iii, 9, e. aſperas res facile t. C. 10, a. ſumtus ſtupro corporis C. 25, a. inopiam manuum mercede C. 38, e.

tollere animos J. 107, b.

torpidulus. cujus erat decipi iii, 10, e. & tanta t. animos oppreſſit I, 4, 5. occupavit vos neſcio quæ t. iii, 11, e. ſtupor eos atque t. invaſit vi, 54, b.

totiens fuſum Numidam J. 114, a. & ii, 3, e. *Non potui* (lego *non totiens*) *eſſe perpa mihi medicamina proſunt.* Maximian. 105. cum MS.

tractabant inter ſe Remp. J. 45, a. quo plebem in magiſtratu placidius tractarent C. 40, e.

tractu pari J. 52, e. tractum bellum J. 40, e.

tradebat conſulatum nobilitas inter ſe per manus J. 67, e. regnum in illius fidem J. 66, d. ad ſupplicium J. 65, e. ubi ſocordiæ tete atque ignaviæ tradideris C. 60, e. tradite exemplum poſteris I, 10, c. qui in cuſtodiam traditi erant C. 51, b. tuæ fidei trado C. 36, e.

trahant excidantque iv, 7, e. pecuniam trahunt, vexant C. 21, b. quod commodum eſt t. rapiunt vi, 48, a. rapere omnes trahere C. 11, a. ſibi quiſque ducere, trahere, rapere J. 45, d. alia hujuſmodi animis trahebant J. 86, e. anxius trahere cum animo ſuo J. 98, a. dubium belli atque pacis rationes trahere J. 102, a. longius ab incepto C. 7, e. paulo poſt ipſi trahebantur C. 56, e. omnia non bene conſulta in virtutem trahebantur J. 97, a. trahere in verum. *pro vero habens Dictys* 13, 10. affinitas traxit vi, 34, a. ſtudium fama ingentia J. 86, d. trahere omnia & alias deinde alias cauſſæ moras facere J. 40, e. bellum non poſſe J. 25, e. ab Imp. conſulto trahi quod &c. J. 68, e. ex M. voluntate bellum intactum trahi J. 86, a. *eodem ſignificatu quo apud Cæſarem de B. G. I.* duci. *Græce* ... *Plutarch. in Lycurgi* jurgiis trahendo tempus J. 29, a. ex copia rerum conſilium trahit J. 103, a.

tramites, uti per t. occulte profugeret in Galliam † C. 66, a. per tr. occultos exercitum Metelli anteveniu J. 52, a. per ſaltuoſa loca, & tramites exercitum ductare J. 42, a. *Plin.* Paneg. 30. *oppletas undique vias, anguſtumque tramitem relictum tibi.* Cic. xii. Philipp. *Nam idem in Apennini tramitibus* ... & xiii. Phil. *egreſſus eſt non viis ſed* tramitibus *paludatus.* Virg. G. I, 109. *ſupercilio clivoſi* tra-

mmm mitis

mitis & *Æn.* II, 515. *Furta paro belli convexo in* tramite *ſylvæ, Ut bivias armato obſidam milite fauces.* ubi *Petrenſis*, pro, *properans*, *ſuperans*. *trames proprie* inquit Lactant. Placidius *ad hunc locum Statii: alienos impia partus — ſylvaque infamis* tramite *liquit*. Thebaid. IV. *eſt via tranſverſa in ſylvis, paucis cognita.* Sed & *vſ.* 48. *pallentes devius umbras* Trames *agit.* (*vid. Coleri notas & Scaligerum ad Propert.*)

tranquilla tutæ tranquillæque res C. 17, a.

tranſductus. fatigatus a fratre vix in partem alteram t. eſt J. 11, a.

tranſeant ne vitam ſilentio t. J. 1, a. *ſine morſu velle* tranſire *vitam*. Senec. de Provid. vitam ſicuti peregrinantes C. 2, e. tranſire ad regem J. 42, d. per media ejus caſtra J. 115, e.

transfertur imperium a minus bono ad optimum quemque C. 2, c. exemplum ad indignos & non idoneos C. 56, a. ſuam quiſque culpam auctores ad negotia J. 1, e. metum a ſcelere ſuo ad ignaviam veſtram J. 34, e. in Non. Febr. conſilium cædis C. 19, b.

transfuga legiſſume VI, 64, e.

transgreſſus. in tr. vitare prœlium conatus I, 21, a. communem habitum transgreſſus VI, 1, a. *de itinere maritimo. uti etiam* Suetou. & Florus.

tranſmittit equites vado II, 9, e.

tranſverſos a. t. agat privata amicitia Jug. J. 17, a. & J. 7, a. *dolor* Flor. IV, 2, 10. & *Dictys* I, 7. itineribus caſtra movere J. 9, e. principiis in planum deducit J. 54, a. prœliis *ibid.* in eo colle quem t. itinere porrectum J. 52, e. *per medias laudes quaſi quadrigis vehentem* tranſverſa *incurrit miſera fortuna Reip.* Cic. in Bruto 97. vide *notas.*

trepida civitate J. 44. e. trepidi improviſo metu J. 102, c. res J. 96. e. Liv. *Tullius in re* trepida. 12 *novis falios.* Horat. III. Carm. 2. trepidare ad arcem oppidi J. 71, a. ne feſtinet J. 82, e. & alibi.

tribuiſtis præmia ſceleribus ejus I, 12, e. *Annib. vincendum Rom.* tribuit. *Valer.* IX, 1. 3. *MS. tradidit.* fiduciam commendationi meæ tribuit C. 36, a.

tributum tolerare J. 2, e.

triennio fruſtra trito VI, 2, e. vid. *Valer. M.* III, 45. & lege ex *MS. trita notitia.*

triumphum. per t. duxere Ariſtonicum IV, 4, e.

tropæa in Pyren. jugis conſtituit VI, 1, a. b.

tulit. uti fors t. J. 80, a. ægerrume nobilitas J. 87, e. ut lubido VI, 58. e.

tum demum periculis atque neg. compertum C. 2, a. pro *tunc tandem*. parricidam vocare. Tum ille C. 32, e, &c. pro, *tunc*. Nam tum Brutus ab Roma aberat. C. 41, e. & C. 48. e. pro, *tum demum*, tum perſequare ubi facta ſunt C. 58, a. *tum vero*. ſed confecto prœlio t. v. cerneres C. 71, a. pro, *&*. nam in fuga ſalutem ſperare tum arma ab hoſtibus avertere C. 68, d. pro *quo*. *Terent.* Eunuch. II, 3. *tum autem* ponit. *Ut illum dii deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt, meque adeo, qui reſtiterim*, tum autem *qui illum non flocci fecerim*. *Tum primum* J. 5, a. *etiam tum* J. 44, e. & J. 55, a. & J. 58, b. J. 67, e. IV, 11, a. VI, 18, b. VI, 38, a. *cum* virtute *tum* gratia viri permotus J. 90. a. cum - tum maxume J. 47, c. quod *poſtquam* auditur, *tum vero* ingens metus J. 114, e. *tum demum* veram deditionem facere J. 50, b. antea jam infeſtus, *tum vero* multus atque ferox inſtare J. 86, b. *quamquam* toto die Numidas intentos habuerat, *tum* vero cohortatus J. 99, c.

tumuloſum locum J. 96, e.

tumulti cauſa conſcripſerat C. 69, e. loca incenderent quo tumultu facilior aditus ad Conſulem C. 44, c. ſtrepitu & t. omnia miſcere J. 12, e. inſolito perculſi J. 42, b. ſine t. manent infenſi intentique J. 61, a. t. ex tumultu ferunt I, 13, e. t. facere J. 57, c. & J. 75, e. hoſtilem J. 62, c. interceſſit B. & C. Coſſ. III, 8. e.

turba concitantur mihi II, 9, a. turbamenta Reip. probate I, 10, c. *turbata* ſunt omnia ſeditionibus I, 11, e.

turmarum duces centurioneſque J. 42, a.

turpem famam metuere J. 89, d. fuga J. 114, a. formidine VI, 9, c. *Quum eſſet propoſita fuga* turpis *aut glorioſa mors.* Cic. 2. de fin. 156. facta oratione tegant J. 89, c. vita integra fama potior J. 71, b. ancilla Fufidius I, 9, a. t. cuique & ſceleratiſſimo

ludibrio eſt VI,61,e. parti corporis J.90,b. flagitioſe venditas, quam turpiſſume paraſti VI,60,e. cum ſumma t. in exſilio ætatem agere C.68,d. per turpitudinem abuti (de divitiis) C.13,a. turpis *crudelis, frequent. apud Salluſt.* inquit *Steph. in Theſaur. vellem loca illa citaſſet. ſed vox* fœdis *niſi fallor, doctiſſimo viro fraudi fuit.*

turribus ſuper aggerem impoſitis J.79,a. præſidiis firmat J.25,e.

tuta. ut t. ab injuria forent noſtra corpora C.34,a. conſilia C.42,a. non mœnibus ſe tutabantur J.99,d. tutæ tranquillæque res C.16,e. in *tutandis* periculis magis quam in ulciſcendo teneri I,4,e. ob regnum t. J.110,a. pedes magis quam arma tutata ſunt J.77,e. *ſimulatis auxiliis* tutatus *eſt.* Frontin. II. 12. *Sic edd. ſed MSS. Codd. rectius exhibent* tutus. tuti ut per otium ſimus J.16,a. injuria gravitate tutior eſt III,9,e. quanto tutius agat factio noxiorum quam ſoli innocentes III,7,a. ex omnibus maxume tutos eſſe J.16,a. nihil apud illos tutum pati J.93,e. quam quiſque peſſume fecit tam maxume tutus eſt J.34,e.

tyrannidis. per tædium jam aut pudorem t. eſſe eum dimiſſurum &c. 16,a.

V.

Vacuam domum feciſſe nuptiis. (necato filio) C.15,e. impetus fit in v. Remp. C.60,d. v. hominibus inſulam VI,25,a. *prædia* vacua. *Cic.* pro Roſc. Am. 15. ira atque miſericordia vacuos eſſe decet C.52,a. *quod* vacuum *ab defenſoribus eſſe audiebat,* i. e. *a defenſoribus.* Cæſar VII. B.G.II. 176. animo vacuum J.56,e. ſimultates exercere vacuum fuit I,3,a. v. f. exercere diſcordias Dictys II. 7. a culpa vacuus C.14,c. *Plaut. Merc.* vacuum *eſſe iſthac ætate his te decebat noxiis.* Ager frugum vacuus J.95,c. vacuus curis III,15,a.

vades 50 dederat J.39,e. & J.65,e.

vadoſa. alia, alia alta J.80,a.

vagabantur incertis ſedibus C.6,a. nullo certo exilio VI,22,a. vagi, palantes J.21,a.

valeat. quid bello v. tute ſcis J.109,e. valuere factiones multitudine civium C.57,c. dum apud eos vera conſilia valuerunt VI,55,e. parum animo J.11,d. armis amplius J.119,a. ſi conjuratio valuiſſet C.17,e. cujus Imp. late valuit in Africa J.5,d. plurimum imperio res Rom. S. M. Coſſ. I,2,a. Imp virtus animi valeret C.2,b. jus bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat C.9,a. hæc fama ex aliis rebus magis quam quod cuiquam id compertum foret C.14,e. conſilio VI,56,a. advorſum quem neque Imp. neq; magiſtratuum neque leges valerent J.79,e. viget ætas animus valet C.21,a. maxume opibus C.57,e. oppidum magnum atque *valens* J.94,a.

validior injuria I,3,d. ingenia validiſſima J.110,e. animo ob morbos parum valido J.110,e. *mente* validus *Horat.* I. Ep.8. ingenium ſapientia validum C.6,e. multo maxume ingenio validus J.6,a. & I,19,a. animo ob morbos parum valido J.19,d.

valle in virgulta VI,21,d. v. virgulta.

vallum. ſuper v. præcipitarentur J.62,e. alios ſuper vallum in munimentis locare J.105,d.

vana. neque per ignaviam aut v. ingenia incerta pro certis captarem C.20,a. forent potius quam miſeria mea fidem verbis faceret J.26,e. lingua VI,55,c. ſtolidior an vanior IV,1,a. non pro vanis hoſtibus ſed liberaliter habuit J.111,e. non minor vanitas inerat quam audacia C.24,a. v. cognita atque imperitia. —ejus augere amentiam J.42,a. Mauros VI,28,e. & VI,22,e. *idem de Ægyptiis.* Curt. IV.1.30. conſilium C.59,e.

varia. facies totius negotii v. incerta, fœda J.55,a. variaque victoria bellum J.5,a. vario b. J.47,b. Livius. *Ibi varia victoria & velut æquo Marte pugnatum eſt.* U.C. II. in artes vitaſque varias diſpalata VI,50,e. variæ aſſentiebantur, cæteri verbo alius alii C.58,a. varius incertuſque agitabatur J.77,a. vultu, colore pariter atque animo varius J.121,d. *Flor.* varius *ingenio Antonius* IV. 3,4. *Liv.* II. U.C. 250. *ſententiam* variavit *timor.*

vaſta atque arida loca J.78,a. & 94,b. vaſta rapinis Italia VI,21,a. & I,8,a. Ac-

cius. hanc urbem ferro vaſtam faciet. hiavit humus vaſta & profunda iv,12,a. igni magis quam præda ager vaſtabatur J.59,c. polluere & v. omnia J.45,e. agros & villas expugnare J.49,a. Reſp. J.35,a. vaſtatio domorum vi,37,a. locis iv,6,a. *Meroe* vaſtis *quas nutrit arenis* Claudian. in pr. Conſ. St. 260. *MS. vatis.* Civitas magis quam corrigitur vi,40,e. v. ad internecionem Hiſpaniam III,4,a. bellum atque vaſtitas Italiæ J.5,a. vaſtus animus immoderata cupiebat C.5,b. *in eodem ſignificatu.*— antrum *Virg.* Æn. I. 12. Aper. *Claud.* 3. Pan. 62. Cæde *Æn.* vi. 101. Certamine *Æn.* xii. 111. *homo. atque fœdus.* Cic. 1. *de Orat.* Vires *Æn.* vi. vulnera *Lucret.* v. 259.

ubi pro labore deſidia &c. invaſere C. 2,c. i.e. *vice, loco, ani.* Eunuch. I. 2, 76. *eduxit mater* pro *ſua.* Cic. in Piſonem *noctem pro die.* Ubi memores de virtute C.3,a. ubi requievit ex miſeriis & periculis C.4,a. conſulueris C.1,e. ubi de magna gloria bonorum memores C.3,e. pro *quando.* ubi pax evenerat C.9,a. ſatis explorata ſunt, quæ voluit in unum convocat C.17,a.

vecordia. eoque v. proceſſit uti J.5,a. vecordi pertinacia reſiſtebat J.24,b. formidine quaſi vecordia agitari J.76,a. quaſi v. ceperat J.104,e. objectare v. J.99,d. *heu belli* vecordia, *Silius.*

vectigalia bellis incerta vi,4,a. ſummam poteſtatem moderandi de v. vi,47,b. in latere vectigalium noſtrorum I,14,a.

veget alterum alterius auxilio C.1,d.

vehementer ſimulent ſtudium Conj. C. 42,d. eo negotio permotus J.6,e. *Ammian.* p. 274. vehementer *incertus id verebatur.* carus J.7,e. accenſa multitudo J.38,e. contra Metellum J.68,e. gratulabantur vi, 6,a. *ſic v. ad mirari & adverſari Cicero in iv. Acad. & vii. Verrin. expectare literas ad Brutum Lib. II. Ep.* 15. *velim. Terent.* regiæ voluntates J.121,a. *Me ſeverum vehementemque præbeo.* Cic. iv. Catilin. vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi J.4,d. ſumma ope nitemini atque eo vehementius quo J.35,a.

vel. ter in eadem ſententia C.26,e. pro *etiam.* in victoria vel ignavis gloriari licet J.57,e. vel *Priamo miſeranda manus.* Virg. Æn. II. 259. & *carmina* vel *cœlo poſſunt deducere lunam.* Ecl. viii. 69. *Alia exempl. habent* carmina, & e cœlo *teſte Pierio. ſed cum Vulgg. faciunt* 3 *Codd. MSS. Petr. Jeſ. Pembr.* Ovid. M. vi. *At nunc miſeranda* vel *hoſti.* Senec. Agam. *Cladibus noſtris daret* vel *Troja lachrimas.* vel ferro ſeptis I,7,d. quod quidem ſcelerum illius vel maxumum eſt I,8,e.

velitaribus armis inſtructi J.113,a.

velle & cenſere J.24,e. maxume vellem Remp. quietam eſſe &c. I,11,e. ſi ratam pacem J.120,c.

venalem urbem J.39,e. habere libertatem vi,50,e. fortunas ſuas vi,61,d. omnia C.10,e. Reip. fuit domi militiæque J.36,e. rerum forum J.51,a.

venditas eloquentiam flagitioſe vi, 61,e.

venenis malis imbuta (avaritia) C.11,a. *Lex vetus apud.* Cic. *pro Cluentio, Cap.* 54. *Qui* venenum *malum fecit, fecerit.* veneno interfecta vi,16,e.

venerant. ſi qui in manus v. J.107,a. domum tuam oppugnatam vi,62,e. Reſp. in maxima pericula C.61,e. ad ſe occultus J.65,e. in ædem Concordiæ C.47,e. ut Metello in ſagum tela venirent II,8,e. ex invidia in gratiam & favorem J.13,e. quaſi de pace in colloquium veniretur J. 119,e. & J.121,b. contra inceptum ſuum veniſſe J.27,a. poſtquam eo ventum eſt, unde a ferentariis p. com. poſſet C.70,a. venturum auxilio ſuis J.60,a. navibus in eos locos J.80,a. quæſitum ab eo pacem an bellum agitaturus foret J.117,a. ipſumque deditum veniſſent J.30,b. ſi auxilio ſuis v. J.83,e. ubi res ad certamen venit J.13,b. ad tempus non J.73,d. in Africam maturantes v. J.25,a. v. a B. J. 108,a.

ventis ſævire mare J.80,a. per cava terræ citatis vi,7,a. agitari humum aridam J.57,a. v. gliſcenti III,5,a.

ventrem bis die onerare vi,43,a. atque ſomno dediti C.2,c. atque profundæ libidini ſumtus quærerent vi,37,e.

vera via nititur. *hp. dolis* C.11,a. v. veram gloriam injuſtæ potentiæ anteponerent J.45,e. atque ſimplex via eſt vi,39,e. *Andr.* II. 5.

II, 5. *verus homo*, licet vera mecû recognoſcas C. 36, a. rerum vocabula C. 59, a. ſi vera & honeſta flagitium ſuperaverit III, 9. b. *verus pro æquo & juſto*. Cic. pro Murena 67. *& in Salluſt. ita egit ut nihil non æquum ac verum duxerit* &c. Virg. Æn. XII. 694. *Quæcumque eſt fortuna, mea eſt: me verius unum pro vobis fœdus luere & decernere ferro*. Codex Pembr. pro verius, juſtius *ſed ab interprete*. Horat. *Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede verum eſt*. Ep. VII. Si vera æſtumare voles IV, 2, c. inſolens vera accipiundi VI, 9. a. quæ vera atque utilia factu VI, 49, e. quibus peritia & verum ingenium I. 23. d. vera conſilia VI, 5, e. claves adulterinæ— veræ J. 12, c. deditionem facere J. 50, a.

verba hujuſcemodi locutus eſt C. 51, c. multa feci in hoc ordine C. 50, e. in colloquio J. 42, e. viris virtutem non addere C. 67, a. habuiſſe eum J. 9, e. neu v. inimici ante facta ſua poneret J. 18, a. compoſita J. 89, c. mandata verbis dat C. 45, e. ſenatus verbis nuncient, velle & cenſere eos ab armis diſcedere J. 25, a. & ſ. v. minæ graves nunciabantur J. 27, e. & dicam quæ hujuſcemodi v. diſſeruit J. 32, e. mutſantes & retractantes verbis &c. J. 12, a. verbis arma tentabitis I. 16, e. liberalibus permulſi IV, 1, b. moleſtiſſumis inſectaberis VI, 64, a. B. petulantiſſimis lædis VI, 64, d. verbo aſſentiebantur C. 58, a. verborum ſatis dictum eſt III, 11, e. in pectus ſ. altius deſcendit J. 11, e. ut, *alta mente repoſtum*. uti paucis v. abſolvam C. 39, d.

vere dolo an vere J. 121, a. ex ſubſidine magis quam ex vero celebrat C. 8, d. vero pretium aut gratiam anteferebat J. 19, a. a vero bonoque impediebat J. 32, a. vero ampliorem numerum efficiebat Sullæ J. 113, a. (*i. e. ſpeciem præbebat.*) ad voluptatem a v. deficit VI. pro vero mihi conſtat VI. 59. b. uti paucis v. abſolvam C. 39. d.

verberabatur malo dependens IV, 13, e. verberibus in eos animadverteretur C. 55, a. & C. 57, a.

vereor. hoc in M. Tullio non v. C. 56, e. tantum illud v. ne quos &c. J. 17, a.

vergens ad Siciliam faucibus IV, 13, e. *Ut reparet lapſum fatis vergentibus ævum*. MS. B. Pub. Statii verg. ... *ante* VI. 61.

vero. neque vero agrum colendo C. 4, c. ſed urbana plebes ea vero præceps ierat multis de cauſis C. 38, a. quoniam vero malo atque ſcelere tantummodo in urbe C. 55, e. non timeo eam. immo vero maxume; ſed inertia cunctamini. C. 66, e. nunc vero C. 68, a. arma ab hoſtibus avertere ea vero dementia eſt C. 68, d. uti pravas artes a juventute prohibeas. Ea vero clementia erit conſuluiſſe ne VI, 41, a. ſed confecto prœlio tum vero cerneres C. 71, a. nunc vero exul patria J. 16, e. ſin propius acceſſiſſent ibi vero virtutem oſtendere J. 61, a. poſtquam ei P. provinciam juſſit antea jam infeſtus, tum vero multus atque ferox inſtare J. 86, a. quod poſtquam auditum eſt tum vero ingens rumor J. 11, 4, e. ubi bonum pub. etiam privatim uſui eſt: id vero dubitare aggredi ſocordiæ atque ignaviæ duco VI, 51, d. an vero VI, 60, e. illud vero amicitiæ tantum VI, 63, b. fortunatam? immo vero infelicem VI, 63, e.

verſabimur ſemper ne in ſanguine &c. J. 15, d. in prima acie C. 70, d.

verſus in Galliam v. caſtra movere C. 65, e. *Cic.* de Amicitia. *Is primum inſtituit in forum verſus agere cum populo. ſic uſque...* ... *Ab uſque Pachyno* Virg. finem imperii J. 22, b.

verſutum ingenium VI, 55, b.

vertere exercitum [pro, *conſiderare*, inquit *Servius* in Æn. †.] VI, 16, b. libertatem in luxum J. 45, b. vertet iſta manſuetudo vobis in miſeriam C. 66, e. beneficere ex conſuetudine in naturam J. 87, e. in miſerationem ex ira I, 5, e.

verum aliquanto minores tamen C. 8, e. non mœnibus modo verum etiam multo magis aſperitate &c. J. 94, b.

veſcebantur ferina carne J. 94, e. veſcendi cauſſa terra marique omnia exquirere C. 13, b.

veſper diei erat J. 56, a & J. 114, a. *Dict.* III. 8. 3. 19.

veſtigii humani facie 2, 1, a. pro ima parte pedis Gell. v. 14. *Virg*. Æn. v. 566. veſtigia *primi Alba pedis*. Petrenſis *pedes*, male. *Cic.* IV. Acad. 220.

veſtitum

veſtitus oleaſtro collis J. 52, e. *agri meſſibus*. Ovid. IV. Faſt. *Ipſi montes Epiri* veſtiti *frequentibus ſylvis*. Liv. II. B. M. *Cic.* de Nat. D. 198. *Columella* VIII. 5.

vetat Lex Porcia C. 55, a.

veteres fidoſque clientes C. 19, e. amicos muneribus expleant J. 13, d. & ſanctos viros II, 8, a. proſapiæ J. 87, e. novorum fidem in tanta perfidia veterum J. 77, a. erat ei cum F. ſtupri v. conſuetudo C. 24, a. radices vetuſtate eminebant J. 99, a. præter v. familiæ J. 67, a. v. in majus componentes VI, 12, a.

vexabat fama atque invidia C. 3, d. luxuria atque avaritia C. 5, e. conſcientia mentem excitam v. C. 15, d. *quæ per ſummam contumeliam* vexata *eſt*. Valer. IX, 5, 2. *MS. agitata eſt*. Aſcenſ. ibid. *qua amentia*, male. pecuniam trahunt, vexant C. 21, c. Remp. pretio C. 51, a. *vexantem Remp. Gracchum* Cic. Lzel. 17, *Declam. in Salluſt.* neque aliter vexavit ac debuit ſi quis prædæ loco accepiſſet magiſtratum, Cic. 14. Catil. *lamentationem matrum familias ac* vexationem *virginum veſtalium*.

victu regio atque cultu ætatem agere C. 38, e.

vi ne corporis an virtute an. C. 1, c. magna animi & c. fuit C. 5, a. magna tendere C. 70, e. urbes partim vi alias voluntate J. 13, a. partim vi alia metu J. 94, a. non manu neque vi C. 35, a. quanta rogationem juſſerit, decreverit, voluerit J. 44, e. ſumma capere intendit J. 97, e. vide *vis*.

via vera nititur dolis contendit C. 11, a. ad gloriam virtutis via graſſatur J. 1, a. omni q. VI, 17, a. reliquos eadem v. aggreſſus J. 19, b. ire primum via qua capeſſundam arbitror libertatem III, 7, a. patenti ad verum perges VI, 38, d. prava ingreſſus VI, 39, e. vera atque ſimplex VI, 39, e. hac ſeu meliore alia perges VI, 44, a. ad virtutem ardua VI, 53, a. ſolis viis I, 20, a.

vice pecorum obtruncabantur II, 8, a. *Dictys* I, 1. *teli* Juven. XV, 53. *ubi MS. Codd. pro* jejunum, genuinum odium exhibet. vicem ærarii me præſtare III, 3, a. pro pugna † VI, 26, e. per viciſſitudinem pugnabatur VI, 26, e.

vici omnia ſupplicia ſcelere meo VI, 3, a. invidiam gloria J. 10, b. in ſenatu pars illa J. 19, a. in avido ingenio pravum conſilium J. 27, d. plebes pro victa eſt III, 12, d. nihil reliqui victis fecere C. 11, e. *victor* lubidinis & divitiarum J. 67, a. haud dubiam *victoriam* J. 108, a. exercitus I, 9, e. v. in manu nobis eſt C. 21, a. ex v. talia ſperabat C. 38, c. varia v. fuit J. 5, a. pro victoribus agere J. 103, e. v. quo minus uterentur J. 42, e. lex ſua lubidine uſa J. 46, c. parta jam ex manibus eriperetur J. 84, e. ſocors aut inſolens factus J. 105, a. imprudentiam T. pro v. oſtentant IV, 6, e. dubia etiam tum VI, 38, a. in v. ſe licentius liberiuſque quam artius futuros VI, 40, a. cui omnia in v. lege belli licuerunt VI, 48, d. victoriæ temperare C. 11, e. aut vi aut dolis ſeſe caſum victoriæ inventurum J. 27, e. tuæ corruptorem VI, 36, a. *victoriam* crudeliter exercebant C. 39, e. luctuoſam atque cruentam hoſtibus relinquere C. 68, e. incruentam adeptus C. 71, b. eo intentior ad victoriam niti J. 59, c. civilem J. 100, e. prope jam adeptam retinere J. 107, e. virtute partam VI, 48, a. Syllanam VI, 36, a. confirmaturum omnis J. 53, b. *victos* acerbius ulciſci J. 46, e. hoſtis pene victos dare J. 64, a. beneficiis numquam victum J. 109, e. *vincere* ſumma lubidine divitias C. 21, b. bono vinci ſatius quam malo more injuriam vincere J. 46, b. naturam J. 78, a. vis avaritiæ bonis moribus vincetur VI, 54, a. virtutem opulentia VI, 52, e. minore detrimento illos vinci quam ſuos v. J. 58, d. regem armis quam munificentia vinci minus flagitioſum J. 118, a.

viderint. ſi paullulum modo vos languere v. C. 60, a. omnium animos alacris C. 22, e. poſtquam videt fruſtra inceptum J. 65, a. ubi eodem intendere haruſpicis dicta J. 68, a. animos arrectos J. 91, a. luxu atque licentia carendum videt I, 19, a. ne meliores ſumſiſſe *videar* quam genuiſſe J. 10, e. res autem opportuna videbatur C. 50, e. uti mihi videor, differui de VI, 55, e. ne vivere contemtus viderer J. 17, e. quod illorum magis quam ſua retuliſſe videretur J. 119, a. ut tanta mutatio non ſine Deo videretur VI, 13, 2. eſſe quam

quam videri bonus malebat C. 63, e. quam audeat tam videri felicem I, 9, a. rectius mihi videtur ingenii quam virium opibus gloriam quærere C. 1, e.

videlicet Ironice C. 59, e. & C. 60, e. pro *ſcilicet* J. 115, e.

